JACOBI DE COMITIBUS ... DECISIONES INCLYTAE ROTAE SENENSIS, ET...

Digitized by Google

2 - 32

Digitized by Google

JACOBI de COMITIBUS
NOBILIS ASCULANI,
J. U., ac SAC. THEOLOGIÆ DOCTORIS,
ET SANCTISSIMÆ INQUISITIONIS CONSULTORIS,
Olim in Alma Urbe Advocati, poſtea Excelſæ Rotæ Senenſis *pro interim* Auditoris, exinde in Ampliſſima Rota Florentina, ex numero Trium, ultimarum Appellationum Auditoris,

Et modò

REGIÆ CELSITUDINIS
SERENISSIMI MAGNI ETRURIÆ DUCIS,
IN SIGNATURA LIBELLORUM SUPPLICUM GRATIÆ, ET JUSTITIÆ CONSILIARII.

DECISIONES
INCLYTÆ ROTÆ SENENSIS, ET FLORENTINÆ,
Amplectentes materiam Canonicam, Moralem, Civilem, Criminalem, Feudalem, & Miſtam.

Tomus Primus
PARS PRIMA

Continens Deciſiones Rotæ Senenſis, in quarum principio adjectus eſt brevis Catalogus Inſignium Virorum, qui in utraque Civitate judicarunt, & typis aliquid commiſerunt; Nec non Index Deciſionum, cum argumentis. In calce verò Operis appoſitus eſt alter Index locupletiſſimus Materiarum.



LUCÆ MDCCXIV.

Typis LEONARDI VENTURINI

DE SUPERIORUM LICENTIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

VOlumen hoc, quod in lucem prodit incomptum, nullo verborum delectu compoſitum, & forſan Legibus minùs, ut par erat, refertum, humanis tuis, amice Lector, obtutibus ſubiicio; exploratum enim habeo, quot Lectores, tot Judices eſſe; nihilominus te etiam exopto conſcium, me nequiquam valuiſſe pluribus parcere laboribus, ut tibi opus expolitum magis, ac tuo intellectus acumini conſentaneum præberem. Quidquid meo indulgens genio ex Tribunalium oraculis, quibus & ego præfui, in mei peculiarem utilitatem priùs decerpseram, qualecumque ſit, publico exinde profectui exponere ſum arbitratus, cum ad illum potiùs habuerim rationem, quàm laudis amorem, ſeu honoris ambitum quæſiverim, & invidorum formidaverim detractiones. Tacere igitur, amice Lector, errorum lapſus, in quos fortè incides, eoſque corrige in tui juvamen, non autem in Authoris ſpretum, ſeu pravæ voluntatis oblectamentum, haud immemor cujuſvis hominis eſſe, erroribus labi, Amici, eos pertegere, Oblocutoris verò, geſta carpere, atque mordere. De lato, effuſoque ſermone demiraberis, qui, juxta Romanæ Curiæ uſum, in qua diu moram traxi, paucioribus videbatur paginis cohibendus; verùm quia inibi unius forenſis cauſæ nodos non unica explicat deciſio, prout in his Thuſciæ Tribunalibus mos eſt, ideo latiùs, quàm brevitas, recentiorum amica, poſtulabat, materias aperire duxi operæ pretium. Cauſarum reſolutiones, quas tibi exhibeo, ne properè damnes, cum illæ à pluribus doctiſſimis Viris utriuſque almæ Rotæ Auditoribus, & Collegis meis originem trahant, à quibus mihi ſemper gloria fuit inſtrui, atque erudiri. Eaſdem pro viribus probatarum auctoritatum fulcimento roborare ſum conatus, ut majoris tibi eſſent emolumenti, & ex eis magis, ac magis, tamquam è ſpeculo, veritas eluceſceret. Hac evolvendi Codices occaſione urgente, magna quippè ſedulitate, pleroſque reperi Authores, alibi una ſimul non relegendos, qui cum in inclytis Civitatibus Senenſi, & Florentina publica judicia obierint, eorum lucubrationes in voluminibus feliciter redactas, immortali laude typis commiſere. Eos autem in hujus epiſtolæ ſumma volui ſingillatim exarare, & forſan non abſque tui jucunditate, dum ex eorum enarratione Viros ipſos à Tribunalibus, & à Viris Tribunalia condecorari dignoſces. Æmulare itaque, Lector Sapientiſſime, præfatorum, aliorumque Majorum exempla, quæ ſunt tibi nobile ad ſublimiora incitamentum, ac eleganti, qua polles, facultate ea perage, & profer; fidenterque expecta, me, licèt infimum, omnia tua jugiter collaudaturum. Vale.

Ap-

Approbatio

JUſſu Reverendiſſimi D. Octavii Sardi Vicarii Generalis Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi D. Geneſii Calchi Epiſcopi Lucani, jucundè, ac accuratè vidi, & expendi volumen aureum Deciſionum Rotæ Senenſis, & Florentinæ, Authore D. Jacobo de Comitibus, ſolidæ doctrinæ, & maximæ æxtimationis Juriſconſulto, nec in eo reperi quicquam, quod Ortodoxæ Fidei, probis moribus, aut Sanctionibus Pontificiis officiat, immò opus hoc, pluribus nominibus commendabile, & in utroque Foro valdè utile, & proficuum, cenſeo immortalitati dicandum, ad decus Juriſprudentiæ, & perennem Authoris gloriam.

Jo: Franciſcus Motroni J.U.D. Eccleſia Cath. Lucana Canon. Theol.

IMPRIMATUR.

Arch. Octavius Sardi Vicarius Generalis.

Albertus Sergiuſti J. U. D., & Patricius Lucenſis, Illuſtriſſimi Officii ſuper Juriſdictione Præpoſitus

DEciſiones perlectas eruditiſſimi Authoris Jacobi de Comitibus, ſolidis doctrinis circumfultas, & rationum pondere circumvallatas, ad Judicantium maximè exemplar, & ad utilitatem univerſalis reipublicæ legalis Profeſſorum, in lucem prodire, & prælo donari, haud dedignatus eſt autumare.

TI-

Digitized by Google

REGIÆ CELSITUDINI
COSMI III.
MAGNI ETRURIÆ DUCIS

JACOBUS DE COMITIBUS, COLLATERALIS CONSILII REGIUS CONSILIARIUS, SALUTEM, ET IMPERII DIUTURNITATEM.

DUplex me impulit ratio, PRINCEPS SERENISSIME, cur primum hunc ingenii mei fœtum Auguſtiſſimo Nomini Tuo obſequioſa animi ſubmiſſione dicarem. Prima quia, cum Liber hic, diverſorum Judicum in ſcriptis à me redacta ſuffragia, & decreta, in Supremis Dominii Tui Juſtitiæ Tribunalibus emanata, me referente, contineat, quidve juſtum, aut injuſtum ſit, aperiat; publicam lucem ſortiri, ratio expoſtulat, ſub auſpiciis CELSITUDINIS VESTRÆ, à qua omne Jus profluit, & cujus fœliciſſimis annis, (remotis Armorum, Militumque terroribus, per Italiam undequaque baccantibus,) Juſtitiam in antiquam, eamque Splendididiſſimam Sedem, conſtabilitam vidimus: Undè Nationes omnes, Tibi ſubjectæ, promerita receptarum Gratiarum tributa perſolvunt; Exte-

ræ-

ræque Gentes, fauſtiſſimis plaudentis Famæ præconiis, Nomen Tuum extollunt, Virtutemque admirantur, qua arduis, difficillimiſque temporibus, Juriſprudentia in his Terris honorificentiſſimè fulget, & Juſtitiamet coronata triumphat. Altera, quia octavus nunc excurrit annus, quo me, in Romana Curia Advocationi operam navantem, ad tua obſequia accivisti, & Auditoratu Rotæ Senenſis pro interim (nullo præeunte exemplo) condecorari voluiſti: deindè ad Rotæ Florentinæ Tribunal in ſuperiori gradu vocatus, hujus ampliſſimi Muneris primordia vix aggreſſus, improviſus ſupervenit Nuncius, REGIAM CELSITUDINEM VESTRAM, intermiſſa numquam erga me benemerendi voluntate, parique Regalis Animi Tui magnitudine, ad Supremum Munus Auditoris, & Miniſtri Tui, aucto etiam ad id numero, evexiſſe: Cumque eo tempore, quo his fungebar Muneribus, Deciſiones has exarare cæperim, & abſolverim; Tibi optimo Jure deberi ſum arbitratus, tanquam redditus è re tua provenientes, & fructus ab ea Arbore perceptos, quam humaniter irrigare non es dedignatus.

Sacro itaque Majeſtati Tuæ Opus hoc, origine, omnibuſque aliis titulis Tuum; & me, Tuum, ſi non origine, ſaltem domicilio, beneficiis, fide, & conſtantia; DEUMQUE OPTIMUM MAXIMUM precor, ut perpetua fœlicitate regnes, & ad Subditorum tuorum levamen, ad Italorum decus, ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Sacroſanctæ Catholicæ Fidei propugnationem diutiſſimè ſervet incolumem.

LE-

TITULUS PRIMUS

Auditores, Judices, & Miniſtri in Civitate Senenſi, qui eorum Volumina publicæ luci dederunt, & quorum hucuſque notitiam habuimus, ſunt infraſcripti, ordine alphabetico recenſendi.

SUMMARIUM.

Judices, & Miniſtri Inſignes in Civitate Senenſi, qui eorum opera typis commiſerunt, recenſentur à num. 1. uſque ad 4.

Sed non omnes fuerunt hic poſiti, & quare? n. 4. & 5.

Senenſes, vel fuerunt conditores legum, cum quibus hodie vivitur, vel habuerunt partem in illis condendis n. 3.

De Conſulta Senenſi, ejuſque juriſdictione ampliſſima, n. 2.

De Rota Senenſi, illiuſque Auditoribus, eorumque promotione ad alia munera, numer. 3.

Rotæ Auditores vocantur, & ſunt Conſiliarii Juſtitiæ Magni Ducis infra tit. 2. num. 4.

A

Alvarottus (Jacobus) Patavii, Nobili genere natus, edidit Tractatum *de Feudis,*
1 *Librum Conſiliorum, & plura conſilia inter Feudalia diverſorum.*

Fuit Judex Quæſtionum Senis, ut ipſe dicit *de Feudis tit. de Pace juramento firmanda* §. *Qui verò ſub n. 1. & Panzirol. de Clar. Legum Interpret. lib. 2. cap. 104.*

Obiit anno 1453. *Joannes Fichard. in vita Recent. Juriſconſult. impreſſa etiam in princip. Tractatus de Feudis ejuſdem Alvarotti, Panzirol. de Clar. Legum Interpret. lib. 2. cap. 104.*

Balduccius (Jacobus) Forolivienſis, Auctor *Obſervationum ad Conſilia Ramonii cum deciſionibus tom. 4.* Item *deciſionum, & rerum judicatarum tom. 1.* Fuit factus Auditor Fiſcalis Civitatis, & Status Senarum anno 1710., & eodem anno paucis menſibus poſt ipſius promotionem obiit.

Munus hoc eſt magnæ exiſtimationis, quia Auditor Fiſcalis eſt unus ex Auditoribus Conſultæ pro S. Celſitudine Regia in Civitate, & Statu Senenſi, quæ totum dictum ſtatum gubernat; ſuperintendit enim omnibus Tribunalibus, Magiſtratibus, & Miniſtris, & in ſubſtantia perſonam Principis in univerſa Ditione, totoque Statu Se-
2 nenſi repræſentat, & in omnibus, & per omnia figuram Principis gerit; cæteris enim levioribus omiſſis, concedit aſſecurationes Bannitis, & Delinquentibus aliorum Statuum, cujuſcumque pœnæ, & delicti Rei ſint, approbat vota, quæ eidem Conſultæ ab aliis Miniſtris, & Magiſtratibus tranſmittuntur, in quibus pœna Triremium, & mortis infligitur, & hujuſmodi condemnatis pœnam commutat, & minuit, vel gratiam facit ex ſuis propriis facultatibus, & nulla facta participatione Sereniſſimo Magno Duci, adeout ampliſſima facultas, & omnimoda juriſdictio Auditorum dictæ Conſultæ nullam aliam reſtrictionem, & limitationem experiatur, quàm illam exequendi ſententias capitales, quæ executioni demandari non poſſunt, niſi participato negocio Auditori Cameræ, & concedendi reviſiones in Cauſis, quæ jure ordinario judicantur à Rota Senenſi, vel quæ ab ipſomet Sereniſſimo Magno Duce delegatæ fuerunt, in quibus ad Delegantem recurritur, & ad Auditorem Cameræ ejus figuram in utroque Dominio, Florentino nempe, & Senenſi, repræſentantem.

Rota Senenſis etiam ſuas habet prærogativas, & ſignanter, quòd Sententiæ ab ipſa latæ, ſint inappellabiles, etiamſi ſententia totalis ſit contraria alteri ſententiæ in prima inſtantia latæ, vel emanaverit cum ſuffragiorum diſcordantia, à Rota enim Senenſi, ad Rotam Flo-
3 rentinam cauſæ non devolvuntur, ſed prolata ſententia, ſolum ſuccumbenti permittitur recurſus pro reviſione obtinenda, quæ à Conſulta Senenſi conce-

Digitized by Google

ceditur, ſi cauſæ commiſſæ, & delegatæ ſunt ab ipſa Conſulta Senenſi, ſin minùs recurritur ad Auditorem Cameræ, & ad Sereniſſimum Magnum Ducem.

A' Rota Senenſi ſolent Viri, ſcientia, integritate, & rerum gerendarum peritia conſpicui, promoveri, vel ad Auditoratum Rotæ Florentinæ, ut frequentiùs accidit, vel ad munus Auditoris Fiſcalis in Civitate Senarum, ut pluribus evenit, & inter cæteros Antonio Paganello Patritio Ravennatenſi, qui à Rota Senenſi ad Auditoratum Fiſcalem Status Senenſis fuit promotus, & ab iſto ad Auditoratum Generalem ejuſdem Civitatis, & Status, ut refert *Fontana Biblioth. legal. tom.1.p.2. littera P fol.47.*, & patet ex ejus Epitaphio poſito in Eccleſia S. Franciſci Civitatis Senenſis: Simoni Caballo, qui poſt exercitum munus Auditoris Rotæ in Civitate Senenſi, ad illud Fiſcalis generalis in eodem Civitate, & Statu promotus fuit, *Fontana Biblioth. legal. tom.1. part.1. littera C fol.163.* Franciſco Alberico Galeotto, qui fuit Auditor Rotæ Senenſis, Teſte *Fontana Biblioth. legal. tom.1. part.1. littera G. fol.385.*, & ab eo pariter ad Auditoratum Fiſcalem ejuſdem ſtatus fuit aſſumptus: Et Franciſco Mariæ Sergriſio, qui poſt quam exercuit munus Auditoris Rotæ Senenſis, fuit electus Auditor Fiſcalis in eadem Civitate, & Statu; poſtea fuit factus Prælatus Illuſtriſſimæ Religionis Divi Stephani Papæ, & Martiris, deinde Auditor, & Præſes ejuſdem inclitæ Religionis, & Piſani Athenæi Generalis Proviſor, & Superintendens, ut hæc omnia narrat *Fontana Biblioth. legal. tom.1. part. 2. liter.S. fol.283.*, & aliqua leguntur in ipſius memoria lapidea, poſita propè Altare S. Catharinæ in Eccleſia S. Dominici; quòdque fuerit Rotæ Senenſis Auditor, patet etiam ex ejus ſubſcriptione in deciſione Rotæ Senenſis, in Cauſa *Romana pretii officiorum*, impreſſa *apud Cardinalem De Luc. poſt tract. de offic. Vacabilib. Romana Curia n.11. fol. mihi 149. Veneta editionis anni 1698.*, quòdque fuerit Fiſcalis Status Senarum, & Præſes Sacræ Religionis Divi Stephani, dicitur in Intitulatione motivi ab ipſo æditi, & impreſſi *apud Beniell. conſ.97. fol. mihi 568. col.2.*, & eſt omnibus notorium.

Benintendus (Petrus) de Cæſena edidit *deciſiones Rotæ Bononienſis*, & fuit Rotæ Senenſis Auditor anno 1526., pluresque, tempore ſui Auditoratus, exaravit ejuſdem Rotæ Senenſis deciſiones, impreſſas inter illas Rotæ Bononienſis *la 61. 67. 68. 69. 70. 73. 86. & 93.*

Bertachinus (Joannes) de Firmo, Auctor *tractatus de Epiſcop.*, *de Gabellis*, nec non *Repertorii in quinque tomos diviſi*. Fuit Primus Collateralis, ſeu Vicarius Prætoris Senenſis anno 1464., & ſeqq., ut ipſe refert *de Gabel. par.4. num.4., & in repertorio Verb. Teſtes deponunt, verſic. Teſtes per eadem verba fol. mihi 220. col.3. Panzirol. de claris legum interpret. lib.2. cap.124.*

Bologninus (Bartolomeus) Bononienſis edidit Repetitionem *in Auth. habita C. ne filius pro patre*, impreſſ. *inter Repetentes Diverſor. in Jure Civili tom.7.*

Fuit Prætor, & Capitaneus Juſtitiæ in Civitate Senarum, & cæpit exercitium ſui muneris de menſe Novembris anni 1446., *ut ex libro Introitus, & exitus Bicherna Senenſis ſignato littera B. fol.14.* exiſtente in Archivio ejuſdem Bichernæ, *& ex libro Conciſtoriorum anni 1446. ſub die 24. Februarii fol.53. facciata 2.* exiſtente in Archivio Reformationum. Continuavit in dicto munere uſque ad menſem Aprilis anni 1447., ut *ex eodem libro Bicherna fol.14.*

Brunus (Franciſcus) de S. Severino, fuit Judex Senis, ut patet ex Archivio Reformationum dictæ Civitatis; & dum eſſet in Civitate Senarum compoſuit, & edidit librum *de Indiciis, & Tortura*, ut ipſe dicit in Frontiſpitio dicti Tractatus, impreſſi *inter tractatus magnos diverſor. tom.11. part.1. fol.246.* Et hoc fuit de anno 1493., ut ipſe refert, *de Indic. & Tortur. par.2. quaſt. 9. n.3. & n.11. inter tract. magnos diverſ. tom.11. par.1. fol.260.*

Caballus (Petrus) Pontremulenſis, Auctor *reſolutionum Criminalium centuria 3.* Item tractatus *de omni genere homicidii*, Item *Conſiliorum diverſorum Civil. tom.2.* fuit vir ingenii eminentiſſimi, & ſolidæ doctrinæ, cujus au-

cta-

Digitized by Google

ctoritas major eſt auctoritate Cardinalis De Luca, teſte *Conſtant. ad Stat. Urb. annot. 46. n. 239.*

Exercuit munus Auditoris Rotæ Senenſis anno 1582., unà cum Rovato ejus Collega, ut ipſe teſtatur *conſ. 143. ſub num. 3. conſ. 145. ſub num. 304. conſ. 147. num. 20. lib. 1. conſ. 72. n. 1. & conſ. 88. in principio lib. 2., & reſol. Criminal. reſ. 101. num. 22.*, ubi ponit deciſionem Rotæ Senenſis ab ipſo extenſam *Mart. Medic. examinat. 40. n. 47. & deciſ. 65. ſub n. 14.*

Caloſatus (Petrus) Piſanus, & Civis Florentinus, Auctor *deciſionum Rotæ Senenſis impreſſ. poſt tom. 2 conſilior. criminal. diverſor. in parvis*, & tractatus *de Equeſtri Dignitate inter tractatus magnos tom. 18. fol. 27.*, nec non *repetitionum ſuper plures leges digeſtorum impreſſ. in tom. 1. repetentium in jure Civili*, & relatus per *Fontanam Biblioth. Legal. tom. 1. litter. C. fol. 170. par. 1.*

Fuit hujus Rotæ Auditor, ut ipſe dicit in tractatu *de Equeſtri dignitate n. 57.*, *& in ſubſcriptione Conſilii* 105. & 106. *inter Criminalia diverſorum tom. 1. in magnis*, ubi quòd hoc fuit de anno 1542, de ejus laudibus egregiè diſcurrit *Maſcard. de Probat. concluſ. 867. num. 2.*

Caveſſa (Joannes Baptiſta) Pontremulenſis Eques D. Stephani, *Synopſis, ſeu diſtributio Imperialium Inſtitutionum impreſſa Piſis 1636. in 4.*

Fuit Senis Judex Ordinarius, & præſtitit juramentum die 3. Septembris 1638. ut *ex libro 37. Conſiliorum generalium della Campana fol. 99.* conſervato in Archivio Reformationum. Permanſit in dicto munere uſque ad totum menſem Octobris anni 1641. *ut ex Bilancio depoſitaria anni 1641. ſignato littera F.*

Cavalcanus (Borghinus) Pivizanenſis, Auctor tractatus *de Uſufruct. Mulier. relict.*, *& de Tutore*, nec non *deciſionum Florentin., aliorumque locorum inſignium, in quinque partes diviſarum*, quibus acceſſit repertorium *Brixianum cum Additionibus ejuſdem Auctoris.*

Fuit miles in bello Senarum, dum exercitus magni Ducis reportavit victoriam prope Caſtrum Luciniani (luogo detto Strozza Galli), quo finito anno ætatis ſuæ 23., ſtudia reaſſumpſit. anno 27. doctoratus fuit Piſis; anno 1562. Judicis officium exercere cœpit, ut ipſe narrat *in epiſtola ad Lectorem in principio primæ partis deciſionum.*

Poſt plurimas Judicaturas fuit Judex Ordinarius Senis, ut ipſe dicit *dec. 1. in principio, dec. 16. in principio, & n. 10. verſic. unde ex prædictis, deciſ. 22. in princip., & ſub n. 22. dec. 23. n. 31. in fine lib. 4., & dec. 38. in fine lib. 3.*, & ſcribit etiam *Rand. reſp. 16. num. 71. & 72. reſp. 30. n. 227., & reſp. 36. n. 6. lib. 2.*, & Rotæ Senenſis Auditor, *deciſ. Florent. 1. ſub n. 44., & dec. 31. in principio lib. 4.*, & alibi, quod evenit de anno 1594. 1595. & ſeqq. *d. deciſ. 4. ſub n. 22. & d. dec. 16. in princ. num. 10. verſic. unde ex prædictis lib. 4.*, agebat tunc annos 63., & fuit trigeſimum octavum, & ultimum officium ſuæ judicaturæ *d. dec. 4. ſub n. 22.* Fuit ex diſpenſatione Apoſtolica *Randenſ. reſp. 30. n. 227. lib. 2.* quia erat Clericus beneficiatus, & Prothonotarius Apoſtolicus *d. dec. 4. ſub n. 22.*

Obiit anno 1607. ut ſcribit *Cavalcan. de Brach. Reg. in Fragment. 6. part. fragment. 123. §. Quod autem fol. 208*

Cavalcanus (Hortenſius) Pivizanenſis, Auctor tractatus *de Brach. Reg., de Teſtib., de aquis, & rigore Juris, de Concubiis, & Clauſulis Advocatorum, & Notariorum.*

Fuit Capitaneus Juſtitiæ in Civitate Senarum, ut ipſe teſtatur *de Brach. Reg. part. 6. ſub n. 622. poſt medium, & in fragment. 105.* de hoc Capitaneo Juſtitiæ ſcribit *Gratian. diſcep. 956., & Cavalcan. de Teſtib. ſub n. 47. lit. D. fol. 7. mihi col. 2. & alibi.*

Caſcius (Franciſcus) Senenſis edidit *repetitiones in Jus Canonicum, & Civile ſuper tit. de Conſtitut., de offic. & poteſt. Judic. Delegat., ſuper tit. de Offic. ejus, cui mandata eſt Juriſdic. impreſ. Senis die 30. Auguſti 1547. apud Franciſcum Simeonem*, ut legitur in fine dictarum repetitionum, Item *Commentaria Arboris conſanguinitatis, & Affinitatis impreſ. Senis die 25. Septembris 1544. per Antonium, & Nicolaum Cartaneoſes*, ut legitur in fine dicti Commentarii. Omniaque dicta opera ſolent ſimul ligari in uno, eodemque volumine. Aliquæ etiam ex dictis repe-

✠ tuo-

titionibus habentur inter repetitiones diverſ. Auctor. eaſque recenſet etiam, licèt non ita diſtinctè *P. Ugurgerius Pompe Saneſi par* 1. *tit*. 26. *n*. 121. *Bard. de temp. Util. & Comit. cap*. 14. & in parte etiam referuntur à *Fontana Biblioth. legal. par*. 1. *tom*. 1. *Lit*. C.

Fuit Decanus Eccleſiæ Metropolitanæ Senenſis, & Vicarius, *P. Ugurgerius ubi ſupra d. num*. 121., *& dicit idem Coſcius in dict. Arbore Affinitatis poſt quaſi ſextam partem n*. 28. *verſic. ego cum eſſem Vicarius Rev. Cardinalis, & Archiepiſcopi Senen. fol. mihi* 27. *tergo*, & de Decanatu patet ex intitulatione libri facta ab ipſomet Coſcio.

Farſettus (Coſmus) Maſſenſis Rotæ Senenſis Auditor, poſtea Auditor Rotæ Florentinæ, & demum Aſſeſſor Magiſtratus Supremi, ut legitur in ejus lapide ſepulcrali poſito in ingreſſu Conventus S. Mariæ Virginis Annunciatæ Civitatis Florentinæ in pariete ad manum dexteram, & aliqua habentur etiam *apud Fontan. Bibliot legal. tom*. 1. *litt. F. fol*. 330. *par*. 1. *Deciſiones* coram ipſo emanatæ brevi tempore imprimentur.

Farſettus (Andreas) Coſmi filius fuit Rotæ Senenſis Auditor. Vide de eo *infra tit* 2.

Felicius (Hector) de quo infra *titul*. 2. Fuit Capitaneus Juſtitiæ in Civitate Senarum, & poſſeſſionem accepit die 2. Maji 1616., ut apparet *ex libr*. 36. *Conſiliorum Generalium della Campana fol*. 159. exiſtente in Archivio Reformationum.

Flaminius (Petrus Paulus) Urbevetanus, edidit librum *controv. foren. electar.*, ut refert *Fontana Bibliothec. legal. tom*. 1. *part*. 1. *litter. F. fol*. 350.

Rotæ Senenſis Auditor electus fuit die 8. Martii 1524. *ut ex libro deliberationum Baliæ ſignato D*. 52. *fol*. 574., & die 14. ejuſdem menſis, & anni præſtitit juramentum tanquam Poteſtas, *ut ex libro* 30. *Conſiliorum Generalium fol*. 5.

Fondaria (Annibal) Bononienſis, qui fuit unus ex Compilatoribus, & Addentibus ad Rotam Bononienſem diverſorum, fuit hujus Rotæ Auditor, ut legitur *in principio dict. Voluminis in epiſtola ad Lectorem*, & dicitur in deciſione *Senen. Succeſſionis de Taraminis* 3. *Auguſti* 1709. *§. Plura, & §. Quibus etiam*

Reverendiſſimo D. Horatio Piccolomini de Aragona Sanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Senenſis Decano, & Vicario Generali, ubi quod tale munus exercuit anno 1597.

De Gandino (Albertus) Aretinus edidit *tractatum de Maleficiis*, & in Criminalibus Cauſis Princeps dictus eſt, *Fulgoſ. conſ*. 107. *col*. 2. *Boſſius pract. Criminal. tit. de delict. ſub num*. 17. *Panzirol. de Clar. Legum Interpret. lib*. 2. *cap*. 47. *poſt tom*. 1. *Summa Sabell. cap*. 8. *col* 1. *in fine fol*. 100. *Maſcatel. Prax. Criminal. de Cognit., & probation. Delictor. in genere in principio n*. 39. *fol. mihi* 553 *impreſſionis Neapolitanæ anni* 1713.

Fuit unus ex decem Aſſeſſoribus Poteſtatis Senarum, ut ipſe dicit in dicto tractatu *de Maleficiis rub. de Bannitis pro maleficio n*. 12. *&* 15 *fol. mihi* 313., *&* 314. *& rub. alt. ante n*. 1. *& ſeqq. fol*. 380. *impreſſ. poſt Aretin. de Malefic. ſecundum editionem Venetam anni* 1573. *Panzirol. de clar. leg. interpret. lib*. 2. *cap*. 47.

Gualfredus (natione Longobardus) Epiſcopus Senenſis ab anno 1080. uſque ad annum 1127. VI. Kalend. Auguſti, quo fato ceſſit, fuit vir doctiſſimus, & plura ingenii ſui monumenta reliquit, ſcripſit enim librum cui titulus eſt *de Utroque Apoſtolico*, ubi tractat de Schiſmate inter Pontificem Urbanum II. & Gilbertum Antipapam, *de Anulo, & Baculo, de Sacramento Corporis, & Sanguinis Chriſti, de Chriſtiana militia; & Rationale de Romanæ Urbis Laudibus, & Sacram Gotheſfredi Bulionis in Orientem expeditionem heroico Carmine complexus eſt*. Vide de eo plura dicentem *Ughel. Ital. Sac. tom*. 3 *Verbo Senenſes Epiſcopi fol. mihi* 626. *n*. 41. *P. Ugurger. de Pompis Senenſib. par*. 1 *tit*. 6. *n*. 46. *fol*. 123.

Gaudes (Joannes) Volaterranus Auctor Tractatus *de mineralibus*, in quo agit de Metallariis, de Artificibus metallorum, de Alchimiſtis, de Metallis, de Auro, & Argento, de Gemmis, de Ferro, & Armis, de Salinis, de Moneta, de Theſauris, de rebus aureis, & argenteis, de ornamentis, de veſtibus auratis, de publica, & privata utilitate. Item plures exaravit deciſiones, cum eſſet Auditor Rotæ Bononienſis impreſſas *inter Bononien. diverſ. dec*. 14. 30. 101. 421. 125. *&* 131.

Fuit

Fuit Judex Ordinarius Civitatis Senarum à menſe Septembris 1576. *ut ex libro 35. Conſiliorum Generalium, fol. 189. tergo,* in Archivio Reformationum exiſtente, & continuavit in exercitio dicti muneris uſque ad menſem Septembris anni 1578, *ut ex bilancio Depoſitar. anni 1578 ſignato litter. D fol. 49.* deinde anno 1583. fuit in eadem Civitate Rotæ Auditor, *ut ex eodem Archivio Reformationum.*

Lepidus (Camillus) Mirandulanus Auctor *Deciſionum Rotæ Lucenſis diverſar. impreſ. anno* 1598. fuit hujus Rotæ Senenſis Auditor anno 1569. teſte *Potent. de Inventar. part. 2. ſub num. 11. alias quaſt. 139. & part. 3. n. 24. alias quaſt. 240. Randen. reſp. 4. n. 14 verſic. quam quidem lib. 1.*

Ludovicus (Joſeph) Aſſiſienſis edidit *deciſiones Rotæ Peruſinæ, & Provinciæ Umbriæ, nec non Rotæ Lucenſis, & Communes Concluſiones.*

Sedit in hac Rota Senenſi de anno 1578. ut ipſe teſtatur in *principio ſui voluminis Communium Concluſionum* appellans hanc Rotam vetuſtiſſimam, & dicit etiam *Randenſ. reſponſ. 30. n. 684. lib. 1. Lupus de Uſuris Comment. 2 §. 3. n. 96.*

Lupus (Joannes Baptiſta) de S. Geminiano, Civis Florentinus, Auctor tractatus *de Uſuris, & Commerciis licitis, & illicitis,* nec non alterius tractatus, *de illegitimis, & de naturalibus reſtituti liberis.*

Fuit Auditor Fiſcalis in Civitate Senarum, *Coppi Antichità di S. Gemignano degl' huomini Illuſtri S. Gemignaneſi tit. de Conſervatori, Capitani di Giuſtizia, Auditori, Giudici, num. 55 fol. 157.* Fuit etiam à Secretis Magni Ducis Franciſci Primi apud Philippum Regem Hiſpaniarum, ut ipſe dicit in *Epiſtola ad lectorem impreſſa ante tractatum de illegitimis editionis Venetæ anni 1611., & Comment. 4. § 1. num. 56 verſic. verum, Coppi antichità di S. Gemignano degl' Huomini Illuſtri S. Geminianeſi, tit. de Conſiglieri, e Segretari n. 6 fol. 126 & fol. 157 n. 55.*

Magonius (Hieronymus) Urbevetanus edidit deciſiones Rotæ Florentinæ, & Lucenſis.

Fuit Judex in Civitate Senenſi tempore, quo Civitas obſeſſa, & capta fuit, ac ſub dominio magnorum Etruriæ Ducum redacta, & dum Reſpublica Senenſis tunc temporis tranſtulit ſe ad Civitatem Montis Alcini, ibique reſidentiam fecit, pro ea in eadem Urbe Magonius judicavit, ut ipſe teſtatur *dec. Flor. 149. n. 32. § Et per iſtam Concluſum fuit.*

Marchianus (Hieronymus) Januenſis, edidit *Deciſiones Regni Corſicæ,* Item repetitionem *ad l. quoties C. de rei vindicat.,* quæ ſimul cum deciſionibus alligatur, & eſt etiam *inter repetitiones diverſ. in Jure Civili tom. 7.*

Fuit Rotæ Senenſis Auditor, die 24. Septembris 1602 præſtitit juramentum, ut conſtat ex *libro 36 Conſiliorum Generalium de la Campana fol. 115* exiſtente in Archivio reformationum dictæ Civitatis, & hoc evenit poſt quam plura exercuit munera Vicarii Generalis Corſicæ, Gubernatoris Parmæ, Status Pallavicini, & Burgi S. Donini, & Summi Moderatoris Civitatis Novariæ, ut patet ex frontiſpicio ſuorum operum, & poſt quam efficaciſſimas litteras de anno 1592. obtinuit à Rodulpho II. Imperatore directas Sereniſſimo Magno Duci Ferdinando pro obtinenda judicatura Rotæ Florentinæ, quæ epiſtola regiſtrata legitur in principio *Repetitionis dictæ l. quoties.*

Martius Medices (Chriſtophorus) Auctor *deciſionum Rotæ, & Fori Ordinarii Senenſis, examinationum, & Additionum* fuit Judex Ordinarius Senis, & Rotæ Auditor, ut ex frontiſpicio dicti operis.

Pacianus (Fulvius) Mutinenſis Auctor tractatus de *Probationibus tom. 2.,* nec non *Conſiliorum tom. 1.* nec non *dell' Arte di ben governare i Popoli impreſ. Senis 1607.*

Exercuit munus Capitanei Juſtitiæ in Civitate Senarum anno 1604., ut patet ex proceſſibus, & actibus in Cancellaria Capitanei Juſtitiæ conſervatis, ac ex ejus ſtemmate gentilitio, & inſcriptione in Palatio dicti Capitanei poſita, ex teſtamento, de quo in *mea deciſione Senen. 38 n. 3.,* & ex *libro 36. conſiliorum Generalium della Campana fol. 241.* exiſtente in Archivio Reformationum dictæ Civitatis. Permanſit in dicto munere uſque ad totum menſem Maji 1609., ut conſtat *ex Bilancio depoſitaria ſignato littera D. anni 1608. fol. 12.*

Papponius (Hieronymus) Piſanus Auctor *Conſil. tom.1*, & tractatus *de Verb. oblig.* Exercuit munus Auditoris Rotæ Senenſis anno 1556., ut ipſe refert in Frontiſpicio *dicti libri Conſiliorum*, & *Fontana bibliotheca legal. Verbo Papponius tom.1.*

Piccolomineus (Æneas Silvius) Senenſis translatus anno 1450. ab Eccleſia Tergeſtina ad Senenſem, quam poſtea in Archipiſcopalem erexit, à Caliſto III. creatus fuit Cardinalis, & poſt ipſius mortem Pontifex factus eſt, aſſumpſitque nomen Pii II. *Ughell. Ital. Sac. Verbo Archiepiſcopi Senenſes fol.632. tom.3. P. Ugurgerius de Pomp. Senenſibus tit.1. n.6. fol.21. tit.2. nu.14. fol.78. tit.6. num.73. fol.137. tit.7. num.65. fol.160. tit.18. n.9. fol.545. & tit.19. num.17. fol.627.*

In lucem edidit egregia commentaria, aliaque inſignia ingenii ſui monumenta, de quibus apud *P. Ugurger. de Pompis Senenſibus part.1. tit.18. nu.1. fol.545., & tit.19. n.17. fol.627.*

Piccolomineus (Franciſcus) Senenſis, Patriæ ſuæ Archiepiſcopus anno 1460., poſtea Cardinalis, & Pontifex ſibique impoſuit nomen Pii III. *Ughel. Ital. Sac. tom.3. Verbo Archiepiſcopi Senenſes fol.658. P. Ugurgerius de Pompis Senenſibus par.1. tit.1. n.7. fol.27. Platina, Ciaccon., & alii in Vitis Pontificum.*

Typis commiſit traductionem *Dionis de Regno*, ideſt de rebus iis, quæ ad Principem pertinent, illumque eleganti quidem ſtylo à Græca in Latinam linguam vertit anno 1469., & Maximiliano Friderici III. Imperatoris filio dicavit.

Piccolomineus (Aſcanius) Senenſis fuit Archiepiſcopus Tarſenſis, & in Eccleſia, & in Eccleſia Senenſi Franciſci Bandini tunc Archiepiſcopi coadiutor, eique defuncto in Archiepiſcopatu ſucceſſit anno 1588. *Ughel. Ital. Sac. tom.3. Verbo Senenſes Archiepiſcopi fol.660. & 661. P. Ugurger. de Pompis Senenſibus tit.4. n.5. fol.101. par.1.*

Fuit vir eximiæ doctrinæ, ac ſapientiæ præditus, multaque egregia monumenta poſteris reliquit, quorum aliqua typis edita fuerunt, & ſignanter egregium *Commentarium in C. Cornelium Tacitum*, in magna exiſtimatione apud omnes doctos Politicos *Ughel. Ital. Sac. tom.3. d. fol.661.*, & eleganti carmina etruſca lingua compoſuit, *Ugurger. de Pompis Senenſibus par.1. tit.4. numer.5. fol.101. & tit.18. numer.83. fol.581.*

De Phanucciis (Phanuccius) Lucenſis plura ſcripſit, nempè *de Dote*, *de Inventario*, & *de in litem jurando.*

Sedit in in hac Rota de anno 1569. & ſeqq. ut ipſe refert *de Invent. par.6. num.55. & 234., & part.7. n.31. 46., & 124., Randenſ. reſp.4. n.14. verſic. quam quidem lib.1. Rot. Senen. apud Palm. Neap. inter dec. diverſ. dec.243. n.26.*

Ptolomæus (Germanicus) Patritius Senenſis, fuit Vicarius Generalis Cardinalis Cœlii Piccolominei Archiepiſcopi Senarum, ut dicitur in deciſione *Rotæ Senenſis 3. num.7. in fine*, & *num.68. §. Atque hinc, inter impreſſas coram me*, ubi de ſententia ab ipſo lata anno 1687., & legitur in frontiſpicio ſui Operis,

Compoſuit *Vitam B. Bernardi Ptolomæi* fundatoris Religionis Olivetanæ, in centum, & ultra elogia diviſam, quam morte præventus in luce dare non potuit, ſed eam imprimere fecit Eques, & Comes Marius ejus Nepos.

De hoc opere mentionem faciunt *Giornaliſta Veneti tom.5. fol.451.* Præfatus B. Bernardus fuit Legiſta egregius, nomenque ſuum toto orbi, & præſertim Senis, ubi Lectoris munere functus eſt, admirandum reddidit *Bergal. de Dolo lib.3. cap.10. ſub n.26. P. Ugurgier. de Pompis Senenſibus par.1. Germanicus Ptolomæus in ejus vita.*

Rovatus (Horatius) Brixienſis, edidit *deciſiones Rotæ Lucenſis diverſorum cum Lepido, & Vallaria.*

Exercuit munus Auditoris Senenſis Rotæ anno 1587. ut teſtatur *Caball. conſ. 143. ſub n.3. conſ. 145. ſub n.304., & conſ 147. num.20. lib.1. conſ.72. n.2. lib.2., & reſol. Criminal. caſ.101. n.21.* ubi quod ipſe fuit Collega Rovati.

Sbrozius (Jacobus) Utrajectenſis, ſcripſit *de officio, & poteſtate Vicarii Epiſcopi.* Anno 1604. fuit Auditor, & Prætor in Rota Senenſi, ut dicitur in *d. deciſ. Senen. ſucceſſionis de Taramenis 3. Auguſti 1709. §. Inſuper, coram Ro-*

no-

Reverendiſſimo D. Victorio Piccolomini de Aragona, *Marc. Medices dec. 78. n. 36. in fine*, & patet ex proceſſibus Cancellariæ Rotalis, & ex Archivio Reformationum, ubi reponuntur deciſiones, & nomine Auditorum.

Spannocchius (Silvius) de quo infra tit. 2. poſtquam plura exercuit munera in Civitate Florentiæ, fuit declaratus Judex Curiæ Placiti, ſeu Pupillorum in Civitate Senenſi, in qua judicaturam continuavit per decem annos uſque ad annum 1623., quo obiit, *P. Ugurgier. de Pompis Senenſibus par. 1. tit. 16. n. 137. fol. 456.* ubi regiſtrat inſcriptionem poſitam in ejus lapide ſepulchrali. Dictumque munus Judicis magiſtratus pupillorum exercuit etiam Ludovicus de Vecchis Patritius Senenſis vir valdè doctus, & de anno 1651. tanquam Judex dictæ Curiæ compilavit Egregiam deciſionem impreſſam *poſt Oleam de Ceſſion. Jur. dec. 31.* aliique plures viri Inſignes.

Zacchias (Silveſter) Romanus, edidit *lucubrationes ad Galeſium de Oblig. Cameral.*, & tractatum *de Societate officiorum*. Fuiſſe hujus Rotæ Auditorem, & juramentum pro dicti muneris exercitio præſtitiſſe die 2. Maji 1624. patet ex *dicto libro 36. Conſiliorum Generalium della Campana fol. 117.*, & teſtatur dicta *deciſio Senen. ſucceſſionis de Turamini 1709. §. Inſuper §. Quibus in fine, & §. Nec refragatur*.

Zachardus (Ubertinus) Corrigienſis in lucem edidit *librum Conſiliorum*, item tractatum *de miſſione in poſſeſſionem*; item *repetitiones in Rubricam, & l. primam C. de Pact.*, quæ eſt *in tomo primo repetitionum in Jure Civili, in Rubric. ff. ſi certum petat. inter repetentes in Jure Civili tom. 2. fol. 15. in l. 1. C. qui admitti in l. poſthumi C. de bonor. poſſeſ. contr. Tabul.*, *& in l. fin. C. de Edict. Divi Adriani tollen.*, quæ omnes habentur inter *repetitiones diverſorum in Jure Civili tom. 8.*

Rotæ Senenſis Auditor electus fuit die 4. Julii 1516., ut apparet *ex libro D. 51. deliberationum Baliæ fol. 37. par. 2.* exiſtente in Archivio Reformationum.

Poſſeſſionem accepit, ac juramentum præſtitit die 1. Januarii 1517. ut ex *libro 29. Conſiliorum Generalium della Campana fol. 219. tergo*, qui in Archivio Reformationum conſervatur.

His adjungendi non ſunt Nicolaus II., & Eugenius IV. Pontifices ſummi, &
4 Senenſis Eccleſiæ olim Epiſcopi *P. Ugurgier. de Pompis Senenſibus par. 1. tit. 1. fol. 6. & 7. Ughel. Italia Sacra tom. 3. Verbo Archiepiſc. Senenſes fol. 645. & 646. Platina in Vitis Pontificum, Baron. Annal. Eccleſiaſtic.* aliique, ex quo ipſi eorum nomen geſtis, nonſcriptis illuſtrarunt.

Pluriumum verò augendus eſſet numerus eorum, qui aliqua ingenii ſui monumenta reliquerunt; ſed illorum notitia ad nos nondum pervenit, quia parum curioſa Vetuſtas ipſos neglexit redigere in Commentariis, vel ſi rerum Patriæ diligentiores inveſtigatores de eis temporis aliquid tradidere, ipſorum præclara monumenta vorax ætas abſorpſit.

Veriſimile tamen eſt multos ex eis jure dicundo præfuiſſe in Civitate Senenſi, cui in omni prope memoria ſummi Legum Vertices, ac primi Magiſtri, immò Legiſlatores ipſi, aliique in condendis Legibus participes ornamento fuerunt.

Gregorius enim VII. ex magnatitia Familia de Ildebrandeſchis, quem inter Pontifices Sanctos Catholica veneratur Eccleſia, & Alexander III. ex nobili fa-
5 milia Bandinella, *ambo Senenſes*, Decretum Gratiani, & Decretalem Gregorii Papæ IX., pluribus eorum epiſtolis exornarunt, *Ciaccon. in Vitis Pontificum, Panvin. & Platina in Vita Gregorii VII., & Alexandri III. Thomaſius par. 1. Hiſtor. Senen. lib. 3. fol. 121. Caſparus Decanus Senen. in cap. 1. quæſt. 8. num. 3. in Addition. ſeu notis marginalibus litt. A fol. mihi 70. Ugurgier. de Pompis Senenſibus part. 1. tit. 1. num. 3. fol. 5., & num. 4. fol. 13. Baron. Annal. Eccleſiaſt. Ughell. in Addit. ad Ciaccon.*, & legitur in ipſomet libro Decretalium in principio plurium Capitulorum.

Gratianus etiam Monachus, qui in dominio Senenſi natale ſolum habuit, fuit Juris Enucleator prope Divinus, & Decretum ex antiquorum Patrum ſententiis, & Pontificum, Cæſarumque

con-

conſtitutionibus, aliquibus etiam de ſuo adjectis, compoſuit, quod hodie vocatur Decretum Gratiani *Panſirol. de Clar. ll. Interpret. lib.3. cap.2. fol.403. & ſeqq.* ubi per extenſum ponit ipſius Epitaphium, & alios refert *Ughel. Ital. Sac. tom.3. Verbo Cluſinus Epiſcopi fol 728. lit. A. verſ. quo etiam Præſule floruit Gratianus P. Ugurger. de Pompis Senenſibus par.1. tit.16. num.1. fol.407. Tritham. lib.2. de Viris Illuſtribus Ordinis S. Benedict. Bellarmin. de Scriptor. Eccleſiaſtic.*

Et Richardus Petronus Nobilis pariter Senenſis S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & vice Cancellarius, unà cum Dyno Mugellano, Bonifacii Papæ VIII. juſſu, ſextum librum Decretalium, velut alter Tribonianus, compilavit, ut videre eſt in *proœmio Sexti S. Nos ad apicem, Panzirol. de Clar. LL. Interpretibus lib.2. cap.49. fol.167. Catellian. Cotta in Memorial. tit. de Juriſperitis fol.386. Bargal. de Dòlo lib.3. cap.10. ſub n.26. P. Ugurger. de Pompis Senenſibus par.1. tit.2. n.11. fol.75. Ciaccon. in vita Bonifacii VIII.*

TITULUS SECUNDUS

Rotæ Auditores Inſignes in Civitate Florentina, Judices, & Miniſtri, qui in utroque jure, aliiſque facultatibus eorum opera typis commiſerunt, quorum notitiam non mediocris labor uſque adhuc nobis ſuppeditavit, ſunt, qui ſequuntur ordine Alphabetico ad majorem legentis commoditatem appoſiti. Omnmiſſis conſultò aliis pluribus, quorum nomina veneratur antiquitas, cum noſtri inſtituti ſit, illos tantum recenſere, qui volumina ab ipſis exarata publicæ utilitati impreſſa reliquerunt.

SUMMARIUM.

Viri celebres, qui Florentiæ judicarunt, & eorum opera luci dederunt recenſentur à n.1. uſque ad n.11.

Non omnes referantur ſed plures ex eis fuerunt prætermiſſi, & quare, n.11. in fine verſ. ſcienter, & ſeqq.

Rota Florentinæ, & Senenſis Auditores vocantur, & ſunt Conſiliarii Juſtitiæ Magni Ducis, n.4. verſ. Bonſinius.

A' Rota Florentina Auditorio ſolent Judices promoveri ad Aſſeſſoratum Magiſtratus Supremi, vel Capitaneorum Partis Guelfæ, & Conſervatorum Legum, n.7.

Et ab iſtis ad Auditoratum Conſultæ, dict. num.7.

A' dicta Rota promoventur etiam ad Auditoratum Conſultæ Senenſis, n.9.

Ad Auditoratum delle Bande, n.10.

Et quandoque etiam, ſed rariùs à Rota ad Conſultam Florentinam aſſumuntur n.8.

Tempore, quo ſunt Rotæ Auditores, ſolent Magni Duces eis alia munera, & dignitates conferre, & quæ, n.26.

Rota hæc aliorum exemplis non judicat, & deciſiones aliorum Tribunalium non attendit, n.13.

Sed ſi cognoſcit deciſa legi, & rationi eſſe repugnantia, illa reformat n.14.

In eâ cauſæ examinantur magna cum maturitate, juſtitia, & zelo, n.17.

Unde extera Nationes judicio hujus Rotæ ſponte ſe ſubjiciunt n.23.

Quod demonſtratur exemplis, n.24.

Deciſionum, ſeu motivorum hujus Rotæ magna eſt auctoritas, n.15.

Sed non æquipollent legibus, n.16.

Faciunt tamen communem, & magis communem opinionem, n.22.

Articulos ex profeſſo examinare debent, n.18.

Sunt pars Sententiæ, num.17. verſic. poſt prolatam.

Et illam declarant, ibidem.

Tranſmitti debent ad officium Proconſulis, num.19.

Et

Titulus Secundus.

Et à quibus; & quantus ſit numerus volu-minum motivorum, dicto n.19. & 20.
Magis propriè vocantur motiva, quàm de-ciſiones, num.17. verſic. poſt prolatam.
De qualitate, Jurisdictione, & aliis Rotæ Florentinæ n.27.
Quo tempore fuerit erecta n.25.
Unus ex Auditoribus ſi ſolus contrarium ſentit, an poſſit ſubſcribere ſententiæ col-legarum n.28.
Et quid ſi ſubſcriptio fiat cum verbo, ſecu-tus, n.18.
Et quid ſi cum verbis, contrarium ſentiens, *de hoc plura* n.29.
Munus hoc eſt laborioſum, & indiget magna experientia, & habilitate n.21.
Antiquitus pro judicando vocabatur Poteſtas, & quo tempore id fieri cœperit, quis fue-rit primus ex eis, de juriſdictione, & præeminentiis antiquorum, & moderno-rum temporum, de forma judicandi, & plenè n.30. & ſeqq. uſque ad n.35.
De Poteſtate Civitatis Senenſis, n.33.
De Poteſtate Senogalliæ, n.34.
De antiqua, & moderna habitatione Pote-ſtatis Florentiæ, & Rotæ Auditorum num.36.
In hac Curia ſemper fuerunt Advocati, & Procuratores inſignes n.12.
Et eorum munus in Civitate Florentina, & Senenſi eſt Nobile, ibidem.
Et quid de Cancellariis Status Magni Ducis, num.6. verſic. Neronius, & verſic. Cancellarii.
Primi Miniſtri ſunt Auditor Cameræ, & Auditor Fiſcalis, qui ſemper ſunt Au-ditores Conſultæ, & plura de eis, n.3., & n.5. 10. & 11.
De Auditoribus Magni Ducis, ſive Conſul-tæ plura, ibidem n.3. 4. 5. 7. & 11.
De Auditore Reformationum, n.3.
De Magiſtratu Supremo, n.2.
De Magiſtratu Octo Virorum Guardiæ, & Baliæ n.6. *ubi de Secretario hujus Magi-ſtratus, & de aliis Secretariis*.
De Magiſtratu DD. Novem, n.4. il 2.
De Magiſtratu Pupillorum, n.4. il 2.
De Compilatoribus Statutorum, n.5. §. Ca-ſtrenſis verſic. compilavit.
Magiſtratus Florentiæ omnes in eodem loco congregantur pro audientia, & deciſione cauſarum n.36.

A

Accariſius (Joannes) Senenſis, fuit hujus Ro-tæ Auditor ab anno 1639. *& ſeqq.* dum per tres vices confirmationem in eo munere obtinuit, *Ugurgier. Pompe Sane-ſi part.1. tit.16. n.145.* Typis commi-
1 ſit deciſiones ejuſdem Rotæ *tom.1.* Fuit Aſſeſſor Magiſtratus Supremi, ut *in Frontiſpitio ejuſdem Voluminis*, & poſtea Legatus fuit miſſus Romam ad Pontifi-cem Summum pro arduiſſimis rebus componendis, ut *in epiſtola dedicato-ria*, & ſcribit etiam *P. Ugurgier. Pompe Saneſi par.1. tit.16. d. n.145.* ubi quod obiit anno 1646.

De Magiſtratu Supremo tractant *Caball. conſ.128. n.320. lib.2. Faſar. conſ.169. ſub n.131. Rot. Florent. apud Urceolum dec 36. poſt tom.1. Summę Sabelli cap.7. nu-*
2 *mer.175. & 192. & infra in Florenti-na Fideicommiſſi ſuper reſcripto 11. Sep-tembris 1713. §. Cæterùm coram me*, ubi plurimi concordantes, & omnium pleniſſimè *lib. motivor. 120. fol.139. & pluribus ſeq.*

Aldobrandinus (Sylveſter) Florentinus edi-dit *duo volumina conſiliorum, commen-taria in Inſtitut., & Additiones ad ope-ra diverſorum Auctorum*.

Fuit Auditor Reformationum, ut patet *ex Archivio earumdem Reformationum*, & dicit *Panzirol. de Claris Legum In-terpret. lib.2. cap.192.*, Iſte Auditor ſuperintendit omnibus Statutis, pri-vilegiis, aliiſque ſimilibus Civitatis, & Status Florentini, & de ejus mini-ſterio tractat *Lupus de Illegitim. comment. 3. §.5. ſub n.2.* Antiquitùs erat ſecreta-rius Reipublicæ, & hodie inſcribitur
3 Auditor Magni Etruriæ Ducis, quia inſervit magno Duci in illo munere. Omnes enim Auditores, qui aliquod conſpicuum munus in hac Urbe exer-cent ex illis præſertim, quæ inſtituta ſunt tempore Principatus, vocantur Auditores Magni Ducis in illo munere, ad differentiam Auditorum Conſultæ, qui inſerviunt Magno Duci in omni-bus; Magiſtratus enim, & Miniſtri, qui aliquas particulares habent incum-bentias, tenentur participare eorum geſta Magno Duci, ſive Conſultæ, à qua approbationem, vel reprobatio-nem

nem expectare debent; & ob id iſti ſolùm, quorum incumbentiæ omnia concernunt, propriè, & rigoroſè loquendo ſe inſcribunt Auditores magni Etruriæ Ducis abſque aliquo adjuncto, & Auditor Cameræ, qui inter ipſos, alioſque miniſtros primum locum obtinet, vocatur italico ſermone loquendo, *l' Auditore del Gran Duca*, qui per anthonomaſiam intelligitur de Auditore Cameræ, tamquam omnibus aliis excellentiore.

Alexander de Tartagnis de Imola ſcripſit *ſuper ff. & Cod. tom.4.* Item edidit, *Commentaria ad frequentiores Pandectarum titulos, leges, & paragraphos, quas ex ore ipſius publicè in Bononienſi Gymnaſio legentis veloci, & fideli calamo recollegit D. Mathæus de Vico Piſauren-ſis*. Item *Conſiliorum volumina ſeptem*.

Fuit Judex, & Collateralis in Civitate Florentiæ anno 1447. *idem Alex. conſ. 86. ſub num. 13. verſic. & ita in terminis ſimilibus lib. 2. Salvett. ad Statut. Florent. lib. 2. Rubr. 42. Verb. Furioſus fol. mihi 177. circa medium, & à tergo, & Rubr. 81. Verb. una hora fol. 329. tergo in fine, & Rubr. 93. Verb. An citatio fol. 334. tergo*, ubi quod erat viri optimi ingenii.

Altovita (Antonius) Florentinus, Patriæ ſuæ Archiepiſcopus XIV., plura opera edidit, de quibus apud *Ughell. Italia Sacra tom. 3. Verb. Archiepiſcopi Florentini fol. 244. & 245. & apud Pocciant. Catalog. Scriptor. Florentin. lit. A. fol. 18. & 19.* ubi de eo plura egregia refert.

Alvarottus (Jacobus) de quo ſupra *tit. 1.* Fuit Judex Quæſtionum Florentiæ, ut ipſe dicit *de Feud. tit. de Feud. ſine culpa non amittend. §. Sancimus num. 3. verſic. & ita practicatur Florentiæ, & verſic. & cum quidam Notarius fol. 69. col. 3. & tit. de Pace juramento firmand. §. Qui verò ſub n. 1. verſic. & ego vidi fol. 311. Panzirol. de Clar. Leg. Interpret. lib. 2. cap. 104. §. Illius doctâ, & ſeqq. & in epiſtola dedicatoria Repetitionis Zuchardi ſuper rubr. ff. ſi certum petat. inter Repetentes diverſor. in Jure Civili tom. 2. fol. mihi 14. tergo*, ubi eum vocat Præfectum Rotæ.

Jacobum Alvarottum Juniorem, Florentiæ Prætorem, & Jacobi Senioris Nepotem, conſultò omittimus. Nam quamvis ipſe inter clariſſimos Juriſconſultos fuerit recenſitus à *Panzirol. de Clar. Legum Interpret. lib. 3. cap. 46.* ubi illius Epitaphium ponit, tamen quia nulla ingenii ſui monumenta reliquit, ideo illum prætermittimus, ne à noſtro inſtituto recedamus.

Amatus (Marcus Antonius) Romanus, Auctor *Deciſionum Rotæ Provinciæ Marchiæ, & Rotæ Ferrarienſis*.

Fuit hujus Rotæ Auditor de anno 1602., & ſeqq., ut ipſe teſtatur *in Frontiſpicio Deciſionum Marchiæ in ſecunda impreſſione, & in frontiſpicio Deciſionum Rotæ Ferrarien., & in ſubſcriptione ad dec. 6. poſt Girond. de Gabell.*

Amedeus Juſtinus de Civitate Caſtelli, compoſuit Tractatum de Syndicatu, cujus titulus eſt *Tractatus Syndicatus cum expoſitione Inquiſitionis generalis, & querelarum porrectarum contra Officiales, & eorum defenſiones, compoſitus per D. Amedeum Juſtinum de Caſtello, Militem, & Doctorem, in Pretura Aſculana Præſidentem anno 1462.* inter Tractatus Diverſorum de Syndicat. fol. mihi 34. & ſeqq.

Anno 1465. fuit Poteſtas Civitatis Florentiæ *Salvett. ad Statut. Florent. lib. 2. rubr. 58. verb. aliquando poſſederit fol. 243. tergo.* Tempore ſuo, nullus fuit magis practicus in Magiſtratibus, *Bravius de Indic. & Tortur. inter Tractat. Magnos tom. 11. par. 1. fol. 255. ſub n. 27.*

S. Antoninus Florentinus Patriæ ſuæ Archiepiſcopus *Ughell. Italia Sacra tom. 3. Verb. Archiepiſcopi Florentini fol. 223.* ſcripſit *de Excommunicatione, de Interdict. Eccleſiaſtic., de Irregularitat., de ſuſpenſionibus impreſſ. inter Tractatus Magnos Diverſorum tom. 14. fol. 338. 341. 366. & 403.* Item *de Uſuris inter Tractatus magnos tom. 7. fol. 78.* Item alia plura, de quibus plenius *Pocciant. in Catalog. Scriptor. Florentinor. litt. A. fol. 12. & ſeqq.*

Strenuè judicavit Florentiæ, dum eſſet Archiepiſcopus, & ejus Sententias fuiſſe in magna exiſtimatione, dicit *Salvett.*, qui eodem tempore vixit, *ad Statut. Florent. pluribus in locis*.

Aſinius (Joannes Baptiſta) Florentinus, Auctor

ctor Tractatus *de Executoribus*, *Praxis judiciaria*, *ſivè ad Statut. Florent. de modo procedendi in Civilibus Cauſis*, *Viridarii juridici*, & *Commentariorum in titul. ff. de Religioſ. & Sumptib. funer.*

Fuit Aſſeſſor Magiſtratus DD. Novem, ut patet ex Cancellaria ejuſdem Magiſtratus, & forſan hoc voluit dicere ipſemet *de Executor. §.7. cap.26. in fine fol.173*, & *Marcus ejus Filius in Epiſtola dedicatoria dicti Tractatus*, ubì quòd legit, & jus dixit. Hic Magiſtratus præſidet omnibus Communitatibus ſtatus,

4 II p. eorumque Bonis, prout facit in Urbe Romæ Congregatio Boni Regiminis, & omnibus Communitatum Negotiis dat normam, & regulam, prævia tamen participatione, & approbatione Conſultæ, ſive Auditorum Magni Etruriæ Ducis.

De hoc Magiſtratu tractant *Coſpi Giudice Criminaliſta part.3. cap.3. n.1. & 2. fol.403.*, *Sabell. in praxi §. Cauſa n.23. & §. Taſſa n.19. & 23. Rota Florentina dec. 50. num.20. inter impreſſas coram me.*

Bertachinus (Joannes) Firmanus, de quo ſupra *tit.1.* Aſſedit Prætori, ſeu Capitaneo Florentiæ de anno 1470., ut ipſe teſtatur *in Repertor. Verb. Terraemotus fuit in Regno Apuliæ*, & *Panzirol. de Clar. Legum Interpret. lib.2. cap.124.*

Bolognetus (Ludovicus) Bononienſis, Auctor *Conſiliorum*, *Lectura ſuper diverſas leges impreſſ. inter repetit. diverſor. Juris Civilis*, *Commentariorum in 1. & 2. partem ff. Novi*, & *de Indulgent. quæ eſt in tom. 14. Tractatuum fol.141* & *Collectionis Florum in Jus Canonicum*, & *Additionum ad Mattheſylan. inter Tractatus Diverſor. de Succeſſion. fol. mihi 548.* & *Additionum ad Guidonem de Suzaria de Indiciis*, & *Tortura*, *ad Conſilia Joannis de Anania*, aliorumque.

Fuit Florentiæ Prætor, *Panzirol. de Clar. Legum Interpret. lib.2. cap.130.*

Obiit anno 1508. *Panzirol. d. cap.130.* ubi regiſtrat inſcriptionem Sepulcralem.

Bonarrota (Philippus) Florentinus, Auctor Voluminis, cui titulus eſt *Oſſervazioni Iſtoriche ſopra alcuni Medaglioni antichi* impreſſi Romæ anno 1698

Eſt Auditor Reformationum, & Secretarius Congregationis Juriſdictionis, deſcendens ab eximio Viro Michaele Angelo Bonarrota, in Sculptura, pictura, & architectura toto Terrarum orbe celeberrimo.

De Boncompagnis (Cataldinus) de Viſſo, edidit Tractatum *de Syndicatu impreſſ. inter tractatus Diverſor. de Syndicat. & inter tractatus magnos Diverſor. tom.7. par.2. fol.349. Et de Tranſlatione Sacri Concilii Baſileæ inter Tractatus Magnos tom.13. part.1.*

Fuit Judex Florentiæ, *Salvett. ad Statut. Florent lib.2. Rubr.19. fol.340.* & faciunt tradita per eumdem *Cataldin. de Boncompagn. de Syndicat. n.31. & ſub n.142.*

Bonfinius (Franciſcus Antonius) Bertinorienſis, longa ſuorum ſerie à Civitate Aſculi oriundus, Auctor *Supplementum ad Notabilia Silveſtri Bonfinii in Bannimen. Generalib. Status Eccleſiaſtici tom.2.*

Exercet munus Auditoris Rotæ Florentinæ, ut ipſe teſtatur *in Frontiſpicio dicti Operis*, ubì etiam ſe inſcribit Magni Etruriæ Ducis Juſtitiæ Conſiliarium. Auditores enim Rotæ tam Florentinæ, quàm Senenſis ſunt Conſiliarii Juſtitiæ Magni Ducis, eoſque Conſiliarios nominat *Mandoſ. de Inhibition. quæſt.71. n.15. Stacc. de Sententiis Gloſſ.5 quæſt.1. num.3.*, & patet ex intitulatione Deciſionis Rotæ Florentinæ *impreſſ. poſt conſil 87. Fachineus lib.2.* Et occaſione, qua D. Camillus Finettus, tunc Rotæ Florentinæ Auditor, fuit miſſus ad Sereniſſimum Electorem Bavariæ pro effectuatione matrimonii inter Sereniſſimam Violantem ejus ſororem, & Sereniſſimum Ferdinandum Magnum Etruriæ Principem in literis credentialibus dicto Sereniſſimo Electori tranſmiſſis, prout in omnibus aliis epiſtolis, hac occaſione hinc inde ſcriptis, ſemper eidem D. Auditori fuit datus titulus *Juſtitiæ Conſiliarii Sereniſſimi Magni Ducis*, ut legi poteſt in eiſdem epiſtolis, quas ego originaliter pluries vidi. Imò Auditores Rotæ Senenſis in omnibus Decretis, & ſententiis ſe Conſiliarios Juſtitiæ Magni Ducis inſcribunt, quod non practicant Auditores Rotæ Florentinæ.

Borghes (Joannes) Florentinus, plura ingenii ſui monumenta reliquit, & inter cætera *apud Maur. de Fidejuſſor. part.2. ſect. 10. poſt cap.23. fol.495. & ſeqq.* & alibi, pluraque *volumina conſiliorum*, quæ aſſer-

nem expectare debent; & ob id iſti ſolùm, quorum incumbentiæ omnia concernunt, propriè, & rigoroſè loquendo ſe inſcribunt Auditores magni Etruriæ Ducis abſque aliquo adjuncto, & Auditor Cameræ, qui inter ipſos, aliosque miniſtros primum locum obtinet, vocatur italico ſermone loquendo, *l' Auditore del Gran Duca*, qui per anthonomaſiam intelligitur de Auditore Cameræ, tamquam omnibus aliis excellentiore.

Alexander de Tartagnis de Imola ſcripſit *ſuper ff. & Cod. tom.4.* Item edidit, *Commentaria ad frequentiores Pandectarum titulos, leges, & paragraphos, quas ex ore ipſius publicè in Bononienſi Gymnaſio legentis velox, & fideli calamo recollegit D. Matheus de Vico Piſaurenſis.* Item *Conſiliorum volumina ſeptem.*

Fuit Judex, & Collateralis in Civitate Florentiæ anno 1447. *idem Alex. conſ. 86. ſub num. 13. verſic. & ita in terminis ſimilibus lib.2 Salvett. ad Statut. Florent. lib.2. Rubr.42. Verb. Furioſus fol. mihi 177. circa medium, & à tergo, & Rubr.81. Verb. una hora fol.329. tergo in fine, & Rubr.93 Verb. An citatio fol.334. tergo*, ubi quod erat vir optimi ingenii.

Altovita (Antonius) Florentinus, Patriæ ſuæ Archiepiſcopus XIV., plura opera edidit, de quibus apud *Ughell. Italia Sacra tom.3. Verb. Archiepiſcopi Florentini fol.244. & 245. & apud Pocciant. Cathalog. Scriptor. Florentin. lit. A. fol.18. & 19.* ubi de eo plura egregia refert.

Alvarottus (Jacobus) de quo ſupra *tit.1.* Fuit Judex Quæſtionum Florentiæ, ut ipſe dicit *de Feud. tit. de Feud. ſine culpa non amittend. §. Sancimus num.3. verſic. & ita practicavi Florentiæ, & verſic. & cum quidam Notarius fol.69. col.3. & tit. de Pace juramenti firmand. §. Qui verò ſub n.1. verſic. & ego vidi fol.311. Panzirol. de Clar. Leg. Interpret. lib.2. cap.104. §. Illius docta, & ſeqq. & in epiſtola dedicatoria Repetitionis Zuchardi ſuper rubr. ff. ſi certum petat. inter Repetitiones diverſor. in Jure Civili tom.2. fol. mihi 14. tergo*, ubi eum vocat Præfectum Rotæ.

Jacobum Alvarottum Juniorem, Florentiæ Prætorem, & Jacobi Senioris Nepotem, conſultò omittimus. Nam quamvis ipſe inter clariſſimos Juriſconſultos fuerit recenſitus à *Panzirol. de Clar. Legum Interpret. lib.3. cap.46.* ubi illius Epitaphium ponit, tamen quia nulla ingenii ſui monumenta reliquit, ideo illum prætermittimus, ne à noſtro inſtituto recedamus.

Amatus (Marcus Antonius) Romanus, Auctor *Deciſionum Rotæ Provinciæ Marchiæ, & Rotæ Ferrarienſis.*

Fuit hujus Rotæ Auditor de anno 1602., & ſeqq., ut ipſe teſtatur *in Frontiſpicio Deciſionum Marchiæ in ſecunda impreſſione, & in frontiſpicio Deciſionum Rotæ Ferrarien., & in ſubſcriptione ad dec.6. poſt Gerond. de Gabell.*

Amedeus Juſtinus de Civitate Caſtelli, compoſuit Tractatum de Syndicatu, cui titulus eſt *Tractatus Syndicatus cum expoſitione Inquiſitionis generalis, & querelarum porrectarum contra Officiales, & eorum defenſiones, compoſitus per D. Amedeum Juſtinum de Caſtello, Militem, & Doctorem, in Pretura Aſculana Præſidentem anno 1462.* inter Tractatus Diverſorum de Syndicat. fol. mihi 34. & ſeqq.

Anno 1465. fuit Poteſtas Civitatis Florentiæ *Salvett. ad Statut. Florent. lib.2. rubr.58. verb. aliquando poſſederit fol. 243. tergo.* Tempore ſuo, nullus fuit magis practicus in Magiſtratibus, *Brunus de Indic. & Tortur. inter Tractat. Magnos tom.11 par.1. fol.255. ſub n.27.*

S. Antoninus Florentinus Patriæ ſuæ Archiepiſcopus *Ughell Italia Sacra tom.3 Verb. Archiepiſcopi Florentini fol.223.* ſcripſit de *Excommunicatione, de Interdict. Eccleſiaſtic., de Irregularitat., de ſuſpenſion. nunc impreſſ. inter Tractatus Magnos Diverſorum tom. 14. fol. 338. 342. 366. & 403.* Item *de Uſuris inter Tractatus magnos tom.7. fol 78.* Item alia plura, de quibus plenius *Pocciant. in Cathalog. Scriptor. Florentinor. litt. A. fol.12. & ſeqq.*

Strenuè judicavit Florentiæ, dum eſſet Archiepiſcopus, & ejus Sententias fuiſſe in magna exiſtimatione, dicit *Salvett.*, qui eodem tempore vixit, *ad Statut. Florent. pluribus in locis.*

Aſinius (Joannes Baptiſta) Florentinus, Auctor

ctor Tractatus *de Executionibus*, *Praxis judiciaria*, *ſive ad Statut. Florent. de modo procedendi in Civilibus Cauſis*, *Viridarii juridici*, *& Commentariorum in titul. ff. de Religioſ. & Sumptib. funer.*

Fuit Aſſeſſor Magiſtratus DD. Novem, ut patet ex Cancellaria ejuſdem Magiſtratus, & forſan hoc voluit dicere ipſemet *de Executione. §. 7. cap. 26. in fine fol. 173.*, *& Marcus ejus Filius in Epiſtola dedicatoria dicti Tractatus*, ubi quòd legit, & jus dixit. Hic Magiſtratus præ-
4 ſidet omnibus Communitatibus ſtatus,
it p. eorumque Bonis, prout facit in Urbe Romæ Congregatio Boni Regiminis, & omnibus Communitatum Negotiis dat normam, & regulam, prævia tamen participatione, & approbatione Conſultæ, ſive Auditorum Magni Etruriæ Ducis.

De hoc Magiſtratu tractant *Coſp. Gindice Criminaliſta part. 3. cap. 3. n. 1. & 2. fol. 403*, *Sabell. in praxi §. Conſe n. 13. & §. Teſſe n. 19. & 23. Rota Florentina dec. 50. num. 20. inter impreſſas coram me.*

Bonacheus (Joannes) Firmanus, de quo ſupra *tit. 1.* Aſſedit Prætori, ſeu Capitaneo Florentiæ de anno 1470., ut ipſe teſtatur *in Repertor. Verb. Terramotus fuit in Regno Apuliæ*, *& Panzirol. de Clar. Legum Interpret. lib. 2. cap. 124.*

Bolognetus (Ludovicus) Bononienſis, Auctor *Conſiliorum*, *Lectura ſuper diverſas leges impreſſ. inter repetit. diverſor. Juris Civilis*, *Commentariorum in 1. & 2. partem ff. Novi*, *& de Indulgent. quæ eſt in tom. 14. Tractatuum fol. 141. & Collectionis Florum in Jus Canonicum*, *& Additionum ad Mattheſylan. inter Tractatus Diverſor. de Succeſſion. fol. mihi 348. & Additionum ad Guidonem de Suzaria de Indiciis*, *& Tortura*, *ad Conſilia Joannis de Anania*, aliorumque.

Fuit Florentiæ Prætor, *Panzirol. de Clar. Legum Interpret. lib. 2. cap. 130.*

Obiit anno 1508. *Panzirol. d. cap. 130.* ubi regiſtrat inſcriptionem Sepulcralem.

Bonarrota (Philippus) Florentinus, Auctor Voluminis, cui titulus eſt *Oſſervazioni Iſtoriche ſopra alcuni Medaglioni antichi* impreſſi Romæ anno 1698.

Eſt Auditor Reformationum, & Secretarius Congregationis Juriſdictionis, deſcendens ab eximio Viro Michaele Angelo Bonarrota, in Sculptura, pictura, & architectura toto Terrarum orbe celeberrimo.

De Boncompagnis (Cataldinus) de Viſſo, edidit Tractatum *de Syndicatu impreſſ. inter tractatus Diverſor. de Syndicat. & inter tractatus magnos Diverſor. tom. 7. par. 2. fol. 349. Et de Tranſlatione Sacri Concilii Baſileæ inter Tractatus Magnos tom. 13. part. 1.*

Fuit Judex Florentiæ, *Salvett. ad Statut. Florent. lib. 2. Rubr. 29. fol. 340.* & faciunt tradita per eumdem *Cataldin. de Boncompagn. de Syndicat. n. 32. & ſub n. 141.*

Bonfinius (Franciſcus Antonius) Brittinorienſis, longa ſuorum ſerie à Civitate Aſculi oriundus, Auctor *Supplementum ad Notabilia Silveſtri Bonfinii in Bannimenta Generalib. Status Eccleſiaſtici tom. 1.*

Exercet munus Auditoris Rotæ Florentinæ, ut ipſe teſtatur *in Frontiſpicio dicti Operis*, ubi etiam ſe inſcribit Magni Etruriæ Ducis Juſtitiæ Conſiliarium. Auditores enim Rotæ tam Florentinæ, quàm Senenſis ſunt Conſiliarii Juſtitiæ Magni Ducis, eoſque Conſiliarios nominat *Mandoſ. de Inhibition. quæſt. 71. n. 15. Scacc. de Sententiis Gloſſ. 5. quæſt. 1. num. 3.*, & patet ex intitulatione Deciſionis Rotæ Florentinæ *impreſſ. poſt conſil. 87. Fachinei lib. 3.* Et occaſione, qua D. Camillus Finettus, tunc Rotæ Florentinæ Auditor, fuit miſſus ad Sereniſſimum Electorem Bavariæ pro effectuatione matrimonii inter Sereniſſimam Violantem ejus ſororem, & Sereniſſimum Ferdinandum Magnum Etruriæ Principem in literis credentialibus dicto Sereniſſimo Electori tranſmiſſis, prout in omnibus aliis epiſtolis, hac occaſione hinc inde ſcriptis, ſemper eidem D. Auditori fuit datus titulus *Juſtitiæ Conſiliarii Sereniſſimi Magni Ducis*, ut legi poteſt in eiſdem epiſtolis, quas ego originaliter pluries vidi. Immò Auditores Rotæ Senenſis in omnibus Decretis, & ſententiis ſe Conſiliarios Juſtitiæ Magni Ducis inſcribunt, quod non practicant Auditores Rotæ Florentinæ.

Bonfius (Joannes) Florentinus, plura ingenii ſui monumenta reliquit, & inter cætera *apud Maur. de Fidejuſſor. part. 2. ſect. 10. poſt cap. 13. fol. 495. & ſeqq.* & alibi, pluraque volumina conſiliorum, quæ aſſer-

vantur apud heredes, & optimum eſſet, ſi aliquando publici juris fierent.

Fuit aſſeſſor Magiſtratus Pupillorum *Rondenſ. reſp.35. ſub n.30. lib.1.* poſtea Cardinalis, Epiſcopus Biterrenſis, & Regni Francorum Magnus Elemoſinerius, *Caball. conſ.10. n.64. & conſ.128. n.77. lib.2. Maur. de Fidejuſſor. d. cap.23. n.35. in fine fol.494.*

De hoc Magiſtratu Pupillorum tractant *Ger. Spin. conſ.5. ſub n.21. & 16. De Luc. de Taror. diſc.21. n.5. Turrett. conſ.91.*
4 *n.15. lib.2. Afinius de Execut. §.9. cap.335. n.20. & ſeqq. fol.418. Sabell. in Prax. Verb. Cancellarii n.2. & 3. & Verb. Officialis n.1. Mart. Medices in Addit. ad dec. 61. conſ.2. fol.61. Urceol. dec.10. num.2. & ſeqq.*

Caballus (Petrus) Pontremulenſis, fuit hujus Rotæ Auditor de anno 1581. & ſeqq., ut ipſe teſtatur *conſ.164. n.6. conſ.165. n.15. & conſ.168. n.12. lib.1*, & patet ex ipſius ſubſcriptione in deciſionibus Rotæ Florentinæ impreſſis poſt *Giraud. de Gabell. in ſubſcriptione ad dec.4. & ad dec.5.*

Fuit etiam Auditor univerſarum Militarium Legionum, & Magiſtratus Octo Virorum Guardiæ, & Baliæ, nec non Præſidens Sacræ Religionis Equitum D. Stephani, & demum Auditor Fiſcalis, & in Signatura Libellorum ſupplicum Gratiæ, & Juſtitiæ Conſiliarius, ut ipſe refert *in frontiſpitio Conſiliorum, & reſolutionum criminalium, & in principio cujuslibet centuriæ earumdem reſolutionum*, nec non in *frontiſpitio tractatus de omni genere homicidii*. Alia de Caballo *Vide ſupra titul. 1.*

Duo enim primi Miniſtri, qui univerſum dominium M.M. Etruriæ Ducum regunt, & gubernant, quique omnes,
5 & quoſcumque ſubditos hujus Regni Etruſci, omneſque Judices, & Miniſtros judicant, & à nemine judicantur, ſunt Auditor Cameræ, & Auditor Fiſcalis, uterque eſt Auditor Conſultæ Magni Ducis, & ob id ſe inſcribit Caballus in Signatura Libellorum ſupplicum Gratiæ, & Juſtitiæ Conſiliarius, iſta enim duo nomina ad invicem convertuntur, idemque ſignificant. Se inſcribit etiam in frontiſpitio 2. Voluminis Conſiliorum Civilium à *Secretis*; quia Fiſcalis pro tempore eſt etiam Secretarius Status Magni Ducis, & ob id, deficiente primo Secretario Status, reſcripta Gratiarum, quæ conceduntur à MM. Etruriæ Ducibus, aliarumque materiarum, firmantur cum ſubſcriptione, & nomine, vel Auditoris Cameræ, vel Auditoris Fiſcalis, ut de ſubſcriptionibus Auditoris Cameræ videre eſt penès *Rondenſ. reſp. lib.1. ante reſp. 4.* ubi cuidam ordini, ſeu delegationi Sereniſſimi Magni Ducis ſe ſubſcribit Carolus Antonius Puteus Archiepiſcopus Piſarum, & Auditor Cameræ, & *in dec. Rotæ Florentinæ impreſſa apud Palm. Nepot. alleg.327. fol. mihi 180.*, ubi ſe ſubſcribit Lelius Taurellus, qui fuit Auditor Cameræ, & alibi plures. Auditores Fiſcales etiam hujuſmodi gratiis, & reſcriptis ſe ſubſcribunt, ut videre eſt apud *Conciol. conſil. crimin. 12. n.2.*, ubi ſe ſubſcribit Bartholomeus Caballus, qui fuit Auditor Fiſcalis; & Æmilius Lucius, qui pariter fuit Auditor Fiſcalis, pluries ſubſcriptus legitur apud *Sabell. in Summa*, & alii Fiſcales ſæpiſſimè.

Uterque ex eis habet vivæ vocis oraculum, & Auditor Cameræ non ſolùm pro rebus Dominii Florentini, ſed etiam Status Senenſis, Arcis, ſeu Civitatis Liburni, Portusferrarii, aliorumque omnium Fortilitiorum, cæterorumque Locorum MM. Etruriæ Ducum intra, & extra Etruriam, quia ipſe eſt Auditor, & Superintendens Generalis omnium dictorum Locorum, ut omnibus notum eſt, & legitur in Epitaphio Auditoris Valentini Farinolæ poſito in ingreſſu Conventus S. Marci Civitatis Florentiæ retro ſecundam Januam in pariete, ubi adeſt etiam ſculpta ejus effigies.

Ambo ex eis incedunt per Urbem cum Curru, & Inſigniis Sereniſſimi Magni Ducis, & aliquo ex ipſis ad Palatium Ducale accedente, aſſurgunt Milites Excubiarum Magni Ducis, ſeſeque armata manu in aciem diſponunt, donec tranſeant, & coram S. Celſitudine Regia capite cooperto ſedent, quod ultimum eſt commune etiam aliis Auditoribus Conſultæ, ſeu Collateralis Conſilii, qui coram Principe ſedent, pileo capiti ſuperimpoſito.

Caſtrenſis (Paulus) Patavinus ſcripſit *ſuper*

ff.

ff. & Codic. tom. 5. Item Argumentorum prælectiones in quamplures Titulos primæ partis ff. veteris, & ſecundæ ff. novi tomus alter. Item *Conſiliorum volumina 3.*

Fuit Auditor, & Vicarius Cardinalis Zabarellæ Epiſcopi Florentini, licet eſſet conjugatus, ex Decreto Martini V., qui permanebat Florentiæ, *Caſtrenſ. in Auth. Ad hæc n. 3. C. de Judic. Thomas Diplovatatius in ejus Vita*, ubi refert eumdem *Caſtrenſ. conſ. 220.* relatus etiam à *Sbroz. de Vicar. Epiſcop. lib. 1. quæſt. 31. n. 16. Panzirol. ubi ſupra lib. 2. cap. 89. fol. 130 & ſeqq & lib. 3. cap. 18. fol. 445.*, & legitur in ejus Epitaphio propè ipſius Sepulcrum, poſito in Templo Servitarum Patavii, per extenſum regiſtrato à *Joanne Fichard. in Vitis Recentior. Juriſconſultor. inter Tractatus Magnos tom. 1. fol. 158. tergo, & apud Panzirol. d. lib. 2. cap. 89. fol. 132.*

Fuit etiam Vicarius Archiepiſcopi Corſini, *Salvett. ad Statut. lib. 2. rubr. 129. verb. deſcendentes n. 12 fol. 437. tergo*, ubi quòd anno 1418. circiter diſceſſit, & ivit Bononiam ad legendum, & poſtea Paduam, ubi deceſſit, & benè hoc ſcribebat *Salvett.*, qui fuit ejuſdem Caſtrenſis diſcipulus, ut *in dicta rubr. 129. verb. ſecundum titulo fol. 442 in principio*, & fuit anno 1418. Doctoratus Bononiæ à Joanne de Imola idem *Salvett. ad dictam Rubr. verb. deſcendentes n. 13. fol. 437. tergo.*

Compilavit Statuta Florentiæ, *Salvett. ad Statut. Florent. lib. 1. rubr. 91. fol. 333. Cavalcan. de Brach. Reg. par. 6. n. 155. §. Et quando in fine fol. 72. Panzirol. de Clar. Legum Interpret. d. lib. 2. cap. 89. fol. 131. Rot. Florentina apud Magon. deciſ. 10. ſub n. 35. Rot. Romana poſt de Luc. de Teſtament. in Mantiſſa dec. 38. n. 14.*, & legitur in dicto Epitaphio, & apud eumdem Caſtrenſ. pluribus in locis ſuorum operum, & ſignanter *in l. 1 ſub n. 4. C. de Inoffícioſ. doctr.* Et hæc eſt ultima compilatio, cum qua hodie vivitur; Antiquiores autem compilationes pariter factæ fuerunt à Viris doctiſſimis, & ſignanter illa anni 1350., in qua inter cæteros intervenit Lapus, & Joannes de Prato, operibus in lucem editis clari, ut refert *Caſtrenſ. conſ. 283. in ſiguratione caſus in fine lib. 1.*

Cataneus (Nicolaus) de Fulgineo Auctor *Conſiliorum, & Deciſionum.*

Fuit hujus Rotæ Auditor, ut ipſe teſtatur in Frontiſpicio dicti Voluminis.

Cavalcanus (Hortentius) Fivizanenſis, de quo ſupra *titul. 1.* fuit Judex in Civitate Florentiæ, ut ipſemet teſtatur in Epiſtola dedicatoria ad Coſmum Magnum Etruriæ Principem, poſita in principio *Tractatus de Brach. regio impreſſ. anno 1608. Venetiis.*

Cepparellus (Thomas) de S. Geminiano edidit *duo Volumina Reſolutionum fiſcalium.*

Fuit Florentiæ Locumtenens Fiſcalis, & Aſſeſſor Gabellæ Contractuum, ut ipſe dicit in Frontiſpicio ſuorum voluminum, & prædicta munera exercuit de anno 1681. uſque ad obitum ſecutum die 22. Novembris 1705.

Corſinus (Petrus) Florentinus Cardinalis, & ejuſdem Civitatis Epiſcopus 46., creatus anno 1361, plura ſcripſit, de quibus apud *Ughell. Italia Sacra tom. 3. Verb. Archiepiſcopi Florentini fol. 200 & Catenam, & S. Petrus fol. 201. Poccianti. Catholog. Scriptor. Florentin. liter. P fol. 145.*

Coſpi (Antonius Maria) Sartenanenſis edidit Librum, cui titulus eſt *il Giudice Criminaliſta*, poſt expletum munus Auditoris Turronis Bononiæ, ut ipſe dicit *d. lib. par. 3. cap. 5. n. 4 & 5. Diarium Senenſe del Gigli impreſſ. anno 1714. ad diem 19. Maji n. 144. fol. 128.* fuit Secretarius Octo Virorum Guardiæ, & Baliæ Civitatis Florentiæ, *Diarium Senenſe* ubi ſupra *n. 144. fol. 128. Panton. poſt tom. 1. Summæ Sabelli cap. 8 ſub n. 6.*, idem *Coſpi in Frontiſpicio dicti libri*, ubi ſe inſcribit Secretarium Magni Ducis, ſed impropriè, quia, ut ſupra dictum eſt de Auditoribus Conſultæ *n. 3.*, Secretarii abſque aliquo adjuncto ſunt illi, qui inſerviunt Magno Duci in omnibus rebus Secretariam concernentibus, prout ſunt Miniſtri aſſiſtentes Secretariæ, ubi ſcribuntur Epiſtolæ. Alii verò, qui ſunt Secretarii alicujus particularis Officii, vel Magiſtratus, propriè, & juxta
6 communem uſum loquendi vocantur, & inſcribuntur Secretarii in illo munere particulari, ut ſunt Secretarius Congregationis Juriſdictionis, Secretarius *delle Tratte*, Secretarius Octo Virorum Guardiæ, & Baliæ, aliique ſimiles.

Iſte Magiſtratus rebus criminalibus eſt præpoſitus, & de eo, ejuſque Juriſdi-

ctione tractant idem *Coppi Gaudius criminaliſta par.3 cap.2.n.6.& cap.3. ex n.3. fol.403.*, plura *Caball.* in ſuis reſolutionibus criminalibus, *Sabell. in ſumma §. Affectus ſub n.5. & §. Magiſtratus n.9.* & in Practica *Verb. Magiſtrati n.1. & ſeqq. n.8. & ſeqq. n.14. & ſeqq. & n.25. & Rectori n.73.*, & alibi ſæpè, *& Bonfin. ad Bannimenta General.*, cum participatione Auditoris Fiſcalis condemnat in pœnam Triremium, & ultimi Supplicii, ſed antequam pœnæ exequantur, omnes Rei ſupplices preces porrigunt Sereniſſimo Magno Duci, ſive ejus Conſultæ pro minoratione pœnæ, & ex juſtis cauſis ſæpiſſimè accidit, quod pœnæ minorantur, pluresque cauſæ minorationis habentur *in dec. Florentina 40. §. ante.*

Doccius (Thomas) Senenſis, Collateralis in Civitate Florentiæ, *Salvett. ad Statut. Florent. lib.2. rubr.2. verb. Notarius fol.63. tergo.*

Forſettus (Coſmus) Maſſenſis, fuit hujus Rotæ Auditor, & deindè Aſſeſſor Magiſtratus Supremi, plures compilavit deciſiones Rotæ Florentinæ, quæ brevi tempore in lucem dabuntur, Reliqua *Vide titul.1.*

Forſettus (Andreas) Coſmi Filius, ejus deciſiones unà cum illis Patris ſui impreſſas citò habebis, & cum aliquibus adnotationibus ad Deciſiones ſui Patris.

Fuit, & de præſenti eſt Auditor Rotæ Florentinæ ex numero Trium Ultimarum Appellationum, de quibus dixi poſt *deciſ. Rotæ Senenſis 50.*

Felicius (Hector) Callienſis, Auctor Tractatus *de Societate, & Allegationum Juris partes tres.*

Fuit Florentiæ Rotæ Auditor, ut ejus Filius teſtatur *de Societat. cap.30. num.59.* Et hoc evenit de anno 1605. ut patet ex deciſione hujus Rotæ ab ipſo inſerta *in Tractatu de Societat. cap.15. ſub n.95. & ſeqq.*, & de anno 1610.1612.& 1613., ut ex motivo impreſſo *apud Cepparell. reſol.48. lib.1., & poſt Girond. de Gabell. dec.13. dec.14. & dec.15.*, & ex aliis apud Proconſulem.

Habuit Collegam Antonium Monachum, qui edidit deciſiones Rotæ Florentinæ, & alia Opera, ut iſte teſtatur *in deciſ. Florent.58. ſub n.5. & deciſ.64. n.2., & deciſ. Bononien.54. n.34.*

Finettus (Camillus) Senenſis fuit hujus Rotæ Auditor, deinde Aſſeſſor Magiſtratus Supremi, & poſtea Auditor Conſultæ.

Obiit anno 1710., ejus deciſiones Rotæ Florentinæ citò imprimentur.

Fundatia (Annibal), de quo ſupra *titul.1.* fuit Rotæ Florentinæ Auditor, ut ipſe refert in *Epiſtola ad Lectores impreſſa ante Deciſiones Bononienſ. Diverſor.*

Gandinus (Albertus), de quo ſupra *titul.1.*, fuit Aſſeſſor in Civitate Florentiæ, *idem Gandin. de Maleſic. rubr. ultim. Panzirol. de Clar. Legum Interpret. lib.2. cap.47.*

Geminianus, ſive à S. Geminiano (Dominicus), in lucem edidit Volumen *ſuper ſexto Decretal., & alium librum Conſiliorum*, aliaque plura ſcripſit, quæ non fuerunt typis commiſſa, de quibus *Coppi fol.96. & fol.225.*

Fuit Lector Florentiæ, *Salvett. ad Statut. Florent. lib.2. rubr.1. verb. Comitatenus fol.20. tergo, & Verb. ſi redditur fol.44. tergo*, ubi quòd fuit tempore Papæ Martini, *Coppi Annali di S. Gemignano par.2. degl' Uomini Illuſtri San Gemignaneſi tit. Auditori di Rota, e di Camera fol.95.*

Fuit etiam Vicarius Florentiæ, vel ſaltem coactus, mediante excommunicatione, ut eſſet, tempore Americi Corſini primi Archiepiſcopi Florentini, *Coppi degl' Uomini illuſtri S. Gemignaneſi d tit. Auditori di Ruota, e di Camera fol.96. & tit. Vicarii Generali d'Arciveſcovi, e Veſcovi n.1. fol.104.*

Herculanus (Hieronymus) Bononienſis, edidit *Volumen Conſiliorum*, & fuit hujus Rotæ Auditor, *ut in ſubſcriptionibus motivorum apud Proconſulem.*

Lapideus (Camillus) Mirandulanus, auctor Deciſionum Rotæ Lucenſis diverſor.

Fuit hujus Rotæ Auditor de anno 1578. una ſimul cum Joſepho Ludovico, & Phanuccio de Phanuccis, ut ex ſubſcriptionibus *lib. motivor.35. fol.332. lib. motivor.46. fol.34. & fol.440.*, & alibi.

Ludovicus (Joſeph), de quo ſupra *titul.1.* fuit hujus Rotæ Auditor, ut teſtatur ipſemet in Frontiſpitio communium conclusionum, & Deciſionum Rotæ Lucenſis, ubi quod fuit ſub Sereniſſimo Franciſco Magno Etruriæ Duce II. & di-

& dicit *Rondenſ. conſ.50. num.684.*, *&* *685. lib.1. Sforz. Oddus de Reſtit. in integrum part.1. quæſt.4. ſub n.66.*

Fuit de anno 1578. & habuit Collegam Camillum Lepidum, & Phanuccium de Phanucciis, ut ex eorum ſubſcriptionibus *in lib. motivor.46. fol.440.*, & alibi.

Magonius (Hieronymus) Auctor *Deciſionum Rotæ Florentinæ*, *&* *Lucenſis*. Sedit in hac Rota de anno 1582., ut in ſubſcriptione *dec 3. poſt Gironď. de Gabell.*

Fuit etiam Auditor Generalis Bononiæ anno 1588. *Rot. coram Emer. ſen. dec. 323. ſub n.1.*, & fuiſſe inſignem J.C. dixit *Rota in rec. dec.285. n.4. part.17.*, Alia de eo vide ſupra *tit.1.*

Mandoſius (Quintilianus) Romanus, Auctor Tractatus *de Inhibition.*, *de Monitor.*, *Annal. Caſib.*, *de Commiſſion.*, *de Ingratitud.*, *de Ætate Minor.*, *Praxis Signaturæ Gratiæ*, *ad Regul. Cancellariæ*, *ſuper 1. & 2 lib. Decretal.*, *&* *Conſiliorum*, *& Additionum ad allegation. Lapi.*

Fuit hujus Rotæ Auditor, ut ipſe teſtatur *de Inhibition. in Epiſtola dedicatoria ad Sereniſſimum Magnum Ducem in fine*, *in Proœmio ejuſdem tractatus in fine*, *&* *quæſt.54. num.3. quæſt.55. ſub num.3.*, ubi quod fuit Decanus, & quòd Judex debet prohibere verboſis, ne loquantur, & illos ex cauſa per aliquod tempus ſuſpendere, *& quæſt.72 n.1. & ſub n.8. & ſeqq. & per tot.*, *&* *quæſt.128 n.5.*

Sedit in hoc Tribunali anno 1574., & ſeqq. ut ipſe refert *de Inhibition. quæſt. 71. in princip. & conſil.104. ſub num.10. verſic. & ita in ſpecie*, & tempore, quo erat in hac Rota Auditor, elaboravit pro ſecunda impreſſione ſui Tractatus de inhibitionibus, ut ipſe dicit in eodem Tractatu *in Proœmio*, *&* *quæſt.71. n.4. & quæſt.128. n.5.*

Habuit Collegam, dum eſſet Judex Quarterii, Julium ex Nobili familia Juſtiniana Januen. *Mandoſ. de Inhibition. quæſt.72. num.18.*

Martius Medices (Chriſtophorus) Florentinus Auctor *Deciſionum Rotæ Senenſis cum Examinationibus*, *&* *Additionibus*.

Fuit Auditor Florentiæ, ut ipſe refert in *Frontiſpicio earumdem Deciſionum*, *&* *Additionum*, *& in addition. ad examinat. 3. ſub n.29. in fine Tanaglia de Sacr. Rota Romana Auditor. cap.19. ſub n.40.*

Marzarius (Franciſcus) Vicentinus Auctor, *Conſiliorum*, *&* *tractatus de Fideicommiſſis*.

Fuit hujus Rotæ Auditor, ut ipſe teſtatur *de fideicommiſſis part.2. ſub num.10.*, *& 76. & part.3. n.17. in fine*.

Sedit in hoc Tribunali de anno 1566., teſte *Ger. Spin. conſ.13. ſub n.65. verſic. & ſecundam iſtam diſtinctionem ſæpius etiam judicatum fuit*, *&* *ſub n.67. ante medium*.

Mazolla (Gerardus) Regienſis *Auctor Conſiliorum tom.1.*

Fuit hujus Rotæ Auditor, ut ipſe teſtatur *conſ.1. in princip. & in ſubſcriptione ad dictam conſ. ſub n.15.*, *& in 2. ſubſcriptione n.1 & ſub n.14. conſ.4. num.1. & in fine*, *conſ.73. num.1. conſ 115. in fine poſt conſ.118. poſt conſ.120.*, *Soccin. Junior. conſ.144. in principio*, *&* *in fine lib.3.*

Et hoc evenit de anno 1548. 1549. 1550. & 1551., ut ipſe teſtatur in ejus deciſione impreſſa apud *Soccin. Jun. conſ.144. lib.3.*, quæ eſt ſub die 8 Februarii 1549. repetita apud *Mazol. conſ.1. in fine poſt conſ 2. poſt conſ.3. poſt conſ.4. conſ.14. in fine conſ.115. in fine*, *& conſ.120. in fine*, & habetur ex ipſius Inſigniis, & inſcriptione poſita in Palatio, ubi reſidebant antiquitus Poteſtates propè Monaſterium *detto di Badia*, in populo S. Apollinaris circa medietatem ſcalæ ad manum dexteram.

Exaravit plures Deciſiones hujus Rotæ, de quibus apud *Soccin. Jun. d. conſ.144. in princip.*, *& in fine lib.3. repetit. apud Mazoll. d. conſ.1. & conſ.2. conſ.3. in princip. & in fine*, *conſ.4. n.1. & in fine*, *conſ. 14. ante princip. & in fine*, *& conſ.118.*

Medices (Sebaſtianus) Florentinus fuit Vicarius Florentiæ Archiepiſcopi Alexandri Medices, *Formular. Florent. impreſſ. Florentiæ anno 1600. in Epiſtola ad Lectorem col.3. verſic hoc minus, à Reverendo D. Sebaſtiano Medices inſcripta anno 1576. & fol.345. fol.363. fol.366. fol. 371. fol.377. 378. 380. 383. 386. 390. & 400.*

Plura ſcripſit, quæ hodie habentur in *duobus voluminibus*, quibus titulus eſt *Tractatus Varii impreſ. Venetiis anno 1586.*, & replicata inter *Tractatus Magnos Diverſor. Item Deciſiones Rotæ Provinciæ Marchiæ*,

chia, & *Volumen Conſiliorum*.

Merlinus (Mercurialis) Foroliviensis Auctor Tractatus *de Legitima*, & *de Pignoribus*.

Fuit hujus Rotæ Auditor, ut teſtatur *Venturin. conſ. 42. in princip. fol. 770. in fine lib. 1. Anſald. conſ. 110. ante n. 1.*

Sedit in hoc Tribunali de anno 1633. ut videre eſt in *deciſione de d. anno ab ipſo extenſa*, & *impreſſa apud Sammniat. controv. 108.*

Habuit Collegam Nicolaum Cataneum, ut videre eſt *in ſubſcriptione dictæ deciſionis impreſſa apud Sammniat. contr. 108.*, & ſcribit *Altograd. poſt conſ. 49. lib. 2.*

Poſtea fuit Auditor Conſultæ, ſive Magni Etruriæ Ducis, teſte *Marc. Medic. in addition. ad examinat. 23. in princip. Rot. Florentinæ inter dec. Lucen. Diverſ. recollect. per Palm. Nepot. dec. 245. ſub num. 33.*

Michelorius (Blaſius) Urbinas Auctor Tractatus *de Fratribus*, *de Poſitionibus*, & *de Caio*, *Surdo*, & *Muto*.

Fuit hujus Rotæ Auditor de anno 1650. & ſeqq., ut patet ex quo, ipſe de anno 1653. edidit deciſionem hujus Rotæ impreſſam apud *Manſ. conſult. 99.*, de anno 1650. ſe ſubſcripſit motivo, de quo poſt *Girondam de Gabell. dec. 31.*, de anno 1651., ut ex ejus deciſione in particula impreſſa *poſt Oleam de Ceſſion. Jur. dec. 51. num. 86.*, de anno 1652 ſe ſubſcripſit deciſioni impreſſæ *inter Lucenſ. Diverſ. recollect. per Palm. Nepot. dec. 245.*, in qua deciſione *n. 31.* citant ipſius Tractatum de Fratribus, & eum vocant, Collegam. Et de anno 1654. apparet ſubſcriptus in deciſione impreſſa apud *Maſſim. de confiſcat. quæſt. 39. ex num. 38. uſque ad finem*

Miles (Joannes) Brixienſis compoſuit amplum *Repertorium*, & fuit Advocatus Fiſcalis Florentiæ, ubi obiit anno 1434. ut dicit *Salvett. ad Statut. Florent. lib. 2. rubr. 127. Verb. Judex fol. 402. tergo*.

Monachus (Antonius) Taurinenſis edidit *deciſiones Rotæ Florentinæ, Lucenſis, & Bononienſis, Tractatum de Recta Feudorum interpretatione, & de Executione in teſtibus*.

Fuit hujus Rotæ Auditor, ut ex *Frontiſpitio dictorum Voluminum apparet*.

Moronus (Nicolaus) Gualdenſis ſcripſit Tractatus *de Fide, Tregua, & Pace impreſſ. inter Tractatus magnos Diverſ. tom. 11.* *par. 1. fol. 418.*

Fuit hujus Rotæ Auditor de anno 1578., ut patet ex ejus ſubſcriptionibus *in libris Motivorum apud Officium Præconſulis*.

Neguſantius (Antonius) Fanenſis in lucem edidit Tractatum *de Pignoribus, & Hypothecis*, & fuit Rotæ Florentinæ Auditor, ut ipſe dicit *in inſcriptione poſita ante principium Tractatus in parva impreſſione*, ubi quod fuit Auditor Rotæ tempore, quo Florentina Civitas ſe regebat ad modum Reipublicæ, & ſcribit *Mandoſ. de Inhibition. quæſt. 72. ſub num. 12.*

Clemens VII. filium nomine Joannem ſusceptum, dum ipſe Antonius eſſet Rotæ Florentinæ Auditor, è Sacro Fonte levavit, ut habetur *in Epiſtola dedicatoria Silvæ Reſponſorum Adriani Neguſantii ad Magnum Ducem Etruriæ in fine*.

Fuit Judex Quarterii, ut ex formula Sententiæ ab ipſo latæ, & recenſitæ per *Scacciam*, qui integrum ſuper dicta formula compoſuit Tractatum de ſententiis, ut *in principio ejuſdem tractatus verſic. in Dei nomine fol. 1.*

Sedit in hoc Tribunali anno 1519. & ſeqq. ut patet *ex ipſius inſignits, & inſcriptione lapidea poſita in Palatio*, in quo prius reſidebant Poteſtates in ingreſſu Viæ Ghibellinæ propè Monaſterium *detto di Badia* ante medietatem Scalæ in parte dextera, ubi dicitur quòd de anno 1521. terminavit Officium, & diſceſſit à Civitate Florentiæ.

In materia hypothecaria omnium conſenſu principem locum adeptus eſt, *Sebaſtian. de Jure offerendi part. 2. cap. 1. fol. 7. n. 31.*

Nellus à S. Geminiano edidit Tractatum de *Bannitis*, & *de Crimine læſæ majeſtatis*, uterque *impreſſus inter Tractatus magnos tom. 11* & *de teſtibus impreſſ. inter Tractatus Diverſor. de teſtib.* Item *librum Conſiliorum*.

Fuit per tres vices Judex Florentiæ, & pro Republica Florentina intervenit Concilio Florentiæ celebrato ſub Eugenio IV. *Coppi Annali di S. Gimignano part 2. degl'Uomini illuſtri San Gimignaneſi tit. Ambaſciadori, & Inviati n. 76. fol. 142. & 143, & tit. de Governatori, Capitani di Giuſtizia, Auditori, Giudici &c. n. 51. fol. 156.* Vixit cum maxima

exi-

exiſtimatione anno 1420. *Poccianc. Cathalogus Scriptor. Florentin. fol. 134.*

Neranius (Matthæus) Florentinus, fuit Cancellarius Magiſtratus Supremi, & compoſuit *Promptuarium Elenchum motivorum rationum ex controverſiis per Dominos Rotæ Florentinæ Auditores diffinitis;* cui in fine acceſſit *Opuſculum de ratione notandi*. In dicta Cancellaria ei ſucceſſit Hieronymus Tozzettus, qui eoſdem continuavit labores, & ampliſſimum compoſuit Repertorium motivorum Rotæ Florentinæ, apud Officium Proconſulis exiſtentium, ſed illud typis non commiſit, & hodie manuſcriptum conſervatur penes ejus Filium, teſte *Fontana Biblioth. legal. tom. 1. part. 2. verb. Rota Florentina fol. 199. & verb. Tozzettus fol. 367.* & eſt in hac Civitate notorium.

Cancellarii enim in Statu Sereniſſimi Magni Ducis ſunt J.U.D., Viri docti, & experti, prout opus eſt, dum juriſdictionem exercent, cauſas judicando, & Relationes Magiſtratibus faciunt pro decidendis litibus, gerendo figuram quodammodo Aſſeſſorum Magiſtratus, ut de Cancellariis hujus inclyti Dominii loquendo plenè *Rota Senen. in Senen. nullitatis Capture, ſive Privilegii Doctoratus de Venturellis 15. Maii 1671. ſub n. 194. & ſeqq. coram Sergriſio.*

Odofredus Bononienſis, ſeu ut alii volunt ex Benevento oriundus, *Panzirol. de Clar. Legum Interpret. lib. 2. cap. 35.* ſcripſit ſuper *ff. & Codic. tomos Sex, de Reſtitutione Dotis inter Tractatus magnos tom. 9. fol. 472; ſummam de Feudis, de 1. & 2. Decreto inter Tractatus Magnos tom. 3. part. 2. fol. 136., de Poſitionibus tom. 4. fol. 2., de Ordine Judiciorum impreſſ. tom. 3. par. 1. fol. 79. de Curatore Bonis dando, de Arte Notariatus, & de Libellis formandis.*

Fuit Poteſtas Florentiæ, ut dicit *Bald. in l. hæc ſcriptura § Si Servus n. 1. in fine ff. ad Legem Aquil.* ubi quod dum eſſet ibi Poteſtas, fecit decapitare vulnerantem, antequam vulneratus eſſet mortuus, & ob id fuiſſet de homicidio punitus, niſi liberationem obtinuiſſet ob adventum Ducis, idem *Bald. in l. libertas n. 6. ff. de Statu Homin. Gribald. de omni genere homicidii tit. de Homicidio caſuali n. 7. Caball. reſol. criminal. 94. n. 21. in fine, & de omni genere homicidii n. 165. impreſſ. poſt reſol. criminal. ejuſdem, Boer. dec. 323. n. 6.*

Obiit anno 1265. *Panzirol. de Clar. legum Interpret. d. lib. 2. cap. 35.*, ubi regiſtrat ipſius Epitaphium.

Pacionus (Petrus) Piſtorienſis edidit *Tractatum de Locatione, & Conductione tom. 1. & Allegationes Civiles, & Canonicas tom. 1.*

Fuit Rotæ Florentinæ Auditor, poſtquam fuerat Romæ per 40. annos Advocatus, ut ipſe dicit in *Frontiſpitio dictarum allegationum.*

Hoc fuit de anno 1692., ut patet ex deciſione ab ipſo ſubſcripta *inter Lucenſ. Diverſar. recollect. per Palm. Nepot. deciſ. 346*, & ex alia deciſione impreſſa inter *allegat. Palmæ Nepotis tom. 4. alleg. 399.* ubi pariter ipſe eſt ſubſcriptus, quæ deciſio eſt repetita pud *Torr. quæſt. Jur. tom. 1. tit. 1. dec. 3. fol. 436.*

Fuerat deſignatus Auditor Conſultæ, ſed morte præventus fuit, ut dicitur in Præfatione ad Lectorem dicti voluminis Allegationum civilium, & canonicarum. Licèt enim ab Auditoratu Rotæ Florentinæ ſoleant Viri inſigniores in ea ſedentes promoveri ad Aſſeſſoratum
7 Capitaneorum Partis, & Conſervatorum Legum, ut promotus fuit Joſeph Urceolus, ipſo de hoc teſtimonium perhibente in *Frontiſpitio ſuarum Conſultationum, & Tractatus de Tranſactionibus*, vel ad Aſſeſſoratum Magiſtratus Supremi, ut evenit Accariſio, ipſo pariter de hoc teſtante in *Frontiſpitio ſuarum deciſionum*, aliiſque pluribus de quibus ſparſim in hoc titulo, & ab aliis muneribus ad miniſterium Auditoris Conſultæ aſſumi ſoleant, Quandoque tamen, licèt rariùs, ab Auditoratu Rotæ ad Auditoratum Conſultæ fuerunt evecti, ut mihi evenit ex ſpeciali beneficentia Sereniſſimi, & Clementiſſimi D. Coſmi III. Magni Etruriæ Ducis feliciter Regnantis, cui Deus Neſtoreos concedat annos, Ipſe enim regalis animi ſui magnitudine, gratiis, & novis favoribus me ſemper cumulando, ab Auditoratu Rotæ ad Auditoratum Conſultæ promovere dignatus eſt, die Veneris 25. Octobris 1709. ætatis meæ anno 41. augendo ad id etiam numerum, uſque
8 dum defuncto poſt decem menſes Camillo Finetto Patritio Senenſi, Viro do-

doctiſſimo, & eruditiſſimo, in ejus locum ſuffectus fui, & Auditores S. Celſitudinis Regiæ redacti fuerunt ad numerum ordinarium, Paucisque annis elapſis, idem Sereniſſimus me ipſum die Martis 8 Maji 1714 Aſſeſſoratu Magiſtratuum Montis Pietatis, Dotæ, & Collectarum condecorari voluit, eodemque die unum ex Deputatis Congregationis Salis, & Congregationis Fasmatum elegit; intermiſſaque numquam erga me benemerendi voluntate, die 8. Julii ejuſdem anni, ut munus Examinatoris concurrentium ad Canonicatus collationis MM. Etruriæ Ducum in Metropolitana Eccleſia Florentina ſuſciperem, dignum fecit, & reputavit.

Solent etiam hujus Rotæ Auditores conſequi munus Auditoris Fiſcalis Civitatis Senarum, qui eſt unus ex Auditoribus Conſultæ Status Senenſis, de quo di-
9 ctum eſt *titul* 1. *num.* 2., & inter cæteros id evenit Bartholomæo Caballo, Bartholomæo Cordellæ, Flamminio Palmæ, & Joſepho de Nobilibus, qui ab Auditoratu Rotæ Florentinæ ad Auditoratum Fiſcalem Status Senenſis fuerunt aſſumpti, ut notorium eſt, & de Caballo refert *Fontana Bibliotheca legal. tom.* 1. *par.* 1. *liter.C fol.* 162.

Quandoque etiam ab hac Rota promoti fuerunt ad Auditoratum univerſarum Militarium Legionum, vulgò *detto Auditore delle Bande*, ut practicatum fuit cum Petro Caballo, de quo ſupra dictum eſt hoc eodem *titul* 1., & cum Raphaele Staccolo Patritio Urbinate, qui fuit hujus Rotæ Auditor de anno 1616. & ſeqq., & de anno 1621. ſe ſubſcripſit deciſioni ejuſdem Rotæ impreſſæ poſt *tom.* 2. *Summæ Sabelli cap.* 7., & ſucceſſivè fuit Auditor *delle Bande*, ut
10 refert *Coſpi in ſuo Trattato del Giudice Criminaliſta par.* 3. *cap.* 19. *ſub num.* 5 §. *E Pietro in fine cum ſeqq. fol.* 448., ubi inſerit Votum ab ipſo redditum Magiſtratui prædicto *delle Bande* de anno 1626., & *dicta part.* 3. *cap.* 40. §. *E perche*, & *ſeqq. uſque ad finem fol.* 531. ubi inſerit aliud votum ab ipſo factum eidem Magiſtratui *delle Bande* de anno 1627. Et deindè ob ejus inſignia merita ad Supremum munus Auditoris Cameræ Immortalis memoriæ Ferdinandi II. Magni Etruriæ Ducis fuit evectus, eodemque tempore exercuit etiam munus Auditoris, & Præſidentis Religionis D. Stephani Papæ, & Martiris, teſte *Anſald. de Juriſd. in Epiſtola ad Lectorem fol.* 3. *ante medium verſic. nec me fugerat, quòd ſimilia reſtamenta, & de Juriſdict. par.* 2. *tit* 11 *cap* 16 *n.*1.

Paccius (Coſmus) Archiepiſcopus Florentinus, Vir Doctiſſimus, *Maximum Tyrium* Platonicum Philoſophum è Græco Latinum reddidit, aliaque plura, de quibus plenè *apud Poccciant. Cathalog. Scriptor. Florent. liter.C fol.*42. *Ughell. Italia Sacra tom.*3. *Verb. Archiepiſcopi Florentini fol.*135. & *ſeq.*

De Phanucciis (Phanuccius) Lucenſis, de quo ſupra *titul.*1. fuit Rotæ Florentinæ Auditor, ut ex ſubſcriptionibus in libris Motivorum apud Proconſulem *lib. Motivor.*46. *fol.*34. *fol.*440., & alib. pluries.

De Pratis (Antonius) de Conſilice, Piſaurenſis, & Bononienſis, edidit Tractatum, cui titulus eſt *Clypeus Paſtoralis, & de Juriſdict. Epiſcopali impreſſ. inter Tractatus Magnos tom.*13. *par.*2. *fol.*361 & *ſeqq.*, ferè omnia in dicto Tractatu ſcribit de Canonicis, & Conſuetudinibus Eccleſiæ Florentinæ, & in principio imprimit Bullam Leonis X. directam Canonicis Florentinis, *d. tom.*13. *par.*2 *fol.*362. *col.*1. *in fine*, & dicit, quòd idem Leo Papa fuit dictæ Eccleſiæ Canonicus.

Fuit Vicarius Archiepiſcopi Florentini *Sbrozz. de Vicar. lib.*2. *quæſt* 15. *ſub n.*1. *Panzirol. de Clar. Legum Interpret. lib.*3. *cap.*25. §. *penultimo*, & dicit ipſemet *de Juriſdict. Epiſcopal. cap.*6. *ſub num.*39. *fol* 366. *d. tom.* 13 *par.*2., & fuit per novem annos continuos, ibidem *cap.* 8. *ſub num.* 17. *verſic.* & *ego auctalter de hoc loquor dicto tom.* 13. *par.*2. *fol.* 369. *columna.*1. *circa medium*.

Patens (Carolus Antonius) fuit hujus Rotæ Auditor anno 1567. *Torell. in addit. ad conſil.*63. *lib.*3. *conſ.*94. *n.*41. *lib.*2. *Roſtic. in dedicatoria ante conſilia impreſſa poſt Tractatum de Liber. in conditione poſit in impreſſione anni* 1598.

Poſtea Magni Ducis Etruriæ Auditor Fiſcalis de anno 1578. & ſeqq., *Capparell. Reſol fiſcal.* 95. *n.* 24. *in fine lib.*1 *Raudenſ. reſp.*60. *n.*102. *verſic. votum lib.*1. *Rota apud Accorſ. dec.*82. *n.*11. & *poſt Gerund.*

de

de Gabellis diſc. 19 *numer.* 11

Deinde Sanctæ Primatialis Eccleſiæ Piſanæ Archiepiſcopus anno 1582 *Torres conſ.* 94. *num.* 4. *lib.* 2. *Raudenſ. conſ.* 60. *n.* 102. *verſic. ex his transſcribo* 1. *Ruſtic. in dedicatoria ad eumdem impreſſ. poſt tractatum de liber. in conditione poſitis ante conſilia ipſius Ruſtici ibi inſerta in impreſſione Venetia anni* 1598., *Ughell. Italia Sacra tom.* 3. *Verb. Archiepiſcopi Piſani fol.* 390. *& ſeqq.*

Et eodem tempore erat Auditor Cameræ Magni Ducis, ut in Epiſtola dedicatoria Borgnini Cavalcani *partis* 5 *ſuarum deciſionum*, ubi eum inſcribit Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis Conſiliarium, Piſarumque Archiepiſcopum, & in alia epiſtola dedicatoria facta eidem Puteo à Joſepho Ruſtico Aquilano impreſſa *ante conſilia poſita poſt ipſius tractatum de Liber. in conditione poſitis fol.* ... 124 *impreſſionis Venetæ anni* 1598 *Ughell. Italia Sacra tom.* 3. *Verb. Archiepiſcopi Piſani fol.* 390 *liter. C. verſic. qui non modo*, ut quod id fuit tempore Ferdinandi Primi Magni Etruriæ Ducis, & patet ex commiſſione à Sereniſſimo Magno Duce facta tribus clariſſimis Viris Piſani ſtudii Lectoribus nempè Alexandro Raudenſi, Pamphilo Columbino, & Philippo Miliano pro recognoſcendo, an eſſet concedenda reviſio, de qua apud *Raudenſ. conſ.* 4 *ante principium lib.* 1, & ab ipſo Carolo Antonio Puteo tunc Archiepiſcopo Piſarum ſubſcripta.

Antiquitus enim antequam adeſſet Conſulta, quæ ordinata, & erecta fuit in principio ſæculi 1600. Auditores Cameræ, vel ipſimet aſſumebant cognitio-
11 nem, an a Sententiis inappellabilibus eſſet concedenda reviſio, vel id committebant perſonis ſibi benè viſis ad referendum.

Hunc laudat *Raudenſ. reſp.* 60. *in fine verſ. ex his transſcr. lib.* 1 *& in dedicatoria ejuſdem libri prope finem*, *Ruſtic. de liber. in condition. poſit. lib.* 2 *cap.* 5. *num.* 9. *in fine*, *& lib.* 5. *cap.* 6 *ſub n.* 21., *& in dedicatoria ad eumdem poſita ante conſilia impreſſa poſt tractatum de liber. in condition. poſit. in Venetà impreſſione* 1598, & alii plurimi, *Ughell. Italia Sacra ubi ſupra, & ſignanter liter. D.*, ubi quod nulla ferè dies fuit, in qua per octo ad minùs horas literis non vacaverit.

Edidit votum impreſſum apud *Raudenſ. reſp.* 61. Item *conſilium impreſſum poſt Conſilia Sfortiæ Oddi.* Compoſuit *Septem volumina miſcellanearum Juris quæſtionum*, quæ aſſervantur in inſigni Bibliotheca Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ. Item Tractatum *de Poteſtate Principis, & de Feudis*, teſte *Ughell. Italia Sacra tom.* 3. *verb. Archiepiſcopi Piſani fol.* 390 *liter. D.*

Ruſticus (Joſeph) Aquilanus, Auctor Tractatus *de liberis in conditione poſitis*, & *ad l. cum Avus ff. de Condit. & Demonſtrat.*

Fuit hujus Rotæ Auditor, ut ipſe teſtatur ad dictam *l. cum Avus lib.* 1. *cap.* 16. *in princip. & lib.* 2. *cap.* 18 *n.* 15. *Caball. cas.* 60 *in fine §. Cauſa hæc fuit introducta coram Lep. de Uſur. commentar.* 1. §. 7. *n.* 142. *in fine.*

Sedit in ea de anno 1595. ut ipſe refert *ad l. cum Avus lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 41. *Caball.* ubi ſupra.

Habuit Collegam Sylvium Spannochium, de quo infra, & Aloyſium Soltiam Bergomenſem, quem virum doctiſſimum prædicat, etiam ſupra Albericum de Roſate Bergomenſem *ad l. cum Avus d. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 41.

Sabellus (Marcus Antonius) Auctor *Summæ Diverſar. Tractat., Variarum Reſolutionum, & Practicæ univerſalis tom.* 6.

Fuit Rotæ Criminalis Auditor, ut ipſe teſtatur in principio dictarum voluminum, & id fuit de anno 1680. & ſeqq., ut ipſe refert in *Practica univerſal. in præfation. n.* 4. *operum tomus ſextus.*

De Saliceto Richardus Bononienſis ſcripſit *Super ff. & Codic.*, nec non *Conſilia*, ut apud *Fonton. Bibliotb. legal. tom.* 1. *lit. S.* Eum laudat *Ruſtic. ad l. cum Avus lib.* 2. *cap.* 10 *n.* 5., & de eo fusè tractat *Panzirol. de Clar. Legum Interpret. lib.* 2. *cap.* 76. ubi quod ex iis, quæ ſcripſit, hodie nihil extat.

Fuit Judex Florentiæ, ut refert *Bald. in l. ſi quis in tantam* 7. *ſub num.* 4. *verſic. Richardus de Saliceto tenuit in Florentia Cod. unde vi*, *Ruſtic. ad l. cum avus lib.* 1. *cap.* 7. *ſub n.* 2 *verſ. refert, D. Richardum de Saliceto in Syndicatu ad novem libras condemnatum fuiſſe, quod Florentia judicaſſet &c.*

Salycetus (Bartolomæus) Bononienſis plura volumina ſcripſit *ſuper ff. & Cod.*

✠ † † Fuit

Fuit Advocatus, & Judex Florentiæ *Salvett. ad Statut. Florent. lib. 2. rubr. 130. Verb. Legitima fol. 495 tergo, & fol. 560.*

Scaccia (Sigiſmundus) Romanus in lucem edidit Tractatum *de Sententiis, de Judiciis, de Appellationibus, & de Commercio & Cambio.*

Fuit hujus Rotæ Auditor, ut ipſe dicit *de Sentent. Gloſſ. 11. num. 29. Gloſſ. 14. quæſt. 7. ſub num. 116. & ſeqq.* ubi per extenſum adducit relationem ab eo factam Sereniſſimo Magno Duci, & *quæſt. 29. num. 66.*

Sedit in ea de anno 1620., ut ex libris motivorum apud Proconſulem, & ex ejus ſubſcriptione *ad dec. 23. poſt Gironl. de Gabell.*, & ipſemet dicit *de Sentent. Gloſſ. 14. quæſt. 10. ex n. 33. & ſeqq.*, & *n. 21. in fine.*

Tractatum *de ſententiis* compilavit ſuper formula ſententiæ Judicis Quarteriorum Rotæ Florentinæ, ut patet ex formula Sententiæ in principio dicti Tractatus regiſtrata ſub nomine Antonii Neguſantii Rotæ Florentinæ Auditoris.

Spannocchius (Sylvius) Senenſis, qui edidit *Quæſtiones, & Commentaria ad titulum ff. de novi operis nunciatione tom. 1. lib. 9. in 4.* & librum *de Agricultura.*

Fuit hujus Rotæ Auditor, ut teſtatur *Ruſtic. ad dictam l. Cum Avus lib. 2. cap. 18. n. 15. Rondeuſ. dec. Piſan. 47. ſub num. 44. Bargal. de dote lib. 3. cap. 10. in fine Lap. de Illegitim. commentar. 1. §. 2. ſub num. 14. & de Uſur. comment. 2. §. 3. ſub num. 56. in fine P. Ugurger. Pompe Saneſi part. 1. tit. 16. n. 137.*, ubi quod fuit per ſeptem annos *fol. 466.*

Fuit Collega Ruſtici Aquilani, ut iſte refert *ad l. cum Avus lib. 2. cap. 18. n. 15.* & Turretti, ut iſte teſtatur *conſ. 93. in addition. lib. 2.*

Poſtea fuit Auditor Magiſtratus Supremi, *Monach. dec. Florent. 1. n. 105. Tanagl. de Sac. Rota Romana Auditor. cap. 17 n. 10. §. Veduto fol. 219. P. Ugurger. dict. tit. 16. n. 137. fol. 466.*, ubi quod per treſdecim annos in hoc munere permanſit, quo tempore elapſo, ſenio confectus ad Patriam redut, & fuit declaratus Judex Pupillorum, ut dictum eſt ſupra *titul. 1.*

Spannocchius (Horatius) Senenſis, Sylvii Frater, in lucem edidit Librum *de Regno Polonæ*, & alia, de quibus apud *P. Ugurger. de Pompis Senenſibus part. 1. tit. 7. n. 124. fol 183. & 184.*

Fuit Auditor Rotæ Florentinæ, Exercitus Regis Hiſpaniarum cum magna auctoritate anno 1589., Ducis Bavariæ Conſiliarius anno 1591., Eccleſiæ Cluſinæ Epiſcopus anno 1607. *P. Ugurger. de Pompis Senenſibus part. 1. tit. 7. n. 124. fol. 183. & tit 16. num. 136. fol. 465* ubi per extenſum ponit ejus Epitaphium, quod etiam regiſtratum legitur apud *Ughell. Italia Sacra tom. 3. Verb. Cluſini Epiſcopi fol. 753.*

Spino (Gerius) Florentinus Auctor Conſiliorum tom. 1. fuit Secretarius *delle tratte* de anno circiter 1590., ut ipſe teſtatur in *Epiſtola ad Lectorem dicti voluminis.*

Taurellus (Lelius) Fanenſis ſcripſit *ad l. Gallus ff. de Liberis, & Poſthumis, & de Militiis, & caſu.* Inſudavit in nova, & magis accurata, & correctiori editione Pandectarum, *Franciſcus Caſtius Decanus Senen. in Dedicatoria commentariorum Arboris Conſanguinitatis, & Affinitatis impreſſ. Senis die 25. Septembris anni 1544. per Antonium, & Nicolaum Cortonenſes, Antonius Auguſtinus,* & alii, quæ Pandectæ olim à Piſanis inventæ, hodie originaliter conſervantur in Civitate Florentiæ.

Fuit hujus Rotæ Auditor de anno 1532., ut patet ex *libris Motivorum apud Proconſulem.*

Auditor Magiſtratus Supremi, *Ricciard. apud Fuſar. conſ. 169. ſub n. 131.*

Et demum Magnę Ducalis Cameræ Sereniſſimi Magni Ducis Auditor *Mozell. conſ. 4. n. 179. Neguſant. reſp. 70. n. 1. Cavalcan. de Tutor., & Curator. num. 146. circa medium, Ughell. Italia Sacra tom. 3. Verb. Archiepiſcopi Piſani fol. 590. lit. C.* ubi quod ſub Coſmo Primo Etruſci Imperii molem ſubſtinuit.

Eum laudant *Decius conſ. 608. in princip. Mozell. conſ 4. n. 179. Ricciard apud Fuſar. conſ. 269. n. 131. Ger. Spin. conſ. 51. ſub n. 10. & conſ 54. ſub n. 15.* ubi allegat adnotationes ab ipſo factas ad Bartolum, & quas penes ipſum exiſtere teſtatur *Marzar. de Fideicom. part 2. n. 30. impreſſ. ante ipſius conſilia fol. 6. tergo Neguſant. reſp. 235 num. 6. Ronchegall. de duabus Rotis in dedicatoria ad Coſmum Medices col. 4. poſt medium, & in præfation. col. 2.*

col. 2. circa medium verſic. decreus eoque conſummatiſſimorum Virorum, Lup. de Uſur. comment. 1. §. 3. ſub n. 51. Ughell. Italia Sacra d. fol. 590. liter. C. Cavalcan. dec. 1. ſub num. 38. lib. 5., & paſſim alii.

Timeus de Bevarinus (Fabius) Urbevetanus fuit Rotæ Auditor anno 1592, ut ipſe fatetur in *Frontiſpitio* poſito *in principio Indicis verborum deciſionum Rotæ Lucenſis Hieronymi Magonii, & in ſubſcriptione poſt annot. ad dec. 43.*

In lucem edidit *Additiones ad deciſiones Rotæ Lucenſis ejuſdem Hieronymi Magonii*, & plures deciſiones *inter deciſiones Rotæ Bononienſ. Diverſor. dec. 15. dec. 53. dec. 65. & dec. 116.*

Turaminus (Alexander) Senenſis fuit hujus Rotæ Auditor, ut ipſe teſtatur *in tractat. de Legib. in Frontiſpitio, Bargall. de Dolo lib. 3. cap. 10. in fine, P. Ugurgier. Pompe Saneſi tom. 1. tit. 14. n. 130. Fontana Biblioth. legal. part. 2. liter. T.*

Scripſit ſuper *ff de Legibus, de Legatis, de Acquirenda poſſeſſione, de Jure Fiſci, Soluto matrimonio, de Dividuis, & individuis, de Subſtantia poſſeſſionis*, & alia plura, de quibus *Fontana ubi ſupra, P. Ugurger. d. n. 130.*

Fuit Collega Turretti, ut videre eſt *in ſubſcriptione ad conſil. ejuſdem Turretti 99. n. 47. lib. 1. & conſ. 93. n. 19. lib. 2.*, ubi eum cum laude nominat, & dicit à Rota Florentina ad primam Cathedram de ſero in Gymnaſio Neapolitano evectum fuiſſe, idemque dicit *Bargall. ubi ſupra, P. Ugurger. d. n. 130.*

Turrettus (Fabius) Peruſinus Auctor *conſiliorum Volum. 3. & de clauſula codicillari, & de contractibus libellariis.*

Fuit Rotæ Florentinæ Auditor, ut ipſe teſtatur in *frontiſpitio dictorum Voluminum*, & in illo de *clauſul. codicillar.* dicit bis in ea Rota fuiſſe Auditorem.

Fuit Judex Quarterii, ſeu Primarum Appellationum, ut *poſt ejus conſ. 11. in addition. lib. 2.*

Habuit Collegas Dominicum Gualandum, Alexandrum Turaminum, & alios ſubſcriptos poſt ſuum *conſil. 99. poſt n. 41. & ſeqq. lib. 1.*, & quos ipſe refert *in addit. ad conſ. 93. lib. 2.*

Fuit Auditor Magiſtratus Supremi, ut in *addition. ad conſ. 63. lib. 3. conſ. 21. ſub n. 30. verſic. & cum iterum, & conſ. 24. num. 14. eodem lib. 3. Caball. reſolut. Criminal. caſu 101. numer. 41. & caſu 105. num. 38.*

Fuit Auditor Sereniſſimi Magni Ducis, ut in ſubſcriptione *ad conſ. 76. lib. 3. & apud Lupum de Illegitim. comment. 1. §. 3. n. 53. verſic. contrarium.*

Tuſcus (Dominicus) Regienſis edidit *Concluſionum practicarum, ordine alphabetico digeſtarum, tomos octo.*

Fuit Auditor Regiæ Celſitudinis Sereniſſimi Magni Ducis, *Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 101. ſub n. 57.*, & dicit ipſe in ſubſcriptione motivi *dies 17. Septembris 1588. in cauſa Capponi, del Carcio, e della Fonte lib. motivor. 64. fol. 543*, ubi in fine ita ſubſcribit —, ita dico, & conſulo ego Dominicus Tuſcus J.U.D. Advocatus Florentinus, & Sereniſſimi Magni Ducis Auditor — ut *fol. 554.*

Fuit de anno 1589. *Scacc. de Judic. d. lib. 1. cap. 101. ſub n. 57.*, & de anno 1591. *Caball. conſ. 86. in fine lib. 2.*

Quod fuerit Judex Florentiæ, ipſe dicit *in Epiſtola ad Lectorem impreſſa ante tom. 1. Practicar. concluſion., Rot. apud Accorſ. dec. 38. n. 5. repetita poſt Girond. de Gabell. dec. 16. n. 5.*

Et quod fuerit Auditor Magiſtratus Supremi, *Caball. conſ. 154. num. 18. lib. 1. & conſ. 86. in fine lib. 2.*, & dicitur in *Vita ejuſdem Cardinalis Tuſchi impreſſa in principio ſupplementi, ſeu tom. 9. Repertorii ejuſdem, Rot. poſt Girond. de Gabell. deciſ. 24. n. 7.*

Fuit poſtea Gubernator Urbis Romæ de anno 1595., & Cardinalis de anno 1599., ut ipſe teſtatur *Practicar. Concluſion. liter. C. concluſ. 84. n. 3.*

Venturinus (Marius) Pontremulenſis Auctor *Conſiliorum tom. 1. 2 & 3., & Deciſionum Florentinarum tom. 1.*, nec non *deciſionum Bononien., Januen., & Lucen. tomus alter.*

Fuit hujus Rotæ Auditor, ut ipſe teſtatur *in lapide figurato, & poſito in principio primi Voluminis Conſiliorum*, & ex *deciſionibus Rotæ Florentinæ* ab ipſo editis.

Sedit in hac Rota de anno 1635. & ſeqq., & de anno 1640., ut patet ex *deciſ. Florent. 5. 7. 9. 17. 34. 45.*, & ex aliis omnibus, in quorum principio dies, & annus apponitur.

Urceolus (Joſeph) Forolivienſis fuit Rotæ Florentinæ Auditor, deinde Aſſeſſor,

ſeu Auditor *Capitaneorum Partis*, & Conſervatorum Legum, & poſtea Auditor Conſultæ, ut patet ex *Frontiſpitio Voluminum ab ipſo editorum*.

Compilavit *Deciſiones Rotæ Florentinæ, Tractatum de Tranſactionibus, & Conſultationes Forenſes*.

Zabarella (Franciſcus) Patavinus, Epiſcopus Florentinus anno 1410., & Cardinalis, *Ughell. Italia Sacra tom. 3. Verb. Archiepiſcopi Florentini fol. 115. & 116. Panzirol. de Clar. Legum Interpret. lib. 3. cap. 28. fol. 443. & ſeqq.*

Scripſit *ſuper Decretal., & Sexto, ſuper Clementin., Conſilia, de Felicitate, de Schiſmatibus, & Deciſiones impreſſas inter illas Diverſorum*.

Habuit Auditorem, & Vicarium Paulum de Caſtro.

Zacchias (Sylveſter) Romanus, Auctor Tractatus *de Societate Officiorum, & de Obligatione Camerali*.

Fuit hujus Rotæ Auditor, & in ea ſedit de anno 1629., *ut ex libris matricorum apud Proconſulem*.

Zuccolus (Ludovicus) edidit Tractatum *de Ratione Status*.

Fuit Rotæ Florentinæ Auditor, *ut in libris Matricorum apud Proconſulem*.

Scienter prætermittimus *Antonium Coſſanum* eximium J.C. Sanctæ Florentinæ Eccleſiæ Canonicum, & Vicarium Generalem, poſtea Cameræ Apoſtolicæ Clericum, Theſaurarium Generalem, Bononiæ Vicelegatum, Romandiolæ Præſidem, Epiſcopum Piſaurenſem, Senenſem, & Groſſetanum, & demum anno 1426. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, & Baſilicæ S. Mariæ Majoris de Urbe Archipresbyterum, *P. Ugurgen. de Pompis Senenſibus par. 1. tit. 2. num. 13. fol. 76. & 77. & tit. 6. n. 63. fol. 134. Ughell. Italia Sacra tom. 3. Verb. Senenſes Epiſcopi fol. 646. & ſeqq. n. 59.*

Prout alibi legendos relinquimus *Gerardum* Sabaudienſem, ſive Burgundum, *Julium*, & *Alexandrum Medices*, omnes Archiepiſcopos Florentinos, & poſtea ad Summi Pontificatus apicem evectos, primum ſub nomine Nicolai II., qui donec vixit, nunquam ab Eccleſia Florentina diſceſſit, & in Cathedrali dictæ Civitatis Sepultus eſt anno 1061. Secundum ſub nomine Clementis VII., & tertium, ſibi impoſito nomine Leonis XI. *Ughell. Italia Sacra tom. 3. Verb. Archiepiſcopi Florentini fol. 83. fol. 237. & 245.* Cum enim ipſi nihil typis commiſerint, noſtri inſtituti non eſt eos, alioſque ſimiles recenſere.

Pluresque alii inſignes Viri omittuntur, partim ex eadem cauſa, & partim quia eorum notitiam nondum habuimus; Difficile enim eſt Extero, in longinquis regionibus nato, & qui in alia Curia, & diverſo Principatu ſuam tranſegit ætatem, brevi temporis ſpatio illorum notitiam acquirere, nullo præſertim in hac materia præeunte duce, & Scriptore, nulloque in his Regionibus exiſtente de hiſce rebus etiam mediocriter informato; ſed multos alios prædictis ſimiles firmiter credendum eſt, judicaſſe in Curia, & Rota Florentina, ex quo in ea (me uno dumtaxat excepto) ſem-
22 per ſederunt, & ſedent præclariſſimi, & primarii Juriſconſulti, ut teſtantur *Carolus Antonius Puteus apud Rondinſ. reſp. 61. ſub num. 32. lib. 1. Roncheg all. de Dote. vers in Epiſtola dedicatoria ad Coſmum Medices col. 4. propè finem verſic. quid ego alias commemorem, Mandoſ. de Inhibition. quæſt. 71. num. 11. & quæſt. 128. n. 5. Scacc. de Sentent. gloſſ. 3. quæſt. 2. num. 5. Vivius dec. 411. ſub n. 16.* judicantes cum aſſiſtentia Advocatorum magni nominis, quibus hæc Civitas olim fuit fæcunda Mater, & hodie abundat, & peritiſſimorum Procuratorum, quorum numquam vidiſſe magis veridicos, reales, & à cavillationibus alienos, ſcribit *Marnar. de Fideicom. par. 3. n. 4. in fine fol. mihi 17.*, & quorum Officium eſſe honeſtiſſimum, & Nobile, de Procuratoribus Civitatis Senenſis, & Florentinæ pleniſſimè *Rota Senen. in Senen. nullitatis Capturæ, ſeu privilegii Doctoratus de Venturellis 13. Maji 1671. n. 171. & ſeqq. coram Sergriſio*, & antea in *Senen. nullitatis Capturæ, ſeu privilegii Doctoratus de Signorinis 15. Januarii 1632. n. 21. & ſeqq. coram Marchetto*.

Proindeque non mirum ſi theoricæ in hac Curia receptæ, tamquam fundatæ ſupra firmam petram profunditatis ſcientiæ doctiſſimorum Virorum, veritati, & juſtitiæ conſonæ ſunt, nec ab eis receditur, ex quo aliquis Doctor,
23 vel Tribunal contrarium ſenſerit. Rota enim Florentina de ſe ipſa gloriatur, quod

quòd exemplis aliorum non judicat, ſed juxta Juris verè principia, ac receptas Antecesſſorum theoricas, contentiones dirimit, ut de hac Rota Florentina in ſpecie dixit *Anſald. de Commercio diſc. 18. num. 58. & ſeqq. Severol apud Albet de Inconſtant. in Judic. poſt dec. 64. num. 56. & ſeqq.*, ubi ob id eam laudat *Rota poſt De Luc. de Fideicom. in Mantiſſa dec. 63. num. 27. Rot. Florentina apud Menoch. dec. 1. num. 91. & in Florentina Fideicommiſſi de Bracciis 16. Septembris 1706. in princip. coram D. meo Auditore Perſetto.*

Si tamen opinio in eadem Rota, & Curia firmata detegeretur legibus, & rationi repugnans, tunc ut jus ſuum unicuique tribuatur, non dubitatur à fir-
14 matis recedere, & ſemel decíſa ad meliora convertere exemplo Juſtiniani Imperatoris, de quo in mea *deciſ. Florentina 45. §. 1. n. 2.* Licèt enim Motivorum, ſeu Deciſionum Rotæ Florentinæ
15 magna ſit auctoritas, teſte *Menoll. conſ. 73. num. 1. Roſſit. ad l. cum Avus lib. 2. cap. 18. num. 15. Mandoſ. de Inhibition. quæſt. 72. n. 21.*, ubi egregiè loquitur, *& conſ. 98. num. 1. verſic. quæ motiva, & num. 4.* Non tamen æquipollent legibus,
16 & propterea ſequenda non ſunt, quando in contrarium apparent validiores rationes, à quibus vivificatur lex, ut proſequitur *Mandoſ. d. conſ. 98. n. 4. & de Inhibition. citata quæſt. 72. n. 22. & 23.*

Benè tamen verum eſt, quòd id rarò evenire ſolet, quia cauſæ in hoc inclyto Tribunali non deciduntur indigeſtè, & inconſideratè, ſed à præſtantiſſimis Viris difficultates prius Partibus panduntur in voce, & in ſcriptis, auditiſque neceſſariis reſponſionibus pluries, pluriesque, ad cauſæ expeditionem devenitur poſt exactum illius examen ma-
17 gna cum maturitate, juſtitia, & zelo, teſte *Roſſit. in l. cum Avus lib. 2. cap. 18. num. 16. ff. de condition. & demonſtrat.*

Poſt prolatam verò ſententiam tenetur Judex vigore Statuti rationes illius juſtificativas edere, quas motiva, ſeu deciſiones appellant, *Rondeneſ. reſp. 50. n. 129. lib. 1. Anſald. in addit. ad dec. 12. num. 24.* magis tamen propriè eis convenire nomen motivorum, quàm deciſionum ſcribit *de Luca in Relatione Curiæ diſc. 32. de Tribunali, ſeu Auditorio Rotæ n. 33.* ubi de motivis Rotæ Florentinæ, & Senenſis; Taliaque motiva, & deciſiones eſſe partes ſententiæ dicit in ſpecie *Soccin. Jun. conſ. 182. ſub n. 79. & ſeqq. lib. 2. Cabell. conſ. 125. num. 1. lib. 1. Anſald. conſ. 16. n. 20. conſ. 69. n. 5. conſ. 141. n. 14. & conſ. 143. n. 51. Rondeneſ. reſp. 50. numer. 129. lib. 1. Fontan. apud Sabell. poſt tom. 3. Summa cap. 6. n. 71. & cap. 7. n. 25. Rebus ibidem cap. 8. n. 4. & 5.*, ubi quòd declarant etiam ſententiam, *Mandoſ. de Inhibition. quæſt. 72. n. 18. & ſeqq. Rota Senen. apud Merc. Medic. dec. 91. num. 22. Rota Florentina apud Magon. dec. 54. n. 1. dec. 133. n. 16. Venturin. dec. 51. num. 51. verſic. ſtando, Acceriſ. dec. 80. num. 7. & inter deciſ. Lucenſ. diverſor. recollect. per Palm. Neapol. dec. 248. n. 12.*, in quibus plenè, ac ex profeſſo materia examinari debet, omnibuſque contrariis reſpon-
18 deri, ut majorum noſtrorum mos fuit, alioquin deciſiones ſicco pede tranſeuntes, & parùm fundatè loquentes, in hoc Regali Dominio in nulla ſunt conſideratione habendæ, ut loquendo de noſtris deciſionibus dicit *Anſald. conſ. 141. n. 231.*, & generaliter *de Luc. de Camb. diſc. 32. n. 22.*, ubi quòd ſi omnibus objectis non reſpondeant, non adimpletur finis, propter quem dictæ deciſiones introductæ fuerunt.

Dictaque motiva Tribunalis Rotæ tranſmitti debent ad Officium Proconſulis teſte *Anſald. conſ. 141. n. 7. & 24.*, & de præ-
19 ſenti complent numerum centum ſeptuaginta octo Voluminum, quod innuit etiam *Fontana Biblioth. Legal. tom. 1. par. 2. fol. 198. in fine.* Et ad totidem Volumina certè deciſiones prædictæ aſcenderent, ſi ſimul ponerentur omnes illæ, quæ in dicto Officio non reponuntur, prout ſunt omnia motiva, quæ in cauſis Eccleſiaſticis fiunt,
20 etiam à Rotæ Auditoribus, quæ apud Actuarium conſervantur in proceſſu cauſæ, omnia illa Judicis Quarteriorum ab anno 1505. uſque ad annum 1602., quæ conſervantur in Camera Fiſcali cum proceſſibus cauſæ, & omnia illa, quæ fiunt ab Aſſeſſoribus Magiſtratuum, & à Judicibus extra Rotam, quæ regulariter non reponuntur in Officio Proconſulis, ſed vel tranſmittuntur Magiſtratui, qui commiſit cauſam, vel retinentur penes Relatorem.

Qui-

Quibus oneribus gravati Rotæ Auditores, illorum munus magna indigere experientia, & habilitate, eſſeque laborioſiſſimum dixerunt *Torreti conſ. 97. in princip. lib. 2.*, ubi quòd occupationibus Rotalibus penè obruebatur, *Mandoſ. de Inhibition. d. quæſt. 72. ſub n. 13. Roſter. in Epiſtola dedicatoria ad Carolum Antonium Puteum Archiepiſcopum Piſanum impreſſa ante conſilia poſita poſt tractatum de Liber. in condition. poſitis fol. mihi 124. impreſſionis Venetæ anni 1598. Magon. dec. Florent. 66. ante initium verſic. rtſ Cauſarum mole magna premerentur.*

21

Omni itaque jure, ac juſtitia exigente, de hac Rota Florentina dici poteſt id, quod de omnibus aliis Rotis, & Tribunalibus Collegialibus prædicatur, quòd nempè faciat communem, & magis communem opinionem, ad differentiam deciſionum, quæ ſunt labores alicujus privati Doctoris, ipſius tantùm opinionem continentes, ut loquendo de deciſionibus Rotæ noſtræ, Rotæ Romanæ, & Bononienſis, Regiæ Audientiæ Barcenſis, Senatus Pedemontani, Cathaloniæ, aliorumque, & generaliter de omnibus Tribunalibus collegialiter judicantibus, in quibus Viri inſignes reſidere ſolent, ſcribunt *Marta in præfation. de Method. conſulendi, & ſcribendi impreſſ. ante ipſius conſilia, Lotter. de re beneficiar. lib. 1. in apparat. n. 104. & ſeqq. Maſcard. de Probation. concl. 484. num. 4. Tuſch. litter. R. concl. 368. ſub n. 14. Mandoſ. de Inhibition. ſæpè citata quæſt. 72. num. 11. & ſeqq. de Luc. de Emphyt. diſc. 28. n. 5. Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 63. ex n. 273. Vrrutus dec. 401. n. 26., & ſeqq. & per tot. Triſtan. dec. Cathalonia 27. n. 1. & pluribus ſeqq.*

22

Et ob id mirum eſſe non debet, ſi exteræ etiam Gentes judicio hujus noſtræ Rotæ ſponte ſe ſubjecerunt, & ſubjiciunt, teſte *Mandoſ. de Inhibit. d. quæſt. 72. ſub n. 13.* & modernis temporibus, pluribus aliis omiſſis exemplis, de anno 1693. fuit ab Excellentiſſimo Duce Sablonetæ huic Rotæ delegata cauſa *Bergamiren. contractus*, ut patet ex deciſione

23

24 ejuſdem Rotæ impreſſa *apud Torr. Variar. Jur. quæſt. tom. 2. Miſcellan. part. 2. tit. 12. dec. 16. in princip. & in fine fol. 685.*; à Sereniſſimo Duce Mantuæ pluries in cauſis ſui Dominii fuit expetitum votum hujus Rotæ, ut videre eſt in pluribus deciſionibus impreſſis *inter Lucenſ. Diverſor. recollect. per Palm. Nepot. dec. 140. dec. 143. & dec. 354.*, hoc idem practicarunt Januenſes, *ut inter deciſiones ejuſdem Palmæ 364.* & in alia cauſa, de qua in *deciſione coram me edita inter hactenus impreſſas* la 10.

Omnium autem majus, & conſiderabilius noſtris temporibus fuit diſſidium, exortum inter Chriſtianiſſimum Francorum Regem, & Epiſcopos Provinciæ Lotharingiæ, & ſignanter Civitatis Tulli; multis enim inter dictas Partes ſuſcitatis graviſſimis controverſiis juriſdictionalibus, ſuper pluribus ex eis majoris ponderis, ac momenti, in treſdecim principalia capita diviſis, ab eodem Chriſtianiſſimo Rege fuit requiſitus Sereniſſimus Coſmus III. Dominus noſter Clementiſſimus ad hoc, ut ſuper illis deciſionem Auditoribus hujus inclytæ Civitatis committeret, demandataque à S.C.R. ſedula dictorum dubiorum diſcuſſione, eidem ſub die 17 *Martii 1699. ab Incarnatione* ſuper omnibus dubiis accurata, & diſtincta relatio facta fuit ab Illuſtriſſimo olim D. Auditore Camillo Finetti, illaque ad Invictiſſimum Ludovicum XIV. tranſmiſſa, ab ipſo demandatum fuit, ut plenariè executioni demandaretur, immò ut eadem relatio, ſeu votum regiſtraretur in actis Parlamenti Pariſienſis, & in poſterum vim legis haberet, ut videre eſt in epiſtolis ſcriptis Sereniſſimo Magno Duci, quæ in Secretaria S.C.R. conſervantur, & eidem Domino Auditori Camillo Finetti, & refertur etiam in dicto *Diario Senenſ. del Gigli impreſſ. anno 1714. ad diem 19. Menſis Maji num. 151. fol. 230.*

Hoc autem Rotæ Tribunal erectum fuit de anno 1505., & in locum antiqui

25 Conſilii Juſtitiæ ſubrogatum, teſte *Cabal. conſ. 125. n. 1. lib. 1.*, & Auditoribus illius, Magni Etruriæ Duces alia etiam munera delegare, & committere ſolent; prout fecit Blaſio Curino Pontremulenſi, qui exercuit munus Auditoris

26 Rotæ, & deinde Aſſeſſoris Magiſtratus Supremi, eodemque tempore erat etiam Auditor, & Præſes Sacræ Religionis D. Stephani PP., & Martyris, ut patet ex ejus lapide Sepulcrali po-

sito

ſito in ingreſſu Conventus PP. Beatæ Mariæ Servorum vulgò, *detta della Nunziata*, in pariete dextero, Carolum Blanchellium Ariminenſem Curiæ Mercantiæ Judicem de anno 1650 circiter Sereniſſimus Magnus Dux elegit eodem tempore, quo gerebat officium Auditoris Rotæ; Franciſco Venturino Pontremulenſi, una cum eodem Carolo Blanchellio Rotæ tunc Auditoribus, vacante Auditoratu Fiſcali, munus Profiſcalu per plures annos commiſſum fuit, ut ex ejuſdem Venturini lapide Sepulcrali in eodem loco Conventus PP. Servorum poſito, & ab anno 1697. in poſterum uſque ad annum 1708. Juniori ex Auditoribus Rotæ Sereniſſimus D. Noſter Coſmus III. feliciter Regnans munus etiam Judicis Curiæ Mercantiæ delegavit.

Plura alia de Auditoribus Rotæ Florentinæ, de eorum qualitate, juriſdictione,
27 & ſimilibus tractant *Mandoſ. de Inhibit. quaeſt. 71. & quaeſt. 72. n. 1. & per totam, & quaeſt. 73.* & alibi frequenter, *Scacc. de Sentent. gloſſ. 5. quaeſt. 1. & 2. & gloſſ. 6. & 7.* & alibi paſſim, *Sabell. in Summa § Judex n. 65. & in Praxi § Gaudiis n. 10. & ſeqq. & num. 103. & ſeqq. & § Sportulæ n. 1. & ſeqq.*

An unus ex eis poſſit ſubſcribere ſententiam omnium Collegarum, ſi ipſe ſolus
28 ſentit contrarium, *Randenſ. reſp. 10. n. 332. in addit. lib. 1. Marnar. de Fideicom. part. 2. ſub num. 10. fol. 3. Lucas de Penna in l. quicumque n. 2. verſic. hæc C. de Excuſation. lib. 12. Sabell. in Summa § Judex ſub num. 75.* pleniſſimè *D. Auditor Bonfin. ad Bannimenta General. Supplem. ad cap. 80. num. 83. & ſeqq. & in addit. fol. 605. § Verum, Rota noſtra apud Savinian. contr. 34. n. 36. & apud Manoch. dec. Florent. 71. in princip. & in Aretina Dimiſſionis, & Fideicommiſſi 11. Septembris 1711. in princip. coram eodem D. meo Auditore Bonfinio, Collegium Piſanum apud Marzam vot. 93. n. 31.*, & quid ſi ſubſcriptio fiat cum verbo, *ſtetur*, quid importet talis ſubſcriptio, quæ in Rota Florentina, & Senenſi practicatur, & plura alia ad materiam, *Anſald. conſ. 94. n. 7. verſic. verum, & conſ. 139. ante n. 1. Scacc. de Sent. gloſſ. 14. quaeſt. 8. num. 44. Rota Senen. in Senen. Fideicommiſſi de Fabianis 15. Septembris 1711. § Alterum, & ſeqq. coram D. meo Auditore Urceolo*, ubi aliam ejuſdem Rotæ deciſionem adducit, & de Rota Bononienſi loquendo, eadem *Rota penes Balduct. ad Roman. dec. 31. n. 7. tom. 2.* & plenè *Dynus deciſ. Creul. 30. n. 18. 19. & ſeqq. & per totam.*

Si verò non ſubſcribit ſimpliciter, nec cum verbo, *ſtetur*, ſed cum verbis, *contrarium ſentiens*, vel non ſubſcribit ſententiæ Collegarum, ſed aliam de per ſe contrariam ſententiam ſeparatim profert, in utroque ex iſtis caſibus tenetur edere motivum, & rationes, quare amplexus ſit ſententiam ab aliis contrariam, adeout ambo Judices tunc ex
29 præſcripto legis municipalis facere debeant motivum, Junior nempè ex concordantibus illud reſolutionis captæ, & Judex diſcordans illud ſuæ diſcordantiæ, ſeu ſciſſuræ. Quanquam modernis temporibus pluries practicatum viderim, quòd fuerit factum motivum etiam in caſu ſubſcriptionis cum verbo, *ſtetur*, imò in caſu ſubſcriptionis ſimplicis, *ut in dicta Aretina 1711. coram D. Auditore Bonfinio*, Sed credo hunc fuiſſe actum ſpontaneum, non quia caſus iſte comprehenderetur ſub dicta lege municipali.

Motivum ejus, qui contra reſolutionem judicavit, non allegatur, nec inſervit Judicibus pro deciſione aliarum cauſarum, cum nullam aliam faciat auctoritatem, quàm faceret Scriptura Advocati, qui in cauſa ſuccubuit; continet enim in ſubſtantia rationes, quas Judex diſcordans propoſuit Collegis pro eos trahendo in ſuam opinionem, ſed obtinere non potuit, dum illis recognitis pro minùs ſubſiſtentibus, & non veridicis, contrarium prodiit judicatum. Verum tamen eſt, quòd ſi ſententia Judicis, ab aliis diſcordantis, in ulteriori cauſæ proſecutione fuiſſet confirmata, tunc jure merito, & illius motivum haberet vim deciſionis, & poſſet dare normam judicandi in aliis cauſis, ut evenit in caſu *deciſionis 13.* clariſſimi Viri Joſephi Urceoli, in quo ipſe à Collegis diſcordavit, ut *ibidem n. 1.*, ſed quia ejus ſententia poſt conceſſam reviſionem fuit in ulteriori inſtantia confirmata, ut in eadem deciſione in fine, ideo inter alias ſuas deciſiones Rotæ Florentinæ jure merito impreſſa fuit.

An-

Ante erectionem hujus almæ Rotæ, pro
regenda Civitate Florentina, & ju-
ſtitia adminiſtranda vocabatur Pote-
ſtas, quod in ſuis Terris, & Oppidis cœ-
pit practicari à Joanne Cive Veneto,
30 & Epiſcopo Florentino, qui fuit aſſum-
ptus ad Epiſcopatum anno 1205, &
tale jus deinde Florentinum, & per
totum Statum derivatum eſt, Teſte
Ughel. Ital. Sac. Verbo Archiepiſcopus Flo-
rentinus fol. 157. n.55., Licet in hoc ei
contradicat Paradiſ. de Nobilitate par. 3.
cap. 9. n.5. aſſerens dignitatem Prætoris
in Civitate Bononiæ primitùs fuiſſe in-
ſtitutam, anno nempè 1153.

Et poſt aperitur, quia in aliis quidem Civi-
tatibus ante dictum annum 1203. fue-
runt introducti Poteſtates ad regendum
Civitatem, ut de Civitate Senenſi, in
qua primus Poteſtas fuit Orlandus Ma-
lapaglia Lucenſis anno 1199, ut tradatur
Thomaſ. Hiſtor. Senen. lib. 4. par. 1. & Diar.
Senen. del Gigli impreſſ. anno 1719. ad
diem 31 Januarii fol. mihi 35, ubi quod
Poteſtas habebat juriſdictionem Civi-
lem, Criminalem, & ſupremam etiam au-
thoritatem in rebus bellicis, de Civita-
te Macerata, ad ſque nec præſert Com-
pagnon. in Regno Firmo lib. 2. fol. n.49.
fol. 83. & in Indice Civitatis poſito in fine
dicti Libri, ait. Ioſephus de Marmone ad
annum 1203.

In hac Urbe Florentina talis Dignitas in-
ciepiſſe cœpit anno 1207. teſte Aſtan
in Prax. Judiciar. part. 1. §. 3. cap. 4. n. 3.
& n. 4. & ſeqq. referens quod practicaretur
ante dictum annum 1207, & ante in-
troductionem Poteſtatis, Et talis Pote-
ſtas tenebatur ſecum habere quatuor
31 Judices, quos Collaterales vocabant,
Salvett. ad Statut. Florentin. lib. 1. rub.
29. Verb. Procedo fol. 114. Aſtan in Praxi
Judiciar. part. 2. cap. 1. ſub n. 1. & num. 3.
fol. mihi 692 impreſſione Francofurti
anno 1629, & legitur etiam in
Formulario inſtrumentorum impreſ-
ſo Florentiæ anno 1600. fol. 48.
in fine, 69. 71. in fine, & fol. 184. ubi
quod de anno 1436. 1477. & 1479. Po-
teſtas Florentiæ habitabat in Palatio par-
tim in Populo S. Apollinaris, & partim
in Populo S. Stephani Abbatiæ Floren-
tinæ, quod eſt in ingreſſu Viæ del Pa-
lagio è conſpectu Eccleſiæ Monacorum
dicta di Badia, à quibus Judicibus ap-

pellabatur ad Judicem ſecundarum Ap-
pellationum, nempè Curia Capitanei,
Salvett. ad Statut. Florent. lib. 1. dicta
rubr. 29. Verb. Procedo fol. 114. & rubr. 37.
fol. 123. in fine.

Quis fuerit primus Poteſtas in Civitate Flo-
rentina Compagnon. Regno Firmo lib. 2.
ſub num. 19. fol. 83. Aſtan. in Prax. par. 1.
§. 3. cap. 1. n. 8. fol. mihi 693. impreſſione
32 Francofurti anno 1629, quanto auctori-
tatem talis Poteſtas haberet, & alia plu-
ra ſimilia idem Aſtan. dicta par. 1. §. 3.
cap. 1. per tot. & cap. 2. & ſeqq. Caracciol.
in l. Diem functo ſub n. 3. ff. de Offic. Aſſ.
ſol. inter repetitiones ſacri Cinadei dives-
ſorum tom. 1. fol. mihi 198 tergo, ubi
quod Poteſtas Civitatis Senenſis, & Flo-
33 rentinæ habebat merum imperium, &
ad minùs tenebat locum Præſidum, &
forſan etiam Præfecti Prætorio, ibique
de Poteſtatibus aliorum etiam Locorum
diſſerit, & inter cæteros de famoſo
34 Poteſtate Senogallia, de quo pariter lo-
quitur Nevizan. in Sylv. Nupt. lib. 4.
Verb. eſt notandum n.106. Urſayo Inſtit.
Criminal. lib. 1. qu. 10. n. 14.

Hodie verò Dignitas Poteſtatis reſidet
penes Rotæ Auditores, & eſt caput il-
lius inclyti Tribunalis, cujus Officium
durat per ſex menſes, dum per ſeme-
ſtre à quolibet ex eis, qui ſorte extra-
hitur, exercetur. Et quamvis juriſdi-
ctio Poteſtatis diminuta ſit, præemi-
nentia tamen retinetur. Prætor enim
numquam egredi cogitur, niſi in
publicis functionibus unà ſimul cum
Magiſtratu Locumtenentis, & Conſi-
liariorum, aſſociatus ab aliis Rotæ Au-
ditoribus, & à cæteris omnibus Magi-
ſtratibus Civitatis, & omnibus ipſe
præcedit, excepto dumtaxat Locumte-
nente Sereniſſimi Magni Ducis, per Ci-
vitatem cum Tubicinibus Tubas pulſan-
tibus incedit, quas in proprio Palatio
35 retinet, cum Puero repræſentante Ju-
ſtitiam armatam, & cum pileo holoſe-
rico, de cujus ſignificatione Paradiſ.
de Nobilitat. par. 3. cap. 9. n. 5, nec non
cum ſceptro in ſignum antiqui dominii,
& omnimodæ juriſdictionis. Indutus eſt
purpurea tunica, ſeu toga, qua cum antiqui-
tus uti ſolerent Reges, & Præſides, Re-
gia, & Præſidialis denominatur, ut re-
fert Roſſ. de Toga cap. 18. fol. 40. Paradiſ.
de Nobilitat. tom. 1. par. 2. cap. 14. n. 13.
&

& 18. aliaſque plures, & inſignes habet prærogativas omnibus notorias.

Reſidentia Poteſtatis primo loco fuit in Ædibus Archiepiſcopatus, quia tunc Palatium publicum non extabat, *Aſin. in Prax. d. par. 3. §. 3. cap. 1. n. 8. fol. 893.*, poſtea unà cum ſuis Judicibus, ſeu Collateralibus permanſit per longum tempus in Palatio è conſpectu Eccleſiæ Monacorum *de Badia*, in ingreſſu Viæ *del Palagio*,
36 ut dictum eſt ſupra *n. 31.*, & tradit *Aſin. in Prax. Judicior. par. 1. §. 4. cap. 11. n. 10, fol. mihi 186. in impreſſione Francofurti anno 1629. & §. 12. cap. 16. n. 1. fol. 480.*, ubi quare ibi habitare deſierit, & hodie reſidet una ſimul cum aliis Rotæ Auditoribus in inſigni Palatio olim *detto de Caſtellani*, & hodie *il Palazzo de' Giudici* in Platea *de Caſtellani*, propè celebre, & admirandum ædificium, ubi omnes Magiſtratus Florentiæ congregantur pro audientia Litigantium, & pro decidendis cauſis, & adminiſtranda Juſtitia, vulgò, *detto gl' Uffizj*, demonſtrans verè magnificentiam, & generoſitatem Sereniſſimorum MM. Etruriæ Ducum.

ADDITIO AD TITULUM PRIMUM.

Cacciałupus (Joannes Baptiſta) de Sancto Severino in Marchia Anconitana, plura præclara volumina elaboravit, quibus memoriam nominis ſui, cum gloria, ad poſteros tranſmiſit, de quorum numero ſubjecta feruntur, nempe *de debitore ſuſpecto, & fugitivo; de Feudis; de Tranſactionibus; de Pactis; de Ludo; de modo Studendi; de Penſionibus; de Unionibus*, aliaque plura, de quibus *apud Carthar. in Syllabo Advocatorum Conſiſtorial. fol. mihi 69. & 307. Fonton. Bibliothec. Legal. tom. 1. par. 2. fol. 165. & 166. Panzirol. lib. 2. cap. 115.*

In Civitate Senenſi Juris Civilis ordinariam Cathedram, magna propriæ exiſtimationis claritate, tenuit, ut ſcribit *Panzirol. de Claris Legum Interpret. lib. 2. cap. 115. fol. 264. Carthar. in Syllabo Advocator. Conſiſtorial. dicto fol. 69. lit. A., & fol. 307. litter. B.*, & ipſemet etiam paſſim refert in ſuis Operibus, & ſignanter in *Tractatu de modo ſtudendi document. 8.*, ubi de Univerſitate Senenſi plura egregia dicit, & *in 11. ſubſcriptione ad conſ. 152. Socin. Sen. lib. 1.*, & poſt lectiones ejuſdem *Socin. ff. ad Trebellian.*

Anno 1468. fuit Judex Reformationum in Urbe Senarum, ut ex authentico documento, de quo apud eundem *Carthar. in Syllabo Advocator. Conſiſtor. fol. 69. ſub litter. A.*, quæ Judicatura hodie exercetur ab uno ex Auditoribus Rotæ Senenſis.

Et fuit Inſignis Advocatus Conſiſtorialis Romæ, *Carthar. ubi ſupra fol. 69., litter. B. uſque ad finem, & fol. 307. littera B., Panzirol. de Claris Legum interpret. dicto fol. 264.*

INDEX DECISIONUM

ROTÆ SENENSIS

Juxta ſeriem temporum, prout jacent in Prima Parte hujus Voluminis.

SEnen. Executionis 5. Februarii 1706. ab Incarnatione. Deciſ. I.

Artis Stratæ Lapidi 16. Februarii 1706. ab Incarnatione. Deciſ. II.

Senen. Defalchi 26. Februarii 1706. ab Incarnatione, quæ errore Amanuenſis fuit poſita poſt ſequentem. Deciſ. IV.

Senen. Retractus 23. Martii 1706. ab Incarnatione. Deciſ. III.

Senen. Expulſionis 23. Martii 1706. ab Incarnatione. Deciſ. V.

Montis Alcini Fideicommiſſi 15. Aprilis 1707. Deciſ. VI.

Groſſetana, ſeu Senen. Immiſſionis 15. Aprilis 1707. Deciſ. VII.

Senen. Locationis 4. Maji 1707. Deciſ. VIII.

Eadem 4. Maji 1707. Deciſ. IX.

Senen. Viæ 26. Maji 1707. Deciſ. X.

Eadem 26. Maji 1707. Deciſ. XI.

Senen. Validitatis Reſcripti 6. Junii 1707. Deciſ. XII.

Pientina Legati 6. Junii 1707. Deciſ. XIII.

Senen. Locationis ſuper liquidatione 10. Junii 1707. Deciſ. XIV.

Coſmopolitana, ſeu Senen. Beneficii 1. Julii 1707. Deciſ. XV.

Senen. Contractus 30. Julii 1707. Deciſ. XVI.

Montis Alcini Pecuniaria 23. Auguſti 1707. Deciſ. XVII.

Romana, ſeu Senen. Pecuniaria 23. Auguſti 1707. Deciſ. XVIII.

Senen. Taxæ Viatum 6. Septembris 1707. Deciſ. XIX.

Clancean. Dotis Septembris 1707. Deciſ. XX.

Senen. Locationis ſuper reſervatis 17. Septembris 1707. Deciſ. XXI.

Senen. Cambii 8. Octobris 1707. Deciſ. XXII.

Eadem ſuper diſpoſitione Statutaria 8. Octobris 1707. Deciſ. XXIII.

Senen. Dotis 8. Octobris 1707. Deciſ. XXIV.

Senen. Diviſionis 12. Januarii 1707. ab Incarnatione Deciſ. XXV.

Eadem ſuper admiſſione Nepotum 12. Januarii 1707. ab Incarnatione Deciſ. XXVI.

Senen. Redditionis rationis 4. & 8. Februarii 1707. ab Incarnat. Deciſ. XXVII.

Eadem ſuper nova redditione rationis 4. & 8. Februarii 1707. ab Incarnatione. Deciſ. XXVIII.

Eadem ſuper Alimentis, & ſumptibus litis 4., & 8. Februarii 1707. ab Incarnatione. Deciſ. XXIX.

Senen. Annuæ Praſtationis 15. Februarii 1707. ab Incarnatione. Deciſ. XXX.

Senen. Fideicommiſſi de Forteguerris 29. Martii 1708. Deciſ. XXXI.

Eadem ſuper purificatione Fideicommiſſi 29. Martii 1708. Deciſ. XXXII.

Eadem ſuper mobilibus, & animalibus 29. Martii 1708. Deciſ. XXXIII.

Senalongen. Diviſionis 27. Aprilis 1708. Deciſ. XXXIV.

Cluſina Immiſſionis 27. Aprilis 1708. Deciſ. XXXV.

Senen. prætenſæ nullitatis Contractus 30. Aprilis 1708. Deciſ. XXXVI.

Civitatis Maſſæ Immiſſionis 4. Maji 1708. Deciſ. XXXVII.

Soanen. Fideicommiſſi 25. Maji 1708. Deciſ. XXXVIII.

Pientina Legati 19. Junii 1708. Deciſ. XXXIX.

Senen. Æſtimationis Arborum 30. Junii 1708. Deciſ. XL.

Senen. Alimentorum 18. Julii 1708. Deciſ. XLI.

Se-

Senen. Dimiſſionis 30. Julii 1708. Deciſ. XLII.
Senen. Admiſſionis poſſionant 8. Auguſti 1708. Deciſ. XLIII.
Senen. Alimentorum 20. Auguſti 1708. Deciſ. XLIIII.
Senen. Immiſſionis 7. Septembris 1708. Deciſ. XLV.
Eadem ſuper ſubrogatione 7. Septembris 1708. Deciſ. XLVI.
Senen. pecuniaria 7. Septembris 1708. Deciſ. XLVII.
Senen. Prætenſi Gravaminis 26. Septembris 1708. Deciſ. XLVIII.
Senen. Solutionis Æſtimi 28. Septembris 1708. Deciſ. XLIX.
Senen. Locationis ſuper refectione damnorum 28. Septembris 1708. Deciſ. L.

INDEX DECISIONUM

ROTÆ FLORENTINÆ,

Quæ in Secunda Parte hujus Primi Tomi continentur, fuit omiſſus; quia illæ non fuerunt impreſſæ juxta ordinem, quo exaratæ fuerunt; immò triginta ex eis prætermiſſæ, quæ fuerunt compilatæ ante diem 5. Februarii 1713. ab Incarnatione, qua fuit completum præſens Volumen; eas tamen una cum aliis, Deo dante, in ſecundo Volumine impreſſas habebis.

INDEX DECISIONUM
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
Coram bo: me: R.P.D. MUTO,

Quæ in Prima, & Secunda Parte hujus Primi Tomi continentur, ordine Alphabetico diſpoſitus.

ASculana ſubhaſtationis hæreditatis 6. Junii 1704., poſt Deciſ. Senen. XV. §.I. n.5.

Eadem 10. Decembris 1704. poſt Deciſ. Senen.XV. §.II. n.29.

Bononien. Fideicommiſſorum de Herculanis 13. Martii 1701. poſt Deciſ. Senen. XXXV. §.I.

Camerinen. Fideicommiſſi 3. Julii 1702. poſt Deciſ. Florent.LVIII.

Firmana Juriſpatronatus 21. Aprilis 1704. poſt Deciſ. Florent.XLV.§.I.

Hipporegien. Beneficii 11. Februarii 1704. poſt Deciſ. Flor.XLV. §.II.

Leodien. Paſtoratus 17. Januarii 1702. poſt Deciſ. Senen. XV. §.III. n.42.

Licien. Canonicatus 4. Maji 1705. poſt Deciſ. Florent.XLV. §.III.

Majoricen. Beneficii 28. Novembris 1704. poſt Deciſ. Florent. XXXIII. §.I.

Eadem coram eodem 11. Maji 1705. poſt Deciſ. Florent.XXXIII. §.II.

Marſicen., ſeu Nullius Juriſdictionis ſuper bono jure 7. Junii 1700. poſt Deciſ. Florent.XXXIII. §.III.

IN-

INDEX ARGUMENTORUM DECISIONUM ROTÆ SENENSIS,

Quæ in prima Parte hujus primi Tomi continentur.

SENEN. EXECUTIONIS

1. *Februarii* 1706. *ab Incarnatione*

DECISIO I.

Ceſſio vindicatur ab objecta ſimulationis exceptione, quam contra ceſſionarium debitor ceſſus opponebat; Et ſuſtinetur executio, quamvis exceſſiva, pro ſumma debiti, ad tollendos inutiles circuitus, & ex æquitate, quæ pluribus ex Cauſis hac in hypotheſi prævaluit.

ARCIS STRATÆ LAUDI

26. *Februarii* 1706. *ab Incarnatione*

DECISIO II.

Laudum præſumitur validum, & juſtum, etiam non conſtito de præcedenti compromiſſo per ſcripturam; illud enim ſufficit tacitum, & probatum præſumptionibus, quarum multæ referuntur, & laudantur. Item eſt validum, non attento, quòd arbiter habens facultates Arbitratoris non laudaverit ſuper univerſa cauſa, ſed reſervaverit liquidationem unius partitæ.

SENEN. RETRACTUS

25. *Martii* 1706. *ab Incarnatione*

DECISIO III.

Deciditur pro competentia retractus favore vicini contra laicum, qui bona emerat à Clerico, ad terminos Statuti Senenſis rub. 180. *de jure congrui diſtinct.* 1. 2.

Hæc deciſio in ordine temporis debebat eſſe in IV., & ſequens debebat eſſe in ordine in III., ſed errore Amanuenſis fuit interverſus ordo.

SENEN. DEFALCHI

26. *Februarii* 1706. *ab Incarnatione*

DECISIO IV.

Contra locatorem agentem pro conſecutione penſionis, an admittatur exceptio Defalchi, ſeu Reſtauri, & ad effectum illud conſequendi, quale damnum requiratur, & quomodo probari debeat: quid veniat ſub appellatione fructuum, & quibus caſibus, & quando, juris rigore poſtpoſito, Judex ex æquitate poſſit, & debeat arbitrium ſuum interponere pro Reſtauro.

SENEN. EXPULSIONIS

29. *Martii* 1706. *ab Incarnatione*

DECISIO V.

Purgatio moræ admittitur, quamvis devolutio ſit acceptata, mora ſit geminata, & ſtatutum mandet conductorem, penſionem infra certum tempus non ſolventem, expelli poſſe, Maximè ſi jus locatoris non ſit effectum deterius, & ſatisfactio fuerit celeris, & poſt paucos menſes à die acceptatæ caducitatis, arbitrio Judicis.

MONTIS ALCINI FIDEICOMMISSI

15. *Aprilis* 1707.

DECISIO VI.

Juxta reſponſum Papiniani in *l. cum avus ff. de Condit. & demonſtrat.* confirmatum à Juſtiniano in *l. cum acutiſſimi Cod. de fideicom.* ex tacita conditione *ſi ſine filiis*, excluditur locus Pius filio ſubſtitutus, non obſtantibus aliquibus conjecturis, in ſe ipſis irrelevantibus, & refractis ab aliis, ex quibus diſpoſitio prædictorum jurium ex abundanti amplectitur.

GROSSETANA, SEU SENEN. IMMISSIONIS

15. *Aprilis* 1707.

DECISIO VII.

Verſatur deciſio circa eandem materiam, de qua in præcedenti, oſtenditur enim, quod ſubſtitutus excluditur à filiabus fœminis, velut poſitus in conditione tacita, quamvis fuerint expreſsè in conditione poſiti filii maſculi.

SENEN. LOCATIONIS

4. *Maji* 1707.

DECISIO VIII.

Conductoris exceptiones contra locatorem pro retardanda dimiſſione rerum locatarum in fine locationis rejiciuntur. Deciditur, caſum fortuitum circa animalia, & concimina conſignata cum præcedenti æſtimatione, & obligatione eandem æſtimationem in fine affictus reſtituendi, cedere damno conductoris, circa quod refertur Senarum conſuetudo.

EADEM

4. *Maji* 1707.

DECISIO IX.

Promiſſio de vendendo quòd non ſit venditio, nec obliget ad præciſè vendendum, firmatur in hypotheſi, & in quibus caſibus contrarium procedat, explicatur.

SENEN. VIÆ

15. *Maji* 1707.

DECISIO X.

Plures viarum ſpecies diſtinguuntur, & reſolvitur viam vicinalem, omnibus apertam, inter publicas recenſeri, & claudi non poſſe, etiam cum conſenſu majoris partis vicinorum.

EADEM, EADEM DIE, ET ANNO

DECISIO XI.

Diſcutitur pleniùs, an via, de qua in præcedenti deciſione, publica, vel privata dici debeat, & reſolvitur ex pluribus, inter publicas adſcribendam fore.

SENEN. VALIDITATIS RESCRIPTI

6. *Junii* 1707.

DECISIO XII.

Reſcriptum Principis, Cauſæ avocatorium, & ejuſdem delegatorium, ab objecto ſubreptionis vitio vindicatur.

[illegible]

PIENTINA LEGATI

6. Junii 1707.

DECISIO XIII.

[illegible]

SENEN. LOCATIONIS SUPER LIQUIDATIONE

10. Junii 1707.

DECISIO XIV.

[illegible]

COSMOPOLITANA, SEU SENEN. BENEFICII

Junio 1707

DECISIO XV.

[illegible]

SENEN. CONTRACTUS

30. Junii 1707.

DECISIO XVI.

[illegible]

MONTIS ALCINI PECUNIARIA

13. Augusti 1707.

DECISIO XVII.

[illegible]

ROMANA, SEU SENEN. PECUNIARIA

Augusti 1707

DECISIO XVIII.

[illegible]

SENEN. TAXÆ VIARUM

Septembris 1707

DECISIO XIX.

[illegible]

CLANCEANENSIS DOTIS

Septembris 1707.

DECISIO XX.

[illegible]

SENEN. LOCATIONIS SUPER RESERVATIS

12 Septembris 1707

DECISIO XXI.

[illegible]

SENEN. CAMBII

Octobris 1707

DECISIO XXII.

[illegible]

EADEM SUPER DISPOSITIONE STATUTARIA

Eadem die, & anno

DECISIO XXIII.

[illegible]

SENEN. DOTIS

Octobris 1707.

DECISIO XXIV.

[illegible]

SENEN. DIVISIONIS

14. Januarii 1707. ab Incarnatione

DECISIO XXV

[illegible]

EADEM SUPER ADMISSIONE NEPOTUM

Eadem die, & anno

DECISIO XXVI.

[illegible]

Index Argumentorum.

ſis cum patruis concurrentibus ex vulgari ſecunda, quæ firmatur intrare, ubi fideicommiſſum fuerit cum verbis communibus, & tractum ſucceſſivum exprimentibus, ordinatum, etiam ultra gradus, in quibus de jure admittitur repræſentatio, & quamvis agatur de ſucceſſione plurium ab unica linea deſcendentium, in plures Columnellas ſubdiviſa, reprobata diſtinctione Card. de Luc. de Fideic. diſc. 18. Pro ſcomdemnatione in expenſis pro rata victoriæ refertur.

SENEN. REDDITIONIS RATIONIS

4. & 8. Februarii 1707. ab Incarnatione

DECISIO XXVII.

Libri factoris continentes partes, & veriſimiles expenſas, recognitas, & in parte approbatas, probant contra Dominum. Expenſæ pro petitis cadunt damno inſtantia pro ejus confectione, & quomodo, ac quando. Amiſſio lucrorum ob diſtractionem à proprio exercitio, vel arte conſultus, quando loco damnorum conſideretur, ut veniat in refectione expenſarum.

EADEM SUPER NOVA REDDITIONE RATIONIS

4. & 8. Februarii 1707. ab Incarnatione

DECISIO XXVIII.

Ratio ſemel reddita per Factorem Magiſtro domus, excludit alteramque rationis redditionem à Domino prætenſam, & ex quibus colligatur aliquem eſſe Magiſtrum domus, & quæ ſpectent ad officium ejus.

DECISIO XXVIII. §. Unic.

De redditione rationis facienda à Tutrice, & quando limitetur regula, quòd ea ſemel facta, amplius facienda non ſit. Quando talis rationis redditio dicatur doloſa, læſiva, & erronea; & inventarium quando, & ex quibus probetur nullum, ac defectuoſum. Jus accreſcendi locum non habet, ubi adeſt ſubſtitutio expreſſa, etiamſi illa facta ſit poſt mortem utriuſque conjuncti, & quando.

EADEM SUPER ALIMENTIS, ET SUMPTIBUS LITIS

4. & 8. Februarii 1707. ab Incarnatione

DECISIO XXIX.

Alimenta, & ſumptus litis, an & quando debeantur, latè diſcutitur, & an illa reſtituantur in caſu ſuccumbentiæ, imputentur in caſu victoriæ, vel compenſentur cum fructibus rei petitæ, quando, & ad quem effectum ſoleat apponi Clauſula ad ſenſum declarandum, & quid operetur.

SENEN. ANNUÆ PRÆSTATIONIS

15. Februarii 1707. ab Incarnatione

DECISIO XXX.

In Contractibus correſpectivis adimplementum conventorum ex utraque parte requiritur, itaut ſi non adimpleatur ex una parte, altera liberetur, & retardetur executio inſtrumenti, etiam guarentigiati, vel obligatione Camerali muniti, etiamſi talis exceptio oriatur ex primo inſtrumento à ſecundo relato, cui nunquam cenſetur renunciatum, non probata ſcientia.

SENEN. FIDEICOMMISSI DE FORTEGUERRIS

29. Martii 1708.

DECISIO XXXI.

Subſtitutionem plurium collectivo nomine vocatorum, in hypotheſi factam fuiſſe non vulgariter, ſed per fideicommiſſum, recedendo à Theorica Cumani in l. cum ita 35. §. In fideicommiſſo ff. de legat. 2., ex pluribus Conjecturis, ex voluntate Teſtatoris excerptis, latè, & doctè reſolvitur.

EADEM SUPER PURIFICATIONE FIDEICOMMISSI

Eadem die, & anno

DECISIO XXXII.

Nomine hæredum, & deſcendentium, ſæminas de deſcendentia comprehendi, ſtrictè præmittitur: Deinde vocatis hæredibus, & deſcendentibus, de hæredibus ſanguinis intelligi, & neceſſariam non fore qualitatem hæreditariam actualem, ſed ſufficere habitualem, rejecto Cardinal. De Luc. de Fideicom. diſc. 144. aliiſque diſtinctionibus, accuratè oſtenditur.

EADEM SUPER MOBILIBUS, ET ANIMALIBUS

Eadem die, & anno

DECISIO XXXIII.

Mobilia, ceſſante caſu conſumptionis, veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, Animalia quoque, gregem, vel armentum conſtituentia, ſeu deſtinata ad culturam pro ſervitio fundi.

SENALONGEN. DIVISIONIS

27. Aprilis 1708.

DECISIO XXXIV

Primogenitura, quibus Conjecturis concurrentibus, dicatur à Teſtatore ordinata

CLUSINA IMMISSIONIS

27. Aprilis 1708.

DECISIO XXXV.

Inter plures Conjunctos re, & verbis, altero decedente, admittitur jus accreſcendi favore ſuperſtitis, non obſtante quòd ſimus in contractibus, & poſt quæſitum emolumentum, dataſque fuerit ſubſtitutus, dum pro ejus admiſſione ſtat voluntas diſponentis eliciata ex conjecturis, quarum plures ad eſſectum eſſectum validiſſimè concurrunt, ſtante autem diſjunctione verbis, eoque magis ſi ſi quæque concurrente inter ſimul vocatos, ubi ſub unica oratione comprehenſos, jus accreſcendi non mutare, demonſtratur. Quando, & in quibus caſibus, ad hoc ut ceſſet jus accreſcendi, neceſſe ſit pertinens à Teſtatore factam, eſſe ad unicam demonſtrabilem, & quando non, latè.

R.P.D. MUTO

BONONIEN. FIDEICOMMISSORUM DE HERCULANIS

Luna 13. Junii 1701.

DECISIO XXXV. §. I.

Ad inducendam reciprocam quando dicantur adeſſe requiſita l. Titia Seio §. Seja liberius ff. de leg. 2. Ex quibus conjecturis, deficientibus requiſitis dictæ legis, illa inducatur, latè. Jus accreſcendi locum habet etiam in contractibus, & poſt quæſitum emolumentum, & quando. In quibus caſibus dicatur conditum fideicommiſſum ſimpliciter relativum, vel ampliativum latius patens, & de novo.

DECISIO XXXV. §. II.

Jus accreſcendi quando locum habeat, & quales conjecturæ pro eo inducendo requirantur. Quando, & ex quibus conjecturis conjunctus præferatur ſubſtituto. Prædilectio ad hunc effectum, ex quibus deſumatur. Pluralitas quando reſolvatur in ſingularitatem, & quando habeat locum vulgaris ſecunda.

SENEN. PRÆTENSÆ NULLITATIS CONTRACTUS

30. Aprilis 1708.

DECISIO XXXVI

Quomodo ſint ſolemnitatibus ſtatutariis, pro exonerando, vel liberando Viro ab imminenti carceratione ſubſtineatur mulieris obligatio, Quæ tamquam præminorem ſint adhibendæ in ejus contractibus ad interpretationem ſtatuti Senenſis rub. 180. diſtinct. 1. Firmatur mulieri licere diſtrahere totam dotem pro alendo ſe, & familiam, prout quòd ejus privilegium, ut medietas dotis ſalva remaneat, non tranſeat ad hæredes.

CIVITATIS MASSÆ IMMISSIONIS

4. Maji 1708.

DECISIO XXXVII.

Per qualitatem masculinitatis, repetitam à Teſtatore in ſingulis gradibus ſubſtitutionum, & per rationem conſervationis agnationis, deſcendentes ex fœmina dicuntur excluſi. Arrogatus an tranſeat in familiam Arrogantis, & quæ jura acquirat, & an veniat ſubſtitutione facta pro filiis de domo, & Agnatione.

SOANEN. FIDEICOMMISSI

14. Maji 1708.

DECISIO XXXVIII.

Sub nomine ſuorum, & deſcendentium veniunt quoque fœminæ, etſi maſculinitatis qualitas fuerit deſiderata à Teſtatore quo ad proprios deſcendentes, quia non per hoc cenſetur repetita in ſubſtitutione deſcendentium fœminarum, maximè concurrentibus conjecturis pro excludenda repetitione.

PIENTINA LEGATI

11. Junii 1708.

DECISIO XXXIX.

Detractiones legitimæ, & Trebellianicæ, debentur heredi, quamvis inventarium omiſerit, & concurrant alienationes, quando illæ factæ fuerunt pro ſolvendis debitis fideicommittentis. Et quamvis gravatus ſibi appropriaverit mobilia in hæreditate reperta, ſi concurrat lapſus temporis aptus ad præſumendam eorum conſumptionem, prout ſi fructus perceperit, ubi agitur de filiis primi gradus, qui illos non imputant.

SENEN. ÆSTIMATIONIS ARBORUM

22. Junii 1708.

DECISIO XL.

Ad effectum damni dati cum arborum inciſione, haberi debet habito reſpectu ad tempus futurum quoad valorem fructuum, qui percipi potuiſſent, non juxta præſentem valorem lignorum inciſorum. Peritia taliter facta juſta eſt, & ſi impugnetur tanquam injuſta, & decernatur [illegible] nova electio Peritorum, interpretari debet pro reo ſuam primam peritiam.

SENEN. ALIMENTORUM

18. Julii 1708.

DECISIO XLI.

Pater filio nubenti, ſe invito, & contradicente, ſuppeditare tenetur alimenta, quæ taxantur arbitrio judicis juxta patrimonii ſtatum, & qualitatem perſonarum, ita tamen, ut nec pinguiora decernantur, qualia ſi-us obedientibus dari ſolent juxta ſplendidos mores currentis ſæculi, nec ad rigidam vitæ ſubſtentationem ſolummodo neceſſaria, quæ nec filiis [illegible] valent denegari.

SENEN. DIMISSIONIS

30. Julii 1708.

DECISIO XLII.

Annua præſtatio, ex ignota origine ſemper præſtita pro aliquo fundo, declaratur perpetua, & irredimibilis, ob talem qualitatem enunciativas, plures repertas in receptis, attenta prius poſt ſenatum [illegible], nec poſſe ſolvere obligatum, cum [illegible] dimiſſione ſe ab ea liberare, benè reſolvitur.

SENEN. ADMISSIONIS POSITIONUM

6. Auguſti 1708.

DECISIO XLIII.

Poſitiones admittuntur, conſtito quod ſecumque faciant ad cauſam, rejecta deductione exceptionum ad merita negotii. Et eiſdem eiſdem reſpondere tenetur, ſi fuerint datæ à reo convento per ceſſionarium, qui dum eodem tenetur de evictione, reſpondendo præjudicat.

SENEN. ALIMENTORUM

20. Auguſti 1708.

DECISIO XLIV.

In ſequelam Deciſionis 41. declaratur, quòd alimenta ſibi præſtanda, debentur abſque expenſis voluntariis, quibuſque ſub eorum nomine veniunt tantùm ad honeſtum victum, & domus ornamenta neceſſaria, & quæ ſunt illa.

SENEN. IMMISSIONIS

3. Septembris 1708.

DECISIO XLV.

Decernitur pro ſubſiſtenda tranſactione ex ejus juſtitia, & obſervantia, excluſo obiecto ſubjecti vitio, ita tamen, ut non comprehendat, niſi res, & perſonas in eadem nominatas. Adverte, & probatur concluſio, quòd in bonis gravati, ſcienter alienantis bona fideicommiſſi, incipit hypotheca à die aditæ hæreditatis, & ubi de quibus in ſummario.

EADEM SUPER SUBROGATIONE

Eadem die, & anno

DECISIO XLVI.

Ad arguendam ſimulationem emptionis rei, ex qua venditæ in compenſationem creditorum hæreditatis, plures expenduntur conjecturæ, ex quibus, ſtante cauſa ſimulanda, pro ſimulatione reſolvitur, non obſtantibus cauſis deductis, cæteriſque juratis expreſſionibus factis in inſtrumento.

SENEN. PECUNIARIA

3. Septembris 1708.

DECISIO XLVII.

Socius in redditione rationum eſt bonificandum quidquid ab ipſo geſtum, & in utilitatem Societatis converſum eſt; Nec non expenſæ factæ pro expeditione novi Miniſtri ultra ſalariatos ad dirimenda negotia ſocialia, ſtante conſocionum ratificatione; Creditum quoque Societati quæſitum ex ſchedula ſoyberi alicui ceſſa, ſeu girata, contra ſi ratarium pro ſumptus ceſſa, Et largitiones vectibus, & ſeri ſolitæ Miniſtris pro facilioris negotiorum expeditione; & quæ in his bonificari debeant, vel non à

SENEN. PRÆTENSI GRAVAMINIS

20. Septembris 1708.

DECISIO XLVIII.

Curator dementi deputandus, non debet eſſe quidem ſucceſſurus ab inteſtato, quamvis agatur de filio erga matrem, ſi eſt nupta, & ſic cura remanere apud virum, ſed cura relinqui debet matri, quæ per longum tempus benè eam exercuit, præcipuè ſi concurrat judicium paternum, quia eidem memori in teſtamento paterno deputata fuerit Curatrix, juxta quod Judex ſemper debet arbitrari. Judex differens decretare, & abſcedens ſe à difficultatibus extricare, quando dicatur gravare, & poſſit appellari.

SENEN. SOLUTIONIS ÆSTIMI

28. Septembris 1708.

DECISIO XLIX.

Receſſus à Conventione but ſemel factis nunquam præſumitur, ſtantibus præcipuè circumſtantiis in deciſione recenſitis. Solutio facta dici debet in cauſam magis debitori proficuam, quæ re integra ab eo valet declarari, non attentis contrapoſitionibus partiarum alter factis coram Procuratore, ad id mandatum non habente.

SENEN. LOCATIONIS SUPER REFECTIONE DAMNORUM

28. Septembris 1708.

DECISIO L.

Ad quid teneatur conductor, & quomodo uti debeat re conducta. Quomodo fiat æſtimatio damni in re locata illati per arborum inciſionem, & de illius liquidatione. An damnum illatum à Colono in re conducta, præſumatur illatum cum ſcientia, & permiſſione Domini Conductoris. Quas arbores poſſit incidere, & ſibi appropriare conductor, & in quibus caſibus id poſſit facere.

INDEX
ARGUMENTORUM
DECISIONUM
ROTÆ FLORENTINÆ
Quæ in Secunda Parte hujus Primi Tomi continentur.

ARETINA FIDEICOMMISSI

DECISIO I.

AD limitationem celebris Theoricæ Cantensis in *L. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de legat. 2.* plures aſſeruntur conjecturæ, pro inductione perpetui fideicommiſſi, inter quas ſilentium perpetui, deſcendentibus in infinitum perſonaliter injuncti, cum ſubſequenti hæreditatis privatione in caſu non implementi, urgentiſſima demonſtratur. Vocatis hæredibus, & ſucceſſoribus, quando intelligi debeat de hæredibus Sanguinis, vel bonorum.

LIBURNEN. SALVIANI DE BERSANIS

DECISIO II.

Hypotheca expreſſa deficiens in Contractu à juramento non ſuppletur. Et ſi contractus fuit geſtus per procuratorem, pro hypotheca conſtituenda non ſufficit mandatum procuræ, continens plenam, & liberam facultatem &c. Pœna compromiſſo adjecta, ad coercendam partes à reclamando, expirat reſervato Compromiſſo, immo ſtante juſta cauſa reclamandi Ejus exactio omnino abit in deſuetudinem. Quando talis pœna conſtituta dicatur, vel potius facta obligatio abſoluta ad ſummam determinatam, & quando diſpoſitio dicatur pœnalis, vel non. Sententia non parit hypothecam. Vitium litigioſi non contrahitur ſuper re debitoris, dum lis agitur in perſonam.

LIBURNEN. ASSOCIATIONIS 1709.

DECISIO III.

Locator operarum ad certum tempus, certa mercede conventa, eandem conſequitur tamen pro tempore, quo eaſdem præſtitit, etſi ſe exhibuerit ſemper promptum eaſdem præſtare, ſed ob Principis mandatum ſupervenutum conductor eis uti non potuerit, quia impedimentum accedit in re, aut perſona Locatoris. Quòd ſi in minori quantitate, & pro minori tempore fuerint præſtitæ, Judicis remittitur [illegible] arbitrari.

FLORENTINA RENUNCIATIONIS DE BERZIGHELLIS

21. *Septembris* 1709.

DECISIO IV.

An, & quando renunciatio per mulierem, dotem recipientem, ampliſſimis verbis facta, ad fideicommiſſum quoque ignoratum extendatur, late ſolideque diſcutitur, & ex pluribus circumſtantiis, in deciſione cumulatis, pro affirmativa reſolvitur.

EADEM SUPER FIDEICOMMISSO PURIFICANDO

Eadem die, & anno

DECISIO V.

Fideicommiſſum comprehendi in renunciatione facta à muliere nubente, recepta dote, quamvis nondum de tempore renunciationis purificatum, luculenter oſtenditur.

EADEM SUPER ADMISSIONE CAPITULORUM, ET LÆSIONE

Eadem die, & anno

DECISIO VI.

Teſtes, qui proponuntur examinandi in ſtatu expeditionis cauſæ, non debent admitti ad cauſam retardandam, præcipuè ſtante capitulorum irrelevantia, quæ ſatis arguitur, ubi probari prætendatur læſio in renunciatione, ſi clarè conſtat, renunciantem congruam dotem recepiſſe, immo ſupra dotem congruam habuiſſe quoque ſufficientem recompenſationem jurium renunciatorum. Dotis congruitas unde deſumatur, incidenter oſtenditur, & quòd læſio à muliere dotata non poſſit allegari.

ARETINA PECUNIARIA SUPER EXHIBITIONE 1709.

DECISIO VII.

Exhibitioni ſcripturæ non eſt locus, non probata ejuſdem exiſtentia, nec ſufficit, quòd in alio judicio, cum ſententia terminato, reperiatur producta. In materia dividua reſponſio mendax ad aliquas poſitiones non influit in falſitatem aliarum. In hoc exhibitionis Judicio proponitur praxis non deveniendi ad juramentum in litem, niſi poſt gravatoriam, & reaggravatoriam [illegible] rejectas.

FLORENTINA DONATIONIS DE SACCHETTINIS 1709.

DECISIO VIII.

Donatio ad familiæ conſervationem facta ſub conditione prolis intra determinatum tempus ſuſcipiendæ, dicto tempore elapſo, & prole deficiente, ipſo jure [illegible]

FLORENTINA SALVIANI DE STROZZA

DECISIO IX.

Immiſſus ex Salviano ad ſe ſatisfaciendum ex fructibus, non tenetur creditori poſteriori, pecuniam

de-

[illegible]

JANUEN. PECUNIARIA 1709.

DECISIO X.

[illegible]

FLORENTINA HÆREDITATIS DE [illegible] SUPER DESCENDENTIA 1710.

DECISIO XI.

[illegible]

EADEM SUPER REVOCATIONE TESTAMENTI INTER LIBEROS 1711.

DECISIO XII.

[illegible]

EADEM SUPER CAPTATORIA, ET CADUCITATE 1711.

DECISIO XIII.

[illegible]

FLORENTINA FIDEICOMMISSI DE BALDESIIS

DECISIO XIV.

[illegible]

BARGEN. SUCCESSIONIS

DECISIO XV.

[illegible]

PISANA LEGATI

[illegible] Septembris 1710.

DECISIO XVI.

[illegible]

FLORENTINA FIDEICOMMISSI DE GHERARDIS

DECISIO XVII.

[illegible]

FLORENTINA PECUNIARIA DE BIFFIS

Decembris [illegible]

DECISIO XVIII.

[illegible]

FLORENTINA PECUNIARIA DE ADIMARIS

DECISIO XIX.

[illegible]

CASTRI [illegible] REPARATIONIS PALATII

DECISIO XX.

[illegible]

LIBURNEN. SEU AMSTELODAM. MERCIUM 1711.

DECISIO XXI.

[illegible]

[illegible]

FLO-

FLORENTINA REPETITIONIS INDEBITI DE GONDIS.

DECISIO XXII.

[illegible]

EADEM SUPER EXCESSU MANDATI, ET CESSIONE.

DECISIO XXIII.

[illegible]

FLORENTINA INTRATURÆ 1701.

DECISIO XXIV.

[illegible]

FLORENTINA, SEU PISANA FIDEICOMMISSI DE CEULIS.

[illegible]

DECISIO XXV.

[illegible]

EADEM. EADEM DIE, ET ANNO

DECISIO XXVI.

[illegible]

EADEM. EADEM DIE, ET ANNO

DECISIO XXVII.

[illegible]

EADEM. EADEM DIE, ET ANNO

DECISIO XXVIII.

[illegible]

EADEM. EADEM DIE, ET ANNO

DECISIO XXIX.

[illegible]

EADEM SUPER LEGITIMATIONE.

EADEM DIE, ET ANNO

DECISIO XXX.

[illegible]

FLORENTINA FIDEICOMMISSI DELLA NAVE 1701.

DECISIO XXXI.

[illegible]

FLORENTINA, SEU PERUSINA PECUNIARIA DE RIGHETTIS.

DECISIO XXXII.

[illegible]

DECISIO XXXIII.

[illegible]

R.P.D. MUTO

MAJORICEN. BENEFICII

[illegible]

DECISIO XXXIII. I.

[illegible]

EADEM CORAM EODEM

[illegible]

DECISIO XXXIII. II.

[illegible]

R.P.D. MUTO

MARSICEN. SEU NULLIUS JURISDICTIONIS SUPER BONO JURE

[illegible]

DECISIO XXXIII. III.

[illegible]

[illegible]

FLORENTINA USUSFRUCTUS DE STROZZA

DECISIO XXXIV.

[illegible]

EADEM

DECISIO XXXV.

[illegible]

EADEM

DECISIO XXXVI.

[illegible]

EADEM

DECISIO XXXVII.

[illegible]

EADEM

DECISIO XXXVIII.

[illegible]

EADEM

DECISIO XXXIX.

[illegible]

LIBURNEN. SALVICONDUCTUS DE BADARACCO 1712.

DECISIO XL.

[illegible]

DECISIO XL. & Ult.

[illegible]

FLORENTINA PECUNIARIA

DECISIO XLI.

[illegible]

FLORENTINA SUBORNATIONIS

DECISIO XLII.

[illegible]

CORTONEN. LEGATI USUSFRUCTUS DE TOMASIIS

[illegible]

DECISIO XLIII.

[illegible]

EADEM SUPER ADEMPTIONE, ET DIMINUTIONE LEGATI

[illegible]

DECISIO XLIV.

[illegible]

DECISIO XLV.

[illegible]

R.P.D.

Index Argumentorum.

R.P.D. MUTO

FIRMANA JURISPATRONATUS

Lunæ 11. Aprilis 170[illegible].

DECISIO XLIV.

[illegible]

R.P.D. MUTO

HIPPOREGIEN. BENEFICII

Lunæ 11. Februarii 170[illegible].

DECISIO XLV.

[illegible]

R.P.D. MUTO

LICIEN. CANONICATUS

Lunæ 9. Maji 170[illegible].

DECISIO XLV.

[illegible]

FLORENTINA, SEU PRATEN. COMMENDÆ

9. Septembris 171[illegible].

DECISIO XLVI.

[illegible]

EADEM SUPER OBLIGATIONE BARTHOLOMÆI DE PROPRIO

Eadem die, & anno.

DECISIO XLVII.

[illegible]

FLORENTINA CONCURSUS DE MEDICIS

DECISIO XLVIII.

[illegible]

EADEM

DECISIO XLIX.

[illegible]

EADEM

DECISIO L.

[illegible]

ROMANA SEU NEAPOLITANA DOTIS DE SFORTIA

[illegible] Augusti 171[illegible].

DECISIO LI.

[illegible]

EADEM QUOAD DETRACTIONEM DOTIUM EX FIDEICOMMISSO CARDINALIS GUIDONIS ASCANII

Eadem die, & anno.

DECISIO LII.

[illegible]

pa-

perſona de jure obligata id dotandum. Vel quando adeſſet præceptum Teſtatoris dotandi fœminas, directum ad omnes quoſcumque bonorum gravatos, ſed illæ non limitationes non reſpondent, quando agitur ex rei tamen dote, & quæ ſit diverſitas [illegible]. Fideicommiſſum factum à ſtatre ſuper bonis eidem donatis ab aliis fratribus, pro portione ab aſcendente collata dicuntur, dicitur aſcendentale, [illegible] verò portionibus cæterorum fratrum dicitur transverſale.

EADEM SUPER DETRACTIONE DOTIUM EX PRIMOGENITURA 1651.

Eadem die, & anno

DECISIO LIII.

Primogenitura, & fideicommiſſa ordinata ab Aſcendente ſimul, & tranſverſali, pro portione ad aſcendentem ſpectante, dicuntur aſcendentalia, & pro portione tranſverſalis, dicuntur tranſverſalia, & inter bona aſcendentis connumerantur [illegible] renunciationis ab ipſo factæ alteri [illegible], cum hoc, quòd, [illegible], bona renunciata fuiſſe [illegible] reverterentur ad renunciantem, ejuſque deſcendentes. Pro legum *Auth.* [illegible] *Cod.* [illegible] *de legat.* habet locum etiam in fideicommiſſo facto in contractu, dummodo contractus non ſit oneroſus, & ultro, citroque obligatorius, & quando, & in quibus caſibus contractus dicatur lucrativus, vel oneroſus, & non ſubjectus detracti [illegible], latiſſimè diſcutitur. Diſpoſitio *Auth.* præfata impediri non potest ob expreſſam prohibitionem detractionis dotium, etiam ex cauſa dotis [illegible], & quibus rationibus [illegible] *Auth.* prædicta. Detractioni dotium ſubjacet à fideicommiſſo aſcendentis [illegible] non potest, mediante fideicommiſſo poſteriori. Vaſſallus feudum antiquum, & paternum in primogenituram erigere non potest in præjudicium comprehenſorum, etiamſi accedat conſenſus Domini, & vocatorum, [illegible] de tempore diſpoſitionis.

EADEM SUPER DETRACTIONE DOTIUM EX BONIS FEUDALIBUS

Eadem die, & anno

DECISIO LIV.

Cùm jurisdictionem habentes non præſumuntur fundata, ſed [illegible], non niſi concurrentibus circumſtantiis, de quibus in deciſione. Bona feudalia ex pacto, & providentia pro conſtitutione, vel reſtituti [illegible] detrahi non poſſunt, etiam in ſubſidium, ſed hoc [illegible], quando adeſt conſuetudo in contrarium, quando feudum eſt ſui natura alienabile, & ad extraneos tranſitorium, quando fœmina eſt in inveſtitura, vel conceſſione feudi comprehenſa, & quando adeſt Statutum, permittens bona feudalia poſſe obligari pro dote: & hoc procedit, quamvis ſint feuda dignitatis, & prima acquiſita, quorum ſunt capaces fœminæ, etiam quoad ſucceſſionem. Detractio dotis excluditur ex qualitate feudi individui, & ex quibus tituli [illegible] excluduntur. Dos detrahitur ex Primogenitura, quamvis habentibus annexam ſtatum dignitatis, non obſtante individuitate, & quando, & in quibus caſibus, & in quibus [illegible] hæc individuitas procedat, & quando non, & quatenus [illegible], latè diſſeritur in deciſione.

EADEM SUPER QUANTITATE DOTIUM, ET ANTEPHATO

Eadem die, & anno

DECISIO LV

Dos ſubſidiaria, & debita vigore *Auth.* [illegible], debet eſſe congrua, non exceſſiva, & ex quibus talis congruentia deſumatur, latè examinatur. Talis detractio desumpta, non ad rationem dotis promiſſæ, ſed pro quantitate, quæ [illegible] præſumatur ſtatuta, & ex quibus præſumptis bonorum [illegible] aſcendentum probetur perveniſſe ad manus mariti. Prout competit talis detractio, non obſtante, quòd mulier [illegible] bonorum dotalium, vel [illegible], ſi non doceatur ipſam habuiſſe ſcientiam fideicommiſſi, & competit non ſolum pro dote, ſed etiam pro Antephato, & [illegible] legatibus, de univerſali conſuetudine, & præcipuè Civitatis Neapolis, [illegible] [illegible] ſub nomine [illegible] [illegible], late diſſeritur.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI DE GALLIS

DECISIO LVI.

Poſitus ſub conditione tacita, *L. cum avus* ſubintellecta, licet [illegible] fideicommiſſum, tamen ex conjecturis conſtet de contraria voluntate Teſtatoris, quo caſu cenſetur gravatus [illegible] ſucceſſivè ſubſtitutus. Prout, ex concurrentia, [illegible] debet poſitus ſub conditione [illegible].

FLORENTINA SUCCESSIONIS DE GONDIS

DECISIO LVII.

Deciſio hæc verſatur circa materiam, de qua in *deciſione* præcedenti, & in *deciſ.* [illegible] *ſeqq.* Rotæ Senenſis. In illis quippe decidebatur favore filiorum [illegible] gravatæ, ex [illegible] extraneos [illegible], ex celebri reſponſo Papiniani in *L. cum Avus ff. de condit. & demonſt.*, [illegible] à Juſtiniano in *L. cum acutiſſimi Cod. de fideicom.*, [illegible] conjecturis, quæ [illegible] irrelevantes, & [illegible], accedentibus [illegible] aliis conjecturis, ex quibus [illegible] hæc juris diſpoſitio recepta fuit.

EADEM

DECISIO LVIII.

Proſequitur eadem materia *L. cum avus*, de qua in præcedenti deciſione, & adducuntur plures conjecturæ pro demonſtranda voluntate Teſtatoris [illegible], [illegible] diſpoſitionem. Leges prædictæ in ſuo [illegible], quæ conjecturæ latè [illegible] in [illegible].

R.P.D. MUTO

CAMERINEN. FIDEICOMMISSI

Luna 5. Julii 1700.

DECISIO LVIII. & Unic.

Subſtitutio in teſtamento aſcendentis facta, intelligitur ſub conditione *ſi ſine filiis*, ad [illegible] Textus in *L. cum avus ff. de condit. & demonſtrat.*, cum concordantibus. [illegible] plures [illegible] in contrarium ponderatæ, & plures aliæ adducuntur in oppoſitum, quæ [illegible], & [illegible] aſſiſtentiam reputatæ, [illegible] prævalere debere, cùm [illegible] verba teſtamenti, ex quibus [illegible] teſtatorem voluiſſe ſubſtituere ſub dicta conditione ſi ſine filiis, etiam [illegible] à diſpoſitione dictæ *L. cum avus*.

FLORENTINA PECUNIARIA

DECISIO LIX

Subingreſſio in [illegible] creditoris [illegible], [illegible] concurrentibus ſolitis requiſitis, etiamſi non ſit [illegible] creditori anteriori pactum de ſubingrediendo. Fidejuſſor an, & quando poſſit [illegible] [illegible] ex intervallo, & ſi ſolvat, præſumatur ſolviſſe pro acquirendis juribus contra principalem, non pro illis extinguendis. In contractu Declarationis requirentur ſolemnitates Statuti, non in Contractu [illegible].

Index Argumentorum.


MONTIS S. SABINI SUCCESSIONIS

14. *Septembris* 1733.

DECISIO LX.

Pro vocandis filiis in conditione poſitis, Conjecturæ debent eſſe perfectæ, & concludentes, quamvis agatur inter deſcendentes, & quæ conjecturæ ſufficientes non ſint, plenè oſtenditur. Teſtamentum ob præteritionem poſthumi, an, & quando rumpatur, & cui competat talis querela. Deficientibus Statutis loci Subditi, an, & quando recurrendum ſit ad illa Civitatis dominantis, late diſſeritur.

FINIS.



DECISIONES
INCLYTÆ ROTÆ SENENSIS
JACOBI DE COMITIBUS
SERENISSIMI MAGNI HETRURIÆ DUCIS
AUDITORIS.

Senen. Executionis.

Ven. 5. Februarii 1706. ab Incarnatione.

ARGUMENTUM.

Ceſſio vindicatur ab objecta ſimulationis exceptione, quam contrà Ceſſionarium Debitor ceſſus opponebat, & ſubſtinetur executio, quamvis exceſſiva pro ſumma debita, ad tollendos inutiles circuitus, & ex æquitate, quæ pluribus ex cauſis hac in hypotheſi prævaluit.

SUMMARIUM.

1 *Inſtrumentum Affictus facit pleniſſimam, & indubitatam probationem.*

Tribuitque viam executivam, ibidem.

2 *Error, falſitas Cauſæ, & ſimulatio contrà Inſtrumentum publicum, in quo Partes jurarunt de veritate contentorum, debent concludentiſſimè probari ab allegante.*

3 *Simulandi cauſa deficiente, & conſtito de veritate cauſæ tranſigendi, etiamſi concurrant conjecturæ, ſimulatio non eſt allegabilis.*

4 *Simulatio minùs præſumitur, ſi agatur de contractu geſto inter perſonas Nobiles, & Religioſas.*

Maximè ſi præceſſerunt licentiæ utriuſque Ordinarii Sæcularis, & Regularis, ibidem.

5 *Simulationis exceptio opponi non poteſt à Debitore ceſſo contra Ceſſionarium, ſi Cedens non eſt in Cauſa, & ipſe non excipit de ſimulatione.*

6 *Sententia, ſeu mandatum, re non integra, ratione exceſſus, & individuitatis in totum annullantur, nec pro ſumma debita ſubſtinentur.*

7 *Declara, dummodò exceſſus non ſit ſolùm in executione, ſed in Sententia, ſeu Decreto.*

8 *Immò etiam ſi exceſſus ſit in Sententia, ſeù Decreto, de æquitate ſubſtinetur executio pro ſumma debita.*

9 *Executio non adhùc conſumpta per diſtractionem pignorum, numquàm revocatur ex capite exceſſus, ex ratione, de qua ibidem.*

10 *Executio conſumpta per diſtractionem pignorum, non revocatur ex capite exceſſus, ſi valor rei venditæ non excedit verum creditum.*

11 *Executio facta ſuper re dividua, eo magis ex æquitate ſubſtinetur pro ſumma debita.*

Executio perſonalis uti individua, revocatur in totum ratione exceſſus, ibidem.

12 *Executio exceſſiva ſubſtinetur pro ſumma debita, ſi in cauſa proceditur ſummariè, ex bono, & æquo, ſine ſtrepitu, & figura Judicii.*

DECISIO I.

AD tollendas multiplices controverſias exortas, & longa Annorum ſerie continuatas, & auctas inter Nobiles Familias P. Joannis Griffoli ex una, & D. Petri Boninſigni ex altera, fuit inter iſtos deventum ad tranſactionem, in qua inter cætera, P. Joannes dedit, & tranſtulit dicto D. Petro, & D. Comiti Nicolao Piccolomineo, Prædia *delle Moriccie, e delle Bandite*, ſita in Curia Caſtri Podii S. Ceciliæ, & conducta pro certo tempore a J. U. D. Jacobo Antonio Roſſi Bettoni; Cumque de menſe Aprilis proximè præteriti, advenerit tempus ſolutionis certæ ratæ, dd. DD. Ceſſionarii devenerunt ad ſequeſtrationem Animalium, aliorumque Bonorum, exiſtentium in tenutis dicti D. Bettoni, pro quantitate excedente eorum creditum, undè exorta contentione, an executio eſſet in totum revocanda, vel ſubſiſtere deberet pro ſumma debita, illam cenſuimus definiendam, negativè ad primam, & affirmativè ad ſecundam dubitationis partem, reſpondendo.

De debito quippè Bettoni nulla adeſſe poterat juridica controverſia, quia illud reſultabat ex Inſtrumento, ſeù apoca Affictus dictorum prædiorum ei facti de anno 1692., & ex publico Inſtrumento tranſlationis eorumdem bonorum, factæ in N.N. DD. Petrum Boninſignum, & Comitem Nicolaum Piccolomineum, cujus vigore, cum iſti fuerint ſubrogati in locum P. Griffoli, eiſdem non valet denegari ſolutio affictuum, pro quibus ipſi agere poſſunt contra debitorem ex
1 dicta Apoca, ſeu Inſtrumento locationis, quod facit pleniſſimam, & indubitatam probationem, tribuitque viam executivam *Rot. in rec. deciſ.335. n.5. & ſeqq. par.10. poſt Fattin. de locat. dec.1. §. Quo etiam in Venetiâ impreſſione, & in Bononien. Prædii 3. Julii 1705. §. Quo verò coram Eminentiſſimo D. Cardinali Caprara*.

Non obſtat, quod Inſtrumentum tranſactionis, & ceſſionis prædictæ fuerit celebratum ex falſa cauſa, & ſit ſimulatum, & erroneum, quia allegans falſitatem cau-
2 ſæ contra Inſtrumentum publicum, in quo Partes jurarunt, omnia in eo contenta eſſe vera, debet id concludentiſſimè probare, ut per *Text. in l. non, & poſtea §. Si minor ff. de Jur. jurand.*, tradunt in ſpecie *Epiſcop. Rocca diſput. 111. numer.50. Urceol. de tranſact. quæſt 96. n.19. Rot. poſt eum deciſ.45. n.2. coram Seraphin. deciſ.976. n.1. & ſeqq. Priolo dec.409. n.3. poſt Fattin. de locat. dec.11. §. Quoniam*, prout facere debet excipiens de ſimulatione, & errore *Handed. conſ.41. n.18. lib.1. Rot. coram Ubald. dec.89. n.2. Dunoz. ſen. dec.13. n.2. Celſ. dec.195. n.7. in rec. dec.218. n.16. p.16. dec.54. n.6. & ſeqq. par.17. & in Aſculana fideicommiſſi, ſeu domus 10. Decembris 1698. §. Quia cum ſimulatio coram b. m. Pio. Romana dotis 30. Januarii 1699. §. Nec Dominis coram dell'Olmo. Viterbien. fideicommiſſi 19. Januarii 1700. §. Et ita coram R. P. D. meo Priolo. Romana Cambii 24. Martii 1701. §. Nullatenus coram Mato*, & in puncto tranſactionis *Urceol. de tranſact. quæſt.100. n.12. 16. & ſeqq. Rot. coram Dunoz. ſen. dec.13. n.2. poſt Albec. de Inconſtant. in Judiciis dec.49. n.16. & dec.56. ſub n.13., & in nullitat, ſeu Senogallien. honorum 13. Maji 1697. §. Abſque eo quod cor. Mato*.

Maximè, quando non adeſt cauſa ſimulandi, imò conſtat de veritate cauſæ
3 tranſigendi moxque in receſſu à litibus, quo caſu etiamſi concurrerent conjecturæ, quæ in hypotheſi noſtra deficiunt, ſimulatio non eſſet allegabilis *Adden. ad Gregor. dec.137. n.27. Rot. coram Buratt. dec.363. n.3. Bich. dec.106. n.7. & 8. Celſ. dec.196. n.8. & 9. Ottholon. dec.238. n.10. Peutinger. dec.180. n.10. Cerro dec.394. n.13., & dec.436. n.4. in rec. dec.307. numer.11. part.1. dec.344. num.2. part.4. dec.107. n.11. part.17. dec.309. n.14., & dec.309. n.8. part.18. dec.35. n.4. part.19. & apud Palm. nepot. dec.286. n.7., & in Ferrarien. fideicom. 26. Januarii 1693. §. Veritas, & §. Excluſa coram Mato. d. Aſculana fideicommiſſi, ſeù domus 10. Decembris 1698. §. Creſcit coram Pio. d. Viterbien. fideicommiſſi 29. Januarii 1700. §. Adhuc, & §. Et ita coram R. P. D. meo Priolo. Romana hæreditatis 10. Junii 1701. §. Quidquam coram Mato, & in d. Romana Cambii 24. Martii 1701. §. Creſcitque coram eodem. Peruſina Manutentionis 21.*

Ja-

Januarii 1704. § *Cæterùm*, & § *Excluſo coram Scotto*, & *in Maceraten. Cambii* 12. *Decembris ejuſdem Anni* § *Excluſa*, & § *finali coram eodem*, & in terminis ceſſionis, & tranſactionis *Urceol. de tranſact. d. quæſt.* 100. *n.* 14. *Rota coram Dunoz. ſeniore dec.* 23. *n.* 8. & *in recent. dec.* 307. *nu-*
4 *mer.* 11. *part.* 1. Agiturque de tranſactione ſtipulata inter DD. Petrum Bonuſignum, & Comitem Nicolaum Piccolomineum, viros nobilitate, divitiis, & bona fama præfulgentes, & inter Collegium Societatis Jeſu ex altera parte, cum opportunis licentiis Reverendiſſimi Archiepiſcopi, & P. Generalis, cujus Religioſos non eſt præſumendum fraudem, & ſimulationem publicè, & palam committere voluiſſe, in Tertii præjudicium, ut attentis ſupradictis perſonarum qualitatibus pro excluſione ſimulationis reſpondit *Bonden. collect.* 5. *n.* 71. *lib.* 1. *Farinacc. de ſimulat. quæſt.* 161. *n.* 173. *Rot. Lucen. inter dec. diverſor. recollect. per Palm. corp. dec* 57. *n.* 69. *Rot. coram Dunozet. Jun. dec.* 332. *n.* 18. & 19. *dec.* 365. *n.* 3. *dec.* 366. *n.* 9. & *in recent. dec.* 283. *n.* 11. *part.* 16. *deciſ.* 107. *num.* 16. *part.* 17. *deciſ.* 794. *n.* 10. *part.* 18., & *deciſ.* 179. *n.* 12. *part.* 19. *tom.* 1., & *dec.* 319. *n.* 16. *part* 19. *tom.* 2., & *in Romana*, *ſeù Civitatis Caſtelli Cenſus* 9. *Junii* 1684. § *Excludatur coram Albergato*, & *in d. Romana Cambii* 24. *Martii* 1702. § *Altera coram Muto*, & in propria materia tranſactionis *Rot. poſt Albet. de Inconſtant. in Judic. d. dec.* 49. *n.* 17., & *in d. nullitat.*, *ſeù Senogallien. bonorum* 13. *Maji* 1697. § *In caſu coram Muto*.

Et in omnem caſum cum P. Griffolus non ſit in cauſa, nec iſtas exceptiones alleget, & Bertonus ſit indubitatus debitor, ſivè iſtius, ſive Ceſſionariorum, non poteſt ſub his prætextibus, & exceptionibus, Jus Tertii concernenti-
5 bus, ſolutionem effectuum retardare, ut in ſpecie tradunt *Card. de Luc. de Credit. diſcurſ.* 77. *n.* 7. *Rot. in Viterbien. Legati* 20. *Martii* 1704. § *Præſertim cor. R. P. D. meo Scotto*, & *bene in Maceraten. Cambii* 12. *Decembris* 1704. § *Certior*, & 23. *Februarii* 1705. § *Ex his coram eodem*.

Firmata ſubſiſtentia crediti, prodeſſe non potuit Bertono nullitas Executionis ratione exceſſus, propter quam prætendebat omnia eſſe revocanda, cum mandatum, ſeù ſententia Executionis demandata pro ſumma majori, quàm ſit
6 creditum, ratione individuitatis ſit nulla in totum, nec ſubſiſtere poſſit pro ſumma debita, ut eſt theorica Bartoli *in l. ſi non ſortem* § *Si centum ff. de Condict. indebit.*, quam communiter ſequuntur *Rodolphin. in praxi par.* 1. *cap.* 6. *n.* 10. *Poſt. de manut. obſervat.* 12. *ex n.* 95. *Rocca diſput.* 143. *n.* 32., & *ſeqq. Rot. coram Royas dec.* 284. *n.* 3. *Emerix Jun. dec.* 1333. *n.* 4. & 8. *in recent. dec.* 421. *n.* 4. & 5. *part.* 5. *dec.* 302. *n.* 12. *part.* 14. *dec.* 81. *n.* 3. & 4. *part.* 15. *dec.* 406. *n.* 2. & *dec.* 601. *num.* 5. *part.* 18. *poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. dec* 184. *n.* 1., & *in Romana Cenſus* 27. *Januarii* 1696. § *Cum autem coram Reverendiſſimo Molines*, & 23. *Junii ejuſdem Anni* § *Abſque eo quod coram eodem. Romana pecuniaria ſuper negotio Principali* 1. *Decembris* 1699. § *Verum coram R. P. D. Prolo Romana Salviani* 12 *Februarii* 1700. § *Quin imo*, & 18. *Aprilis* 1701. § *Quo fortius*, & *ſeq. coram b. m. Pio*.

Etenim objectum ceſſat ex facto, & non relevat de Jure; Et ſanè ceſſat ex facto, quia in decreto nullus conſiderari valet exceſſus, & tamen ad hoc ut executio dici poſſit exceſſiva, & tamquam talis debeat in totum revocari,
7 neceſſe eſt ut exceſſus ſit nedum in executione, ſed etiam in decreto, adeout ſolus exceſſus executionis nihil operetur, ut firmant *Poſt. de ſubhaſt. inſpect.* 50. *n.* 35. & *ſeqq.* & *n.* 63. & *ſeqq. ubi plures refert Epiſc. Rocca d. diſput.* 143. *n.* 33. *Rodolphin. in praxi part.* 1. *d. cap.* 6. *n.* 11. *Urſill. concluſ. legal. verbo Alienatio rerum minorum concluſ.* 86. *n.* 17. *verſ. rurſus concordo*, & *ſeq. Addent. ad Gregor. dec.* 198 *ſub littera A. Rot. coram Pentrager. dec.* 147. *n.* 11. *Emerix Jun. dec.* 1086. *n.* 19., & *in rec. dec.* 218. *n.* 2. *par.* 13.

Non proficeret autem de jure, quia ultra quod etiam executiones exceſſivæ, quando conſtat de vero credito, ſubſiſtant ex æquitate pro rata debiti, tradunt
8 *Calvan. de æquit. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 6. & *per tot. Card. de Luc. in relat. Curiæ diſc.* 32. *n.* 37. *verſ. quia nod licet. Jovinus de ſolemnit. in contract. minor. gloſſ.* 11. § 12. *numer.* 123. *in appendic. Urſill. Concluſ. legal. verbo Alienatio rerum minorum concluſ.* 86. *n.* 17. *Rot. apud Poſt. de ſubhaſt. dec.* 86. *n.* 9. & *poſt Conſtantin. ad Statut. Urbis d.*

dec.184. à num.2. ad 6. ubi alios refert.

Supradicta Theorica Bartoli, quæ locum habet, quandò Decreti, ſeu Mandati executio fuit totaliter conſumata per diſtractionem bonorum, locum ſibi non vindicat, quando executio tantum fuit cæpta, ſed non completa, tunc enim cum damnum non ſentiat debitor, qui poteſt, antequam deveniatur ad deliberationem bonorum, ſe ab executione liberare, mediante ſolutione, ſequeſtrum, & mandatum ſaltem ex æquitate,
9 & ad evitandos inutiles circuitus, pro ſumma debita ſubſtinentur, ut benè diſtinguendo tradunt *Card. de Luc. de Dote diſc. 58. n. 9. & de cenſib. diſc. 1. n. 6. R. P. D. Maſer. de legat. Avenion. & Æmiliæ cap. 22. num. 64. & 65. Jovine de ſolemnit. in Contract. minor. in appendic. ad d. gloſſ. 11. §. 11. ſub num. 113. Urceol. de tranſact. quæſt. 97. ſub n. 4. verſ. de ſtylo tamen moderno juxtà impreſſionem Lugdunen., & eadem quæſt. 97. num. 3. in alia impreſſione Genevæ, & deciſ. Florent. 44. n. 11. Poſt. de ſubbaſt. d. inſpect. 50. n. 104. & dec. Bononien. 26. n. 69. & dec. 37. n. 21. & 22. Rot. Rom. poſt eamdem de ſubbaſt. dec 86. n. 7. & ſeqq. & in rec. dec. 481. num. 9. & ſeqq. par. 19. poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. citat. dec 184. n. 2. & ſeqq. & n. 4. in Conſentien. Dotis 4. Julii 1698. §. & ceſſat coram b. m. Pio, in d. Romana Salviani 18. Aprilis 1701. §. Non attento coram eodem, Firmana Pecuniaria ſuper manutentione 27. Junii 1704. §. Nec poſſeſſio coram Kaunitz, & tenuit etiam Rot. noſtra in Cauſa Senen. Griffoli, e Carboni de Anno 1688. & in Senen. ſubhaſtationis 22. Decembris ejuſdem Anni §. Atque hinc coram Galeotto.*

Et in durioribus terminis, quod etiamſi deventum ſit ad conſumationem executionis exceſſivæ, mediante venditione,
10 illa non veniat retractanda, ſi valor rei venditæ non excedat verum creditum *Cancer. variar. reſolut. p. 3. cap. 17. de Sententiis n. 381. Fontanell. de pact. nuptial. clauſul. 4. Gloſſ. 18. par. 4. n. 106. folio mihi 488. Poſt. de ſubbaſt. d. inſpect. 50. n. 111.*

Potiſſimè quia in caſu præſenti, executio facta fuit ſuper Animalibus, & frumento, & ſic ſuper re patiente commo-
11 dam diviſionem, in quibus terminis eo magis intrare debet prædicta æquitas ad evitandos inanes circuitus, & ut lites, & debitorum calumniæ tollantur, quidquid ſecùs eſſet in executione perſonali, & individua, ut diſtinguunt *Scanarol. de viſit. Carcerat. lib. 3. §. 10. cap. 8. num. 32. fol. mihi 850. de Luc. de Dot. d. diſc. 58. n. 9. & de Judic. diſc. 36. n. 24.*, ubi de executione ſuper animalibus, *& in relatione Curiæ diſc. 31. n. 37. verſ. quinimò. Urſill. concluſ. legal. verbo Alienatio rerum minorum concluſ. 86. num. 15. & 17. Urceol. de tranſact. d. quæſt. 97. ſub n. 4. Rot. Lucen. apud Balduc. ad Roman. dec. 65. n. 20. tom. 4. Rot. poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. ſæpe citata dec. 184. n. 7. & 8.*

Et fortiùs attento, quod verſamur in Credito habente viam executivam, & ſumus in Civitate, in qua viget Statutum diſponens, in cauſis procedi debere ex bono, & æquo, ſummariè, & ſine ſtre-
12 pitu, & figura Judicii, ut teſtatur *Mart. Medic. deciſ. Senen. 13. n. 24.*, *& in Cauſa Tucciati, e Lodi §. & fortius coram Me*; in cauſis autem in quibus de jure, vel vigore Conſuetudinis, aut Statuti, proceditur executivè, & ex bono, & æquo, executio exceſſiva pro rata veri crediti ſubſtinetur *Coſta de ration. rat. quæſt. 137. ſub n. 16. n. 17. & ſeq. Urceol. de tranſact. d. quæſt. 97. n. 4. & 5. in impreſſione Genevæ, & ſub num. 4. verſic. item hujuſmodi in impreſſione Lugdunen. Rot. Florent. apud eumdem d. dec. 44. n. 11.*, ubi aliæ deciſ. refert *Rota apud Poſt. de ſubhaſt. d. deciſ. 86. n. 10. & Conſtantin. ad Statut. Urb. citata dec. 184. ſub n. 10.*

Et ita utraque &c.

Arcis Stratæ Laudi.

Sabbathi 16. Februarii 1706. ab Incarnatione

ARGUMENTUM.

Laudum præſumitur validum, & juſtum, etiam non conſtito de præcedenti Compromiſſo per ſcripturam, quod enim ſufficit tacitum, & probatum præſumptionibus, quarum multæ referuntur, & laudantur. Et non attento, quod arbiter habens facultates Arbitratoris, non laudaverit ſuper univerſa cauſa, ſed reſervaverit liquidationem nonnullorum.

SUMMARIUM.

1 *Laudum ab arbitris latum habet pro ſe omnem validitatis, & juſtitiæ præſumptionem, & num. 19.*

2 Ma-

2 *Maximè ſi ſupervenit res judicata in illius executionem.*

3 *Laudum, ſinè præcedenti Compromiſſo eſt nullum, tamquam latum ſinè Juriſdictione.*

4 *Compromiſſum de ſui ſubſtantia, ſcripturam non requirit.*

Et adducuntur, & reprobantur contrariam Sententes, ibidem.

5 *Compromiſſum ſubſtantiatur, in ſolo conſenſu contrahentium.*

6 *De conſenſu Compromittendi ſufficit etiam tacitè conſtare, non minùs verbis, quam factis.*

7 *Compromiſſum præſumitur factum ex qualitate Arbitri, perſona docta, & Juriſperita.*

8 *Item præſumitur factum ex qualitate prætenſionum hinc indè vigentium, & juris articulum concernentium.*

9 *Cauſæ ex quibus cenſentur potiùs compromiſſibiles, quam indigent ſola Calculatoris opera.*

10 *Compromiſſum non probatur ex aſſertione Arbitri.*

11 *Limita, quando agitur de paupere rogito.*

12 *Item limita, quando aſſertioni Arbitri partes non contradixerunt.*

13 *Compromiſſum præſumitur, quandò laudum fuit apertum, lectum, & publicatum, partibus præſentibus, & non contradicentibus.*

14 *Et tunc ſubſiſtentur laudum ex Compromiſſo tacito.*

15 *Laudum ſpecialiter impugnatum ex capite injuſtitiæ, eò minùs præſumitur nullum ex defectu compromiſſi.*

16 *Arbitri debent laudum proferre ſuper omnibus differentiis, eaſque ſimul decidere, & terminare.*

17 *Arbiter pronuncians ſuper ſubſtantia debiti, & reſervans illius liquidationem, ex hoc non dicitur omnes controverſias non terminaſſe.*

18 *Arbiter habens facultatem etiam Arbitratoris, poteſt pronunciare ſuper uno, vel pluribus capitibus, aliis omiſſis, ſeù reſervatis.*

19 *Relatio concordis Peritorum utrimque electorum plenè probat.*

20 *Laudum, ſeu ſententia proferri poteſt ſuper liquidis, relictis in ſuſpenſo illiquidis, & incertis, ſi pars fuerit negligens in liquidando.*

DECISIO II.

Obtinuit uſquè ſub die 24. Julii 1676. Capitaneus Jacobus Barberinus à Prætore Arcis Stratę ſententiam, declarantem eum creditorem hæredum Simonis Georgii certæ ſummæ, & pretii quorumdam novalium æſtimandorum, & pro prædictis mandatum executivum reportavit in iſtius Judicati ſequelam, inſtetit ſubindè idem Jacobus die 21. Januarii 1705. coram eodem Prætore, liquidari dicta novalia, nec non 30. capras habitas in computum ſui crediti, elegitque ad talem effectum Bartholomeum Fabrum, ſed agnoſcentes ex poſt plures alias controverſias eſſe inter partes decidendas, Roſa Georgia hæres præfati Simonis, nominavit Octavianum Gennarum J.U.D., & Archipræsbyterum dicti Loci, cui omnes ſuas prætenſiones communicavit, & utrique fuit data facultas arbitrandi, arbitramentandi, laudandi, calculandi, omniaque alia neceſſaria faciendi.

Pro muneris ſibi injuncti adimplemento, arbitratores prædicti, plures inter ſe, & cum Partibus colloquia habuerunt, & auditis iſtarum prætenſionibus, ac conſideratis documentis exhibitis, laudum protulerunt, in quo declaratus fuit debitor Capitaneus Barberinus in ſcutis quindecim libr. 10. & denar. 8., & reſervata eidem fuerunt jura talia qualia, pro credito dictorum novalium liquidandorum, iſtudque laudum tanquam ritè, & rectè latum exequendum eſſe demandavit Judex à quo.

Interpoſita autèm appellatione ad noſtrum Tribunal, petiit Capitaneus Barberinus revocationem hujus Judicati, allegans nullitatem, & Injuſtitiam Laudi, ſed comperto exceptiones ab ipſo propoſitas non habere ſubſiſtentiam, pro illius confirmatione reſponſum obtinuit.

Laudum enim ab Arbitris latum, ha-
1 bet pro ſe omnem validitatis, & Juſtitiæ præſumptionem, maximè quando ſupervenit, ut hic, res judicata, niſi con-
2 cludentiſſimis probationibus talis præſum-

ſumptio tollatur, ut de præſumptione validitatis in puncto Laudi tradit *Abbas conſ.64. ſub n.2. in fine, & num.3. Marcabrun. conſ.5. num.2. Cyriac. controverſ.471. n.6. Bondon. collect.16. num.21. lib.3. Joanes de ſolemnit. Gloſſa 22. §.13. n.31. verſic. verum. Altimar. de nullit. tom.4. rubr.1. par.2 quæſt 18. n.142. Conſtant. ad Statut. Urbis annotat 20. n.269. Rot. in rec. dec.218. n.1 par.15 dec.160. n.1. par.17. dec.459 num.8. & 9. part.18. & dec.587. n.2 par.19.*, & de Juſtitia in ſpecie *Menoch. de præſumpt lib. 2 præſumpt.76. n.3. & pluribus ſeqq. Bondon. d. collect. 16. num.12. lib.1 Palm. orp. allegat.191. n.1. & 11.* ubi plures allegat *Torr. de primogenit. Ital. par 2. quæſt.62. n.21. Joanes de ſolemnit. Gloſſa 22. §.13. ſub num.31. verſic. et regulare in fine, & n.32. verſ. Laudum Conſtant. ad Statut. Urbis d. annotat.20. num.269. Altimar. de nullit. tom.4. d. quæſt.18 n.142. & n.207. Rot. coram Baratt. dec 14. n.13 & deciſ. 740. n.11. Ubald. dec.129. n.5. & in annotat. ad deciſ 310. verſ. præſumptio. Coram. dec.584. n 2. Ottobon. deciſ.242 num.33. Prod. dec 191 n.18. in rec. dec.588. nu.4. par.2. dec.218. n.2. par.15. dec.160. n.1. par.17. dec.707. n.34. par.18. deciſ 587. n.1 part.19. & poſt Conſtant. ad Statut. Urb. dec.35. n.1. & 3.*

Nec talis præſumptio reſpectu validitatis everti potuit, ex quo in actis non conſtet de compromiſſo ſine quo Laudum tamquam ſine juriſdictione latum

3 non eſt attendendum *Bect. conſ. 183. num.15 & ſeqq lib.1. Pastell. annotat.77. num. 14 Conciol. ad Statut. Eugub. lib.3. rub.3. num.8. Altimar. de nullit. tom.4. rubr. 1 par.2. quæſt 18. n 147. & ſub n.149. Gratian. dec.6. n.36. & dec.64. n.7. Rot. in rec. dec 307. n.5. par.9. & cor. Baratt. deciſ.14. n.19. & 43. & dec. 29. num.24.*

Quoniam, cum de ſubſtantia Compromiſſi non requiratur ſcriptura, quæ ſo-

4 lùm ad faciliorem illius probationem inſervit, ut firmat *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.2. rub.27. n.36. & 37.* ubi reprobat contrarios *Altimar. de nullit. tom.4. rubr.1. par.2 quæſt 18 n.13. & 321. Onuf. de Contractibus tom.3 tract.17. de compromiſſ. diſputat.93. ſect.1. n.16. & 17. & ſectione quarta n.114 Magon. deciſ. Florent.119 num.1. Rot. poſt Conſtant. ad Statut. Urb. dec.36. n.6.*, quidquid in contrarium dixerit *Baron. de Effect. minoratat. effect 16. num.54. & ſeqq. Novar. ſuper pragmatic. de Arbitr. collect. 3. num.8. Conſtant. ad Statut Urbis annotat.30. numer.136. & 137.* relati per *Altimar. de nullit. tom.4. d. quæſt.18 n.250. & 252.*,

5 illudque ſubſtantietur in ſolo conſenſu contrahentium, de quo tacitè etiam, & non minùs verbis, quam factis appare-

6 re poteſt *Conciol. ad Statut. Eugub. d. lib.2. rub.27. num.36. Bondon. tuæ collect.16. n.35. lib.1. Rot. poſt Conſtant. ad Statut. Urbis d. dec.36. n.6. & 7.*

Satis in caſu præſenti de eo conſtare viſum fuit, ex qualitate perſonæ, nempè Octaviani Gennari J. U. D. & Archi-

7 præsbyteri Arcis Stratæ, quem non eſt veriſimile fuiſſe electum pro æſtimandis ſolum capris, & novalibus, quorum liquidatio ad ruſticos potiùs, & lamones, aliaſque ſimiles perſonas inferioris notæ ſpectabat, nec non ex qualitate prætenſionum ab utraque parte arbitris communicatarum, circa quas plures ca-

8 debant inſpectiones, etiam Juris articulos concernentes, & pro quibus terminandis opus erat judicio arbitrorum, non ſimplicium peritorum, & calculatorum, quæ perſonarum, & ſubjectæ materiæ qualitas, pluſimum operatur ad oſtendendam poteſtatem tributam, & an cauſa habita fuerit pro compromiſſibili, vel indigente ſola calculatoris

9 opera, ex traditis per *Pigant. ad Statut. Ferrar. lib.2. rubr.22. num.9. tom.1.*

Potiſſimè quià in ſequelam talis facultatis, Arbitri prædicti, viſis prætenſionibus, auditis pluries Partibus, & conſideratis documentis, quæ ipſis communicata fuerunt, laudum exararunt, illudque Bartholomeus Faber, à Capitaneo Barberino electus, præſentavit in actis clauſum, cum ſpecifica declaratione, quod ad dicti Laudi confectionem unà cum Archipræſbytero devenerat vigore commiſſionis eis datæ ab utraque Parte arbitrandi, calculandi, & decidendi eorum prætenſiones, cujus declarationis vigore, Judex decrevit, laudum præfatum à prædictis arbitris præſentatum, eſſe partibus notificandum, ut pro certa die, & hora intervenirent illius apertioni, & publicationi, cumque talis notificatio facta fuerit, & neutra Pars proteſtationem in actis emiſerit, ſuper deficientia compromiſ-

miſſi, & facultatem ſibi ab arbitris arrogatæ, ex hoc reſultat tacita confeſſio, & recognitio veritatis, quod Arbitri haberent poteſtatem ab ipſis in actis expreſſam, licet enim vera regula ſit, quod aſſertioni arbitri circa ejus deputationem
10 non credatur *Gratian. diſcept. 529. n. 1. & ſeqq. ibique de Luc. ſub n. 6. Idem de Luc. ad eumdem Gratian. dec. 6. n. 3. Card. de Luc. de Judic. diſcurſ. 11. n. 17. Bondon. collect. 16. n. 24. lib. 1. Concil. ad Statut. Eugub. lib. 1. rub. 17. num. 53. de Angel. de confeſſ. tom. 1. lib. 1. quæſt. 7. effect. 6. num. 3. Rot. coram Manzo dec. 358. num. 1. & 2. Baratt. dec. 29. n. 8. ibique Addens. n. 14. poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. dec. 55. n. 7.* atquè vera tamen eſt limitatio, quod illa non procedat, quando agitur de paupere Regno, & pars tali aſſertivæ non
11 contradixit, ut de prima propoſitione *Gratian. diſcept. 529. n. 31. in fine 32. & 33. Rot. in rec. dec. 553. n. 1. p. 1. poſt Conſtant. ad ſtatut. Urb. d. dec. 55. n. 7.* & generalitèr *coram Coccin. dec. 333. n. 2.* & de
12 ſecunda *Card. de Luc. de Judic. diſc. 11. n. 17. Pegant. ad Statut. Ferrar. lib. 1. rub. 22. ſub n. 35. de Luc. ad Gratian. dec. 6. num. 1. Rot. coram Mantic. dec. 258. n. 2. Baratt. dec. 14. n. 10. & dec. 19. n. 3.*

Creſcitque circumſtantia, ſi ponderetur, quod tam Capitaneus Barberinus, quam Roſa, perſonaliter intervenerunt promulgationi dicti Laudi, in quo Archipræsbyter, & Faber ſe nominarunt Arbitros, & Arbitratores à Partibus electos, & deputatos cauſa arbitrandi, arbitramentandi, calculandi, terminandi, & decidendi prætenſiones inter ipſas vigentes, quod & pluries repetierunt in toto contextu ejuſdem laudi. Ex eo autem quod Arbitri de eorum electione, & facultatibus ſpecificè mentionem fecerunt in laudo, illudque fuit apertum, lectum, & publicatum, Partibus præſentibus, & non reclamantibus,
13 intrat validiſſima præſumptio, quod compromiſſum præceſſerit, & laudum ſuſtineri debet taliter ratione taciti
14 Compromiſſi *Socin. ſen. conſ. 220. n. 2. lib. 2. Alex. conſ. 84. n. 3. lib. 5. Simon de Pratis conſ. 76. n. 18. Marzabrun. conſ. 46. ſub n. 43. & 44. Carleran. conſ. feudal. 5. n. 49. Blanc. de compromiſſ. quæſt. 9. principal. de Sententiis, & earum effectu columm. penult. verſ. ſecundo caſu Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 76. ſub n. 33. Ancharan. quæſt. familiar. 16. n. 1. lib. 1. Urſill. conclaſ. 133. n. 91. Fastell. annotat. 77. n. 12. Pegant. ad Statut. Ferrariæ lib. 2. rub. 22. n. 35. in 1. Bondon. collect. 16. n. 16. lib. 2. Altimar. de nullit. tom. 4. rubric. 1. par. 1. quæſt. 18. num. 36. & n. 149. Gratian. dec. 6. n. 36., & dec. 64. n. 6. Rot. coram Baratt. dec. 14. n. 50. & dec. 29. numer. 25.*

Et fortius attento, quod Capitaneus Barberinus, elapſis tribus diebus, appellationem in actis interpoſuit à prædicto laudo, ob illius injuſtitiam, nullo facto verbo de nullitate, ſignum evidens quod illa non adeſſet, alias enim ſicut adverſus Laudi injuſtitiam reclamavit, ita & de illius nullitate ob inſanabilem Juriſ-
15 dictionis defectum excepiſſet, ex deductis per *Turr. Variar. tit. 7. quæſt. 16. n. 84. tom. 1. Rot. dec. 118. n. 22. part. 17. rec.*

Minùs obeſſe valuit, quod Arbitri laudum non tulerint, ſuper omnibus controverſiis in eos remiſſis, ſed reſervaverint Jura Capitaneo Barberino, pro liquidatione crediti Novalium, quod citrà vitium nullitatis fieri non poterat,
16 cum Arbitri debeant decidere, & terminare omnes differentias *ad text. in l. diem 23. & l. non diſtinguemus 32. §. Quæſitum ff. de recept. Arbitr. Stachan. reſolut. 57. n. 57. & ſeq. centur. 2. Altimar. de nullit. tom. 4. d. quæſt. 18. n. 123. Conſtant. ad Statut. Urb. annotat. 20. n. 171. Marta mot. Piſan. 163. n. 1. & ſeqq. Conſal. dec. 63. n. 11. Intrigliol. dec. 23. n. 18. Franc. decis. 354. n. 4. & ſub n. 6. ibique Rocc. in addit. poſt medium, & de Luc. n. 4. Mart. Medic. dec. Senen. 40. n. 10. Cypr. dec. Bonon. 143. n. 1. Rot. coram Mantic. dec. 299. n. 4. Priol. dec. 191. n. 11. Coccin. dec. 708. n. 19. Baratt. dec. 14. n. 29. Duran. decis. 200. num. 7.* ubi in puncto reſervatæ facultatis æſtimandi bona, & *in rec. decis. 525. n. 17. part. 2. dec. 50. n. 10. part. 8. & in Fulginaten Laudi, ſeu diviſionis 17. Januarii 1701. §. Sed etiam coram Lancetta, & in Romana Perunariæ ſuper vigore principali 17. Junii ejuſdem anni §. Potiſſimè coram Molo.*

Tum quia, cum Arbitri pronunciaverint ſuper ſubſtantia debiti, ex hac ſola
17 reſervatione liquidationis, non poteſt dici omnes controverſias definitas non fuiſſe, benè in ſpecie *Rot. in rec. dec. 283. numer.*

*num.*45.ubi concordantes *part.*17. *& coram Cavaler. dec.*646. *n.*3. 5. *& 6. Ubald. ſen. dec.*146. *n.*7. Tùm etiam quia cum præfati Archipræsbyter, & Faber, haberent facultates Arbitri, & Arbitratoris, potuerunt vigore dictarum facultatum ampliſſimarum, ſuper uno, vel pluribus
18 capitibus pronunciare, aliis omiſſis, vel reſervatis, ut declarant *Capit. Galeot. controverſ.*39. *n.*2. *Rodoer. ad de Marin. reſolut.*45. *n.*12. *Romaguer. ad Constit. ſuper Statut. Eugub. lib.*2 *rubr.*27. *n.*72. *Altimar. de nullit. tom.*2. *rubr.*13. *quæſt.*14. *num.*40. *& tom.*4. *rubr.*1. *par.*2. *quæſt.*28. *n.*128. *de Luc. ad Gratian. diſcept.*524. *ſub n.*5. *& ad Franc. dec.*354. *ſub n.*4. *Scoppa ad deciſ. ejuſdem Gratian. dec.*6. *num.*30. *&* 31.

Quo vero ad Juſtitiam. iſta ultra ſupra relatam juris præſumptionem, manifeſtè probata remanet, ex quo creditum Roſæ ſuperexcedens ipſius debitum, reſultat ex apocis, & legitimis documentis, nec non ex confeſſione ipſius Capitanei Barberini judicialiter emiſſa, & ſolum valor, ſeu liquidatio Captarum, elicitur ex relatione Peritorum utrin-
19 què electorum, qui cum fuerint inter ſe concordes, plenè probant *Pacion. de locat. cap.*35. §.5. *n.*61. *Rota dec.*612. *n.*2. *par.*19. *rec.*

Non obſtante, quod Capitaneus Barberinus gravatus fuerit, nam ſi Periti, & Arbitri liquidaſſent novalia, & eorum pretium poſuiſſent in calculo, ipſe non remanſiſſet debitor Roſæ, ſed creditor in conſiderabili ſumma, etenim cum hæc novalium liquidatio, longam expoſceret diſcuſſionem ſuper pluribus emergentibus, quæ in ea cadebant, & Barberinus fuerit negligens, in tollendis his turbiditatibus, potuerunt Arbitri, relicta in ſuſpenſo hac partita illiquida, ſuper liquidis, ſententiam, & laudum proferre, abſquè eo quod aliquod gravamen ſuccumbenti dici poſſit illatum, ut in for-
20 tioribus terminis laudi lati à ſimplici Arbitro, & reſervantis liquidationem *Paſer. conſ.*79. *n.*9. *& ſeq. Pigant. ad Statut. Ferrar. lib.*2. *rubr.*22 *n.*70. *verſic. quod benè, & verſ. Secundo ſuferebam Lancill. Deciſ. Ferrar.*126. *n.*2 *Rot. coram Cavaler. dec.*647. *n.*3. *& n.*5. *&* 6.

Et ita utraque &c.

Senen. Retractus

Mercurii 23. Martii 1706. ab Incarnatione

ARGUMENTUM.

Deciditur pro Competentia retractus favore Vicini contrà Laicum, qui bona emerat à Clerico, ad terminos Statuti Senenſis Rubr. 189. de Jure Congrui diſtinctæ.

SUMMARIUM.

1 *Statutum Senenſe, quomodo vicino concedat retractum.*

2 *Statuti Beneficium non denegatur ei, qui probat qualitates ab eodem Statuto requiſitas.*

3 *Vicinitas retrahere volentis, probatur Inſtrumentis, teſtibus, & reſponſione ad Poſitiones.*

4 *Retractus competit Jure vicinitatis, etiam ſi quis adhæreat alieno prædio tamquam Emphyteuticis.*

5 *Statutum Senenſe in materia Retractus non admittit diviſionem, ſeù diſmembrationem Contractus.*

Undè comprehendit omnia bona vendita, etiamſi cum aliquibus ex iis retrahens non confinet.

6 *Statutum Laicale ſuper retractu non afficit Clericum venditorem, ſi tribuit actionem contra Venditoris Perſonam, vel Legem dicit bonis exiſtentibus in poſſe Venditoris, & n.*18.

7 *Secus autem ſi concedit Retractum contra Emptorem Laicum, poſt quàm bona effecta ſunt de illius dominio, & n.*18.

*Et afferuntur res judicata, dicto num.*7. §. Et juxtà.

8 *Judices pro munere ſupplere debent in Jure, ſi defenſores deficiunt.*

9 *Exceptio oriens ex facto propoſito, cenſetur à Judice recognita, & rejecta.*

10 *Sententia in Judicatum tranſacta, facit de albo nigrum, & haberi debet pro veritate, nec poteſt redargui.*

11 *Referuntur Authoritates, quæ pro excluſione retractus afferebantur.*

12 Honded. conſ.3. lib.1. *declaratur, & explicatur.*

13 Surd. conſ.1. *ab aliquibus rejectus declaratur.*

14 Vermigliol. conſ.96. *ab aliquibus ibidem rejectus, ex quo in cauſa ſuccubuerit, declaratur.*

15 Palm.

15 Palm. Nepos alleg.55. *ſuccubuit in Cauſa*.
16 Conciol. ad Statut. Eugub. Rubr.55., & Sperell. dec.11. *reprobantur, & declarantur*.
17 *In Materia Retractus, Senis viget conſuetudo judicandi etiam contra Clericum Emptorem*.
18 *Statutum concedens Retractum non afficit Clericum Emptorem*.
19 *Retractus faciliùs datur contra Laicum, qui emit à Clerico, quàm contra Clericum, qui emit à Laico*.
20 Conſtant. ad Statut. Urb. adnot.24. *declaratur*.
21 Corradin. de Prælat. q.12. *declaratur*.
22 *Statutum Senenſe, concedens Retractum non operatur contra venditorem, ſed contra Emptorem*.
23 *Idem Statutum duo tribuit remedia, unum contra venditorem pro prælatione, & nullitate, aliud contra Emptorem pro Retractu*.
Statuti verba, quando potius contra Emptorem, quam venditorem directa dicantur, ibidem, & n.24. & ſeqq.
24 *Retractus datur contra poſſeſſorem*.
25 *Verba Statuti de Retractu, interpretationem recipiunt à Jure, & juxta illud intelligi debent*.
26 *Verba Statuti, impersonaliter prolata, potiusquam ad venditorem, referenda ſunt ad Emptorem, contra quem competit Retractus*.
27 *Statuti Senenſis, concedentis Retractum, verba referuntur*.
28 *Statutum, concedens Retractum in venditione, an locum habeat in datione in ſolutum, remiſſivè*.
29 *Ratio eadem ubi militat, idem cenſetur diſpoſitum*.
30 *Statuti una pars clara, aliam ambiguam declarat*.
31 *Maximè ſtantibus dictionibus relativis, de quibus ibi*.
32 *Statutum concedens Retractum, & obligans Emptorem ad cedendum Jura, & promittendum pro ſuo dato, & facto, verba dirigit in Emptorem*.
33 *Item ſi concedat Retractum etiam poſt elapſum Annum, à die facta alienationis*.
34 *Statutum diſtinguens jus prælationis à jure Retractus, cenſetur diſtinctas etiam dediſſe actiones, nullitatis contra venditorem & Retractus contra Emptorem*.
Lex tribuens aliquod remedium, tribuere etiam debet actionem, qua illud conſequi poſſit, ibidem.
35 *Statutum Senenſe, concedens Retractum, duas tribuit actiones, unam contra venditorem pro prælatione, & nullitate Contractus, aliam contra Emptorem pro Retractu, anteà* n.23., & n.33., *& infrà* n.52.
36 *Nullitas inducta favore Vicini, habentis Retractum, non inficit contractum, niſi ſecuta illius declaratione*.
Statutum concedens Retractum, non annullat venditionem, & ex quibus conjecturis hoc deſumatur, ibidem, & nn. ſeqq.
37 *Venditio eſt valida, quando Statutum concedit Retractum, ſi Emptor ex illius diſpoſitione teneatur Jura cedere*.
38 *Retractus ſicuti habet locum, quando alienatio eſt valida, ità ceſſat, quando eſt invalida*.
39 *Nec habet locum, quando venditio ex aliqua cauſa non eſt perfecta*.
40 *Emptor, donec ab eo retrahantur bona empta, facit fructus ſuos, poteſt bona meliorare, & exercere alios Actus Dominii,* & num.41.
41 *Retrahens vigore Statuti, celebrare debet Inſtrumentum cum primo Emptore, non autem cum venditore,* & n.42.
43 *Vicini declaratio, volentis retrahere, reſolvit Contractum precedentem, non ex tunc, ſed ex nunc, à die facta declarationis*.
44 *Venditori nihil intereſt, quòd Venditio ab eo jam facta, ex poſteà reſolvatur Jure retractus*.
45 *Emens à Clerico, poteſt, & debet pro ſuo intereſſe Vicino facere denunciationem, quamvis Statutum illam injungat venditori, & in hoc reprobatur, & declaratur* Honded. conſ.3. *ut infrà* n.48., & n.51. cum ſeqq. *etiamſi denunciatio requiratur pro forma ibidem*.
46 *Emptor non ſervans formam, à Statuto præſcriptam, de ſe ipſo, non de Statuto conqueri debet*.
Statutum Matilicanæ de Retractu, refertur, ibidem.
47 *Emens à Clerico, ſubjicitur Retractui, quamvis Statutum injungat Venditori onus denunciandi*.
Sed procedit in Statuto, quod in prima parte annullat venditionem, & in alia concedit Retractum n.45.
49 *Denunciandi onus, injunctum ad unum finem, & effectum, diverſum operari non poteſt*.

B 50 *Sta-*

50 *Statuti Senen. in* Rubr.269.diſt.4. *diſpoſitio, mandans intelligi Statuta, prout jacent, rejicit frivolam, & inſubſiſtentem interpretationem, non legitimam, & juridicam*, & n.48.

52 *Statutum de Retractu, non comprehendit Clericum Vendentem, quando compellit venditorem ad revendendum.*

53 *Doctori loquenti contra receptas opiniones non eſt deferendum.*

54 *Clerici bona, Retractui ſubjecta, difficultèr vendi poſſunt, & minùs valent, ex quo poſſunt ab emptore vindicari, contrà* num.55. 56. & ſeqq.

55 *Divitiis deficientibus, majorem numerum conſtituunt indigentes, quàm affluentes.*

56 *Emptor, à quo bona retrahuntur, eſt tutus, nec in damno dici poteſt, cum Vicinus ſolvere debeat totum pretium, ab eo exburſatum.*

57 *Statutum concedens Retractum, & obligans venditorem ad revendendum Vicino, pro æſtimatione facienda à Peritis, non afficit Clericum, quia eſt damnoſum.*

Secus eſt ſi Statutum diſponat Venditorem teneri ſolvere idem pretium, & ſubjacere iiſdem oneribus, & pactis n.58.

58 *Clerici venditoris damnum remotum, eventuale, & leviſſimi momenti, non operatur, quo minùs competat Retractus, vigore Statuti.*

59 *Obſervantia in materia Retractus omnem removet ambiguitatem.*

60 *Sententia in contradictorio Judicio, in caſu præciſo, efficaciſſima eſt ad obſervantiam inducendam in materia Retractus.*

61 *Obſervantia, ad interpretandum Statutum de Retractu, in dubiis ſemper attenditur, etiam ſi contrarius intellectus eſſet de Jure verior.*

62 *Reiinveſti dicuntur ex unico actu.*

63 *Obſervantia interpretativa Statuti, concedentis Retractum, deſumitur etiam ex Actibus extrajudicialibus.*

Et qui ſint iſti actus, ibidem, & nn. ſeqq.

64 *Teſtes non admittuntur ad probandum id, cujus contrarium conſtat ex publicis ſcripturis.*

65 *Retractus vigore Statuti datur contra Clericos, ex conſuetudine Civitatis Senarum.*

66 *Retractus ſi datur contra Clericum emptorem à Laico, multò magis datur contra Laicum emptorem à Clerico.*

67 *Obſervantia, favens Retractui, non eſt Juri contraria, levioribus eſt contenta probationibus, & prævalet obſervantiæ contrariæ*, & n.68.

69 *In concurſu duplicis obſervantiæ, ſemper attenditur illa, cui majores actus aſſiſtunt.*

70 *Sententia pro competentia Retractus magis concludit, quàm ſententia pro illius incompetentia, ex ratione de qua ibi.*

71 *Judicem potuiſſe moveri ex aliis cauſis, quando ceſſet.*

72 *Cauſa exitus.*

73 *Favore Immunitatis Eccleſiaſticæ in dubio eſt judicandum.*

DECISIO III.

HAbita per Nob. D. Petrum de Boninſignis notitia, quòd nonnulla Bona, ſita in Curia Rapolani, & olim poſſeſſa a Patruo, & Fratribus de Simoncellis, empta fuerant à D. Alexandro Fabrano, intentavit contra iſtum eorundem Bonorum Retractum, ſibi ex jure vicinitatis à Statuto hujus inclitæ
1 Civitatis conceſſum in *Rub.*189. *de Jure Congrui, diſtinct.*2. factiſque opportunis probationibus, & ſervatis aliis de Jure ſervandis, prodiit ſub die 28. Septembris 1705. Sententia declarans, non eſſe locum Retractui, & Alexandrum Reum conventum, à petitis eſſe abſolvendum.

Appellavit ab hoc Judicato, ſe gravatum credens, D. Petrus, & coram Me in ulteriori Inſtantia, Judicium noſtri Tribunalis expoſcens, conſului DD. meos, ſuper confirmatione, vel infirmatione ſententiæ præfatæ, & ſedulò conſideratis Juribus, ac pluribus Facti circumſtantiis de novo adductis, & antiquis meliùs dilucidatis, poſt maturum Cauſæ examen, in eam tandem ſententiam per nos infraſcriptos itum eſt, qua definitum fuit, eſſe locum petito Retractui, & infirmandum præcedens Judicatum.

Stetit ita decidendi ratio, in diſpoſitione præfati Statuti, tribuentis facultatem retrahendi Vicino, qui intra Annum

num à die ſcientiæ ſuam voluntatem judicialiter declaravit, & pro Retractu inſtetit, unde cum Nob. Petrus Vicinitatem probaverit, & intra præfixum terminum, à Judice Retractum experierit, beneficium ei à Statuto indultum dene-
2 gari non poteſt, ut in propria materia Retractus, *Gratian. diſcep. 9, 7. num. 18. ubi concordantes. Rot. coram Merlino deciſ. 463. num. 3.* & in puncto hujus Statuti *Rot. noſtra in Senen. Longen. Retractus 21. Junii 1686. §. Fundamentum, coram D. meo Urceolo.*

Vicinitas autem, quæ ex requiſitis Statuti (ob incontroverſam Retractus petitionem intra præſcriptum tempus) unicè hodie erat in quæſtione, reſpectu nemuſculi aucupatorii, aliorumque plurium corporum, probata remanſit ex depoſitionibus teſtium, formiter examinatorum, ex reſponſione ad poſitiones, acceſſu, inſtrumentis, aliiſque ſimilibus probationum generibus, quæ vicinitatem
3 pleniſſimè convincunt, ut in ſpecie Retractus, *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 24. num. 238. & ſeqq. Rot. Januen. apud Baldaſc. dec. & rer. judicat. tit. 1. de prælat. & retract. deciſ. 10. num. 11. & 12. Rot. Florent. poſt tom. 2. ſummæ Sabelli allegat. 2 ante num. 1. verſ. primo quia. Rot. Rom. coram Merlino d. deciſ. 463. num. 3.* & in terminis noſtri Statuti *Rota noſtra in d. Senen. Longen. Retractus 1686. §. Fundamentum, coram D. meo Urceolo.*

Idque etiamſi prædia, quibus contigua ſunt Bona vendita, non omnia ſpectent ad D. Petrum jure proprio, ſed aliqua ex eis retineantur ab ipſo in emphyteuſim, cum iſta non minus quam pro-
4 pria, tribuant Emphyteutæ prælationem, & retractum. *Caball. conſ. 102. n. 1. & ſeqq. lib. 1. Gratian. diſcept. 460. n. 3. Sabell. reſol. 68. num. 39. Valaſc. de jur. emphyt. quæſt. 17. num. 14. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 239. num. 15. Caſtropal. Oper. moral. par. 7. tract. 32. diſp. 3. punct. 20. §. 2. num. 3. & §. 10. n. 10. Conciol. ad Stat. Eugubin. lib. 2. rub. 55. n. 7. Zacch. ad Statut. Faventiæ lib. 6. rub. 10. n. 1. & ſeqq. Urceol. dec. Florent. 18. num. 11.*

Quidquam non refragante, quòd petium Terræ clauſarum, poſt Inſtrumentum Venditionis deſcriptum n. 1., non confinet ex aliqua parte, cum bonis dicti D. Petri: quia ultra alias reſponſiones datas à ſcribentibus, illa ſolidior viſa fuit, quòd cum Vicino prælatio, & Retractus à Statuto tribuatur, ſub iiſdem conditionibus, quibus Venditor eſt paratus vendere alteri, & cum hoc quòd omnia Bona emere debeat abſque ulla contractus ſciſſura, diviſione, & diſmembratione, retrahens omnia bona ab Alexandro em-
5 pta habere debet, aliàs ſequeretur Venditionis, Bonorumque ſciſſura, & diſmembratio, quod Statutum prohibuit, *ut in eadem Rub. 189. §. Si vero, verſ. qui verò ſunt integræ.*

Poſitis itaque in D. Petro requiſitis Statuti, cardo difficultatis reducebatur in dignoſcendo, an contractus, de quo agitur, ſub eodem Statuto comprehenderetur, quod negabat Alexander, ex quo venditio fuit facta à Clerico, qui Legibus & Statutis Laicalibus non ſubjacet: ſed aſſumpto hujus objecti examine, illud detectum fuit inſubſiſtens. Etenim Sta-
6 tutum prælatum non tribuit actionem Retractus contra Venditoris perſonam, nec legem dicit bonis, adhuc ex exiſtentibus in poſſe Clerici Venditoris, quo caſu cum iſte ejus juriſdictioni ſubjectus non ſit, venditio ab ipſo facta non comprehenderetur ſub ſtatutaria diſpoſitione ob defectum poteſtatis in perſona, & bonis Venditoris, ſed Retractum concedit contra Emptorem, poſtquam Bona evulſa fuerunt à dominio Clerici, & tranſlata in Laicum, jam effectum bonorum dominum, mediante venditione perfecta, conſummata, & executioni demandata, cum actuali dimiſſione Bonorum venditorum: In quibus terminis cum Statutum diſponat de bonis Laici, & dirigit effectum ſuum in tempus habile contra Emptorem, juriſdictioni Statuentium ſubjectum, à quo bona empta avocari permittit, iſte excutere non valet jugum poteſtatis Statuentium, nec evitare cenſuram Statuti, ſub prætextu, quòd cauſam habeat a perſona exempta, quia hæc poſt contractum perfectum, & conſummatum, bonorumque plenarium dominium tranſlatum in Laicum, jam exivit de ſcena, nihilque
7 amplius habet agere ſuper dictis bonis, ut in puncto Statuti Retractus, diſtinguendo, de veriori, & magis recepta opinione teſtantur *Jo. de Amicis conſ. 14. n. 3. Berſatr. conſ. 93. n. 30. Roland. à Valle conſ. 21. n. 7. lib. 1.* abundè *Robertus Maranta reſp. 8.*

n.44. 50. & ſeq. & num.57.& 58. ſuperſ. poſt nos ſpecial. Advocator. Fermoſin. in cap. Eccleſia S. Mariæ, quæſt.7. num.59. de Conſtitut. Barboſa in cap. conſtitutus, num.2. de in integr. reſtit. Afflict. de Jure Prothomiſ. in principio legis, num.8. Maxilla ad conſuetudin. Barren. Verbo Celano, num.12. Maſcard. de General. Statut. interpret. concl 1. num.71. Hermoſill. ad Lopez l.55. gloſſ.2. num.14. Monterent. ad Statut. Bonon. lib.3. rubric. de reb. communib. inter conjunct. in princip. Verb. quicunque, fol. mihi 81. Chaſſan. ad Conſuetud. Burgund. tit. de retract. rubr. 10. §.1. Gloſſ. 2. Nepita ad conſuetud. Catanæ, tit.40. n.19. Camea in ritib. magn. Curiæ, cap.40. n.187. Gutierrez practicar. quæſt. cap.136. n.7. lib.1. Caſtropal Oper. moral. par.7. tract.32. de Juſtit. commutat. diſput. 5. punct 19. §.3 num.10 fol mihi 185. Capon. diſcept. foreuſ.30. num.12. Guerb. obſervat 1 par. obſervat. 2 num.2. 5. & 14. Gomez ad leges Tauri l.70. num.7. ubique Palatios Rubios, num.14. Tiraquell. de retract. conſang. §.1. Gloſſ 13. n.11. cum ſeq. Matienz. ad leg. Recopil lib.5 tit 11. l.7. gloſſ 2 n.18 & leg.9. num 4. Azevad. d. tit.11. l.7. num.14. & ſeqq. de Marin. reſolut. 55. num.15. & 16 lib.1. Sabell. reſolut 68. num.12 & ſeqq. Pariador rer. quotidian. differen.108 §.3 num.19. Carpan. ad Statut. Mediolan tom.1 cap.417. n.6. & cap.434. num.71. Suarez de legib. lib.3. cap.34. n.6. Benedict. de Jure Prothomiſeos, §. ult ſub n.14. & 15. ubi alios allegat, & num. 16. Ripa obſervat.130. per tot. Rendell. de Jure Prothomiſ. Verb. Eccleſia, num.4 fol 541. Carol. in Sylva termin. Arbor. 21. num.126. & 127. Perez ad ordinamen. Portugall lib.5 tit 8. l.3. verſ. & etiam. Jo: Franc. Balthaſſar. practicar. reſol. par.1 tit.10 reſolut.1. n.7. Card. de Luc de ſervit. diſc.71 ſub n.5. & 6. Veſpignan. de emption. conſult.31. n.11. Manſ conſult. 310. n.23. verſ nec aliquid facit Maſull. in addit. ad Capon. deciſ.86. num 1. Petr. ad eandem Capon. dec.98. in princ. Rott. in addit. ad Franc. deciſ.385. ubique de Luc num.3. Novar. in addit. ad deciſ. ejuſdem Franc. deciſ. 391. verſ. & quando non eſt in medio.

Et juxta hanc receptiſſimam inter Doctores Sententiam, pleraque Orbis Tribunalia hucuſque judicarunt, & judicant, ut de Curia Caſtri Novi, & Provinciæ Caſeronianæ, teſtatur Palma nuper alleg 55. ante num.1 verſ. & inſtante. Manſ. conſult 309. in fin.& d. conſult.310. pariter in fine de Conſilio Ducis Mantinæ Manſ. d. conſult. 310. num 13. & ſub num. 59. ubi, quòd ita fuit judicatum per Judices Appellationis, illoſque fuiſſe Conſultatos Conſilii Mutinen. refert Palma nuper, qui in eadem Cauſa pro ſuccumbente ſcripſit cit. alleg 55 in fin. de Civitate Meſſanæ Paleja deciſ Pontiſic. lib.1. deciſ.11. ex num.90. & num.110. & lib.2. dec.6. ſub num.37. verſ. ſicuti prædixi de Curia Belgica Chriſtinæus deciſ. Belgii 57. ſub n.5 in fin. lib.3. ubi teſtatur, ita alia vice judicaſſe ſupremam Curiam de Senatu Cathaloniæ Cortiad. deciſ. Cathaloniæ 130. num. 10. & 11. ubi refert, & reiicit contrarios, tanquam contra communem loquentes num.3., de Regia Audientia Regni Sardiniæ Queſada Pilo differtat.3 num.38.& ſeqq. & ex eo Cortiada d.deciſ.Cathaloniæ 130 n.13. de Rot. Florentina Joſeph Laderus. emeritus olim hujus noſtri Tribunalis Auditor, in Florentina Retractus 10. Octobris 1577 per tot. lib. manuſ. 45 fol 230 & in alia Florent Retractus 21. Januar. 1675 §. Et hoc caſu, cor. Illuſtriſſ. D. Auditore Fenotto de Curia Liternæ, & Magnæ Curiæ Vicariæ, Aſtia determin.37. n.20. Thor. Compend. deciſ Neapolis tit.1. verb. Jus congrui in emptione Vicino de Curia Romana Card. de Luc. de ſervit. d. diſc.71. in cujus principio teſtatur, ſecundum ſcripta per eum fuiſſe judicatum ab Auditore Cameræ, & præciſè ſuper Statuto noſtro Senenſi, ita judicavit Reverendiſſ. Germanicus Ptolomæus, Vicarius Generalis hujus Inclitæ Civitatis, die 25 Febr. 1687. in Cauſa Fantis, e Gaddei, cujus Sententia fuit plenariè executioni demandata ab Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Archiepiſcopo, qui intervenit perſonaliter Inſtrumento celebrato in execut onem illius, die 3 Julii 1687 ſub rog. per — Exc. D. Simonis Sciarelli non obſtante quòd non conſtet, tunc fuiſſe deductum privilegium Clericale, & exemptionem à Statuto Clerici Venditoris quia cum hæc ſit quæſtio inter Doctores obvia, & in Tribunalibus Eccleſiaſticis quotidiana, veriſimile, immo prorſus impoſſibile eſt, quòd Partes, quæ ratione Clerici exiſten-

ſtentis in Cauſa adiverant Tribunal Ec-
cleſiaſticum, & quæ plures actus cum
ipſo particulariter fecerunt, eam non
promoverint, vel Vicarius, Vir alioquin
in his materiis verſatiſſimus, illam non
excitaverit, prout facere tenebatur, ſup-
plendo ex debito ſui muneris in Jure, ſi
8 defenſores deficiebant, juxta monitum
Imperatorum Diocletiani, & Maximia-
ni *in l. unic. Cod. ut quæ deſunt Advocat.
Judex ſuppleat*, de qua *Conſtant. ad Stat.
Urbis annotat* 1. *num*.98. *Rot. in Romana
fideicom. de Gorio* 11. *Junii* 1701. *coram
R.P.D. meo Anſaldo*, & *in Marſicana Im-
miſſionis* 7. *Decembr*. 1705. *in prin. coram
R.P.D. meo à Kaunitz*, Sed potiùs di-
cendum eſt, prætentionem hanc eodem
tempore, ortum, & occaſum habuiſſe, &
in ipſo inſtanti, quo à Partibus, vel à
Judicibus promota fuit, recognita illius
inſubſiſtentia, fuerit rejecta, ut in ſubje-
9 cta materia Retractus obſervat in proxi-
mis terminis *Card. de Luc. de ſervit. diſc.*
68. *ſub num*.9. Cumque iſta Sententia
tranſiverit in judicatum, cum ſubſecuto
effectu, non poteſt de injuſtitia redargui,
ſed facit de albo nigrum, & haberi de-
10 bet pro veritate. *Rot. in rec. deciſ*. 509.
n.15. & *dec*.613. *num*.12. *par*. 18.

Auctoritatibus, quæ in contrarium al-
legari ſolent, non obſtantibus, nempè
11 *Hondedeo conſ*.3. *num*.1. & *ſeqq.* & *num*.28.
& *ſeqq.* ubi explicat contrarios, & *n*.34.
& *ſeqq. lib*.1. *Surd. conſ* 2. *num*.14. & *ſeqq.
Vermigl. conſ*.96. *num*.4. & *ſeqq. Palma
nepos alleg*.53. *num*.25. & *ſeqq. Concial. ad
Statut. Eugub. lib*.1 *rub*.55. *num*.4. & *ſeqq.*
& *num*.7. *Sperell. dec*.11. *num*.11. *Conſtan-
tin. ad Stat. Urb. annot*.24. *art*.2. *n*.68.
& 72. *Corradin. de prælation. quæſt*.12.
n.25. & *ſeqq.* & *n*.21.

Illas enim attentè perlectis, conſtitit
loqui in diverſis terminis, & eſſe com-
muniter reprobatas. *Hondedeus* enim in
dicto *conſ*.3. loquitur de Statuto Civili,
12 operationem ſuam contra Emptorem
Laicum non conferentem, ſed ſolùm
contra Venditorem, cui, ſub pena nul-
litatis, prohibet venditionem non requi-
ſito Vicino, eundemque Venditorem, ſi
venditio facta ſit, compellit ad rem, vi-
cino non requiſito, revendendam, ut vi-
dere eſt in principio ejuſdem Conſilii, &
num.32. prædictumque *Hondedeum* ex-
plicando, tradit *Altograd. contr*. 100.
num.2. & 5. Cumque Venditor in caſu
ſuo eſſet Clericus, non mirum ſi ven-
ditio ab iſto facta, non potuit infringi per
Statutum, nec compelli Clericus Vendi-
tor ad rem Vicino revendendam, quod
non applicatur noſtro Statuto, unicè
concedente Retractum contra Empto-
rem, qui in præſenti tanquam Laicus
Statuto ſubjicitur, ut proſequitur, de-
clarando *Hondedeum*, *Altograd. ubi pro-
ximè*, & *Manſ. d. conſult*. 310. *num*.23.
ubi pariter *Hondedeo* reſpondet. Rurſus
in caſu *Hondedei* conſtabat de voluntate
Statuentium non comprehendendi Cle-
ricum venditorem, dum coactio Vendi-
toris ad revendendum, fieri debebat à
Poteſtate Loci, vel ſuo Judice, qui
cum eſſent Laici, ex hoc ipſe infert, Sta-
tuentes voluiſſe loqui de venditione fa-
cta à Laico, qui ſolùm compelli poterat
à dd. Judicibus ad revendendum, quaſi
contrarium firmans, ſi reſervata fuiſſet
auctoritas Judici competenti, ſicut di-
citur in noſtro Statuto Senenſi, ut latiùs
videre eſt *in d. conſ*.3. *Hondede. num*.19.
& *ſeqq.*

Surd. conſ 2. ultra quòd nominatim
rejicitur à *Gutierrez citata quæſt*.136. *n*.6.
non applicatur in præſenti, cum loqua-
tur de Clerico emptore, contra quem
13 Statutum verba ſua dirigebat, *ut ex n*.40.
*verſ. ſed in caſu noſtro Statutum verba ſua
dirigit contra emptorem*, & *ita contra Cle-
ricum*, prout eum explicat etiam *Alto-
grad. d. controv*.100. *num*.2. & 5.

Vermigliol. conſ 96 refellitur *per Manſ.
citat. conſult*.310. *n*.23. juxta quam in
prima, & ſecunda Inſtantia fuit judica-
tum, & procedit in diverſis terminis,
cum ipſe agat quæſtionem, an Clericus
14 paſſivè conveniri poſſit pro Retractu, in
qua nos non ſumus.

Palma nepos alleg.53. ſcripſit ſuper
Statuto Villæ Calamandrinæ, & contra
ſcripta per eum fuit in duabus Inſtantiis
judicatum, ut refert ipſemet *Palma d. al-
leg*.53. *ante num*.1. *verſ.* & *inſiſtens*, ubi,
15 quòd in prima Inſtantia fuit judicatum
contra Partem, pro qua ipſe provinciam
ſcribendi aſſumpſit, iſtamque ſententiam
fuiſſe confirmatam in ſecunda Inſtantia
teſtatur *Manſ. d. conſult*. 310. *in fine*, qui
ſcripſit, & obtinuit in eadem Cauſa con-
tra *Palmam*.

Conciol. ad Statut. Eugubin. rubr.55.
n.4.

n.4. & ſeqq. & n.7. lib.1. & Sperell. de-
ciſ.11. n.11. reprobantur per *Corradum*
16 *d. dec. Cathol.* 150. *ſub num.10. tom.3.*
& non adverſantur noſtro aſſumptui,
quia tam *Conciol. n.4. & ſeqq.* quam *Spe-*
rell. d. n.11. generalitèr dicunt, Statu-
tum de Jure Congrui non ligare Cleri-
cos, quod nos non negamus, ſed dici-
mus, talem concluſionem non applica-
ri, quando Retractus intentatur contra
Laicum Emptorem, poſtquam Clericus
per venditionem perfectam, & dominii
tranſlationem, effectus fuit extraneus, &
exivit de ſcena. Preterea *Conciolus d. n.4.*
id firmat in terminis Statuti, d irigentis
verba in perſonam Venditoris, in quo
nos non ſumus, dum Statutum noſtrum,
quando concedit Retractum, ſemper con-
tra Emptorem loquitur, *n. autem* 7. idem
Conciol. loquitur de Clerico emptore,
in quo, præciſa contraria conſuetudine, à
17 noſtro Tribunali recepta, & approbata,
de qua *Rota in Senen. Retractus Vicinitatis*
20. *Junii* 1657. §. *In quam Sententiam co-*
ram D. meo Urceolo, major viget ratio,
quòd non comprehendatur in Statuto.
Cum enim Retractus detur contra Em-
ptorem, poſtquam iſte effectus fuit ve-
rus, & perfectus Dominus Bonorum, ſi
Statutum hoc haberet locum in emptio-
ne facta à Clerico, Laici Statuentes, ju-
riſdictionem exercerent contra bona
Clerici, quod ex defectu poteſtatis eis
non eſt permiſſum, ut cęteris relatis pon-
18 derat *Card. de Luc. de ſervitut. d. diſc.71.*
ſub n.5. verſ. Et conſequenter, & n.6. ubi
quòd hæc eſt conſtans, & recepta opinio
in Curia Romana, *& diſc.104. num.2.* &
pro certo ſupponit *Rota coram Cavaler.*
dec.657. num.1. Quando verò Clericus
eſt venditor, nullum ex Statuto de Retra-
ctu ei infertur præjudicium, cum ei poſt
factam venditionem, & tranſlatum do-
minium in Laicum Emptorem, nihil in-
terſit, an ille rem venditam penès ſe re-
tineat, vel ab eodem avocetur à Vicino,
ſicque iſto caſu diſpoſitio Statuti non ca-
dit ſupra Clericum, ejuſque bona, ſed
ſupra Laicum, & conſequentèr nullum
libertati Eccleſiaſticæ præjudicium in-
fertur, ut conſiderando differentiam in-
ter unum caſum, & alterum, proſequitur
Card. de Luc. de ſervit. d. diſcurſ.71. ſub
19 *n.5. & 6.* & quòd minor adſit difficultas
pro obtinendo Retractu, quando Cleri-
cus vendit Laico, quàm quando Laicus
vendit Clerico *Caſtropal. Oper. moral.*
par.7. tract.31. diſp.5. punct.19. §.3. nu-
mer.10. & 11. fol. mihi 285. & firmant
aliæ Auctoritates ſupra relatæ §. *Poſ-*
tes.

20 *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.14.*
n.72. poſt relates diverſas Doctorum opi-
niones, aſſerit Articulum eſſe controver-
ſum, & dubium, dicens, quòd coram Ju-
dicibus Eccleſiaſticis non eſſet facilè ob-
tinere contra Clericos, & Eccleſiaſticos,
ſive Emptores, ſive Venditores, quaſi
quod tacitè quodammodo fateatur in
Tribunalibus Laicis reperiri poſſe facili-
tatem, quæ in Eccleſiaſticis non adeſt,
prout de facto in Tribunalibus, præſer-
tim Laicis, ita judicari probatur ex Judi-
catis ſupra recenſitis. §. *Et juxta.*

Corradin. de prælation. quæſt.11. n.15.
& ſeqq. & n.21. allegat Deciſiones Sacræ
Rotæ, caſum noſtrum non percutientes,
ut patet ex lectura. Movetur aucto-
ritate *Surdi*, *Hondedei*, *Sperelli*, *& ſimi-*
lium, quibus ſupra fuit plenè ſatisfactum,
21 *& Card. de Luc. de ſervitut. diſc.71. &*
diſc.104. num.2. qui in primo *diſcurſu*
eſt eidem *Corradino* contrarius *ut ſub n.5.*
& 6., & in ſecundo loquitur de Clerico
Emptore, ſe fundat in ratione, quòd
Clericus non de facili inveniret Empto-
rem, vel minori pretio res ſuas vende-
ret, quæ ratio eſt communitèr à Docto-
ribus, & Tribunalibus reprobata, ut in-
feriùs oſtenditur in §. *Quandoquidem, &*
ſeq. Et tam ipſe *Corradinus*, quàm plera-
que ex *Auctoritatibus* loquuntur, & in-
telligi debent in terminis Statutorum,
actum venditionis in radice irritantium,
& quæ ultra non progrediuntur, in his
enim terminis annullatio reſultat in
præjudicium Venditoris: diverſimodè
autem res ſe habet, quando, ut in caſu
noſtro, Statutum annullat venditionem,
& ulterius concedit Retractum contra
Emptorem, tunc enim cum actio pro Re-
tractu, competat ſolum poſita validitate
venditionis, is qui illum intentat, ven-
ditionem non impugnat, ſed poſt illam
perfectam, conſummatam, & executioni
demandatam, ac dominium in Emptorem
tranſlatum, bona ab iſto avocat, vigore
Statuti, verba, & efficaciam ſuam contra
Emptorem dirigentis, non autem con-
tra Venditorem, qui cum per dictam per-

fe-

factam venditionem jam exiverit de ſep-
te, non habetur ampliùs in conſidera-
tione, & conſequenter in hac hypothe-
ſi Statutum nihil facit contra Vendito-
22 rem, ſed tota jactura eſt Emptoris, qui
patitur avocationem poſſeſſionis, & do-
minii reſolutionem. *Robert. Marant. cit.*
diſp. 8. ſub num. 39. & num. 58. verſ. ſed
quando Eccleſia, impreſſ. poſt Specul. Ad-
vocator. Card. de Luc. de Servit. diſc. 71.
ſub n. 5. & 6. aliiſque ſupra recenſitis §. Po-
ſitis, & ſeqq.

Impugnabant Defenſores Alexandri,
Statutum Senenſe dirigere verba ſua in
Emptorem, immò aſſerebant, verba prin-
cipaliter eſſe directa in Venditorem, & ſo-
lùm aliquando loqui de Emptore in
quandam conſequentiam, cum ſine Em-
ptore dari non poſſit venditio. Verùm
Nos, inſpecto toto tenore Statuti, reco-
gnovimus in eo conſiderari caſum Juris
23 Congrui, & Retractus, & duo tribui re-
media vicino unum contra Vendito-
rem pro prælatione obtinenda, & nulli-
tate actus, ſi alienatio facta ſit, & aliud
contra Emptorem pro Retractu. In pri-
mo caſu Juris Congrui, & remedii nul-
litatis alienationis, conceſſi pro præla-
tione, loquitur contra Venditorem,
prout neceſſariò loqui debebat, dum do-
nec alienatio facta non ſit, dominium, &
poſſeſſio ſemper remanet penes Vendi-
torem, & in eum verba dirigenda ſunt,
ſicut de eo loqui debebat, dum tribuitur
vicino actio pro annullanda venditione,
ſi facta ſit, quæ reſpicit ipſummet Vendi-
torem. Sed quando Statutum conſiderat
caſum alienationis jam factæ, cum effecti-
va conſignatione, & traditione rei, ad
effectum dandi vicino actionem pro Re-
tractu, in quo nos verſamur, ſemper
verba directa ſunt in Emptorem, ut in
principio ejuſdem Statuti, ibi *Si modò*
aliquis voluerit rem alienatam retrahere,
quæ verba reſpicere Emptorem elicitur,
ex quo ſi ſupponitur res alienata, & in-
jungitur Notario, ut Inſtrumentum ven-
ditionis tradat Vicino, pro illius avoca-
tione, Vicinus agere debet contra Em-
24 ptorem, qui eſt Dominus, & poſſeſſor
bonorum, non contra Venditorem, qui
ſe illis ſpoliavit. *Monterenz. ad Statut. Bo-*
non. lib. 3. de reb. commun. inter conjunct.
verb. & quicumque, poſt med. fol. mihi 94.
Conſtantin. ad Statut. Urb. annotat. 24. nu-
mer. 58.

Immò, quatenus etiam verbis imperſo-
nalibus uti voluiſſent Statuentes, adhuc
eadem capi deberet interpretatio. Cum
enim Statuta de Retractu, intelligi debeant
prout de Jure, à quo recipiunt interpre-
25 tationem, in ſpecie *Rot. coram Bich. de-*
ciſ. 283. num. 10. Retractus etiam genera-
liter conceſſus, intelligi deberet contra
26 Emptorem, cum de Jure contra illum de-
tur, non contra Venditorem. *Afflict. in*
princip. Conſtit. Sancimus, num. 17. in fin.
fol. 52. de Jure Prothomiſ. ubi etiam Ren-
dell. in rubric. numer. 34. Marant. diſp. 8.
ſub n. 35. circa med. Rendell. de Jure Pro-
thomiſ. verb. non aliter niſi, n. 38. fol. 89.
Caſtropal. Oper. moral. part. 7. tract. 32.
diſput. 3. punct. 19. §. 3. n. 14. Corradin. de
Prælat. quæſt. 36. n. 1.

Hoc idem clariùs diſponitur tam in
27 *§. Si autem, ibi, ſi autem alienatio facta*
fuerit per dationem in ſolutum, teneatur
is, qui rem immobilem ſic accepit, eam ven-
dere, ſeu alienare illis, quibus competit
Jus Congrui, eodem modo, ut ſupra dictum
eſt. Ex quibus verbis, cum ſpecificè com-
pellatur Emptor ad rem vendendam Vi-
cino, cui, ante acquiſitionem ab ipſo fa-
ctam, competiiſſet prælatio, ſeu Jus con-
grui, manifeſtiſſimum remanet, Statutum
concedendo Retractum, unicè reſpexiſſe
perſonam Emptoris. Et quamvis in hac
parte Statutum loquatur de datione in
ſolutum, tamen cum hæc particularis
diſpoſitio facta fuerit ad evitandam con-
troverſiam, an Statutum concedens Re-
tractum in venditione, locum habeat,
quando res datur in ſolutum, ſuper quo
28 puncto negativam tenuerat *Bald. in Con-*
ſtitut. Sancimus ſub num. 13. de Jure Pro-
thomiſeos. Rendell ſuper eadem Conſtitut.
verb. non aliter niſi, ex num. 19. fol. mihi
81. ac diſſidentes opiniones recenſet *de*
Marin. reſol. 256. num. 13. & 32. lib. 1.
Manfredi ad Capyc. Latr. dec. 142. num. 38.
& de cętero eadem militet ratio conce-
dendi Retractum contra Emptorem, in
caſu dationis in ſolutum, ac in caſu
venditionis, in utroque cenſetur idem
29 diſpoſitum, ut in puncto Retractus, *Chri-*
ſtin. deciſ. Belgic. 37. ſub n. 5. lib. 3. Pelaja
deciſ. Pontiſic. lib. 1. deciſ. 11. ſub num. 95.
Rot. in Ariminen. Caſtrorum, 21. Junii
1700. §. Cumque, coram Reverendiſſ. D.
Molines Decano 3. Junii 1701. §. Quando-
quidem, coram eodem, & una pars Statuti
ma-

magis clara, & ſpecificativa, declarare
debet aliam, in qua aliqua cadere poſſet
30 ambiguitas, maximè ſtantibus dictioni-
bus parificativis, & relativis, ibi – *Eodem
modo, ut ſupra dictum eſt*, quæ operantur,
ut ſicut omnia ea, quæ circa conceſſionem
Retractus dicta ſunt in præcedenti, cen-
ſentur repetita in hac ſequenti diſpoſi-
tione, ita omnia dicta in ſequenti, de-
31 beant explicare, & declarare præceden-
tia, non ſecus ac ſi una diſpoſitio in
alia adjecta fuiſſet. *Barboſ. de Diction.
Uſufrequent. dict. 107. num. 1. ubi concor-
dantes*.

Quàm in alio ejuſdem Statuti, §. *Poſt
oblationem in fine verſ. Emptor*, ibi - *Em-
ptor autem, à quo res retracta eſt, teneatur
pro ſuo dato, & facto tantùm, & jura ce-
dere debeat quæcunque occaſione prædicta
acquiſivit*; Quæ verba, pro oſtenden-
da mente Statuentium, concedendi
Retractum contra Emptorem, gloſ-
ſam, & interpretationem non admit-
tunt.

Et corroboratur vis noſtri aſſumpti in
univerſum, ſi ponderentur, ut fas eſt,
alia *ejuſdem Statuti* verba in §. *Si vero*, in
32 quo, dum conceditur Vicino, non requi-
ſito, anni ſpatium ad retrahendum, ne-
dum Statuentes eadem verba repetierunt
in principio dicti Statuti appoſita, & ſu-
pra relata in § *Impugnabant*, ex qua re-
petitione magis enixa, & deliberata eo-
rum voluntas oſtenderetur, ſed amplio-
ri oratione, & effuſiori, ac magis præ-
gnanti ſermone uſi ſunt, concedendo
Retractum contra Emptorem, & diſtin-
guendo caſum alienationis in fieri, ab
alienatione jam facta, & caſum prælatio-
nis à Retractu, ibi – *Et liceat prædictis
omnibus ſuo caſu, rem alienatam retrahere
per anni ſpatium à die ſcientiæ, & ſcientia
præſumatur inter præſentes, poſt duos men-
ſes à die, quo res alienata verè, & realitèr
vendita & tradita fuerit. Hoc autem ſpa-
tio temporis elapſo, quod ad deliberandum,
ac reſpondendum ante alienationem præfi-
tum eſt, vel poſt alienationem datum eſt ad
retrahendum, omne Jus congrui, omniſque
retrahendi facultas expiraſſe cenſeatur*.
Si itaque, Statutum dat Retractum poſt
factam alienationem, & vult currere
33 debere annum datum ad retrahendum,
poſtquam res alienata verè, & realitèr
vendita, & tradita fuerit, neceſſariò di-
cendum eſt, conſideraſſe Emptorem verè,
& realitèr effectum dominum, & poſſeſ-
ſorem bonorum venditorum, & contra
ipſum in conceſſione Retractus voluiſſe
dirigere verba, & effectum ſuum. Et ſi
idem Statutum in ſubſequentibus verbis,
diſtinguit alienationem in fieri, ab alie-
natione jam facta, & Jus congrui, ſeu
prælationis Vicino competens à Jure Re-
tractus, ex hoc per neceſſe infertur, quòd
duobus diſtinctis remediis datis Vicino,
prælationis ſcilicèt contra Venditorem
alienantem, & Retractus contra Empto-
rem, qui bona acquiſivit, ut dictis reme-
diis uti efficacitèr poſſet, Statutum duas
diſtinctas actiones eidem Vicino tribue-
re voluerit, nullitatis nempè alienationis
contra Venditorem, qui eum non præ-
tulit, & Retractus contra Emptorem. Ni-
hil enim prodeſſet Legi dare remedia,
34 niſi etiam actiones pro illis exercendis,
& quibus cohiberentur perſonæ contra-
venientes, aſſignaret. *Oliban. de Act. c. 4.
num. 15*.

In idem collimat ejuſdem Statuti diſ-
poſitio in §. *Quod ſi major*, & ſparſim in
aliis partibus, & in toto illius contextu,
ex cujus verbis pariter apparet, Statutum
dare voluiſſe Vicino duas actiones, nem-
pè pro nullitate venditionis, & pro Re-
tractu, ſicut hujuſmodi Statuta, arctantia
35 ad requirendum Vicinos, & conceden-
tia Retractum, duas habere partes, & duas
continere proviſiones diſtinctas, tradunt
*Robert. Maranta d. reſp. 8. num. 35. verſ.
Et conſidero primo, quòd Conſtitutio Santi-
mus inducit duas principales proviſiones,
ſub num. 50. & ſub num. 51. Sabell. d. reſol.
68. num. 11. & 12. junƈto n. 1.* ubi refert
ſubſtantiam Statuti, *Rendell. de Jur. Pro-
thomiſeos, §. Inprimis, num. 60. Rendell. eo-
dem Tract. verb. vacentur, ſub num. 6. fol.
mihi 97.*, & nemine ex prædictis relato,
in individuo noſtri Statuti. *Rota noſtra in
Senen. Juris Prothomiſeos 31. Maii 1684.
§. Quia hoc eſſet, coram D. Petraſancta*.

Reſponſione non attenta, quòd actio
Retractus fuerit à Statuto tributa contra
Emptorem, ex quo venditio facta, de-
nunciatione non præcedente, nulla eſt,
unde ejus diſpoſitio locum habere non
valeat, quando Venditor, cui onus de-
nunciandi incumbit, eſt Clericus, qui Sta-
tuto non ſubjicitur, nec tenetur ad de-
nunciationem faciendam. Etenim tan-

tum

tum abeſt Statutum voluiſſe Vicino concedere actionem pro Retractu, ex quo venditio nulla eſt, ut potius apertè conſtet de contrario, tum ex eo, quòd cum
36 hæc nullitas inducta ſit favore Vicini, declarantis ſe velle retrahere, ſequitur, quòd donec non ſuperveniat hæc declaratio Vicini cum effectivo depoſito, Contractus validus ſit, ut innuit idem Statutum, tum etiam ex quo Statuentes voluerunt Emptorem acquirere jura, illaque cedere debere retrahenti, ut ex verbis in fine ejuſdem Rubricæ poſitis, & per nos ſuperiùs relatis in §. *Quam in alio*. Si enim Emptor cedere debet jura acquiſita, ſignum eſt, venditionem à principio validam fuiſſe, aliàs non potuiſſet Jura acquirere, ut ponderando verba
37 præfati noſtri Statuti pro validitate, tam ad effectum perceptionis fructuum, quàm generaliter ad alios quoſcumque, reſpondit in ſpecie *Rota noſtra in Senen. Juris Prothomiſeos* 31. *Maji* 1684. §. *Quia hoc*, *& §. Quo vero*, *§. Et quamvis*, *§. Nec quand*, *& §. Contraria*, *coram D. Petraſancta*, *& in Senen. Retractus Vicinitatis* 20. *Junii* 1687. §. *Quoniam*, *& ſeq. coram D. meo Urceolo*. Et in terminis aliorum Statutorum, alienationes factas non denunciato Vicino annullantium, *Carpan. ad Statut. Mediolan. tom.* 1. *cap.* 434. *n.* 132. ubi, quòd ita fuit per duas vices judicatum. *Monterent. ad Statut. Bonon. lib.* 3. *rub. de rebus commun. inter conjunctos*, *verb. in præjudicium*, *fol. mihi* 93. *Sabell. reſol.* 68. *n.* 1. 41. *&* 42. Et generaliter, quòd Retractus detur ſolùm quando alienatio
38 valida eſt, & poſita ejuſdem alienationis nullitate, non habeat locum, *Tiraquell. de Retract. Lignagier.* §. 1. *gloſſ.* 1. *num.* 5. *& ſeqq. Carpan. ad Statut. Mediolan. tom.* 1. *d. cap.* 417. *num.* 135. *& ſeqq. Romaguer. ad Conſtit. ſuper Statut. Eugubin. lib.* 1. *rubr.* 55. *num.* 45. *&* 46. *Altimar. de Nullitat. par.* 1 *rubr.* 8. *quæſt.* 14. *num.* 34. *& in* 7. *rubr.* 1 *par.* 3. *quæſt.* 48 *num.* 75. *Amendola in Addit. ad Franch. deciſ.* 283. *num.* 25. Et quòd non habeat locum in alienatio-
39 ne, quæ ex aliqua cauſa perfecta non ſit, *Tiraquell. de Retract. Lignag.* §. 1. *gloſſ.* 2. *num.* 21. *Mangil. de Eviction. quæſt.* 139. *ſub num.* 15. *& ſeq. Donad. de Renunciat. tom.* 2. *cap.* 26. *num.* 43. *&* 46. *Gratian deciſ.* 55. *num.* 6. Et in puncto noſtri Statuti, *Rota noſtra in d. Senen. Juris Prothomiſeos* 1684. §. *Quo vero*.

Aliàs enim ſi Contractus eſſet nullus, etiam eo caſu, quo agitur contra Emptorem pro Retractu, non poſſet iſte hoc medio tempore inter alienationem, & Retractum, facere fructus ſuos, nec meliorare rem emptam, neque exercere
40 alios actus dominii, qui à veris Dominis fieri poſſunt. *Rendell. de Jure Prothomiſeos*, *verb. non aliter niſi*, *num.* 12 *fol. mihi* 80. *Carpan. ad Stat. Mediolan. tom.* 1. *d. cap.* 434. *num.* 113 *& ſeqq.*, & tamen hæc omnia permiſſa eſſe Emptori, donec ab eo res in executionem ſententiæ actualiter retrahatur, vel donec cum declaratione ſequatur effectivum depoſitum Vi-
41 cini, proſequitur in terminis noſtri Statuti, *Rota in cit. Senen. Juris Prothomiſeos* 1684. §. *Et quamvis*, *& ſeq. coram D. Petraſancta*, *& in d. Senen. Retractus Vicinitatis* 1687. §. *Quoniam*, *& §. Nihilominus*, *& ſeq. coram D. meo Urceolo*. Et generaliter firmant *Carpan. ad Stat. Mediol. tom.* 1. *dicto cap.* 417. *num.* 719. *& ſeq. de Luc. de Servitut. tit. diſc.* 71. *ſub n.* 5. *Altimar. de Nullit. contract. rubr.* 1. *par.* 2. *quæſt.* 15 *num.* 396. *tom.* 4. *Rot. coram Millin. deciſ.* 446. *num.* 15. *Bonatt. deciſ.* 677. *n.* 1. Sicut non poſſet inter Emptorem, & Retrahentem, inſtrumentum celebrari, ſed illud eſſet faciendum cum Vendito-
42 re, penes quem, data nullitate, dominium rei remanſiſſet, ut tradit *Carpan. ad Stat. Mediolan. tom.* 1. *cap.* 434. *num.* 116. *Monterent. ubi ſupra*, *verb. in præjudicium fol.* 93. quando contrarium, nempè Inſtrumentum Retractus fieri debere cum Emptore, non cum Venditore, conſtat ex *Formulario Senen. par.* 1 *fol. mihi* 98. *& ſeq.* quod habere vim legis, dixit *Rota noſtra in Senen. Juris expeliendi* 3. *Aprilis* 1683. §. *Et licet*, *coram Sergrifo*, *& in Senen. Extradotalium* 30. *Auguſti* 1683. §. *Siquidem coram Gualando*.

Et licèt ſupervento depoſito, & declaratione Vicini, volentis retrahere, poſſit ipſe bona avocare ab Emptore, tamen hoc non provenit, ex quo emptio nulla ſit, ſed quia contractus reſolvitur non ex tunc, & uſque à principio, ſed ex nunc, à die ſcilicet, quo fuit facta
43 declaratio, & actuale depoſitum *Tiraquell. de retract. Lignag.* §. 15 *gloſſ.* 2. *n.* 3. *Rendell. de Jure Prothomiſ. verb. ſimulac denunciaverit*, *num.* 14. *in fin. fol. mihi* 135.

*Gratia deciſ.55. num.6. Sanfelic. dec.108.
num.38*, & in ſpecie noſtri Statuti, *Rota
in d. Senen. Juris Protimiſ. 1684. §. Et
quamvis, & §. Contraria, & in d. Senen.
Retractus Fructuum 1687. §. At eſto, &
§. Quod procedere, coram D. meo Urſino*.
Ac proindè, ſi reſolutio contractus
ſit ex tunc, illa solùm percutit perſo-
nam Emptoris, qui de eo tempore eſt
dominus, & poſſeſſor, non Clerici
Venditoris, qui, eo ipſo quòd vendidit,
44 & mediante venditione, plenum, ac to-
tale dominium tranſtulit in Emptorem,
jam caruit de ſequis, eique nihil intereſſe
debet, ſi ex poſt facto res à Laico emen-
te avocetur. *Maran. d. diſp.8. ſub n.38.*
abſque authoritates ſupra relatę, §. *Po-
ſtea, & ſeq.*
Nec replicare juvat, quòd illa avo-
catio bonorum ab Emptore proveniat,
ex quo facta non fuit denunciatio Ven-
ditori ante venditionem, ad quam non te-
nebatur Clericus à Statuto non ligatus.
Etenim licèt Clericus non teneatur ad
faciendam denunciationem Venditori
injunctam à Statuto, ex quo tale onus
eſt compulſivum perſonæ, tamen quan-
do Statutum annullat venditionem, &
ulteriùs concedit Retractum contra Em-
ptorem, Emptor Laicus, adhuc ut Statu-
tum ſuum effectum operari non poſſit,
poſtquam bona tranſiverunt in ſuum
dominium, & privilegia uſitata Vendi-
toris perſonæ, amiſerunt, ſolicitus eſſe
debet, ut illius formæ impleatur, vel
curando, quòd Clericus, utendo Statuto
per modum privilegii, denunciationem
faciat, vel id per ſemetipſum explendo,
cum etiam in caſu, in quo Statutum
præcisè injungit onus Venditori denun-
ciandi, id fieri poſſit ab Emptore, qui
habet intereſſe, ut benè in ſpecie denun-
45 ciationis injunctæ Venditori, firmat *Ron-
dell. de Jur. Protimiſ. in Conſtitut. Senen-
ſium, verb. denunciatur, num.1. verſ. prin-
cipaliter, & ſeq. fol. mihi 91.* ubi repro-
bat *Borell.conſ.55.* contrarium tenentem,
& relato *Rondell.* ubi ſupra, ac reproba-
to *Borello*, videtur ſentire *Corradin. de
Prælat. quæſt.4. n.33. in fin.* Idque etiam
ſi talis denunciatio requiratur pro for-
ma, prout de formæ requiri à dicta *Con-
ſtitut. Senenſium* tradit *Rondell. ad eandem
Conſtitut. verb. tenentur, ſub num.7. verſ.
Et quòd denunciatio, fol.97.* Spectat autem
ab Emptore hæc cautela, eique non cu-
rante adimpleri præſcriptæ formæ, con-
queſtendum ipſi non eſt de jure Retractus,
quod illo caſu ex facto Venditoris non
provenit, ſed Emptoris improvidi, & in-
46 conſulti, ut egregiè objectio reſpondet
Maran. ſupra cit. diſp.8. num.50. qui lo-
quitur de *Conſtit. Senenſium, de Jure Pro-
timiſ.* onus injungente Venditori, denun-
ciationem faciendi, ut patet ex lectura
ejuſdem *Conſtit. in princ. & §. Sequenti,
impreſſ. apud Rondell. ubi ſupra in princ. &
fol.104* & obſervat etiam *Maran. n.15.
in fin. num.50 & 55. in fin.* Et approban-
do rationem *Maranta*, objectum refellit
etiam *Sabell. d. reſol.68. num.11. & ſeq.*
qui ſcripſit ſuper Statuto *Mutinenſi*, huic
noſtro ſimillimo, ut patet ex illius ſub-
ſtantia, relata *in princ. reſolutionis. Tapia
ſuper Jur. Regn. Neapol. lib.4. rub.17. de
Jure Congrui, num.81.* Et quòd agi poſſit
pro Retractu, contra Emptorem Laicum
in venditione facta à Clerico, etiamſi Sta-
47 tutum injungat Venditori onus denun-
ciandi, *Monterent. ad Stat. Bonon. lib.3.
rubr. de reb. communib. inter conjunct. in
princip. verb. quicunque, fol. mihi 81.*
Haud refragante, quòd hæc cautela
non potuerit in præſenti adhiberi per
Emptorem, dum ille denunciare non po-
teſt, attenta diſpoſitione, *tam Rubricæ ſu-
per Statuti*, in cujus §. *final.* ſancitur,
quòd poſt factam denunciationem non
liceat Venditori pœnitere, quæ pœni-
tentia ſemper eſſet admittenda, quoties
denunciatio fieret ab Emptore, quàm
alterius Rubricę noſtri Statuti *la 26.
diſt.4.* ubi ordinatur, quòd Leges muni-
cipales intelligantur purè, ſimpliciter, &
prout jacent, abſque ulla interpretatione,
48 & cavillatione. Et dato etiam, quòd ab
Emptore fieri potuiſſet talis denunciatio,
adhuc ſupradicta cautela rejecta fit ab *Man-
dol. conſ.3. n.32.33. & 34. lib.1.* ubi repro-
bat *Marantam*, eique reſpondet.
Objectum enim in utraque ſui par-
te detegitur inſubſiſtens. Et ſanè quo ad
primam partem, quia, quidquid ſit an
Venditor poſſet pœnitere, quando Em-
ptor denunciationem faceret ſuo con-
gruo loco, & tempore, nempè poſt ſta-
bilitam, & concluſam venditionem, ſa-
tisfecit reſponſio, quòd cautela, quam
tradunt Doctores Emptori, denunciandi
venditionem, non eſt inducta adhuc ut

ſo-

talis denunciatio producat omnes effe-
ctus, quos producit requiſitio Vicini in-
juncta Venditori, ſed eſt inventa ad par-
ticularem finem, ut Emptor ſciens con-
tra ipſum intentari poſſe Retractum ex
ſecunda proviſione, & remedio dato à
Statuto, ab eo ſe eximat. Unde non mi-
rum, ſi non poteſt operari effectum di-
verſum, ut Venditori non ſit ampliùs
49 permiſſum pœnitere, ex regula, quòd
inducta ad unum certum, & limitatum
finem, & effectum, alium diverſum pro-
ducere non poſſunt. *Surd. conſ. 413. ſub*
num. 23. Rot. in rec. deciſ. 201. num. 18.
& 19. part. 19. Quòd verò in alia Rubri-
ca diſponatur, Statuta intelligi debere,
prout jacent, abſque ulla interpretatio-
ne, paritèr nihil alterat, quia cum ſub-
ſequantur illa verba, *& cavillatione*,
ex hoc elicitur Statuentes voluiſſe rejice-
re interpretationem frivolam, & inſub-
ſiſtentem, non legitimam, juridicam, &
à Doctoribus admiſſam, prout ſimilia
Statuta, etiam generalitèr loquentia, intel-
ligi debere, firmat *Contel. ad Statut. Eu-*
50 *gub. in Prælud. num. 25. 26. & 115. Rot. in*
rec. deciſ. 548. num. 9. part. 1. & in puncto
Retractus *Tiraquell. de Retract. §. 1. gloſſ. 1.*
ſub num. 6. Palm. neg. alleg. 8. num. 12. &
ſeq. & in terminis Statuti Senen. *Mart.*
Medic. examen. 31. num. 41. Rot. in Senen.
Intereſſe 7. Junii 1683. §. Quinimo, coram D.
Andr. Galeotta.

Reſpectu verò ſecundæ partis, irrele-
vantia objecti reſultat ex lectura Autho-
ritatum ſupra relatarum quicquam
non urgente contraria opinione *Honde-*
dei, quia ipſe principalitèr ſe fundat in
eo, quòd Statutum, ſuper quo ſcripſit,
51 requirit novum factum Venditoris, qui
rem revendere tenetur Vicino non re-
quiſito, *ut d. conſ. 3. num. 31.* Noſtrum
verò Statutum, poſt venditionem perfe-
ctam non conſiderat ampliùs Vendito-
rem, ſed Emptorem, iſtumque compel-
lit ad vendendum. Et quamvis *Honde-*
deus ulterius etiam progrediatur ex
abundanti, & extra caſum ſuum, dicen-
do, quòd opinio *Marantæ* non eſt tu-
ta; tamen ipſe loquitur, & intelligi de-
bet, quando Statutum ſimplicitèr an-
nullat venditionem, nec aliud diſpo-
nit, non verò quando ultra remedium
nullitatis venditionis contra alienantem,
dat etiam Retractum contra Emptorem.

Nam cum hujuſmodi ſtatuta duo tribuant
52 remedia, & duas contineant proviſio-
nes, dato quòd prima locum non habeat
contra Venditorem, quia iſte ſubjectus
non ſit juriſdictioni, affectus tamen rema-
net Emptor Laicus ex ſecunda proviſione
talis Statuti, in qua concedit Retractum
poſt acquiſitum à ſubdito perfectum bo-
norum Dominium, quando ille non
curat adimplere formam à Statuenti-
bus volitam in dicta ſecunda proviſione,
& Retractui ſubjacet, ac in laqueum
Statuti ex hac ſecunda proviſione inci-
dit ex facto, & negligentia propria, non
Venditoris, quæ eſt ratio, qua movetur
Maranta, & in qua ipſe ſe fundat, ap-
probata, & uti ſolida recognita ab aliis
Doctoribus, de quibus ſupra in §. *Nec re-*
plicare, in fin. Itaque ratio in deciden-
do attendi debet, quamvis *Maranta*
non potuerit ſuam opinionem ſtabili-
re Auctoritatibus punctualibus, quæ
tunc non aderant, nec exemplis magis
ſtringentibus. Et ſi in aliis terminis lo-
queretur, vel intelligeretur *Hondedeus*,
non eſſet attendendus, cum opinionem
Marantæ ſequantur plures Doctores
ſupra relati, è converſo autem *Honde-*
deus in hoc eſt ſingularis, & à tanto
tempore, quo ipſe ſcripſit, non potuit
invenire Amicum, qui ſuæ ſententiæ ſe
ſubſcriberet, ſicque tanquam contra re-
ceptam opinionem loquens, non eſt ei
53 deferendum, ſed communis ſententia,
relicta ſingulari, eſt amplectenda, ex fir-
matis per *Boſſel. controv. feudal. impreſ-*
ſa apud Card. de Luc. de Feud. diſc. 2.
n. 18. Rot. in rec. dec. 518. n. 7. par. 19.

Minus obeſſe viſum fuit, quod data
hac intelligentia, Statutum redderetur
præjudiciale Immunitati Eccleſiaſticæ,
quia Clericus, vel difficultèr adinveni-
ret Emptorem, vel teneretur bona ven-
dere minori pretio, ex quo bona affecta
Retractui minus valent ob periculum,
quòd illa ab Emente avocari poſſint per
54 Vicinum, ex firmatis per *Corradin. de Præ-*
lat. quæſt. 12. n. 22. qui ſolus in terminis
hujus noſtræ quæſtionis adducebatur,
cum aliæ Auctoritates, nempè ejuſdem
Corradin. de Prælat. quæſt. 2. num. 9. &
Rota deciſ. 417. num. 30. & 31. par. 11. rec.
præſentem quæſtionem non tangant, &
in aliis terminis, ac ad diverſos effectus
loquantur.

Quandoquidem timor, quòd non inveniatur Emptor Laicus, ob periculum avocationis rei, ratione incertitudinis, eſt panicus, & non habendus in conſideratione ad effectum, de quo agitur, cum poſſit dari caſus, quòd Vicinus nolit retrahere, vel quia non curet habere bona vendita, vel quia avocare nolit ab Emptore, amico, & benevolo, vel quia non poſſit ob deficientiam pecuniarum, præſertim hodiernis temporibus, in quibus ſtabilia ſunt modici reditus, & excreſcentibus luxu, & expenſis ad vitam hominis, & ſubſtentationem Familiarum neceſſariis, ac vice verſa deficientibus divitiis, longè majorem numerum conſti-
55 tuunt indigentes, quàm affluentes, ut appoſitè advertunt *Marant. ſæpè allegato diſp. 8. ſub num. 39. verſ. præterea per eſtam, & plenè Rot. Rom. in Ariminen. Caſtrorum 3. Junii 1701. §. Quemadmodum, cor. Molines*; Et quatenus etiam Vicinus poſſit, & velit retrahere, adhuc cum idem pretium ab Emtore exburſatum, ſolvere debeat, ille ſemper tutus eſt, & præſervatus à damno, quo caſu nulla rationabilis adeſt cauſa, ob quam habentes pe-
56 cunias, velint ſe ab emendo retrahere, ac propterea eo magis periculum præfatum detegitur ideale, incertum, & remotum, & per conſequens attendi non debet, juxta mox citatas Auctoritates.

Quod autem minus vendatur res affecta Retractui, eſſet forſan admiſſibile in illis Conſtitutionibus, & Statutis, præcipientibus rem debere Vicino revendi, pro æſtimatione facienda à Peritis, qui illam quandoque minus valutare poſſent, eo quòd vendita fuit à Clerico, vel alio ſimili modo diſponerent, ita ut pretium Venditori ſolutum, ſit ſubjectum dimi-
57 nutioni, & in his terminis eſt intelligendus *Corradin.* in objecto relatus *d. quæſt.* 32. n. 21. allegans *Rendell. de Jur. Protomeſ.* qui ſcripſit in Regno Neapolitano, ubi ſimilis Conſtitutio viget, & *Card. de Luc. de Servit. diſc. 71. ſub num. 6.* in iiſdem terminis loquentem, & in facti ſpecie, in qua verſamur noſtram opinionem tenentem allegat etiam *Tiraquell. de Retract. Lignag. gloſſ. 13 num. 11.* qui eſt contrarius ejus aſſumptui, & in objecto adducit, ſed non ſequitur *Repon. reſp. 2. lib. 1.* in quo pariter ſe fundat *Corradin.* Sed non ſic eſt in terminis noſtri Statuti Senen., diſponentis Vicinum, petentem Retractum, teneri ſolvere Emptori idem pretium, omniaque ſubire onera, in contractu venditionis appoſita, in hoc quippè caſu, dum Emptor tutus eſt nullam ab emptione recipere poſſe diminutionem pretii, vel aliud minimum damnum, etiam ſi Vicinus declararet ſe velle retrahere, vel non eſt conſiderabile aliquod Clerici Venditoris præjudicium, cum ei nihil interſit, an res ab uno, ſive ab altero poſſideatur, vel tale quale poſſibile præjudicium, tanquam
58 remotum, eventuale, & leviſſimi momenti, non eſt conſideratione dignum, ut benè in ſpecie firmant *Card. de Luc. de Servit. d. diſc. 71. ſub num. 5. & 6. & in Summa num. 146. Gratt. obſer. 2. num. 14. Monteroni. ad Statut. Bonon. lib. 3. rubr. de reb. commun. inter commun. in princ. fol. mihi 81 verb. quicunque Maranta dicta diſp. 8. num. 11. ſub num. 25. ſub num. 27. ſub num. 39. ſub num. 49. & ſub num. 58. impreſſ. poſt opus. Special. Aureum Advocator. Giuſtiniani Practicar. quæſt. lib. 2. cap. 154. num. 3. Caſtropal. Operal. moral. par. 7. tract. 31. diſput. 5. punct. 29. §. 3. num. 10. Molphes. ad Conſuetud. Neapolit. tom. 3. par. 12. quæſt. 2. numer. 6. Rovit. poſt deciſ. Aponte 11. num. 4. Corrada dicta deciſ. Cathalan. 130 ſub n. 10. tom. 3. Rota Florent. in Florentina Retractus 10. Octobr. 1577. per totam coram Joſepho Ludovico lib. Mazzon. 45.*, & plenè, ac magiſtraliter in alia *Florentina Retractus 21. Januar. 1673. §. Rejecta, & ſeqq. & §. Vel quia, coram Illuſtriſſ. D. meo Auditore Fineschi, & in Piſtorienſi Retractus 1688. poſt tom. 2. Summæ Sabell. n. 2. ſub num. 42.*

Cæterùm, quando etiam prædicta aliquam pati poſſent dubietatem, illa ſublata remaneret ex ſubſecuta obſervantia,
59 evenients enim caſu venditionis factæ à Clerico, & contra Emptorem intentato Retractu in Curia Eccleſiaſtica hujus Civitatis Anno 1687., Reverendiſſ. Vicarius Pro'omaeus, ſententiam protulit pro competentia Retractus, favore Vicini, quæ ſententia fuit ſucceſſivè executioni demandata per Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Archiepiſcopum, ut ſupra dictum eſt. Hæc autem ſententia obtenta in contradictorio Judicio à Judice Eccleſiaſtico,

in hoc met identifico caſu Statuti, efficaciſſima eſt ad inducendam obſervantiam interpretativam cujuſcunque rei dubiæ,
60 ut in ſpecie Statuti de Retractu, *Gratian. diſcept 452. num. 21. & ſeqq. Benedell. de Jure Protimiſeos in rub. num. 30. & ſeqq. Conſtantin. ad Statut. Urb. annotat. 24. num. 16 Magon. dec. Florent 18 num. 18. & ſeqq.*, & in puncto noſtri Statuti *Rota in d. Senalongen. Retractus, §. finali, coram D. meo Urceolo.* Idque intelligentia, quam
61 tribuit obſervantia, recipienda eſt, quamvis contrarius intellectus eſſet de jure verior. *Rot. in rec. deciſ 451. ſub num. 14. & deciſ. 581 num. 9. & ſeq. par. 19.*, & in ſpecie *Magon. d. deciſ. 18. num. 10.* idque
62 procedit etiamſi obſervantia eliciatur ex unico actu. *Palm. nep. alleg. 148 num. 36.* ubi alios citat. *Rota Lucan. penes Eundem allegat. 187. n. 16.*, ubi in puncto Statuti, & apud *Craſſulum deciſ. Lucenſ. 14. num. 113 Rota Rom. coram Bichio deciſ. 144. num. 37. & in rec. deciſ. 223. num. 39. par. 17.*, & in terminis *Magon. d. deciſ. 18. ſub n. 23.*

Potiſſimè quia hæc judicialis obſervantia, vim, & robur recipit ab aliis pluribus actibus extrajudicialibus, & judicialibus, geſtis ex poſt. Extrajudiciales enim actus deſumuntur ab intelligentia, huic Statuto data à privatis perſonis, ac ab eo, quod inter illas fuit practicatum, & ſignanter ex quo vendita domo die 4. Aprilis 1689. à D. Joanne Baptiſta Fabrioni Clerico, D. Jo: Philippo Malagridæ, Dominicus Solphinellus vicinus, innixus diſpoſitioni Statuti de Jure congrui, inſtruxit contra Emptorem Laicum judicium Retractus, itcque agnoſcens malum jus fovere, liti ceſſit, & domum Vicino dimiſit, ut conſtat ex Inſtrumento publico rogato die 10. Octobris ejuſdem Anni à Spectabili Ser Michaele Angelo Porrino. Rurſus venditis nonnullis bonis à RR PP S. Franciſci hujus Civitatis D. Jo. Baptiſtæ Fortino, intentatoque contra iſtum Retractu, coram Judice Ordinario à Domino Marchione Bichio, ob non factam ei tanquam Vicino denunciationem, ad formam hujus noſtri Statuti, Emptor ceſſit liti cum expreſſa, & litterali ſpecificatione, quòd bona vigore Statuti de Jure congrui, relaxabat præfato Domino Marchioni, non obſtante quòd ipſe emiſſet à Perſonis Eccleſiaſticis, ut ex publico Inſtrumento dimiſſionis, rogato die 8. Novemb. 1697. à Spectabil. Ser Bartholomeo Biadi. Qui actus plurimum pollent pro adminiculanda ſententia præfata, cum iſti de per ſe ſoli ſufficerent ad interpretationem Statuti dubii, ad
63 quem effectum ſatis eſt obſervantiam deſumi ex actibus extrajudicialibus. *Rota diſp. 37. num. 40. Manſ. conſult. 170. num. 73. & ſeq. Rot. Lucan. apud Palm. Nep. alleg. 68. n. 86.*, & apud *Craſſul. deciſ. 11. num. 21. Bonden. collect. 7. 31. num. 301. lib. 1. Rot. coram Dunozet. Jun. dec. 957. n. 16.*, & in puncto noſtri Statuti de Retractu, *Rot. in Senalongen. Retractus 21. Junii 1686. §. finali, coram D. meo Urceolo.*

Prædictaque cauſa Statuti de Retractu, unicè expreſſa in utroque Inſtrumento, attendenda eſt, non id, quod eius prætenditur ex depoſitionibus extrajudicialibus, & nec etiam in ſcriptis redactis,
64 cum Teſtes non admittentur ad probandum id, cujus contrarium ex ſcripturis publicis conſtat. *Rot. in rec. dec. 135 n. 11. & 12. par. 5.*

Judiciales etiam actus, adminiculativi dictæ Sententiæ, reſultant, tam ex alia ſimili ſententia lata die 30. Septembris 1705. à Reverendiſſ. Dentino in Cauſa Pagni, & Capitanei, in qua venditis à Clerico nonnullis bonis nomine proprio, cum ampliſſima promiſſione manutenendi de proprio bona vendita, & adminiſtratorio nomine filiorum, cum enunciativa venditionis, utroque nomine facta in ſententia, conceſſus fuit Retractus Vicino in venditione facta à dicto Clerico, quam à conſuetudine ex pluribus ſententiis Curiæ Archiepiſcopalis, aliàs probata in noſtro Tribunali, juxta quam Retractus datur Laicis
65 agentibus contra Clericos, ut in dicta *Senen. Retractus Vicinitatis 1687. §. In quam ſententiam, coram D. meo Urceolo*, & teſtatur etiam *Card. de Luc. de Servitut. diſc. 78. n. 11. verſ. idque.* Licet enim obſervantia de caſu ad caſum non poſſit extendi, tamen probata conſuetudine, vel obſervantia, quòd Retractus detur in hac Civitate contra Clericos, & ſic quando directè illorum perſona tangitur, hæc probatio valdè inſervit pro adſtruenda, & adminiculanda veritate noſtræ obſervantiæ, quòd Retractus detur contra

tra Laicum ementem à Clerico, quo
66 caſu nullo modo tangitur perſona Cle-
rici, vel ad ſummum id prætendi non
poſſet directè, ſed indirectè. *Card. de
Luc. de Servit. diſc. 71. ſub n. 5. & 6. Corra-
din. de Prælation. quæſt. 12. ſub numer. 21.
& 22.*

Creſcitque in immenſum vis hujus in-
terpretativæ obſervantiæ, ſi ponderetur,
obſervantiam iſtam Juri contrariam non
eſſe, ſed potiùs à Sacris Canonibus ex-
preſsè approbatam, & admiſſam, ut per
67 Textum in *cap. conſtitutus 8. de in integr.
reſtit.* tradunt *Barboſ. ibid. n. 4. Maran. d.
reſp. 8. n. 12. Chaſſaneus ad Conſuetud. Bur-
gund. rubr. 10. de Retract. §. 1. verſ. & quòd
maleat. Capyc. Galeot. alleg. fiſcal. 19.
n. 76. & ſeq. Brandeli de jure Prothomiſeos
in princ. Conſtitut. ſub n. 121. Cerecch. diſ-
cept. 29. numer. 2. Corradin. de Prælation.
quæſt. 11. n. 26. Conſtantin. ad Stat. Urb.
annot. 14. n. 17. 22. 83. & 84. Palaja deciſ.
Pontific. lib. 1. dec. 11. ſub n. 90. & ſeq. Rota
Florentina in dicta Florentina Retractus
1675. §. Prædicta, coram Illuſtriſſ. D. Audi-
tore Finetto. Rot. Rom. coram Seraphin. dec.
734. num. 1. Buratt. dec. 677. num. 17. &
in rec. dec. 173. n. 10. part. 4. tom. 1., & in
Ariminen. Caſtrorum, Veneris 3. Junii
1701. §. Quibus, & ſeq. coram Molines*;
quo caſu, ſicut illa levioribus contenta-
tur probationibus, ita cuicunque con-
trariæ obſervantiæ, ſi quæ adeſſet, præ-
68 fertur, & prævalet, ut in puncto Retra-
ctus, *Gratian. diſcept. 745. n. 21. & ſeq.*
& generaliter *Conſtantin. ad Stat. Urb. an-
not. 11. n. 148. Bondon. collect. 8. ſub n. 101.
lib. 1. Rot. cor. Emerix dec. 799. n. 8. & in
rec. dec. 173. n. 21. part. 15.*

Atque hinc ſublata remanſit exceptio,
quòd ſupradicta Sententia Vicarii Pro-
lomei deſtructa, vel conquaſſata reman-
ſerit ab alia ſententia, in alio ſimili caſu
lata pro excluſione Retractus à duobus
Judicibus Compromiſſariis in Cauſa As-
toni, & Battiſtelli. Tum quia in hac Cau-
ſa Reverendiſs. Dantinus, unus ex tribus
Arbitris in Cauſa prædicta, & qui peniſ-
ſimam habebat notitiam Immunitatis
Eccleſiaſticæ, cum functus fuerit ſumma
cum laude per plures annos officio Vica-
rii Generalis Illuſtriſs. ac Reverendiſs.
Piſarum Archiepiſcopi, ab aliis duobus
Conjudicibus diſſenſit, proindeque cum
hæc ſententia non prodierit pacificè, ſed
fuerit impugnata, & contradicta, non
poteſt æquiparari alteri ſententiæ, ob-
tentæ in Curia Eccleſiaſtica, & ab Illu-
ſtriſſimo, ac Reverendiſs. Archiepiſcopo
abſque ulla contradictione executioni
demandata, & tot, tantiſque actibus ex-
trajudicialibus, & judicialibus fulcita,
69 nec illam poteſt conquaſſare, aut ever-
tere, in concurſu enim duplicis obſer-
vantiæ interpretativæ, ſemper attendi
debet illa, cui aſſiſtunt majores actus.
*Palm. rep. alleg. 514. num. 24. Bondon.
coll. 14. n. 162. tom. 1. Conſtantin. ad Stat.
Urb. annot. 6. n. 45. Rot. cor. Dunoz. Jun. dec.
265. n. 11.* Tum etiam quia, quando duæ
adſunt ſententiæ, una pro competentia,
& altera pro incompetentia Retractus,
majoris roboris, & efficaciæ cenſeri de-
bet illa, lata pro competentia Retractus,
nam Judex ſententiare non poteſt, quòd
ſit locus Retractui, niſi implicitè decla-
ret qualitatem Eccleſiaſticitatis, Vendito-
ri inſitam, non obeſſe, quando intenta-
tur Retractus contra Emptorem Laicum,
ex quo ſi dicta qualitas obeſſet, Retractui
Statutario locus eſſe non poſſet. E con-
verſo autem ſtat benè ſimul, quod Judex
proferat ſententiam pro competentia
Retractus, abſque eo quòd explicitè, vel
implicitè declaret, venditionem factam à
Clerico ſub Statuto non comprehendi,
eo quia potuit moveri ex quo non fuit
probata Vicinitas, vel alia incumbentia,
requiſita à Statuto pro Retractu obtinen-
do, aut ex aliis cauſis, præter quam ex
qualitate Eccleſiaſticitatis, perſonæ Ven-
70 ditoris inhærente, ut benè in præciſis
terminis obſervat *Aull. de Amatis con-
ſil. 48. num. 8. & ſeq. Conſtantin. ad Statut.
Urb. d. annot. 14. art. 1. de omni genere Re-
tractus, num. 24. & art. 2. num. 85. & 86.
Capia ſuper Jurib. Regn. Neapolit. lib. 4.
de Jure Prothomiſeos, rubric. 17. num. 17.
& ſeqq. Palaja deciſ. Pontific. lib. 2. dec. 6.
ſub num. 41.*

Neque prodeſſe potuit Alexandro reſ-
ponſio, præſumptionem prætatam, quòd
prædicti Arbitri potuerint moveri ex
aliis cauſis, ceſſare in præſenti hypotheſi,
in qua probari aſſerebatur, unicè in dicta
controverſia, coram Arbitris vertente,
fuiſſe diſcuſſum privilegium Clericale,
& pronunciatum non intrare Statutum,
ex quo venditio à Clerico facta fuerat.
Etenim exhibito nobis Inſtrumento

Com-

71 Compromiſſi, attentè perluſtrato toto Proceſſu, tunc in Cauſa compilato, & Sententia arbitramentali lata, ſub die 12. Novembris 1695., conſtitit, nec verbum quidem in eis factum fuiſſe, de non competentia Retractus, ob qualitatem Eccleſiaſticitatis Venditoris. Undè cum ex actis non conſtet de tali oppoſitione, multoque minùs, quòd Judices ob id moti fuerint, eo magis incaleſcit præſumptio, quòd Arbitri ex aliis motivis, & fundamentis, ad denegandum Retractum moveri potuerint, juxta Auctoritates mox allegatas.

Et ita utraque Parte acerrimè informante reſolutum fuit, &c.

Diſſenſit ab hac reſolutione Dominus Auditor Andreolus, ideoque in hac ſuffragiorum diſcordia, tranſmiſſis motivis ad Congregationem Juriſdictionis Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, Domini noſtri, aſſumptaque cognitione Cauſæ in
72 Conſiſtorio ejuſdem, poſt iteratam illius diſcuſſionem, majoris roboris, & ſubſiſtentiæ, repertæ fuerunt fundamenta præſentis Deciſionis, quæ propterea pleniſſimæ confirmationis robur obtinuerunt à S.C. Regia, mediante juſſu, & ordine, per extenſum regiſtrando, in fine hujus primi Voluminis.

Adverte tamen Lector hic, nè erres; nam reſolutio in hac cauſa capta, tota ſimul ad decidendos alios caſus conſiderari debet, ſola enim Juris diſpoſitio ſine obſervantia, probabilitèr ſata non fuiſſet Rotæ, pro concedendo Retractu, ſicut nec ſola obſervantia, niſi habuiſſet fomentum à diſpoſitione Statuti. Undè, ſi in omnibus caſibus verum eſt, prout eſt veriſſimum, quòd Deciſiones Rotæ, & propoſitiones in eis firmatæ, intelligi debent, conſideratis particularibus circumſtantiis, concurrentibus in caſu deciſo; multo magis, hoc ipſum dicendum eſt in præſenti Deciſione, in qua tibi nota ſit mens Decidentium, & ſemper tutus eris, ſi in dubietate materiæ, favore
73 Immunitatis Eccleſiaſticæ judicabis, ut in his terminis firmat *Conſtant. ad Statut. Urb. annot. 24. ſub n. 72. n. 90. & n. 562.*

Sequens Deciſio in ordine temporis, eſt prior antecedenti, & ante illam ponenda erat, ſed errore Amanuenſis, fuit poſtpoſita, quando præcedere debebat.

Senen. Defalchi.

Sabbathi 26. Februarii 1706. ab Incarnatione.

ARGUMENTUM.

Contra Locatorem, agentem pro conſecutione Penſionis, an admittatur exceptio Defalchi, ſeu Reſtauri, & ad effectum illud conſequendi, quale damnum requiratur, & quomodò probari debeat: quid veniat ſub appellatione fructuum, & quibus caſibus, & quando, Juris rigore poſſint: Judex ex æquitate poſſit & debeat, Arbitrium ſuum interponere pro Reſtauro.

SUMMARIUM.

1 *Exceptio Defalchi non retardat ſolutionem Penſionis, niſi in continenti probetur, illud competere.*

2 *Etiamſi Conductor haberet duas ſententias pro illius competentia, tertia tamen eſſet expectanda.*

3 *Concluſio procedit, ſi talis Exceptio indigeat extrinſeca probatione, facienda per Teſtes.*

4 *Non autem ſi Conductor facta jam probatione, illam opponat, hoc enim caſu, indago reducitur ad Juris articulum.*

Declara ut num. ſeq.

5 *Exceptio Defalchi, ſemper dicitur turbida, & recturanda, ſi per examen teſtium, non fuit probata damni quantitas.*

6 *Defalco locus eſſe non poteſt, niſi probetur, fructus ità fuiſſe tenues, ut ad medietatem Penſionis, non aſcenderent.*

7 *Quamvis plures DD., qui hic referuntur, in diverſas iverint ſententias, attamen verior, & recepta eſt opinio, quòd damnum excedat medietatem, & num. 8.*

9 *Si damnum ſit in ſubſtantia, tunc tale quale ſit, locus eſt Defalco, & remiſſioni, ex ratione, de qua ibi.*

10 *Item ſi damnum procedat ex facto, & culpa Locatoris, & ſub n. 68.*

11 *Item ſi adſit explicita conventio remittenda mercedis, ne ea videatur elaſoria.*

12 *A' valore frumenti, deſumpto ex Libris Abundantiæ publicæ, aliquid eſt demendum, ratione diſtantiæ Prædiorum.*

13 *Teſtis Factor, & addictus ſervitio conductoris, probat quantitatem fructuum, ab eo perceptorum.*

Et plenè probat contra inducentem n. 14.

15 *Teſtis Colonus, probat pariter quantitatem fructuum perceptorum.*

16 Li-

16 *Liquidatio quantitatis fructuum, ſtante incertitudine, remittitur arbitrio Judicis.*

17 *Et deſumitur ex depoſitione teſtium, & veriſimilitudine.*

18 *Calculus Arithmeticus, facit probationem certam.*

19 *In materia Seminis, ponendi à Domino, vel Colono, totum tribuitur conſuetudini.*

20 *Colonus partiarius de Jure tenetur ponere Semen de proprio.*

21 *Fructus calculantur, deductis expenſis, & ſeminе, pro firmando damno Conductoris.*

22 *Colonus Partiarius, quas expenſas facere teneatur.*

23 *Expenſæ, facienda à Colono, non ſunt deducenda à fructibus.*

24 *Animalium mors, & deterioratio, reponenda venit inter expenſas, à fructibus deducendas.*

25 *Limita, ſi ex eis Vituli naſcantur, & educentur in prædio, quo caſu damnum cum lucro compenſatur.*

26 *Fimum pro ſtercorandis agris, habet ſpeciem Capitalis, in fundo poſitis.*
Declara ut num. ſeq.

27 *Fructuum appellatione, venit Fimum, ſeu ſtercus pecorum, aliorumque Animalium, exiſtentium in Prædio.*

28 *Fructus foliorum Sicomorum, ſpectat ad dominum in totum, & non ad Colonum.*

29 *Folia Sicomorum, connumerantur inter fructus Prædiorum.*

30 *Fœtus Animalium, in fundo exiſtentium, & qui paſcuntur in fundo, dicuntur in fructu Prædii.*

31 *Inter fructus anni currentis, numerantur Fœtus, eodem anno nati, & augumentum, quod receperant fœtus anni præcedentis.*

32 *Conductor, qui poſt Conductionem vendidit, animalia, ſibi à Locatore conſignata, juſtum eſt, quòd ea reſtituat pro valore, pro quo illa recepit de tempore Conductionis.*

33 *Nec ideò poteſt à calculo fructuum demere eorum fœtus, & augumentum.*

34 *Si Conductor recepit, una cum Prædio, Animalia æſtimata, ſeque obligat illa reſtituere in fine Locationis, cenſetur à principio facta emptio, & venditio, dilata ſolutione pretii.*

35 *Venditor non debet ſentire damnum ex dilatione, quam conceſſit ad ſolvendum pretium.*

36 *Inter Fructus recenſentur Caſeus, Lana, Hædi, & Agni, & n. 37. & 38.*

37 *Liquidatio fructuum, quæ reſultat ex confeſſione Partis, eſt certa, & incontrovertibilis.*

38 *Regalia annua Colonorum, practicantur in Dominio Senenſi, ſicut Faventiæ, Foroliviis, & Lombardiæ.*

39 *Et ſtante pacto, ſeu conventione, ad eorum præſtationem, Coloni adſtringi poſſunt.*

40 *Et numerantur inter fructus.*

41 *Columborum ſtercus eſt optimum, nec meliori fimo poſſunt ſtercorari prædia, in quibus ſeritur Cannabis.*

42 *Columbaria ſunt in fructu.*

43 *Et augent valorem Prædii.*

44 *Fructus præſumitur perceptus à Poſſeſſore rei, de ſui natura fructifera.*

45 *Fructus, qui non percepit, vel culpa, vel negligentia, ſibi imputare debet.*

46 *Columbi aluntur cum expenſa, & ſemina à terra extrahendo, damnum inferunt.*

47 *In qua tamen ſpecie Columborum, & quibus in locis hoc procedat, & quomodo damnum extractionis ſeminum compenſetur cum utilitate, quam afferunt, num. 48. & 49.*

50 *De Columborum damno Agricolas nunquam querelari audivit* Lagunez de Fructibus.

51 *Columbaria, non prohibentur à Principibus, immò illorum devaſtatio, & Columborum occiſio, rigoroſiſſimis pœnis prohibetur diverſis locis recenſitis, etiam n. 52.*

52 *Idipſum caveri per Statutum Aſculanum, Eugubinum, Faventinum, aliorumque locorum, & practicari in Statu Florentino, & Senenſi.*

53 *Columbaria eſſe in fructu, ſatis oſtendunt prædictæ prohibitiones.*

54 *Columbos capere, & occidere, etiam de Jure communi prohibitum.*

55 *Defalcum prætendens, probare debet, fructus eo anno non aſcendiſſe ad medietatem Penſionis.*

56 *Defalcum prætendi poteſt ratione damni paſſi in Fæno, & Paleis, pro alendis animalibus, & ſtercorandis prædiis.*

57 *Animalia præſumuntur alita, & prædia ſtercorata cum Paleis, & Concimimibus Prædii conducti, niſi contrarium probetur.*

58 *Defalco non eſt locus, ex quo in una ſpecie fructuum obvenerit damnum intolerabile, ſi ex aliis fructibus tantum perce-*
ptum

ptum fuerit, quod medietatem Penſionis excedat.

59 *Inter Colonum Partiarium, & Dominum, omne lucrum, & damnum debet eſſe commune.*

Damnum in fructibus, ad effectum Defalchi, debet bonificari pro medietate, quando alia medietas fructuum, & damni, ſpectat ad Colonum, ibidem.

60 *Colonus Partiarius magis pro Socio, quàm pro Colono habetur.*

61 *Societatis de natura eſt, ut damnum, & lucrum, ſive parvum, ſive magnum, reportetur inter Socios.*

62 *Colonus Partiarius, ob prætenſum damnum, utcunque maximum, nullum Defalcum prætendere poteſt.*

Et quare n.60. & 61.

63 *Conductor plurium Prædiorum non poteſt Defalcum prætendere, ex quo in uno Prædio damnum paſſus fuerit, ſed fructus omnium Prædiorum cumulari debent.*

64 *Fructus ſemper ſolent eſſe majores Penſione.*

65 *Conduci non ſolent Prædia pro majori Penſione, quàm ſit redditus.*

66 *Defalcum conceditur ex æquitate, pro tertia, vel quarta parte, arbitrio Judicis, ubi non bene, & præcisè conſtat de damno; contrarium num.67., declara ut num.68. & ſeqq.*

68 *Judicis arbitrium pro remiſſione Mercedis in aliqua parte, quibus in caſibus intrare poſſit ex æquitate, & Juris rigore poſtpoſito, & num.69. & 70.*

71 *Conductor, qui ſpecificè non probat quantitatem damni, non debet eſſe melioris conditionis, quàm is, qui damnum ſpecificè concludit.*

72 *Judicis arbitrium in concedendo Defalco non debet eſſe adeò effrænatum, ut via fraudibus aperiatur, & quiſque à Judice benevolo poſſit illud extorquere.*

73 *Damno intollerabili, & læſione enormiſſima, ſaltem in genere, non probatis, ſtat firma regula, quòd, damno non probato, Reſtaurum denegatur.*

DECISIO IV.

IN Sententia, ultimo loco lata, condemnatus fuit Dominus de Bertonis Conductor Prædiorum, *dette delle Mortette, e delle Bandite*, ad ſolvendum annuum Affictum ſcutorum centum viginti, in fine cujuſlibet Semeſtris, DD. Petro Boninſigno, & Comiti Nicolao Piccolomineo, ceſſionariis Patris Joannis Griffoli, qui Bona prædicta, titulo locationis, uſque de Anno 1690. eidem Domino Bertono conceſſit.

Maturato Semeſtre, dedit idem Bertonus tenutam voluntariam, & currente tempore, ei à Statuto conceſſo ad reluendum, induxit, & examinare fecit Teſtes ſuper Defalco, ab eo prætenſo ex cauſa ſiccitatis, & grandinis, diſcuſſaque materia, reſponſum fuit *non eſſe locum defalco, & præceptum factum Tenutario eſſe confirmandum.*

Sumus enim in Judicio præſentationis Tenutæ, datæ à Domino Bertono pro debito Affictus, per Sententiam canonizzato, in quo non admittitur exceptio Defalchi, niſi incontinenti, clarè oſtendatur

1 illud competere, ut in ſpecie firmat *Caren. de Locat. par.4. tit. de Remiſſ. merced. quæſt 8. num.114. Rodolphin. in Prax. par.1. cap.8. num.230. Conciol. allegat.37. num.30. & ſeqq. & ad Statut. Eugub. lib.2. rub.71. num.9. De Luc. de Locat. diſc. 3. num.2. Rocca diſput. 119. n.67. & 68. Pacian. de Locat. cap.45 n.17. Altimar. de Nullit. rub.1. par.2. quæſt.17. num.449.*, ubi, etiamſi Conductor haberet duas ſen-

2 tentias, ei concedentes Defalcum, quia tertia eſſet expectanda, *& num. ſeqq. tom.4. Gobius conſult.42. num.18 Castell. dec.4. num.2. & ſeqq. tom.2. Zuccar. deciſ.20. num.13. Rota coram Cavaler. deciſ.228. num.4. Buratt. deciſ. 295. n.13. Dunozett. Jun. deciſ. 1003. n.1. poſt Zacchiam de Obligatione Camerali dec.11. n.5. & dec.41. num.2. poſt Pacionum de Locat. dec.1. §. Hac autem. dec.2. §. His ſedulò, & §. In hac igitur, & dec.9. §. finali, in Veneta Impreſſione.*

Non obſtante, quòd exceptio Defalchi reiiciatur à Judicio intentato pro ſolu-

D tio-

tione Affictus, quando remiſſio petita à Conductore indiget probatione extrinſeca, faciendâ per teſtes, quia tunc illa dicitur requirere altiorem indaginem, & conſequenter apta non eſt ad retardandam
3 dam executionem Inſtrumenti Affictus: Sed non ſic eſt, quandò Conductor opponit reſtaurum, factâ jam probatione, & completo examine teſtium, quo caſu, cum tota controverſia verſetur in inſpiciendo, an damnum prædictum tale ſit, ut poſſit eſſe locus defalco, & remiſſioni, quam Lex Conductori, in fructibus damnificato, concedit, itaque inſpectio tota reducatur ad Juris articulum, qui ſtatim à Judice, mediante apertione librorum, definiri poteſt, non dicitur expoſcere altiorem indaginem, ſed ad-
4 mittenda eſt etiam contra Locatorem petentem ſolutionem Affictus, ut diſtinguendo firmant in terminis *Gratian. diſcept. 554. num. 41. & ſeqq. Rodolphin. in Praxi par. 2. d. cap. 8. ſub num. 200. Gob. conſult. 43. num. 18*, ubi plures citat, & plenè *Rot. Lucan. apud Manſ. conſult. 180. n. 175. n. 178., & pluribus ſeqq. n. 181. & ſeqq.*, ubi concordantes. *Zacchus de Obligat. Camerali quæſt. 18. num. 10. & 28. Rot. poſt Eum dec. 105. n. 7.*

Siquidèm objectum procederet, ſi cum examine teſtium Conductor concludenter probaſſet damnum in quantitate requiſita ad obtinendum defalcum; ſed ſi de tali probatione poſt completum examen non conſtat, tunc exceptio defalcti apta non eſt retardare executionem Apocæ Affictus, multòque
5 minùs ſententiam illius vigore latam, & conſignationem Tenutæ, ut reſpondendo objecto, egregiè in ſpecie firmat *Contel. d. alleg. 37. num. 31. Zacchus de Obligat. Camerali d. quæſt. 18. num. 11., & Rot. poſt Eum d. dec. 105. n. 7.*

In noſtra verò hypotheſi tantùm abeſt, quòd ex teſtibus examinatis Bettonus probaverit eſſe locum defalco, ut ex eis potius conſtet de contrario. Illis enim ſedulò diſpunctis, apparet, ipſum ſummam ſcutorum ſexaginta, medietatem penſionis conſtituentium, percepiſſe, immò longè majorem, ac proindè locum eſſe non poteſt prætenſo reſtauro, ad
6 quem effectum probare neceſſe eſt, fructus recollectos fuiſſe ita tenues, & modicos, ut ad medietatem penſionis, locationis ſolvendæ, non aſcenderint. *Bartol. in leg. licet num. 1. ibique Bald. num. 13. Cod. locat. Surd. conſ. 34. num. 4. & ſeqq. Peregrin. conſ. 98. num. 5. lib. 3. Pariſius conſil. 38. num. 14. lib. 1. Boſſius de Remiſſione mercedis Conductori, num. 4. 41. & 43. Menoch. de Arbitrariis caſu 78. ſub n. 2. verſ. tertio ſuit, & num. 3. Molin. de Contractibus diſput. 495. ſub num. 1. verſ. tertia eſt, & num. 5. Covarruv. Practic. quæſt. cap. 30. num. 1. verſ. quamobrem, ibique Faria num. 10. Mantica de Tacit. lib. 5. tit. 8. num. 39. & 40. Carrerius de Locat. tit. de Remiſſione mercedis, quæſt. 8. ſub num. 3. Roſa conſult. 28. num. 9. de Luc. de Regalib. diſc. 65. num. 16. 17. 18. & 24. & diſc. 175. num. 6. & 17. de Locat. diſc. 1. num. 4. & diſcurſ. 2. num. 1. Antonell. de Tempore legali lib. 1. cap. 58. ſub num. 8. Manſ. conſult. 26. num. 52. & ſeqq. num. 55. & ſub num. 64. Bacca diſput. 119. num. 17. 35. & 37. & diſput. 120. ſub num. 5. Pacion. de Locat. cap. 47. num. 1. & ſeqq. Gob. d. conſult. 42. num. 7. & ſeqq. Jovius de Solemnit. gloſſ. 16. §. 11. n. 120. De Luc. ad Gratian. diſcept. 195. num. 1. Altimar. de Nullitat. tom. 4. rubr. 1. par. 1. quæſt. 17. n. 165. Gatturren. de Compromiſſ. tom. 1. lib. 3. quæſt. 1. num. 43. Merſon. eodem Tract. cap. 2. quæſt. 10. n. 5.* ubi pluſimos refert. *Capyc. Latr. conſult. 40. num. 41. & dec. 171. num. 40. Maſtrill. dec. 199. num. 3. & ſeqq. & n. 110. & ſeqq. Gramma deciſ. 42. num. 3. Rot. Lucan. apud Cerratiyan. deciſ. 33. num. 5. & in deciſ. 100. poſt Controverſias Alegrad. ſub n. 3. & ſeqq. & n. 33. Rota dec. Bononien. 59. num. 15. Rot. coram Coccin. dec 423. numer. 5. 7. & 13. Dunoz. Jun. dec. 1003. n. 10. Buch. deciſ. 516. n. 4. & poſt Zacchium de Obligatione Camerali dec 151. num. 3. & ſeqq. poſt Pacion. de Locat. dec. 1. §. Inſuper, & dec. 2. §. Item mandatum, in Veneta impreſſ. & in Mediolanen. Fructuum 13. Junii 1704. §. Minus, & 20. Decembris ejuſdem Anni §. Tranſeundo, & §. Ponderando, cor. R. P. D. Scotto.*

Quidquam non refragantibus Authoritatibus, firmantibus, damnum dici immodicum, etiamſi non excedat penſionis dimidiam. Etenim, quidquid dixerint aliqui Doctores, qui in explicando damno intolerabili, in plures iverunt ſententias, adeòut aliqui cenſuerint, tunc damnum dici intolerabile, quando conſiſtit in tertia, alii in quarta parte, alii in ſexta,

alii

7 alii in totum remitti arbitrio Judicis, alii in diverſas abierunt ſententias, quas referunt *Fabius de Anna conſ.64. num.1. & ſeqq. Covarruv. Practic. quæſt. cap.30. num.1., ubique Faria, num.6. & ſeqq. Molin. de Contract. d. diſput.493. num.2. Menoch. de Arbitrar. caſ.76. per tot. Gregor. Lopez in leg.23. tit.8. par.5. gloſſ.9. Gomez. Variar. lib.2. cap.3. ſub n.18. Pautſchman. de Locat. lib.9. quæſt.2.*, ubi novem recenſet opiniones Doctorum. *Valaſc. de Jur. Emphyt. quæſt.17. n.24. Rotta diſput.119. n.15. 16. & 17. Altimar. de Nullitatibus tom.4. rubr.1. par.2. quæſt.16. n.341. & pluribus ſequent. Rovertar. deciſ.309. per tot.*

Verior tamen, communior, & magis inter Doctores, & apud Tribunalia, recepta eſt ſententia, illud excedere debere medietatem penſionis conventæ, ut patet ex Authoritatibus relatis *ſupra nu-*
8 *mer.6.* quarum pleræque de communi teſtantur, illiſque addi poſſunt *Andreol. controver.119. num.3 Franciſc. Rocc. reſponſ.87. num.10. lib.1. Capyc. Galeot. reſponſ. fiſcal.27. num.46. Tondut. reſolut. civil.51. num.8. Bondon. collect.30. n.199. lib.1. & collect.45. num.131. lib.1. Conrad. d. allegat.37. num.11. Valaſc. de Jure Emphyt. d. quæſt.17. numer.24. verſic. quanto fuit opera, & ſeqq. & verſic. & hiſtoriſ. Hodierna ad Surd. deciſ.87. num.4. Chriſtineus deciſ. Belgic.110. n.24. part.3. Louaill. dec. Ferrar.7. num.9.*

Et contrarium aſſerentes, vel loquuntur contra communem, & ſunt frequentiori aliorum Doctorum calculo, & Tribunalium judicatis, reprobati, vel procedunt, & intelligi debent quando damnum contingit in ſubſtantia rei, puta, ſi fundus ſit peremptus, quia tunc damnum, tale quale illud ſit, etiamſi in modico conſiſtat, eſt reficiendum, cum
9 Partes cenſeantur contrahere voluiſſe ſub conditione, quòd ſalva maneat ſubſtantia rei, eaque conductor frui poſſit, ut declarant *Menſ. conſult.16. n.36. & ſeqq. & num.64. & ſeqq. Andreol. controv.119. num.4. Caſtilio. contr.200. n.42. & contr.201. num.37. & ſeq. Gob. d. conſult.42. num.33. & ſeqq. Bondon. collect.50. num.197. lib.1.* late *Rotta diſput.120. ſub num.5. & ſeqq.* ubi multipliciter ampliat. *Mantic. de Tacitis lib.5. tit.8. num.35. & ſeqq. Antonell. de Tempore legal. lib.2. cap.38. num.6. Gratian. diſcept.195. n.2. ubique de Luc. eodem num.1. Paceon. de Locat. cap.47. num.18. & ſeqq.* ubi reprobat contrarios. *Card. de Luc. de Locat. diſc.5. num.2. & in Summa num.19. & ſeqq. de Regal. diſcurſ.159. num.8. & diſcurſ.175. n.12. Altimar. de Nullit. Contract. rubr.1. part.2. quæſt.17. num.279. & ſeqq. & numer.282. tom.4. Maſtrill. deciſ.299. n.113. & ſeqq. Rota Lucenſ. apud Craſſol. dec.14. num.10. & ſeqq. & in dec. ante. imprefſ. poſt. Controverſ. Altograd. ſen. num.5. Rota Florentina apud Capparell. reſol.45. ex num.15.* vel quando damnum provenit ex culpa, & facto locatoris. Juſtum enim, & æquum non eſt, ut conductor ſolvat penſionem pro re, quam locator, vel non præſtat, vel præſtat diminutam, & à conſueto ſtatu alteratam, ſicque pro rata, pro qua conductor ea uti non poteſt, non debet gravari onere ſolutionis effectus, ſed remiſſio ei debet concedi, quamvis damnum non ſit magnum.
10 *Marcian. conſ.7. num.4. lib.2. Caſtill. lib.3. Quotidian. Controverſ. cap.3 numer.39. De Luc. de Regalib. diſc.71 n.20. diſcur.159. num.3 & ſeqq. & n.9. & ſeqq.* ubi, quòd remiſſio facienda eſt, non attenta juſtitia, vel injuſtitia cauſæ, *& de Locat. in Summ. num.21. & ſeqq. Franciſ. Rocc. reſponſ.87. num.12. lib.1. Menſ. d. conſult. 16. num.65. 77. & ſeqq. & ſub num.88. & ſeq. Altimar. de Nullit. tom.4. rubr.1. par.1. quæſt.17. num.191. & ſeqq. num.194. & 381. Paceon. de Locat. cap.47. num.16. Rott. diſput 122. num.12. & 13. Surd. dec.326. num.66. Maſtrill. dec.299. num.116. Craſſol. deciſ.14. num.12. Rota Florentina apud Capparell. citata reſolut. fiſcal.45. num.11. & ſeqq. tom.1.*

Vel quando adeſt conventio ſuper Defalco faciendo, quæ ubi concurrit, ut eluitoria non reddatur, ſed aliquid operari poſſit, intelligenda eſt de quocum-
11 que damno, etiam in modico conſiſtente, juxta originalem Theoricam *Angeli in leg. ſi quis §. Quæſitum num.13 ff. ſi quis cautionum, & in conſ 312.*, quam referunt, & commendant *Ruinus conſ.81. ſub num.8 lib.1. Surd. conſ.74. n.30. & de Alimentis tit.9. quæſt.26. num.12. Cyriac. contr.151. num.21. Tondut. reſol. 31. n.12. & ſeqq. Guerb. obſervat.24. n.13. De Luc. de Regalib. diſc.64. num.1 & diſcurſ.134. n.6. & de Locat. diſcurſ.1. num.3. Paceon.*

de Locat. cap. 47. n. 36. & ſeqq., ubi multipliciter explicat ſunt *Epiſc. Ret. diſput. 121. num. 1 & pluribus ſeqq.*, ubi contrarijs ſatisfacit. *R. P. D. meus Anſaldus de Commerc. & Mercat. diſc. 96. num. 29. Theſ. Compend. deciſ. tom. 1 Verbo Remiſſio penſionis. fol. 461. & tom. 3 Verb. Conductor aliquid Debens fol 193 Rot. coram Coccin. d. deciſ. 422. num. 12. poſt Paccian. de Locato deciſ. 9. §. Cum enim, in Veneta Impreſſione, & in Mediolanen. Fructuum 13. Junii 1704. §. Minus relevat. 10. Decembris ejuſdem anni §. Transeundo, & ſeqq.*, ubi declarat contrarios, *verba. Inutto, & 15 Januarii 1706. §. Quoad aſſiquum, coram Prialo.*

Quòd autem in præſenti fructus à Bertono percepti, aſcendant ad medietatem penſionis, Locatori ſolvendæ, liquidò conſtat ex eo, quod ipſe in primis, detractis ſemine, & portione colonica, ex utroque Prædio conducto percepit Staria 43. *cum quarto* frumenti, cujus valor, facta aliqua diminutione à taxa ſtabilita per Magiſtratum Abundantiæ, ob diſtantiam prædiorum à Civitate per quatuordecim circiter milliaria, prout fieri debere

12 firmavit *Rota in Firmana Manutentionis ſuper fructibus 9. Februarii 1705. §. Quoad frumentum, coram Mato*, factaque computatione ad formam calculi, ab eodem Bertono exhibiti, conſtituit ſummam librarum centum, ſolid. 18. 4. Recepit pro ſua portione ex Prædio *delle Bandite*

13 ſtaria decem cum dimidio Segalæ, juxta depoſitionem Bartolucci, ejuſdem Bertoni Factoris, qui uti ejus ſervitio addictus, optimè informatus, & ab ipſo inductus, plenam contrà inducentem probationem conſtituit, ut omiſſis generalibus,

14 in individuo *Rot. poſt Paccian. de Locato dec. 2. §. Hinc duo, & deciſ. 9. §. Hujuſmodi in fine, in Veneta Impreſſ.*, maximè quia non diſcordat ab eo Cottius de Rubeis, Colonus dicti Prædii, qui licèt in *Inter-*

15 *rogatorio 76.* deponat de minori ſumma, tamen cum in *Interrogatorio 98.* aſſerat, Segalam fuiſſe etiam in alio loco ſatam ab ipſo, & Joſepho Gregorii, & portionem ab illo ſatam reddidiſſe Bertono ſtaria tria, de portione autèm ſata ab ipſo nihil deponat, liquidari debet illa quantitas ſaltèm in ſtariis duobus, cum hæc ferè correſpondeat recollectæ, factæ à Joſepho Gregorii, & ad unguem concordet cum dicto Bartolucci Factoris, qui deponit de recollecta in totum. Li-

16 quidatio enim quantitatis, quæ, ſtante incertitudine, remittitur arbitrio Judicis, meliùs fieri non poteſt, quàm eam deſumendo à dictis Teſtis, formitèr examinatis, & à Bertono approbatis, nec non à veriſimilitudine, quæ ſola ſufficit in hac ma-

17 teria. *Rota diſput. 120. num. 37. Rot. cor. Corrado deciſ. 346. num. 5. & 6. & deciſ. 609. num. 5. in recent. dec. 765. num. 6. par. 19. & in citata Firmana Manutentionis ſuper fructibus 9. Februarii 1705. §. Quoad ampliſſas, coram Mato.*

Cujus quantitatis calculato valore ad rationem libræ unius ſolid. 13 4 juxtà prætenſionem quidem Bertoni in dicto calculo, ab eo confecto, conſtat ſummam librarum decem, & ſeptem, ſolid. 10. 3. quibus ſi addantur libræ centum triginta ſolid. 16. 8. pro pretio aliorum ſtariorum 78. *e mezzo* Segalę, in alio Prędio, detto *delle Moraccie*, recollectorum, tota hujus ſegetis ſumma aſcendit ad libras 248 6. 8, ut patet ex calculo arithmetico, faciente probationem indu-

18 biam, & incontrovertibilem. *Rot. coram Prialo dec 399. n. 13 & in Romana, ſeu Januen. Trebellianica ſuper Executione Mandatorum 5 Aprilis 1694. §. Reſtringendo, coram b. m. Ess, & in Fulginaten. Appellat. Fores 27. Junii 1698. §. Sané, coram Lancetta.*

Rursus recollegit ipſe ex utroque Prędio, detracto ſemine, urceos duos cicerum, valoris ſol. 7 4, Scandellam valoris libræ unius ſolid. 13 4. Milii ſtaria quatuor, valoris libr. ſex ſolid. 13. 4, à quo detrahi non debet ſemen, cum illud in hac ſegetis ſpecie poni debeat à Colono ex conſuetudine, de qua Teſtes formitèr examinati deponunt, cui

19 conſuetudini ſtandum eſt, cum hæc unicè ſpectetur circa obligationem ponendi ſemen. *Zacch. ad Statut. Ferrant. lib. 4. rubr. 14. num. 19. & ſeq. Conſtant. ad Statut. Urb. annot. 29. n. 31 Franciſc. Marc dec 886 ſub n. 12 part 1 Sard. deciſ. 101. n. 3 Rot. in recent. dec. 339. n. 3. part 1, & coram Ubaldo dec 380. num. 3.* Potiſſimè quia hæc conſuetudo eſt Juris diſpoſitioni conformis, juxtà quam Colonus partiarius tenetur ponere ſe-

20 men de proprio. *cap. Tua nobis*, ibique Scribentes, *de decimis L. ex conducto §. Si*

quo

ver. §. Locati. Sfortia Oddus conſ. 34. n. 1. & ſeqq. Pigant. ad Statut. Ferrar. tom. 1. lib. 1. rubr. 31. n. 3. Zaul. d. lib. 5. rubr. 14. num. 19. Romaguer. ad Conciol. ſuper Statut. Eugub. lib. 6. rubr. 39. n. 16. Pacion. de Locat. cap. 5. ſub n. 27. 41. & 42. Conſtant. ad Statut. Urb. annot. 29. n. 48. Surd. deciſ. 201. n. 3. Franciſ. Marc. dec. 886. n. 12. part. 1., & dec. 311. n. 6. part. 2. Sperell. dec. 41. num. 39., & 75. Rot. coram Ubaldo dec. 880. n. 2. & in recen. deciſ. 339. n. 3. part. 2.

Nec relevat, quòd ſaltem in aliis ſegetibus ſemen ex conſuetudine pro medietate ponatur à domino, cumque in aliquibus ex eis fuerit amiſſum, illius valor deduci debeat à ſegetibus recollectis, & deduci etiam debeant expenſæ factæ pro illis, prout illas detrahendas eſſe in calculandis fructibus, ad effectum dignoſcendi, an damnum paſſum
21 à conductore excedat dimidiam penſionem, tradunt in ſpecie *Fabius de Anna conſ. 64. num. 3. Rocca diſput. 119. n. 17. Altimar. de Nullitatibus tom. 4. rub. 1. p. 2. quæſt. 17. num. 341. 353., & 450. Valaſc. de Jur. Emphyt. quæſt. 27. n. 24. verſic. quarta fuit opinio. Torr. var. Jur. quæſt. tom. 3. Miſcellan. part. 2. tit. 12. q. 67. n. 23. & 24. fol. 164. de Luc. de Regal. diſc. 65. num. 24. & diſc. 134. num. 18. Gob. conſult. 42. num. 8. 22. 24. & 26. Bondon. collect. 10. num. 37. & ſeqq. lib. 1. Rot. coram Coccin. dec. 422. num. 3. Bich. dec. 416. num. 4.*

Quoniàm ex depoſitionibus teſtium apparet, jacturam ſeminis eveniſſe ſolùm in Fabis, quarum ſemen in utroque Prædio fuit ſtariorum quatuor, & recollecta ſtariorum duorum, ſicque jactura ex parte Bertoni apparet ſtarii unius, pro qua bonificatæ fuerunt libræ duo. Quo verò ad expenſas, illæ, quæ conſiſtunt in arando, ligonizzando, letamandis, ſecandis, & triturandis ſegetibus,
22 eas facere ſpectat ad Colonum partiarium. *Farell. adnot. 34. num. 11. 22. 23., & 46. Valaſc. de Emphyteuſ. quæſt. 26. ſub num. 7. Pacion. de Locat. cap. 5. num. 29., & ſeqq. & num. 34.* reprobans *Garzium de Expenſis* contrarium ſententiam, quem etiam refellit *Zaulus ad Statut. Ferrar. lib. 5. rubr. 14. num. 18. Romaguer. in Addit. ad Conciol. ſuper Statut. Eugub. lib. 6. rub. 39. n. 16. Pigant. ad Statut. Ferrar. lib. 2. rubr. 30. n. 13. Conſtant. ad Statut. Urb. adnot. 29. n. 46. & 47,* ubi, quòd ſi ipſe cum ſua Familia non ſufficit ad colendum agrum, tenetur alios Operarios propriis expenſis conducere, *& numer. 81. Surd. deciſ. 201. num. 3. Franciſ. Marc. deciſ. 886. ſub num. 5. & num. 12. part. 1. & deciſ. 311. num. 6. part. 2. Sperell. deciſ. 41. ſub num. 39. Rot. in recent. dec. 371. num. 13. part. 3. dec. 103. num. 3. part. 4. deciſ. 143. n. 12. part. 14. & deciſ. 145. n. 13.*
23 *part. 16. & coram Coccin. dec. 1071. num. 5.* & conſequenter non ſunt detrahendæ. *Rot. coram Coccin. dec. 1714. ſub n. 11.*

Aliæ, quæ fiunt pro conducendis Bobus arandi cauſa, ceſſant ex facto, quia illi adſunt in Prædiis conductis, & pro arando cum eis, nihil fuit impenſum, & quamvis damno Conductoris cedat illorum deterioratio ex cauſa laboris, quæ deterioratio, & damnum, prætendebatur conſiderari debere loco expenſarum, & pro ea aliquam deductionem fieri debere ex fructibus, ſicut ab eis deduci debet damnum mortis, & deperditionis Bo-
24 um, ut refutando dictum *Bald. in l. 1. in fine Cod. de fructibus, & litis expenſis,* quem ſequitur *Bertachinus,* olim in hac Incliia Civitate Judex emeritus, *Verbo Colonus num. 110. verſ. Colonus, qui amiſit Boves. Cremens. ſingular. 134.* tradunt, & expreſsè firmant *Addent. ad Singular. Romani 336. V. Omnes, verſic. & hæc deciſio. Cotta in ſuis Memorab. verbo Fructus. Adden. ad Rot. in recen. dec. 444. num. 17. p. 4. tom. 2.* Tamen, ſi quæ deterioratio contigit in Animalibus pro arando Agros in hoc anno, illa abundè compenſata remanſit, ex quo eodem tempore fuit educatus in his Prædiis Vitulus, vulgò *Bonacchio*, cujus augumentum in Conductoris utilitatem reſultat, & ſic
25 damnum cum lucro compenſatur, ut cæteris relatis, benè obſervat *Rota coram Dunoz. Jun. dec. 54. n. 10.*

Proût etiam deducendum aſſerebatur Fimum pro ſtercorandis agris, ex quo illud habet quandam ſpeciem capitalis, in fundo poſiti, ut firmat *Sfortia Oddus conſ. 34. ſub num. 30.* Sed prætenſio
26 hæc habere forſan potuiſſet ſubſiſtentiam, quando Bertonus juſtificaſſet, Fimum pro impinguandis prædiis, fuiſſe emptum, ſed cum illud factum fuerit ab Animalibus, in fundo exiſtentibus,

non

non poteſt recenſeri inter expenſas, ſed inter fructus agri, qui quolibet anno à dictis Animalibus, in eo exiſtentibus, producuntur, & reproducuntur,
27 prout inter alios Prædiorum fructus reponi debere, eſt Textus in *l. in omnibus 7. Cod. de reſc. pub. lib. 12. l. Plenumr. 12. §. 1. ibique Gloſſ. V. ad ſterc. andum ff. de uſu, & habitat. §. Sed & ſi Pecorum Inſtit. de uſu, & habitat.*, & tradit *Matthæus Brunus conſ. 19. num. 14. Gallus de Fruct. diſput. 3 art 3 num. 7.*

Recepit inſuper idem Bertonus pro ſua portione, ex Prædio *dicto le Rondine*, Olivarum ſtara quatuor, quæ in libris tribus calculantur, lignorum venditorum, & ad domum Domini traductorum, libras duas ex prædio di *Moranne*, Necum libr. unam, ſol. 6. & den. 8, centum Saretinas ſcoparum, venditarum tempore duorum annorum, quibus Alexander Bacconus fuit colonus in dicto Prædio, quę repartitę in ſingulis annis pro rata, conſtituunt ſummam libr. octo ſol. 6. 8. nec non folia Sicomororum, quæ fuerunt tantę quantitatis, ut potuerint alere tot vermes, ex quibus Sericum conficitur, quot naſcuntur ex unciis quinque ſeminis, cumque talis fructus in totum ſpectet ad Dominum, ut inter partes eſt in confeſſo, & de jure firmat *Parron. de*
28 *Locat. cap. 5. num. 18. Sperell. dec. 41. n. 39. Franciſ. Marcus deciſ 886. num. 11 part. 1.* calculato illorum foliorum valore in libris viginti tribus pro qualibet uncia ſeminis, ob diſtantiam prædiorum à Civitate, totum id, quod retractum fuit ab eis, vel quod retrahi veriſimiliter debebat, aſcendit ad libras centum quindecim, dictorumque arborum folia computanda ſunt pro augendo bonorum conductorum redditu, cum in-
29 ter fructus connumerentur, ut tradunt *Bolognet. conſ 19. n. 17. Caball. conſ. 132. num. 9. lib. 2 fol. mihi 228. column. 3. Paſchal. de Patr. Poteſtat. part. 1. cap. 3. n. 112. Gall. de Fruct. diſput. 3 art. 3. ſub n. 10. 43. & ſeqq. Zaul ad Statut. Fanens. lib. 3. rubr. 6. n. 35. Lagun. de Fruct. part 1 cap. 4. n. 48., & ſeqq.* ubi reprobat contrarios. *Dadanus de Mari in Addition. ad Genuarell. dec. 34. num. 1., ibique etiam Joſeph Mele, n. 5., & ſub n. 12. Rot. coram Zarate dec. 90. n. 3. ubi plures recenſentur.*

Ulteriùs habuit Bertonus pro ſua portione octo ſues, vulgo *Majali da carne*, qui calculati ad rationem libr. 17. 10. pro quolibet, pretium ab eis retractum conſtituit quantitatem librarum centum quadraginta, illoſque pariter eſſe computandos, cum fętus Animalium, in Prædio exiſtentium, & qui ex fructibus prædii alimenta ſumpſerunt, ſint in fructu.
30 *Barboſ. appell. 103. num. 10. Menoch. de Arbitr. caſ. 49. num. 9. & ſeqq. Lagunez de Fruct. par 1. cap. 4. num. 83. & ſeqq. Gallus eodem tract. diſput. 3. art. 3 num. 3. & ſeqq. Genuarellus deciſ. 34. ſub num. 14. ibique de Angel. ſub num. 6. & Joſeph Mele ſub num. 47. & num. 50. Rot. in Neapolitana Legati. Maſſariæ 4. Martii 1697. §. Reprobatum, coram Molo.*

Non obſtat, quòd iſti Majales nati fuerint anno præcedenti, ſicque illorum valor, & totum id, quod valebant in principio præſentis anni, debeat detrahi, & reponi inter fructus anni præcedentis; quia cum hoc anno à pabulo, glande, aliiſque fructibus Prædiorum, nutrimentum acceperint quatuordecim ſues, vulgo *Porcaſtri*, & nati fuerint alii duodecim, vulgo *detti Baccarini*, totum id, quod in principio currentis anni valebant Ma-
31 jales, menſe elapſo venditi, compenſari debet cum valore illorum, quorum pretium computari deberet inter fructus præſentis anni, in quo duodecim ex eis nati ſunt, & omnes augumentum receperunt.

Nec relevat, quòd illi ſues, *dicti Porcaſtri*, e *Baccarini*, ſint reſtituendi de menſe Maji, quo expirat locatio, tum quia Bertonus in principio locationis recepit ſues, aſcendentes ad ſummam ſcutorum ſexaginta quinque, juxta æſtimationem de eis factam à Peritis, communiter electis, cumque ipſe illos tempore ſuo vendiderit, ac pretium receperit, nedum augumenti, quod Majales acquiſiverunt poſt menſem Maji 1690., quo ipſi fuit facta locatio, ſed etiam ejus, quod valebant tempore locationis, ſequitur, quòd ſi Bertonus in venditione imburſavit, & recepit pretium valoris Majalium tempore locationis, æquum, & juſtum eſt, ut terminata locatione, pretium illud, quod à Loca-
32 tore recepit in principio, eidem Locatori de proprio in fine reſtituat, non

nu-

autem ex re, & penſione, Locatori debita, prout fieret, ſi dicti *Porcaſtri*, & *Becorrus*, inter fructus hujus anni non
33 computarentur, ex quo in fine locationis reſtitui debent, & ex hac cauſa coactus eſſet Locator penſionem conventam remittere pro defalco faciendo. Tùm etiam quia, cùm prædicti ſues, aliaque Animalia, tradita fuerint à locatore æſtimata, & ſe obligaverit Bertonus reſtituere in fine locationis eandem æſtimationem, ut patet ex Apoca Affictus, cenſetur à principio facta emptio, & venditio dictorum Animalium, dilata pre-
34 tii ſolutione ad finem locationis, *ut est Text. in leg. 3., ibique Gloſſ., & in leg. quero 53. §. final. V. æſtimatas ff. locat. Alderiſ. de Synthaſi. Contract. tit. 3. cap. 3. numer. 25. Coſta de Ratione Rat. quæſt. 218. n. 2. Paton. de Locat. cap. 11. n. 11. Franciſ. Marc. dec. 887. n. 25. verſ. Quando traduntur animalia, part. 1. Sabell. reſolut. 27. n. 22. & 23., ibique Rot. in Anagnina Uſurarum cor. Marcanodo. n. 36. & 37. Rota noſtra dec. 8. ex n. 10. inter impreſſ. coram Me.* Undè, ſicuti ſi à principio pretium Animalium Bertonus ſolviſſet, hodiè inter fructus eſſent connumerandi prædicti *Porcaſtri*, & *Becorrus*, ità etiam computari debent ad augendum fructum, ex eo quòd Locator dedit ei dilationem ad ſolvendum dictum pretium, nè aliàs ex beneficio dilationis, Bertono indulto, damnum Locator ſentiat, quod
35 æquitas non patitur.

In hac eadem claſſe fructuum reponendus eſt Caſeus, Lana, Hædi, & Agni, quos pariter in fructu eſſe, de Ca-
36 ſeo tradit *Menoch. conſ. 188. num. 29. & 30. Vaconus à Vacuna Declarat. Jur. lib. 2. declarat. 41. ex n. 11. Cyriac. contr. 468. ſub num. 15. & 20. Lagun. de Fructibus part. 1. cap. 4. num. 80. Bandon. collect. 37. num. 13. lib. 2. Gall. de Fructibus diſput. 3. art. 3. num. 6. Joſeph. Mele in Addition. ad Granzarell. dec. 34. num. 46. & 47. Rota in Romana Legati Maſſariæ 4. Martii 1697.*
37 *§. Hæreditatem, cor. Mato* de Lana eſt *Textus in leg. Pecudum ff. de Uſuris, leg. plenum 12. §. 1. ff. de uſu, & habitatione §. Pecudum Inſtit. de rerum diviſione §. Sed & ſi Pecorum Inſtit. de uſu, & habitatione. Barboſ. appellat. 103. num. 10. Menoch. de Arbitrariis caſ. 110. num. 26. Gall. de Fructibus diſput. 3. art. 3. num. 5. Granzarell. deciſ. 34. ſub num. 11. ibique Joſeph. Mele, num. 47. & ſub num. 91. Rota in Romana Legati Maſſariæ 4. Martii 1697. §. Hæreditatem, coram Mato* de Hædis, & Agnis, *eſt Textus in d. lege plenum §. 1. ff.*
38 *de uſu, & habitatione, & in §. Sed & ſi Pecorum Inſtit. de uſu, & habitat. Barboſ. appellat. 103. num. 10. Lagunez de Fructibus par. 1. cap. 4. num. 83. Joſeph. Mele in Addition. ad Granzarell. dec. 34. num. 47. & ſub num. 91. Rota in d. Romana Legati §. Hæreditatem.* Et in totum aſcendere ad libr. triginta tres, & ſol. 5. in comperto remanet, dum Caſeus utriuſque Prædii fuit in quantitate librarum octo, & ſol. 5. ut in calculo ipſius Bertoni, Hædi, & Agni in libris tredecim, & ſolid. 10. ut ex eodem calculo, in quo etiam valutatur Lana Prædii *delle Bandite* in libramina, & ſol. 10., eademque valutatione facta, Lanæ recollectæ in prædio *delle Morecce*, de cujus quantitate deponunt Teſtes formiter examinati, conſtituit illa libras decem, itaque liquidatio eſt incontrovertibilis, tamquam reſultans ex
39 confeſſione partis, emiſſa in Calculo, cujus nulla major dari poteſt probatio, *ad Textum in capit. per tuas, de probation. L. cum te C. de Tranſact. & leg. generaliter. C. de non numerata pecunia*, & in puncto liquidationis *Rot. coram Coccin. dec. 1714. num. 1. Emerix Jun. dec. 223. n. 1. dec. 1108. num. 1. & deciſ. 1214. num. 1. & in Romana Liquidationis fructuum 4. Julii 1698. §. Reſponderunt, & ſeq. coram Lancetta.*

Idemque dicendum eſt de Regalis, ſolitis præſtari à Colonis quolibet anno, & fructibus Columbarii. Regalia enim conſiſtunt in ovis quatuorcentum, & decem Capponis, ſolitis Domino præſtari, & calculatis à Bertono in libris viginti. Hæc enim Regalia Colonorum, quæ in hoc Dominio Senenſi, & præciſè in his Prædiis, ſolvuntur, praticari etiam in aliis locis, & præſertim in Territorio Faventiæ, Forolivii, & Lombar-
40 diæ, teſtatur *Zaulus ad Statut. Favent. lib. 5. rubr. 14. num. 22. Paulus diſſert. 17. num. 1. Rot. coram Coccin. dec. 1714. n. 9.*, & ſtante pacto, vel conſuetudine, pro eis adſtringi poſſe Colonos, tradunt *Lagunez de Fructibus part. 1. cap. 14. §. unic. num. 10. & 11.* taliaque onera, & regalia inter fructus connumerari debe-

re-

re, tradunt in ſpecie *Jeſon in l. divortio*
§. Quod in anno, col. 2 verſ. ultimo pendente
ff. ſoluto matrimonio. Barboſ. appellat. 103.
num. 9. Lagunez de Fructibus par. 1 cap. 24.
num. 30. Urceol. conſult. 3 num. 60. Pan-
loтini della differtat. legal. 17. num. 9.
& ſeqq. Rota Romana in deciſ. poſt dict.
Differtat. impreſſa, deciſ. unica num. 4. &
coram Coccin. dec. 1714. n. 10. dec. 1727.
in princip., & ſub n. 13. verſ. quo verò,
& deciſ. 1773. ſub n. 9. verſ. regalia.

Columbarium etiam non modicum
fructum reddit, dum ultra fœtus Pipio-
num, qui quolibet anno haberi ſolent
pluribus vicibus, ab eis retrahitur uti-
litas ſtercoris, quod eſt optimum om-
41 nibus plantis, ac agris utiliſſimum, &
in locis, in quibus ſeritur Cannabis, terre-
num meliori fimo ſtercorari non poteſt,
quàm illo Pipionum, ultra alia illorum
ſingularia, quæ refert *Guglielmus de Be-*
nedict. in cap. Raynutius, V. & uxo-
rem, nomine Adelaſiam, in 5. diſt. num. 309.
& ſeqq. Creſcent. de Agricult. lib. 9. cap. 90.
Zaul. ad Statut. Faventi. lib. 4. rubr. 40.
ex num. 36. & ſub n. 48., & ob id Colum-
barium eſſe in fructu, & non modicam
42 utilitatem afferre, firmant *Creſcent. d. lib. 9.*
cap. 91. verſic. item coram famem. Cyriac. con-
trov. 229. n. 35. & ſeqq. uſque ad 41. Ca-
roc. de Locat. part. 3 tit. de Columbar.
n. 1. & ſeqq. fol. 142. in quarta impreſſione.
Gall. de Fruct. diſput. 3. art. 3 n. 9., & ſeqq.
Zaul. ad Statut. Faventi. lib. 4. rub. 40.
ſub n. 55. Molin. de Juſt. & Jur. tom. 2.
tract. 2. diſput. 48. §. Quamvis. Calderin.
reſol. 76. n. 12. Rot. coram Pyruſa dec. 374.
n. 3 & optimè in *Aſculana Dotis 12. Feb.*
1683 §. finali, coram clar. mem. Card.
Matthæjo, ubi ad augendum valorem
Prædii, habita fuit ratio ad Columba-
43 rium, quod maximam afferre dicitur
utilitatem, *& 6. Martii 1684. §. Demum,*
coram Eodem, impreſſa poſt Baldaſc. ad Ra-
mon. dec. 37. n. 5. tom. 4., ubi pariter, quòd
maxima eſt Columbarii utilitas, *& 18.*
Junii 1700. coram b. m. Pro. poſt Conſtantin.
ad Statut. Urbis dec. 169. n. 17. ſub n. 20.,
& ſub numer. 23. & poſt de Luc. de Dote
in Mantiſſ. dec. 5. num. 17. 20. & ſub nu-
mer. 23 & in Firmana Manutentionis ſuper
Fructibus 22 Junii 1703. §. Prout etiam
fructus, cor. b. m. Muto. Unde Colum-
barium præfatum retinendo ad formam
boni, & diligentis Patris familias, præſu-
mitur ex eo ſolitos fructus percepiſſe
44 Bertonus, prout regulariter percepi
præſumuntur à poſſidente rem, de ſua
natura fructiferam *l. Julianus §. Ex ven-*
dito ff. de action. empti. Rot. deciſ. 605.
num. 13. par. 18. & deciſ. 235. n. 9. par. 19.
& in Romana Cambii 14. Junii 1697. §.
Præmiſſo, coram Molines, & ſi illos ex ejus
culpa, & negligentia non percepit, ſibi
45 imputare debet, itaque ſibi, non Loca-
tori debet obeſſe, ut in ſpecie proſequi-
tur *Rota in dicta Firmana Manutentio-*
nis 22. Junii 1703. §. Prout etiam, coram
Muto.

Neque obſtat, quòd major ſit impenſa
neceſſaria pro alendis, & manutenendis
Pipionibus, quàm emolumenta, quæ ex
illis percipiuntur, & quòd magnum in-
ferant damnum, dum tempore ſementa-
tionis ſemen extrahunt à terra, illudque
comedunt cum maximo præjudicio,
46 ut ponderat *Conſtantin. ad Statut. Urbis*
annot. 46. num. 109. & 110. Zaul. ad Stat.
Faventi. lib. 4. rubr. 40. num. 51. & 56. in
fine. Rot. in Aſculana Dotis 27. Januarii
1681. §. Nulla, coram bo. mem. Rondi-
nino.

Quoniam Authoritates præfatæ intelli-
gi debent, vel de Columbis domeſticis,
domi retentis, qui toto anni tempore
ſunt alendi, & cum certum locum non
habeant, ab eis illa quantitas ſtercoris
non recipitur, prout ab aliis, exiſten-
tibus in Columbariis, qui multoties de
die, & ſemper de nocte ibi permanent,
& quibus victus ſubminiſtrari ſolet dun-
taxat aliquibus menſibus hyemis, cum
toto reſiduo anni herbis, & rebus in
agris inventis ſe paſcant, & in his ter-
47 minis de Columbis domeſticis, loquitur
Zaul. ad Statut. Faventi d. lib. 4. rubr. 40.
ſub n. 56. Vel ſi loquuntur de Pipioni-
bus, in Columbariis prædiorum Ruſtico-
rum exiſtentibus, procedunt in locis, in
48 quibus Prædia non indigent illorum
ſtercore, prout accidit in Agro Roma-
no, ubi prædia numquam ſtercorantur,
& pro aſportando fimo à ſtabulis ad flu-
men, ubi projicitur, ſolvuntur Rheda-
riis expenſæ tranſportationis, & de Co-
lumbis, retentis in Urbe, loquitur *Zaul.*
ubi ſupra, & forſan etiam *Conſtant. ad*
Statut. Urbis loc. cit. Rota autem *in Aſ-*
culana Dotis 1681. coram Rondinino, licèt
id firmaverit, inſubſiſtentia tamen aſ-
ſum-

ſemper recognita, ab hac propoſitione recesſit, & contrarium firmavit *in Deciſionibus revocatoriis*, in eadem Cauſa emanatis, & ſupra recenſitis *num*.43.

Quòd autem ſemen in terra projectum comedant, ultra quod huic inconvenienti occurri ſolet, ponendo in agris aliquod ſignum, cum quo eis timor incutiatur, damnum ſi quod inferunt, iſtud abundè compenſatum remanet cum utilitate, quam ab eorum ſtercore recipiunt Agri ubi permanent, ex quo ipſi vermes, noxiorumque fructuum baccas vorant, & creſcentibus ſegetibus, illas
49 evellit, aliiſque vitioſis herbis purgant, ut reſpondendo objectio tradunt *Knichen. de Jur. Territorii cap.*4. *n*.315. *Feltman. de Iniloſ. Animal. capit.* 11. *ſect.* 10. *Harpprecht. Inſtitut. ſi quadrupes pauper. feciſſ. dicat. in princip. n.*11 *& ſeqq. Lagun. de Fructib. par.*1 *cap.*12 *num*.101., ubi, quòd numquam ex hac cauſa Agri-
50 colas querelari audivit. *Consiol. ad Statut. Eugub. lib.*6. *rubr.*16. *n*.7. *&* 8. *Molin. de Juſt. & Jur. tom.*1. *tract.*2. *diſput.* 48. *§. Quæreres, poſt medium*.

Et ſi ſecùs eſſet, utique Columbaria prohiberentur à Principibus, tamquam tendentia in damnum publicum, quod nedum non practicatur, ſed immò rigo-
51 roſiſſimis pœnis prohibetur illorum devaſtatio, & Columbarum occiſio, prout in Statu Eccleſiaſtico diſponunt Bannimenta Generalia, publicata *de Anno* 1674.*cap.*73., relata per extenſum à *Zaul. ad Statut. Favent. lib.*4. *d. rubr.*40. *n*.46. & Conſtitutio Ægidiana *lib.*4. *cap.* 89. In Hiſpania adeſt Lex Regia, de qua *Molin. de Juſt. & Jur. tom.*1 *tract.*2 *diſput.*50. *Lagunez de Fructibus d. cap.*12. *n*.100. In Provincia Cathaloniæ, teſte *Romaguer. ad Consiol. lib.*6. *rubr.*16. *n*.5., & cautum fuit
52 etiam à particularibus Statutis locorum, ut eſt Faventiæ *in d. rubr.*40. regiſtrata *apud Zaul.* In Civitate Aſculi vetita eſt Columbarum occiſio, vel retentio, ſub pœna librarum viginti quinque pro quolibet vice, cum facultate procedendi per inquiſitionem, ut in *Statuto Populi lib.*3. *rubr.*17., quæ fuit poſtea moderata in julijs triginta, & uno, ut in *Statuto de Damnis datis lib. unic. rubr.*45., & in facti contingentia vidi delinquentes puniri cum tribus ictibus funis: In Civitate Eugub. tranſgreſſores hujuſmodi puniri duobus ictibus funis, pœna ſcutorum viginti quinque, & duorum juliorum pro quolibet Pipione, illius domino applicandorum, diſponit *Statutum lib.*6. *rubr.*16. ibique *Consiol. in Annot. n.*1. In Civitate Florentiæ graviſſimè puniri, nedum pœna pecuniaria, ſed etiam Triremium, tradit *Sabell. in Praxi Univerſ. §. Columbi n.*2., *& per tot. impreſſ. poſt Summam, tom.*6.: Et in hoc feliciſſimo Dominio Senenſi fuit ſtatuta pœna ſcutorum duodecim auri, duorum ictuum funis, & major etiam Judicis arbitrio, pro quolibet Columbo, ei, qui illos caperet, vel occideret, ut habetur in *Bannimento, publicato die ſeptimâ Martii* 1573., *& innovato die tertia Martii* 1575. *regiſtrato in libro Bannimentorum, impreſſo anno* 1584. *fol.*74. *&* 75. Et ex his prohibitionibus hoc argumento utitur
53 pro objecti ſupradicti refutatione *Molin. de Juſt. & Jur. tom.*1. *tract.*2. *diſput.*48. *§. Quæreres, verſ.*5. *quod à Republica*.

Immò de Jure Communi etiam illos capere, & occidere prohibitum eſt, & contravenientes tenentur pœna furti. *leg. Pomponius §. Item Pomponius ff. familiæ*
54 *erciſc.*, ibique Scribentes. *Ornitomius in §. Pavonum num.* 3. *Inſtitut. de rerum diviſione. Farinac. de Furtis quæſt.* 174. *n*.94. *Capiblanc. de Baronibus, lib.*1. *Pragmat.*14. *n*.39. *Chaſſan. ad Conſuetud. Burgund. rubr.*13. *§.*9. *num.*5. *Consiol. ad Statut. Eugub. lib.*6. *rubr.*16. *num.*1. *&* 2. *Bonfinius ad Bannimenta General. cap.*76. *n*.1. *Lagunez de Fructibus par.*1. *cap.*12. *n*.98. ubi plurimos refert. *Zaul. ad Statut. Favent. lib.*4. *rubr.*40. *n*.42. *Guido Papa dec.* 127. *n*.1. *Franciſ. Marc. dec.*530. *n*.18. *par.*1.

Ex quibus liquidò conſtat, ultra fructus Columbarii, Bertonum percepiſſe ex prædiis conductis libras quingentas octoginta ſolid. 17. 4., à quibus detractis libris duabus pro ſolutâ dicti ſeminis fabarum, conſtituunt ſcuta octoginta duo lib. 4. 17. 4., quandò ad hoc ut intrare poſſet defalcum, ipſe probare debuiſſet, fructus, hoc anno recollectos, non aſcendiſſe ad ſummam ſcutorum ſe-
55 xaginta, quæ eſt medietas penſionis, ut ſupra dictum eſt *n*.6. *& ſeqq.* Nec obeſſe valet, quòd ob ſiccitatem, & grandinem, Bertonus recollegerit ſolùm modios treſdecim paleæ, minimè ſufficientes pro alendis Animalibus, & faciendis concimi-

nibus, quod damnum eidem bonificari,
56 & reſarciri debeat, ex traditis in ſortioribus per *Paccion. de Locat. cap. 45. n. 60. ubi concordantes. Torr. Var. Jur. quaeſt. to. 3. Miſcell. par. 2. tit. 12. quaeſt. 67. num. 21. & 22. fol. 165.* Quia, quidquid ſit de modicitate paleæ recollectæ, & an iſta excesſerit modios tresdecim, nec ne, quod duntaxat aſſerebat Bertonus, nullam adducens in hoc probationem urget reſponſio, quòd cum Affictus Bertoni durare debeat ſolum per alios duos menſes, nempè per totum menſem Aprilis, & ipſe adhuc non doceat emiſſe paleam, vel opus eſſe eam emere pro duobus menſibus remanentibus, nullum damnum paſſum fuiſſe dici poteſt, ex deficientia paleæ, ex quo præſumitur ipſum ſufficienter recollegiſſe pro Concimminibus, & Anima-
57 lium alimentis, pro quibus illa inſervire debet. *Zaul. ad Statut. Faventiæ lib. 5. rubr. 16. n. 19. ubi plures, & rubr. 10. n. 12.*

Et re vera, ſi paleæ fuit in minori quantitate recollecta, adhuc pro alendis Animalibus alii fructus uberiores fuerunt, nempè glandes, ex quibus pabulum, & alimenta recepiſſe, nedum Animalia ſuina, ſed omnia alia Animalia prædiorum, deponit tertius Teſtis, ejuſdem Bertoni famulus *Interrogatorio* 80, & ex illis, duos modios fuiſſe repoſitos in horreo, pro alimentis, & manutentione eorumdem Animalium, fatetur primus Teſtis *Interr.* 83. Ruſus fuit recollectum etiam fœnum, & ultra ſexdecim Lupinorum, quæ Bertonus aſſerit ſpectare in totum ad Colonum pro alimonia Animalium, ſicque deficientia unius fructus, pro Animalium ſubſtentatione, cum abundantia alterius compenſatur, ad excludendum damnum, in hac enim materia, haberi debet ratio omnium fructuum, cujuſcunque ſpeciei, adeòut quamvis in una ſpecie, illorum damnum intolerabile obvenerit, ſi ex aliis fructibus tantum perceptum fuerit, quod excedat penſionis dimidium, ſit illorum compenſatio, & Conductori remiſſio eſt
58 deneganda. *Mantic. de Tacit. lib. 5. tit. 8. num. 32. & 40. Antonell. de Tempore Legal. lib. 1. d. cap. 38. ſub num. 9. Altimar. de Nullit. tom. 4. rubr. 1. part. 1. quaeſt. 17. numer. 354. & ſub n. 365. 393. & 430. Paccion. de Locat. cap. 47. num. 69. & ſeqq. & n. 73. Rot. poſt Etum dec. 2. §. Poſt mandatorum, in* *Fauſto impreſſione, & coram Cerro. deciſ. 426. num. 17. & coram Dunoz. Jun. deciſ. 594. num. 10.*

Sed dato etiam per hypotheſim, quòd aliquod damnum, ob aſſertam deficientiam paleæ, Bertono eſſet bonificandum; adhuc tale damnum eſſet eidem ſolùm pro medietate reficiendum, & ſic reducetur ad quid modicum, cum pro alia medietate, illud pati deberet Colonus partiarius, inter quem, & Dominum omne lucrum, & damnum debet eſſe
59 commune. *Paccion. de Locat. cap. 5. num. 10. Torr. Var. Jur. Quaeſt. tom. 3. Miſcell. par. 2. tit. 12. quaeſt. 67. n. 34. fol. 165.*

Minimè relevante reſponſione, quòd Colonus, hoc caſu etiam ipſe damni refectionem peteret contra Dominum, ob ſiccitatem, & grandinem, & conſequenter ſemper totum infortunium ipſius
60 Bertoni damno cederet. Quoniam cum Colonus partiarius magis pro ſocio, quam pro colono habeatur *leg. ſi merces 25. §. Vis major, ibique Scribentes ff. Locati. Paganus ad Statut. Ferrar. num. 1. lib. 2. rubr. 30. n. 1. & ſub num. 14. & 20. & rubr. 31. num. 3. Zaul. ad Statut. Faventi. lib. 5. rubr. 14. n. 4. & ſeqq. & n. 8. Cencel. ad Statut. Eugub. lib. 2. rubr. 39. ex n. 2. Paccion. de Locat. cap. 5. num. 10. & ſeqq. & cap. 45. n. 57. Altimar. de Nullit. Contract. tom. 4. rubr. 1. part. 1. quaeſt. 17. num. 436. D. Conſtantin. ad Statut. Urbis adnot. 19. numer. 44. Tartaglia de Reſervat. Statut. artic. 58. num. 33. & ſeq. Torr. Var. Jur. quaeſt. tom. 3. Miſcell. par. 2. tit. 12. quaeſt. 67. num. 34. fol. 165. Sperell. dec. 41. num. 13. Rot. coram Mantica dec. 17. num. 8. & ſeqq. Ubaq. dec. 3. num. 33. & in recent. dec. 109. num. 14. part. 1.*, & de natura ſocietatis ſit, ut damnum, & lucrum, ſive magnum,
61 ſive parvum, inter ſocios ſit commune. *d. leg. ſi merces 25. §. Vis major, in fine ff. Locati. Paccion. de Locat. d. cap. 5. ex num. 10. & cap. 45. num. 57. Antonell. de Temp. Legal. lib. 1. cit. cap. 38. num. 12. Altimar. de Nullit. d. quaeſt. 17. n. 456. Tartaglia d. art. 58. num. 36. Torr. Var. d. tom. 3. tit. 12. Miſcell. par. 2. quaeſt. 67. n. 34. Franc. Marc. dec. 201. num. 1. part. 1.* Sequitur, quòd Colonus indubitatè ſuccumbere debeat medietati damni, abſque eo quòd aliquam illius
62 refectionem, & remiſſionem poſſit prætendere à Domino, ut in ſpecie obſervat *Menoch. conſ. 469. num. 13. Valaſc. de Jure*

re

re Emphyt. quæſt. 30. n. 6. Paſtell. annot. 54. num. 46. Mantic. de Tacit. lib. 5. tit. 2. ſub num. 34. Zaul. ad Statut. Florent. lib. 3. rubr. 14. num. 8. Pacion. de Locat. cap. 5. numer. 40. & cap. 43. num. 57. & ſeqq. Antonell. de Temp. Legal. lib. 1. cap. 38. num. 11. Altimar. de Nullit. d. quæſt. 17. num. 456. Torr. Var. tom. 3. d. quæſt. 67. n. 34. fol. 165. Franciſ. Marcus dec. 111. num. 1. part. 2. Ropen. dec. Germon. 37. n. 22.

His omnibus addebatur pro coronide, ponderatio deſumpta ex depoſitionibus omnium teſtium, à Bertono inductorum, iſti enim interrogati ſuper quantitate damni, quoad prædium *di Mariccia*, ubi depoſuerunt, damnum fuiſſe in medietate fructuum, qui ſoliti fuerunt percipi, & qui præſenti anno, ante infortunium grandinis, ſperari poterant, alii vero illud ad medietatem non aſcendiſſe, & reſpectu prædii *delle Bandine*, primus teſtis, qui erat de eo tempore colonus, aſſerit damnum fuiſſe in tertia parte fructuum, & tertius, illud fuiſſe in quinta parte, omnes autem uniformitèr concludunt, utrumque prædium parùm, vel nihil damnificatum fuiſſe in glande. Si itaque indubitatum eſt, grandinem non abſtuliſſe medietatem fructuum, ſed fuiſſe longè 63 minorem, ſi ſimul ſumantur omnes fructus utriuſque prædii, ut fieri debere, obſervat *Bald. in l. licet 8. n. 16. Cod. Locat. Socin. Jun. conſ. 78. ſub n. 6. lib. 2. Bondon. collect. 43. num. 117. & 118. lib. 1. Gab. conſult. 24. num. 17. Concioł. ad Stat. Eugub. lib. 2. rubr. 71. n. 10. Surd. dec. 135. num. 6. Borgnus dec. Bonon. 59. n. 11.* imperceptibile, & impoſſibile eſt, potuiſſe excedere medietatem penſionis ſolvendæ, 64 cum fructus ſemper ſoleant eſſe majores penſione conventa. *Gab. conſult. 42 ſub n. 28.*, nec ſoleant homines, prædia conducere pro majori penſione, quam ſit illo- 65 rum redditus. *Senatus Mantuæ apud Bondon. collect. 20. ſub n. 367. num. 1. Addent. ad Gregor. dec. 102. num. 5. in fine. Rot. poſt Pacion. de Locat. dec. 25. § Nec ex eo quòd, in Veneta impreſſ., & coram Coccin. dec 1613. num. 65. & in Recent. dec. 10. num. 13 part. 18*

Oſtenſo ex his, deſalcum locum habere non poſſe, ceſſat in radice objectum, ad quod Bertonus confugiebat, quòd nempè, ubi non benè percipi poteſt fructuum quantitas, & impenſa pro eis facta, propter varias, vel minùs diſtinctas 66 teſtium depoſitiones, tunc ſoleat arbitrio Judicis fieri aliqua remiſſio, ex æquitate, pro ratione tertiæ, vel quartæ partis, juxta praxim, de qua *Covarruvias Pract. quæſt. lib. unic. cap. 30. ſub n. 2 verſ. mihi tamen*, ubi inquit, ſe ſæpiſſimè hujuſmodi ſententias ſubſcripſiſſe. *Valaſc. de Emph. q. 27. num. 24. in fine verſ. adde tamen*, ubi, quòd iſta praxis eſt æquiſſima. *Merlin. in Emper. Juriſ. tit. de Locat. quæſt. 1. n. 13. Pacion. de Locat. cap. 47. n. 63. & ſeqq. & cap. 48. n. 27. & alleg. 63. n. 31 & 33 Rota Florentina apud Capponi. reſol 43. ex num. 19. Rot. coram Mantic. dec 35. n. fin.*

Etenim, quidquid ſit de hoc arbitrio, Judici tributo in ſupradicto caſu, quod, reprobato *Covarruvias*, ex profeſſo impugnat *Molin. de Juſt., & Jur. Tract. 2.* 67 *de Contract. diſput. 493. num. 4. verſ. ſubjunges, & ſeq.*, ubi acritèr invehit contra opinionem *Covarruvias. Farin. ad Covarruv. Pract. Quæſt. d. cap. 30. n. 15.*, ubi contrarias Authoritates renicit. *Gab. dict. conſult. 42 n. 47. & ſeqq.*

Eorum ſententia recipi ſolùm poſſet, quando dubietas, & incertitudo verſaretur circa liquidationem expenſarum, valorem fructuum, vel quid ſimile, tunc enim Judex, licèt ex Juris rigore, poſſet conductorem, ſpecificè non probantem damnum, & expenſas, condemnare ad ſolvendum affictus, ex æquitate tamen, debet ejus arbitrium interponere, illaque liquidare, attentis facti circumſtan- 68 tiis, & veriſimilitudine, ut declarat *Molin. de Contract. diſput. 493 § Subjungitur, verſ. ego ſane*, & in his terminis loquitur *Pacion. de Locat. cap. 48 n. 17.* Vel quando, Conductor fuiſſet impeditus uti re conducta, & ob id certum eſſet, aliquod damnum recepiſſe, etiam in fructibus. Cum enim iſto caſu, ſive damnum ſit modicum, ſive magnum, & intolerabile, reſici, & bonificari debeat, ut tradunt Authoritates *ſupra citata num. 10*, poſſet Judex, etiam non probato ſpecificè damno, illud juxta veriſimilitudinem, in aliqua quantitate arbitrari, & in terminis procedit *Pacion. alleg. 63 num. 24. 32 & 33. & Deciſio Rota Florentina apud Capponi. reſol 43. ex n. 19. & cor. Mantic. ld 35. n. 6.*, ubi dam- 69 num ex hac cauſa provenerat, & non erat intolerabile. Vel demum, quando probationes ſunt controverſæ, æquivocæ,

& omninò non concludentes, ſed admodum urget ſterilitatis probatio, itaut Judex, ſi non phyſicè, ſaltem moralitèr, certus ſit intrare reſtaurum, ob intolerabile damnum; In his quippe terminis, cum arbitrium ſit favorabile conductori, reſtaurum petenti, & non præjudicet locatori, quem certum eſt, debere facere remiſſionem ob damnum immodicum, Judex relicto juris rigore, & amplectendo æquitatem, illud in tertia, vel quarta parte,
70 vel in alia, ſecundum urgentiam probationum, pro ejus arbitrio poterit liquidare, & hic eſt ſenſus, in quo verè loquitur *Covarr. Pract. d. cap. 30. num. 2. verſic. ſubjungit. Pacion. de Locat. cap. 47. n. 66., & cap. 48. num. 17., aliique, in dicto loco relati*.

Nec in alium ſenſum intelligi poſſunt prædictæ authoritates nam ſi iſtæ intelligerentur etiam in caſu, quo fortitèr non urgeret probatio ſterilitatis, & damni intolerabilis, melioris conditionis eſſet conductor, qui ſpecificè non probat quantitatem ſeminis, expenſarum, & damni, quàm is, qui circa omnia, probationes ſpecificas, & omnino concludentes adduceret. Quando enim ex parte conductoris, fit ſuper quantitate damni, diſtincta, & pleniſſima probatio, ei non conceditur remiſſio, niſi ex ea reſultet, damnum eſſe adeo magnum, ut fructus
71 percepti ad medietatem penſionis locatori debitæ, non aſcendant. Quando verò probatio non eſſet diſtincta, & ſpecifica, tunc, ſive certum ſit damnum ultra medietatem penſionis, ſive non, ſemper remiſſio eſſet facienda arbitrio Judicis ſicque eſſet aperta via fraudibus conſequendi indirectè, & non adimplendo injuncta conductori à Lege, quod directè non permittitur, & poſſet ſemper conductor, artificiosè probationes imperfectas, & involutas faciendo, ſperare de-
72 falcum à Judice, ex aliqua cauſa benevolo, & effrænatam in hoc poteſtatem habente. Unde ad tale abſurdum, & inconveniens evitandum, talis æquitas, quæ iniquitatem redoleret, non eſt admittenda, & non probata ſaltem in genere enormiſſima læſione, remanere debet firma regula, ut Conductore non
73 probante damnum intolerabile, reſtaurum ſit denegandum. *Molin. de Contract. d. diſput. 495. verſ. ſubjungit. latè Contal. d. alleg. 37. num. 6. & ſeqq. & ſub n. 16. & ſeqq.*

Et ita utraque &c.

Senen. Expulſionis.

Mercurii 23. Martii 1706. ab Incarnatione.

ARGUMENTUM.

Purgatio moræ admittitur, quamvis devolutio ſit acceptata, mora ſit geminata, & Statutum mandet, conductorem, penſionem infra certum tempus non ſolventem, expelli poſſe; Maximè ſi jus locatoris non ſit effectum deterius, & ſatiſfactio fuerit celeris, & poſt paucos menſes à die temporis caducitatis, arbitrio Judicis.

SUMMARIUM.

1 *Conductor, qui intra præfixum tempus penſionem non perſolvit, admittitur ad beneficium purgationis moræ.*

2 *Mora purgatio admittitur, quando res eſt integra, & locatoris jus non eſt factum deterius, quamvis devolutio fuerit acceptata, & quamvis mora fuerit geminata, & Statutum præſcribat expulſionem, ibid.*

3 *Amplia, etiamſi jus domini fuerit effectum deterius, ſi conductor ſit promptus reſarcire damnum.*

4 *Purgatio moræ non ex eo ceſſat, quòd locator inveniat majorem penſionem; ex hoc enim amittit lucrum, ſed non dicitur in damno.*

5 *At purgatione moræ, ut quis excludatur, non ſufficit acceptatio caducitatis.*

Immò, nec ſententia ſuper caducitate, niſi fuerit perfectè executa. Ibid.

6 *Mora, quamvis geminata, purgatur.*

7 *Statutum mandans expelli conductorem, infra certum tempus penſionem non ſolventem, denotat tempus ſolutionis præſcriptum, ſed non tollit purgationem moræ.*

8 *Intelligitur ad formam Juris, quatenus purgatio moræ non petatur, ſeu de Jure non competat.*

9 *Purgatio moræ, requirit celerem ſatiſfactionem.*

10 *Satiſfactio, an celeris potius, quàm ſerotina dicatur, metiri non debet à die emiſſa ſolutionis, ſed acceptatæ caducitatis, & reſolutionis contractus.*

11 *An ſatiſfactio ſit celeris, vel ſerotina, remittitur prudentiæ, & conſcientiæ Judicis.*

12 Si

11 *Si à die acceptatæ caducitatis, vix lapſi fuerint aliqui menſes, ſatisfactio dicitur celeris.*

DECISIO V.

CRedens D. Hyacinthus Naldus, non potuiſſe ſibi à Deputatis Operæ Beatæ Mariæ Virginis de Proventano ſieri Præceptum de evacuando à domo, ob non ſolutas debito tempore penſiones, ſupplices preces porrexit S.C. Reverendiſſimæ, ad hoc ut dignaretur delegare cognitionem, an eſſet locus confirmationi præfati Præcepti, & voti compos effectus, opportunè diſcuſſis meritis Cauſæ, prolata fuit ſententia, Præcepti confirmationem denegans.

Licèt enim d. D. Hyacinthus penſionem, ſtatutis temporibus, non ſolverit, tamen, cum concludenter docuerit ex poſt ſuum debitum integralitèr ſatisfeciſſe, admitti debet ad beneficium purgationis moræ, competentis conductori,
1 qui penſionem intra præfixum tempus non perſolvit, ut eſt *text. in cap. propter §. Verum, & cap. potuit. de locat. Alderiſ. de Symbol Contract. tit. 1. de Locat. & Conduct. cap. 9. n. 48. Horatius Rovatus*, olim hujus inclitæ Rotæ Auditor, *deciſ. Lucen. diverſor. 139. n. 5.*

Non obſtat, quòd hæc moræ purgatio non admittatur, ſtante acceptatione devolutionis, mora geminata, & Statuto præſcribente expulſionem. Duplex enim pro eliminatione prædictorum objectorum occurrit reſponſio, quarum prima eſt, quòd his non obſtantibus, purgatio moræ ſemper admittitur, quoties res eſt
2 integra, & locatoris jus non eſt effectum deterius. *Pacion. de Locat. cap. 55. n. 74. & ſeqq. Caſtald. conſult. 170. n. 5. Mart. Medic.* olim hujus noſtræ Rotæ Auditor, *examinat. 28. num. 11.*, ubi plures refert. *Horatius Rovatus*, paritèr hujus noſtri Tribunalis olim Auditor, *deciſ. Lucen. diverſor. 139. n. 5. Palm. Nep. dec. 133. n. 19. & ſub n. 20.*

Immò nec obeſſet, ſi jus Domini eſſet effectum deterius, quando Conductor
3 eſt promptus reſarcire damnum. *Pacion. de Locat. cap. 55. n. 76.*

Haud relevante, quòd hodiè Opera Actrix ſit in damno, dum invenit majorem penſionem. Quia, ultra quòd hoc in facto juſtificatum non fuit. Urget reſponſio, quòd iſta eſſet ſimplex amiſſio majoris lucri, quæ non ſufficit ad hunc effectum, ſed neceſſe eſſet probare
4 damnum poſitivum. *Pacion. de Locat. d. cap. 55. n. 78.*

Secunda reſponſio eſt, quòd ut conductor excludatur à purgatione moræ, non ſufficit acceptatio devolutionis, immò nec etiam ſententia ſuper caducitate incurſa, ſed requiritur, quòd iſta fuerit perfectè executa. *Pacion. de Locat. d.*
5 *cap. 55. num. 68. & ſeqq. Tiganl. ad Statut. Ferrar. tom. 1. lib. 2. rubr. 34. num. 12. de Luc. ad Gratian. diſcept. 915. num. 1.* Nec ſatis eſt, quòd mora ſit geminata, nam hoc non obſtante, admittitur adhuc pur-
6 gatio. *Rot. Lucen. inter dec. diverſor. recollect. per Palm. Nep. d. dec. 133. num. 19. 20. & 24. Rot. coram Emerix jun. dec. 1140. num. 15.*

Prout quidquam non obſtat Statutum, mandans expelli poſſe conductorem, qui intra certum tempus, non ſolvit penſionem. Quia hujuſmodi Statutum emanavit ad denotandum tempus, ſolutioni præfinitum, quo elapſo, poteſt expelli conductor, ſed non tollit purgationem
7 moræ, cum intelligi debeat ad formam Juris, quatenus nempè, vel non petatur, vel non competat purgatio moræ, ut
8 in propria materia, de qua agitur, *Sperell. deciſ. 71. num. 20.* ubi plures citat.

Et demum obeſſe non valet, quòd
9 *Text. in cap. propter §. Verum, & cap. potuit. de Locato*, requirat celerem ſatisfactionem. Quoniam, cum ad hunc effectum tempus computari debeat, non à die omiſſæ ſolutionis, vel lapſi termini, à Sta-
10 tuto præfixi, ſed à die acceptatæ caducitatis, & reſolutionis contractus, ut in terminis locationis *Pacion. de Locat. cap. 55. num. 57.* & in terminis Emphyteuſis *Rot. Lucen. inter dec. recollect. per Palm. Nep. deciſ. 133. num. 5. 27. & 38. Rot. coram Dunozet jun. dec. 419. ſub num. 18.*, & hoc modo facta computatione temporis, vix lapſi fuerint aliqui menſes, admittenda eſt
11 moræ purgatio, cum Judex, cujus prudentiæ, & conſcientiæ remittitur, an ſatisfactio ſit celeris, nec ne, pro celeritate judicare debeat, quando ſolutio ſit intra

pau-

12 paucos menſes, ut pro ſequitur *Pacion. de Locat. d. cap. 55. num. 55. & 56.*
Et ita utraque &c.

Montis Alcini Fideicommiſſi.

Veneris 15. Aprilis 1707.

ARGUMENTUM.

Juxta reſponſum Papiniani in *l. cum Avus ff. de condit., & demonſtr.*, confirmatum à Juſtiniano in *l. cum acutiſſimi Cod. de Fideic.*, ex tacita conditione *ſi ſine filiis*, excluditur locus pius, ſi ſit ſubſtitutus, non obſtantibus aliquibus conjecturis, in ſe ipſis irrelevantibus, & refractis ab aliis, ex quibus diſpoſitio prædictorum Jurium, eo libentiùs amplectitur.

SUMMARIUM.

1 *Conditio* — ſi ſine filiis — *ex conjectura pietatis, & charitatis benignè ſuppletur, ad terminos* text. in l. Avus ff. de condit., & demonſtr., & in l. cum acutiſſimi C. de fideic.

2 *Diſpoſitio prædictorum Jurium ceſſat, ubi ex conjecturis conſtat de contraria voluntate diſponentis.*

3 *Iſta tamen debent eſſe urgentes, & concludentes.*

4 *Ex conditione tacita* — ſi ſine filiis — *excluditur ſubſtitutus, quamvis æquè filius, ſeu deſcendens.*

5 *Fortiùs excluditur locus pius ſubſtitutus, cui leges minùs favent, quàm filio, & deſcendenti.*

6 *Diſpoſitio prædictorum Jurium, locum habet in filiis, tàm legitimis, quàm naturalibus.*

7 *Item habet locum in filiis legitimatis, qui Juris fictione efficiuntur legitimi.*

8 *Etiam ſi legitimati veniant ad excluſionem aliorum filiorum Teſtatoris, & in legitimatione appoſita ſit Clauſula, ſine præjudicio venientium ab Inteſtato, ibid.*

9 *Subſtitutus, non excluditur à filiis prædecentis vocati, ſi eſtius vocatio ſit reſtricta ad vitam.*

Declara, ut num. ſeqq. & n. 14.

10 *Hoc tamen non procedit, quando deficiat alia dictio taxativa,* tantùm, *vel ſimilis.*

11 *Subſtituere ad vitam, & gravare ad reſtituendum poſt mortem, paria ſunt.*

12 *Ideò ſubſtitutio ad vitam non impedit, quin intret benigna ſuppletio conditionis* ſi ſine filiis.

13 *Declaratur in propoſito* Rot. deciſ. 285. par. 10. dec. 411. cor. Celſo, *& aliæ Auctoritates, & numeris ſeqq.*

14 *Subſtitutio ad vitam, ſi concomitetur aliis conjecturis, non cenſetur facta ſub conditione* ſi ſine filiis.

15 *Filii non cenſentur poſiti in conditione tacita, ſi in alia diſpoſitionis parte, legantur in conditione expreſſa.*

Declara, ut infra.

16 *Hoc tamen non procedit, deficientibus aliis conjecturis validiſſimis.*

17 *Nec procedit, quando in conditione expreſſa, fuerunt poſiti filii alterius perſonæ, quàm gravati.*

18 *Maximè quando diverſa militat ratio, adiciendi conditionem, potiùs in uno caſu, quàm in alio.*

19 *Filii non cenſentur in conditione poſiti, in teſtamento tranſverſalis.*

20 *Conditio,* ſi ſine filiis, *expreſſa in caſu, quo à Lege non ſubintelligitur, cenſetur conſultò omiſſa in caſu, quo ſuppletur à Lege.*

21 *Argumentum, à diſcretiva deſumptum, ſtante rationis diverſitate, frigeſcit.*

22 *Conditio,* ſi ſine filiis, *expreſſe adjecta gravato tranſverſali, ex majoritate rationis facit præſumere, quòd Teſtator voluerit gravare filium, ſeu deſcendentes ſub eadem conditione.*

23 *Filii expreſsè vocati, patre inobſervante voluntatem teſtatoris, eò magis cenſentur in conditione poſiti, patre decedente.*

24 *Ex rationis identitate, ſeu majoritate, filii eo faciliùs in conditione poſiti cenſentur.*

25 *Diſpoſitio clara in caſu contraventionis, declarat dubium in caſu obitus.*

DECISIO VI.

QUod reſpondit acutiſſimi ingenii vir, Papinianus in *lib. 9. Reſponſorum*, regiſtrato *in l. cum avus 101. ff. de condit. & demonſtrat.*, cujus diſpoſitionem, cum ejus eximia laude, Imperiali auctoritate confirmavit, & ampliavit Juſtinianus *in l. generalitèr 6. §. cum autem C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. cum acutiſſimi C. de fideicom.*, reſpondendum in hodierna audientia cenſuimus, ad favorem Henri-

ci

ci. Cum enim Ludovicus, ſibi herede ſcripto Franciſco filio quoad vixerit, ei ſubſtituerit Locum pium, iſtius ſubſtitutioni locus eſſe non poteſt, niſi caſu, quo inſtitutus heres ſine filiis deceſſerit, proindéque eo defuncto, relicto poſt ſe Henrico filio, hic excludit ſubſtitutum, ad hoc impellente conjectura pietatis, & charitatis, qua attenta, minus cenſetur in teſtamento ſcriptum, quàm dictum, ut extollendo ſanctionem Cæſarei Juris
1 in ſupradictis ll., unanimitèr firmant *Ruſtic. in d. l. cum avus lib. 1. cap. 11. n. 1. Hieronym. Pappinus*, olim hujus Almæ Rotæ Auditor, *conſ. 39. num. 7. Socin. Jun. conſil. 136. ex num. 18. lib. 1. Menoch. conſ. 625. num. 16. & conſ. 680. num. 19. Torr. de Primog. part. 2. quæſt. 16. num. 2. & ſeqq. Rot. in rec. dec. 170. num. 7. & 8. part. 17. & deciſ. 503. num. 16. part. 19. & in Romana Fideicommiſſi 13. Aprilis 1701. §. Verum, coram R. P. D. meo Anſaldo, & in Comerinen. Fideicommiſſi 3. Julii 1702. §. Hæc autem, & §. Rurſus, coram Muto, & in Romana Fideicommiſſi 29. Januarii 1706. §. Agitur, coram D. Molines.*

Et quamvis à diſpoſitione prædictarum Legum recedatur, ubi ex conjecturis conſtat de contraria voluntate Teſtatoris:
2 *Gloſſ. in d. l. cum acutiſſimi 30. V. votum ſuum. Ruſtic. in eadem l. cum avus lib. 2. cap. 4. num. 1. & ſeqq. lib. 3. cap. 4. num. 8. & ſeqq. & cap. 6. num. 30. & lib. 5. cap. 1. ſub num. 71. Socin. Jun. conſ. 115. num. 5. & conſ. 128. num. 33. & 52. lib. 1. Pariſ. conſ. 20. num. 33. lib. 3. Corn. Jun. conſ. 33. num. 8. Menoch. conſ. 95. num. 16. Allegrad. conſ. 61. num. 31. & ſeq. lib. 1. Maſſin. de Conſiſcat. quæſt. 33. ſub num. 19. Addent. ad Pamphil. dec. 100. num. 29. Rota coram Celſ. dec. 159. num. 3. Pratinger. deciſ. 331. num. 4. Ottobon. dec. 170. num. 5. in rec. dec. 285. ſub n. 1. part. 10. inter impreſſas ad ornatum Card. de Luc. dec. 2. ſub num. 15. tom. 10. de Fideicomm. in Manuſſo*, iſtæ tamen debent eſ-
3 ſe urgentes, & concludentes, quæ fortitèr ſuadeant Judicantis animum ad credendum, Teſtatorem voluiſſe à regula, in ſupraſcriptis ll. fundata, recedere. *Ruſticus in dicta l. cum avus lib. 1. cap. 2. num. 27. & cap. 16. num. 23. & lib. 6. cap. 4. n. 16. Hieronymus Pappinus*, qui in hoc inclito Tribunali ſumma cum laude ſedit, *cit. conſ. 39. num. 15. Duran. reſp. 1. n. 41. & pluribus ſeqq. lib. 2. Palma Neap. alleg. 393. ſub n. 18. Conſul. ad Peregrin. art. 25. fol. 106. verſ. ſed quidem dubitatum eſt, & pluribus ſeqq.*, ubi reſpondet contrariis rationibus, & auctoritatibus. *Mantic. de Conject. lib. 11. tit. 14. ſub n. 5. Baldacc. Dec. & Rer. Judicat. tit. 3. de Legat. & Fideic. dec. 3. n. 7. & ſeqq. & dec. 4. n. 1. & 12. Rota in dicta Romana Fideicommiſſi 29. Januarii 1706. §. Quæ à præmiſſa, coram Molines.*

Tales autem viſæ non fuerunt conjecturæ, quæ ex parte Loci pii ſubſtituti afferebantur. Prima enim deſumpta ex favore piæ cauſæ ſubſtitutæ, non urget; quia ſi diſpoſitio dictarum ll. habet locum etiamſi ſubſtitutus ſit alter filius Teſtatoris, cui jure naturæ, & ex com-
4 muni voto parentum, ſucceſſio debetur, ut diſponitur in eadem *l. cum avus*, ibique notat *Ruſtic. lib. 2. cap. 1. n. 1. & ſeqq. Pappinus*, in hoc inclito Tribunali Prædeceſſor emeritus, *d. conſ. 39. n. 9. Vaſq. de Succeſſ. Creat. tom. 1. lib. 3. §. 27. limit. 31. ſub n. 4. verſ. Tertio aſtringo. Fuſar. de Subſtit. quæſt. 303. num. 72. & ſeqq. Menoch. lib. 4. præſumpt. 89. n. 119. Tiraquel. in l. ſi unquam. V. donatione largitus n. 140. Antunez de Donat. tit. 1. prælud. 1. §. 2. n. 131. Torr. de Primog. tom. 1. quæſt. 16. n. 10. Palma Neap. alleg. 213. ſub n. 13. & alleg. 393. ſub n. 18. Baldacc. Dec. & Rer. Judicat. tit. 3. dec. 4. n. 8. Rota in d. Camerinen. Fideicommiſſi 1702. §. Minus obſtat, cor. Muto, & in Romana Fideicommiſſi 13. Aprilis 1701. §. Verum, coram Anſald.* potiori jure dicendum eſt locum habere debere, ſubſtituta pia cauſa, erga quam, nec tantus legis favor, nec tanta Teſtatoris affectio, pro colligenda ipſius volunta-
5 te præſumitur, ut in puncto firmant *Socin. Jun. conſ. 25. n. 28. lib. 1. conſ. 96. num. 4. lib. 3. Ruſtic. in d. l. cum avus. lib. 2. cap. 2. n. 1. & per tot., & lib. 3. cap. 1. n. 68. & ſeqq. Menoch. d. conſ. 625. n. 18. & præſumpt. 89. n. 124. lib. 4. Mantic. de Conject. lib. 10. tit. 7. n. 3. & ſeqq. Peregrin. de Fideicom. art. 28. num. 87. Fuſar. de Subſtit. quæſt. 303. n. 35. & ſeqq. Cancer. Var. lib. 1. cap. 2. n. 81. Antunez de Donat. lib. 1. prælud. 2. §. 2. num. 133. Torr. de Primogenit. tom. 1. d. quæſt. 16. num. 2. & ſeqq. & n. 9. & ſeqq. Pacronell. dec. 43. adnot. 1. n. 92. Addent. ad Pamphil. dec. 100. n. 25. & 26.* ubi reſpondet objectio, quòd Eccleſia habetur loco filii. *Rot. in rec. dec. 170. n. 14.*

&

& dec.308. n.15. par.14. & in d. Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Verùm, coram D. mea Anfald., & in Romana Fideicommiſſi 29. Januarii 1706. §. Quæ quidem, coram D. Molines Sac. Rot. Decano.

Non obſtante, quòd ad excluſionem piæ cauſæ veniat Henricus filius naturalis Ludovici. Tum quia diſpoſitio *l. cum avus*, fuit ab Imperatore ampliata etiam ad filios naturales, cum naturalis pietas, cui innititur dd. ll. diſpoſitio, communis ſit, tam filiis legitimis, quàm
6 naturalibus. *l. generaliter §. Cum autem C. de inſtit. & ſubſt. Decian. reſp.1. n.117. lib.2.* Tum etiam quia, cum ipſe ampliſſimam obtinuerit legitimationem, fictione legis legitimus evaſit, omnibus effectibus, quibus gaudent filii ex legitimo matrimonio nati, frui debet, & conſequenter etiam
7 diſpoſitione dictarum ll. ad finem excludendi ſubſtitutum. *Bald. in d. l. cum acutiſſimi n.12. C. de fideic. & conſ.349. colum.2. verſ. ſequitur videre, lib.3. Ruſſ. in d. l. cum avus, lib.2. cap.13. num.122. Menoch. de Præſumpt. lib.4. præſumpt.89. num.105. Mantic. de Conject. lib.10. tit.7. num.17 & lib.11. tit.10. num.17. Verſic. contrarium igitur ſententiam, & ſeqq. Peregrin. de Fideicom. art.13. num.41. Intrigliol. de Subſtit. centur.3. quæſt.51. n.13. Fuſar. eodem Tract. quæſt.407. n.18. Addent. ad Pamphil. dec.100. num.17. Rot. in rec. dec.132. num.1. part.16. & pleniſſimè in d. Camerinen. Fideicommiſſi 1701. §. Siquidem, & pluribus ſeqq.*, ubi reſpondet contrarii, & firmat hoc procedere etiam
8 ad excluſionem aliorum filiorum Teſtatoris, & quamvis in legitimatione appoſita ſit clauſula *ſine præjudicio venientium ab inteſtato*.

Minùs urgere viſa ſunt ſecunda conjectura, elicita, ex quo diſpoſitio Teſtatoris, ad vitam Francisci fuerit reſtricta, quæ reſtrictio operatur, ut non ſit locus di-
9 ſpoſitioni *l. cum avus*, ſed poſt mortem Francisci admitti debeat ſubſtitutus, ut tradunt in ſpecie *Ruſſ. in d. l. cum avus lib.2. cap.16. num.4. & ſeqq. & ſub n.22.* ubi, quòd iſta eſt urgentiſſima conjectura, *& num.37. Dec. conſ.304. num.8. Socin. Jun. conſ.126. num.17. lib.1. Magon. dec. Florent.52. num.12. Rot. coram Celſ. dec. 411. num.18. & 19. in rec. dec.285. num.2. part.10.*

Siquidem quando inſtitutio, ſubſtitutio, aut legatum, ad vitam reſtrictum, eſt deſtitutum clauſula taxativa *tantum*, vel ſimili, ſuppletionem conditionis *ſi ſine fi-*
10 *lius* non tollit, nam cum pater ſint relinquere quod venerit, & gravare ad reſti-
11 tuendum poſt mortem, in ſpecie *Coman. in d. l. cum avus num.3. abque Socin. Sen. num.15. & 16. Peregrin. conſ.61. num.4. verſ. ſed iſtis, lib.2. Altograd. conſ. 45. num.75. lib.1. Conſul. ad Peregrin. artic.13. fol.103. verſic. non omittam. Magon. dec. Florent.52. num.4. & 5. Rota in d. Romana Fideicommiſſi 1706. §. Siquidem, coram Molines*, ſequitur quòd tam reſtrictio non tollat, quin hoc onus reſtituen-
12 di poſt mortem, intelligatur, quatenus gravatus *ſine filiis* decederet, ut proſequuntur in individuo *Coman. & Socin. Sen. ubi ſupra n.15. Socin. Jun. conſ.98. num.7. lib.3. Peregrin. conſ.61. num.4. & 5. lib.2. Altograd. d. conſ.45. num.75. lib.1. Hieronymus Pappon. d. conſ.30. num.13. & ſeqq. Menoch. de Præſumpt. lib.4. præſumpt. 89. num.133. Intrigliol. de Subſtit. cent.3. quæſt.51. num.8. Fuſar. de Subſt. quæſt.393. num.7. Conſul. ad Peregrin. art.13. fol.103. verſ. ſecundo quod etiam, & ſeqq. Magon. dict. dec. Florent.52. n.4. & 5. Rot. in d. Romana Fideicommiſſi 29. Januarii 1706. §. Siquidem, coram Molines.*

Nec adverſantur Auctoritates, in oppoſitum citatæ, quia omnes loquuntur, aut quando adſunt dictiones taxativæ, vel
13 expreſſæ, & in his terminis loquitur *Rota d. dec.285. ſub n.1. par.10. & cor. Celſ. d. dec.411. n.18. & 19.*, immò hæc Deciſio potius favet, dum in ea expreſſè, licet remiſſivè, approbatur diſtinctio *Altograd. in cit. conſ.45. num.75. lib.1.* vel ſaltem tacitæ, & virtuales, ita ut reſtrictio ad vitam concomitetur circumſtantiis talibus, quæ oſtendant Teſtatoris volunta-
14 tem recedendi à diſpoſitione dictarum ll., & in his terminis procedunt ſcripta per *Ruſſ. & Dec., licet* in objectio indicatis, quodque in iſtis terminis loquatur, & recipienda ſint contrariæ Auctoritates, eas particulariter expendendo, & conciliando, in his terminis tradit *Altograd. d. conſ.45. num.76. lib.1. Fuſar. de Subſtit. cit. quæſt.393. num.7. verſ. aliud dicendum eſſet. Conſul. ad Peregrin. d. artic.13. fol.103.*, & latiùs *in d. Romana Fideicommiſſi 29. Januarii 1706. §. Tales autem*

ſtim

cum ejus decis. ſeqq. coram Molines.

Irrelevans pariter deteſta fuit tertia
conjectura, deprompta ex quo Teſta-
tor in caſum præmorientis Franciſci hæ-
redis inſtituti, vocaverit Alexandrum ex
fratre nepotem, eique *ſi ſine filiis* deceſſe-
rit ſubſtituerit Robertum Nepotem, un-
dè inferrebatur, quòd ſicut Teſtator, ubi
voluit in conditione ponere filios, id
expreſsè dixit, ita dum illos in conditio-
15 ne non poſuit, noluiſſe dicendum eſt in
ſpecie *Surd. Jun. conſ. 128. num. 33. lib. 1.
Fuſar. de Subſtit. d. quæſt. 303 numer. 83.
& 119. Magon. dec. Florent. 32. n. 11. Rota
coram ſ.m. Alex. VIII. decrſ. 270.
num. 6. & 7. Celſ. dec. 139. num. 5. in rec. d.
dec. 183. ſub num. 1 & 2. part. 10.*

Quoniam, deficientibus aliis validiſſi-
mis conjecturis, ex eo ſolum quòd Te-
ſtator de filiorum filiis in aliqua ſubſti-
tutione mentionem fecerit, ex hoc non
ceſſat conjectura pietatis in ea parte, ſeu
16 ſubſtitutione, in qua ſpecificè conditio-
nem *ſi ſine filiis* non expreſſit. *Cornens con-
ſil. 197. num. 6. & 7. lib. 3. Peppinus noſter
d. conſ. 39. num. 15. verſ. his ſic firmatis,
& ſeqq.* ubi, quòd requiritur fuiſſe factam
17 mentionem de filiis ipſius gravati, nec
ſufficit Teſtatorem cogitaſſe de filiis alte-
rius perſonæ. *De Luc. de Fideic. diſc. 74. ſub
num. 3 & num. 6. in fin. Rot. coram Cerro.
dec. 480. num. 5. Pamphil. dec. 100. num. 12.
& 13. Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis
1701. §. Quia etiam, & §. Et ſecundo, co-
ram Anſald. Camerinen. Fideicommiſſi 3.
Julii 1702. §. Porro non relevat, coram Mo-
ro, d. Romana Fideicommiſſi 29. Januarii
1706. §. In ſubſiſtens, & §. Atque, & ſeqq.
coram Molines.*

Præcipue, quando militat diverſa ra-
tio, impellens Teſtatorem ad ſpecificè
adducendam talem conditionem, potiùs
18 in uno caſu, quàm in alio. In ſubſtitu-
tione enim facta Alexandro ex fratre
nepoti, ideò illam appoſuit, quia à Le-
ge non ſupplebatur, cum conjectura
pietatis, quæ eſt petra fundamentalis di-
19 ctarum ll., non habeat locum in Te-
ſtamento, condito à tranſverſali, ut
pluribus reliſtis *Torr. de Primogenit. to. 2.
quæſt. 16. ſub num. 34. verſ. demum expreſ-
ſo, fol. 77. Rot. dec. 358. n. 5. part. 3. dec. 170.
num. 9. part. 17. rec. cor. Ansov. ſen. dec. 436.
num. 4. poſt de Luca de Fideicommiſſ. in
Miſcell. dec. 2. num. 23. & 28.*; ſed cum
reſpectu Franciſci filii illa à Lege ſubin-
telligeretur, ideò illam conſultò potuit
omittere, probè ſciens, quòd ſupplebatur
20 tur à Lege abſque alia expreſſione. Ac
propterea, concurrente motivo diverſita-
tis ſpecificandi conditionem potiùs in
una ſubſtitutione, quàm in alia, argu-
mentum à diſcretiva deſumptum ſtrep-
21 ſcit in individuo *de Luc. de Fideic.
diſc. 74. ſub num. 3. Rot. cor. Cerro dec. 480.
num. 5. & 6.*

Quin immò, ex hac circumſtantia potiùs
elicitur fortiſſimum argumentum demon-
ſtrativum voluntatis Teſtatoris, ſubſti-
tuendi locum pium, quatenùs Franciſcum
deceſſiſſet ſine filiis: nam ſi illam condi-
tionem expreſsè voluit in ſubſtitutione
facta tranſverſali, in qua à Lege non ſup-
plebatur, multò minus dicendum eſt,
quòd derogando Legibus, voluerit illam
tollere in ſubſtitutione facta filio, primo
loco in Teſtamento vocato, & conſe-
quenter ex præſumptione Legis, & men-
22 te Teſtatoris, cum tota ejus poſteritate
magis dilecto. Hac autem ſtante unifor-
mitate rationis, reſpectu ſui Franciſci con-
ditio *ſi ſine filiis*, in una parte Teſtamenti,
& in ſecunda ſubſtitutione adjecta, arguit
illam voluiſſe fuiſſe etiam in prima. *Hie-
ronymus Palma conſ. 2. num. 56. Rota in d.
Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701.
§. Adducitur, coram Anſald. d. Camerinen.
Fideicommiſſi 3. Julii 1702. §. Creſcitque,
& ſeq. & §. Quarta conjectura, coram Moro
& in cit. Romana Fideicommiſſi 29. Janua-
rii 1706. §. Immò, & ſeq. cor. Molines.*

Augeturque vis hujus demonſtratio-
nis, ponderando, quòd in caſu, quo Fran-
ciſcus filium in ſolutione legatorum defi-
ceret, ejuſque voluntati contraveniret,
ipſum commodo ſucceſſionis privavit,
illamque non Loco pio, ſed filiis appli-
cari voluit. Ac proindè, ſi exiſtente filio
inobediente, & refractario, voluit hæ-
reditatem ejus filiis deferri, ad excluſio-
nem Loci pii, quamvis ex hoc pater con-
traveniens, & exoſus, aliquod commo-
dum ſentire poſſet, à fortiori dicendum
eſt, noluiſſe illos excludere in caſum obi-
23 tus patris, benè ſe gerentis, & præcepta
ei in Teſtamento injuncta obſervantis,
nedum ſumendo argumentum ab iden-
24 titate, & majoritate rationis, juxta promi-
nè citatas Authoritates, ſed etiam inter-
pretando voluntatem Teſtatoris, quan-

nùs dubia in caſum obitus, à diſpoſitione clara, ab eodem facta in caſum contraventionis, prout, nè receſſum dicatur à
25 ſanctione *l. cum avus, & l. cum acutiſſimi*, in ſpecie conſiderat *Rot. in ſæpè citata Romana Fideicommiſſi 29. Januarii 1706. §. Idque, coram Molines*.

Et ita utraque &c.

Groſſetana, ſeu Senen. Imiſſionis.

Veneris 15. Aprilis 1707.

ARGUMENTUM.

Verſatur Deciſio circa eandem materiam, de qua in præcedenti, oſtenditur enim, quòd Subſtitutus excluditur à Filiabus fœminis, velut poſitis in conditione tacita, quamvis expreſsè fuerint in conditione poſiti filii maſculi.

SUMMARIUM.

1 *Fœminæ non minus, quàm maſculi cenſentur in conditione poſiti, in Fideicommiſſo ordinato ab Aſcendente.*

2 *Limita reſiſtente voluntate Teſtatoris, qui ad Maſculos ſe reſtrinxit.*

3 *Filiis maſculis, expreſsè in conditione poſitis, non ideò minùs fœminæ cenſentur in conditione poſitæ, ſi non ſit contemplata agnatio, infra n.7., & n.11.*

4 *Inter vocationem hominis, & illius excluſionem, datur medium, nempe vocatio Legis.*

5 *Ex quo filii maſculi fuerint in conditione poſiti, fœminæ non cenſentur excluſæ, ſed ſi de eis nihil eſt dictum, cenſentur in conditione poſitæ ex diſpoſitione Juris.*

6 *Teſtator vocando agnatos, præſumitur contemplare agnationem, & ſe conformare Statuto, pro illius conſervatione condito, Decl. ut infra n.8.*

7 *Stante voto agnationis conſervandæ, fœminæ non cenſentur in conditione poſitæ, & num.18.*

8 *Agnatio non cenſetur contemplata, ſi ſint vocati maſculi ſimul cum fœminis, ab agnato deſcendentibus.*

9 *Agnatio ut dicatur contemplata, non ſufficit quòd ſit ſubſtitutus Agnatus, niſi fuerit vocatus tamquam agnatus.*

10 *Agnatus, aliquando vocatur ratione affectionis particularis, vel ſimplicis conjunctionis.*

11 *Fœminæ, tamquam in conditione poſitæ, quando excludant ſubſtitutum, quamvis agnatum.*

12 *Abſurdum eſt, quòd Teſtator pietatem habeat erga fœminas tranſverſales, & ſit impius erga deſcendentes.*

13 *Fœminis tranſverſalibus vocatis, eo magis fœminæ deſcendentes cenſentur in conditione poſitæ.*

14 *Qualibet etiam impropria capi debet interpretatio, ut evitetur Teſtatoris impietas erga propriam ſobolem.*

15 *Et ne à linea, in qua bona ſunt ingreſſa, avocentur ob extraneo.*

16 *Teſtator non præſumitur conformatus Statuto Municipali, ſi adſpirans ad Succeſſionem non ſit de perſonis, à Statuto contemplatis.*

17 *Item ſi vocaverit fœminas, à Statuto excluſas.*

19 *Agnationis conſervandæ ratio, non eſt trahenda de una linea ad aliam.*

20 *Maximè ſi in alia linea ſint vocatæ fœminæ, & deſcendentes ab eis.*

DECISIO VII.

NON eſſe dandam immiſſionem Jacobo Antonio ſuper domo, & prædio, de quo agitur, reſponſum fuit, cum non conſtet de extremis, & ſignantèr de purificatione Fideicommiſſi, ad ejus favorem à Philippo ordinati. Iſte enim, licèt Michaeli ſubſtituerit Jacobum Antonium Actorem, tamen cum Fideicommittens fuerit aſcendens, ſubſtitutio ipſius ordinata cenſetur ſub conditione, quatenus Michael deceſſiſſet ſine filiis, ſive maſculis, ſive fœminis, cum etiam reſpectu iſtorum vigeat conjectura pietatis, ob quam, ex præſumpta mente Teſtato-
1 ris, ipſæ veniant ad excluſionem ſubſtituti, ut diſponit *Text. in l. cum acutiſſimi C. de Fideicom. in l. generaliter §. Cum autem C. de Inſtit., & Subſtit. Roſſ. in l. cum avus, lib.2. cap.4. num.6. & lib.3. cap.15. n.31. ff de condit., & demonſtrat. Vaſq. de Succeſſ. Creat. tom.1. lib.3. §.27. limit.31. num.4. Peregrin. de Fideicom. art.25. n.61. Fuſar. de Subſtit. quæſt.402. n.125. Mantic. de Conject. lib.11. tit.14. ſub n.4. verſ. Quarrò ſi conditio, & n.5. Menoch. lib.4. præſum-*

ſumpt.89. num.95. & 96. Marta Vot. Pr. ſen.71. n.15. Torr. de Primogenit. tom.1. cap.37. n.146. fol 350. & tom.2 quæſt.16. num.6.& 7. fol.74. Rot. coram Seraphin. deciſ.1216. num.5 Pamphil deciſ. 100. n.10. & 11. Coccin. dec.480. num 2 & 3. & in rec. deciſ.274. num.3. & deciſ.381. num.6. part.18. poſt de Luc. de Fideicomm. deciſ.23. num.9.

Non obſtat, quòd Michaeli fuerit ſubſtitutus Jacobus Antonius ſub conditione, ſi ipſe ſine filiis maſculis obiiſſet, ac proinde, ſtante conditione expreſſa cum qualitate maſculinitatis, fœminæ cenſeantur excluſæ, nec poſſint ſuccedere vigore tacitæ conditionis, à lege ſubintellectæ, ob reſiſtentiam voluntatis Teſta-
2 toris, qui ad maſculos ſe reſtrinxit. Bartol in d. l. cum avus n.4. ibique etiam Ruſtic. lib.3. cap.4. n.1. Soccin. Jun. conſ.69. num.10. lib.3. Parif. conſ.25. num.1 & 2. lib.2. Vantarin. conſ.16. n.30. & 136. & conſ.27. num.7., & ſeqq. lib.1 Fuſar. de Subſtit. d. quæſt.402. n.137. Mantic. de Conjec. lib.10. tit 8. n.10. & lib.11 tit 15. num.1. Molin. de Primog. lib.3. cap.5. n.31. & 37. ibique Addit. ad num.30. verſ. tota hac diſputatione Menoch. lib.4. præſump.89. num.97. Rodulphin. alleg.90. n.8. Rocas de Incompatib. part.3 cap.5. n.11. & 12. Torr. de Primogenit. tom.2 quæſt.16. n.51 fol.80. Sacripant apud eundem Torr. tom.1. cap.37. num.208. fol.357. & idem Torr. Var. Jur. Quæſt. tom.2. tit 2. quæſt.38. n.3. Pomarell. dec.43. advert.2. num.101. Rot. Florent. apud Savemat. contr.201. num.44. & ſeqq. ubi plures refert. Rot. Romana in rec. dec.93. num.20. part.11. dec 330. n.6. part.12.

Etenim cum Fideicommiſſum, de quo agitur, ſit purum, & ſimplex, non conditum favore agnationis, qualitas maſculinitatis, in conditione poſita, non eſt conjectura ſufficiens, ut ſublata remaneat diſpoſitio dictarum Legum, & excluſæ cenſeantur fœminæ à Teſtatore deſcendente, ad favorem Jacobi Antonii
3 tranſverſalis, & extranei, juxta celebrem diſtinctionem Aretini de Teſtam. gloſ.79. n.7. & 8 inter Tract. Magnoſ. tom.7. quam communitèr ſequuntur Ruſtic. in d. l. cum avus lib.1. cap.4. num.19. Alteriar. ad Romet. conſ 26. num.37. lib.1. Dondeus conſult.5 ſub n.10. verſ probatum. Rodulphin. alleg.14. n.12., & alleg.90. n.11. Palm. Nep. alleg.93. n.35. & alleg.113. num.16. & alleg.193. ſub num.27. verſ. & re vera. Torr. de Primogenit. tom.1. cap.15. ſub num.146., & ſeqq. fol. mihi 145. & tom.2. quæſt.16. num.14. verſ non reſiſtit, & pluribus ſeqq., ubi rationibus, & auctoritatibus contrariis ſatisfacit, fol. mihi 75. Petrus Aloyſius della Roſa ibidem n.103. & ſeqq. idem Torr. tom.1. Var. Jur. Quæſt. tit.2. quæſt.4. n.10. & 11. Pomarell. dec.43. advert 2 num.103. Rot. Florent. apud Savemat. contr.202. num.49. & ſeqq. Rot. Rom. cor. Pamphil. dec 100. n.18. Cerr. dec.948. num.8. & 12. Cavall. dec.166. num.11. in rec. dec.131. n.6. part 16., & inter impreſſas ad ornatum Card. de Luc. de Fideicom. dec.23. num.9. & 10. & in Bononien. Fideicommiſſi de Volta 20. Junii 1692. §. final. cor. Molin. & in Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Et ſecundo, cor. R.P.D. meo Anſaldo.

Ea ratione, quia ex eo quòd Teſtator poſuerit in conditione filios maſculos, reſultat quidem, quòd de fœminis nihil dixerit, non verò quòd illas poſitivè excluſerit, adeout nec eas voluerit maſculis
4 non exiſtentibus, cum enim inter vocationem hominis, & illius excluſionem detur medium, nempe vocatio Legis, expreſſio unius ſexus non poteſt removere conjecturam pietatis erga alterum, ſed illum relinquit ſub Juris Communis diſpoſitione, quam intactam reliquit Te-
5 ſtator, qui de fœminis non fuit locutus, ut in ſpecie proſequitur Torr. de Primogen. tom 1. cap.15. n.148. & ſeqq. & tom.2. quæſt.16. n.10. & ſeqq. & n 23. fol.75. Petr. Aloyſius de la Roſa ibidem num.104. & 105. idem Torr. Quæſt. Jur. tom.1. tit.2. d. quæſt.4. num.12. & ſeqq. Rot. in rec. dec.131 n.8. & ſeqq. par.16. & apud De Luc. de Fideic. dec.23. num.10. d. Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Et ſecundò, cor. Anſaldo.

Minimè refragante, quòd Jacobus Antonius ſit de Familia, & agnatione Teſtatoris, ad quam ipſum reſpexiſſe cenſetur
6 ex præſumpta conformatione cum Statuto loci, condito pro agnationis conſervatione, quo ſtante, fœminæ ſub dicta conditione venire non poſſunt, ut firmant
7 mox citatæ Auctoritates n 3. & tradit Rot. poſt De Luc. de Fideic. in Montiſſa deciſ.2. num.15 & in rec. dec 231. n 31. par.19.

Objectum enim urgeret, ſi conſtaret Teſtatorem voluiſſe contemplare agna-

tionum, ſed cum ipſe ſubſtituerit Jaco-
bum Antonium, nulla agnationis mentio-
ne facta, nec ordinaverit Fideicommiſſum
progreſſivum in ipſius linea maſculina,
ſed ejus deſcendentes utriuſque ſexus
vocaverit, ibi – *al quale, mancando ſenza fi-
gli maſchi, ſoſtituì il Signor Giacomo Anto-
nio, e la Signora Giulia ſua ſorella, e do-
po di loro i figli, e deſcendenti maſchi, e fe-
mine d'ambedue pro equali* –. Ex hoc fi-
ent evictus, noluiſſe Teſtatorem in linea
Jacobi Antonii, conſervare agnationem,
quæ per ſimultaneam vocationem maſcu-
8 lorum, & fœminarum, eorumque deſcen-
dentium, excluditur, ut in terminis fir-
mat *Socin. Sen. in d. l. cum avus n. 82 in
fin. Palm. Nep. d. alleg. 93. num. 35. & 36.
Hieronymus Pappaniae*, olim hujus noſtræ
Rotæ Auditor, *conſ. 19. n. 18 & conſ. 74.
num. 15.*, & generaliter tradunt *Fuſar. de
Subſtit. quæſt 404. n. 14. Calderon. reſol.
99. num. 10. Baldacc. ad Rom. obſerv. 61.
n. 11. & ſeqq. tom. 5 Rota dec. 484. n. 27.
par. 19. poſt De Luc. de Fideic. dec. 12. n. 10.*
Ita, non poteſt ſub prætextu, quòd ipſe
ſit agnatus, excludere fœminam, ſub con-
ditione à lege ſupplete, comprehenſam;
Ad effectum enim ut iſta excludatur
per agnatum, non ſufficit, quòd iſte ſit
9 ſubſtitutus, niſi ſit vocatus tanquam
agnatus, & contemplatione agnationis,
aliàs ſi ad ipſam non reſpexit Teſtator,
ut in caſu noſtro, Jacobus Antonius cen-
ſetur conſideratus tanquam extraneus,
& vocatus, vel ratione affectionis parti-
10 cularis, vel ratione conjunctionis ſimpli-
cis, non agnatitiæ, & conſequenter non
tantum, quin ex conjecturata mente Teſta-
toris, magis præſumatur dilecta fœmina
deſcendens, & proximior, quòdque ſub-
ſtitutus cenſeatur vocatus in ſolo caſu,
11 quo Michael deceſſiſſet ſine filiis, ita in
ſpecie declarat *Torr. tom. 1. Var. Jur. Quæſt.
tit. 2. quæſt. 4. n. 25. & 26.*
Aliàs ſequeretur abſurdum, quòd Te-
ſtator pietatem, & charitatem habuiſſet
erga filias, & deſcendentes fœminas Ja-
cobi Antonii, quibus lex non opitulatur,
& impius, ac ingratus fuiſſet erga fœ-
minas à ſeipſo deſcendentes, abrogan-
12 do diſpoſitionem Juris, primum caſum
ſuccedendi, deſcendentibus tribuentis,
& l. cum avus, & l. cum acutiſſimi condi-
tionem *ſi ſine filiis* ad earum favorem
ſupplentem, unde ne ſequatur hoc ab-
ſurdum, & ut fœminæ deſcendentes à Te-
ſtatore, adhuc in rerum natura exiſten-
tes, lugeant hæreditatem Philippi prima
fœminas Jacobi Antonii tranſverſales, di-
13 cendum eſt, ipſum in hac parte cum legi-
bus favore fœminarum conditionem *ſi
ſine filiis* ſupplentibus, ſe conforma-
re voluiſſe, & ſicut fœminas tranſver-
ſales vocavit, ita & proprias vocare,
& ſuccedere voluiſſe, quælibet enim
mediam perſonam, ſed etiam impropria
capi debet interpretatio, per quam in
14 hac materia abſurdum, & impietas erga
propriam ſobolem evitetur, & nè bona
à linea, ubi ingreſſa ſunt, ab extraneo
15 avocentur. *Hieronymus Palma conſ. 2. n. 57.
& ſeqq. Altograd. conſ. 45. num. 42. lib. 1.
De Luc. de Fideic. diſc. 31. num. 11. verſ. in
præſenti autem. Rota coram Dunozet. ſe-
nior. dec. 331. n. 5 in rec. d. deciſ. 131. n. 20.
& 21 part 16. Camerinen. Fideicommiſſi 3.
Julii 1702. §. Quamvis, & §. Quarta au-
tem, coram Muto, Romana Fideicom-
miſſi 15. Aprilis 1701. §. Addebatur, coram
Anſaldo.*
Nec quidquam in his terminis obſtat
præſumpta Teſtatoris conformatio cum
Statuto, condito pro conſervatione
agnationis. Tum quia, Jacobus Anto-
nius non eſt de perſonis comprehenſis
16 in Statuto, & quarum favore illud ema-
navit, ut requiritur, pro præſumpta con-
formatione in ſpecie *Cencin. reſponſ. 1.
ſub num. 114. lib. 1. Torr. de Primogenit.
tom. 1 quæſt. 16. num 51. Marc. d. Var. Fi-
ſcam. 71. n. 13. & 14. Panimoll. d. deciſ. 41.
adnot. 2. n. 104. Rota coram Seraphin. deciſ.
dec. 1216. n. 8. Pamphil. d. dec. 100. n. 16. in
rec. dec. 67. n. 18. & ſeqq. par. 18.*
Tum etiam quia, hæc præſumpta con-
formatio excluditur ex vocatione fœmi-
narum Jacobi Antonii, & deſcenden-
17 tium ex eis. *Conſtant. ad Stat. Urb. adnot. 36.
art. 3. n. 311. Palma alleg. 98. n. 31. Rota
Floren. apud Palm. dec. 110. n. 26. & Seraph.
Rota dec. 16. n. 16. par. 14. rec.*
Minùs obſtat, quòd Teſtator in de-
ſcendentibus maſculis Michaelis, agna-
tionem conſideraverit, quo caſu conditio
ſi ſine filiis non ſubintelligitur favore
fœminarum, per quas agnatio non con-
ſervatur, ut in terminis *Fuſar. de Subſtit.
18 quæſt. 402. n. 133. Menoch. de Præſumpt.
lib. 4. præſumpt. 89. n. 98. in fin. Maſtrill. de
Conſiſtor. quæſt. 38. n. 160. Peregrinus apud
Torr.*

Torr. de Primogenit. tom.1. quæſt.16.n.51. & 52. Sacripant. apud Eumdem tomo 1. cap.37.n.209. Panimoll. d. dec.43. adnot.2. n.105. Rot. Florent. apud Saminiat. controv.201.n.39.

Etenim, ex conſervatione agnationis, volita in deſcendentia Michaelis, inferri non poteſt, quòd illa voluta fuerit in linea Jacobi Antonii; cum ratio conſervandæ agnationis, conſiderata in deſcendentia hæredis, maſculis in iſta deficientibus,
19 non ſit trahenda ad deſcendentiam ſubſtituti: in ſpecie *Panimoll. d. dec.43. adnot.2. n.106. & 107. Rot. in rec. dec.195. n.12. par.5. dec.132. n.16. par.16.* Maximè, quando conſtat de contraria voluntate Teſtatoris, vocantis in linea Jacobi Anto-
20 nii fœminas, & deſcendentes ab eis, ſublata enim agnationis conſervatione in hac linea, fœminæ ſub conditione à lege ſuppleta, veniunt ad ſubſtituti excluſionem, non obſtante quòd in conditione ſolùm
21 poſiti ſint filii maſculi. *Decius conſ.370. ſub n.3. Torr. de Primog. tom.1. quæſt.16. n.17. & 18. fol.75. & n.32. Petrus Aloyſius della Roſa ibidem n.103. Idem Torr. Var. Jur. Quæſt. tom.1. tit.1. quæſt.4. num.25. & 26. Rota inter impreſſas ad ornatum Card. de Luc. tom.10. de Fideicom. dec.23. num.9.*

Et ita utraque &c.

Senen. Locationis.

Mercurii 4. Maji 1707.

ARGUMENTUM.

Conductoris exceptiones contra Locatorem, pro retardanda dimiſſione rerum locatarum in fine locationis, rejiciuntur. Deciditur caſum fortuitum circa Animalia, & Concimina, conſignata cum præcedenti æſtimatione, & obligatione eamdem æſtimationem in fine Affictus reſtituendi, cedere damno Conductoris, circa quod refertur Senarum conſuetudo.

SUMMARIUM.

1 *Conductor, terminata Locatione, tenetur bona locata ſtatim, & in continenti dimittere.*

2 *Conductor, detrectans dimiſſionem bonorum locatorum, dicitur ſpoliator, & invaſor.*

3 *Et contra eum datur manutentio, & alia Spolii.*

4 *Conductori non licet proponere exceptiones dominii, aut alias ſimiles contra Locatorem, ſed debet dimittere, & poſtea litigare.*

5 *Sicut nec reconventio contra Locatorem admittitur.*

6 *Conductor fortiùs tenetur ad dimiſſionem bonorum locatorum, accedente expreſſa obligatione dimittendi.*

7 *Conductori, ſi quas exceptiones licet proponere contra Locatorem, eæ debent eſſe luce meridiana clariores.*

Et de iis debet apparere, vel per inſtrumentum publicum, vel per rem judicatam, vel partis confeſſionem, ibid.

8 *Conductor, ſe offerens in continenti probare exceptiones propoſitas contra Locatorem, non auditur.*

9 *Locatoris, & non Conductoris damno cedit jactura, proveniens ex caſu fortuito.*

10 *Locatio Animalium, & Conciminum æſtimatorum, cum obligatione eamdem quantitatem æſtimationum in fine reſtituendi, dicitur emptio, & venditio à principio, dilata pretii ſolutione ad finem Locationis.*

11 *Et ſic translatum dominium, & periculum omnium caſuum fortuitorum in Conductorem.*

12 *Contraria Auctoritates, in quibus caſibus procedant, explicatur, & n.13. 14.*

15 *Locatio, per æſtimationem rerum locatarum, eò magis tranſit in emptionem, ſi Conductor ſe fecerit generis debitorem.*

16 *Debitor generis, non liberatur ob caſum fortuitum.*

17 *Quia genus nunquam perit.*

18 *Conſuetudo, quæ Senis adeſt, quòd Animalia, aliæque res, quæ locantur cum præcedenti æſtimatione, & obligatione æſtimationem in fine reſtituendi, ſint periculo Conductoris, refertur, & probatur num. ſeq.*

19 *Conſuetudo particularis habet vim legis.*

DE

DECISIO VIII.

TErminata de menſe Aprilis proximè præteriti locatione facta à D. Joanne Griſolo, nunc Societatis Jeſu Religioſo, D. Jacobo Antonio Roſi Bertono, ut aſſerunt DD. Petrus Boniſignus, & Comes Nicolaus Piccolomineus, Ceſſionarii ejuſdem P. Griſoli, pro dimiſſione bonorum, in apoca locationis contentorum, & ſolutione pretii Animalium, & Concimінum, quæ Bertonus præfatus recepit æſtimata pro ſcutis 401. 2. 10. injuncta eidem obligatione eamdem æſtimationem in fine locationis reſtituendi: ſed excipiente D. Bertono, non teneri ad reſtitutionem præfatam, eoſdem reconvenit, ſub diverſis prætextibus, & in omnem caſum oppoſuit, ſe non teneri ſolvere æſtimationem Concimінum integraliter: Unde fuit de viribus iſtarum prætenſionum diſcuſſum, & condemnatus Bertonus ad dimittendum prædium *delle Moracce*, & omnia Bona, per Patrem Joannem in Emphyteuſim retenta à Communitate Podii S. Cæciliæ, in vocabulo detto *le Bandite*, pro nunc, & ſine præjudicio majoris quantitatis bonorum, debitorum Ceſſionariis præfatis, & ad ſolvenda dicta ſcuta 401. 2. 10. abſque ulla diminutione.

Etenim quoad bonorum dimiſſionem, cum non controvertatur terminatio locationis, tenetur Bertonus bona eidem locata, & pretium Animalium, & Concimінum reſtituere, ſtatim, & incontinenti,
1 ut eſt textus expreſſus *in leg. ſi quis conductionis* 23. *Cod. locati*, & tradit *Pacion. de Locato cap.65. ex n.1. Rot. coram Celſo dec.358. n.1. coram ſa. me. Alexandro VIII. dec.103. n.2 in rec. dec.89. num.3 & ſeqq.*
2 *par. 9.* Adeout conductor, dimiſſionem bonorum locatorum detrectans, dicatur ſpoliator, & invaſor, & contra eum locatori manutentio, & actio ſpolii conceda-
3 tur, ut de prima eſt Theorica *Bartoli in leg. 1. §. Ait Prætor n.17. ff. uti poſſidetis*, & tradunt *Menoch. de Retinenda remed.3. num.22. Gratian. diſcept. 899. n.6. Alderviſ. de Symbolicis Contractibus tit 1. cap.9. n.33. Pacion. de Locato cap.65. num.19. & ſeqq. D. Conſtantin. ad Statut. Urbis annot.18 n.62. Veroneſ dec.223. n.3. lib.2. Poſt deciſ. Bonanon. 53. n.20. Rot. poſt Lombard. de Manutentione dec. 169. n.1. & cor. Cavaler. dec.228. n.3. coram Ottobono deciſ.105 n.4. & 5. Emerix Jun. dec.809. num.1. in rec. dec.89. num.11. par.9. & deciſ.183. n.9 par.19.*, & de ſecunda firmant *Jaſon conſ.138. num.2. lib.1. Rodolphin. in Praxi par.2 cap.13. n.110. & ſeqq. Pacion. de Locat. cap.65. n.37. & ſeqq. Aldervſius de Symbolicis Contractibus tit.2. cap.7. n.28. Conſtantin. ad Statut. Urbis annot. 18. n.35. Borgnin. Cavalcan.*, olim hujus noſtræ Rotæ Auditor, *dec.44. num.106. & ſeqq. par.1. Rot Bononien. Diverſ. dec.129. n.4. & 5. ubique Gypſius in Add. §.1. Rot. cor. Celſo dec.358 n.2. & cor. Ottobon. dec.121. num.5. & in rec. dec 190. num.9. & 10. par.1. deciſ.221. num.9. par.8. deciſ.89. num.6. & ſeqq. & num.19. & ſeqq. par.9.*

Nec licet conductori exceptionem retentionis, dominii, vel alias ſimiles proponere, ſed debet priùs dimittere, & poſtea de proprietate litigare, juxta
4 clarum textum *in d. leg. ſi quis conductionis 25 Cod. locati. Pacion. de Locato cap.65. n.77. & ſeqq. Aldervſius de Symbolicis Contractib. tit 1. cap.7. n.16. D. Conſtantin. ad Statut. Urbis annot.18. n.34. 52. 53. & 69. Borgnin. Cavalcan.*, olim incliti hujus Tribunalis Auditor, *dec.44. ex n.106. 109. & 111. lib.1. Rota in recent. dec.222. numer.6. part 8. dec.89. n.3. & ſeqq. n.22. 25. & 26. part.9. & coram Merlino dec 376. n.1. Celſo dec 358. n.1. Cerro dec.643. n.1. Ottobon. dec 121. n 10.* & in ſpecie, quòd
5 admittenda non ſit aliqua reconventio, *ex Theorica Bartoli in leg. compenſationes 14. Cod. de compenſat.* tradunt *Pontanus de Spolio lib.3. num.137. in fine. Pacion. de Locato cap.65. n.97. & 98*

Accedente præſertim expreſſa obligatione dimittendi contenta in Apoca locationis, canonizzata in ſententia die 17. Auguſti proximè præteriti, in qua con-
6 demnatus fuit Bertonus ad dimittendum locatione finita, quibus concurrentibus eo magis eſt locus dimiſſioni, & rejicienda ſunt omnes exceptiones, à Bertono pro ſe confovendo in poſſeſſione adductæ. *Rot. in recent. dec.223. num.12. part.8.*

Prædictaque eò validiùs procedunt attentum-

tento quòd exceptiones prædictæ ſunt
illiquidę, immò extraneæ, & inſubſiſten-
tes, ut oſtendetur in ſequenti Deciſione;
quando, ſi quæ in hac materia privilegia-
tiſſima admittendæ eſſent exceptiones,
illæ deberent eſſe luce meridiana clario-
res, & manifeſtiſſimæ, & de eis appara-
re deberet per inſtrumentum publicum
clarum, per rem judicatam, vel partis
7 confeſſionem, contra quas nihil poſſet op-
poni, *Paceon. de Locat. cap.65. num.83. &
ſeqq. Conſtantin. ad Statutum Urbis annot.
28. num.65. & 66. Beraud. dec. Bononien.
115. n.14. Adden. ad Rot. in recent. dec.420.
ex num.82. part.4. tom.1.*, nam nec au-
8 diatur Conductor, qui ſe offerret inconti-
nenti ſuas exceptiones probare, ne ſub
hoc prætextu Locator eludatur, & bonis
interim ſpolietur. *Merlin. Pignorell. contr.
90. num.3. verſ. etiamſi eodem loco, ubique
Scoppa num.3. contar.1. Paceonus de Locato
cap.65. num.82. Aldoriſius de Symbolicis
Contract. tit.2. cap.7. num.26. verſ. Etiamſi
eodem loco, & verſ. Ratio eſt. D. Conſtantin.
ad Statut. Urbis dict. annot. 28. n.67. 68.,
& ſeqq.*, ubi adducit, & reprobat con-
trarios. *Rot. in recent. dec.222. num.5. p.8.
& dec.89. n.5. part.9.*

Quod verò attinet ad liquidationem,
prætendebat Bertonus, non poſſe adſtrin-
gi ad ſolvendum totum pretium Conci-
minum, & Animalium, quia hoc ultimo
anno, ob ſiccitatem, & grandinem, non
recollegit paleam ſufficientem pro illis
conficiendis, cumque hæc deficientia,
proveniret ex caſu fortuito, illud damno
9 Locatoris, non Conductoris cedere de-
beat. *l. ſi quis fundum 10. §. Si colonus ff. Lo-
cati. l. in judicio 18. C. eodem §. Qui pro uſu
poſſident. eod. tit.* & in puncto Animalium
*Ludovic. conſ.189. ex num.5. Cyriac. contr.
260. num.16. Paceon. de Locat. cap.12. n.19.
& 61. Sabell. reſolut.17. num.1. Tort. Var.
Jur. Quæſt. tom.3. Miſcell. part.1. tit.12.
quæſt.67. n.21. & 22. ubi de fœno, & n.23.
& ſeqq. fol.164. & ſeq. Fontanell. dec.533.
num.1., & ſeqq. Rot. dec.175. ſub num.6.,
& ſeqq. poſt Pacific. de Salviano Interdicto.*

Verùm etiam in hac parte oppoſitio
Bertoni reperta fuit minus habens. Cum
enim Locator dederit Bertono Animalia,
& Concimina, in prædiis ab eo conductis
exiſtentia, illaque à Peritis communiter
electis æſtimata fuerint in ſc. 401. 2. 10.
cum obligatione, eidem Bertono impoſita,
reſtituendi in fine affictus eamdem quan-
titatem æſtimationum, ab ipſo habitarum,
per hanc æſtimationem, & obligationem
eamdem reſtituendi, dicitur facta emptio,
& venditio uſque à principio, dilata ta-
men ſolutione pretii uſque ad finem lo-
10 cationis, & conſequenter translatum
dominium, & periculum omnium ca-
ſuum fortuitorum in Conductorem, ut
11 eſt textus expreſſus in l.3. ubique Gloſſa in
*figuratione caſus, & V. emptum, & leg.
quæſo 57. §. finali, & ibi Gloſſa V. æſti-
matas, & V. ejus,* & utrobique Scri-
bentes, *ſignanter Salicet. ff. locati Chaſſan.
ad Conſuetudines Burgund. rubr.4. §.13. in
principio. Paceon. de Locat. cap.12. n.12. 34.
& 35. Bertacchin. in Repertorio V. Ani-
mal. fol.109. col.4. poſt medium. Molin. de
Contract. diſput.504. num.2. §. Quod vero.
Caroc. de Locato tit. de Caſibus, & periculis.
num.22. Carpan. ad Statut. Mediolani
tom.2. cap.454. num.41. Cyriac. contr.219.
num.29., & ſeqq. Leonard. de Uſuris q.31.
num.8. & ſeqq. Sabell. reſol.17. num.13.
Michalor. de Fratribus part.3. cap.39. ex
num.13. & ſignanter n.15. 33., & 42. Pi-
gnat. ad Stat. Ferrar. lib.2. rubr.32. n.39.
& 40. tom.1. fol. mihi 205. Aldoriſius de
Symbolic. Contract. tit.2. de Locato, &
Conducto. cap.7. n.7. Tort. Var. Jur. Quæſt.
tom.3. Miſcellan. part.1. quæſt.67. tit.12.
ſub num.13. & ſeqq. fol.164. Franc. Marc.
dec.817. num.15. verſ. quando traduntur
animalia, part.1. Rot. in Anagnina Uſura-
rum coram Mantuano, impreſſa apud Sa-
bellum poſt dictam reſolut.17. n.36. & ſeqq.
& repetita apud Marchiſanum de Commiſſ.
part.1. fol.881., & apud Michalor. de Fra-
tribus part.3. poſt dictum cap.39. eadem Rot.
Diverſ. dec.136. n.1., & dec.157. num.3.
part.2. Rota noſtra in dec. ſupra impreſſa
lo.4. n.34.*

Et contrariæ Authoritates procedunt
vel quando data fuerunt animalia æſtima-
ta cum pacto reſtituendi totidem beſtias
ejuſdem valoris, vel quando ſumus in
contractibus, qui ob translationem do-
12 minii evaderent uſurarii; tunc enim ad
evitandum delictum, capienda eſſet in-
terpretatio, quòd dominium, & pericu-
13 lum non eſſet translatum; vel quando
æſtimatio facta fuiſſet pro ſciendo valo-
re ad alium finem, & non ad hoc, ut
eadem quantitas æſtimationum reſtitui

de-

deberet, & ita contrarias Doctorum
14 opiniones conciliat *Pacion. de Locat. cap. 12. num.36., & ſeqq. Pigant. d. lib.1. rubr. 31. num.38. & ſeqq. tom.1. Alderiſius de Symbolicis Contractib. tit. 3. cap.3. num.40. Torr. tom.3. Var. Jur. quæſt. Miſcell. part.1. quæſt.67. tit.12. num.25. & ſeqq. fol.164. Ludov. dec. Peruſina 10. n.9.*

Idque eo magis locum habere debet in præſenti hypotheſi, in qua Bertonus
15 ſe obligavit reſtituere æſtimationem Animalium, & Concimminum in genere, ut ex Apoca Locationis, debitor autem generis non liberatur ob caſum fortuitum,
16 quia genus numquam perit, ut per textum *in l. incendium 11. C. ſi certum peta-*
17 *tur*, firmat in terminis Locationis *Cyriac. d. contr.129. num.30. Torr. tom.3. Var. Jur. quæſt. dicta quæſt.67. n.32. fol.164.*

Et fortiùs ſtante conſuetudine hujus Civitatis Senarum, juxta quam Anima-
18 lia, aliæque res datæ æſtimatæ Conductoribus, cum obligatione reſtituendi in fine æſtimationem illorum, etiamſi caſu fortuito, & ex accidenti deficiant, periculo conductoris pereunt quæ conſuetudo loci, ſicut in omnibus aliis materiis, ita & in iſta attendenda eſt, cum particularis conſuetudo vim legis habeat, ut in
19 propria materia, de qua agitur, *Chaſſaneus ad Conſuetud. Burgund. rubr.4. §.13. num.56. ſub num.61. verſ. quarto caſu in cauſa propria, & num.69. verſ. iſta ſupradicta, & ſeq. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.484. num.43.*, ubi alios citat, *tom.2. Pacion. de Locat. cap.12. n.47. Alderiſ. de Symbolic. Contractib. tit.3. cap.3. ſub n.27. & num.49.*

Et ita utraque &c.

Eadem.

Mercurii 4. Maji 1707.

ARGUMENTUM.

Promiſſio de vendendo, quòd non ſit venditio, nec obliget ad præcisè vendendum, firmatur in hypotheſi, & in quibus caſibus contrarium procedat, explicatur.

SUMMARIUM.

1 *Fidejuſſio de ſtando Juri, & Judicatum ſolvendo, præſtita ad Partis oppoſitionem, non extenditur ad aliter promiſſa per Principalem, & in eadem Fidejuſſione non expreſſa.*

2 *Fidejuſſio eſt ſtricti Juris, & non extenditur ad diverſas perſonas, caſus, & res.*

3 *Conductor non valet ſe in poſſeſſione tueri ob prætenſionem, ab ipſo excitatam contra Locatorem.*

4 *Maximè ſtante exceptionis inſubſiſtentia.*

5 *Obligatio emendi, per alterum ex Contrahentibus emiſſa, ipſum ad emendum adſtringit, non autem alterum ad vendendum.*

6 *Maximè ſi promiſſio fuerit appoſita in ſequelam facultatis, vendere debenti reſervata, vendendi, vel locandi.*

7 *Correctio pactorum in eodem Inſtrumento non eſt præſumenda.*

8 *Promiſſio de vendendo non eſt venditio perfecta, in qua non ſit locus pœnitentiæ.*

Maximè ſi promiſſio ſit concepta per verba de futuro ibidem, *etiamſi adſit juramentum. ibidem.*

9 *Authoritates in contrarium referuntur, & in quibus caſibus procedant, explicatur num.10.11.12.13.*

10 *Promiſſio de faciendo, favore Dotis, habetur pro obligatione perfecta, & n.31.*

11 *Promiſſio de faciendo, interveniente mutua ſtipulatione, cæteriſque ad perfectionem Contractus requiſitis, inducit perfectam obligationem.*

12 *Prout concurrentibus actibus poſitivis traditionis rei, & ſolutionis pretii.*

13 *Nec non in promiſſionibus, alterius tantùm ex Contrahentibus conſenſum exigentibus.*

Ut eſt promiſſio de donando, vel ſe obligando, ibidem.

14 *Non ſic autem in promiſſione de vendendo, quæ utriuſque Contrahentis conſenſum requirit.*

15 *Et non perficitur per verba de futuro.*

16 *Jus agendi ad effectivam venditionem contra vendere promittentem, poſt lapſum viginti annorum ampliùs non datur.*

17 *Dictio* Quatenus *importat conditionem.*

18 *Promiſſio conditionalis, deficiente conditione, habetur ac ſi non emanaſſet.*

19 *Conventio facta circa Contractum principalem, & præcedere debentem, trahitur ad Contractum acceſſorium, ſubſequi debentem.*

20 *Acceſſorium ceſſat, principali ſublato.*

21 *Promiſſio de vendendo, ſi certum pretium fue-*

fuerit conſtitutum, habetur pro effectiva venditione.

22 *Etſi determinatum fuerit certum pretium, & quod pluris æſtimabatur.*

23 *Vel collatum pretium fuerit arbitrio boni viri, vel Peritorum.*

24 *Declara ſi concurrat de præſenti conſenſus Contrahentium cum cæteris requiſitis; aliàs ſecus.*

25 *Nec ſufficit traditio ex cauſa Locationis.*

26 *Promittens vendere, ſe obligat ad factum.*
Promittens vendere non poteſt cogi præcisè ad vendendum, ſive habeat poteſtatem rem tradendi, vel non, ibid.
Etiamſi adſit inſtrumentum, ibidem.

27 *Promittens, & adimplens ex parte ſua correſpectivè ad promiſſionem, ſibi per alium adimplendam, poteſt præcisè inſtare pro promiſſionis effectuatione.*

28 *Correſpectivitas Contractuum ceſſat, ſtante diverſitate cauſæ, & obligationis.*

29 *Prout ſi unus ex Contractibus non venit in neceſſariam conſequentiam alterius.*

30 *Promiſſio de vendendo, etſi correſpectiva, non obligat ad præcisè implendum, ſed alternativè, vel ad implementum, vel ad intereſſe.*

31 *Explicantur Auctoritates contrariæ, & n.32. & 33.*

32 *In Dote ſpeciale eſt, ut promittens factum, præcisè ad illud teneatur, & ſupra n.10.*

33 *Promiſſio faciendi, in dependentibus à ſola promittentis voluntate, habetur pro facto.*

34 *Promiſſio de vendendo non excludit promiſſoris pœnitentiam.*
Maximè ſi pro pœnitentia concurrat ſucceſſiva obſervantia n.38.

35 *Inſtrumentum, celebratum relativè ad aliud Inſtrumentum antecedens, non poteſt habere majorem efficaciam, quàm habeat illud.*

36 *Mandatum ad vendendum non importat venditionem, niſi in actu, quo per Procuratorem exequatur.*

37 *Dum agitur contra tertium, qui obtinuit effectivam poſſeſſionem rei venditæ, nil operantur actus præcedentes vendentis, etiamſi importarent perfectam venditionem.*

DECISIO IX.

DIximus in præcedenti Deciſione, exceptiones oppoſitas à Domino Bertono ad protrahendam dimiſſionem bonorum conductorum, eſſe illiquidas, extraneas, & inſubſiſtentes: ut autem hoc innoteſcat operæ pretium eſt exceptiones ipſas examinare. Allegabat itaque Bertonus, ſe retinere poſſe prædicta bona, eo quia Pater Joannes Griffolus ſe obligavit illa eidem Bertono vendere, cumque hæc promiſſio facta fuerit ſtatuto certo pretio, & ſit correſpectiva ad permutationem factam inter eundem Patrem Griffolum, & D. Bertonum, haberi debeat pro perfecta venditione, nec poſſit ampliùs ab ea recedere, & ſe pœnitere.

Hanc autem Bertoni prætenſionem eſſe extraneam à præſenti hypotheſi, patet, ex quo ipſe, qui prætendit ſibi fieri debere venditionem controverſorum bonorum, vigore præfatæ promiſſionis, ei factæ à P. Griffolo, debet hoc Judicium contra P. Griffolum promittentem inſtruere, eumque citare, nec poteſt ſua aſſerta jura experiri contra DD. Petrum Boninſignum, & Comitem Nicolaum Piccolomineum, qui nihil circa hoc idem Bertono promiſerunt. Et licèt ipſe prætendat, iſtos fuiſſe fidejuſſores P. Griffoli pro adimplendo facto promiſſo; attamen de tali fidejuſſione nullo modo conſtat, cum fidejuſſio, ab ipſis præſtita in Actis coram Me, facta
1 fuerit ad majorem cautelam, & ad claudendum os Bertono, qui pulſatus ad ſolutionem affictuum, oppoſuerat illos non poſſe audiri, niſi præſtita priùs fidejuſſione de ſtando juri, & judicatum ſolvendo, nullo autem modo extendi poteſt ad manutentionem facti promiſſi per plures annos ante à P. Griffolo, qui tunc non erat in Cauſa, & de quo, nec per umbram loquitur dicta promiſſio, ſeu fidejuſſio, in Actis facta: fidejuſſio enim eſt ſtricti juris, & ſolùm comprehendit perſonas, caſus,
2 & res, de quibus loquitur, non autem diverſas. *l. fidejuſſores 69. §.1. ff. de fidejuſ-*

ſcrib. l. ſi altera C. de fidejuſſorib. Surd. conſil.111. n.4.& ſeqq. Calapharus, olim hujus Rotæ Auditor, *conſ.87. n.16. inter Criminal. in verſic.n.2. in primis. Rot. coram Prateinger. dec.157. n.1. & 2. Prod. dec.139. n.3. Pamphil. dec.694. n.8. ubique Addent. n.10.*, & in proximis noſtris terminis, eadem *Rot. coram Emerix Jun. dec. 10. n.1. & dec. 149. n. penult. 1.*

Cæterùm, quando etiam in hoc Judicio conventus fuiſſet P. Griffolus,
3 adhuc non potuiſſet Bertonus evitare dimiſſionem bonorum conductorum, cum donec diſputetur, an hæc prætenſio ab ipſo excitata ſubſiſtat, non poſſit ipſe ſe in poſſeſſione conſovere, ſed priùs dimittere debet, & poſtea litigare, *juxta auctoritates, in præcedenti Deciſione relatas n.1. & ſeqq. & n.4.*

Maximè quia exceptio hæc eſt illiquida, immò prorſus inſubſiſtens. Tribus
4 enim Inſtrumentis innititur Bertonus ad probandum, prædia *delle Moraccie, e Bandite* ipſi à P. Griffolo vendi debere; uno ſtipulato die 4. Aprilis 1687. ſub rogitu Ser Antonii Boccabella, altero die 17 Novembris 1691. ſub rogitu Ser Nicolai Magnoni, & Simonis Sciarelli, & tertio die 31. Martii 1693 ſub rogitu d. Ser Simonis Sciarelli. Verùm in nullo ex eis ſuam intentionem fundare potuit. Non enim in primo, quia in illo ſe obligavit Bertonus ſolùm emere prædia prælata, nullam autem obligationem vendendi emiſit P. Griffolus, ut in §.11 ejuſdem Inſtrumenti, & cum ſimus in contractibus ultrò citròque obligatoriis, & qui dependent à voluntate utriuſque contrahentis, ambo-
5 rum conſenſus requiritur, aliàs obligatur quidem emptor ad emendum, non venditor, qui nullam contraxit obligationem vendendi in ſpecie *Natta conſil.384. n.13. & ſeqq. Mantic. de Tacit. lib.4. tit.3. n.4. & ſeqq.*, ubi reſpondet contrariis. *Caldas de Empt. cap.8. n.13. Caſtill. Controv. Jur. lib.1. cap.3. n.19. & ſeqq. Corradin. de Prælat. quæſt 10. n.9. 18. & ſeqq. Mart. Medic. examinat.5. n.31. & ſeqq. De Alexan ad Conſult Capyc. Latr. conſult 109. n.41. Altimar. de Nullit. Contract. tom.6. rub.1. part.4. quæſt. 39. n.75. verſic. ſecus ſi ipſe venditor, & n.82. verſic. verùm, & ſeq. Rot. coram Cerr. dec.834. n.2. & ſeqq.*

Potiſſimè quia in §.9. ejuſdem inſtrumenti reſervabatur libera facultas Patri Griffolo, tunc pupillo, & Dominæ Hortenſiæ ejus Matri, & Tutrici, potiùs vendendi, quàm locandi Bertono prædia de quibus agitur, ſi hoc tractu temporis magis expediens eis viſum fuiſſet, unde obligatio, in *ſequenti* §. Inſtrumenti injuncta Bertono, emendi eadem prædia, dicendum eſt fuiſſe appoſitam in ſequelam facultatis, præcedentèr re-
6 ſervatæ Pupillo, vendendi, vel locandi, ad hoc, ut quatenus ex poſt recognitum fuiſſet utilius eſſe bona prædicta vendere pro diſſolutione æris alieni, poſſet à Locatione recedi abſque obſtaculo Conductoris, & abſque incommodo inveniendi emptorem, aliàs ſi promiſſio prædicta afficeret etiam venditorem pro venditione facienda, pars
7 ſubſequens inſtrumenti corrigeret pactum facultativum, immediatè præcedens, quod præſumi non debet, *ad text. in l. ubi repugnantia 149. ff. de Regul. Jur. Rot. coram Cerr. dec. 703. n.6. Ildeb. dec.181. n.43. Emerix Jun. dec.275. n.3. & 4., & apud Palm. Nep. inter deciſ. diverſor. recollect. per Eum dec.100. n.4.*

Præterea, quando etiam Pupillus promiſiſſet vendere, adhuc talis obligatio non induceret veram, & perfectam venditionem, à qua recedi non poſſet, ſed eſſet ſimplex promiſſio de vendendo, quæ non importat venditionem perfectam, in qua non ſit locus pœnitentiæ;
8 maximè quando concepta fuit per verba, tempus futurum reſpicientia. *l. ex bona fide, ubi gloſſa in V. conductorum, ibique Jaſon num.3.* aliique Scribentes. *ff. ſi certum petat Caball.* olim hujus Rotæ Auditor, *conſ.99. n.4. & 5. libro primo. Cyriac. diſcept.53. n.82. Boſſiʟor. de Succeſſ. cap.2. theorem. 41. n.47. & ſeq. Capon. diſcept 113. numer.13. De Marin. reſol.109. numer 4. lib.1. ubique de Luc. in Meliorat. ad Emin. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ.4. gloſſ.9. part.4. numer. 22. Ruginell. de Appell. §.1. cap.3. ſub numer.647. verſic. replicabat Vicecomes. Peregr. de Locat cap.11. n.113., & antea n.78. & ſeqq.*, ubi etiamſi adſit juramentum, & contrarium declarat. *Tor. de Pact. Fut. Succeſſ. lib.2. cap.17. n.30. Rocca diſput.161. n.13. & ſeqq. Caſtald. conſult.43. n.1. Corradin. de Prælat. q.10. num.2. & ſeqq.*

ſeqq. De Alexio ad Conſolat. Capyc. Latr. d. obſervat.109.n.40. & ſeqq. & n.43.& ſeqq. ubi etiamſi adſit juramentum, & plures adducit concordantes. *Altimar. de Nullit. Contract. tom.3. rub.1. q.1 ſect.2.n.19. 30.31. & ſeqq. & tom.6. rub.1. part.4. quæſt.39.num.81. Bovr.dec.48. num.8.& 9. Theſaur. dec.133. num.3. & ſeqq. Mart. Medic. examinat.5. num.12. num.40. & ſeqq. num.50. & ſeqq. & num.55*, ubi quòd procedit non obſtante juramento, *& dec.12.n.1. & ſeqq. Belamat. dec.134. n.41. Gammar dec.13. num.4. ibique Addent. n.4. & dec 371. n.1. Sperell. dec.40.n.83. Maria. ad Reverter. dec.214. n.3. Vermi dec.329. Bera. deciſ. Bononien.111. n.1. & ſeqq. Rot. Florent. apud Urceol.de Tranſact. quæſt 159. n.14.& ſeqq. repetita inter dec. ejuſdem deciſ.1. n.12. & ſeqq. Adden. ad Gregor. dec.28.n.4. Rot. coram Buratt. dec.124. n.8. & 9. Corr. dec.834. n.1. & ſeqq. & dec.940. n.4. in recent. deciſ.681. num.1. part.4. tom.3. deciſ 81. num.4. & dec.453. num. 3. part. 16. & in Senogallien. Fornaciarum 10. Februarii 1696. § Prout, cor. R.D.P. Priolo, confirmata de anno 1697. coram Eodem, & impreſſa poſt Marad.in Praxi Praſentat. Inſtrument. dec. 5., & in Montepolitiana Manutentionis 27. Aprilis 1703. § Nec refragatur, coram Omanna.*

Non obſtantibus Authoritatibus, & Sacræ Rotæ Romanæ Deciſionibus, relatis per eundem *Urceolum d. dec 1 n.16. Senat. Mantuan. apud Baldue. Deciſ. & Rer.*
9 *Judicat. tit.4. de Dote dec.4. n.1. Rot. in rec. dec.364.n.1., & ſeqq. part.14. & poſt D. Conſtantin. ad Stat. Urb. dec.203. n.4. & 5.* Quia illæ procedunt, vel favore dotis, in qua ſpeciale eſt, ut promittens
10 dotare, dotem augere, ex cauſa Matrimonii tradere, vel quid ſimile, habeatur ac ſi perfectè, & ſpecificè ſe obligaſſet, itaut ad factum præciſum compelli poſſit, ut *per text. in l. final. C. ad Velleyan.* firmant *Bald. Novell. de Dote part. 7. privileg.4. per tot. Medic. d. examinat.5 n.16. & 23. Urceol. d. dec.1. num.10. & 17. Rot. dec.448. n.1. part.14. recent.*, vel quando
11 adeſſet mutua ſtipulatio, & promiſſio, omniaque intervenirent requiſita, conſiſtentia in conſenſu, re, & pretio, ut explicat *Altimar. de Nullit. Contract. tom.3. rub.1. quæſt.1. ſect.2. num.54. & 56.*, ubi plurimos citat. *Corradin. de Prælat. q.20. num.14. Urceol. de Tranſact. q.10. num.15. & ſeqq., & citata dec.1. n.18.& ſeqq. Rot. coram Corr. d. dec.834. num.2. & ſeqq. & in alia dec impreſſa apud Palmam dec 386. numer.14. & in d. Senogallien. Fornaciarum 1696. § Nam apud, coram Priolo*, vel quando cum promiſſione concurreret aliquis actus poſitivus traditionis rei,
12 & ſolutionis pretii, cum reſpectiva receptione illius. *Hermoſill. ad Lopez l. 10. tit. 5. part.5. gloſ.1.& 2 n.9. fol 471. Urceol. de Tranſact. q.10. num.21 Pereira de Locat. cap.21. n.81. Corradin. de Prælat. d. q.20. n.21. Altimar. de Nullit. Contract. tom.3. rub.1. q.1.n.481. & eadem q.1. ſect.2.n.63. Theſaur. d. dec.233. num.10. Mart. Medic. examinat.5. n.47. & 48.*, ubi, quòd copulativè requiritur traditio ex parte venditoris, & ſolutio pretii ex parte emptoris, & in *Addit. ad eundem num.8 Senat. Mantuan. apud Surd. dec 198. n.30.& ſeqq.*, vel quando eſſemus in promiſſionibus, quæ dependent à ſolo libito, & abſoluta
13 voluntate promittentis, ut eſt promiſſio de donando, vel de ſe obligando, quæ veram donationem, & obligationem importat, ſecus in iis, quæ utriuſque conſenſum requirunt, ut declarant *Altimar. de Nullit. Contract. tom.3. d. rub.1. q.1. ſect 2 n.55. & tom.6. rub.1. part.4. quæſt. 30. ſub n.82 verſ. non promittens. Ab Eccleſia apud Turre de Pall. Fut. Succeſſ. in Monetiſſa cap. 22. n.63. & ſeqq. Betteleer. de Succeſſ. cap.2. Theor 41. n.49. Capon. d. diſcept.123. n.14. de Marin. reſolut.298. n.4. ibique de Luc. lib.1. Fontanell. de Pact. Nuptial. d. clauſ.4. gloſ.9. part.4. n.28. & ſeqq. Adden. ad Gamm. d. dec.13. n.4. adeat Gamm. d. dec.371. ſub n.2. verſ. nec obſtare*, ubi etiamſi ſoluta fuiſſet pars pretii. *Reverter. dec.214. circa medium, ibique de Marin. num.3. Medic. d. examin.5. n.55. Rota Florentina apud Urceol. d. dec.1. n.17. & in alia dec. impreſſa apud Palm. Nep. dec.318. n.67.*

In præſenti verò hypotheſi ſumus in contractu venditionis, qui ab utriuſque contrahentis conſenſu dependet, & de-
14 ficiunt requiſita pro illius perfectione neceſſaria, deficit quippe conſenſus venditoris, qui vendere non promiſit, & dato etiam quòd id promiſiſſet, cum hoc factum fuerit per verba de futuro ad effectum de quo agitur, non ſuffragaretur, ut ſupra probatum eſt *ex n.3. & ex n.8.*

Ad perficiendum enim contractum emptionis, & venditionis, ſatis non ſunt verba in futurum prolata, ſed requiruntur
15 verba de præſenti *l. 2. & ſeq. ff. de contrahenda emptione. Gloſſa Magna in l. 1. V. vendentes, in fine, verſ. & quid ſi dicam C. eod. ibique Cinus n. 5. Baldus in 6. quæſt. num. 27. Salicet. n. 11.* aliique Scribentes. *Mantic. de Tacit. d. lib. 4. tit. 5. num. 15.* cæterique, adducti per *Epiſcopum Rocca d. diſput. 161. n. 13. Fusar. de Locat. citato cap. 11. n. 78.*

Præcipuè quia plures in promiſſione præfata adjectæ fuerunt conditiones, & ſignanter reſpectu prædii *delle Bandite*, (cum illud *delle Moriccia* ſponte etiam dimittere ſe offerret Bertonus oretenus coram Me, & in Memoriali porrecto S. Celſitudini Reverendiſſimæ, & noſtro Tribunali pro informatione remiſſo, inter alias enim conditiones adjecta fuit illa impetrandi conſenſum domini directi, aliorumque intereſſatorum ibi — *quatenus accedat conſenſus, legitimè præſtandus à domino directo dicti prædii, vel à quacunque alia perſona, vel Communitate, quæ deberet conſenſum præſtare pro validitate dictæ alienationis* — Unde quidquid ſit, an poſt lapſum viginti annorum à die, quo celebratum fuit inſtrumentum promiſſionis de permutando, ſexdecim à die effectivæ permutationis, & quatuordecim à die, quo P. Griffolus ingreſſus fuit Religionem, competat Bertono ampliùs jus, & actio agendi pro venditione effectiva vigore
16 dictæ promiſſionis, quod negant *Bartol. in l. qui Romæ §. Coheredes n. 2. Alexan. n. 9. Jaſon n. 4. ff. de V. obligat. Cagnol. in l. 2. n. 12. C. de pact. inter emptorem, & venditorem,* cum aliis congeſtis per *Carolum de Alex. ad Conſult. Cappi. Lotr. conſult. 109. n. 44.*

Satisfecit reſponſio, quòd cum promiſſio fuerit conditionalis, tam ex ipſius natura, quàm attenta dictione illa *quatenus*, quæ conditionem importat *Bart. in l. 1. n. 30. ff. de condit. & demonſtr. Romuald.*
17 *Jas. conſ. 129. n. 10. Rot. cor. Coccin. dec. 1814. n. 28. dec. 1911. num. 41. & dec. 2253. num. 9.*, & Bertonus numquam potuerit conſenſum Communitatis obtinere pro prædio *delle Bandite* Emphyteotico, & vocatorum ad Fideicommiſſum pro quatuor agris Fideicommiſſariis, eidem prædio annexis, promiſſio præfata
18 ob non purificatam, immò deficientem conditionem, ſub qua fuit facta, habetur acſi non emanaſſet, ut proſequitur *Rocca d. diſput. 161. n. 14. & ſeqq.*, & magis in terminis *Rot. cor. Cerro d. dec. 940. ſub n. 5. verſ. quæ omnia, cum duobus ſeqq. repetita in recent. dec. 82. par. 16.*

Altera, & quidem urgentior conditio, elicitur ex § 1. ejuſdem Inſtrumenti promiſſionis de permutando, ibi — *Primò, quòd per præſens inſtrumentum non intelligatur inter dictas Partes ſecuta aliqua venditio, & effectiva permutatio, ſed dumtaxat reciproca promiſſio de ſuis loco, & tempore permutando* — Si enim promiſſio de permutando fuit cauſa contrahendi inter Patrem Griffolum, & Bertonum, quia ob effectuationem dictæ promiſſionis, idem Pater Griffolus liberabatur à debito, & ſe ſpoliabat majori parte bonorum in Caſtro Podii S. Cæciliæ, quorum occaſione graves exortæ fuerunt inimicitiæ inter ipſius Antenatos, & domum D. Petri Bonifegni, cum funeſtis effectibus, quos Majorum noſtrorum retroactæ ætates reſpexerunt, & ſub ſuppoſito permutationis fuit facta promiſſio de locando, vel vendendo prædia *delle Moriccie, e Bandite*, aliorumque bonorum, ſi quæ Pater Griffolus in eodem Caſtro, & Curia habuiſſet, eo ipſo, quòd reſpectu permu-
19 tationis fuit conventum illam ſiſtere debere in puris terminis promiſſionis ſuis loco, & tempore effectuandæ, in iiſdem terminis puræ promiſſionis dicendum eſt remanſiſſe contractum quoad prædia *delle Moriccie, e Bandite*, ſuper quibus contractare Partes voluerunt poſt ſecutam permutationem, & acceſſoriè, ac in illius ſequelam, ne aliàs de acceſſorio totalitèr, & omninò à principali dependente, dicatur diſpoſitum antequam diſponatur de principali, quod eſſe non poteſt, cum acceſſorium ſine ſuo principa-
20 li ſtare non valeat, illoque ſublato, acceſſorium etiam ceſſet. *cap. acceſſorium. de reg. Jur. in 6. l. cum principalis ff. eodem Rot. coram Coccin. dec. 393. n. 2. in rec. deciſ. 434. n. 8. par. 18.*

Hinc officere non valet, quòd quando in inſtrumento fuit conſtitutum certum pretium, tunc promiſſio de vendendo ha-
21 beat vim effectivæ venditionis, ut tradunt *Burſat. conſ. 100. num. 10. Menoch. conſ. 940. n. 13. de Marin. reſolut. 298. n. 6. lib. 1.*

lib.1. Roſa conſult. 23. numer. 11. Corradin. de Prælat. d. quæſt. 10. n. 16. Urſill. ad Afflict. dec. 61 n. 1., prout conſtitutum fuiſſe in præſenti negari non poteſt, dum fuit conventa ſolutio ſcutorum 3500., & licèt Bertonus promiſerit ſolvere majorem ſummam, quatenus ita judicaretur à Sereniſſimo D. Cardinali, vel à Peritis eligendis, tamen hoc non excludit certitudinem pretii, nec tollit perfectionem venditionis, ut de vendi-
22 tione facta pro certo pretio, & pro eo pluri, quod æſtimabitur, eſt *Textus l. hæc venditio 7. §. finali, ff. de contrahenda emptione*, & firmant *Capyc. in Inveſtitur. Feudal. V. Feudales aſſenſus, verſ. vendidit Titius. Mantic. de Tacit. lib. 4. tit. 19. n. 38. 45. & ſeqq. Pacion. de Locat. cap. 16. ſub num. 63. verſ. at primo non placet. Rocca diſput 134. num. 12. Franch. dec. 23. ſub n. 4. verſ. unde dixit, ibique Amendol. num. pariter 4.*, & de emptione collato pretio in arbitrium boni viri, vel juxta pretium æſtimandum à Peritis, quòd perfecta ſit, & quantitas certa, licèt à contra-
23 hentibus ignoretur, *Text. eſt in d. l. 7. in princip. ff. de contrahend. empt. Pinell. in rubr. Cod. de reſcindenda venditione, par. 1. cap. 1. n. 1. & 3 Dec. conſ. 648 n. 1. Caballar*, olim hujus noſtræ Rotæ Auditor, *Conſil. deciſiv. 63. n. 1. lib. 1. Mantica de Tacit. libr. 4. d. tit. 19. n. 33. & ſeqq. & ex num. 41. Merlin. de Pignorib. lib. 4. tit. 4. quæſt. 110. ſub num. 59. Roſa conſult. 68. n. 8. Rocca d. diſput. 134. num. 14. & 15. Altimar. de Nullit. Contract. tom. 6. rubr. 1. par. 4. quæſt 39. n. 71. & ſeqq. Caparell. Reſol. Fiſcal. 38. n. 1. Amendol. ad Franch. d. dec 23. n. 3 ibique de Luc. n. 1. Surd. dec. 83. n. 2. & 3. & ſub n. 11. verſ. pari modo, ibique Hodier. n. 4. Rot. in rec. dec. 681. ex n. 9. par. 4. tom. 3. dec. 91. n. 11. & 13. par. 11.*

Etenim conſtitutio certi pretii, tunc ſolùm inducit perfectam venditionem, quando conſenſus purus, & de præſenti, aliaque requiſita concurrunt, iſtis verò deficientibus nihil operatur ad effe-
24 ctum, de quo agitur, quia determinatio pretii non ſupplet conſenſum, quem contrahentes, vel non præſtiterunt, vel limitatè, & certo modo dederunt. *Cancer. Variar. Reſolut. par. 3. cap. 7. num. 114. verſ. licet enim. de Marin. reſolut. 198. num. 6. lib. 1. Hermoſill. ad Legem 1. g. 10. tit. 5. part. 5. gloſſ. 1. & 2. num. 4. fol. 470. Barboſ. in l. divortio §. in princ. part. 2. num. 79. ff. ſolut. matrim. Epiſc. Rocc. d. diſput. 161. num. 16. in fin.*, ubi refert contrarios. *Pacion. de Locat. cap. 12. numer. 77. & 78. Corradin. de Prælat. d. quæſt. 10. num. 17. & 18. De Alex. in Obſervat. ad Conſult. Capyc. Latr. obſervat. 109. n. 43. Altimar. de Nullit. Contract. tom. 6. rub. 1. part 4. quæſt 39. ſub n. 75. & ſub n. 82. verſ. verum, & ſeq. Theſaur. d. dec. 233. ex n. 3.* Prout nec traditio ſufficit, quæ facta ſit ex cauſa locationis,
25 cum hæc dominium in conductorem non transferat. *Caballar*, incliti olim hujus Tribunalis Auditor, *conſ. 99. num. 7., & ſeq. lib. 1.*

Minùs obſtat, quòd qui promiſit vendere, poſſit ad id præcisè compelli, non ſecus ac ſi verè, & realitèr vendidiſſet, quando habet facultatem rei tradendæ, quoniam objectum in facto non ſubſiſtit, quia Pater Griffolus talem facultatem non habet, cum prædia controverſa titulo tranſactionis in DD. Petrum Bonſignium, & Comitem Nicolaum Piccolomineum transtulerit & non relevat in Jure, nam cum promittens vendere ſe
26 obliget ad factum, *l. tenſilio in fin. ff. de curator. furioſ.* ſequitur, quòd non poſſit cogi præcisè ad faciendum, ſive habeat poteſtatem rem tradendi, ſive non. *Dec conſ 501 num. 8 & conſ. 503 num. 1. Roland. à Valle conſ. 69. num. 13 lib. 3. Caball.* olim incliti hujus Rotæ Auditor, *conſ. 99. n. 5. in fine lib. 1. Surd. conſ. 57. num. 15. Mantic. de Tacit. lib. 4. tit 3. n. 7. in fin. Franciſ. Palm. conſult. 3. n. 7., & ſeqq. Pacion. de Locat. cap. 12 num. 106.* ubi plures refert, reprobat Contrarios, & teſtatur de magis communi. *Corradin. de Prælat. quæſt. 10. numer. 11. Altimar. de Nullit. Contract. tom. 3. rub. 1. quæſt. 1. ſect. 1. n. 96. & 97. De Alex. ad Conſult. Capyc. Latr. obſervat. 109. num. 45. & ſub n. 46. in fin.* ubi etiam ſi adſit juramentum. *Mart. Medic. dec. Senen. 12. num. 5. & ſeqq.*, ubi declarat Contrarios.

Et demum non obſtat, quòd promiſſio de vendendo fuerit correſpectiva ad permutationem, & ad alias conditiones, & pacta, ad quæ ſe obligavit Bertonus, qui cum omnia ſibi injuncta adimpleverit,
27 poſſit precisè inſtare pro effectuatione venditionis, ſine qua ipſe non contraxiſ-

ſet

ſet in ſpecie *Menoch. conſ. 91. num. 9. & ſeqq. Sord. conſ. 457. ſub n. 21. & ſeqq., & ſub n. 41. Merlin. Pignatell. contr. 4. n. 28. cent. 1. ibique late Scopp. in Schol. n. 5. & ſeqq.* ubi adducit concordantes. *Franch. dec. 624. num. 15. Rot. Florent. apud Palm. Neap. d. dec. 318. n. 74. Rot. in rec. dec. 364. ex num. 1., & deciſ. 448. num. 7. & 10. part. 14., & apud Palm. Neap. d. dec. 386. num. 10.*

Siquidem talis correſpectivitas ceſſat, ex quo onus emendi bona non permutata, fuit injunctum Bertono ad faciendam rem gratam P. Griffolo, tunc pupillo, qui ſub ſpeciali protectione Sereniſſimi D. Cardinalis Principis Gubernatoris vivebat, ut exprimitur in inſtrumentis, ſicque poterit quidem conſiderari correſpectivitas reſpectu ipſius Bertoni, qui ultra bona, ab eo tradenda in permutatione, habebat onus emendi prædia controverſa, juxta ipſius ſpecificam obligationem, emiſſam in dicto inſtrumento promiſſionis de permutando, non verò reſpectu P. Griffoli, qui non habebat onus vendendi, & cujus obligatio eſt diverſa ab alia Bertoni, diverſam habet cauſam, & diverſam, ac ſeparatam requirebat ſtipu-
28 lationem, ex notatis per *Urceol. de Tranſact. quæſt. 97. ſub n. 10. & ſeqq. Paccion. de Locat. cap. 25. n. 57. Rot. coram Dunoz. Jun. deciſ. 649. num. 4. & 5. Pral. deciſ. 453. num. 5.*

Clariùs id convincunt alia verba ejuſdem inſtrumenti, in quo conventum fuit, quòd Pater Griffolus teneretur locare bona prædicta Bertono, & ſi magis expediens eidem recognitum fuerit vendere, quàm locare, id eſſet in ejus libertate, *ut ſupra dictum eſt num. 6.* Undè ſi ipſe tenebatur locare, & quatenus eidem utilius fuiſſet, etiam vendere, correſpectivitas ceſſat, quæ nunquam adeſt, quando unus contractus, vel pactum, non venit in neceſſariam conſequentiam
29 alterius, adeout unus ſine alio ſubſiſtere, & valere non poſſit. *Urceol. de Tranſact. d. quæſt. 97. num. 14. 23. & 28. Paccion. de Locat. cap. 25. n. 65. & 77. Rot. coram Royas dec. 128. num. 8. & ſeqq. & in rec. dec. 439. n. 30. part. 9.*

Cæterùm, dato etiam per malam hypotheſim, quòd promiſſio de vendendo eſſet correſpectiva etiam reſpectu Patris Griffoli, adhuc (ſubdebat unus ex Dominis) ex hoc ipſe non poſſet compelli ad præcisè implendum, ſed alternativè, vel ad implementum, vel in caſu, quo im-
30 plementum haberi non poſſet, ad præſtandum intereſſe, ut in ſpecie conſiderat *Rot. coram Cavalier. dec. 64. ſub n. 2. & per tot. Royas dec. 114. n. 5.*

Neque contrarium firmare aſſerebat Authoritates ſupra in objecto allegatas; quia iſtæ, vel loquuntur in dote, in qua ſpeciale eſt, ut promittens factum, præcisè
31 ad illud teneatur, & non liberetur præſtando intereſſe; vel in promiſſione dependente à ſola voluntate promittentis,
32 quæ ſtatim obligat, & pro facto habetur,
33 ut declarant ipſemet *Sord. d. conſ. 457. n. 40. 41. & 42. Scoppa ad Pignatell. d. contr. 4. ſub n. 12. cent. 1. Rot Florent. apud Palm. Neap. dec. 318. n. 74. & 75.* aliæque Authoritates, ſupra relatæ n. 10. & 13.

Poſito ex his, quòd vigore primi inſtrumenti Bertonus non poſſit compellere P. Griffolum præcisè ad tradendum, minùs id prætendere poteſt vigore ſecundi inſtrumenti effectivæ permutationis, celebrati die 17. Septembris 1691., in illius enim proœmio ſolùm narratur obligatio Bertoni, emendi prædium *delle Moriccie*, & nullum fit verbum de prædio *delle Bandite*, & quatenus etiam Partes de iſto loqui voluiſſent, adhuc ex dicto inſtrumento elici poſſet ſimplex promiſſio de vendendo, quæ venditionem non importat,
34 nec excludit promiſſorem pœnitentiam, ut ſupra oſtenſum eſt *n. 8. & ſeqq.*

Eademque reſponſione evitatur objectum, deſumptum ex tertio inſtrumento, occaſione ingreſſus in Religione d. P. Griffoli, ſtipulato die 31 Martii 1693. In eo enim promiſſio facta fuit cum pactis, & conditionibus, & relativè ad dictum inſtrumentum, celebratum anno 1687., undè majorem efficaciam habere non poteſt, nec plus operari, quàm inſtru-
35 mentum ſimplicis promiſſionis de vendendo, ſtipulatum de dicto anno 1687. *Rot. coram Cerro dec. 734. n. 7. & dec. 802. num. 8.*

Minimè refragante, quòd in dicto inſtrumento anni 1693. P. Griffolus fecerit mandatum procuræ ad vendendum in perſonam Nobilium DD. Thomæ, & Octavii de Bandinellis, ut in §. *E ſoccessivamente*. Quoniam mandatum procuræ non fuit factum ad implendam

obli-

obligationem Patris Griffoli, ſed ad ſupplendam perſonam illius, qui, cauſa ingreſſus in Religionem Societatis Jeſu, ſe abſentabat à Civitate Senarum; ac proindè, ſicut ſi Pater Griffolus ſe à Patria non abſentaſſet, vigore inſtrumenti anni 1683. non potuiſſet compelli ad vendendum, ut ſuperiùs demonſtravimus *num.* 5. *& ſeqq.*, ita nec ad id compelli poteſt in vim mandati procuræ, facti DD. de Bandinellis, cauſa ſui diſceſſus à Patria, & conſequentèr obligationem de vendendo remanere in ſuo eſſe, nec operari, ut promiſſio habeat vires effectivæ venditionis non obſtante dicto mandato procuræ ad vendendum, quod non importare venditionem, niſi in actu, quo illud executioni demandatur à pro-
36 curatore, *per Text. in l. quod ſæpè* 35. *§. Si quis amico ff. de contrahenda empt.* firmant *Alexand. conſ.* 72. *num.* 9. *lib.* 3. *Salgad. in Labyrinth. Credit. part.* 1. *cap.* 30. *num.* 14. *Altimar. de Nullit. Contract. tom.* 3. *rubr.* 1. *part.* 3. *quæſt.* 31. *ſub n.* 644. *verſic. ſed ſicut mandatum. Mart. Medic. d. examinat.* 5. *n.* 2. *&* 3. *Buer. dec.* 48. *n.* 10. *Paricſc. de Salvian. Interd. volum.* 1. *cap.* 6. *n.* 36. *Rot. poſt Bum decis.* 44. *n.* 6. *coram Ubald. deciſ.* 590. *num.* 3. *Duran. dec.* 265. *num.* 11., *& dec.* 285. *n.* 110. *in rec. dec.* 725. *n.* 7. *part.* 2.

Et in omnem caſum conſtitutio procuratoris, aliaque omnia oppoſita pro parte Bertoni, quando eſſent operativa, vim aliquam facere ad ſummum poſſent, ſi ageretur inter promittentem, & eum, cui promiſſio facta eſt re integra, nullo autem modo eidem Bertono prodeſſe poſſunt in præjudicium Nobilium DD. Petri Boninſigni, & Comitis Nicolai Piccolominei, in quos mediante tranſactione fuerunt bona translata, cum effectiva, & reali illorum poſſeſſione,
37 cujus vigore iſti potiora jura fovere debent in concurſu Bertoni, etiamſi huic præcedentèr bona fuiſſent perfectè vendita, ad *text. in l. quoties C. de rei vindicat.*, quem in noſtris præciſis terminis expendunt *Urceol. de Tranſact. d. quæſt.* 10. *n.* 21. *verſic. hoc autem. Olea de Ceſſion. Jur. tit.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 34. *Mantic. de Tacit. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 7. *Card. de Luc. de Feud. diſc.* 66. *ſub num.* 6., *&* 7. *De Luc. ad Gratian. diſcept.* 10. *ſub numer.* 4. *Corradin. de Prælat. quæſt.* 10. *n.* 11. *&* 12. *Mart. Medic. examinat.* 5. *n.* 52. *Gamm. d. dec.* 371. *n.* 1. *& per tot.* benè *Rot. coram Duran. d. dec.* 265. *n.* 13. *&* 14.

Fortiùs quia hanc veritatem agnovit ipſemet Bertonus, qui per tantum tempus nunquam petiit ſibi vendi præfata bona; immò in proteſtatione in Actis facta de die 25. Auguſti 1706. instituit condemnari aſſertos fidejuſſores P. Griffoli ad intereſſe, quatenus promiſſa non fuerint adimpleta, ac propterea ex hoc facto Bertoni elicitur validiſſima obſervantia, oſtendens venditionem nunquam habitam fuiſſe pro perfecta, ſed in futurum perficiendam, proindèque ante illius perfectionem P. Griffolum potuiſſe pœnitere, & prædia controverſa in alios transferre, obſervantia enim in hac
38 materia quamcunque dubietatem declarat, & demonſtrat, qualis intelligentia ſit tribuenda verbis, & conventionibus, appoſitis in inſtrumentis, ut cæteris relatis, in ſpecie proſequitur *Epiſc. Roccacitat. diſput.* 161. *n.* 30. *&* 31.

Et ita utraque &c.

Senen. Viæ.

Lunæ 16. *Maji* 1707.

ARGUMENTUM.

Plures viarum ſpecies diſtinguuntur, & reſolvitur, viam vicinalem, quæ habet aperturam, inter publicas recenſeri, & claudi non poſſe, etiam cum conſenſu majoris partis vicinorum.

SUMMARIUM.

1 *Viarum tres ſpecies enumerantur.*
Et cujuſcunque ſpeciei via ſit, non poteſt claudi, ibidem.
2 *Via publica non poteſt claudi.*
3 *Contra claudentem viam publicam agi poteſt interdicto,* ne quid in loco publico.
4 *Viæ privatæ poſſunt ſuam retinere naturam viæ privatæ, & illam publicarum aſſumere, & quando id fiat.*
5 *Viæ vicinales poſſunt eſſe publicæ, & privatæ, & quando viis privatis, vel publicis adſcribantur.*
6 *Via, per quam omnibus apertus eſt aditus, etſi privata, vel vicinalis, eſt in numero publicarum.*
Et claudi non poteſt, ibidem.

7 Via

7 *Via vicinalis, quæ eſt in numero publicarum, non poteſt claudi, quoties non concurrat conſenſus majoris partis vicinorum.*

Et poteſt contradicere ille, qui eſt de alia Contrata, ibidem.

8 *Unius diſſenſus plus operatur in hac materia, quàm aliorum omnium conſenſus.*

9 *Stante tranſitu, publicè, & palam abſque contradictione hominum cum animalibus, vel ſine, per aliquem locum, negari non valet eſſentia viæ.*

11 *Viæ publicæ, & quæ pro talibus habentur, non poſſunt claudi, quia ſunt juris publici, & Reipublicæ intereſt illas manutenere, & conſervare, & n. 12.*

12 *Etiamſi clauſura nemini eſſet nocıva.*

13 *Maximè deficiente licentia Principis.*

DECISIO X.

Etulimus Officialibus Collegii Baliæ, non eſſe annuendum inſtantiæ PP. Jeſuitarum, petentium Clauſuram viæ, de qua agitur, in præjudicium Reverendiſſimi Capituli Metropolitanæ Eccleſiæ Senenſis, aliorumque Litis Conſortium, ſed ſolùm locum eſſe reaptationi ejuſdem viæ, juxta modum, à præfatis Officialibus præſcribendum.

Moti fuimus ad ita judicandum ex eo, quòd omnes viæ ad tres ſpecies reducun-
1 tur, vel enim publicæ ſunt, vel privatæ, vel vicinales. *l. 2. §. Viarum ff. ne quid in loco pub. Catan. conſ. 42. num. 13. Capell. de Servit. Ruſtic. Præd. cap. 3. n. 16. Antonell. de loco legal. lib. 2. cap. 13. n. 6. Manſ. conſult. 228. n. 13. Paſtell. annot. 67. n. 1. & ſeqq. Antonen. de Donat. par. 3. cap. 3. n. 3. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 5. rub. 27. n. 3. Pecch. de Servit. lib. 3. cap. 9. quæſt. 7. n. 1. & ſeqq. De Luc. de Regal. diſc. 136. n. 14. Zaul. ad Stat. Parom. lib. 5. rub. 33. n. 10. De Luc. ad Gratian. diſcept. 78. n. 3. Surd. dec. 41. num. 2. Vrotin dec. 488. num. 1.*, & in quacunque ex dictis ſpeciebus controverſa *Via della Coronina* reponi debeat, claudi non poteſt.

Si enim publica eſt, & cum viæ publicę deſtinatæ ſint pro uſu publico, &
2 commoditate omnium, illę non poſſunt claudi, ut eſt textus in *l. Prætor ait 2. §. Ait Prætor ff. ne quid in loco pub. Gloſſ. in l. 2. ff. de loco, & itin. pub. Cepoll. de Serv. Ruſt. Prædiorum. cap. 3. num. 27. Tondut. reſ. civil. 133 n. 11. Manſ. conſult. 228. n. 57. & 58 Antonen. de Donat. lib. 3. cap. 3. n. 46. Zaul. ad Stat. Favent. lib. 5. rub. 35. n. 7. Caſtrocar. ad Stat. Urbis annot. 22 n. 14. Surd. dec. 41. n. 7. Franc. Marc. deciſ. 336. n. 15. & dec. 595. n. 1. part. 1.*, adeout
3 contra illos claudentem agi poſſit interdicto, *ut quid in loco publico* per *l. 1.*, & *ibi gloſſ. ff. de loc. & itin. pub. d. l. 2. §. hoc interdictum ff. ne quid in loc. pub. Cepoll. de Serv. Ruſt. Prædior. d. cap. 3. n. 27. & ſub n. 30. Carpan. ad Stat. Mediol. tom. 1. cap. 252. num. 13. Anton. de Donat. lib. 3. cap. 3 num. 49. & 50. Zaul. ad Stat. Favent. lib. 5. d. rubr. 35. n. 14. & ſeqq. Surd. d. dec. 41. ſub n. 7.*

Si vero eſt privata, & vicinalis, & tales vię ſunt in duplici differentia. Viæ enim privatę conſtitui poſſunt, ut ad alicujus tantùm fundum ducant, quo caſu retinent in omnibus naturam viarum privatarum, vel deſtinari poſſunt, ut ducant ad plura loca, & ad plures agros, ita tamen, ut per eas omnibus
4 commeare liceat, & iſtæ aſſumunt naturam viarum publicarum. Textus eſt in *l. 2. §. Privata ff. ne quid in loc. pub. Catan. conſ. 42. num. 18. Paſtell. annot. 67. ſub n. 19. Sabell. reſolut. 16. n. 2. Manſ. conſ. 228. n. 27. Cepoll. de Serv. Ruſt. Prædior. cap. 3. ſub n. 18 Pecch. eod. Tract. tom. 3. cap. 9. quæſt. 7. n. 9. & quæſt. 19. n. 4. De Luc. ad Capyc. Latr. conſult. 64. ſub num. 33. Barn. dec. Bonon. 156. n. 23. Conſol. dec. Lucenſ. 69. num. 91.*

Prout viæ vicinales, ſi ex collatione privatorum ab initio factæ ſint, & de hoc extat memoria, inter privatas adnumerantur, ſi verò de hoc memoria non extet, publicis viis adſcribuntur, ut eſt
5 textus expreſſus in *l. ultim. ff. de loco, & itin. pub. & in l. 2. §. Viarum verſ. vicinales ff. ne quid in loco pub.*, ibique *gloſſ. V. publicas*, & firmant *Catan. d. conſ. 42. ſub num. 14. verſ. aut eſt vicinalis, & n. 15. Capell. de Servit. Ruſt. Prædior. cap. 3 n. 17. & ſub n. 18 Antonen. de Donat. lib. 3. cap. 3. n. 5. & 10. Paſtell. d. annot. 67. n. 31. Antonell. de Loco Legal. lib. 2. cap. 13. n. 9. & 10. Pacichell. de Diſtant. cap. 6. memb. 9. num. 3. Pecch. de Servit. tom. 3. cap. 9. quæſt. 7. n. 6. & ſeqq. & num. 12. & ſeqq. Sabell. reſol. 16. n. 2.*

num.1. Capon. diſcep.170. n.5. & 6. Manſ. conſult.128. n.15. & 16. Epiſc. Rocca diſput.162. n.23. & ſeqq. & diſput.171. n.3. Zaul. ad Stat Favent. lib.5. rubr.33. n.33. Urſill. ad Afflict. dec.62. n.1. Thor. compend. deciſ. Neapolitan. verſ. Via vicinalis, tom.5. Berg. dec.156. n.20. & 21. Barr. dec.156. n.8. Sard. dec.42. num.15. & 16. Belmont. dec.118. num.18. Corrada dec. Cathalon.107. n.29. & in alia Cauſa Senen. *Card. de Luc. de Servit. diſc.69. ſub num.3.*

His poſitis, cum non extet memoria, viam controverſam fuiſſe conſtructam ex fundis privatorum, immò ſit in confeſſo inter Partes, ſolum illius fuiſſe, & eſſe publicum, illaque ad plura, & diverſa loca ducat, ut diſtinctè deponunt Teſtes, formitèr examinati *ſuper 3. Interrogatorio*, & per eam omnibus apertus ſit aditus, & tranſitus, quatenus etiam poſſet dici privata, & vicinalis, inter privatas & vicinales vias, quæ in publicarum numero ſunt, recenſeri deberet, & conſe-

6 quentèr claudi non poſſet, ut in ſpecie tradunt *Sylvan. conſ.60. n.3. Capoll. de Servit. Ruſticor. Prædior. cap.3. num.18. Antonell. de Loc. Legal. dict. lib.2. cap.23. num.9. Card. de Luc. de Regal. diſc.137. num.4. de Servit. dict. diſc.69. num.4. Zaul. ad Stat Favent. lib.5. d. rub.33. num.34. Paſtell. annot.67. n.36. Epiſc. Rocc. d. diſput.171. num.3. Sard. cit. deciſ.42. ſub num.7. & ſub n.15. Vrſaia dec.488. n.6.*

Idque procedit, etiam ſi pro clauſura Viæ concurrat conſenſus majoris partis vicinorum, quia viæ publicæ, vel quæ

7 pro talibus habentur, cum publico uſui, & plurium commoditati inſerviant, non poſſunt in præjudicium ea utentium claudi, quamvis major pars intereſſatorum conſentiat. *Sylvan. dict. conſ.60. n.3. & 32. Antonell. de Loco Legal. citato cap. 23. ſub n.9. lib.2. Antunez de Donat. lib.3. cap.3. ſub n.46.*, ubi, quòd poteſt contradicere aliquis de alia contrata. *Zaul. ad Statut. Favent. lib.5. d. rubr.33. num.32. & 34. Paſtell. annot.67. n.36. Epiſc. Rocca diſp.171. n.3. Sard. d. dec.42. ſub n.7. & num.15.*

Unius etiam diſſenſus tantùm ſufficit,

8 ut claudi non poſſit, itaque plus operatur, quàm omnium aliorum conſenſus. *Afflict. in tit. quæ ſint regalia, verſ. via publica de Feudis, n.23. Carpan. ad Stat. Medol. par.2. cap.252. n.13. & 14. Paſtell. annot.67. n.52. Antunez de Donat. lib.3. d. cap.3. ſub n.46. Zaul. ad Statut. Faventia lib.5. rub.33. num.8. Sard. dec.42. ſub n.15.*

Nec obſtat, quòd ſolum hoc ſit reſiduum Viæ, tendentis ad Portam Juſtitiæ, quæ cum hodie clauſa ſit, claudi etiam debeat Via, ad dictam Portam ducens, maximè quia per talem clauſuram Viæ, nullum vicinis damnum infertur.

Etenim, quoad primam objecti partem, quidquid ſit, an Via hæc inſervivenit etiam pro commodo Portæ dell' Arco, ſive Portæ Tuſi, in illius locum ſubrogatæ, quod ex pluribus probare contendebant Scribentes pro Reverendiſs. Capitulo, ſemper recurrit fatalis reſponſio, quòd cum tale reſiduum Viæ Portæ Juſtitiæ retineat formam Viæ, licèt in aliqua parte devaſtatæ, & per illud tranſiveriat, & tranſeant homines cum animalibus, & ſine, publicè, ac palam, abſque eo quòd unquam eis fuerit impeditus, vel contradictus talis tranſitus, ut deponunt Teſtes formitèr examinati, aliaque documenta in Actis exhibita, ſicuti ex hoc elicitur tale reſiduum retine-

9 re eſſentiam viæ, juxta *Tex. in §. Actus Inſtit. de ſervit. ibiq. gloſſ. in princ. V. jumentum. Azo in Sum. C. de ſervit. num.6. verſ. eſt autem iter. Antonell. de Loco Leg. d. lib.2. cap.23. num.5. Sard. cit. dec.42. num.1.* Ita in quacunque ſpecie viarum hoc reſiduum Viæ Portæ Juſtitiæ reponatur, numquam poterit claudi, nam ſive publica, ſive privata, ſive vicinalis, ſemper prohibita erit illius clauſura, ut probant Authoritates ſupra citatæ *n.2. & 6.*

10

Quod verò talis clauſura nullum inferget præjudicium ad effectum, de quo agitur, eſt pariter irrelevans. Nam prætermiſſo objecti examine in facto, ſuper quo adducebatur Fides extrajudicialis Dom. Equitis Adriani Ballati, qui una cum Capo Magiſtro de ordine S. Celſitudinis Reverendiſſimæ, & Magiſtratus Viarum, acceſſit ad recognoſcendas qualitates, & ſtatum præfatæ Viæ quatenus etiam tale præjudicium ceſſaret, adhuc cum prohibitio claudendi vias publicas, vel quæ pro talibus habentur, proveniat

11 ex quo illæ ſunt juris publici. *Capoll. de Servit. Ruſtic. Præd. cap.3. n.18. Antonell.*

de Loc. Legal. lib.2. d. cap.23. n.9. verſus ſinem. Zaul. ad Statut. Favent. lib.5. rubr.33. n.34. Surd. alleg. dec.42. ſub n.15., & Reipublicæ interſit hujuſmodi viarum manutentio, & conſervatio; claudi non
12 poſſunt, etiamſi hoc nemini eſſet nocivum, ut firmant *Capoll. de Servitut. Ruſtic. Præd. d. cap.3. numer.31. Paſtell. citat. annot.67. n.48. cum duob. ſeqq. Tondut. reſol.133. n.12. Sabell. reſol.16. n.4. Capon. diſcept.170. n.3. Antonell. de Loc. Leg. d. lib.2. cap.23. n.7. Antun. de Donat. lib.3. d. cap.3. ſub n.46. Conciol. ad Statut. Eugub. lib.6. rubr.17. n.3. Zaul. ad Statut. Favent. lib.5. rubr.35. n.8. Jov. de Solemn. gloſſ.1. in Appendic. ſub n.20. in fin. Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.22. num.71. Surd. d. dec.48. n.7. in fin.*

Eoque magis prædicta procedunt, attento quòd deficit licentia Principis,
13 qua non obtenta, tritum eſt, vias hujuſmodi claudi non poſſe. *l.2. in princ. §. Ait Prætor ff. nè quid in loc. pub. cum aliis adductis per Catan. d. conſ.42. ſub n.14. Capoll. de Servit. Ruſtic. Præd. cap.3. n.27. Pacichell. de Diſtant. cap.6. memb.9. ſub n.5. Zaul. ad Stat. Favent. lib.5. alleg. rub.35. n.5. & ſeqq. Conſtantin. ad Stat. Urb. annot.22. n.71. & ſeqq. Franc. Marc. deciſ. Delphinal. 336. num.15. & dec.592. par.1. Monach. dec. Bonon.3. num.2. Viv. dec.488. n.6.*

Et ita utraque &c.

Eadem.

Lunæ 16. Maji 1707.

ARGUMENTUM.

Diſcutitur pleniùs, an via, de qua in præcedenti Deciſione, publica, vel privata dici debeat, & reſolvitur ex pluribus, inter publicas adſcribendam fore.

SUMMARIUM.

1 *Via in dubio ſemper præſumitur publica.*

2 *Auctoritates in contrarium recenſentur, & declarantur n.3.*

3 *Via publica non præſumitur, vel ſi conſtat ex Bonis privatorum conſtructam eſſe.*
Vel ſi, nec à publico incipiat, nec in publicum deſinat, ibidem.

4 *Via incipiens à publico, & in publicum deſinens, indubitantèr publica dici debet.*

5 *Via, ut publica dici poſſit, ultra requiſitum incipiendi ex publico, & in publicum deſinendi, alia duo requirit, quæ ibidem recenſentur.*

6 *Et quidem copulativè omnium trium exigitur interventus.*
Declara, ut n.15.

7 *Via publica, per reaptationem illius à privato factam, non tranſit in privatam.*

8 *Ad hoc quippe Principis conſenſus, ſeu Magiſtratus poteſtatem habentis, eſt neceſſarius.*

9 *Via publica abſque Principis aſſenſu non valet in privatam reduci.*

10 *Via reaptatio, facta per privatum juſſu Magiſtratus, convincit habitam fuiſſe pro publica.*

11 *Via privata poteſt à privatis derelinqui, occupari, & claudi.*

12 *Si ad viæ reaptationem contribuerint juſſu Magiſtratus Communitates circumſtantes, via non poteſt dici privata.*
Sicut nec talis dici poteſt, ſi Magiſtratus dedit facultatem cadendi arbores, in ea exiſtentes, ibidem.

13 *Via privata propriis ſumptibus per dominum reaptanda.*

14 *Via publicæ reaptatio ad privatum ſpectat, cujus cauſa damnum provenit.*

15 *Diluitur objectum, ſupra propoſitum n.5. 6.*
Via abſolutè privata, ut tranſeat in publicam, tria copulativè exigit requiſita, jam adducta; ſecus via principaliter publico uſui deſtinata, ibidem, & num. ſeq.

16 *Via, à principio publica ex hoc tantùm, quòd ex publico habeat initium, & in publicum deſinentiam, retinet ſuam naturam.*

17 *Solum, authoritate publica pro via deſtinatum, publicum efficitur.*

18 *Teſtis unicus, deponens de libero tranſitu omnium per viam, plenè probat contra inducentem.*

19 *Via, cujus ſolum eſt publicum, quamvis Populus minus frequentèr ea utatur, ſemper remanet ad publicum uſum.*

20 *Qualitas viæ publicæ probatur ex confeſſionibus illam impugnantium.*

21 *Limita ſi confeſſiones emanaverint à Religioſis, quæ non præjudicant Religioni.*
Item ſi prolatæ ſint incidenter, & ad alium effectum, ibidem.

22 *Sublimit utramque Concluſionem in confeſſionibus geminatis, judicialibus, & Juris præſumptione, vel adminiculis fulcitis, & n.23.*

24 *Si*

24 *Si in via reſtitutione Principis licentia fuerit requiſita, & obtenta pecunia Capſa Viarum, ex hoc oſtenditur pro publica fuiſſe recognitam.*

25 *Prout Magiſtratus ad id deſtinati ingerentia.*

26 *Non obſtante ineffectuatione Ordinum Magiſtratus, & quando.*

27 *Viæ publicitas arguitur ex continuo tranſitu Animalium, prohibitorum tranſire per vias non magiſtras.*

28 *Non excluditur ex non facta deſcriptione in Statuto, ſi in eo non omnes Viæ publicæ, ſed moderna ſolùm deſcribuntur.*

29 *Teſtis deponens de proprio judicio, & credulitate, plenè probat contra inducentem.*

30 *Maximè ſi bonam reddit rationem ſuæ opinionis, & credulitatis.*

31 *Fortiùs concurrentibus aliis circumſtantiis, adjuvantibus Teſtis opinionem.*

32 *Via deſtinatio potiſſimè habetur ex oculari inſpectione.*

33 *Via, pro duobus locis inſerviens, ſi unus deficiat, non poteſt claudi, dum remanet alius.*

34 *Maximè ſi Via, tendens ad locum deficientem, fuit occupata à Vicinis, & reſiduum, tendens ad locum remanentem, non fuit occupatum.*

35 *Viæ publicitati aſſiſtentes alias prævalere debent aliis contrariis, quando primi ſunt validiores, majores, & habent aſſiſtentiam Juris.*

DECISIO XI.

PRO reſolutione præſentis Cauſæ tranſmiſimus votum Magiſtratui tenoris, de quo in præcedenti Deciſione verùm quia Partes unicè inſiſtebant in eo, an via controverſa eſſet publica, vel privata, ideo ex abundanti aſſumendo etiam cognitionem hujus controverſiæ, viſum fuit Reverendiſſimo Capitulo aſſiſtere Juris præſumptionem, juxta quam, non docto de contrario, via
1 in dubio ſemper publica præſumitur, juxta Gloſſam *in l. finali ff. de loc. & itiner. public. Romual. Jun. conſ.431. num.21. & 22. Capyc. Latr. conſult.64. num.24. & 25. Beſſ. de Via Public. n.1. Nepit. ad Conſuetud. Catan. tit.47. conſuetud. unica, num.12. verſiculo, Et viæ. Cepon. diſcept. 170 n.6. Rota diſput.161. n.21. Conciol. ad Statut. Eugub. lib.6. rub.17. n.1. Jovius de Solemnit. Gloſſa 1. in Appendice n.8. Zaul. ad Statut. Favent. lib.5. rub. 33. n.17. Patch. de Servit. cap.9. quæſt.12. num.18. & ſeqq. & num.21. & quæſt.15. n.9. Conſtant. ad Stat. Urbis annot.12. n.16. Monach. dec. Bononien. 3. n.8. Jo. à Sande dec. Friſia lib.5. tit.5. defin.1. ſub num.1. Thor. Compend. Dec. part.3 ſect.3. V. Via, colum.1. ad medium. Cruſal. dec. Lucen.69. num.14. Cortiad. dec. Cathal.107. num.30. Rot. coram Cavaler. dec.631. n.4.*

Non refragante, quòd contrarium, nempe viam non præſumi publicam, adeout id aſſerens debeat talem qualitatem concludentèr probare, tenuerint
2 *Bertazzol. conſ.471. num.16. lib.1. Ludovic. conſ.124. num.6. Palma Senen. conſ.59. n.10.* Quoniam authoritates prædictæ loquuntur, & intelligendæ ſunt, vel quando conſtat viam fuiſſe conſtructam ex bonis privatorum, vel quando illa non incipit à publico, nec deſinit in Publicum, ſed incipit, & intermoritur in prædiis privatorum, ut nominatim concludendo Authoritates, in objecto relatas,
3 latè explicat *Conſtant. ad Statut. Urbis d. annot.12. n.17. cum 4. ſeqq. de Luc. de Regal. diſc.136. num.18. Pacichell. de Diſtant. cap.6. memb.9. n.3. & ſeq. Rot. Florent. poſt tom.1. Summa Sabella, cap.2. ſub n.5. & 6. 20. & 21.*

Multoque minùs locum habere poſſunt contrariæ Authoritates, quando nedum non concurrunt adminicula pro oſtendendo viam eſſe privatam, ſed potiùs concurrunt fortiſſimæ demonſtrationes, convincentes illam eſſe publicam; Quarum prima reſultat ex eo, quòd via controverſa *della Coronena* incipit à publica via Romana, & directè tendit ad publicum flumen Treſſæ, & ulteriùs progrediendo, recta linea, ducit ad Portam Tufi, ut de primo, quòd incipiat à via Romana, & ducat ad flumen Treſſæ, patet ex depoſitione Architectorum, qui viam hanc ad Inſtantiam PP. Societatis Jeſu, in hoc Judicio collitigantium, viſitarunt, exiſtente *in Proceſſu ſub n.1.*, ex Epiſtola ſcripta à P. Aloyſio Societatis Jeſu, de qua in *d. Proceſſu ſub num.1.*, ex ſupplici libello ab iiſdem PP. S.C. Reverendiſs. porrecto *Proceſſu folios 5. ex inſo*,

mationem ab ipſis in actis productâ die 13. Februarii 1705. *Proceſſu folio 63. §. 1. parchi*, ex comparitione factâ à D. Equite Ugolino *Proceſſu folio 1. à tergo*, & ab aliis, clauſuram viæ prætendentibus, ex teſtibus ab ipſis formitèr examinatis, ſignantèr 2. *ſuper 2. & 3. Interrogatorio*, ex tertio teſte *ſuper 2.* ex quarto *ſuper 2.* & ex quinto paritèr *ſuper 2.*, ex de ſecundo, quòd capiendo longiorem terminum à quo, & ad quem, incipiat à via Romana, & terminet ad portam Tuſi, & vice verſa, deponit Baſtianus Sattinus, Colonus eorumdem PP. Jeſuitarum, & Nicolaus Franchinus in acceſſu, & relatione, facta Magiſtratui *eodem Proceſſu ſub num. 1*, & ex alia relatione ejuſdem, facta paritèr de ordine Magiſtratus *ſub num. 3.*, ex relatione facta à Magiſtratu viarum S.C. Reverendiſs., & ab eo approbata, ex deliberationibus ejuſdem Magiſtratus *die 18. Septembris 1685. 3. Decembris 1687. 5. Januarii 1688. eodem Proceſſu ſub n. 3.*, ex fide facta à D. Canonico Nino, & Galleratio *ſub n. 4.* Idemque confirmant teſtes, ad inſtantiam eorumdem PP., & aliorum intereſſe habentium, formitèr examinati, primus nempe, tertius, quartus, & ſextus *ſuper 3*, ex quibus omnibus cum latis, ſuperque reſultet, controverſam viam initium habere à via Romana in loco, ubi adeſt Cauponâ *detta la Coroncina*, & ducat ad publicum flumen
4 Treſſæ, & deindè terminet ad portam Tuſi, indubitantèr dici debet publica, cum incipiat à publico, & deſinat in publicum, ut eſt Textus expreſſus *in leg. 2. §. Viarum ff. ne quid in loc. Public. l. finali ff. de loc., & itiner. public. Antonell. de Loco Legal. lib. 2. cap. 25. n. 6. Antonius de Donat. lib. 3. cap. 3. n. 5. Capon. diſcept. 170. n. 2. Tondut. Reſolut. civil. 135. n. 10. Paſcell. expedit. 67. n. 7. & 8. Ludovic. ſilicet, annotat. 67. n. 2. Sabell. reſolut. 16. n. 3. Ranza diſput. 162. n. 21 Jovenc. de Salomon. Gloſſa 1. in Appendic. ſub n. 5 Parum. allegat 144. num. 15. Conſtant. ad Statut. Urb. d. annotat 21. n. 8. Thes. Compend. Dec. part. 3. ſect. 3. V. Via, column. 1 poſt medium, & column. 3. poſt medium. Franch. dec. 141. n. 3. Sard. dec. 42. n. 3 Rot. Januen. apud Baldaſs. Dec. & Rer. Judicat. tit. 2. de Prælat. dec. 6. n. 33. Cartad. d. dec. 107. n. 26. Rot. Florentin. poſt tom. 2. Summæ Sabellæ, cap. 2. ſub num. 5. & num. 21. Addit. ad Pamphil. dec. 103. n. 10. in fine. Rot. coram Cavalier. dec. 631. n. 3. & in recent. dec. 187. n. 6. part. 9.*

Reſponſione non attenta, quòd pars hujus viæ prope molendinum, quod olim erat Pollini, reficiatur à domino dicti Molendini, vel à Conductoribus illius propriis expenſis, ex quo deſumi prætendebatur, viam in hac parte eſſe privatam domus Molendini, & per eam interrumpi curſum viæ publicæ, quæ à flumine Treſſæ, & à Porta Tuſi, ducit ad viam Romanam, ubi adeſt Cauponâ *della Coroncina*, & quatenus etiam hoc non concluderet, adhuc via non poſſet dici publica, niſi ultra requiſitum, quòd incipiat à publico, & deſinat in publicum, concurrerent alia duo, quòd longo tempore per eam publicè ab omnibus iter haberi continuaverit, & quòd ſolum illius ſit publicum,
5 bené in ſpecie *Rot. Lucen. apud Baldaſs. ad Roman. dec. 50. n. 38. tom. 1.*, & quòd copulativè dicta tria requiſita neceſſaria
6 ſint, ut via dici poſſit publica, juxta *Text. in l. final. ff. de loc., & itin. public. Tondut reſolut 60. num. 4. Menſ. conſult. 118. n. 15. n. 21. & ſeqq. & n. 6. & ſeqq. Antonius de Donat. lib. 3. cap. 3. n. 2. Fontebell. de Diſtanc. cap. 6. membr. 9. n. 1. in fine. Conſtant. ad Statut. Urbis d. annot. 22. n. 4. Belmont. dec. 118. num. 21. & ſeqq. Sard. dec 42. n. 4. Rot. Florentin. poſt tom. 2. Summæ Sabellæ, cap. 2. n. 3. Rot. coram Cerro dec 858. n. 8.*

Etenim, quo ad primam objecti partem, cum non negetur viam hanc antiquitùs, etiam in loco, ubi hodie adeſt Molendinum, fuiſſe publicam, reparatio illius, facta ſumptibus propriis, ope-
7 rari non poteſt, ut illa evadat privata, ad Textum *in l. 2 §. Viæ vicinales, ubi per Gloſſa V. publicæ ff. ne quid in loco public. Capoll. de Servitut. Ruſticor. Prædior. cap. 3 n. 27. Antonell de Loc. Legal. lib. 1. cap. 25. ſub n. 9. verſicula, quòd ſi hæc via ex collatione privatorum reficiatur, non cenſetur privata. Perch. de Servit. tom. 3 cap. 9. quæſt. 7. n. 8. & 16. quæſt. 12. n. 9. ſub n. 10. & 22. & quæſt. 19. n. 3 Rot. Florentin. poſt tom. 2. Summæ Sabellæ cap. 2. n. 9.* ſed ad hunc
8 effectum neceſſarius fuiſſet conſenſus Principis, vel Magiſtratus, ſufficientem poteſtatem habentis. *Card. de Luc. de Regal.*

pal. diſcurſ. 136. n. 9. Rot. Florentin. poſt tom. 1. Summa Sabelli, cap. 1. n. 9. & 15.
9 ſine quo via publica in privatam reduci
non poteſt. *Aviatore de Domanib. 3. cap. 3. ſub n. 31. verſiculo Et ſic non licet, & n. 34. Bellamer. dec. 118. n. 31.*

Potiſſimè quia viam hanc in loco, in quo à domino Molendini reficitur, adhuc hodie remanere publicam convincitur, ex quo Magiſtratus Viarum, ad quem ſpectant omnes arbores exiſtentes in viis publicis, habet dominium arborum, in dicto loco exiſtentium, & de illis ad libitum diſponit, ex quo idem Magiſtratus, quoties fuit requiſitus pro ordi-
10 nanda reaptatione dictæ viæ, tranſmiſit peritos in arte ad recognoſcendam neceſſitatem, & ſucceſſivè præcepit domino Molendini, ut viam reaptaret, ut patet ex ordinibus allegatis *Proceſſus, n. 1. & 3.* quod nec Magiſtratus facere potuiſſet, nec dominus Molendini illius juſſibus paruiſſet, ſi via non fuiſſet publica, cum viæ privatæ ſpectent ad privatorum dominium, & ab eis poſſint derelinqui, oc-
11 cupari, & claudi. *dicto l. 2. §. Viarum. Capoll. de Servit. Ruſticor. Prædior. cap. 3. n. 27. in fine, & n. 28. in fine, & n. 30. & 41. Stephan. reſolut. 63 n. 11. & ſeqq. Card. de Luc. de Servit. diſc. 69. ſub n. 9. quæ eſt in alia Cauſa Senen. Conſtant. ad Statut. Urbis annotat. 11. n. 18. Zacch. ad Statut. Ravennæ lib. 3. rub. 33 n. 41. Surd. deciſ. 42. ſub n. 16.*, & ex quo idem Magiſtratus dedit facultatem Pollino, domino Molendini, pro reficienda dicta via, cædendi præfatas arbores, & Pollinus non dum facultate prædicta uſus eſt, ſed pluries inſtetit, ut ad alias expenſas contribuerent Communia S. Æmiliani, S. Theodori, & S. Apollinare, & obtinuit fieri repartitionem hominibus, poſſidentibus in dictis Communibus, ut in Ordinibus allegatis *Proceſſus d. n. 3.*, & tamen, ſi via fuiſſet privata, hanc prætentio-
12 nem excitare non potuiſſet Pollinus, nec Magiſtratus pro expenſis contribuiſſet, ſed illa propriis ſumptibus à domi-
13 no viæ reaptari debuiſſet. *l. 1. §. Julia ff. de itiner. actuque privato. l. 4. §. Uniſtas ff. eodem l. 2. §. Hæc quoque publicata ff. ne quid in loc. public. Carpan. ad Statut. Mediolan. tom. 1. cap. 248. n. 17.*

Rurſus reaptatio præfata, facta à domino Molendini propriis ſumptibus, obeſſe non poſſet publicitati viæ, cum enim via in loco controverſo fuerit devaſtata ab aqua, quæ pro dicto Molendino miſerunt, ut deponunt teſtes, formulis examinati, primus nempe, & ſecundus *ſuper 9. & ſeqq. & ſuper 15*, tertius *ſuper 12. & ſeqq.*, & quartus *ſuper 12. & ſeqq.*, onus refectionis illius ſpectabat ad
14 dominum Molendini, ex cujus cauſa damnum provenit. *l. ſi in agrum, in fine, ff. de via public. Carpan. ad Statut. Mediolan. tom. 1. cap. 248. n. 10. & cap. 251 ſub n. 15. verſ. expenſis eorum, cap. 271 littera H. Capoll. de Servit. Ruſticor. Prædior. cap. 3. n. 57. Paſtell. reſpons. 67. num. 14. & ſeqq. Sabell. reſolut. 10. n. 23. Cantuel. ad Statut. Bonon. lib. 1 rub. 36. n. 8. Paſchali de Diſtant. cap. 6 membr. 9. ſub num. 6. & cap. 8. n. 10.*, ubi, de damno facto à fovea contigua. *D. Conſtantin. ad Statut Urbis annotat. 21. n. 81. & 100 Jovius de Solemnit. Gloſſa 1. in Appendix ſub n. 23. & n. 33.*

Deficit etiam objectum in ſecunda parte, quia requiſita, copulativè neceſſaria ad conſtituendam viam publicam,
15 tunc concurrere debent, quando ſumus in via, quæ principaliter introducta ſunt pro uſu, & commoditate privata aliquorum prædiorum, nam iſtæ non cenſentur mutaſſe propriam naturam, & ex privatis evaſiſſe publicas, niſi dictis tribus requiſitis, ſimul, & unum accedentibus; ſed quando verſamur in via, quæ principaliter deſtinata eſt pro uſu publico, ut contingit in illa, de qua agitur, quam non controvertitur à principio fuiſſe publicam, & deſtinatam pro commoditate publica, tunc eo ipſo quòd probatur incipere à publico, & definere in publicum, adeſt præſumptio, quòd illa retinuerit ſuam antiquam naturam, etiam
16 aliis requiſitis non concurrentibus, ut diſtinguit *Card. de Luc. de Regalib. dicto diſcur. 136. ſub n. 16. verſic. de hoc alterum, & n. 17. & 18.*

Cæterùm quando etiam prædicta requiſita fuiſſent neceſſaria, illa omnia in præſenti concurrunt. Quòd enim incipiat à publico, & deſinat in publicum, ſatis abundè probatum eſt ſupra *ſub n. 5. §. Multoque minus* quòd ab omnibus publicè per eam iri conſueverit, reſultat ex teſtibus & quòd ſolum ſit publicum, fatentur ipſimet ſuccumbentes, & convincitur ex quo Magiſtratus, penes quem in-

adſidebat publica authoritas ſternendi vias publicas, illam, de qua agitur, aperuit
27 ſicque ſolum illius, ab habente Juriſdictionem publico uſui deſtinatum, effectum fuit publicum, *ad Textum in L. 2. §. Viam publicam ff. ne quid in loc. public.*, & tradita *per Caſan. conſ. 41. ſub n. 14. Card. de Luc. de Regal. d. diſc. 136. n. 5. & 6. & ſub n. 8. Conſtant. ad Stat. Urbis annot. 22. num. 3. Rot. coram Cerro dec. 358. n. 9.*

Nec obeſſe valet, quòd hodie populus hac via ampliùs non utatur, nec per eam tranſeat, ſed per aliam viam, *detta di S. Lazzaro.* Inſubſiſtentia enim objecti reſultat ex juribus, & documentis, in Actis exhibitis, ex quibus habetur, quòd per hanc viam tranſiverunt in præteritum, & ad præſens tranſeunt homines equeſtrè, & pedeſtrè, cum animalibus, tam cum ſarcinis, quàm ſine ad eorum libitum, abſque eo quòd unquam eis fuerit impeditus talis tranſitus, ut deponunt plures teſtes in eorum Fidibus juratis, P. Aloyſius in ſua Epiſtola, & habetur ex deliberationibus Magiſtratus, de quibus in ſcripturis, allegatis Proceſſus *ſub n. 2. 3. 4. & 5.*, idemque fatetur tertius teſtis, formitèr examinatus *ſuper 3. & 18.*, qui ſolus ſufficeret ad probandum liberum tranſitum per dictam viam, cum teſtis contra inducentem plenam probationis gradum conſtituat, ut in propria mate-
28 ria, de qua agitur, *Capyc. Latr. conſult. 64. num. 14. Rot. coram Cerro dec. 838. n. 10. & in recen. dec. 61. n. 4. part. 17.*

Quamvis in præſenti hypotheſi, etiamſi verum eſſet, quòd homines controverſa via non uterentur, id obeſſe non poſſet; quia quando via non ſuit conſtituta ſuper bonis privatorum, ſed ſolum illius eſt publicum, prout publicum eſt illud, de quo agitur, ſi talis via ſit minùs frequentata, & Populus ea non utatur, ex quo ſit repleta vepribus, vel ſpinis, aut in aliqua parte devaſtata, vel ex alia cauſa,
29 non per hoc amittit ejus naturam, & qualitatem, ſed publica ſemper remanet, & quilibet de populo poteſt in ea continuare uſum, pro quo conſtituta eſt, *ad Text. in l. 1. ibique Gloſſa ff. de via publ. Menoch. conſ. 143. num. 3. Afflict. de Jure Prothomiſ. §. 9. ſub n. 4. verſ. quo ad quartum, & ſub n. 5. Carpan. ad Stat. Mediolan. tom. 2. cap. 160. n. 8. Cepoll. de Servit. Ruſt. Prædior. cap. 3. n. 21. Antonin. de Donat. lib. 3. cap. 5. n. 64. Peregr. de Servit. tom. 3. cap. 9. quæſt. 10. n. 12. quæſt. 18. n. 8. & quæſt. 20. n. 11. De Luc. ad Gratian. diſcept. 678. n. 9. Conſtant. ad Stat. Urbis annot. 22. n. 22. Franciſc. Marc. dec. Delphinal. 594. num. 1. & 2. part. 1. Cavaed. dec. Catholan. 107. num. 31.*

Secunda non minùs urgens demonſtratio, ad oſtendendum viam hanc eſſe publicam, elicitur ex confeſſione expreſſa, emiſſa ab admodum R. P. Aloyſio in Epiſtola, ab ipſo ſcripta ejus Cauſidico, ut judicialitèr ageret coram Magiſtratu pro viæ refectione, ab eoque in Judicio producta ab alia confeſſione P. Marcelli Sperandei, in Informatione, ab ipſo in Actis exhibita die 23. Februarii 1705. *Proceſſu folio 64. §. In Secondo oppoſizione;* nec non ab alia confeſſione emiſſa à D. Gelzo, Authore dictorum PP. in inſtrumento emptionis, & venditionis, & repetita in venditione facta iiſdem PP., in quibus Inſtrumentis datur pro confine via publica, quæ eſt controverſa. Idemque confirmant confeſſiones tacitæ, deſumptæ ex inſtantiis judicialibus pro refectione dictæ viæ, factis Magiſtratui viarum, qui ſe ingerit ſolum in viis publicis, & reparatione obventis, nedum contra Perſonas Communis, ubi via ſita eſt, ſed etiam
30 aliorum, illæque confeſſiones probare qualitatem viæ publicæ, tradunt in ſpecie *Rot. Lucen. penes Conſul. dec. 69. n. 7. & ſeqq. & n. 21. & ſeqq. & n. 28. & apud Baldas. ad Roman. dec. 50. n. 33. tom. 2. optimè Rot. Florent. poſt tom. 1. Summa Sabelli, d. cap. 2. n. 1. & ſeqq. & n. 9. & 10. 14. 14. & ſeqq. Rot. Roman. cor. Emerix Jun. dec. 358. num. 6.*

Non relevante, quòd confeſſio dictorum RR. PP. non potuerit præjudicare Religioni, & enunciativæ emiſſæ in Inſtrumentis venditionis, tanquam ad alium
31 effectum emanatæ, non probent publicitatem, ut in his terminis *Gratian. conſ. 122. n. 1. & 2. Bertazzol. conſ. 471. n. 7. lib. 1. Rovit. diſput. 162. n. 15. D. Conſtant. ad Statut. Urbis annotat. 22. n. 13. & 14.*

Quoniam quando confeſſio, prout hic, fulcitur aſſiſtentia, & præſumptione Juris communis, eſt Judicialis, geminata, & adminiculis coadjuvata, præju-
32 dicat Eccleſiæ, & ſucceſſoribus conſequenter, ut de confeſſione habente Jura

ali-

aſſiſtentium *De Angel. de Confeſſionibus tom.2. lib.3. quæſt.2. n.14. & 61. Addent. ad Buratt. dec.435. n.10. Rot. Diverſ. deciſ.141. n.5.& 6. part.2. in rec. dec.74. numer.6.& 7. par.21.*, de Judiciali in terminis confeſſionis Oeconomi, Syndici, & Procuratoris, eſt *Textus in cap.ex parte 3. de Confeſſ. ibique Gloſſa, & DD.* ſignantèr *Pirhing. §.1. num.7. verſic. eorundem. Rot. coram Cavaler. dec.31. n.6.* ubi concordantes. *Dunozet Jun. dec.61. n.12.* de confeſſione geminata *De Angel.de Confeſſ. tom.1. lib.3. d. quæſt.2. n.14. Rot. coram Dunozet. Sen. dec.225. n.5. & in rec. deciſ.57. n.5. & ſeqq. part 15.*, & de confeſſione adminiculata *De Angel. de Confeſſ. tom.2. lib.3. d. cap.2 ſub n.14., & 60. Rot. coram Gregor. dec.506. n.3. Dunozet. Sen. dec.225. n.6. Cerr. dec 161. num.6. in rec. dec.313. n.42. part.17.*, & in puncto confeſſionis, emiſſæ à Canonico, quòd præjudicet Eccleſiæ, & Capitulo, *Rot. coram Cerron. dec 1923. n.13 Ubald. dec.554. n.7. & in Addit. ad eundem numerum*.

Eademque reſponſione conciliantur Authoritates, adductæ ad probandum, confeſſiones emiſſas in Inſtrumentis venditionis non obeſſe nam aut confeſſiones, & enunciativæ prædictæ ſunt ſimplices, & tanquam factæ ad alium effectum non probant, & in his terminis loquuntur *Conſtant. ad Statut. &c.* aliique in

23 objecto relati. aut ſunt geminatæ, & pluribus adminiculis, & circumſtantiis fulcitæ, & non proceſſerunt cum diverſis ac extraneis perſonis, ſed cum illiſmet, qui publicitatem impugnant, & illo caſu concludentem probationem faciunt ex traditis per *Craſſal. dec. Locum.69. n.82. Rot. in rec. dec.82. n.16. part 18.*

Tertia deſumitur ex duabus participationibus, factis à Magiſtratu Viarum S. C. R ad hoc, ut dignaretur licentiam concedere erogandi pecunias Capſæ viarum pro refectione hujus viæ, cum benigno Reſcripto, ab eadem obtento, cumque hujuſmodi licentia non concedatur niſi pro refectione viarum publicarum, & franchigiarum, inter quas à dicto Magiſtratu deſcribitur controverſa, ut in Scripturis, alligatis Proceſſui *ſub n 3 verſic. Strade franchigie*, hinc manifeſtè reſultat, viam hanc fuiſſe recognitam pro publica à Principe, & Magiſtratu, apud

24 quos reſidet authoritas publicandi, & faciendi vias publicas. *d. l.2. §.Viarum. Afflict. de Jur. Prothomiſ. §.9. n.3. & ſub n.7. Capoll. de Servit. Ruſticor. Prædior. cap.3. ſub n.21. Franciſ. Marc. deciſ. Delphinal. 336. n.15. par.1.*

Quarta depromitur ex pluribus Ordinibus, datis à Magiſtratu pro refarcienda controverſa via, quod paritèr arguit viam eſſe publicam, cum viæ publicæ, non privatæ, ſint ſub Juriſdictione Magiſtratus Civitatis, illique cura incumbat vias pu-

25 blicas conſervandi, & manutenendi. *De Luc. de Regal. diſc.136. num.5. Conſtant. ad Statut. Urbis annotat.22. num.58. 60. & 61.*

Haud relevante, quòd dicti Ordines non fuerint executioni demandati, nec via unquam reaptata quia hoc provenit, ex quo intereſſati ulteriores inſtantias non fecerunt Cæterùm quando RR. PP. Societatis Jeſu de anno 1703 iterum inſteterunt pro viæ refectione, fuerunt renovati Ordines, & illorum vigore factæ repartitiones poſſidentibus pro ejuſdem viæ reaptatione, & ad præſens plenariam

26 executionem habuiſſent, niſi PP., aliique intereſſe habentes, mutato conſilio, pro illa claudenda præſens Judicium inſtruxiſſent.

Quinta eruitur ex quo per dictam viam tranſierunt, & tranſeunt Vergarii, aliaque omnia animalia pro ſervitio Civitatis Florentiæ, & Senenſis, ut fatetur P. Aloyſius in Epiſtola ab ipſo ſcripta, & producta *cum*

27 *Proceſſu ſub n.2.*, & deponunt quinque teſtes in eorum Fidibus Juratis *Proceſſu n.4.* aliique formitèr ad inſtantiam PP. examinati, ſignantèr tertius *ſup 3.*, & aſſeritur in deliberatione Magiſtratus 18 Septembris 1685. ut in Ordinibus, alligatis Proceſſui *ſub n.3.* hoc autem fieri non potuiſſet, ſi via non eſſet publica, cum in Bannimentis, quæ quolibet anno publicantur, prohibitum ſit Vergariis, & Paſtoribus, oves, aliaque animalia ducere per vias, quæ non ſint Magiſtræ, & Doganales, ut legitur *in §.3. eorundem Bannimentorum*.

Hinc non obſtat, quòd via controverſa non ſit deſcripta in Statuto, in quo enunciantur viæ Magiſtræ, & Franchigiæ Quia in dicto Statuto non fuerunt deſcriptæ omnes viæ publicæ, & Magiſtræ, ſed ſolùm illæ, quæ non erant antiquæ, ut in *cap.8.* eorundem Statutorum,

con-

conſervatorum in Cancellaria Magiſtratus viarum ibi -- *quòd omnes aliæ viæ, quæ ſunt in aliquo capitulo conſtitutæ, vel non ſunt in capitulo conſtitutæ, quia ſunt viæ antiquæ &c.* -- undè cum via Portæ *dell' Arco*, in cujus locum fuit ſubrogata via Portæ Tuſi, tendens ad locum, ubi
28 adeſt Caupona *della Coroncina*, ſit antiqua, ex non facta iſtius deſcriptione in dicto Capitulo Statuti in ordine *l'ottava*, non probatur negativa, quòd recenſeri non debeat inter publicas vias.

Ejuſdem detegitur inſubſiſtentia, quòd via hæc ſit reſiduum viæ tendentis ad Portam Juſtitiæ, quæ cum hodiè clauſa ſit, & illius via in aliis partibus fuerit à particularibus occupata, & redacta ad culturam, iſta etiam pars reſidualis illius poterit claudi, & occupari. Etenim ultra alias reſponſiones, in præcedenti *deciſione* datas n. 8. §. *Nec obſtat, & ſeqq.*, objectum corruit, quia via hæc aperta fuit pro commercio Portæ Tuſi, & in eam ingrediebatur via Portæ Juſtitiæ, quæ erat modernior prima, ut deponit Macchiua *ſuper 9. & ſeqq.*, qui licet de credulitate, & proprio judicio deponat, tamen contra inducentem, ac producentem, qui teſtibus examinatis utitur, plenè
29 probat, ut in his terminis tradit *Bertaz. dec. Bonomen. 156. ſub n. 11.*, & generalitèr *Gabriel de Teſtib. concl. 1. ſub n. 14. & ſeqq. Gratian. diſcept. 468. n. 47. & diſcept. 930. n. 38. Conciol. alleg. crimi. 3. n. 18. 19. 31., & ſeqq.* ubi concordantes. *alleg. 71. n. 31. & Reſolut. criminal. V. Teſtes quoad dicta reſolut. 13. n. 7. Sabell. reſolut. 17. num. 1. Thomat. dec. 50. n. 370. Surd. dec. 284. n. 19. Rot. coram Dunozet Jun. dec. 647. num. 2. & in rec. dec. 96. n. 24. dec. 108. num. 13. & dec. 217. num. 15. & 16. part. 17. dec. 73. n. 11. part. 19.*

Maximè dum teſtis præfatus reddit rationem ſuæ credulitatis, nam quoties teſtis de credulitate allegat fundamentum ſuæ opinationis, puta, quia vidit, vel aliam cauſam reddit, ſufficientem proba-
30 tionem facit, ut in noſtris terminis *Paſcell. d. expedit. 67. n. 18.*, *& ſeqq.* & generalitèr *Gratian. diſcept. 843. n. 7. Conciol. d. allegat. 3. n. 10. & d. reſolut. criminal. 13. n. 8. Thomat. dec. Marchiæ 50. n. 374. Rot. apud Poſth. de Manutent. dec. 499. n. 3. coram Dunozet. Jun. dec. 804. n. 9.*

Et fortiùs, quando ejus dictum fulcitur tot circumſtantiis, & demonſtrationibus, publicitatem viæ denotantibus, ſuperiùs recenſitis, quæ ſi ſatis ſunt ad conſtituendam viam publicam, multò magis prodeſſe poterunt pro adminiculo ad probandum viam, quam à principio non negatur fuiſſe publicam, non amiſiſſe ejus naturam, & qualitates, ſed ſe in eodem ſtatu publicitatis conſervaſſe. Talibus namque circumſtantiis concurrentibus, indubium eſt, teſtes prędictos plenam probationem facere, quamvis de credulitate
31 deponant. *Farinac. de Teſtib. quæſt. 68. n. 101. Gratian. diſcept. 468. n. 47. Conciol. d. alleg. 3. n. 13. Rot. Januen. apud Baldacc. Dec. & Rer. Judicat. tit. 3. dec. 30. n. 13. Rot. coram Dunozet. Jun. dec. 985. n. 18. Merlin. dec. 692. n. 50.*

Præcipuè quia ad ipſum convincit ocularis inſpectio loci, ex qua apertè deprehenditur, viam hanc non minus inſervi ſſe pro Porta Juſtitiæ, quàm pro antiquiore Porta Tuſi, quæ ocularis inſpectio omne
32 aliud genus probationis ſuperat, in individuo *Alex. conſ. 177. n. 4. lib. 6. Rocca diſput. 162. n. 11. Conſtant. ad Statut. Urbis annot. 21. n. 8. & 167. Bertaz. d. dec. Bonomen. 156. n. 11. Belmont. dec. 118. n. 24. Rot. Florent. poſt tom. 1. Summæ Sabelli, d. cap. 2. n. 11. & 14.*

Poſito autem, quòd via hæc tenderet nedum ad Portam Juſtitiæ, ſed etiam ad Portam Tuſi, & poſt primam, clauſam biſcentum ab hinc annis circitèr, inſervierit, & inſerviat pro hac ſecunda, ut deponit bo. me. Bajulivus Marſilius, aliique teſtes, de quibus in documentis productis cum Proceſſu n. 3. & 4. cęterique formitèr examinati, ex hoc ſequitur, quòd licita eſſe non poteſt clauſura dictę vię, cum adhuc remaneat cauſa, pro qua aperta
33 fuit, & pro qua, tam de tempore, quo aderat Porta Juſtitiæ, quàm poſt illam clauſam, uſque adhuc inſervivit, & inſervit. Immò ex quo reſidualis pars viæ occupata fuit, & iſta ſemper remanſit in eſſe, & publico uſu, inſervivit, hinc etiam comprobatur, iſtam partem vię inſervi ſſe quoque pro eundo ad Portam Tuſi, nam aliàs ſicut occupata fuit major pars dictę
34 vię, ita etiam iſta occupata fuiſſet à vicinis.

Et in omnem caſum in concurſu actuum, & circumſtantiarum, hinc indè adductorum, ſemper prævalere deberent

illa

illi pro publicitate viæ, utpote validiores,
35 numero, & qualitate majores, ac Juris aſſiſtentia fulciti. *Rota coram Emerix Junior. dec 1025. ſub n.4. & dec. 1167. n.9., & in Salisburgen. ſeu Chiemen. Teſtimonialium 23. Martis 1705. §. Verùm, in fine, coram Scotto.*

Et ita utraque &c.

Senen. Validitatis Reſcripti.

Luna 6. Junji 1707.

ARGUMENTUM.

Reſcriptum Principis, Cauſæ avocatorium, & ejuſdem delegatorium, ab objecto ſubreptionis vitio vindicatur. Reſolvitur, avocationem unius Cauſæ, factam per Principem ad preces pro Cauſis motis, & movendis porrectas, diverſas Cauſas in futurum movendas non comprehendere, & quando avocatio dicatur reſtricta ad unam Cauſam, & alia plura ad materiam.

SUMMARIUM.

1 *Subreptio concludentèr eſt probanda per aſſerentem.*

2 *Delegatio, per Principem facta, non comprehendit niſi Cauſas, in Reſcripto expreſſas.*

Maximè ſi Reſcriptum ſit diverſum à precibus n.7. & 8.

3 *Subreptio Reſcripti delegatorii unius Cauſæ non intrat ob reticitam priorem Delegationem Cauſæ diverſæ.*

4 *Dictiones tam, & quàm, ſtant inter ſe augmentativè, & ampliativè.*

5 *Copulatis in petitione pluribus rebus per dictionem &, oſtenditur ſuper omnibus inſtitum fuiſſe.*

6 *Delegatio ſtrictè capienda; & reſtricta ad unam Cauſam, ad alias non valet extendi.*

7 *Fortiùs ſtante declaratione, Principem proceſſiſſe de conſenſu Partium.*

8 *Pluribus petitis, ſi conſenſur, vel Principis Reſcriptum ad unam reſtringatur, cætera cenſentur denegata.*

9 *Delegatio facta cum omnibus annexis, connexis, & incidentibus, non extenditur ad Cauſam diſtinctam.*

10 *Reſcriptum Delegatorium continere Cauſas in futurum movendas, deducitur ex obſervantia.*

Subreptitium dicitur Reſcriptum Delegatorium unius Cauſæ, non facta mentione præcedentis Delegationis, ibidem.

11 *Subreptio ceſſat, ubi aliquid fuerit reticitum abſque ſcientia poſitiva, dolum inducente.*

12 *In dubio reſpondendum eſt pro validitate Gratiæ, & excluſione ſubreptionis.*

13 *Subreptio ceſſat ſi Reſcriptum emanaverit, ſumpta per Principem præcedenti informatione.*

Quia Princeps aliundè, quàm ex precibus, potuit certiorari, ibidem.

14 *Subreptio non poteſt opponi contra Reſcriptum Principis, ex certa ſcientia emanatum.*

15 *Clauſula* non obſtante, *in Reſcripto appoſita, tollit omnia obſtacula ſubreptionis.*

DECISIO XII.

OB retardatam ſolutionem Dotis, ſibi in capitulis matrimonialibus promiſſæ à Nob. D. Camilla Venturæ; D. Bonaventura Neri Badia, Inclitæ Rotæ Florentiæ Auditor, ſupplices preces porrexit S. C. Regiæ, ad hoc ut dignaretur Cauſam hanc uni, vel pluribus Judicibus hujus Civitatis committere, cum facultate procedendi manu regia, & ſine ſtrepitu, ac figura Judicis, eamque terminandi in una, vel pluribus vicibus: Cumque Ser. D. noſter, prævia ejuſdem Cauſæ avocatione ad ſe facta, illam nobis delegaverit, oppoſitus fuit pro parte D. Angeli Venturi, ejuſdem D. Camillæ Patrui, defectus Juriſdictionis, eo innixus fundamento, quòd preces, S. C. Regiæ porrectæ, ſubreptionis vitio laborarent, ex quo non fuit Principi expreſſum omnes Cauſas motas, & movendas inter præfatum D. Angelum, ejuſque neptes, uſque de Anno 1702. de conſenſu Partium tribus Judicibus à S. C. Reverendiſſima delegatas fuiſſe. Unde aſſumpta formitèr cognitione ſuper hac exceptione, illaque inſubſiſtente reperta, pronunciavimus eſſe ad ulteriora procedendum.

Defecit quippe D. Angelus in probanda dicta ſubreptione, prout neceſſariò illam juſtificare tenebatur, & quidem
1 plenè, & concludentèr tanquam fundamentum ſuæ intentionis. *Gobius con-*

ſolu.93. n.8. Palma Nep. allegat.102. numer.11. Rota coram Gregor. dec.108. n.1. ibique Addent. n.13. Ubald. dec.800. n.12. Panting. dec.51. n.5. Buch. dec.645. n.25. in recent. dec.414. n.11. & 12. part.18. & in Cracovien. Archidiaconatus 26. Junii 1697. §. *Quo tamen, coram R. P. D. Molines.*

Quin immò ex lectura ſupplicis Libelli, & Reſcripti S. C. Rev. ſub die 1. *Novembris* 1702. conſtitit, illam non adeſſe: in eo enim narratur Principi, fuiſſe introductum Judicium à DD. Camilla, & Hiacyntha, una cum D. Petra earum Matre, contra eumdem D. Angelum Patruum ſuper redditione rationum, pluresque alias oriri poſſe controverſias inter eaſdem Partes, ſignantèr pro incorporandis dotibus ex bonis ſubjectis aſſerto Fideicommiſſo, purificato ad favorem dicti D. Angeli, ad quas terminandas petita fuit Delegatio dictæ Cauſæ pendentis, & aliarum, quæ in futurum moveri poſſent: unde cum S. C. Rev. non omnes Cauſas ad ſe avocaverit, ſed unam tantùm, nempe Cauſam pendentem, illamque tribus Judicibus delegaverit, ſuper iſta ſolùm adeſt Delegatio, & Ju-
2 riſdictio, non ſuper aliis diverſis, & de quibus in Reſcripto non fuit facta mentio. *Turzan. conſ.82. numer. 19. Scaccia in Addit. ad Sanfelic. deciſ.368. verſic. Delegatum non ad..., & dec.411. verſic. inſervit quanto. Rot. coram Gregor. dec.34. num.1. verſic. quia enim fueſſet commiſſa, & n.2. Coccin. deciſ.2088. n.15. & 19. Pamphil. deciſ.191. n.1. Cerr. dec.748. n.1. in rec. dec.324. ex n.1. part.14.*, & per conſequens, ſtante diverſitate Cauſæ, in qua proceſſerat De-
3 legatio, ob non factam illius mentionem nulla conſiderari poteſt ſubreptio: in ſpecie *Rot. coram Dunozet. Jun. dec.911. n.3 & 4.*

Maximè quia in petitione facta S.C. Reverendiſſimæ, fuit contradiſtincta Cauſa redditionis rationum jam introducta, ab aliis in futurum movendis, ibi — *ſupplicandolo voglia reſtar ſervita avocare a ſe, tanto la detta Cauſa pendente, quanto ogn' altra, che ſia, ò poſſa eſſere fra dette Parti, e quelle commettere, e delegare &c.* —
4 Quæ dictiones *tam*, & *quàm*, ſicut oſtendunt inſtantiam, C. S. Reverendiſſimæ factam, continere duas contradiſtinctas ſpecies Cauſarum, illam nempè redditionis rationum, quæ tunc temporis mota erat, & alias, ſuper quibus poterant inter Partes oriri lites, & controverſiæ, cum hoc importet natura dictionis *tam*, & *quàm*, quæ ſtant inter ſe augumentativè, & complexivè, ex traditis per *Cravet. conſ.127. num.9. Menoch. conſ.195. n.7. Barboſ. dictione 399. num.3. Rot. cor. Cerro dec.84. num.8. dec.88. n.5. dec.616. n.11. & dec.641. num.4. Emerix Jun. dec.101. num.11. & dec.277. n.6. in rec. dec.610. n.7. par.18.*, & in propria materia, de qua agitur, *D. Conſtantin. ad Stat. Urbis annot. 17. numer.127.*, & indicant pariformitèr inſti-
5 tum fuiſſe ſuper utroque ex copulatis per dictionem *&*. *Surd. conſ.317. n.16. & conſ.401. n.13. Barboſ. d. dictione 399. n.1. Rot. coram Cerro dec.84. n.9. Emerix Jun. d. dec.103. n.11. & d. dec.277. num.6. & in rec. dec.120. n.1. par.6., & dec.109. num.9. par.7. & dec.610. n.7. par.18.*, & proſequitur in ſubjecta materia *Conſtantin. ad Statut. Urbis annot.17. n.127.*

Ita operantur, ut facta avocatione, & Delegatione, non utriuſque ſpeciei dictarum Cauſarum, ut petitum fuerat, ſed unius tantùm, quæ pendebat ſuper redditione rationum, ibi — *S. A. ſtante il conſenſo delle Parti dato in voce, avoca a ſe detta cauſa, e quella commette, e delega &c.* — Delegatio, pro hac Cauſa conceſſa, ad alias in futurum movendas ex-
6 tendi non poteſt, ita ſuadente etiam ſtricta natura Delegationis, nullam extenſionem patientis. *De Luc. de Judic. diſc.8. n.12. Rot. cor. Gregor. d. dec.34. n.2. & 3. Cerr. dec.748. n.1. in rec. dec.85. n.4. par.6. dec.324. ex n.1. & 4 par.14.*

Et fortiùs attento quòd gratia avocationis, & Delegationis in perſonis trium Judicum, non proceſſit ex ſola benignitate S. C. Reverendiſſimæ, ſed à conſenſu partium, ut præſeferunt verba mox
7 relata Reſcripti, proindeque cum Pars potuerit limitatè conſenſum præſtare pro Cauſa redditionis rationum, & non pro aliis, de quibus mentio facta fuerat in Precibus, prout conſtat conſenſiſſe in tribus Judicibus diverſimodè à petitione facta in Precibus, in quibus Delegatio in perſona unius tantùm Judicis petebatur. Ex hoc eo magis arguitur Delegationem alias Cauſas comprehendere non poſſe, quàm expreſſam in Reſcripto;

Pla-

Pluribus enim rebus petitis, ſi conſenſus pro una præſtetur, vel Judex, aut Prin-
8 ceps ſuper una reſcribat, omnia alia cenſentur rejecta, & denegata, ut in terminis contractuum *Roſa in l. maritus 11. §. præſcripſerit, C. de procurat. & in §. Quoniam V. reſpondere debemus. Inſtitut. de inutilib. ſtipulat. Mantic. de Tacit. lib. 14. tit. 10. n. 16.*, & in terminis Reſcriptorum *Rot. cor. Bich dec. 352. n. 12.*

Nec obeſſe valet, quòd delegatio prædicta contineat clauſulam — *con tutti gl' annessi, connessi, incidenti, & emergenti* — Quoniam clauſula præfata intelligitur de omnibus iis, quæ acceſſoriè veniunt ad ipſam Cauſam, & ſunt ejuſdem natu-
9 ræ, non autem de Cauſis diſtinctis, & diverſis. *Card. de Luc. de Judic. d. diſcurſ. 8. n. 13. & 33. Rot. in recent. dec. 104. n. 41. par. 6. Dunozet. Jun. dec. 587. n. 2. & deciſ. 247. n. 3. & 4.*

Prout non officit, quòd ſubſecuta obſervantia declaraverit, etiam Cauſas movendas in dicta Delegatione fuiſſe comprehenſas, ex quo D. Petra, quæ una cum dd. DD. Hyacinta, & Camilla filiabus, preces S. C. Reverendiſſimæ porrexit, ac poſt Judicium pro reſtitutione ſuæ Dotis coram præfatis tribus Judicibus Delegatis introduxerit, ſicque cum attenta obſervantia, quæ eſt omnium inter-
10 pretationum Regina, innegabile ſit, Delegationem omnes Cauſas, etiam in futurum movendas, comprehendere, nova Delegatio, Cauſæ, per dictum Auditorem Neri obtenta à S. C. Regia, Nobiſque directa, ob non factam expreſſionem dictæ præcedentis Delegationis, ſubreptionis, & obreptionis vitio fuerit infecta, ex firmatis in terminis per *Card. De Luc. de Judic. d. diſc. 8. num. 21. Rot. coram Bevver. dec. 74. n. 4. ubique Addent. littera B. Bich. dec. 370. n. 13. & dec. 591. n. 5.*

Etenim cum ex lectura Precum, & Reſcripti delegatorii in perſonis dictorum trium Judicum appareat, non fuiſſe comprehenſas in Delegatione Cauſas movendas, ut ſuperiùs oſtenſum eſt, vel ſaltem negari non poſſit, hoc fuiſſe valdè dubium, & dictus D. Auditor Neri ſcire non teneretur, nec poſſet, litem ſubinde motam à D. Petra coram dictis tribus Judicibus, negari non valet ipſum fuiſſe in omnimoda bona fide, & juſtè credere potuiſſe Cauſam hanc non conti-
neri in Delegatione prius facta, & con-
11 ſequenter ceſſat ſubreptio, quæ requirit ſcientiam poſitivam, certam, & ſpecificam, inducentem dolum in tacente, ſine quo non datur ſubreptio. *Felin. in cap. ſuper litteris n. 1. de reſcript. Gratian. diſcept. 765. n. 48. Epiſcop. Rota diſputat. 189. num. 6. & 7. Rot. coram Manzaned. dec. 382. n. 4. Bich dec. 315. num. 14. in rec. dec. 336. n. 2. & 3. par. 4. tom. 3. dec. 310. num. 3. & dec. 419. n. 3. par. 14. & in dicta Cracovien. Archidiaconatus 26. Junii 1697. §. Quoniamque, coram Molines*, adeout ſi res ſit aliquo modo dubia, in hac dubietate ſemper ſit pro validitate Gratiæ reſpon-
12 dendum. *Rota coram Bich. dec. 471. num. 5. & dec. 645. n. 15. & in dicta Cracovien. Archidiaconatus 26. Junii 1697. §. Quia tamen, cor. Molines.*

Præterea ex alio fundamento tollitur oppoſita ſubreptio, in eo conſiſtens, quòd nempe S. Regia Celſitudo non reſcripſit innixa expreſſioni ſolùm factæ in Precibus D. Auditoris Neri, ſed ſumpta priùs informatione à ſuis Miniſtris — *S. A. Reale informata &c.* — unde cum à Miniſtris certiorari potuerit de præcedenti Dele-
13 gatione, ex hoc evitatur prætenſa ſubreptio, quæ nunquam conſiderari valet, quoties Princeps potuit de veritate narratorum ſcientiam habere aliundè, quàm ex Precibus ſibi porrectis. *Felin. in cap. nonnulli 18. n. 18. & in cap. in noſtra 31. n. 15. verſ. incidenter, & ſub num. 15. de reſcriptis. Cyriac. controverſ. 160. n. 18. & ſeqq. Nogherol. allegat. 32. n. 107. & allegat. 33. n. 13. Palm. Nep. allegat. 201. num. 13. Roſa de Execut. Litterar. Apoſtolic. par. 1. cap. 3. num. 33. Urceol. deciſ. Florent. 3. n. 12. Rot. in recent. dec. 227. num. 9. par. 13.*

Immò in his terminis Princeps, plenè de materia informatus, dicitur reſcribere
14 ex certa ſcientia, quo caſu, obreptio, & defectus intentionis opponi non poteſt contra ejus Reſcriptum. *Nogherol. allegat. 32. n. 111. Palm. Nep. allegat. 201. num. 31. & allegat. 203. n. 45. Rot. coram Pamphil. dec. 337. n. 7. & in recen. dec. 210. num. 6. part. 1.*

Præcipuè quia hæc Delegatio, noviſſimè obtenta, munita eſt clauſula *non ob-*
15 *ſtante*, quæ tollit omnia obſtacula, & efficit, ut de ſubreptione dari non poſſit ob non factam mentionem primi Reſcri-

pti. *Rebuſ. de Reſcriptis in præfat. n.113. Palm. Nep. allegat.103. n.45.*

Et ita utraque &c.

Pientina Legati.

Lunæ 6. Junii 1707.

ARGUMENTUM.

Admittitur ad legatum, relictum pauperiori de deſcendentia parentum, & attinentium Teſtatoris, pauperior, pollens qualitate conſanguinei affinium ejuſdem met Teſtatoris.

SUMMARIUM.

1 *Oriundus ex aliquo loco dicitur, cujus majores ex eodem loco originem habuerunt.*

2 *Vocatis iis de deſcendentia parentum, & attinentium, etiam conſanguinei affinium comprehenduntur.*

3 *Quamvis non deſcendant ab affinibus, ſed ſint ſolummodo de eorum linea contentiva.*

4 *Fortiùs in concurſu prorſus extraneorum, proximioribus non comparentibus.*

5 *Pauperior in concurſu quis dicatur, ad obtinendam prælationem in relicto pauperiori.*

DECISIO XIII.

REſponſum fuit, legatum deberi Roberto, dum ipſe juſtificavit, ſe habere omnes qualitates à Teſtatore requiſitas. Quòd enim ſit oriundus à Civitate Pientina, reſultat ex quo ipſe docuit, ejus patrem in eadem Civitate natum eſſe, quod ſufficit, cum ad hoc ut quis dicatur oriundus ex aliquo loco, neceſſe non ſit, ibi ortum habuiſſe, ſed ſuperabundat origo, &
1 nativitas majorum ipſius in eodem loco. *Antonell. de Loco Legal. lib.1. cap.6. n.37. & lib.2. cap.1. n.400. Decian. Tract. Criminal. lib.4. cap.16. n.19. & 20. Farinell. reſp.92. n.3. & 4. Genuenſ. dec.48. n.45. & ſeqq. Rot. in rec. dec.66. n.20. & ſeqq. part.16. & in Aſculana Cappellaniæ 26. Junii 1693. coram Bruneneſe, & 28. Junii 1694. coram Molines, quarum ſecunda eſt impreſſa poſt De Luc. de Jurepatr. in Miſcellan. dec.44. n.5. & 6.*

Quòd ſit *de deſcendentia conſanguineorum, & attinentium Teſtatoris*, probatum remanet ex eo, quòd idem Robertus docet ſe deſcendere ab eodem ſtipite, à quo provenit Maria, Uxor Jacobi conſanguinei Teſtatoris. Cum enim negari non poſſit, quin conſanguinei affinium aliquo modo attinere dicantur Teſtatori, vocatis iis de deſcendentia *ejus parentum, & attinentium*, dici debent in diſpoſitione
2 comprehenſi, ut *poſt Angel. in Auth. de hæredib., & falcid. circa finem, verſ. item qui dicantur participes, & ad ſe attinentes. Stephan. Jun. reſol. 18. ſub n.2.* benè in individuo tradit *Rot. in Perufina Subſidii dotalis 2. Maji 1704. §. Concurrere, & per totam, coram Scotto.*

Idque procedit, quamvis Robertus non deſcendat à Maria, affine Teſtatoris, ſed à Nicolao, ejuſdem Mariæ fratre.
3 Quoniam cum legato non fuerint honorati deſcendentes à parentibus, & attinentibus Teſtatoris, ſed illud relictum fuerit perſonis *de deſcendentia ejus parentum, & attinentium*, omnes de linea contentiva parentum, & attinentium, vocati dici debent, ut proſequitur in ſpecie *Rot. in d. Perufina Subſidii dotalis 2. Maji 1704. §. Nec obſtare, coram Scotto.*

Eoque validiùs, quia ad legatum prædictum non aſpirat alius, qui ſit agnatus, cognatus, affinis, aut de attinentibus magis proximis Teſtatoris, in quorum defectum, & ad excluſionem penitus extraneorum, admittendi ſunt illi, qui quoquomodo, licèt remotiſſimè, attinent, & aliquam in mente Teſtatoris, meruerunt conſiderationem, ut poſt plures, quos re-
4 fert, benè in noſtris terminis *Rot. in ſæpè citata Perufina Subſidii dotalis 2. Maji 1704. §. In quam ſententiam, & ſeqq. coram Scotto.*

Et demùm, quòd idem Robertus ſit ex Collitigantibus pauperior, concludentèr juſtificatur ex depoſitionibus plurium teſtium, unanimitèr aſſerentium, eumdem nulla bona ſtabilia poſſidere, & ob id multotiès coactum fuiſſe eleemoſynas quærere, pluribus morbis habitualibus vexari, & teneri alere matrem, ſenectute confectam, & fratrem dementem, A' qua neceſſitate, & infortuniis, cum exem-
5 ptus ſit Bartholomeus, ad prædictum lega-

gatum aſpirans, jure merito Roberto, majoribus qualitatibus pollenti, juxta Teſtatoris præceptum legatum præſtari debet, ex firmatis per *Rotam in Florentina Beneficii 11. Februarii 1704. per totam, coram Muto*, ubi pleniſſimè examinatur, quando quis dicatur altero pauperior, ut videre eſt in *deciſ. nondùm impreſſa apud Calderon. reſolut. 17. ſub n. 39. & ſeqq.*

Et ita utraque &c.

Senen. Locationis ſuper Liquidatione.

Martis 21. Junii 1707.

A R G U M E N T U M.

Quantitas concimiuum deducitur ex quantitate paleę, anno antecedenti recollectę, illius autem quantitas regulatur à recollecta frumenti. Et ſi dubium remaneat in facto, ob damnum, quod accidit frumento, paleâ exempta fuerit, Judex juxta facti circumſtantias ſuum arbitrium interponat.

S U M M A R I U M.

1 *Quamvis Articulans non fateatur, Articuli tamen magnum præſtant adminiculum pro veritate in eis contentorum, etiamſi fuerint producti abſque juramento.*

2 *Præcipuè quando ſunt concepti per verba,* che la verità fu, & è, *& fuerit aſſertum, de Articulatis publicam eſſe vocem, & famam, & confeſſio eſt adminiculata n. 3.*

3 *Teſtis, quamvis unicus, ſi ſufficientem ſui dicti rationem reddat, & ſit adminiculatus, plenam facit probationem.*

4 *In dubietate facti, Lex Judici permittit arbitrium.*

Et arbitrium debet fundari in veriſimilitudine, & rationabilitate num. 6.

5 *In æſtimatione damni in bonis locatis, Peritorum judicio ſtandum eſt.*

6 *Judex in æſtimatione damni, pro rationabili, & veriſimili quantitate arbitrari debet.*

D E C I S I O XIV.

PRO ſolutione debiti ſcutorum 401. 1. 10. in quibus condemnatus fuit Jacobus Antonius Roſi Bertoni die 4. Maji præteriti, pro pretio beſtiaminum, & conciminum, in principio locationis receptorum, dedit ipſe ad computum DD. Petro Boninſignio, & Comiti Nicolao Piccolomineo creditoribus, eadem beſtiamina, & concimina, exiſtentia in Prædiis *delle Mariccie, e Bandite*, pro pretio, à Peritis æſtimando, qui deinde cum circa quantitatem conciminum non fuerint inter ſe concordes, opus fuit recognoſcere, quę paleę quantitas fuerit anno præterito recollecta, cum ab ea inferri poſſe ad quantitatem conciminum faterentur Partes ipſę, & Periti ab ipſis electi.

Ad probandum itaque fuiſſe recollectam paleam ultra quantitatem modiorum 10. adducebat Bertonus ſolitum aliorum annorum, in quibus aſſerebat recollegiſſe 30. circitèr modios paleę, à quibus detracta illa ſegalæ, palea frumenti ſemper exceſſit modios 10., undè cum anno præterito infortunium grandinis excuſſerit quidem frumentum à ſpicis, ſed paleam intactam reliquerit, iſtius quantitas à ſolito præcedentium annorum arbitrari poterit, & in ea quantitate erit æſtimanda, & bonificanda.

Sed hujuſmodi Bertoni objectum viſum fuit non habere in facto ſubſiſtentiam. Nulla enim ex parte ipſius afferebatur probatio, quòd palea, annis præcedentibus recollecta, excederet modios 10., nec quòd anno præterito grando excuſſerit frumentum, & paleam non damnificaverit, immò oppoſitum probatum fuit ex parte Creditorum.

Adducebant enim iſti confeſſionem Bertoni, qui in Judicio defalchi prætenſi ob ſiccitatem, & grandinem, acritèr inſtetit ſibi bonificari debere conſiderabile damnum, quod paſſus fuit in palea ex cauſa grandinis, fatendo, quòd vix treſdecim illius modios in Prædio *delle Mariccie* habuerit, *ut in dic. diei 16. Feb. præteriti §. Ex quibus liquido, nunc inter im-*

preſ-

proſſ. coram Mo la 4. n. 55. verſ. nec obeſſe & n. 56., idque computata etiam palea ſegalę, quæ ex verbis clarè apocę Locationis non eſt in reſtitutione æſtimationum, ad præſens faciendà, valutanda: Idemque faſſus fuit in Articulis, in eodem Judicio ab ipſo productis, in quibus articulavit, ſe recollegiſſe *poca paglia di grano*. Quamvis enim articulans non fateatur; tamen, cum Articuli dari non ſoleant abſque magna conſideratione, præſertim à
2 Procuratore in Cauſa propria, inſerviunt ſaltem pro urgenti adminiculo veritatis contentorum in eis. *Michalor. de Poſſ. cap. 4. num. 18. & 26. De Luc. de Judiciis diſc. 23 n. 9. Rot. Florent. poſt tom. 2. Summæ Sabellis, cap. 2 n. 4. Adden. ad Ludovſ. dec. 143. n. 5. Adden. ad Pamphil. dec. 301. n. 11. & dec. 575. n. 16. Rot. coram Ubald. dec. 871. n. 6. Manzanod. dec. 175. n. 8. Coccin. dec. 1310. n. 3. Prosd. dec. 548. n. 13.*, ubi etiam ſi Articuli producti fuerint abſque juramento *apud Poſſh. de Sabbaſſ. dec. 44. num. 5. & in recent. dec. 113. num. 10. part. 17. Firmana Juriſpatronatus 22. Aprilis 1704. § In ſecunda præſentatione, coram Moro*

Immò quando, ut in præſenti, Articu-
2 li fuerunt concepti cum verbis, *che la verità, ſu rà è*, & de capitulatis dictum fuit eſſe publicam vocem, & famam, plenè probant contra articulantem, ut dixit *Surd. conſ. 105. n. 18. Michalor. de Poſſ. d. cap. 4 num. 19. & 25. Rot. Florent. poſt tom. 2. Summæ Sabell. d. cap. 2. num. 4.*

Maximè quia cum dicti Bertoni confeſſione concordant, nedum depoſitiones omnium teſtium ſuper dictis Articulis, aſſerentium, omnia in eis contenta eſſe vera, ſed etiam depoſitio Bernardi Dominici, ad præſens examinati, qui in reſponſione ad octavum Interrogatorium aſſerit, grandinem æqualitèr intuliſſe damnum frumento, & paleæ, reddens ſui dicti optimam rationem, quia nempe die 27. Junii, qua grando cecidit, frumentum adhuc erat viride, & non poterat excuti à ſpica, niſi damnificaretur etiam palea, qui teſtis, licèt unicus, nihilominus cum deponat veriſimilia,
3 ſufficientem ſuę aſſertionis rationem reddat, & ſit adminiculatus, concludentem probationem facit, ut eſt Theorica *Bartoli in l. 1. § Idem Cornelio, n. 2. ff. de quæſt.*, & tradit *Rot. coram Emerix Jun. dec. 870. n. 7. & dec. 952. n. 28. in recent. dec. 155. n. 23. & dec. 379. n. 22., & 25. p. 19.*

Deficiente itaque Bertono in probanda ſua intentione, & concurrentibus probationibus in contrarium, videbatur paleam, & concimina, æſtimari ſolùm poſſe in modiis quinque cum dimidio, eam deſumendo à quantitate frumenti, verè, & effectivè recollecti. Verùm quia negari non poterat, quin aliqua in hoc, licèt fortè minùs probabilis, adeſſet dubietas, ex quo Dominicus Grillus deponit ſe audiviſſe, damnum non fuiſſe æquale in grano, ac in palea, & quantitas concimінum facilitèr æſtimari non poterat, quia illud erat in pluribus locis diſperſum, hinc ad evitandas ulteriores lites, & diſpendia, ſe prompti obtulerunt, prout in Actis, & magis ſpecificè oretenùs poteſtati ſunt DD. Petrus Bonniſignius, & Comes Nicolaus Piccolomineus, bonificare Bertono paleam, & concimina ad rationem modiorum novem. Unde nos interponendo arbitrium, quod
4 in dubietate facti lex Judici indulget, de quo *Rot. coram Seraphin. dec. 898. n. 7. in fine. Coccin. dec. 1574. num. 2. & 3. Merlin. dec. 695. n. 8. & 9. & in Romana Grani coram Anſald. inter ſuas dec. 11. num. 19., & dec. 27. n. 4. & in Aſculana Fideicommiſſi, ſeu Domus, ſuper melioramentis 22. Decembris 1699. § Aſt conſimilis, coram Eodem, & in Firmana Manutentionis ſuper fructibus 22. Junii 1705. § finali, coram Moro.*

Cenſuimus paleam, & concimen æſtimari debere in dd. modiis novem, regulando arbitrium ex parte Creditorum ab eo, quod ipſimet ad effugienda litigia admittebant, & ex parte Debitoris, ex quo quando etiam nullum adfuiſſet damnum, in æſtimanda hac quantitate paleæ, & conciminis concordant Periti, quorum judicio in hac materia valdè deferendum
5 eſſe, firmant *Angel. in l. penult. ff. de rei vindicat. Natta conſ. 510. n. 7. ad medium. Pacion. de Locat. cap. 19. num. 66. Rot. poſt Conſtant. ad Stat. Urbis dec. 149. num. 10.* ubi plures concordantes.

Potiſſimè quia Bertonus, ſi nullum omninò damnum paſſus fuiſſet, ſolùm poſſet prætendere paleam, & concimina æſtimari debere pro modiis decem circiter, cum ſecundus teſtis, ab ipſo examinatus pro obtinendo defalco, deponat, in prædio *detto le Moriccie*, cujus ipſe

erat

erat Colonus, grandinem intuliſſe damnum in tertia parte circitèr, ut *in Interrogatorio* 37. *&* 39., & ab eo non diſſentit Bertaluccius, ejuſdem Bertoni famulus, aſſerens damnum fuiſſe minorem medietate: Si itaque concordant teſtes, damnum grandinis non abſtuliſſe medietatem frumenti, & concordant etiam fuiſſe recollectos modios quinque cum dimidio; tota recollecta, ſi non adfuiſſet infortunium grandinis, aſcendere potuiſſet ad modios decem, & ſic pro modiis decem ad ſummum palea æſtimari poſſet: ſed cum negari non valeat aliquod damnum paleæ illatum fuiſſe, facta æſtimatione in dictis modiis novem, parum, vel nihil Bertono detrahitur, ab eo, quod habuiſſet, ſi integra fuiſſet recollecta, & conſequentèr tale arbitrium nedum eſt rationabile, ſed eidem Bertono admodum favorabile, de quo propterea conqueri non poteſt, cum Judex in his caſibus quantitatem veriſimilem, & rationabilem, ponderatis omnibus circumſtantiis, arbitrari
6 debeat, ex notatis per *Cyriac. controv.* 89. *num.* 8. *&* 9. *Rot. coram Merlin. d. dec.* 695 *num.* 8. *&* 9., *& coram R.P.D. meo Anſaldo d. dec.* 11. *n.* 19., *& in citata Firmana Manutentionis* 1705. *§. finali*.

Et ita utraque &c.

Coſmopolitana, ſeu Senen. Beneficii.

Veneris 1. *Julii* 1707.

ARGUMENTUM.

Solemnitates Statuti non requiruntur in alienatione Juriſpatronatus. Illud non comprehenditur in ceſſione Jurium activorum, & hæreditarium. Spectat ad hæredem univerſalem, non ad inſtitutum in legitima. Beneficio non privatur, qui pœnitentia ductus redit ad bonam frugem.

SUMMARIUM.

1 *In Donatione Juriſpatronatus ſolemnitates Statuti non requiruntur.*
2 *Ceſſio jurium activorum non comprehendit Juſpatronatus.*
3 *Juſpatronatus hæreditarium defertur ad hæredem univerſalem, non ad inſtitutum in legitima.*
4 *Ob malos mores Beneficii privatio non incurritur, conſtito de emendatione, & pœnitentia.*

§. Primus.

5 *Juſpatronatus, vendita hæreditate, tranſit in emptorem cum univerſitate Bonorum.*
6 *Prout in Creditores, quibus univerſa Debitoris hæreditas adjudicetur.*
7 *Et in Deliberatarium univerſæ hæreditatis Debitoris, ſub haſta poſitæ.*
8 *Ratio aſſertur ſupra firmatorum.*
9 *Juriſpatronatus tranſlatio, facta cum univerſitate bonorum, non exigit conſenſum Ordinarii.*
10 *Juribus activis, ad debitorem ſpectantibus, tantùm ſub haſta poſitis, non veniunt paſſiva, quæ ſpectant ad patrimonium Creditorum, & §.2. in principio, §. Subſiſtunt, ante n.*19.
11 *Emptor hæreditatis non dicitur Deliberatarius jurium tantùm activorum.*
12 *Jura paſſiva ſub nomine hæreditatis non comprehenduntur, ſi per viam enumerationis ſpecierum Jura tantùm activa fuerunt expreſſa.*
13 *In venditione, ſeu ſubhaſtatione generali, ſi ſingulis ſpeciebus ſingulare pretium conſtituatur, de qualibet ſpecie cenſetur facta particularis venditio.*
Et ſi comprehendatur Juſpatronatus, contractus redditur Simoniacus, ibidem.
14 *Si in hæreditate, vel ſolum adſit Juſpatronatus, vel parum plus, univerſæ hæreditatis expreſſio non ſalvat nullitatem alienationis Juriſpatronatus à Simonia.*
15 *Expreſſio Juriſpatronatus, declarativè facta in venditione univerſæ hæreditatis, non præjudicat tranſlationi Juriſpatronatus cum univerſa hæreditate.*
16 *Nec augmentum pretii univerſæ hæreditatis venditæ, quæ magis valet æſtimari ratione Juriſpatronatus.*
17 *Expreſſio Juriſpatronatus in univerſali ſubhaſtatione, explicativè ad Bona, in ea comprehenſa, conſtituto pretio univerſæ hæreditati, non corporibus, non vitiat contractum.*
18 *Secus ſi cuicumque ſpeciei pretium conſtituatur; nam tunc Juſpatronatus dicitur particularitèr conſideratum, & contractus remanet Simoniacus.*
19 *Jus nominandi Puellas, gratis recipiendas*

in

in Monaſterio, eſt diverſum à Jure Patronatus.

20 *Eadem tamen viget prohibitio vendendi, quæ in Jure Patronatus.*

21 *Jus Patronatus, vel nominandi, ſtatim à die mortis Teſtatoris tranſit in Legatarium, non expectata Ordinarii confirmatione.*

22 *Confirmatio Ordinarii ſuperveniens validat tranſlationem Juris Patronatus, aliàs ob deficientiam aſſenſus nullam.*

23 *Debitor non poteſt diſponere de Jure Patronatus in præjudicium Creditorum.*

Poteſt tamen illud legare num.24. & §.2. in principio, §.Subſiſtunt, ante n.29.

24 *Creditoribus non acquiritur jus ſuper re, Spiritualitatem annexam habentem.*

Jus Patronatus non ſubjacet Creditorum hypothecis, ibid.

25 *Jus Patronatus validè legatur ſub ſpe futuræ confirmationis, quæ ſuperveniente, retrotrahitur ad tempus facti Legati.*

26 *Creditores hæredis non poſſunt prætendere ſatisfactionem ſuper bonis Teſtatoris, in præjudicium Legati, ab eodem relicti, & ex quibus probetur bona provenire à Teſtatore n.27.*

27 *Exceptio nimis ſerotina, in Judicio non eſt admittenda; & ex quo non ſit deducta in partibus, facit præſumere illius inſubſiſtentiam, ibidem.*

28 *Debitor non poteſt in præjudicium creditorum legare ad pias Cauſas ex ratione, de qua ibi.*

§. Secundus.

29 *Vendita hæreditate in univerſum, jura activa, & paſſiva comprehenduntur.*

30 *Decl. reſtrictivè ſemper ad limites, in Edicto deſignatos.*

Ita ut ſi jura activa fuerunt expreſſa, paſſiva non veniant, ibid.

31 *Auctoritates, in contrarium adductæ, in quibus caſibus procedant, explicatur.*

32 *Vendita hæreditate, ſi pro Jure Patronatus particulare pretium fuit conſtitutum, cenſetur ejus facta ſeparata venditio Simoniaca, & nulla.*

33 *Jus Patronatus non eſt affectum creditorum hypothecis.*

34 *Prout alia jura, Spiritualitatem annexam habentia, puta nominandi Puellas ad Monaſterium.*

35 *Jus Patronatus tranſit in Legatarium ſtatim ac Ordinarius conſenſum præſtat.*

36 *Etiam in præjudicium Creditorum, licèt obtentus fuerit poſt indictum Concurſum ſuper bonis Debitoris.*

37 *Ex convocatione Concurſus Debitor non privatur dominio, & poſſeſſione bonorum.*

38 *Conſenſus Ordinarii validè interponitur, ceſſante juxta cauſa denegationis.*

39 *Epiſcopus, denegans abſque cauſa conſenſum alienationi Jurispatronatus, valet de Jure compelli.*

40 *Legatum ad pias cauſas ſubſiſtit, clarè conſtito de voluntate, licèt explicata in teſtamento, in aliis partibus imperfecto.*

41 *Contraria Auctoritates procedunt, ſi teſtamentum ſit in cunctis ſuis partibus imperfectum.*

§. Tertius.

42 *Poſſeſſio Beneficii probatur ex ſententia privationis ejuſdem.*

43 *Prout ex confeſſione Impetrantis ob ſecutam privationem.*

44 *Beneficiatus, privatus Beneficio, manutenendus eſt in poſſeſſione contra illud Impetrantem ob vacationem ſecutam cauſa privationis.*

45 *Beneficii poſſeſſio ob interpoſitam appellationem à Sententia, per Signaturam Juſtitiæ circumſcripta, non prodeſt ad manutentionem obtinendam.*

46 *Signatura Juſtitiæ reſcribit de ordine, & mandato Papæ.*

47 *Privatus Beneficio per ſententiam, interpoſita Appellatione debet in poſſeſſione manuteneri, donec de viribus ejuſdem ſententiæ diſceptetur.*

48 *Fortiùs conſtito de notoria injuſtitia ſententiæ, qua ſtante Poſſeſſor nunquam privetur ſua poſſeſſione.*

49 *Clericus intra terminum ſibi præfixum ad ſe expurgandum à criminibus, ei impetitis, comparens coram Judice, & oſtendens ſigna pœnitentiæ, non debet Beneficio privari.*

50 *Beneficii privatio non valet infligi Clerico ob delicta carnis; niſi ter monitus, nunquam reſiliens, in peccato pertinaciter perſeveret.*

51 *Præſertim hodiernis temporibus, quibus benigna Mater Eccleſia magis indulgenter procedit erga pœnitentes.*

52 *Converſio ad bonos mores non excluditur ex ſententia carcerationis, in gradu Ap-*

pel-

pellationis revocata.

53 *Parochus, proprias Parochianas cognoſcens, reus eſt inceſtus.*

Et pœnæ privationis, & depoſitionis mulctandus, ibidem.

54 *Declara quoad fœminas, per ipſum levatas à ſacro Fonte Baptiſmatis, non quoad alias.*

55 *Contra, quòd ad formam S. Concil. Trid. Parochus, peccans cum Parochianis, non mulctetur pœna privationis, niſi, trina monitione præcedente perſeveret.*

56 *Solicitatio fœminarum in Confeſſionibus facit de hæreſi ſuſpectum.*

57 *Illa tamen non probatur per duos teſtes, niſi omni exceptione majores, quales fœminæ non dicuntur.*

58 *Nec ex Confeſſione qualificata, quòd omnia per jocum dicta fuerunt.*

59 *Solicitationis reus non dicitur provocans mulieres, & promittens abſolutionem extra actum, & locum Confeſſionis.*

60 *Suſpecti de hæreſi, ad pœnitentiam converſi, non privantur Beneficiis adeptis.*

DECISIO XV.

IN hodierno conſeſſu fuit concluſum, jus præſentandi ſpectare ad Eugeniam, quia illud fuit ab ipſa acquiſitum mediante donatione, quæ valida dici debet, quamvis facta fuerit ſine ſolemnitatibus Statuti, ex quo iſtæ non requiruntur in donatione Ju-
1 riſpatronatus in ſpecie *Gratian. diſcept.577. n.35. Tanaglia de Rota Auditor. lib. 1. cap.6. n.3. Lambertin. de Jurepatronat. part.1. lib. 2. quæſt.4 principal. artic. 9. n.7. Rot. Florentina apud Saminiat. controverſ.196. n.46.* ubi alios refert. *Rot. Romana in rec. dec.707. n.3. part.1, & in Aſculana Parochialis 12. Februarii 1683. §. Tertio denique, coram Hervavult, & 20. Martii 1684 §. In ulula, & ſeq. coram Benincaſa*, quarum ſecunda eſt impreſſa poſt *De Luc. de Jurepatronat. in Mantiſſa dec 42. n.5.*

Non obſtat, quòd de tempore donationis jus præſentandi ampliùs non exiſteret in bonis Mariæ Catharinæ donantis, ob ceſſionem præcedentèr factam Anſano Fratri. Etenim, cum ceſſio totam hæreditatem non comprehendat, ſed reſtricta ſit ad jura activa; ſicut tali caſu ad jura, & actiones paſſivas non ſe extendit, ita non poteſt dici univer-
2 ſalis, nec apta eſt transferre in ceſſionarium Juſpatronatus, ut benè in individuo firmat *Rot. in Aſculana Subhaſtationis hæreditatis 6. Junii 1704. §. Sed theoricam, & ſeqq., & 10. Decembris ejuſdem anni §. Subſiſtunt, & ſeqq. coram Mato*, ut in Deciſionibus, per Me tunc extenſis, & quæ hic inſeruntur §. 1. & 2.

Minùs obſtat, quòd ſaltem ad Anſanum ſpectaret medietas dicti Juriſpatronatus. Quoniam cum Maria Catharina fuerit hæres patris, ad ipſam totum Juſpatronatus tranſivit, non autem ad Anſanum, qui fuit inſtitutus in ſola legitima: In patronatu enim hæreditario, dato univerſali hærede, inſtitutus in re certa, qualis eſt filius hono-
3 ratus in ſola legitima, non ſuccedit, quidquid ſecus dicendum eſſet in Jurepatronatus gentilitio, vel mixto, ut benè in ſpecie tradunt *Lambertin. de Jurepatronat. lib.1. part.1. artic.16. n.16. & ſeqq. Rot. in rec. dec.70. num.16. part.11. dec.413. n.8. & 9. cum duob. ſeqq. & deciſ.560. n.1. part.18. dec.223. n.1. & deciſ.543. n.4. & ſeqq. part.19., & in d. Aſculana Parochialis 12. Februarii §. Neque & 14. Maji 1683. §. Jus autem præſentandi, coram Hervavult, & 20. Martii 1684., & 5. Junii ejuſdem anni, coram Benincaſa*, quarum poſtremæ ſunt impreſſæ poſt *De Luc. de Jurepatronat. in Mantiſſa dec.42. n.11. & 12., & dec.43. n.17.*, ubi reſpondet contrariis, & revocantur præcedentes Deciſiones, in eadem Cauſa emanatæ, & ſignantèr *ſub die 10. Aprilis 1682. §. final. coram Albergato*, ubi plures in oppoſitum adductæ fuerunt Auctoritates.

Cæterùm dato etiam, quòd Juſpatronatus ſpectaret ad Anſanum, adhuc præſentatio ab ipſo facta ob vacationem Beneficii non ſubſiſtit, quia de eo privatus non remanſit Ludovicus ob ejus malos mores, & vitam, parùm laudabilitèr actam. Nam licèt ipſe plures exceſſus, & gravia delicta commiſerit, tamen ex poſt ad bonam frugem redactus, ſupplices Omnipotenti Deo preces porrexit, ut Peccatoris, pœnitentiam agentis, gemitum non deſpiceret, & mæren-

tis, ac contriti cordis affectum non ſperneret, ſed in multitudine Miſericordię ſuę, lugentis, & flentis humilitatem attenderet, peccatorum vincula ſolveret, culpas, & delicta deleret, flagella iracundiæ ſuæ, juſtè debita, clementèr averteret, & gremium redeunti, ac ex corde Crucem amplexanti, non clauderet, ut latiùs habetur ex depoſitionibus trium teſtium, omni exceptione majorum. Quo ſtante, non poterat Ludovicus Beneficio privari, ſed ad hunc effectum neceſſe erat, ut præcedente trina monitione conſtitiſſet, Beneficiatum ſuave Redemptoris noſtri jugum, onuſque illius leve, effugere, aſperoque inimicorum ejus dominio voluntariè colla ſubmittere, & ſub peccati ſervitute perma-
4 nere voluerit, ut pluribus adductis, plenè in individuo firmatum fuit *in Leodien. Paſtoratus 16. Januarii 1702. §. Injuſtitia, & ſeqq., & per totam, coram Muto, ut in decis.* pariter tunc à me exarata, & quæ hic imprimitur §. 3.

Et ita utraque &c.

---

§. Primus.

R. P. D. MUTO.

Aſculana Subhaſtationis Hæreditatis.

Ven. 6. Junii 1704.

Defuncto de Anno 1695. Turriono, fuit ſuper ejus Bonis convocatus Creditorum Concurſus in Curia Epiſcopali Aſculana, in quo pro ſatisfaciendis nonnullis Creditoribus anterioribus, tunc urgentibus, deventum fuit per binas vices ad nonnullorum Corporum deliberationem; cumque ex pretio retracto ſatisfacti fuerint aliqui Creditores tantùm, inſtiterunt cęteri pro tertia vice deveniri ad ſubhaſtationem remanentium Bonorum, prout effectivè, prævia affixione Edictorum, ad eam deventum fuit favore Franciſci Segeſti, qui pro omnibus Bonis hæreditariis Turrioni obtulit ſc. 1770., quatenus ad eum tranſire etiam debuiſſet Jus nominandi Puellas monacandas ex diſpoſitione Tiburtii Migliani, Turriono competens; in caſu verò contrario obtulit ſc. 921.

Ad impediendam deliberationem prefati Juris nominandi comparuit Franciſcus Maria de Cautis, cui tale Jus fuit in teſtamento relictum à Turriono, nec non Antonius Mazzocchius, & Dominicus de Joannellis, quibus fuerunt in eodem Teſtamento aſſignata certa Bona pro duabus Cappellaniis, à præfato Turriono ordinatis, prætendentes, non potuiſſe in dicta ſubhaſtatione comprehendi, nec Jus nominandi, nec Bona præfata: exortaque inter ipſos, & Creditores Turrioni lite, produit in Epiſcopali Curia Aſculana ſententia, qua declaratum fuit, Creditoribus nullam competere actionem pro ſubhaſtatione prædicti Juris nominandi, oblationes eſſe revocandas, & annullandas, præfatoſque Cappellanos in poſſeſſionem Bonorum manutenendos, quæ Sententia ſucceſſivè in omnibus confirmata fuit ab A. C. Petra: Sed appellantibus interim Creditoribus, Cauſæque cognitione mihi delegata, propoſui ſub die 4. Aprilis præteriti dubium — *An Juſpatronatus, & Bona ſubjecta Cappellaniis, comprehendantur in ſubhaſtatione hæreditatis?* Eoque ob ſuffragiorum diſcrepantiam non reſoluto, hodiè prodiit reſponſum — *Juſpatronatus non comprehendi, neque bona, pro interant quantitate eleemoſinæ duarum Miſſarum, relictarum à Baldaſſina.*

Etenim quoad Juſpatronatus, conveniebant DD. in theorica, quòd vendita hæreditate, illud tranſit cum univerſita-
5 te bonorum in emptorem, ut eſt *Textus in cap. ex litteris, ibique Abbas num. 13. de Jurepat., & Fagnan. n. 53. & 54. Cavall. Commun. contra Commun. quæſt. 717. n. 2. Mareſcott. Var. lib. 1. cap. 55. num. 9. Speculus in Specul. Teſtam. gloſſ. 4. princip. n. 111. verſ. nihilominus. Covar. Var. Reſol. lib. 2. cap. 18. num. 8.*, & ibi *Addit. n. 104. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 12. n. 127. Seraphinus Maſſinus de Confiſcat. Bonor. q. 37. num. 18. & ſeqq. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. diſput. 9. quæſt. 23. num. 6., & 7. Lagunez de Fruct. par. 1. cap. 31. §. 4. n. 17. Larrea. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 9. num. 48. & ſeqq. Capon. diſcept. 72. num. 30. Berginn. Cavalcan. dec. 31. n. 15. part. 5. Grimell. dec. 37. n. 16. Rota cor. Cerro dec. 621. n. 16.*

n.16. Nicol. dec.12. n.7. & dec.15. n.10. Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 15. Martii 1680. §. Præmittebant, coram bon. mem. Bandinuo in Callien. Beneficii 19. Januarii 1684. §. Nec legitimum, coram cl. me. Cardinali Cerræ, & in Urbinaten. Canonicatus 23. Januarii 1697. §. Transferentes, coram Illuſtriſſimo D. Magno, Cancellario Mediolani, & tranſit etiam in Creditores, quoties mediante facto Judicis, ei univerſa debitoris hæreditas adjudicatur,

6 & in ſolutum datur. *Rocc. de Jurepatr. V. ipſe, vel ii, num.70. in fine. Sanchez. Conſ. Moral. lib.2. cap.3. dubi.81. n.13. Nongherol. alleg. 36. n.26. Salgad. in Labyrint. Credit. part.3. cap.5. num.11. & ſeqq.,* ubi, quòd acquiritur iiſdem Creditoribus eo ipſo, quòd bonis cedente debitore, ſit creditorum concurſus, *& n.17. & ſeqq. Rota in Mediolanen. Juriſpatronatus 4. Julii 1696. §. Adeoque, & §. Minuſque, & 3. Junii 1697. §. Sed hoc objectum, coram Reverendiſſimo D. meo Decano, 4. Julii 1698. §. Hac autem, coram R.P.D. meo Lancetta, 19. Aprilis 1701. §. Quæ quidem, & 20. Februarii 1702. §. Accedente, coram R.P.D. meo de la Tremoille. Tuden. Parochialis 9. Junii 1700. §. Quod obſtet, coram Illuſtriſſimo D. Magno, Cancellario Mediolani,* & magis in puncto, quòd poſita ſub haſta hæreditate debitoris, in deliberatarium tranſeat Juſpatronatus hæ-

7 reditarium, *Nigr. de Subhaſt. lib.1. cap.30. n.20. fol. mihi 204. Salgad. Labyr. Credit. part.3. cap.5. n.31. & ſeqq.* egregiè *Seraphinus Maſſimus de Confiſcat. q.37. n.13. & ſeqq. uſque ad num.34. & n.23.* tradit ſingularem praxim, ab aliis priùs non explicatam, faciendi hujuſmodi ſubhaſtationem, *Rota coram Cavalier. dec.197. ſub n.4.* & benè *in Tuden. Parochialis 9. Junii 1700. §. Magiſque, & ſeq. coram R.P.D. dell'Olmo.*

Ea ratione, quia iſto caſu non venditur, adjudicatur, aut ſubhaſtatur Juſpatronatus, ſed Jus ipſum univerſale, cui cum inſit Jus patronatus, tranſit in conſe-

8 quentiam, & acceſſoriè cum aliis bonis. *Ugon. de Teſtam. gloſſ.4. principal. ſub n.113. & 115. Pirhingh. in Jus Canon. tom.3. tit. 38. de Jurepatr. n.71. in fine. Praſſ. de Regio Patronat. Indiar. tom.1. cap.4. n.45. in fine. Addent. ad dec.46. n.15. part.9. recent.* adeout pro tali tranſitu, & acquiſitione Juriſpatronatus, neceſſarius non ſit Ordi-

9 narii conſenſus. *Mar. Antonin. reſol. ſorenſ. 131. lib.1. Addit. ad dictam dec.146. num.117. & ſeqq. part.9. recent. Rota poſt Verunen. de Jurepatr. dec.121. num.4. Nicol. dec.15. n.51.*

Sed Theoricam hanc ceſſaverunt, non eſſe in facto applicabilem, quia de hac univerſalitate tituli in præſenti non conſtitit, dum non docetur, fuiſſe ſubhaſtatam univerſam hæreditatem, & omnia bona cum omnibus Juribus, & oneribus, ſed tantùm Jura activa, ut legitur in affixione Edictorum, reſtricta ad univerſitatem Juris activi, ibi — *E generalmente tutti, e ſingoli crediti, ragioni, & azioni, che ſpettano à d. quondam Turrionio* — Sub his enim Verbis cum compre-

10 henſa dici non poſſint Jura paſſiva, quæ non ſpectabant ad Turrionum, ſed ad patrimonium Creditorum, quibus ipſe obſtrictus erat, ut benè notat *Caner. Var. par.3. cap.2. n.41.*, ſequitur, quòd Oblator, cui bona fuerunt ſubhaſtata, non poſſit dici emptor hæreditatis, cum ad hunc effectum neceſſe ſit in Emptorem transferri, non ſolùm emolumenta, & Ju-

11 ra activa, ſed etiam paſſiva, ſub illo Juris nomine incluſa. *Capon. de Pact. cap.9. ſub num.11. Coppe Lett. dec.15. num.1. lib.1.*

Non obſtante, quòd cum fuerit poſita ſub haſta *tutta l'eredità*, & Oblator profeſſus fuerit, velle emere hæreditatem in univerſum, dicantur in ſubhaſtatione comprehenſa omnia Jura activa, & paſſiva, quæ appellatione hæreditatis veniunt. Quoniam, licèt verbum hæreditas generalitèr, & indefinitè prolatum, contineat Jura tam activa, quàm paſſiva, commoda, & incommoda, tamen quandò, ut in præſenti, enumerantur particularitèr omnia Corpora, & Jura, quæ venduntur, & generalitèr exprimuntur

12 omnia, & ſingula Jura, & actiones, ad Turrionum ſpectantes, tunc verbum *hæreditas* non poteſt comprehendere Jura etiam paſſiva, dum de illis noluiſſe intelligere Partes ſe declararunt, adeout iſto caſu univerſitas ſiſtat in cortice verborum, quod non ſufficit, ut in ſpecie *Salgad. in Labyr. Credit. part.3. cap.5. ex n.44. Rota in recent. dec.70. n.13. part.12. & in Mediolanen. Beneficiorum 3. Junii 1673. §. Ultra, coram cl. mem. Cardinali Mellino.*

Eoque minus conſtare dici poteſt de uni-

univerſalitate tituli, attento modo, quo fuerunt factæ oblationes, ultimus enim Oblator ſcuta 1770. pro tota hæreditate, comprehenſo etiam Jurepatronatus, ſolvere velle aſſeruit, eo verò deducto, ſcuta 921 dumtaxat obtulit, ſicque patet, pro venditione Juriſpatronatus conſtitutum fuiſſe certum, & conſiderabile pretium ſc.849., & jure merito, quia dictum Juſpatronatus conſiſtebat in Jure nominandi duas puellas, gratis collocandas in Monaſterio Sanctæ Mariæ Virginum, pro qualibet ex quibus aliàs ſolvi debuiſſent eidem Monaſterio ſc.300.; Quando autem venditio, vel ſubhaſtatio generalis reſolvitur in ſuas ſingularitates, enumerantur ſpecies, & conſtituitur certum pretium pro Jurepatronatus, dicitur de iſto ſacta venditio particularis, & univerſalitas verificatur dumtaxat in verborum ſonu, non in re, & in ſubſtantia,
23 & conſequentèr contractus remanet Simoniacus, & invalidus. latè *Mangil. de Evict. quaſt.127. n.14. & pluribus ſeqq. & num.16 Salgad. Labyr.Credit.part.3.cap.5. ſub n.36. verſ. aut enim in ſubhaſtatione, & num.41. 43. & 44. Rota dec. deciſ.132. part.3., & in rec. dec.70. n.13. & ſeqq. part.12.*

Et ex hac ratione non ſubſiſtit venditio, vel ceſſio univerſalis hæreditatis, ſi in ea non adſit, niſi Juſpatronatus, aut parum plus, quia dicitur habita conſideratio ad Juſpatronatus, & univerſalitas tantùm expreſſa cenſetur ad colorandum,
24 dum, & ad fraudandam legem, ut proſequitur *Mangil. de Evict.d. q.127. n.25. & ſeqq. Seraphinus Maſſimus de Confiſcat. Bon.q.37. n.21. Salgad. Labyr.Cred.part.3. cap.5. ſub n.28. 29. & 37. Venum. de Jurepatr. lib.4. cap.5. n.17. Mantic. de Tacit. lib.4.tit.12. n.19. Farin ad Cenar. lib.1. cap.13. n.21. & lib.3. cap.28.n.123. Corrad. in Prax. Benef. lib.4. cap.5. ſub n.39. verſus fin.*

Reſponſione non attenta, quòd cum in ſubhaſtatione univerſæ hæreditatis veniat Juſpatronatus, expreſſio illius di-
25 catur facta per viam numerationis ſpecierum, ſub generali diſpoſitione comprehenſarum, & fiet declarativè, quo caſu non præjudicat, nec Contractum nullum reddit. *Lambertin. de Jurepat. lib. 1. part.2. quaſt.5. art.20. ſub num.9. Lotter. de Re Benef. lib.2. quaſt.9. n.64. Panimoll. dec.10. adnot.3. n.93. Rota in Lunen. Saranen. Beneficiorum 13. Martii 1685. §. Neutra, coram bo. me. Kandinino. Molevatana Juriſpatronatus 4. Julii 1696. §. Mineſque, coram Reverendiſſimo D. meo Decano. Auguſtana Juriſpatronatus ſuper augenti principali 1698 impreſſa apud Antonell. de Jur.& Oner. Cleric. dec.19.n.11.,*
26 Non obſtante augumento pretii; quia quando Juſpatronatus venit cum univerſitate Bonorum, nihil prohibet, quin ratione illius bona pluris æſtimentur, & vendantur *Molin. de Juſt., & Jur. tom.3. tract.2. diſp.620. n.6. in fine. Garz. de Benef. part.5. cap.9. n.35. Tax. Jordan. Var. Lucubr. lib.10. tit.7. n.247. Panim. de Locat.cap.11. n.53. De Luca de Jurepatr. diſc.56. num.17., & diſc.94. n.9. Rot. in rec. dec. 655. n.14., & ſeqq., & dec.670. n.23. & 24. part.19., & in Firmana Datis 17. Junii 1699. §. Etenim, coram R. P. D. meo Pio.*

Quoniam objectum procederet, quatenus facta fuiſſet ſubhaſtatio univerſæ hæreditatis, & explicativè ad bona, in ea comprehenſa, expreſſum fuiſſet etiam
27 Juſpatronatus, & conſtitutum fuiſſet certum pretium hæreditatis univerſæ, non corporum particularium. Secus verò quando omnia corpora ſubhaſtata ſpecificantur, & conſtituitur eorum pretium pro Jurepatronatus, tunc enim cum ſuper qualibet corpore, particulariter æſtimato, dicatur factus particularis Contractus, Juſpatronatus de per ſe conſideratum dicitur, & particulariter venditum, quod citra labem Simoniæ,
28 & nullitatis fieri non poteſt. *Garz. de Benefic. dicto cap.9. n.9. Niger. de Executor. Judic. cap.13. §.5. n.4. & 5. Seraphinus Maſſimus de Confiſcat. Bonorum d. quaſt.37. n.16.*

Minùs obſtat, quòd in præſenti non agatur de vero, & proprio Jurepatrona-
29 tus, ſed de Jure nominandi Puellas, gratis in Monaſterio recipiendas, quod eſt quid diverſum à Jurepatronatus, ut notant *Gonzal. ad reg.8. gloſſ.18. n.90., & ſeqq. & gloſſ.43. §.1. num.17. & 18. Tondut. Reſol. Benefic. par.3.cap.187. à num. Venum. de Jurepat. lib.1. cap.3. n.31., & lib.2. cap.9. n.23. Rot. coram Cavaler. deciſ.395. num.3. verſ. nempè viſum, & deciſ.399. ſub n.7., & in rec. deciſ.809. n.12. part.18.* Siquidem cum agatur de Jure no-

nominandi ad rem, habentem annexam ſpiritualitatem, tale Jus, quocunque nomine nuncupetur, vendi de per ſe, & in commercio eſſe non poteſt, cum
20 eadem prohibitio venditionis, quæ adeſt reſpectu Juriſpatronatus, vigeat etiam quoad Jus nominandi, ſeu præſentandi. *Gonzal. in Prax. Archiep. Neap. cap. 112. ſub n. 5. verſ. Decimo. Franch. de Jurep. lib. 4. cap. 5. n. 18. & ſeqq. Rota coram Duran. dec. 198. n. 8.*

Præterea ex alio etiam fundamento cenſuerunt DD., Jus nominandi comprehendi non poſſe in ſubhaſtatione controverſæ hæreditatis, quia ſcilicet illud, ſtatim ſecuta morte Turrioni, vigore legati, ad favorem Cauti in ejus Teſtamento facti, fuit in Legatarium tranſlatum, & ante concurſum Creditorum ab hæreditate debitoris avulſum: cum ſpeciale ſit in legato, favore ultimæ
21 voluntatis, ut à die mortis Teſtatoris tranſeat rectà via in Legatarium, nulla expectata Ordinarii confirmatione. *Rodulphus. alleg. 31. ſub n. 1. Rota coram Duran. dec. 463. n. 10. & 11.* Ac propte-
22 rea non poteſt comprehendi in ſubhaſtatione poſt mortem facta, immò & poſt obtentam confirmationem ab Ordinario, quæ validavit tranſlationem Juriſpatronatus, quatenus illa fuiſſet nulla ob deficientiam aſſenſus.

Haud relevante, quòd Turrionus de Jurepatronatus diſponere non potuerit
23 in præjudicium Creditorum, ex notatis per *Rotam in Tuden. Parochialis 4. Junii 1700. §. Et tamen, coram Illuſtriſſimo Domino Magno, Cancellario Mediolani*, & quòd confirmatio Ordinarii in præjudicium Creditorum, qui efformaverunt Concurſum, retrotrahi non poſſit.

Etenim Turrionus legando, nullum præjudicium intulit Creditoribus, quibus quæſitum non fuerat Jus ſuper re
24 habente annexam Spiritualitatem, quæ non ſubjacet Creditorum hypothecæ, ut in ſpecie Juriſpatronatus *Merlin. de Pignor. lib. 2. quæſt. 22. n. 3. & ſequentibus, Seraphinus Meſſanus de Conſtitut. Bonorum quæſt. 37. n. 17. Rota in Mediolanen. Beneficiorum 5. Junii 1673. §. Ultra quod, coram clar. mem. Cardinali Marchaeſe*, ſicut nec Ordinarius confirmando, cum favore ultimæ voluntatis, Juſpatronatus poſſit legari ſub ſpe futuræ confirmationis,
25 & illa adveniente, retrotrahitur ad tempus facti legati, quidquid dicendum eſſet, ſi verſaremur in donatione, ut in ſpecie obſervat *Rota coram Proſpero deciſ. 266. n. 4., & in Mediolanen. Juriſpatronatus 4. Julii 1698. §. Cardinalis Zabarella, cor. Reverendiſſimo Domino meo Decano.*

Probato ex his, Juſpatronatus comprehendi non poſſe in ſubhaſtatione, quod attinet ad Cappellaniam, bona pro intranti quantitate duarum Miſſarum relictarum à Baldaſſina, pariter non poſſunt ſubhaſtari, quia cum illa bona proveniant ab eadem Baldaſſina, non poſſunt Creditores Turrioni hæredis ſuper
26 illis ſatisfactionem prætendere in præjudicium Legati, à Baldaſſina relicti. *De Luca de Feud. diſc. 78. n. 7. & 8., & de Credit. diſc. 3. ſub numero 15. & 16., & diſc. 27. numer. 1. Rota coram Cavalier. dec. 41. n. 3. & 4., & in recent. dec. 269. n. 1., & ſequentibus part. 4. dec. 117. n. 5. & ſequentibus part. 7. & dec. 501. n. 9. part. 13.*

Minimè relevante, quòd provenientia dictorum Bonorum à Baldaſſina non probetur, niſi ex depoſitione duorum Teſtium, ad perpetuam deponentium. Quoniam præfati Teſtes optimè probant aſſumptum, dum adminiculantur ab adimplemento oneris celebrationis duarum Miſſarum, à Turriono, donec vixit expleto, ex partium Caſaſſii, & ex quo hujuſmodi exceptio nunquam in Parti-
27 bus, ubi veritas facilitèr dilucidari poterat, fuit deducta, undè tanquam novum ſerotina, hodie non eſt admittenda, ex firmatis per *Rotam coram Cerro deciſ. 308. n. 8. & 9. Cremonen. Parochialis 14. Maji 1696. §. Indeque, coram R. P. D. meo Pio Dertuſen. Fundationis Beneficiorum 23. Januarii 1697. §. Minuſque, coram eodem Meſſana, ſeu Januen. Immiſſionis 4. Julii 1698. §. fin. coram Reverendiſſimo D. meo Decano.*

Quatenùs verò ſatisfactis dictis oneribus, bona ſuperſint, ſubhaſtari poſſunt, non obſtante legato alterum duarum Miſſarum, facto à Turriono. Quoniam illæ non poterant à debitore in præjudicium Creditorum relinqui, cum
28 inconveniens ſit, quòd Cauſa pia eadem Bona percipiat in damnum Tertii. *Thes. de Privil. piæ Cauſ. privil. 107. verſ. 8. Imitatur. Tiraquel. eodem Tract. privil.*

vol.11. in fin. Amoſtan. de Cauſis Piis lib.1. cap.11. numero 38. Camerella de Legatis lib.7. tit. de quantitat. legat. quæſt.2. n.3. fol. mihi 376., & lib.7. quæſt.11. numero 1. Mant. dec. Sen.78. n.30.

Et ita utraque &c.

---

§. II.

R. P. D. MUTO.

Aſculana Subhaſtationis Hæreditatis.

Mercurii 10. Decembris 1704.

Cenſuit Rota ſub die 6. Junii anni currentis, in venditione hæreditatis Turrioni non comprehendi Juſpatronatus, de quo agitur, minûſque bona pro intrante quantitate eleemoſinæ duarum Miſſarum, relictarum à Baldaſſina: Adverſus quam reſolutionem cum conceſſa fuerit nova Audientia, propoſui de more dubium — *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis*, & DD. perſiſtendum eſſe in deciſis cenſuerunt.

Subſiſtunt enim gemina Deciſionis fundamenta. Alterum nempè, quòd non conſtet de venditione univerſæ hæreditatis, dum in Edicto ſubhaſtationis, affixo ad inſtantiam Creditorum, fuit propoſita venditio — *di tutti, e ſingoli crediti, ragioni, & attioni in univerſum, già ſpettanti à detto qu. Turrione* — quæ verba, licèt univerſalia, uti reſtricta ad jura, & actiones, ſpectantes ad Turrionum, comprehendere non poſſunt debita, & jura paſſiva, ſpectantia ad patrimonium Creditorum. Et alterum, quòd ſtatim ſecuto obitu Turrioni legantis, Juſpatronatus tranſlatum fuit in Cautum Legatarium, & à Debitorum hæreditate avulſum, antequam Creditoribus aliquod quæreretur jus, ut in eadem Dec. §. *Sed hanc theoricam, & ſeqq.*, & §. *Præterea, & ſeqq.*

Abſque eo quòd contra primum fundamentum obeſſe poſſit generalitas dictionis — *in univerſum* —, ex qua eruit prætenditur, fuiſſe factam venditionem,
29 & emptionem reſpectivè totius hæreditatis cum omnibus ſuis juribus activis, & paſſivis, ad *Text. in l. venditor hæreditatis in principio §. Non ſolum, & §. Si quid publici ff. de hæredit., vel act. vendit.* ibi — *ſicuti lucrum omne ad emptorem hæreditatis reſpicit, ita damnum quoque debeat ad ipſum reſpicere* — & tradunt *Garz. de Benef. par.5. cap.9. n.11. & ſeqq. Vivian. de Jurepatr. lib.4. cap.1. n.12. Rota in Tudert. Parochialis 9. Junii 1700. cor. Illuſtriſſimo D. Magno, Cancellario Mediolani.*

Quoniam, cum tam verba univerſalia, appoſita in affixione Edictorum, quàm alia adjecta in executione, facta ad inſtantiam Conventus, & Patrum Sancti Auguſtini, ſint reſtricta ad credita, & jura activa, ut de affixione Edictorum patet ex verbis ſupra relatis in §. *Subſiſtunt*, & de executione, ex datis in *Summ. prætenſo Cauſ. n.1.* ibi — *nec non generaliter omnia, & ſingula mobilia, ſupellectilia, credita, jura quæcumque activa, & alte-*
30 *rius ſpectan. ad d. qu. Turrionum* — ſubhaſtatio ſubſecuta ad eadem jura activa reſtringitur, non obſtante generalitate, quæ iſto caſu ſemper intelligitur intra limites, & cancellos jurium, in Edicto, & executione expreſſorum, ut in terminis obſervat *Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. lib.2. cap.39. n.37.*

Contrariis authoritatibus non obſtantibus, quia non loquuntur in caſu, quo ex aliis actibus conſtat, univerſalitatem fuiſſe reſtrictam ad certam ſpeciem ju-
31 rium, vel bonorum, nec loquuntur in terminis Creditoris offerentis ad haſtam, qui non præſumitur voluiſſe emere jura paſſiva, quæ diminuunt, non augent hæreditatem, & deciſio *Tuder. Parochialis*, coram Illuſtriſſimo Magno, Cancellario Mediolani, quæ deſcendit ad hunc caſum, loquitur in ſubhaſtatione omnium bonorum, & jurium indiſtinctè.

Tantoque minùs dici valet, Juſpatronatus fuiſſe comprehenſum ſub univerſalitate verborum, ſi reflectatur, quòd hoc in oblationibus fuit conſtitutum certum pretium ſc.849., ac propterea, ſi de eo fuit habita particularis conſideratio, & ſtabilitum particulare pretium, dici
32 non poteſt, iſtud fuiſſe comprehenſum ſub verborum univerſalitate, ſed potiùs de eo fuiſſe factam venditionem particularem, quæ remanet nulla, & vitio Sy-

mo-

mentæ infecta. *Garz. de Benefic. part.5. cap.9. ſub n.14. Lambertin. de Jurepatron. lib.1. part 2. q.5. principal. n.1. & artic.7. n.4. artic.14. ſub n.6. Hermoſill. ad Lopez gloſſ 4. leg.15. tit.5. part 5. fol. mihi 307. n.9. Panimoll. dec.10. adnot.3. n.93. Rota in Senenſana Præpoſituræ 22. Novembris 1697. §. Nec ex eo, coram Me. Gerundeu. Beneficii 5 Junii 1699. §. Nec obſtat, cor. R.P.D. meo Caprara.*

Pariter ſubſiſtit, quòd Juſpatronatus ſtatim a die mortis Teſtatoris tranſiverit recta via in Legatarium, hocque fieri potuerit, cum nullum de eo tempore quæſitum dici poſſet jus Creditoribus, quorum hypothecis ſubjectum non remanet Juſ-
33 patronatus, ſeu nominandi Puellas, utì habens annexam ſpiritualitatem. *Sera-*
34 *phinus Maſſonus de Conſiſcat. q.37. num.17. Merlin. de Pignor. lib.2 q.22 n.5 & ſeqq. Rota in Melevitana Beneficiorum 5. Junii 1673. § Ultra, coram clar. mem. Cardinalis Matthæi.*

Fortiùs, quia antequam inſtitum fuiſſet pro ſubhaſtatione hæreditatis, ſupervenit conſenſus Ordinarii, quo accedente
35 nulli dubium eſt, quin legitimè Juſpatronatus transferatur. *Lambertin. de Jurepatr. lib.1. part.1. quæſt.1 principal. art.2. n.5. art 17. n.11. & ſeqq., & q.2. art.1. num.3 Maſſonus de Confiſc. quæſt.37. n.45. & 82. ubi plures citat. Rota in rec. dec.673. num.2. part.1.*

Non obſtat, quòd conſenſus Ordinarii ſupervenerit poſt indictum concurſum Creditorum, ſicque poſtquam eis fuit quæſitum Jus. Quoniam ſi Juſpatronatus, & nominandi, non cadebat ſub
36 obligatione Creditorum, convocatio concurſus nihil operatur, nec potuit eiſdem tribuere jus aliquod ſuper Jurepatronatus, cum per eam debitor, nec
37 dominium, nec poſſeſſionem bonorum ſuorum amittat. *l. ii qui bonis 3 ff de ceſſion. bonor Bran. de Ceſſion. Bonor. q.15. principal. per tot. Cancer. Variar. Reſol. lib.2 cap.9. num.30. Salgad. Labyr. Credit. part.1. cap.14. n.30. & ſeqq.*

Sicuti non obſtat, quòd Ordinarii conſenſus fuerit præſtitus cum clauſula — *Dummodo ſit rationi conſonum, & non ſubjaceat vitio nullitatis* — Eo enim ipſo, quòd nullum ex ſimplici indictione concurſus fuit quæſitum jus Creditoribus ſuper jure nominandi Puellas, conſenſus
38 Ordinarii validè, & legitimè interponi poterat ad auctorizandum legatum, immò neceſſario præſtari debebat, cum poſſit Epiſcopus, quoties non ſubeſt juſta cauſa denegationi conſenſus, ad id de Jure compelli. *Card. de Luca de Jurepatr. diſcurſ 56.*
39 *num.11. Rot. coram Zares. dec.26. n.10., & in Melevitana Juriſpatronatus 4. Julii 1696. §. Cardinalis Zabarella, coram Rev. D. meo Decano.*

Tandem quoad bona, provenientia ab hæreditate Baldaſſina, ſubſiſtit, quòd ſit demenda quantitas pro duabus Miſſis quotidianis, ab ea relictis, ex deductis in Deciſione, quæ confirmatur §. *Probare, & ſeqq.* Non attenta exceptione imperfectionis Teſtamenti, ex quo Teſtatrix interrogata à Parocho - *qual foſſe la ſua intenzione* —, interrogationi categoricè non reſpondit, nec ullum aliud verbum protulit pro complendo jam inchoato Teſtamento. Quoniam ex illius lectura clarè apparet, quòd reſpectu hujus legati pii, præcedentèr ante dictam interrogationem ordinati, voluntas eſt clara, & perfecta, & imperfectio reſpicit ſolùm alias diſpoſitiones, ſuper quibus contendebant inter ſe conſanguinei. Unde, ſi quoad iſtud legatum Miſſarum de voluntate Teſtatricis non poteſt dubitari, illud executioni mandari debet, non obſtan-
40 te, quòd Teſtamentum non fuerit in aliis partibus completum, & perfectum, cum favore piæ cauſæ ſubſiſtere debeat in parte continente legatum, in qua conſtat de certa voluntate, ut egregiè in puncto tradunt *Decius in cap.2. n.15. de fide inſtrument. Menoch. de Præſumpt. lib.4. præſumpt.3. n.6 verſ. declaratur autem. Tiraquell. de Privil. Piæ Cauſæ. privil.7. Surd. dec.192. num.16. Panimoll. dec.12. adnot.7. n.50.*

Nec obeſſe valent Authoritates, in oppoſitum allegatæ, quia loquuntur, quando voluntas diſponentis redditur in totum imperfecta, ſecus verò, quando perfecta eſt quoad legata pia, vel in alia
41 parte, tunc enim, licèt Teſtamentum in ſui integritate ſit imperfectum, ſuſtinetur tamen favore piæ cauſæ in ea parte, in qua Teſtator perfectè diſpoſuit, cum præſumatur cum hac voluntate deceſſiſſe, ut declarando contrarios, proſequitur *Decius, Surd., Menoch., & Panimoll. locis proximè relatis.*

Et

Et ita DD., in reliquis approbantes deducta in præterita mea Deciſione, reſponderunt, Utraque &c.

---

§. III.

R. P. D. MUTO.

Leodien. Paſtoratus.

Lunæ 16. Januarii 1702.

AD indagandam veritatem ſuper diffamatione Nicolai Lecal, Paſtoris Eccleſiæ Parochialis Oppidi Conum Leodien. Diœceſ., tranſmiſit Curia Archidiaconalis Hamenſis, cui dictum Oppidum ſubjectum exiſtit, Commiſſarium de anno 1695. ad hoc, ut depoſitiones Teſtium ſuper impetitis eidem criminibus reciperet, & Proceſſum informativum compilaret. quo completo, credens Archidiaconus Judex Ordinarius, ex eo ſufficientèr probari, Nicolaum fornicationes, ſtupra, aliaque carnis delicta perpetraſſe cum mulieribus propriæ Parochiæ, & in concubinatu permanſiſſe cum ancillis in domo Parochiali retentis, ſubſecuta etiam ex eis procreatione filiorum, pluresque ex ipſis tentaſſe, & ſolicitaſſe ſub promiſſione abſolutionis à peccatis patrandis, quatenus ea poſt apud ipſum Sacramentalem Confeſſionem emitterent, contra prædictum Nicolaum decrevit ſuſpenſionem à Divinis, eidemque quindecim dierum terminum aſſignavit, ut ſe à criminibus præfatis expurgaret ſub pœna privationis Paſtoratus, & alterius cujuſcunque Eccleſiaſtici Beneficii.

Intimato hujuſmodi Decreto, Nicolaus intra præfixum ſibi terminum comparuit, prælataque peccata magno cum mœrore, & lacrymis confeſſus, delictorum ſuorum veniam animo contrito, & humiliato, Deo, & Archidiacono ſubmiſsè expetiit, & ſalutarem pœnitentiam ſibi injungi inſtetit *Summ. n. 1.* Cui inſtantiæ annuente Archidiacono, mandavit Nicolaum ingredi, & permanere debere per tres menſes continuos in Monaſterio Canonicorum Regularium Leodii, cum hoc, quòd per totum tempus aſſiſteret Divinis Officiis diurnis, & nocturnis *dicto Summario n. 3.*, quod promptè adimplere cœpit Nicolaus, & recuſantibus poſt aliquod tempus Canonicis ejuſdem Monaſterii illum retinere, adivit iterum Archidiaconum, ut reſiduum pœnitentiæ ſalutaris commutaret, eique injuncto, quòd Spiritualibus exercitiis in Collegio Societatis Jeſu per octo dies incumberet, adeò probè ea in peragendis ſpecimen ſui præbuit, ut omnibus innotuerit ardentiſſimum ejus deſiderium Deo in poſterum ſerviendi, antractæ vitæ deteſtata licentia *eodem Summ. n. 4.*

Redit poſt hæc ad cuſtodiendum Gregem ſibi commiſſum contritus Paſtor, adverſus quem proſecuta Cauſa, ab eodem Archidiacono lata fuit ſententia ſuper privatione Paſtoratus, quem ſucceſſivè poſt interpoſitam à Nicolao appellationem Alexandro contulit, illumque in actualem poſſeſſionem immiſit, *citato Summario num. 7.* Sed habito ad Signaturam Juſtitiæ recurſu adverſus dictam ſententiam, & collationem, fuit ſub die 18. Martii 1697. reſcriptum — *de appellatione, circumſcriptis omnibus geſtis poſt ſententiam, appoſito Oeconomo, & ſubminiſtratis alimentis ex redditibus Paſtoratus* — Cauſaque commiſſa R. P. D. Marabottino, ille ſententiam Archidiaconi revocando, manutentionem, & reintegrationem favore Nicolai conceſſit, à qua provocante Alexandro Thomas, & adita iterum Signatura, fuit ab ea commiſſa Cauſa cum clauſula — *aperi cum facultate manutenendi quem de jure* — ad cujus commiſſionis tenorem propoſui in hodierna Audientia dubium — *An, & cui ſit danda manutentio?* Et Domini convenerunt in reſponſo — *dandam eſſe manutentionem Nicolao, firmo remanente Oeconomo, & proviſione capta* —

Anterior enim poſſeſſio Nicolai abundè probata remanet, tam ex ſententia privationis Paſtoratus, contra ipſum lata ab Archidiacono, quæ perneceſſè concludit præcedentem poſſeſſionem penes privatum extitiſſe, cum privatio ſup- 42
ponat habitum, ut per *Textum in l. decem ff. de V. oblig.* firmat in ſpecie *Rota coram Dunoz. Jun. deciſ. 878. num. 2. Priol. dec. 40. num. 20. & 21. & dec. 60. num. 10.*

& apud Poſſ. de Monten. dec.467. n.3. & dec.468. num.1. Cavaler. dec.315. in princ. Merlin. dec.755. num.1. & ſeqq. & in recentior. dec.147. n.1. & ſeqq.part.14. dec.31.n.11.& 12.& dec.45.n.1.part.15. quàm ex confeſſione Alexandri Thomæ, qui Paſtoratum præfatum obtinuit
43 tanquam vacantem, ob ſecutam privationem Nicolai in individuo *Rot. deciſ.319.num.3., & 4. part 19.* Cùm autem anterioris poſſeſſionis vigore competeret Nicolao poſſeſſori manutentionem, tradit in terminis manutentionis concedendæ Beneficiato contra prætendentem poſſidere propter Beneficii priva-
44 tionem, à Judice latam, *Rota coram Seraphin. dec.1346. num.1. Dunoz. Jun. dilla dec.878. num.1. & 2. Prioli. dilla dec.60. num.10.* & apud *Poſſh. de Monten. citata dec 467. num.1.& ſeqq. & dec.610. num.1. & ſeqq. & in rec. deciſ.163. n.13. part.4. tom.1. & dec 319. n.3. 9. & 10. part.19. & in Terracinen. Præpoſituræ 27. Januarii 1698. in princip.coram Me, & 1. Julii 1699. coram R.P.D. meo dell' Olmo.*

E converſo verò nulla competere poteſt manutentio Alexandro: quamlibet ille, poſt ſecutam privationem Nicolai, obtinuerit ſibi conferri Paſtoratum, illiuſque poſſeſſionem adeptus
45 fuerit, hæc tamen poſſeſſio fuit per Signaturam Juſtitiæ circumſcripta, utpotè capta poſt interpoſitam appellationem, ac proindè cum fuerit declarata vitioſa, & de medio ſublata per Reſcriptum Signaturæ, non poteſt amplius coram alio Judice allegari. Reſcripta enim, à Signatura Juſtitiæ emanata, non poſſunt in aliis Tribunalibus in dubium revocari, ex quo ejus Emi-
46 nentiſſimus Præfectus reſcribit de ordine, & mandato Papæ. *Rota in Anconitana Præcamerie 31 Januarii 1695. §. Et cum Signatura Juſtitiæ, coram R.P.D.meo Caprara in Aſculana Bruſſiorum 16. Novembris 1699. §. Omnimodò, coram Me, & in Melevitana Reintegrationis 29. Januarii 1700. §. Sed alteriùs, coram R.P.D. meo Scotto.*

Nec antecedenti poſſeſſioni, à Nicolao legitimè acquiſitæ, quicquam obeſſe poteſt, quòd ipſe per ſententiam latam ab Archidiacono fuerit poſſeſſione privatus: quia cum à dicta ſententia fuerit per Nicolaum interpoſita appellatio, & Cauſa per Signaturam commiſſa ſimpliciter, quodque plus eſt, illa fuerit etiam revocata à R.P.D. Marabottino, donec de præfatæ ſententiæ viribus diſceptetur, illius effectus remanet ſuſpenſus, nec impedire poteſt, quin Nicolaus gaudeat ſua priſtina poſſeſſione, in eaque manutentionem obtineat, ut in puncto manutentionis, petitæ poſt paſſam ſententiam contrariam ſuper
47 privatione Beneficii, *Rota coram Dunozet. Jun. dilla dec.478. n.3. & 4. & dec. 889. num.1. Prioli. dec.40. num.6., & deciſ.60. num.4. Bich. dec 309. num.10. Cavaler.dec 315.num.1.& in recent.dec.147. num.3. & ſeqq. part.14., & deciſ.319. num.6. cum quatuor ſeqq. part.19.*

Potiùs quia præfata ſententia detegitur notoriè injuſta, quo caſu poſſeſſor ſua poſſeſſione non privatur, niſi ipſe habeat ſe pro ſpoliato: in indivi-
48 duo *Rota coram Seraphin. dec 1346. per tot. Dunoz. Jun. dilla dec.478. n.3. Coccin. dec.127. num.3 Merlin. dec.755. num.4.* & apud *Poſſ. de Monten. dec.467. num.4. & ſeqq. dec.468. num.3., & dec. 610. num.1. & in d. Terracinen. Præpoſituræ 27. Januarii 1698. in princip. coram Me, & in Eboracen. Parochialis ſuper Attentatis 23 Novembris 1699. §. ſin.coram R.P.D. meo Caprara.*

Injuſtitia autem eſt in aperto, quia Archidiaconus præfixit terminum quindecim dierum Nicolao ad ſe expurgandum à delictis carnis, in impetitis, intra quem terminum cum ipſe comparuerit, intimo cordis dolore crimina ſua faſſus fuerit, miſericordiam Omnipotentis Dei, & Archidiaconi imploraverit,
49 amarè delicta ſua fleverit, dederitque manifeſta ſigna, ſe ad obſervantiam Præceptorum Redemptoris noſtri cum omni humilitate rediviſſe, ac obtuliſſe eidem pœnitentiæ munera, & contriti cordis, atque humilitatis ſpiritus holocauſta *Summarii Reſponſionis Nicolai num. unic.*, non poterat Archidiaconus ad privationem devenire, quæ cum ſit maxima pœna, & æquiparetur morti civili, non valet infligi, niſi conſtito, quòd præcedente trina monitione, noluerit monitus concubinam, aliaſque inhoneſtas mulieres relinquere, & indurato corde in perditionis via incedere.

& in peccato perſeverare voluerit, ut
50 in puncto talium delictorum carnis Clerici, vel Parochi, eſt *Textus expreſſus in cap. ſicut ad extirpanda, de cohabit. Cleric. cap. ſi autem Clerici, verſ. vel tertiam commiſerint, eodem tit.*, idemque diſponit Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de reform. cap. 14. diuque Barboſa num. 7. & ſeqq. & ſub num. 18. in cap. ſicut 4. et num. 1. cap. ſi autem 6. et num. 3. de cohabit. Cleric. Garz. de Benef. part. 11. cap. 10. num. 182. & ſeqq. Decian. Tract. Crimin. lib. 6. cap. 11. n. 30. Farin. de Delict. Carn. quæſt. 138. num. 41. & conſ. 80. et num. 51. & 63 lib. 1 Mareſcot. Var. Reſol. lib. 2. cap. 35. num. 76. & ſeqq. Reynald. Oper. Criminal. tom. 2. obſerv. 13. §. 4. ſub num. 157. & ſeqq. Antonell. de Regim. Eccleſ. lib. 6. cap. 19. ſub num. 3 & num. 4. Caſtropal. Oper. Moral. tom. 1 tract. 15. diſputat. 6. punct. 8. num. 12. Zerol. in Prax. Epiſc. part. 1. V. Concubinarii, verſ. ad tertium. Gratian. diſcept. 990. num. 16. Pamell. dec. 24. num. 17. & dec. 39. num. 14. & dec. 149. n. 7. Rota coram Pen. dec. 658. num. 7. & in rec. deciſ. 147. n. 12. per 14.*

Præſertim hodiernis temporibus, in quibus creſcente Prælatorum indulgentia, & deficiente Clericorum fervore in Chriſtum, mitigatæ ſunt pœnæ in delictis, ob carnis fragilitatem commiſſis, adeout nunquam ſoleat pia Mater Ec-
51 cleſia hujuſmodi filiorum ſuorum exceſſibus ita provocari, ut non inveniant apud eam veniam, & miſericordiam, quoties deteſtato errore, ad ſalutis, & rectitudinis tramitem citò, ac celeriter redire ſint parati, ut proſequitur *Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 14. ſub num. 18. Decian. in Tract. Crimin. lib. 6. cap. 11. num. 31. Pamell. deciſ. 149. n. 7.*

Nec relevat, quòd dictus Nicolaus fuerit exindè carceribus mancipatus, ex quo arguitur ipſum perſeveraſſe in eiſdem delictis carnis, olim ab eo commiſſis. Quoniam cum tranſportatis ad Urbem Proceſſibus, recognitum fuerit à Congregatione Criminali, Nicolaum aliud non perpetraſſe delictum, quàm ſuperiùs enunciata, à quibus ſufficienter ſe purgaverat, mediante dolore, & pœnitentia, fuit ab eadem per ſententiam declaratum, malè fuiſſe ab Archidiacono judicatum, & benè per Nicolaum appellatum, quem proindè excarcerari mandavit, eumque abſolvendum, & liberandum fore, & eſſe ab impetitis declaravit: Ac propterea ex ſupradicta ſententia carcerationem injuſtam declarante, & Nicolaum ab impetitis abſolvente, vel probata remanet deteſtatio antea ſuæ vitæ, & perſeverantia in reformatione morum, vel ſaltem excluditur probatio continuationis criminum, quæ à carceratione, ab Archidiacono decreta, reſultare poſſet, cum ſententia, quæ fuit per Judicem appellationis revoca-
52 ta, nihil ponat in eſſe, & habeatur, ac ſi lata non fuiſſet in individuo *Rota coram Bichio dec. 408. num. 14. & 15.* & magis in terminis de ſententia revocata ab A. C. de voto Congregationis Criminalis, *Rota coram Priolo d. dec. 40. num. 6. & dec. 62. num. 4. & in rec. dec. 45. num. 6. verſ. quæ omnia, par. 15.*

Minùs obſtat, quòd Nicolaus, nedum commiſerit delicta fornicationis, ſtupri, & concubinatus, ſed etiam inceſtus, cum propriis Parochianis cognoverit,
53 propter quod crimen pœna privationis, & depoſitionis affici debeat, ut eſt *Text. in can. omnes quos, & can. ſi quis Sacerdos 30. quæſt. 1. Bellet. Diſquiſ. Cleric. part. 1. tit. de pœn. Cleric. §. 8. num. 1. & 2. fol. mihi 502.* Siquidem objectum in facto non ſubſiſtit, & in Jure non reſiſtit: & ſanè in Facto non ſubſiſtit, quia cum non conſtet, Paſtorem carnaliter cognoviſſe fœminas illas, quas à ſacro Baptiſmatis Fonte levaverat, cum quibus ob cognationem ſpiritualem, conſurgentem ex collatione Baptiſmatis, committitur inceſtus, ſed alias fœminas ſuæ Parochiæ, dicitur quidem peccaſſe
54 contra proprium officium, ex quo ipſe ſpecialiter invigilare tenetur ſaluti Animarum, ſibi concreditarum, & oves ſibi ſubjectas bonis moribus imbuere, ſed non per hoc inceſtum committit, ut notant *Bonacin. Oper. tom. 1 tit. de iis, quæ pertinent ad uſum matrimonii. quæſt. 4. punct. 16 de Inceſtu, num. 10. Antonell. de Regim. Eccleſ. lib. 6. cap. 4. ſub n. 17. & 18. Barboſ. de Publ. Concubin. rubric. de Inceſt. num. 14. in fin. verſ. Ego autem puto. Pamell. dec. 61. n. 17.*

Non proficit autem de Jure, quia cum verba Sac. Concilii Tridentini in *d. ſeſſ. 25. de reform. cap. 14.* ſint ampla, & generalia, comprehendunt etiam Pa-

ro-

rochum, cum ſymmu ſuę Parochię concubinam habentem, & proinde etiam
55 in iſto caſu non poſſe deveniri ad privationem, niſi trina monitione præcedente, firmat *Reynald. Obſerv. Crimin. tom.1. cap.23. ſ.4. 5. & 6. ſub num.184. verſ. habes tamen, fol. mihi 315. in Venetæ impreſſione.*

Et demum non obſtat, quòd ſaltem pœna privationis infligi debeat Paſtori, ex quo ipſe in Sacramentali Confeſſione pluries fœminas ſollicitaverit, ut patet ex depoſitione duarum fœminarum, & ex confeſſione Paſtoris *Summario Alexandri n. 3. & 8.*, propter quod delictum
56 in ſuſpicionem hæreſis etiam incidiſſe, tradunt *Barboſ. de Paroch. par. 2. cap. 19. num. 48. Bonacin. Oper. tom. 1. de iis, quæ pertinent ad uſum matrimonii, quæſt. 4. puńct. 16. de Inceſtu n. 9. Azevedo. de Regim. Eccleſ. lib. 6. cap. 6. ex n. 1.* Quoniam deficit pariter in facto probanno hujuſmodi ſollicitationis Depoſitiones enim dictarum fœminarum, quæ ratione ſexus, leves, doloſæ, & fraudulentæ ſunt, pronæ ad accuſandum, proclives ad odium, & indignationem, tale delictum ſufficienter non concludunt, cum tunc ſoltem duobus Teſtibus credendum ſit, quando non verſamur in materia, & delicto graviſſimo, quale eſt illud, de quo
57 agitur, vel quando Teſtes ſunt omni exceptione majores, quales non ſunt fœminæ, ut in individuo probat *Bonacin. Oper. tom. 1. diſput. 6. puńct. 5. de obligatione denunciandi Confeſſarium ſollicitantem, num. 16. Amayus de Confeſſ. ſollicit. quæſt. 13.* Confeſſio verò Paſtoris non eſt pura, & ſimplex, sed qualificata,
58 quòd nempè omnia dixerit jocando, & riſus cauſa, & non aliter, quæ confeſſio uti qualificata, & à Parte, quæ illa uſa eſt, acceptata, cum ſua qualitate conſiderari debet, nec poteſt hodiè ſcindi, ac approbari pro parte, & pro alia reprobari. *Deſider. Canobi conſ. 16. ſub num. 144. cum duob. ſeqq. Amat. deciſ. Moroh 82. num. 3. & ſeqq. Rota in rec. deciſ. 170. num. 6. par. 2. & dec. 434. num. 5. par. 5.*

Ulteriùs ex depoſitione prædictarum Teſtium, & confeſſione Paſtoris, nihil aliud deſumitur, quam illum extra confeſſionem, & extra locum ad confitendum deſtinatum, dixiſſe mulieribus, poſſe ea poſt confiteri peccata ſua, ipſumque eas à peccatis commiſſis abſoluturum, ex quibus verbis probatum non remanet crimen ſollicitationis, quod licèt committatur etiam extra Confeſſionem, hoc tamen procedit, quando mulier provocatur immediatè ante, vel poſt Confeſſionem, & in loco, ubi Confeſſiones audiuntur, ſeu electo ad effectum Confeſſiones excipiendi, in quo
59 Confeſſarius, ſimulans ibi Confeſſiones audire, mulieres ſolicitare, vel provocare tentat, ut relata verba Conſtitutionis Gregorianæ, expreſsè probat *Bonacin. d. tom. 1. diſput. 6. puńct. 5. de obligatione denunciandi Confeſſarium, num. 6. & n. 21. Barboſ. de Paroch. par. 2. cap. 19. num. 51. Caſtropal. Oper. Moral. tom. 1. tract. 4. diſput. 9. puńct. 7. n. 2. & 4.*

Quinimmò, quatenùs etiam per hypotheſim poſſet dici verſari in crimine ſollicitationis, reddente ſolicitantem de hæreſi ſuſpectum, adhuc taliter ſuſpecti non privantur Beneficiis jam adeptis, maximè poſtquàm pœnitentiam egerint, & crimina deteſtati fuerint. *Suarez de Fide diſp. 24. ſect. 3. n. 5. Roncell. de*
60 *Jur. Perſon. extra gremium Eccleſ. exiſten. lib. 5. cap. 19. n. 26. Sanchez ad Præcept. Decal. lib. 2. cap. 25. num. 12. Pariſ. de Reſignat. lib. 4. quæſt. 3. n. 17. Mant. de Reſidon. ſect. 3. cap. 6. num. 23.* ubi de Parocho. *Rot. cor. Cavalerio dec. 10. n. 24. & per tot.*

Et ita prætermiſſo alio objecto circa ſcandalum, quod exoriri poſſet in Populum, ſi Nicolaus de prædicto delicto ſemel diffamatus rediret ad exercitium Curæ Animarum, cum huic inconvenienti ſufficienter proviſum remaneat mediante appoſitione Oeconomi, à Signatura Juſtitiæ decreta, & à noſtro Tribunali confirmata, reſponſum fuit Partibus hinc inde auditis &c.

Die Lunæ 20. Martii 1702. facto verbo pro expeditione in Rota, reſcriptum fuit — *Expediatur* —

Senen. Contractus.

Sabbathi 30. Julii 1707.

ARGUMENTUM.

Exemplaris eſt Deciſio, in qua agitur de Commiſſione Sereniſſimi Gubernatoris, emanata pro regolandis in Statu Senarum Solemnitatibus Contractuum Mulierum minorum nuptarum; Decernitur, *Rubr.*130. *diſt.*2. *Statutorum* attendi debere, nec requiri Decretum Officialium Mercatorum ad tenorem ejuſdem Rubricæ, ſed vel ſecundum Judicem Ordinarium ad formam Juris, vel ad Principem recurrendum, pro habendo Judice arbitrio ſuo, & ex quibus tunc regulari poterit arbitrium.

SUMMARIUM.

1 *Statutum Senen.* Rubr.130. diſt.2. *utens verbo* minor, *tanquam communi maſculis, & fœminis, etiam iſtas comprehendit.*

2. *Maximè dum eidem junctum eſt verbum* quilibet, *tanquam univerſale, includens omnes perſonas, ſub ejus generalitate aptas comprehendi.*

Et fortiùs ſi adeſt declaratio Baliæ n.3.

3 *Statutum ubi adeſt, non eſt ulteriùs inveſtigandum, ut ſi adſit caſus legis.*

4 *Solemnitates requiſitæ à Statuto Senen.* Rubr. 130. diſt. 2. *in Contractibus Mulierum Minorum, obſervandæ ſunt tam à mulieribus nuptis, quàm innuptis.*

Et comprobatur numeris ſeqq.

5 *Lex, ſeu Statutum, de Mulieribus generaliter loquens, nuptas quoque comprehendit.*

6 *Mulier minor, etiam nupta, gaudet omnibus privilegiis, pro minori ætate conceſſis.*

Et ſignanter reſtitutione in integrum ibidem.

7 *Diſpoſitio Statuti generalis non procedit in caſibus, quibus per Statutum particulare proviſum eſt.*

8 *Statutum Senenſe* Rubr.169. *loquens de Mulieribus conjugatis, non comprehendit minores 25. annis, ſed iſtæ remanent ſubjectæ alteri Statuto.* Rubr. 130. diſt.2.

10 *Additio ad* Rubr.169. *Statuti Senenſis, eo quia regiſtrata in publico Archivio, & inſerta in Volumine Statutorum, plenam facit probationem.*

Et quando, & in quibus terminis procedant Auctoritates contrariæ, quæ in objectio referuntur n.9. & 10.

Statutum Senen. de inviolabili obſervantia Conſtitutionum Senenſium diſt.4. *refertur.*

11 *In Contractibus Mulierum minorum nuptarum, quis Judex interponere debeat Decretum, an Ordinarius, vel Mercantia.*

12 *Senis in Contractibus Mulierum minorum ſufficit interventus Proximiorum, qui jurent, Contractum in contrahentis Mulieris minoris commodum, & utilitatem cedere.*

Verba Statuti Rubr.130. diſt.2. *in id referuntur n.11. 12.*

13 *Fœminæ ſunt infirmioris, & imbecillioris conſilii, quàm maſculi.*

Decretum Judicis, neceſſarium in contractibus minorum Maſculorum, multo magis cenſetur volitum à Statuto in contractibus Fœminarum minorum, ibidem.

Sed non procedit, quando conſtat de contraria mente Statuentium, num.14. & ſeqq.

Et ex quibus talis mens appareat, ibid.

Et rationi contrariæ ſatisfit num.17. & ſeqq.

14 *Verbum* Auctoritas, *relativè ad Officialem, vel Magiſtratum, idem ſonat, ac Decretum.*

Maximè ſi Auctoritas, & Decretum, pro ſinonymis in alia parte Statuti habita fuerunt n.15.

15 *Una pars Statuti aliam declarat.*

Præſertim in eadem Rubr. *ibidem.*

16. *Statutum Senen.* Rubr.130. diſt.2. *decens, ſatis eſſe Proximiorum conſenſum in Mulieribus minoribus nuptis, habilitat illas ad contrahendum abſque aliis ſolemnitatibus.*

Quæ iſto caſu dicuntur cum Decreto incompatibiles, ibid.

17 *In contractibus Minorum de Jure eſt neceſſarium Judicis Decretum.*

18 *Statutum Mercantiæ Senen.* Rubr. 129. diſt.3. *requirit Decretum Officialium Mercantiæ in Mulieribus minoribus innuptis.*

19 *Fœmina nupta perfectior eſt innupta.*

20 *Sed utraque, ſi minor ſit, indiget Decreto Judicis.*

21 *Conſuetudo adhibendi Decretum Judicis*

in

in contractibus mulierum minorum nuptarum in Civitate Senarum, dicitur inducta, et quae in omnibus instrumentis illud fuit adhibitum.

22 *Et quia talis conſuetudo eſt contra circa perſonam Judicis, recurri debet, vel ad diſpoſitionem Juris communis.*

23 *Vel porrigi poterit Memoriale S. Celſitudini Reverendiſſimæ, quæ deputabit Judicem ſuo arbitrio.*

24 *Et arbitrium regulari poterit a qualitate materiæ, quæ ſi ſit indifferens, poterit ad communes Judices Ordinarios.*

25 *Judex Ordinarius de Jure eſt competens pro interpoſitione Decretorum.*

DECISIO XVI.

Cupiens D. Hieronyma Tiezzi de Magnonis, in minori exiſtens ætate, contractum à ſe celebrandum à quacumque nullitate præſervare, porrexit Preces Celſitudini Veſtræ Reverendiſſimæ, ad hoc, ut dignaretur declarare, quæ nam ſolemnitates eſſent adhibendæ, & quiſnam Judex in eo interponere deberet Decretum, illiſque ad noſtrum Tribunal remiſſis, mediante Reſcripto — *La Ruota, ſentita chi occorre, riferiſca quello, che ſtima convenirſi per buona giuſtizia* — in obſequium mandatorum, nobis injunctorum, pluries auditis Partibus, credidimus in hodierna ſeſſione C.V. Reverendiſſimæ referendum, *in contractibus mulieris nuptæ, adhibendas eſſe ſolemnitates* Rub. 130. diſtin. 1., *& Juriſdictionem interponendi Decreta in contractibus prædictis, ſpectare ad D. Judicem Ordinarium, vel ad Officiales Mercatorum, juxta modum inferius ſubnectendum.*

Clara ſiquidem viſa fuit litera Statuti de *Contractibus minorum, & filiorumfamilias, Rubr. 130. diſt. 1.* præſcribentis, minores 25. annis contrahere debere, certis adhibitis ſolemnitatibus, ſub cujus Statuti diſpoſitione, comprehendi mulierem minorem, contrahere volentem, patet ex proprietate ſermonis, verbum enim *minor*, tanquam commune maſculini, & fœminini, etiam illas
1 comprehendit, in ſpecie *Bald. conſ. 108. num. 6. lib. 3. Menochius ad Statut. Bonon. lib. 3. de contract. cum minor. & fil. famil. in princip. V. Nullus, fol. 40. num. 2. Covarr. Variar. Reſolut. lib. 2. cap. 1. de Minor. num. 149. & ſeqq. Gonſ. de Contract. ſubſect. 2. quæſt. 34. num. 2. & per totum.*

Maximè quia tale verbum in ſua amplitudine fuit acceptum, mediante adjectione dictionis *quilibet*, quæ tanquam univerſalis, omnes, & quaſcunque perſonas, aptas venire ſub generalitate
2 dicti verbi, includit. *Rebuff. in l. Creditorum 32. verſic. quilibet ff. de Verbor. Significat. Calapheus*, olim hujus Rotæ Auditor, *conſ. 91. num. 2. inter Criminal. diverſor. tom. 2. in princip. Decius conſ. 619. num. 2. Menoch. conſ. 33. num. 11. Barboſ. dict. 310. num. 1. Pour. dec. 3. n. 4.*

Et fortiùs attenta expreſſa declaratione, ad quaſcunque dubietates tollendas, facta per Magiſtratum Baliæ, quæ ſupra relata verba *quilibet minor*, ſpeciali ſanctione decrevit, intelligi debere, tam de maſculis, quàm de fœminis minoribus, ibi — *Major tamen quattuordecim, ſi fuerit maſculus, & major duodecim ſi fuerit fœmina* — proinde que cum habeamus ſpecificam declarationem Statuentium,
3 non eſt ulteriùs quærendum, ſed dicitur adeſſe caſus legis. *Caballus*, olim hujus noſtri Tribunalis Auditor, *conſ. 157. n. 2. lib. 1. Surd. conſ. 58. num. 3. Gratian. diſcept. 651. num. 30. & diſcept. 769. n. 24. Rot. in rec. dec. 157. n. 5. par. 14.*

Idque procedit, etiamſi Hieronyma nupta reperiatur, quia cum Statutum hujuſmodi emanaverit ad evitandas fraudes, & ad ſupplendam imbecillitatem judicii in minoribus, itaque ratio, non minus adaptetur innuptis, quàm nuptis, in utraque mulierum ſpecie ſolemnitates Statuti neceſſariæ ſunt, ut
4 cæteris relatis, benè in ſpecie firmat *Pet. ad Statut. Urb. lib. 1. cap. 151. Gloſſ. 2. n. 4. & ſeqq. Caſtill. Controv. Jur. lib. 8. de Alimentis, cap. 63. n. 12. verſ. & quamquam ætatis poſt medium. Hermoſill. ad Legem 4. tit. 3. part. 5. gloſſ. 2. n. 7. & 8. fol. 19. Jovanes de Solemnit. gloſſ. 16. §. 7. ſub num. 160. verſ. verùm iſta. Borgnin.* olim hujus noſtri Tribunalis Auditor, *dec. 21. num. 22. & ſeqq. part. 3.*

Et generaliter, quòd Lex, vel Statutum,
5 loquens de mulieribus, etiam nuptas com-

comprehendat *per Text. in l. ex empto §. Si quis virginem ff. de action. empt.* aliiſque concordantibus, firmat *Burſat. de Vedian, cap. 1. quæſt. 1. ſub num. 4. & 5. Tartaglia de Reformat. Statutor. artic. 13. n. 1. & ſeqq.*

Undè mulierem minorem nuptam, gaudere omnibus effectibus, à minori ætate promanantibus, & ſignantèr re-
6 ſtitutione in integrum, eſt *Textus in l. generaliter 11. ibique Gloſſ. V. imperfectam, Cod. de Jur. & facti ignorant. Coſta de Statut. & Ignorant. regul. 15. num. 5. Altimar. de Nullit. Sentent. tom. 1. rub. 1. q. 6. num. 30. De Luc. ad Gratian. diſcept. 604. num. 3 in fine, & ad Franch. dec. 184. n. 3. verſ. niſi tamen. Guerba deciſ. 18. n. 1. verſ. eſt etiam minor.*

Minimè relevante, quòd de mulieribus nuptis diſponat Statutum particulare in *Rub. 169. de contractibus mulier. coniug. diſtinct. 1.* ideòque contractum, ab iſtis celebrati, comprehendi non poſſint in *Rubric. 130. de minor. & mulier.* generalitèr loquente, ex regula, quòd Statutum generale, non procedat in
7 iis caſibus, in quibus ſpecialitèr per aliud Statutum proviſum eſt. *Sommer contr. 191. num. 19. Hieronym. Pappone*, olim hujus inclytæ Rotæ Auditor, *conſ. 60. n. 9. & 10. & conſ. 61. n. 8. & 9. Zand. ad Statut. Florentia lib. 1. rub. 14. n. 1. Palm. Nep. allegat. 82. n. 6. allegat. 139. num. 8. allegat. 168. n. 3. Rot. Lucen. apud eum dec. 137. n. 1. & dec. 165. n. 14. Rot. cor. Rojas deciſ. 140. n. 5. & 6. & poſt Gilian. ad Statut. Peruſin. dec. 72. n. 12. & in rec. dec. 727. n. 11. par. 18.*

Objectum enim tollitur, quia *Rubrica 169.* de mulieribus coniugatis lo-
8 quens, non comprehendit caſum, in quo mulier ſit minor 25. annis, ibi — *nulla mulier ætatem agens viginti quinque annorum, vel abinde ſupra, virum habens, & ab eo traducta, vel quæ cum eo habitaverit, poſſit vendere, donare &c.* — Ac propterea cum Hieronyma ſit minor 25. annis, ſubjecta non remanet diſpoſitioni hujus Statuti, ſed alterius de minoribus loquente, ut ſupra dictum eſt.

Nec obſtat, quòd in prima editione Statutorum, Rubrica hæc contineret ſolùm verba illa — *Nulla mulier virum habens, & ab eo traducta, vel quæ cum eo habitaverit, poſſit vendere, donare &c.* —, alia verò verba *ætatem agens viginti quinque annorum, vel abinde ſupra*, fuerint addita ex poſt, per declarationem factam
9 à Magiſtratu Baliæ, ut reſpondit Rota noſtra coram bo: mem: Aſcanio Vaſolo, *dec. 43. in Cauſa Vieri contra Corti, in fin.*

Difficultas enim ceſſat ex facto, nam in tantum in dicta Deciſione coram Vaſolo, Rota decidit non eſſe attendendam additionem, quia de ea non conſtabat ex Libro declarationum, ut patet ex ejuſdem Deciſionis lectura, quod non accidit in caſu noſtro, in quo additio prædicta, regiſtrata reperitur in Libro originali, exiſtente in Archivio Reformationum. Quinimmo additio, de qua agitur, fuit etiam inſerta in Volumine Statutorum, in Cancellaria Regulatorum conſervato, & in ipſo corpore dictæ *Rubricæ 169.*, ac propterea ex hoc etiam capite valida dicenda eſt, & plenam probationem facere debet, tam
10 attenta diſpoſitione alterius Statuti *De inviolabili obſervantia Conſtitutionum Senenſium, diſtinct. 4.*, quam Juris Communis ſanctione, de qua in proximis terminis *Rota coram Celſo deciſ. 125. num. 6.*

Poſito itaque, quòd ſervandæ ſint ſolemnitates præſcriptæ in *Rub. 130.*; Obiiciebatur, in talibus contractibus interponere debere Decretum Officiales Mercatorum, attentis verbis dicti Statuti, ibi — *& niſi Officiales Mercatorum, vel
11 tres, aut ſaltem duo ex eis, in ſedes proprio partem dictæ Curiæ poſitæ, & publicè, & eadem contracta, in præmiſſis eorum conſenſum, & licentiam, ac dicti eorum officii, & Communis Senen. auctoritatem pariter, & decretum, cum cauſæ cognitione ſummarie habita, interpoſuerint* — Sed objectum detectum fuit inſubſiſtens, quia mulieres minores, ſubjectæ quidem ſunt aliis ſo-
12 lemnitatibus, à prædicto Statuto volitis, ſed exemptæ fuerunt à Decreto prædicto, adeout in earum contractibus ſatis ſit proximiorum conſenſus, qui jurent, contractum in mulierum minorum utilitatem, & commodum cedere, ut litteralitèr in eodem Statuto cavetur, ibi — *eo tamen declarato, quòd ſi minoribus, dictorum officialium auctoritas non ſit neceſſaria ad honeſtatem ſervandam, & ut puellæ ad Curiam accedant, ſed ſatis ſit eis dictorum proximiorum conſenſus, ut*

fa-

ſuperiùs dictum eſt, præſtiter –
Nec replicare juvat, quòd Statuen-
tes in dicta declaratione eximere ſolùm
voluerint mulieres minores ab acceſſu
ad Lodium, & Curiam, non autem à
formalitate adhibendi decretum Judi-
cis, quod ſi neceſſarium eſſe exiſtima-
runt in contractibus minorum, qui el-
ſent maſculi, multò magis in illis fœmi-
narum minorum, quæ ſunt infirmio-
13 ris, & imbecillioris conſilii, quàm
maſculi, *ut per Text. in l. 1. C. quando*
mulier tutel. off. ib fungi non poſſit, obſer-
vat *Graſſ. de Contract. reſpect. 1. d. quæſt. 14*
n. 3 & 4. Pet. ad Statut. Urb. gloſſ. 1. n. 7.
Deficit enim objectum in prima par-
te, quia Statutum præſcribit fœminis
minoribus non eſſe neceſſariam autho-
14 ritatem Officialium, ut ex verbis ſupe-
riùs recenſitis, quod verbum *Authoritas*
idem eſt ac Decretum. *Simoncell. de De-*
cret. in præfat. n. 29.
Præſertim quia pro ſinonymis dicta
verba *authoritas, & decretum* habuerunt
Statuentes in hac eademmet rubrica,
ibi – *Authoritatem pariter, & Decretum* –
15 Una enim pars Statuti, præſertim in ea-
dem Rubrica, aliam declarat *Surd. conſil.*
357. n. 17. Rot. Lucen. penes Palm. Nep. dec.
51. n. 10. & apud Camillum Lapidum, olim
hujus noſtri Tribunalis Auditorem, *dec.*
38. n. 11. & apud Baldacc. Dec. & Rer. Judic.
tit. de Dote dec. 38. num. 36. Rot. in rec. de-
ciſ. 515. num. 9. part. 19., & in terminis al-
terius Statuti Senen. *Sermonat. conſ. 189.*
n. 14. & 15.
Tantòque magis ponderatis verbis
immediatè ſubſequentibus – *ſed ſatis ſit*
cis dictorum proximiorum conſenſus Si
enim Statutum ſolum mulieres minores
eximere voluiſſet ab acceſſu ad Curiam,
non verificaretur, quòd in eorum con-
tractibus ſatis eſſet proximiorum con-
ſenſus, ſed neceſſarium eſſet etiam
Judicis Decretum proindeque ſtanti-
bus talibus verbis, non requiri alias ſo-
lemnitates, quàm illas, cum quibus
Statutum voluit contractum eſſe vali-
dum, cum una ſolemnitas dicatur
cum aliis incompatibilis. *De Luc. de Alie-*
16 *nat. diſc. 55. num. 10. Zaul. ad Statut.*
Faven. lib. 3. rub. 17. num. 75. & 76. Con-
ſtant. ad Statut. Urb. annot. 44. num. 799.
804. & 805. Rot. in rec. dec. 145. n. 18.
part. 6. dec. 107. num. 12. part. 15.

Eademque facilitate tollitur obje-
ctum in ſecunda parte, quia ex hoc ip-
ſo, quod Statuentes agnoverunt irra-
tionabile, mulieres minores contra-
here abſque Judicis Decreto, de ju-
17 re in contractibus minorum neceſſario,
juxta diſpoſitionem Textus in *l. magis*
puto §. In primis ff. de reb. eorum, & tra-
dita *per Rot. in rec. dec. 915. num. 7. p. 18.*
providè mediante ſpeciali Statuto cau-
tum eſſe voluerunt, in contractibus
mulierum minorum, quæ innuptæ ſint,
requiri prædictorum Officialium De-
cretum, aſſignando etiam formam cir-
ca interpoſitionem illius, eaſque libe-
18 rando ab acceſſu ad Curiam, ut in
Statuto Mercatorum *rubr. 123. diſt. 5.*
Et ſubinde agnoſcentes, fœminas etiam
nuptas, licet perfectiores innuptis, per ea
19 quæ tradit *Toruquell. ad Leg. Connubiales*
gloſſ. 1. part. 1. num. 89. Pet. ad Statut.
Urb. gloſſ. 1. num. 8. adhuc ob minorem
ætatem Judicis Decreto indigere, con-
ſuetudinem induxerunt, tale Decretum
in eorum contractibus adhibendi, ut
patet ex omnibus Inſtrumentis hinc
inde exhibitis, & indicatis, in quibus
20 ſemper Decretum fuit adhibitum. Ve-
rùm quia conſuetudo hæc, quæ eſt con-
ſtans circa Decreti interpoſitionem,
detegitur quodammodo varia circa
21 perſonam, quæ illud interponere debet,
nam licèt Decretum plerumque inter-
poſuerit D. Judex Ordinarius, aliquan-
do etiam ad id fuerunt adhibiti Offi-
ciales Mercatorum, ideò in hac con-
22 ſuetudinis varietate, vel recurri pote-
rit ad diſpoſitionem Juris communis,
per ea, quæ tradit *Natt. conſ. 309. n. 9.*
Roland. à Valle conſ. 87. num. 53. lib. 2.
Cancel. alleg. 14. num. 49. Rot. coram Cer-
ron. dec. 1552. num. 14., vel porrigendo
Partes Celſitudini Veſtræ Reverendiſſi-
mæ Memoriale, prout plerumque fieri
23 conſuevit, pro habendo Judice, erit
arbitrarium Veſtræ Celſitudini interpo-
ſitionem Decreti uni, vel alteri ex eis
committere, juxta qualitatem materiæ,
quæ ſi ſit omnino indifferens, ut eſt illa
de qua agitur, nec Mercaturam concer-
nens, tunc regulando arbitrium à
24 congruentia, & à jure, ut fieri debe-
re monet *Bartol. in Extrav. ad repri-*
mendum, in V. ordinetur, num. 8. quem re-
ferunt *Rot. dec. 565. n. 1. part. 1. & dec. 464.*
n. 1.

n.1. part.2. rec., id demandare poterit Judici Ordinario, qui de Jure eſt Judex competens interpoſitionis decreto-
25 rum, ad *text. in l.magis puto 5. §. In primis, & ſeqq. ff. de reb. eorum. Conſtant.ad Statut. Urb. annot.44. num.181.& 286. in fine.*

Et ita utraque &c.

Montis Alcini Pecuniaria.

Martis 23. Auguſti 1707.

ARGUMENTUM.

Creditum, quamvis reſultans ex duplici Scriptura diverſæ ſpeciei, præſumitur unum, & idem, maximè ſtantibus conjecturis, quæ in caſu prævaluerunt conjecturis, quæ pro duplicitate Crediti deducebantur.

SUMMARIUM.

1 *Nemo cogendus ad iteratam ſolutionem.*

2 *Pluralitas creditorum non præſumitur, ſed ab allegante probari debet.*

3 *Creditum præſumitur idem, ſi ſit contractum ex eadem cauſa, inter eaſdem perſonas, & concordet in ſumma.*

4 *Item ſi concurrat impoſſibilitas ex parte creditoris contrahendi creditum diverſum, & infrà n.8.*

5 *Mulier non præſumitur habere niſi dotem.*

6 *Fructus Dotis matrimonio conſtante ſpectant ad Maritum.*

7 *Vidua non præſumitur cumulare fructus ſuæ Dotis, ex quibus ali debet.*

9 *Identitas crediti non excluditur, ex quo una vice dictum fuit, quòd de eo conſtabat ex apoca, & alia vice quòd conſtabat ex duabus apocis, & quando.*

10 *In ſumma majori ineſt minor.*

11 *Diverſitas non probatur ex quo una vice dictum ſit, creditum ſpectare ad matrem, & alia vice ad filios, ſi poterat ſpectare ad matrem nomine tutorio.*

12 *Concurrentibus conjecturis pro identitate crediti, illud præſumitur ſpectare Matri tutorio nomine, ut ſcriptura concordentur.*

Et acquiſitum ex pecuniis pupillaribus, ibidem.

13 *Creditor ſi habuiſſet duplex creditum, in ſuis Libris non regiſtraſſet unicum.*

14 *Solutiones, quas creditor in ſuis Libris notovit immediatè poſt deſcriptionem crediti, præſumuntur factæ in illius cauſam, non autem in cauſam diverſam, & in Libris non deſcriptam.*

15 *Solutiones factæ eo modo, quo facienda erant vigore apocæ præcedentis, præſumuntur factæ in cauſam crediti, ex eadem apoca reſultantis.*

16 *Pluralitas excluditur, ſi Judex reum convictum pro uno debito abſolvit ob ſolutionem debiti, quod prætenditur diverſum.*

17 *Solutio unica duplex debitum extinguere non poteſt.*

18 *Judex quando dicatur motus ad ſententiandum potiùs ex una cauſa, quàm ex alia.*

19 *Judex ex diſpoſitione Statuti Senenſis apponere non poteſt in ſententia — Viſis — niſi Scripturas opportunè viderit, & conſideraverit.*

Quod procedit etiam ſuſpecta Juris communis diſpoſitione, ibidem.

Sententia an adſit, nec ne, ſuper eodem articulo, conſtare etiam poteſt ex Viſis ejuſdem ſententiæ, ibidem.

20 *Identitas crediti probatur ex ſententia.*

21 *Creditor, qui in neceſſitate conſtitutus pro ſolutione alterius prætenſi crediti non inſtetit, præſumitur unum duntaxat creditum habere, & num. ſeq.*

Crediti duplicitas excluditur ex acquieſcentia diuturna, ibidem.

22 *Creditor, qui fuit diligens in exigendo uno credito, talis pariter fuiſſet pro exigendo alio, ſi verè illud habuiſſet.*

23 *Mulieri, habenti bona extradotalia, permiſſum non eſt diſtrahere bona dotalia.*

24 *Credita ſi fuiſſent duo, unum duntaxat non fuiſſet recenſitum in computo redditionis rationis, & in ſolidatione.*

Et quando non obſtet defectus ſcientiæ, numer.26. & ſeqq.

Sicut quòd unum creditum non ſpectet ad filium, ſed ad matrem n.29. §. ſic etiam.

25 *Non præſumitur exiſtere creditum, non recenſitum in calculo, in quo recenſentur partita etiam minima.*

26 *Solidationes generales non ſolent fieri inconſideratè, & ex abrupto, ſed ſolent diligentèr diſpungi.*

27 *Scientia præſumitur ex cohabitatione, & conjunctione ſanguinis.*

28 *Maximè, & faciliùs in actibus ſucceſſi-*

vit,

nis, & qui momento temporis non explicantur.

Crediti ſcientia ex quibus reſultet, n.26. & ſeqq.

29 *Debitor, qui pro ſolutione alienat bona fructifera, non præſumitur habere creditum infructiferum, cujus poſſet compenſationem opponere.*

30 *Creditorum diverſitas arguitur ex diverſitate ſcripturarum.*

31 *Declara, niſi ſecunda ſcriptura facta fuerit ad cautelam probationis, & n.33.*

32 *Contrarium procedit, quando ſcripturæ ſunt ambæ ejuſdem ſpeciei publicæ, vel privatæ.*

34 *Diverſitatem quando non operetur ſolutio fructuum, habita ratione ad certam quantitatem capitalis, quando aliud creditum erat infructiferum, & capitale minoris ſummæ, & n.35.*

36 *Solutio facta* -- per ſaldo --, *totius debiti extinctionem importat.*

37 *Pro excludenda pluralitate creditorum, conjectura fortiores numero, & qualitate majores, & Juris aſſiſtentia munitæ, ſemper prævalent aliis contrariis.*

DECISIO XVII.

PRO ſolutione pretii cujuſdam Prædii, in vocabulo *Scopone*, empti de anno 1672. à DD. Jo: Carolo, & Jo. Baptiſta Angelini, tradiderunt iſti Venditori duas Apocas, ſpectantes ad Domitillam Buccium Sororem, ejuſque filios, unam ſcutorum 254. exaratam ſub die 26. Januarii 1667., & aliam ſcutorum 25. confectam die 22. Decembris 1672.

Verùm quia nulla fuit confecta ſcriptura conſignationis prædictarum Apocarum, factæ à Domitilla præfata ejus Fratribus, hinc occaſione matrimonii, celebrati de menſe Februarii 1676. inter D. Petrum Paſſerum, & D. Angelam, prædictæ Domitillæ filiam, indigens iſta pecuniis pro expenſis nuptialibus, & dotis ſolutione, devenit ad ſolidationem computorum, in qua fuit ei ſolutum à fratribus reſiduum dotis florenorum 200. una cum fructibus, & ſtabilitum creditum ſcutorum 200. ex cauſa conſignationis, & ceſſionis præfatæ, quorum promiſit fructus ſolvere cui à prędicta Domitilla ordinaretur, ut ex notula, ſeu memoria, à dd. DD. de Angelinis in Libro memoriarum conſcripta.

Utque de iis omnibus, quæ conventa fuerunt, legitimè conſtaret, die 9. Aprilis 1677. ſupplices Preces porrectæ fuerunt Magiſtratui Pupillorum Montis Alcini pro explenda formali ceſſione; obtentaque opportuna licentia, die 12. ejuſdem Menſis fuit confecta Apoca ceſſionis, cum declaratione, quòd ſcuta 80. circitèr fuerunt eidem Domitillæ pro expenſis matrimonii mutuata, & ob id creditum ſcutorum 279., ex duabus apocis ceſſis reſultans, fuit declaratum remanere in ſcutis 200., quorum promiſerunt Fratres debitores ſolvere fructus ad rationem quinque pro centenario, uſque ad extinctionem.

In ſequelam hujus conventionis Fratres prædicti plures ſolutiones fecerunt, quibus mediantibus fuit ſatisfactum totum debitum ſortis, & fructuum: ſed prætendens ex poſt D. Gabriel Buccius, ſe eſſe creditorem fructuum decurſorum ab anno 1672. uſque ad diem 12. Aprilis 1677., introduxit pro eis Judicium, & producta notula, ſeu memoria diei 15. Martii 1676., aliſque documentis, fuerunt Rei conventi à Judicibus Compromiſſariis diffinitivè abſoluti.

Succumbentia in hac lite præbuit occaſionem Actori novam inſtaurandi coram DD. Officialibus Mercatorum, coram quibus petiit ſibi ſolvi ſcuta 200., contenta in notula, ſeu memoria præfata, una cum fructibus à die 15. Februarii 1676. decurſis, ſed eamdem ſortem expertus eſt, dum Fratres de Angelinis abſolutoriam paritèr reportarunt. A' quo Judicato interpoſita per D.Buccium appellatione, cum hodie de meritis cauſę diſputari contingat, pro confirmatione Sententiæ præfatæ reſpondendum eſſe cenſuimus.

Moti fuimus ad ita ſententiandum, quia ex receptis exhibitis, & Inſtrumento quietantiæ conſtat, dictum debitum fuiſſe ſolutum; unde non ſunt Rei conventi ad iteratam ſolutionem compel-

1 lendi. *l. bonæ fidei ff. de regul. jur. Rota coram Nunc. dec.57. n.7. Cerr. dec.708. num.7.*

Nec obſtat, quòd ſolutiones fuerint factæ pro debito ſcutorum 179., ſicque extinguere non potuerint debitum ſcutorum 200., de quo hodie agitur, ab altero diverſum. quia pluralitas, & diverſitas creditorum non præſumitur, niſi ab allegante concludenter
2 probetur, juxta theoricam *Bald. in l. Neque natales n.8. Cod. de probat., & conſil.344. in fine lib.1. Hieronymus Pappaniur, olim hujus inclita Rota Auditor, conſ.38. n.43. Menoch.de Arbitr. caſ.153. n.9. Rot. coram Ludov. dec.468. num.6., Merenend. dec. 315. num. 1. Pamphil. dec.27. num.2. & dec.646. num.5. Cerr. dec.462. num.5. Dunozet. Jun. dec.846. num.16. Celſ. dec.380. n.6. in rec. dec.460. num.21. part.18.*

Tantum abeſt, quòd ex parte Bucci fuerit hæc pluralitas juſtificata, ut potiùs conſtet de contrario ex pluribus. Et primo quia tam notula, ſeu memoria diei 15. Martii 1676., quàm apoca diei 12. Aprilis 1677., emanarunt ex eadem cauſa ceſſionis factæ Fratribus de Angelinis, concordat in ſumma ſcutorum 200., & fuit exarata inter eaſdem perſonas, ex qua identitate cauſæ,
3 ſummæ, & perſonarum reſultat identitas debiti, & ſummæ. *Alexan. conſ.84. num.2. in fin. lib. 2. Menoch. de Præſumpt. lib.6. præſumpt.15. num.4., & de Arbitr. caſu 113. num.1. & ſeqq. Rot. coram Pamphil. dec.27. num.2. & dec.646. num.6. & 7.*, ubi etiamſi quantitas eſſet diverſa. *Emerix Sen. dec.152. num.6., Buch. dec.631. num.6. Cerr. dec.462. n.4. Emerix Jun. dec.183. num.10. Coccin. dec.715. ex num.6. Peutinger. dec.419. num.9. in rec. dec.460. n.3. part.15., & poſt Conſtant. ad Statut. Urb. dec 101. n.25. & ſeqq.*, ubi non obſtante diverſitate ſummæ. *Et in Romana Pecuniaria 4. Februarii 1699. §. Æque potius, coram Molines, & in Romana Pecuniaria ſuper Pagorè 3. Junii 1701. §. finali, coram Priolo.*

Potiùs quando concurrit circumſtantia, quòd ſumma non poterat eſſe diverſa, deſumpta ex impoſſibilitate creditricis coacervandi quantitatem ſcutorum 200., in notula diei 15.
4 Martii contentam. Domitilla enim, ad quam Buccius aſſerit ſpectare hoc creditum, nihil aliud habebat præter dotem florenorum 800., prout aliud
5 habere non præſumitur *l. Quintus Mucius ff. de donat. inter vir. & uxor., Conſtant. ad Statut. Urb. annot.34. n.121. & annotat 39. num.368. Rot. coram Celſ. dec.16. num.2. & ſeqq. in rec. dec.30. n.4. & ſeqq. part. 9. dec.171. num.6. part.13.* Iſtius autem dotis fructus uſque ad annum 1670., quo duravit matrimonium,
6 ſpectabant ad Maritum, qui ſubſtinuit onera matrimonii. *cap. ſalubriter 16. de uſur., l. dotis fructus 7. ff. de jur. dotium. l. pro oneribus 20. Cod. eodem tit. Rota coram Emerix Jun. dec.111. num.1. in recen. dec.108. num.7. part.19., & poſt Conſtant. ad Statut. Urb. deciſ.100. n.6.* Soluto verò Matrimonio uſque ad annum 1676., quo fuerunt ſoldata computa inter Fratres de Angelinis, & Domitillam ſororem, fructus ejuſque dotis vix ſufficere poterant pro quidem Domitillæ alimentis, ſicque impoſſibile eſt, ex eo ſpatio ſex annorum potuiſſe cumulari ſcuta biſcentum, ad quam ſummam aſcendere non potuiſſent, etiamſi omnes illos Domitilla ſervaſſet, nec in
7 proprios uſus impendiſſet: Accedente autem defectu pecuniarum, & creditoris impotentia, pluralitas creditorum excluditur, & debiti, ac pecunia-
8 rum identitas præſumitur. *Rota coram Celſ. dec.340. num.4. & 8. Emerix Jun. dec.183. ſub num.10. verſ. addito in recen. dec.124. n.9. part.5.*

Haud relevante, quòd licèt tam memoria diei 15. Martii, quàm apoca ceſſionis diei 12. Aprilis 1677., contineant earundem cauſam, tamen in prima dictum fuerit, creditum provenire ex ſcriptura ceſſa, quæ continebat ſcuta 200. debita Domitillæ, & in ſecunda dictum fuerit, creditum reſultare ex duabus apocis ceſſis, ſpectantibus ad filios Julii Cæſaris Bucci, & ad Domitillam eorum Matrem, & Tutricem.

Quoniam in utraque Apoca aſſeritur, creditum conſiſtere in ſcutis biſcentum, & quamvis in ſecunda aſſeratur, illud eſſe reſiduum majoris crediti ſcutorum 279., in duabus Scripturis ceſſis contenti, hoc tamen non probat, quòd de credito ſcutorum 200. non conſtet ex

non

unà ſcriptura, prout dictum fuit in notula,
9 ſeu memoria diei 15. Martii, quia verè totum creditum ſcutorum 279. reſultabat ex dictis Apocis, ſed deſalcatis ſcutis octoginta circitèr, præcedentèr ſolutis Domitillę, de reſiduali debito ſcutorum biſcentum conſtabat ex una tantùm Scriptura, continente ſummam ſcutorum 254., & ſic etiam
10 minorem ſcutorum 100., cum in ſumma majori inſit minor. *l. primo §. Si ſtipulatus ff. de verbor. obligat. l. quoties §. Sed ſi majorem ff. de hæred. inſtit. & l. ſi unus §. Si cum decem ff. de pact. Rot. coram Merlin. dec. 195. n. 8. Bich. dec. 191. n. 8. Pamphil. dec. 311. num. 3. dec. 716. num. 2. 6. & 12. dec. 724. n. 6. & ſeqq. in recent. dec. 457. n. 17. part. 9.*, & in noſtris terminis *Menoch. conſ. 1107. n. 11. & ſeqq. & de Arbitr. caſu 113. ſub n. 18. Urceol. dec. Florentin. 18. n. 6. Rota poſt Conſtant. ad Stat. Urb. d. dec. 102. num. 18. & cor. Duran. dec. 310. n. 14.*

Quòd verò Scriptura ſcutorum 100. de qua in memoria, ſeu notula diei 15. Martii, ſpectaret ad Domitillam, & aliæ duo, de quibus in apoca diei 12. Aprilis 1677., ſpectarent ad filios, vel ad ipſam, uti illorum tutricem, hoc non
11 operatur diverſitatem, quia cum non fuerit expreſſum in dicta memoria, ſpectare ad Domitillam nomine proprio, dicendum eſt ad ipſam ſpectare uti Tutricem, nam poſita identitate ſummę, & cauſę, concurrente Domitillæ impotentia, & non conſtito per exhibitionem Scripturæ enunciatæ in dicta memoria, quòd ipſa haberet illud credi-
12 tum, ab alio diverſum, præſumitur illud ad eam pertinere nomine tutorio, non proprio, ex traditis per *Tartagl. de Reformat. Statut. artic 47. num. 75. & 76. Rot. coram Pamphil. d. dec. 27. num. 2.* & acquiſitum ex pecuniis pupillaribus. *Rot. in Ferrarien. Fideicommiſſi. 1. Decembris 1704. §. Retrorſo, cor. Kaunitz.*

Secundò quia in dicto Libro memoriarum, in quo deſcripta leguntur omnia credita, & debita fratrum de Angelinis, cum quibuſcunque perſonis contracta, unum creditum tantum ſcutorum 200. deſcribitur, ſignum evidens, quòd illud ſit idem cum alio credito ſcutorum 200. reſiduali majoris ſummæ, contento in Scriptura diei 12. Aprilis;
13 aliàs ſi dictum creditum eſſet diverſum, uti tale fuiſſet in Libro regiſtratum. *Rot. cor. Manzaned. d. dec. 560. num. 3. & in rec. dec. 378. n. 13. part. 17.*

Potiſſimè quia, nedùm deficit dicta deſcriptio, ſed omnes ſolutiones, factæ in cauſam ſortis, & fructuum, immediatè ſubſequuntur poſt memoriam diei 15. Martii, & non fuerunt ſcriptæ in parte ſeparata dicti Libri, prout factum fuit de aliis creditis diverſis, quæ deſcriptio, immediatè ſubſequens, arguit ſolutiones factas fuiſſe in cauſam crediti, præcedentèr deſcripti, de quo apparet, & non alterius, de quo ex di-
14 cto Libro memoriarum non conſtat. *Rota coram Ludov. dict. dec. 458. num. 5. Dunoz. Jun. citat. dec. 846. n. 17*

Et fortiùs attento quòd in memoria diei 15. Martii dictum fuit, fructus ſcutorum biſcentum ſolvendos eſſe à debitoribus ei, cui Domitilla ordinaverit; quæ cum ſubindè demandaverit, ſolutiones faciendas eſſe D. Petro Paſſero Sponſo, in excomputationem dotalis crediti, ex hoc eruitur, ſolutiones eidem factas proceſſiſſe ex credito contento in dicta memoria menſis Martii,
15 & in illius extinctionem ceſſiſſe, non crediti diverſi, ut in fortioribus terminis firmat *Rot. coram Pentinger. d. dec. 419. num. 1.*

Illamque veritatem agnoverunt Judices compromiſſarii, coram quibus inſtante D. Gabriele pro ſolutione fructuum crediti, contenti in Scriptura diei 12. Aprilis, abſolverunt Reos conventos à petitis, moti, ex quo conſtabat de ſolutione ex apoca, ſeu memoria diei 15. Martii, & tamen ſi iſta contineret debitum diverſum, confeſſio ſolutionis fructuum, in ea facta,
16 ſuffragari non potuiſſet pro extinctione debiti diei 12 Aprilis, cum una ſolutio duplex debitum extinguere
17 non poſſit. *Rota coram Cavalier. dec. 165. num. 3. & coram Emerix Sen. cit. dec. 151. num. 2.*

Nec ſubſiſtit, quòd non conſtet, Judices ex dicta Scriptura diei 15. Martii motos fuiſſe quia hoc reſultat, ex quo illa enunciatur in Sententia, non ſimplicitèr, ſed cum omnibus ſuis cir-
18 cumſtantiis, & toto ejus tenore circa ſolidationem, & ſolutionem fructuum,

ſtà – Onde vedesi la Scrittura del detto Compromeſſo &c. Item il libretto dei Ricordi di detto Signor Alfier Oratio Angelini, con la riservata, e ſaldo in eſſo eſiſtente delli frutti di ſcudi dugento, fatto il dì 25. Marzo 1676. – Cumque ex diſpoſitione Statuti Senen., de quo in Libro Reformationum Magiſtratuum, & Archivii Civitatis Senen. *tit. Riforma de' Banchetti, Ruota, e Giudice Ordinario §. Non ſi poſſa dire,* Judex non poſſit apponere in Sententia, *Viſa &c.* niſi Scri-
19 pturam opportunè viderit, & conſideraverit, prout etiam de jure præſumeretur, ex notatis per *Mansf. conſultat. 387 num. 4. tom. 6.*, hinc promanat, quòd ſuper identitate crediti dicatur adeſſe Sententia, quæ identitatem ſuperlativè
20 probat. *Rot. coram Zarat dec. 13 n. 58. & cor. Emerix Sen. dec 36. n. 6.*

Tertiò ex quo ſpatio viginti annorum, quo Domitilla ſupervixit poſt dictam ſolidationem, & confectionem Scripturæ, nunquam dictum creditum petiit, nec conſtat fructus exegiſſe, aut pro eis inſtetiſſe, licèt pluries in neceſſitate conſtituta, ex qua diuturna acquieſcentia excluditur exiſtentia, & dupli-
21 citas crediti. *Rot. coram Penthinger. dec. 419. num. 6. & 7., coram Bich. d. dec. 671. ſub n. 6. verſ. Fortius, repetita cor. Prid. dec 42. ſub n. 9.*

Quartò ex quo pro expenſis nuptialibus, & pro ſolvenda dote Angelæ filiæ, Domitilla curavit exigere à Fratribus debitoribus reſiduale creditum ſuæ dotis, quam una cum fructibus ſolvit Petro Paſſero Sponſo, ut patet ex Inſtrumento quietantiæ dictæ dotis die 15 Martii 1676, eiſdemque aſſignavit creditum ſcutorum 200. pariter cum fructibus, de quo in apoca diei 12. Aprilis 1677., quando ſi fuiſſet creditrix
22 aliorum ſcutorum 200., de quibus in Libro memoriarum, illos etiam exigere curaſſet, & potiùs illos, quàm dotem diſtraxiſſet, cum mulieri habenti bona
23 extradotalia permiſſum non ſit, ad bonorum dotalium alienationem devenire.

Quintò ex ſolidatione generali, & generaliſſima facta de Anno 1681. inter dictum D. Buccium, & Fratres de Angelinis, in qua minutatim expreſſis omnibus partitis, etiam exiguis, Fratres prædicti declarati fuerunt creditores librarum 910., non comprehenſa tamen in dicta computorum reviſione, & ſolidatione, apoca diei 12 Aprilis 1677., quæ fuit expreſſè reſervata, & exceptuata, tanquàm de eo tempore integraliter non ſatisfacta ex hac autem generali redditione rationis infertur, debitum ſcutorum 200. eſſe unicum, nam ſi duo fuiſſent, & non eſſent ſatisfacta,
24 ſicut una apoca in calculo comprehenſa non fuit, & à Partibus exceptuata, ita etiam alia præſervata fuiſſet, nec Gabriel, ſe conſtitui debitorem permiſiſſet, & ſicut omnes aliæ partitæ exigui ponderis adamuſſim recenſitæ fuerunt,
25 ita etiam iſta, omnium aliarum major, omiſſa non fuiſſet, ut in ſpecie conſiderat *Rot. coram Duran. deciſ. 319. n. 7. 9. & ſeqq. Pamphil. deciſ. 646. num. 5. & 8. poſt Conſtant. ad Stat. Urb. dec. 101. n. 4. & 19.*

Minimè relevante, quòd illud creditum non fuerit deductum in ſolidatione præfata. vel quia de eo non habebat ſcientiam Gabriel: vel quia ſolidatio facta fuit de debitis, & creditis, inter ipſum, & Angelinos, non de illis ſpectantibus ad Matrem, prout eſt illud notulæ, ſeu memoriæ diei 25. Martii. Quia cum hujuſmodi generales ſolida-
26 tiones non ſoleant fieri inconſideratè, & ex abrupto, ſed priùs ſoleant omnia diligentèr diſpungi, veriſimile eſt Gabrielem, qui convivebat cum matre,
27 ab ipſa fuiſſe de dicto credito certioratum, cum ex cohabitatione, & ſanguinis conjunctione ſcientia præſumatur. *Papponius* inclytæ olim hujus Rotæ Auditor *conſ. 63. n. 17. Gratian. diſcept. 706. n. 18. Magon. dec. Flor. 26. n. 16. & ſeqq. & n. 41. & dec Lucen. 33. n. 43. Sord. dec. 341. n. 9. Rot. in recen. dec 153. ex n. 18. par. 8. & dec. 356. n. 8. part. 9. & 10. Animadvers. Fideicommiſſi ſuper ſummiſſione 10. Januarii 1700. §. Tertio accedit, coram Moro.*

Potiſſimè quia iſtæ ſolidationes, nedum ſolent fieri habitis priùs colloquiis cum domeſticis, & perſonis informatis, ut dictum eſt, ſed Gabriel pro ſatisfactione ſui reſidualis debiti dedit Angelinis prædium, ſicque iſta omnia ex geſtis ante, & poſt, debebant eſſe nota Domitillæ, quam non eſt veriſimile in hoc contingentia filium de ſuo credito

non

non certioraſſe: in his enim terminis,
in quibus verſamur in actibus ſucceſſi-
vis, & qui unico momento non explen-
tur, ſcientia ex conjunctione, & cohabi-
28 tatione faciliùs præſumitur. *Pepponius*,
olim hujus noſtri Tribunalis Auditor,
dicto conſil. 53. *n.* 18. *& Rot. in Albanen.*
Laudi. ſeu Tranſactionis 14. *Januarii* 1697.
§. Præſumptio, coram dell' Olmo, & in Ro-
mana Immiſſionis 17. *Maji* 1697. *§. Præ-*
ſertim, coram Eminentiſſ. Caprara, & in
d. Aretinen. Fideicommiſſi 18. *Januarii*
1700. *§. Reſponſione, coram Muto.*

Sic etiam non urget, quòd creditum
illud ſpectaret ad Domicillam matrem.
quoniam ultra quòd hoc in facto non
ſubſiſtit, ut ſupra dictum eſt, tollitur
objectum, quia cum mater omnia bo-
na pro indiviſo, & in commune poſſi-
deret cum filio, pro cujus neceſſitati-
bus ſubveniendis propriam dotem di-
ſtraxit, imperceptibile eſt, quòd volue-
rit permittere per eum diſtrahi ſtabilia
fructifera, quando ipſa potuiſſet debi-
tum pro communibus indigentiis con-
tractum ſolvere, vel compenſando cum
aliqua rata dicti capitalis, vel ſaltem cum
fructibus, per quinquennium de tempo-
re dictæ ſolutionis decurſis, & in futu-
rum decurrendis: nemo enim ſanè men-
29 te, & præſertim mulieres, quæ ſunt ge-
neris avariſſimi, præſumi poteſt, velle
pro ſolutione debiti bona fructifera
alienare, & fructuum inexactorum com-
penſationem non opponere. *Rota coram*
Pamphil. d. dec. 646. *n.* 5. *&* 8. *& poſt Con-*
ſtant. ad Statut. Urb. dec. 193. *n.* 9.

Probata ex his identitate crediti, non
obſtat, quod adſit diverſitas ſcriptura-
rum, ex qua ad diverſitatem credito-
30 rum inferri tradunt *Paccion. alleg.* 65. *n.* 2.
& 17. relati per *Rot. coram Duran. d.*
dec. 319. *n.* 1. *&* 2. *poſt Conſtant. ad Stat.*
Urb. dec. 23. *n.* 20. *& ſeq.* ubi plures alii
adducuntur, *& ſub n.* 25. Quia cum Do-
micillæ non expediret, habere creditum
in ſimplici notula, memoriæ cauſa confe-
cta, & in Libro privato debitorum con-
ſcripta, ſubſequens apoca, inter Partes
celebrata die 12. Aprilis, exarata cen-
ſetur ad cautelam probationis, & ad
hoc, ut conſtaret de credito, & conſe-
quentèr duplicitas ſcripturæ tali caſu
31 non operatur crediti diverſitatem, ex
theorica *Bartol. in l. testium n.* 4. *Alex.*
n. 8. *Jaſon. n.* 8. *&* 10. *Alciat. n.* 20. *de Ver-*
bor. Obligat. Menoch. conſ. 1107. *n.* 11. *&*
lib. 6. *præſumpt.* 15. *n.* 8. *&* 9. *de Arbitrar.*
caſu 213. *n.* 10. 27. *& ſeqq. Rota coram*
Duran. d. dec. 319. *n.* 3. *poſt Conſtant. ad*
Stat. Urb. d. dec. 102. *n.* 8. 10. *& ſeqq.*

Ex contrario procedunt, quando ſu-
mus in duabus ſcripturis ejuſdem ſpe-
ciei, puta in duabus ſcripturis publicis,
vel in duabus apocis privatis, quæ ni-
32 hil operarentur, ſi credita diverſa non
continerent. Secus verò quando ver-
ſamur in duabus ſcripturis diverſæ ſpe-
ciei, nempè in notula exarata in Libro
memorialium debitoris, & in ſcriptura
privata inter Partes celebrata, in qui-
bus terminis ſecunda ſcriptura dicitur
neceſſaria ad crediti probationem, &
ex ea non infertur ad illius duplicita-
tem, ut conciliando oppoſitas autho-
33 ritates, cæteris relatis, probat *Rot. cor.*
Duran. d. dec. 319. *n.* 4.

Minùs obeſſe poteſt, quòd creditum
ſcutorum biſcentum, contentum in no-
tula diei 15. Martii, eſſet fructiferum
ante annum 1677., & pro eo ſoluti fue-
rint fructus de tempore ſolidationis ad
rationem ſcutorum 200., quando aliud
34 creditum in apoca diei 12. Aprilis erat
ex parte ante infructiferum, & dato
etiam quòd fuiſſet fructiferum, pro
eo ſolvi debuiſſent fructus ad rationem
ſcutorum 279., cum illud fuerit reda-
ctum ad ſcuta 200. ſolùm de menſe
Februarii 1676.

Ceſſat enim objectum, quia cum cre-
ditum ſcutorum 279. prætenderetur fru-
ctiferum ante annum 1677., & uſque à
principio, ut docuit ſubſecutus even-
tus, dum pro iſtius fructibus ex poſt
Gabriel egit coram Judicibus compro-
miſſariis, non mirum ſi tempore ſoli-
dationis computorum, factæ de menſe
35 Februarii anni 1676., fuit etiam ſolida-
ta partita, & prætenſio fructuum.
Quòd vero fuerint ſoluti fructus habi-
to reſpectu ad capitale ſcutorum 200.,
non 279., ad quam ſummam aſcende-
bat creditum ceſſum Angelinis ante an-
num 1676., quod per ſolutionem ſcuto-
rum 80. fuit redactum, non habet in fa-
cto ſubſiſtentiam, nam in dicta notula,
ſeu memoria, nulla fit mentio quantita-
tis capitalis de præterito, & ante an-
num 1676., ſed ſolùm dicitur, fuiſſe ſo-
li-

lidatos fructus crediti, quod de præſenti, & de tempore confectæ apocæ, nempe die 15. Martii 1676., erat ſcutorum 200., ibi — *& in queſto ſopradetto dì, ſi ſono ſaldati i conti de' frutti delli ſcudi dugento, che dovevamo alla ſopradetta noſtra Sorella &c.* — idque eſt veritati conſonum, quia verè de dicto tempore creditum erat redactum, & conſiſtebat in ſcutis biſcentum tantùm: & quamvis non fuerit expreſſa quantitas capitalis ſcutorum 279., pro quo fructus uſque ad diem 15. Februarii 1676. ſoluti fuerunt, hoc tamen nihil alterat, cum memoria, ſeu notula loquatur per verba, ſolidationem importantia, quod ſufficit, ut abſque alia expreſſione dicantur ſoluti omnes fructus cujuſcun-
36 que ſummæ, præcedentèr debitæ, ſeu prætenſæ, cum verbum *Saldo*, totius debiti ſolutionem importet. *Barboſ. de Clauſul. clauſ.108. n.5. Rot. Florentina poſt Torr. to.1. quaeſt. jur. tit.12. Miſcellan. dec.24. n.77. Rot. Lucen. inter recollectas per Palm. Nepot. dec.290. num.12. Conſol. dec.60. ex num.12. & 19. Rot. in rec. dec.261. n.2. & 3. par.9.*

Et in omnem caſum, quatenus etiam iſtæ conjecturæ aliquam vim habere poſſent, adhuc in concurſu tot, tantarumque demonſtrationum, ſuperiùs recenſitarum, illæ præferri deberent, tanquam fortiores numero, & qualitate majores, & munitæ aſſiſtentia Juris, per ea quæ
37 aliàs firmata fuerunt *in Senen. Viæ 16. Maji currentis Anni 5. Junii, coram Me*, nunc impreſſa *deciſ. 11. n.35.* ubi adducuntur concordantes, & proſequitur in noſtris terminis *Rot. cor. Duran. deciſ. 319. n.22. in fine.*

Et ita utraque &c.

Romana, ſeu Senen. Pecuniaria.

Veneris 26. Auguſti 1707.

ARGUMENTUM.

Legitimat io perſonę, ex quibus dicitur probata. In executivis non requiritur, niſi de ea Pars opponat. Procurator ad lites quando habeat facultatem ſubſtituendi, & quando quis aguitus dicatur in Procuratorem. Exceptione incompetentię rejectâ, executio confirmatur.

S U M M A R I U M.

1 *Apoca ſubſcripta à Debitore, & bino teſte munita, pleniſſimè probat Creditum contra ſubſcribentem.*
2 *Item Schedula, vulgò dicta* Pagherò.
3 *Et reiiciunt omnes exceptiones.*
4 *Legitimatio perſonę reſultat ex mandato Procurę, & ex ratificatione, & n.5.*
5 *Ratificatio Mandantis declarat qualis fuerit ipſius intentio uſque à principio.*
6 *Pater de Jure habet mandatum à Lege comparendi pro filio.*
7 *Et poteſt Procuratorem ad lites ſubſtituere, ut agat nomine filii.*
8 *Legitimatio perſonarum in executivis non requiritur, niſi Pars de ea opponat.*
9 *Quamvis Statutum Senenſe, & illius Curię Mercantilis, diſponat, Procuratorem teneri ad exhibendum mandatum.*
10 *Statuta paſſivam recipiunt interpretationem à Jure communi.*
11 *Mandati defectus allegari non poteſt ab eo, qui aliquem in Procuratorem recognovit.*
Et ex quibus dicatur recognitus pro tali, ibidem.
12 *Officiales Loci, ſeu Caſtri, eſt Judex privativus in prima Inſtantia inter Incolas, ex Reformatione vigente in Statu Senenſi.*
Et quando hoc non procedat, n.13. & 14.
13 *Cui deficit qualitas à Lege, vel Statuto requiſita, non poteſt illius præſidio juvari.*
14 *Exceptio incompetentiæ, aliàs rejecta per ſententiam latam inter eaſdem Partes, & in judicatum tranſactam, ampliùs opponi non poteſt.*

D E C I S I O XVIII.

LAurentius Lubertus, creditor Flavii Spinelli ſcutorum 81. bajocc. 90. monetæ Romanæ, tanquam Procurator Cęciliæ Galinæ de Tozzis; & nomine proprio ſcutorum 16. ſimilium, vigore apocæ *Pagherò*, eidem Laurentio à Julio Purgotto giratæ, obti-

nuit

nuit die 1. Julii 1706. in Curia Mercantili condemnari debitorem in utraque ſumma quæ pronunciatio fuit poſtmodum, rejectis exceptionibus à debitore oppoſitis, confirmata. Interpoſita autem à Flavio appellatione, cum hodie de viribus Judicati DD. Officialium examen ſit aſſumendum, credidimus pro illius confirmatione fore reſpondendum.

Motivum ita ſentiendi præbet inevitabilis Juſtitia dicti Judicati, reſultans reſpectu crediti Ceciliæ ex apoca, ejus favore à Flavio ſubſcripta, & bino teſte munita, & reſpectu alterius crediti ex Schedula *Pagherò*, quæ pleniſſimè credi-
1 tum contra ſubſcribentem probant, ut de apoca ſubſcripta à Debitore *Rot. coram Pamphil. dec. 348. n. 1. & dec. 377. n. 1. & 2. ibique Addens. n. 10. Rembald. dec. 633. n. 1. Postmigr. decis. 126. num. 2. Corr. dec. 367. num. 4. in rec. dec. 134. n. 3. par. 11. & dec. 133. n. 4. par. 15.*, & de
2 Schedula *Pagherò*, *De Luc. de Credit. disc. 169. num. 3. R. P. D. meus Ansald. de Commerc. & Mercat. disc. gen. num. 170. Rot. coram Emerix Jun. dec. 927. n. 1. in rec. dec. 553. n. 3. par. 18. & in Urbevetana Pecuniaria 8. Junii 1696. §. Sequendum, coram Molines*, & dicam Ego ipſe in *Tractatu de Pagherò. tom. 1. quæſt. 10. n. ...* citò imprimendo, ſi Deus tempus, &
3 otia dabit, omneſque rejiciunt exceptiones. *Altimar. de Nullit. Contract. tom. 3. rub. 1. quæſt. 13. ſect. 2. num. 88. Conſtant. ad Statut. Urb. annotat. 11. n. 40. & ſeqq. De Luc. de Credit. diſcurſ. 123. num. 10. R. P. D. meus Anſald. de Commerc. & Mercat. diſc. gener. num. 173. Rot. Rom. apud Palm. Neap. allegat. 108. n. 2.*, Ego ipſe in meo. *tract. de Pagherò, dicta quæſt. 10. n. .... tomo 1.*

Non obſtat, quòd Officiales nulliter proceſſerint, ob non factam legitimationem perſonarum quia de dicta perſonarum legitimatione ſatis conſtare dicitur, ex quo Cæcilia Tomai fecit man-
4 datum Procuræ ſatis amplum Laurentio, in quo comprehenſa fuit etiam facultas ſubſtituendi Procuratores, qui comparuerunt maximè quia in proſecutione Cauſæ, omnia geſta fuerunt ratificata, & confirmata facultas comparendi Procuratori ſubſtituto, ex qua ratificatione ſucceſſiva declaratur qualis
5 fuerit intentio mandantis uſque à principio, in ſpecie *Rot. poſt Albit. de Inconſtant. in Judic. dec. 19. n. 36.*

Et ulteriùs quoad Schedulam *Pagherò*, pro illius ſatisfactione inſtetit Joannes Baptiſta Lubertus Pater, & legitimus adminiſtrator Laurentii Giratani,
6 qui de Jure habet mandatum à lege comparendi pro filio. *l. exigendi Cod. de procurat. Caballus*, olim noſtri Tribunalis Auditor, *conſ. 10. num. 1. & 8. lib. 1. Altimar. de Nullit. Senten. tom. 1. rub. 4. quæſt. 18. num. 4. & ſeqq. & tom. 1. rub. 11. quæſt. 15. num. 6. & 7. & de Nullit. Contract. tom. 3. rubr. 1. part. 3. quæſt. 31. numer. 808.* ubi plures refert, & *num. 1418. & ſeqq.* & potuit etiam poſt inceptam litem, ad effectum agendi pro credito,
7 ad filium ſpectante, procuratorem ſubſtituere. *Caballus*, noſtræ olim Rotæ Auditor, *conſ. 10. num. 3. lib. 1. Tornatem apud Varner. Reſolut. lib. 1. reſol. 3. de Procurat. num. 13. & 16. Albit. de Inconſtant. in Judic. cap. 9. n. 38. 39. & 40.*

Et quoad utrumque creditum urget, quòd ſumus in executivis, in quibus le-
8 gitimatio perſonarum non requiritur, niſi pars de ea opponat. *Rodolph. in Prax. part. 1. cap. 5. num. 31. & ſeqq. Conſtant. ad Statut. Urb. annotat. 15. num. 130. & 131. Addens. ad Gregor. dec. 264. num. 6. Rot. coram Prati. dec. 416. num. 8.*

Idque, etiamſi Statutum Civitatis in *rubr. 20. diſtinct. 2.* & illud Curiæ Mercantilis *diſt. 2. cap. 63.* diſponant, Procurato-
9 rem teneri ad exhibendum mandatum; quia hoc intelligitur in Judiciis ordinariis, vel in ſummariis, & executivis, Parte opponente, ita interpretando diſpoſitionem Statuti à Jure communi, à quo Statuta paſſivam recipiunt interpreta-
10 tionem. *Rot. poſt Albit. de Inconſtant. in Judic. dec. 1. n. 14.*

Fortiùs quia nedum talis oppoſitio facta non fuit ante pronunciationem, ſed ex poſt Flavius reclamavit adverſus juſtitiam Judicati, & nihil dixit de nullitate, immo litem fuit proſecutus cum eodem Procuratore, & plures actus cum eo fecit ex quibus cum ipſum dicatur agnoviſſe in Procuratorem,
11 non poteſt ampliùs mandati defectum allegare. *Altimar. de Nullit. Contract. tom. 3. rubr. 1. par. 3. quæſt. 31. n. 140. Rot. coram Caſſador. dec. 3. num. 4. de Procurat.*

nu-

coram Buratt. dec. 785. num. 5. post Olcum de Coll. Jur. dec. 43. num. 10. post Albit. de Inconſtant. in Judic. dec. 19. ſub num. 34. verſ. tertiò idem, & num. 35. & in Armonen. Deliberationis 14. Decembris 1705. §. Concludens, in fin. coram R. P. D. Omcano.

Minùs obſtat defectus Juriſdictionis; quia ſcilicèt cum tam Lubertus creditor, quàm Flavius debitor, ſint conſiſtentes Terræ Scroſiani, debebant agere in prima Inſtantia coram Officiali
12 Scroſiani, qui erat eorum Judex privativus, ut diſponitur *in Reformatione S.C. R. diei 22. Februarii 1619. titulo Ordini per il Magiſtrato de' Regolatori n. 1. folio mihi 26.*, & deciſum fuit per *Rotam in Cauſa Roſſi, e Bonzi, coram D. Aſcanio Venturino §. Ne oſta, che il Magiſtrato di Mercanzia, & ſeqq.* Etenim non probatur in facto, Flavium prædictum fuiſſe de tempore motæ litis conſiſtentem, & habitatorem Terræ Scroſiani, multoque minùs talem fuiſſe Civem,
13 cilium, origine, & incolatu Romanum; ſicque cum ei deficiat qualitas, à Reformatione volita, non poteſt Flavius ejuſdem præſidio juvari. *Cyriac. controverſ. 487. n. 16. & 17.*

Hocque ipſum agnoverunt DD. Officiales Mercatorum, qui introducta alia Cauſa in eorum Curia inter Lubertum, & Flavium Spinellum, oppoſitaque ab iſto exceptione remiſſionis Cauſæ ad Officialem Scroſiani in vim dictæ Reformationis, poſt acerrimam diſputationem pronunciatum fuit, Cauſam inter Colligantes cognoſci debere in Curia Mercatorum, in qua ſucceſſivè fuit condemnatus Flavius, & executa contra ipſum condemnatio abſque ulla reclamatione. Undè, cum hæc exceptio incompetentiæ fuerit rejecta per ſententiam, inter eaſdem Partes emanatam, & in judicatum tranſactam, illa hodie ampliùs opponi non poteſt ad
14 retardandam ſatisfactionem crediti, undequaque liquidi, & executivi, ex firmatis per *Altogr. reſolut. 18. num. 68. & ſeqq. Craſal. deciſ. Lucan. 37. n. 23. Belmont. dec. 95. n. 9. Rot. coram Priol. deciſ. 107. n. 8. & dec. 437. n. 8. & 9. & in rec. dec. 425. n. 11. par. 11. dec. 16. n. 7. par. 16. dec. 411. n. 7. par. 19. & in Eugubina Juris paſcendi 10. Junii 1697. §. Nec eſſicacia, in fine, coram Eminentiſſimo D. Card. Caprara.*

Et ita utraque &c.

Senen. Taxæ Viarum.

Martis 6. Septembris 1707.

A R G U M E N T U M.

Pro reparatione Viarum quis contribuere debeat, & qua ratione poſſidentes in Statuto, & Bannimentis, vigentibus in Statu, & Dominio Senenſi.

S U M M A R I U M.

1 *Via refici debet ab illis Communitatibus, in quibus eſt ſituata.*
2 *Et conſequenter ab omnibus de Communitate poſſidentibus, juxta quantitatem Patrimonii.*
Decl. ut n. 7.
3 *Pro viarum reparatione nemo eſt immunis à Contributione.*
4 *In hoc referuntur Reſcripta, & Bannimenta, edita in Statu, & Dominio Senenſi.*
5 *Fovea, opera pro viarum manutentione, expurgari debent à poſſidentibus bona juxta Vias, ſtante Bannimento, Senis promulgato.*
6 *Via refici debent ab iis, quorum culpa fuerunt devaſtata.*
Culpa tamen plenè, & concludentèr probari debet ab allegante, infra n. 9.
7 *Via reficienda ſunt ab illis, qui ſentiunt commodum, pro rata commodi, tum ex Statuto Senenſi, tum ex Juris diſpoſitione, & n. 8.*
Decl. ut n. 11. & ſeq.
9 *Qualitas, quæ eſt fundamentum intentionis, probari debet ab allegante.*
10 *Syndici Communitatum Dominii Senenſis, ſingulis tribus menſibus tenentur viſitare Vias, & recognoſcere, an omnia fuerint ſervata, quæ præcipiuntur in Bannimentis, & certiorem reddere Magiſtratum.*
11 *Via dici non poteſt devaſtata culpa vicinorum, ſi Syndici in viſitationibus eorum non redarguerint.*
12 *Culpa, & negligentia in devaſtatione Viæ excluditur ex eo, quòd vicini plures inſtiterint pro reparatione.*
Et fuerint opportunas diligentias, ibidem.

14 In

13 *In Statu Senenſi, vigore Bannimentorum, pro reparatione Viæ contributio fit habito reſpectu ad bona in Communi poſſidentium.*

14 *Si tamen plures Communitates contribuere debeant, inter eas habetur ratio majoris propinquitatis, & utilitatis.*

15 *Statutum Senenſe in materia reparationis Viarum, declaratur, & interpretatur.*

16 *Reparatio quando alicui dicitur facta uti perſonæ de Communi, non uti particulari.*

17 *Via reparari debet, tantum à Communitatibus, in quibus via eſt ſituata, ſed etiam à vicinis, juxta Bannimenta, Senis edita.*

18 *Declara tamen, ſi Communitates vicinæ ſentiant commodum.*

19 *Via ut reſici debeat ex cauſa commodi, tale commodum debet eſſe proximum, & immediatum, & oriri ex neceſſitate tranſeundi.*

20 *Renunciatio Litis, facta ab uno ex Conſortibus, inducit præſumptionem mali juris in alio, litem proſequente.*

DECISIO XIX.

POſtquam prævia mea Deciſione, de qua ſupra in ordine 10., Magiſtratus Viarum pronunciavit, Viam *della Cornacina* non poſſe claudi, ſed eſſe reficiendam, inſurrexit Joannes Franciſcus Marchettus, prætendens, in taxatione facta pro dictæ Viæ reſtauratione ipſum non poſſe collectari, vel ſaltem non teneri ad ſolvendam quantitatem, ad formam diſtributionis, in repartimento, factæ ei tangentem: ſed repertis rationibus ab ipſo adductis non habere ſubſiſtentiam, retulimus Magiſtratui, condemnari debere eundem ad ſolvendam ſummam, in qua fuit collectatus.

Præbuit ita judicandi motivum ſituatio Viæ controverſæ in Communi SS. Æmiliani, & Maſſæ, cujus ſituationis
1 vigore utraque Communitas ad illius refectionem tenetur. *Bartol. in l. per Bithyniam 2. ſub n. 3. C. de immunit. nemin. concedend. lib. 10. Pereh. de Servit. tom. 3. cap. 9. quæſt. 16. num. 8. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 1. rub. 56. n. 7.*, & conſequen-
2 ter omnes, in dictis Communibus bona poſſidentes, juxta quantitatem patrimonii, ad *Text. in d. l. per Bithyniam 2. ibique Bartol. n. 3. Amaya n. 5. Pereh. de Servit. tom. 3. d. quæſt. 16. num. 8. Sabell. reſolut. 16. n. 8. Zacl. ad Statut. Parmenſ. lib. 5. rubr. 33. n. 11.*; & in noſtris præciſis terminis *Rot. in Cauſa Abbatiæ à Quarto, contra RR. PP. Carthuſiæ die 28. Aprilis 1681. §. Ex igitur, coram Sergriſio*; cum à contributione pro Viarum
3 reparatione nemo ſit immunis. *l. ad portus 6. C. de operib. public. l. ad reparationem 7. C. de aquæductu lib. 11. Klock. de Contribut. cap. 9. n. 61. & ſeqq. Caball. ad Bellam boni Regiminis cap. 28. n. 50. & ſeqq. Antunez de Donat. lib. 3. cap. 5. numer. 55. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 1. rubr. 54. n. 3. 4. & 5. & rub. 56. num. 5. Zacl. ad Statut. Parmenſ. lib. 5. rubr. 33. n. 14. & ſeqq. Jovius de Salomonit. gloſſ. 1. in appendic. num. 16. Conſtant. ad Statut. Urb. adnot. 22. n. 101. & ſeqq.*, & adeſt in
4 hoc feliciſſimo Dominio Reſcriptum S. Celſitudinis Regiæ die 30. Januarii 1596., de quo in Bannimento, regiſtrato in *Libro Ordinationum Magiſtratus Viarum, titulo Dell' Origine del Magiſtrato & c. folio 3. §. la cura, in fine*, repetito in Volumine Statutorum ejuſdem Magiſtratus *folio 32. à tergo*, & in alio Bannimento, publicato die 3. Octobris 1597., de quo in eodem Libro Ordinationum *folio 13. §. E quando*, & in dicto Volumine Statutorum *folio 41.*, innovato *Anno 1663*.

Haud relevante, quòd Marchettus ad contributionem non teneatur, vel quia devaſtatio Viæ proceſſit, ex quo poſſidentes in loco, ubi exiſtit Via, foveas non purgaverunt, ut præcipitur in
5 dicto Bannimento Anni 1597., innovato de Anno 1663. *§. Si procurino*; ſicque cum detrimentum provenerit ex illorum culpa, ipſi ſolùm, qui cauſam damno
6 dederunt, ad Viæ reſtaurationem tenentur, ut firmat *Bruguer. Epitom. Viar. & Flumin. cap. 2. n. 75. Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 1. rub. 56. n. 8 Conſtant. ad Statut. Urb. adnotat. 22. n. 100.*, cæteræque Authoritates, *adductæ in alia deciſione hujus Cauſæ ſe 12. numer. 14.*: Vel in omnem caſum idem Marchettus

N de-

debeat exgravari, ex quo repartimentum non fuit factum juxta formam præſcriptam à Statuto, demandante ad ratam utilitatis, & commodi eſſe faciendum, non ad ratam bonorum poſſeſſorum,
7 ut in eodem Statuto *rub. de compellendis Clericis &c. §. Item ſtatuimus, folio 48.*, & eſt etiam de Jure, quo cautum eſt, pro Viarum refectione contribuere debere tantùm illos, qui ſentiunt utilitatem, pro
8 rata commodi. *De Luc. de Regal. diſc. 130. in fine, & diſc 141. n. 11. & 12. & in Summa n. 139. Bardax ad For. Aragon. rub. de Commiſſ. Itiner. fore anno. n. 2. Manſ. conſult. 455. n. 13. Zaul. ad Statut. Feraria. lib. 5. rub. 33. n. 4. & ſeqq.*, ubi plures refert. *Conſtant. ad Statut. Urb. adnotat. 12. n. 96. & ſeqq.*

Etenim prima objecti pars corruit ex facto, quia non probatur, foveas non fuiſſe expurgatas, & ob non factam expurgationem illarum, devaſtationem Viæ proveniſſe, quando talis
9 qualitas, tanquam fundamentum intentionis Marchetti, eſſet ab eo concludentèr probanda: plenè *Rot. poſt Gab. de Aquiſ. dec. 46. num. 1. cum duabus ſeqq. & ſub n. 5.*

Quinimmò potiùs conſtat de contrario, ex quo in iiſdem Bannimentis *Annis 1597. & 1663 §. Fatemo, & §. Dovemo*, præcipitur Syndicis, ut ſingulis tribus menſibus viſitent Commune, & re-
10 cognoſcant, an omnia in iiſdem Bannimentis contenta fuerint obſervata, & de hoc certis ſtatutis temporibus certiorem reddant Magiſtratum. Cumque ipſi debitis temporibus relationem Magiſtratui fecerint, & omnia adimpleviſſe docuerint, abſque eo quòd unquam poſſeſſores prope dictam viam, ob non factas, vel expurgatas foveas redarguerint, ſignum evidens eſt, iſtos in hac parte eorum muneri ſatisfeciſſe, vel ex
11 hac cauſa damnum Viæ non proveniſſe; aliàs Syndici de hac tranſgreſſione Magiſtratum certiorem reddidi poſſent, prout facere tenebantur ratione eorum officii. *Rot. in rec. 73 num. 31 par. 13.*

Et non relevat de Jure, quia cum vicini præfati ab anno 1685 plures inſtantias fecerint pro dictæ Viæ reaptatione, & nunquam ob varias contingentias id aſſequi potuerint, hinc dicitur, ipſis devaſtationem Viæ imputari non poſſe; is enim qui fecit debitas, &
12 opportunas diligentias, in culpa dici non poteſt. *Rot. in rec. dec. 436. n. 4. par. 1. dec. 73. num. 9 par. 11. & dec. 158. num. 11. part. 13.*

Ceſſat etiam objectum in ſecunda parte, quia Repartimentum factum fuiſſe juxta tenorem dicti Bannimenti anni 1597., patet ex dicto Libro Ordinationum Magiſtratus Viarum *folio 13 §. La diſtribuzione*, iterum publicato, & impreſſo anno 1663. in eo enim cavetur, ad ſolutionem taxæ pro reparanda Via teneri Commune, habito reſpectu ad
13 bona in eo poſſidentium, cum hac tamen differentia, quòd quotiès plures Univerſitates contribuere debent, propinquiores, & quæ majorem utilitatem ex perfectione ſentiunt, majorem quantitatem debeant ſolvere, quod cla-
14 riùs etiam diſponitur in alio Bannimento, de quo in eodem Libro Ordinationum *titulo Dell' Origine del Magiſtrato e ſuoi Miniſtri, cura, & autorità, §. La cura, poſt medium, verſic. & eſſi per un ſimile il comportamento, & verſ. ordina dopò il Magiſtrato, fol. 3*

Nec diverſimodè ſancitum legitur in libro Statutorum *d. §. Statuimus, fol. 48.*, ibi enim duplex ſpecies collectarum diſtinguitur, una quæ imponitur Univerſitatibus, & alia, quæ imponitur ſingularibus perſonis uti ſingulis. In prima ſpecie collectæ, repartitæ Univerſitatibus, attenditur majus, vel minus commodum, utilitas, & uſus cujuslibet Univerſitatis, nulla habita consideratio-
15 ne ad particulares, in ea bona poſſidentes, quia ad ratam patrimonii contribuere debent. In ſecunda verò ſpecie taxæ, factæ ſingularibus perſonis, uti ſingulis, inſpicitur majus, vel minus commodum, & utilitas particularium perſonarum, quæ ſolvere debent, ut non obſcurè innuunt ipſamet verba Statuti, & magis præcisè in dicto Libro Ordinationum *folio 3. verſ. con imporre un terzo di dette ſpeſe al luogo dominante dell' accennate &c.*

Quòd autem in præſenti fuerint tantæ Univerſitates, & Communia, reſultat ex quo pro impoſita facienda fuerunt requiſiti Syndici utriuſque Univerſitatis, & ab eis exhibita notula bonorum, in dictis Communibus exiſtentium.

Pro-

Proceſſu folio 20. *& ſeqq.* ex decreto Magiſtratus, de mandante, Commune S. Maſſæi contribuere debere pro quarta parte, & Commune S. Æmiliani, in quo major pars Viæ reficiendæ ſita eſt, ſolvere debere alias tres partes ex ipſomet Repartimento, in quo debitum ſummæ
16 repartitæ adſcribitur Communitati, *obl-*
tanti per la portione ſpettante à d. Commune Proceſſu folio 14. *&* 16. & ex tranſmiſſione dictorum Repartimentorum, facta de ordine Magiſtratus Syndicis pro exactione: *Proc. folio* 9. ex quibus cum appareat, Marchettum, alioſque poſſidentes, fuiſſe collectatos tanquam perſonas de Communi, tanquam tales ſolvere debent, nec poſſunt prætendere, repartitiones ſibi ipſis fore faciendas uti particularibus: d. Libro Ordinationum Magiſtratus *folio* 3. *verſ. avvertendo, che li gravati come di Commune* idemque repetitur in alio Bannimento anni 1597. dicto Libro Ordinationum *folio* 13. §. *La diſtribuzione*.

Minùs obeſſe valet, quòd ſaltem Marchettus fuerit gravatus, ex quo taxa facta fuerit ſolùm pro Univerſitatibus SS. Æmiliani, & Maſſæi, in quorum territoriis Via reficienda eſt, quando ad illius ſolutionem concurrere debebant pro tertia parte etiam alia Com-
17 munia vicina, ex diſpoſitione dicti Ban-
nimenti *titulo Dell'Origine del Magiſtrato &c.* §. *La cura, verſic. con imporre un terzo di detta ſpeſa &c.*

Quoniam tunc ſolùm Univerſitates vicinæ concurrere debent ad ſolutionem taxæ pro reaptanda Via, quando illæ à manutentione, & reparatione Viæ ſentiunt utilitatem, & commodum: quando verò à tali reparatione Univerſitates vicinæ beneficium, & utilitatem non recipiunt, ad expenſas, pro viis reſtaurandis neceſſarias, contribuere non debent, ut diſcuſſo formitèr articulo,
18 deciſum fuit per *Rot. in cauſa Agoſtoli,*
& Galignani, coram D. meo Urceolo §. *Nè per il riſarcimento, uſque ad finem, &* §. *E tanto*, ubi, quòd non ſufficit commodum mediatum, & remotum, & quòd homines Univerſitatum vicinarum tali Via uti poſſint; ſed neceſſe eſt probare commodum principale, proximum, & immediatum, & quòd poſſidentes in
19 Communibus vicinis aliâ Via uti non
poſſint, & tradit etiam *Capoll. de Servit. Ruſticor. Prædior. cap.* 70. *De Pont. n.* 4. *in fine. De Luc. de Regal. diſc.* 139. *n.* 5. *& diſc.* 141. *num.* 11. *Manſ. conſult.* 655. *num.* 8. *& ſub n.* 12. *Caſtald. conſult.* 126. *num.* 6.

Prædictorumque omnium veritatem agnoverunt ipſamet Communia collectata, & eorum Syndici, qui poſt diuturnam litem veritatem agnoſcentes, plures ſolutiones fecerunt, litemque deſeruerunt, quod licèt Marchetto colliganti directè obeſſe non poſſit, non levem tamen præſumptionem inducit, Reverendiſſimo Capitulo aſſiſtere bonum Jus, nam aliàs ſi contra ipſum Collitigantes prætenſum gravamen, eis in repartitione illatum, ſubſtinere potuiſſent, utique nec litem deſeruiſſent, nec
20 abſque ulla proteſtatione eorum debi-
tum perſolviſſent, ut attenta ſimilis litis renunciatione, facta à Conſortibus, firmat *Rot. in rec. dec.* 168. *n.* 18. *par.* 15. *dec.* 361. *n.* 11. *par.* 19. & meliùs in *Romana Emphyteuſis* 11. *Decembris* 1699. §. *Itaque, coram Muto, & in Nullius, ſeu Altamura Immiſſionis* 17. *Januarii* 1701. §. *Prædictaque, coram Eodem, & in Avenionen., ſeu Vaſionen. Primogenituræ* 5. *Decembris ejuſdem anni* §. *Quarto demum, coram Eodem*.

Et ita utraque &c.

Clanceanen. Dotis.

Septembris 1707.

A R G U M E N T U M.

Deciſo eſt magiſtralis in Materia Statuti, prohibentis alienationem in Forenſes, cujus occaſione tractatur quæſtio, an, & quando nullitas actus, à Statuto inducta, allegari poſſit à tertio, & agitur de Statuto diſponente, quòd Forenſibus idem Jus reddatur, quod Civibus reddunt Forenſes in eorum reſpectivè Civitatibus, ad terminos Statutorum Montis Politiani.

S U M M A R I U M.

1 *Statuta prohibentia alienationem in Forenſes, in Civitate, & Statu Florentino ſunt abolita ex Lege S.R.C.*

2 *Civitas Montis Politiani ſita eſt in Statu Florentino.*

3 *Statuta prohibentia alienationem in Fo-*

 ren-

venſes, non minùs expreſsè, quàm tacitè, aboleri poſſunt à Principe.

4 *Statutum Montis Politiani, prohibens alienationem in Forenſes, actus nullitatem inducit favore Communitatis, & Fiſci, & Civium, quibus tribuit Jus Paſcendi ſuper bonis alienatis.*

5 *Ideoque de hac nullitate opponere poſſunt Fiſcus, Communitas, & Cives, non autem tertius Forenſis.*

6 *Nullitas allegari poteſt à tertio, quando Statutum annullat Contractum ipſo jure.*

7 *Quamvis ſimul Statutum mandet bona, in Forenſes alienata, applicari Fiſco, ex ratione, de qua ibi. Contra n.9.*

8 *Si nullitas Contractus ſit inducta per Statutum, nulla facta ulteriori diſpoſitione in caſu contraventionis, procedit Concluſio, quòd poſſit allegari à tertio.*

9 *Quando verò ſimul, & in eodem contextu Statutum diſponit, quòd bona ſic alienata quærantur Fiſco, ſive Civibus, nullitas inducta favore tertiarum perſonarum, ab iis dumtaxat allegari poteſt.*

10 *Maximè quando tertius Forenſis non venit excipiendo, ſed eſt Actor, & non poſſidet.*

11 *Emphyteuta non ſolvens Canonem, licèt ipſo jure incurrat caducitatem, iſta tamen à ſolo Domino directo valet allegari.*

12 *Solus Fiſcus, & non alius, bona ab indignis auferre poteſt.*

13 *Nullitas Contractus, à muliere, vel minore, licèt à Statuto inducta ipſo jure, agendo ſolùm allegari poteſt ab ipſa muliere, & minore, non ab aliis.*

14 *Nullitas alienationis factæ in Forenſem, eo minus allegari poteſt à tertio, quo ceſſat allegantis utilitas.*

15 *Statutum prohibens alienationem in Forenſem, non extenditur ad alienationem factam ex cauſa Dotis.*

Ubi conſiſtit poteſt fundus dotalis, ibid.

16 *Diſtinguitur inter Dotem æſtimatam, & Dotem inæſtimatam, remiſſivè.*

17 Anguiſciol. conſ. 111. *reprobatur, tamquam loquens contra Communem.*

18 *Privilegium, & habilitatio viri ad acquirenda bona ſtabilia, extenditur ad uxorem.*

19 *Uxor gaudet Civilitate privilegiatâ viri, omnibuſque aliis gratiis, & privilegiis, eidem conceſſis.*

20 *Subditi ejuſdem Principis dicuntur promiſcuè Cives, & tanquàm tales non comprehenduntur in Statuto prohibente alienationem in Forenſes.*

21 *Bona, ſemel in Forenſem effecta alienabilia, ſemper talia remanent.*

Amplia etiam ſi Statutum verba dirigat in rem, quia ſemper ceſſat ratio Statuti, ut num.22. & 23.

Amplia iterum, ut n.26. & 27.

Contrariæ Authoritates declarantur, & reprobantur n.24. & 25. & 33.

22 *Statuta prohibent alienationem in Forenſes, ut Cives locupletiores ſiant, & facilius onera ſubſtineant.*

26 *Si Statutum imponat pœnam alienanti, & Notario, inde colligitur, quòd dirigat verba in perſonam, non in rem.*

27 *Statutum non poteſt inhabilitare non ſubditos.*

28 *Statutum Montis Politiani diſponens, quòd Forenſibus jus reddatur, quod Civibus redditur à Forenſibus in eorum Civitatibus.*

29 *Statutum Terræ Clanciani non prohibet Forenſem alienare bona, ibidem poſita, in alium Forenſem.*

30 *Sicuti Civis alienare poſſit bona ſita in loco Forenſis, ita Forenſi permitti debet alienatio vigore Statuti de eodem Jure reddendo, & n.32.*

31 *Authoritates contrariæ declarantur, nempe* Gob. conſult. 110., & Rot. dec. 364. part. 5.

32 *Statutum Montium, quòd Forenſibus Jus reddatur ſecundum Statuta, & Ordinamenta ejuſdem Civitatis, eſt factum in odium Forenſium.*

DECISIO XX.

FRetus diſpoſitioni Statuti Montis Politiani *in rubrica* 106. *lib.* 2., prohibentis alienationem bonorum ſtabilium in Forenſes; oppoſuit D. Eques Angelottus conſtitutionem fundi dotalis, factam à Dominico Caſuccino, Lucretiæ ejus uxori obeſſe non poſſe, ex eo quòd cum ambo ſint Clancianenſes, conſtitutioni præfatæ reſiſtebat diſpoſitio dicti Statuti. Verùm rationibus utriuſque Partis ad Juſtitiæ tru-

trutinam pluriès revocatus, Rota cen-
ſuit Statutum prædictum, conſtitutio-
ni fundi dotalis obſtaculum præbere
non poſſe.

Siquidem diſpoſitioni talis Statuti re-
ſiſtit lex S. Celſitudinis Regiæ, man-
dans hujuſmodi Statuta in Civitate, &
Statu Florentino, non eſſe attendenda,
1 ſed illis non obſtantibus, poſſe Forenſes
acquirere in Florentino Dominio, ut
teſtatur *Sabell. in Summa §. Forenſis, n. 8.
verſ. Florentiæ tamen, & in Statu Flo-
rentino, & in Praxi univerſ. §. Foreſtieri,
ſub num. 13. verſ. 1. S. A. Rota Florentina
in Florentina, ſeu Aretina Succeſſionis de
Acoltis 12. Septembris 1704. §. Ut igi-
tur, coram Domino Nerio*, ubi omnia ſin-
gillatim recenſet *lib. Materiar. 137. fo-
lio 318.* Ac propterea, cum Civitas
2 Montis Politiani ſit Status Florentini,
bona in eo ſita poſſunt liberè alienari
Forenſibus, non obſtante reſidentia præ-
fati Statuti, quod fuit derogatoria Prin-
cipis lege abolitum, idque nedum ex-
preſsè, ſed etiam tacitè fieri poſſe per
3 Principem, in individuo tradunt *Pere-
grin. conſ. 3. ſub n. 41. & ſeqq. lib. 3. Bon-
caſer. conſ. 144. num. 23. Cyriac. contr. 104.
num. 49. & ſeqq. & n. 52. Cab. conſult. 115.
ex num. 1.* ubi plures concordantes. *Ju-
venis de Solemnit. gloſſ. 13. §. 4. n. 10.*

Cæterùm, quando etiam hujuſmodi
Statutum eſſet uſu receptum, & non
obſtaret lex derogatoria, adhuc cum
illud annullet contractum, factum cum
Forenſe, favore Communitatis, & Fiſci,
cui applicat prædium alienatum, & pœ-
nam ſcutorum 300. & favore particula-
4 rium Perſonarum dictæ Civitatis, qui-
bus dat facultatem paſcendi, donec
poſſeſſio rei alienatæ à Fiſco apprehen-
datur, ibi — *Alla pena di ſcudi dugento, da
incorrerla ipſo jure, & applicarſi per la me-
tà al Commune &c. e ſia nondimeno il con-
tratto ipſo jure nullo, e lo ſtabile s' intenda
acquiſtato al Commune per pena reggiana, e
poſſaſi da ogn' uno paſturare fuora pena
ſin a tanto, che per il Commune non
ſarà preſa corporal poſſeſſione* — Hinc ſe-
quitur, quòd ſolùm Communitas, cui
pœna, & res alienata applicatur, & par-
ticulares de eadem Communitate, qui-
bus acquiritur Jus paſcendi, poſſent
de hac nullitate opponere, non ter-
tius Forenſis, cujus favore nullitas con-
5 tractus inducta non eſt in ſpecie *Bald.
conſ. 480. num. 4. lib. 1. Surzin. Jun. conſ. 18.
num. 18. lib. 3. Rimnald. Jun. conſ. 65.
num. 40. Sard. conſ. 48. num. 19. verſ. 3.
reſpondeo, & ſeq., & conſ. 93. num. 13.
Menoch. conſ. 165. n. 12. Peregrin. conſ. 19.
num. 14. conſ. 20. num. 12. verſ. alterius
lib. 3. & conſ. 120. num. 20. lib. 3. Bardel-
lon. conſ. 144. num. 21. & ſeqq. Cephal.
conſ. 706. num. 16. Mancin. conſ. 83. n. 2.
Randenſ. conſ. 8. num. 1. & 23. lib. 2.
Cyriac. controv. 305. num. 170. Carr.
lan. contr. 70. num. 30. & 31. Mell.
alleg. 31. ex num. 8. & alleg. 110. nu-
mer. 8. lib. 3. Rodolphinus allegat. 161.
num. 27. Tors. ad Statut. Papiæ rub.
147. num. 10. & 11. Peregrin. de Jur. Fiſ-
ci lib. 2. tit. 3. num. 19. Viganc. ad Stat.
Ferr. lib. 2. rubr. 98. num. 16. & 34. Bon-
den. in dec. impreſſa in ejus collect. 31.
n. 303. & ſeqq., & num. 306.* ubi addu-
cit aliam Deciſionem Senatus Mantua-
ni, & *num. ſeqq. uſque ad num. 325.* ubi
ſingillatim reſpondet authoritatibus
contrariis, *num. 1. Lancell. dec. Ferrar. 136
num. 7. Conſol. dec. Lucen. 25. num. 49. Rot.
coram Bich dec. 670. num. 22. in rec. dec. 356
num. 162. part. 14. & dec. 310. ſub n. 12.
verſic. præmiſ, & n. 13. part. 19. & in
Nullius, ſeu Senogallien. Beneficii 23.
Maji 1693. §. Animadvertebant, coram
Muto, Perusina Donationis 5. Maji 1702.
§. final. coram Pio, & 12. Februar. 1703.
§. Talis, cor. R. P. D. Kaunitz, Faventina.
Præteuſa Commenda 5. Maji 1706. §. Ne-
que, coram Rodino.*

Minimè relevante, quòd Statutum
annullet contractum ipſo jure, quo ca-
ſu de nullitate etiam tertius opponere
6 poteſt. *Burſatt. conſ. 37. num. 17. Rimnald.
Jun. conſ. 331. n. 11., & ſeqq. & conſ. 363.
n. 541., & ſeqq. Gratian. diſcept. 715.
num. 25. Cravet. controv. 87. n. 31. Cab. con-
ſult. 86. num. 13. & conſult. 115. n. 17.
Juvenis de Solemnit. gloſſ. 8. num. 93. in ſine.
Molinens. dec. 128. num. 41. & ſeqq. Rot.
in rec. dec. 4. num. 25., & ſeqq. part. 16.*
quamvis ſimul, & ſemel mandet, bona
applicari Fiſco, quia hujuſmodi Sta-
tuta duas dicuntur continere diſpoſi-
tiones, unam excluſivam Forenſis ipſo
jure, alteram incluſivam Fiſci, ac proindè
licèt quoad ſecundam partem nullitas
non poſſit ab alio, quàm à Fiſco, al-
legari; tamen quoad primam abſolutè

ex-

7 cluſivam, illa poteſt à quocunque deduci, ut diſtinguendo in terminis tradit *Altim. conſ. 716. circa finem. Burſat. d. conſ. 37. num. 17. Romuald. ſom. conſ. 365. n. 541. Caval. contr. 37. n. 64. Andreol. contr. 139. n. 4.*

Etenim, aut Statutum ſimpliciter annullat contractum, celebratum cum Forenſibus, nulla facta ulteriori diſpoſitione in caſu contraventionis, & de hac nullitate ſimpliciter inducta quilibet po-
8 teſt opponere. Aut prohibet alienationem in Forenſes, annullando contractum ipſo jure, & ſimul, ac in eodem orationis contextu diſponit, bona in caſu inobſervantiæ devolvi debere ad Fiſcum, vel ad Communitatem, ut accidit in caſu noſtro, & tunc, cum nullitas non ſit inducta ſimpliciter, ſed ad certum effectum, & ad favorem certarum perſonarum, hoc eſt, ut bona contemptorum acquirantur Fiſco, & particularibus de Communitate Jus paſcendi, de hac nullitate ſola Communitas, & Fiſcus, aliique de Univerſitate dicere poſſunt, non autem Forenſes,
9 qui non fuerunt à Statuto contemplati, maximè quando non veniunt excipiendo, ſed agendo, & non poſſident, ut
10 reſpondendo authoritatibus, in objecto relatis, in individuo firmat *Sard. d. conſ. 95. n. 13*, ubi, quòd licèt talia Statuta duo contineant, unum tamen venit in ſequelam alterius, ibique adducit exemplum Emphyteutæ non ſolventis canonem, qui licèt ipſo jure cadat à juribus ſuis, de hac tamen caducitate ſolum
11 Dominus, cujus favore inducta eſt, excipere poteſt, non extraneus, aliudque exemplum Fiſci, qui ſolus rem ab indigno auferre poteſt, nec alius de hoc
12 poteſt excipere. *Petr. Anton. Angueſciol. conſ. 25. num. 18. lib. 4. Menoch. conſ. 83. num. 19. Peregrin. conſ. 19. num. 11. & 14.*, ubi affert eadem exempla *Sardi*, ſuperiùs relata, *& num. 15. 18. & 19. lib. 3. & conſ. 120. num. 10. verſic. per quas ſunt gloſſas, lib. 5.* latè *Bondin. in deciſ. impreſſ. in ejus collect. 31. n. 304. & ſeqq. & num. 311. & ſeqq. & num. 321. & ſeqq. lib. 2.*, ubi particulariter reſpondet omnibus Authoritatibus contrariis, & reprobando diſtinctionem *Altimari*, cum *Sardo* ſuprà relato ſentit *Rot. coram Bich. dec. 670. ſub n. 22. repetit. in rec. deciſ. 17. & dec. 181. par. 12. & in d. Peruſina Donationis 12. Februar. 1703. §. Non obſtat, coram R. P. D. Kaunitz.*

Et in proximis terminis Statutorum, ex quorum diſpoſitione annullantur ipſo jure contractus geſti à mulieribus, vel minoribus, ſine certis ſolemnitatibus quòd talis nullitas, licèt ipſo jure inducta allegari non poſſit agendo ab omnibus, ſed dumtaxat à mulieribus, vel minori-
13 bus, ad quorum favorem Statutum diſponit, & quibus providere voluit, *Aldobr. reſol. 87. per tot. Palma Nep. alleg. 114. num. 13. & ſeqq.* ubi id etiam probat exemplo alienationis rei Eccleſiæ, quæ ſine beneplacito Apoſtolico eſt ipſo jure nulla. *Conſtantin. ad Statut. Urb. annotat. 44. num. 714. & ſeqq.* latiſſimè *Tartaglia de Reform. Statut. artic. 40. n. 32. & pluribus ſeqq. & in num. 62. & art. 39. num. 72 ſub num. 75. & ſeqq. & in num. 79. Chartar. dec. 96. num. 17. & ſeqq.* latè, & magiſtraliter *Rot. in Romana Locri Dotis 6. Martii 1682. & 29. Martii 1686. §. Conſirmarunt, & §. Nec ad deſtructionem, coram Rondinino*, quarum prima eſt impreſſa *in rec. dec. 613. num. 11. & ſeqq. uſque ad num. 21. part. 19.* ubi alias Deciſiones concordantes adducit, & contrarias declarat, *repetit. poſt Conſtant. ad Statut. Urb. deciſ. 154. num. 7. & plurib. ſeqq.*

Itaque eo validiùs procedunt, ſi ponderetur, quòd dum incapacitate Lucretiæ, Statutum non mandat bona acquiri debere Equiti Angelotto, ſed Communitati, quod cum non ſolùm non ſit utile eidem Equiti, ſed evidenter damnoſum, dum Lucretia, quæ hodie conſequitur ex prædio, ab ipſa retento, ſatisfactionem ſuæ dotis, agere coacta eſſet pro illius reſtitutione contra bona Fideicommiſſi, ab eodem Equite poſſeſſa, hinc ceſſante ipſius utilitate,
14 eo minùs eidem permitti debet talem exceptionem nullitatis allegare, ex iis, quæ relato *Cyriaco d. controv. 203. numer. 173.* proſequitur *Bondin. Collect. legal. 31. n. 312. lib. 2.*

Sed dato etiam per hypotheſim, quòd Equiti prædicto permiſſum eſſet, nullitatem contractus opponere, adhuc Statutum locum habere non poſſet, inſpecta ratione ſubjectæ materiæ, de qua agitur. Dominium enim prædii con-

tro-

troverſi fuit translatum in Lucretiam, uxorem Dominici poſſeſſoris illius, ad cujus favorem idem Dominicus illud conſtituit fundum dotale, quod fieri legitimè poteſt, non obſtante Statuto, prohibente alienationem in Forenſes, cum iſtud non comprehendat caſum, quo alienatio fiat ex cauſa dotis, juxta
15 veriorem ſententiam, de qua *Jaſon in l. filius familias §. Divi n.59. Crot. n.70. Ripa num.71.* aliique Scribentes *ff. de legat.1. Flor. conſ.4. n.12. conſ.17. n.43. & conſ.19. n.21. Eugen. conſ.9. num.21. & plurib. ſeqq. lib.1. Becc. conſ.149. numer.30. Curt. Sen. conſ.37. n.8. & plurib. ſeqq. Caball. conſ.69. n.15. lib.1. Beroit. conſ.21. n.8. Cephal. conſ.13. numer.30. & conſ 161. n.15. Natta conſ.52. n.19. Peregrin. conſ.20. num.10. lib.3. & de Fideicommiſſ. artic.42. n.65. Gratian. diſcept.735. n.18. & 19. Tiraquell. de Retract. part.1. gloſſ.14. num.91. Andreol. contr.392. num.1. & ſeqq. Theſaur. quaſt. Forenſ. lib.3. quaſt.108. n.7. Palma Nep. alleg.55. num.13. verſ. primo quia. Pigant. ad Statut. Ferr. lib.2. rubr.98. n.27. De Luc. de Dot. diſc.149. num.3. 4. & 5.*
16 ubi diſtinguit inter dotem æſtimatam, & inæſtimatam, alter *De Luc. ad Gratian. diſcept.735. num.6.* ubi eodem modo diſtinguit. *Conciol. Reſol. Criminal. V. Pœna, reſolut.3. num.3., & in Addit., & ad Stat. Eugub. lib.2. rubr.54. n.7. & ſeqq. & num.10.* ubi videtur adhærere eidem diſtinctioni. *Boſſ. de Matrim. cap.11. §.17. num.241. Rot. in rec. dec 318. n.6. & ſeqq. part.5.* parvipenſa auctoritate *Marii Anti-*
17 *guſcial. conſ.111. n.11.* contrarium ſentientis, cum loquatur contra communem Doctorum opinionem.

Potiſſimè quando dos non fuit conſtituta à conſanguineis mulieris Forenſis, vel ab extraneis, ſed à marito, habilitato ad acquirendum ſtabilia mediante licentia Conſilii Montis Politiani, quæ habilitatio ſuffragatur etiam uxori,
18 gaudenti civilitate privilegiata, aliiſque ſimilibus gratiis, & privilegiis, marito conceſſis, cum quo eſt una caro, unum corpus, & una ſubſtantia, ut proſequitur in noſtris terminis *Rimnald. Jun. d. conſ.501. num.18. 22. 25. & 45., &*
19 *conſ.746. num.14 & ſeqq. & num.21. & ſeqq. Gratian. diſcept.623. num.5. & ſeqq. ibique de Luc. num.2. & ſeqq.* latè, & optimè *Cyriac. controv.273. num.11. & ſeqq. & num.15., & pluribus ſeqq., & num.43. & ſeqq. & num.58. De Luc. de Dote d. diſc.149. num.10. Surd. deciſ.330. ex n.15. & dixit Rot. noſtra in Clancianen. Privilegii 21 Junii 1686. §. Quia cum Clancianenſes, & ſeqq. cor. b.m. Galamin.*

Maximè quia Lucretia eſt ſubjecta juriſdictioni, & dominio Sereniſſimi Domini noſtri: ſubditi enim ejuſdem Prin-
20 cipis ad effectum, de quo agitur dicuntur promiſcuè Cives, in ſpecie *Cephal. conſ.309. ſub n.76. verſ. præterea, & n.80. & 81. & in Aſtolin. reſol.8. n.44. Caſtald. conſult.15. num.15. & 16. Gabiel conſult.110. ſub num.61. verſ. & licet, & n.66. & 67. Palma Nep. allegat.55. ſub n.33. verſ. quæ omnia.*

Quod eo fortiùs procedit, quia Dominicus non eſt de Civitate Montis Politiani, ſed ortum habuit, & incolatum retinuit, & retinet in Terra Clancianii, dominii Senenſis in quibus terminis pro excluſione Statuti militat etiam regula, quòd bona ſemel in exterum, & non ſubditum effecta alienabilia, ſemper talia remanent, &
21 multò magis potuerunt à marito Forenſe in uxorem, quamvis Forenſem, transferri. *Bartol. in l. multum verſ. unde Statutum ff. de Verbor. Obligat. Bald. conſ.421. ſub num.2. lib.1. Corn. conſ.121. num.4. & 5. lib.3. Flor. conſ.19. num.18. Gallia conſ.89. num.29. & 30. Parisn. conſ.142. num.4. Cephal. conſ.13. n.8. & conſ.161. num.10. & 11. Burſatt. conſ.8. num.17. Loderch. conſ.64. num.4., & conſ.74. num.9. Surd. conſ.48. num.17. & conſ.205. num.12. prope finem. Rimnald. Jun. conſ.15. num.67. d. conſ.501. n.57. conſ.640. n.1., & 12. conſ.673. num.55., & conſ 765. num.17. Menoch. conſ.818. num.33. Alciat. reſponſ.35. n.11. & 12. Peregrin. conſ.19. num.1. conſ.20. n.5. 6. & 7. & conſ.24. n.17. lib.3. & conſ.120. num.3., & ſeqq. lib.5.,* ubi, quòd ita obtinuit in Statuto Veronæ. *Eugen. conſ.9. num.39. & 44. lib.1 Beccafor. conſ.108. n.71. Rodenaſc. conſ.64. n.21. Carpan. ad Statut. Mediol. tom.1. cap.310. num.31. & 32. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.2. rub. 98. num.38. Antonell. de Loc. Legal. lib.2. cap.15. n.143. & 144. Aſtolin. reſolut.89. n.9. 10. & 11. Cyriac. contr.205. n.139. & ſub n.293. & controv.297. n.19. Ciarlin.*

controv. 70. n. 39. Maſcard. de Stat. concl. 6. n. 8. De Luc. de Alienat. diſc. 69. ſub n. 8. verſ. illa verò, Cancel. Reſolut. Crimin. V. Pyno, reſolut. 5. n. 7. Jovine de Solemnit. gloſſ. 8. §. 1. num. 97. Caſtald. conſult. 15. num. 14. Gabon conſult. 115. n. 67. verſ. ſecundò agebatur. Palma Nep. allegat. 53. ſub num. 27. verſ. quarto principaliter, & num. 28. Bonden. in ejus dec. impreſſa in collect. 31. num. 190. & ſeqq. uſque ad num. 201. tom. 1. Rot. coram Seraphin. deciſ. 843. in principio, & in recent. deciſ. 558 num. 18. & 19. part. 19. & in Formuna Pradis della Paregina 4. Junii 1688. §. finali, coram bon. mem. Bonaccurſo, & egregiè *in confirmatoria diei 29. Martii 1694. §. Agnoſcentes, & ſeqq. coram Eminentiſſ. D. Card. Caprara*, & in puncto mariti, diſponentis favore uxoris, *Ripa conſ. 81. alias 4. num. 13. verſ. cum ergo fuerit habilitatus, tit. de Jure Contium Peregrin. d. conſ. 10. ſub num. 5. lib. 3. Bonden. in ſua dec. impreſſa in d. collect. 31. n. 191. tom. 1.*

Idque locum ſibi vindicat, etiam ſi verum eſſet, quòd Statutum non loquatur in perſonam, ſed in rem, circa quod in præſenti Rota nihil firmare voluit. Cum enim ratio Statutorum, prohibentium bona alienari in Forenſem, ſit conſervatio eorundem bono-
22 rum inter Cives, ut illi locupletiores ſint, & ut faciliùs onera, nedum realia, ſed etiam perſonalia ſubſtinere poſſint; *Ludovic. conſ. 74. ſub num. 28 verſ. tertio quia. De Luc. de Regal. lib. diſc. 83. num. 5.* ubi loquitur de Statuto Clanceani. *Jovine de Solemnit. gloſſ. 8. §. 1. n. 91. Bonden. collect. 31. n. 252. lib. 2. Rot. coram Prodo deciſ. 375. num. 17.* itaque ratio ceſſet quando bona fuerunt ſemel in Forenſem tranſlata, ſive Statuti verba ſint directa in rem, ſive in perſonam, jure merito in utroque ex dictis caſibus alie-
23 natio ſubſtineri debet, cum nihil interſit Statuentibus, an bona ab uno, vel ab alio Forenſe poſſideantur, & retineantur, ut in ſpecie de Statuto reali *Surd. d. conſ. 105. ſub num. 12. prope finem, verſ. facit etiam. Peregrin. d. conſ. 10. ſub num. 5. & num. 8. verſ. neque etiam facit, lib. 3. Ciarlin. controv. 68. num. 27. & 28.* ubi teſtatur de veriori, & reprobat contrarion. *Rota coram Buch. dec. 466. num. 23. & in d. Formuna Pradis della Paregina 4. Junii 1688. §. finali, coram b. m. Bonaccurſo, & 29. Martii 1694. §. Verùm, coram Eminentiſſ. D. meo Card. Caprara.*

Non obſtante contraria opinione *Theſaur. Quæſt. Forenſ. lib. 2. quæſt. 4. n. 14. Cyriac. controv. 303. n. 33. & contr. 329. num. 31. Gab. conſult. 116. num. 82.* Quoniam, vel præfatæ Authoritates intelli-
24 gi debent in caſu, quo conſtet de clara mente Statuentium, vel ſi indiſtinctè eſſent accipiendæ, eorum opinio tanquam communiter reprobata non ve-
25 niret attendenda, quod agnovit ipſemet *Gabon*, qui in *conſult. 115. n. 67. verſ. ſecundò agebatur*, contrarium tenuit ſententiam, & in *conſult. 116.* ſe fundat in eo, quòd alienans non erat Forenſis, *ut num. 81.* & concluſionem contrariam *in d. num. 82.* ponit ex abundanti, & per verba *altera quod*.

Et hoc clariùs convincitur, tum ex ipſamet hujus Statuti lectura, in quo alienanti, & contravenienti imponitur pœna amiſſionis, & privationis officiorum, & beneficiorum Communis per annos decem, & Notario, de Inſtrumento rogato, ſolutionis ſcutorum 50. Communi faciendæ, & deletionis à
26 Matricula, quæ verificari non poſſunt in alienatione facta Forenſi ab alio Forenſe: cum enim illi non gaudeant officiis, & beneficiis Civitatis Montis Politiani impropria eſſet, reſpectu ipſorum privatio, quæ ſolùm in ſubditis verificari poteſt, ſicut etiam alienationi, ab exteris factæ, non congruit pœna inhabilitationis Notarii, cum Statutum Nota-
27 rium ſibi non ſubditum inhabilitare non valeat. *Surd.*, qui plures refert, *conſ. 557. num. 13 Cyriac. controv. 370. n. 52. & ſeqq. Rot. poſt Urceol. de Tranſact. dec. 110. §. Secundus caſus, in impreſſione Genevenſi.*

Quàm ex alio Statuto ejuſdem Civitatis *in rub. 97. Della ragione da renderſi a' Foreſtieri lib. 2.*, diſponente, quòd idem jus reddatur Forenſibus in Civitate Montis Politiani, quod iidem Forenſes in eorum Civitatibus, & Terris reddunt Montis Politianenſibus, adeout illis in omnibus, & per omnia exæquati ſint, non ſecus ac ſi eſſent Cives Montis Politiani, proindeque, cum in Terra Clanceani poſſit Civis Montis Poli-

tiani, ibi bona poſſidens, eadem alienare
alteri ſubdito ejuſdem Civitatis, vel
cuicunque alii Forenſi, ex quo Statu-
tum Clanceani, vetans alienationem bo-
norum in Forenſes, non habet locum,
quando Forenſis alienat in alium Foren-
29 ſem, ut in individuo hujus Statuti con-
ſuluit *Handed. conſ.13. n.10. & ſub n.36.
verſic. alterum, lib.2.* in cujus *Conſilii*
fine teſtatur, ita fuiſſe judicatum per
DD. Conſervatores Senarum cum vo-
to Auditoris Rotę Senen: Ad ſer-
vandam æqualitatem, & ad hoc, ut
idem jus ſubditis dictorum locorum
reddatur, dicendum eſt, ſub Statuto
Civitatis Montis Politiani non com-
prehendi alienationem bonorum,
in ejus territorio ſitorum, factam à
Dominico Clanceanenſe Lucretię ejus
30 uxori, paritèr Clanceanenſi, ut in ter-
minis obſervat *Romanald. Jun. d. conſ.501.
num.34. Peregrin. conſ.6. n.8. & 9. lib.5.
Buccafer. conſ.58. ex num.14. Palm. Sen.
conſ.63. n.68. & 69. Cyriac. controv. 291.
num.80. & 81. & controv.450. num.62.
& 63. Pigant. ad Statut. Ferrar. lib.2.
rub.98. n.42. Bonden. d. collect.31. n.155.
& plurib. ſeqq.* ubi latiſſimè *n.275. &
num.292. tom.2. Molens allegat.94. num.5.
& 6. & allegat.110. num.6. & 7. lib.3.
Senatus Mantuę apud Eumdem poſt alle-
gat. 52. verſ. quartum deſumebatur fun-
damentum, lib.3.*, & generalitèr *Rot. in
rec. deciſ.174. ſub n.8. verſ. quibus non
obſtat, & dec.129. ex n.3. part.4. tom.2.*

Haud relevante, quòd hanc illationem
rejecerit *Gob. conſult.110. n.29. & ſeqq.
Rot. in rec. dec.364. ex n.18. part.5.*, quia
Gobius loquitur de Statuto Mantuæ,
quod in principio mandat, contra Fo-
renſes fieri jus, & juſtitiam ſecundum
Statuta, & Ordinamenta Civitatis Man-
tuę, quod fuit factum in odium Fo-
31 renſium, & ſuper quo aderat in-
concuſſa obſervantia, quòd Foren-
ſes, in quorum locis adſunt Sta-
tuta favorabilia Mantuanis, tractentur
ad inſtar aliorum Forenſium, in
quorum Civitate talia Statuta non ad-
ſunt, ut *in d. conſult.110. n.29. & ſeqq.
n.40. & ſeqq. & num.48. 49. 52. & ſeqq.*
Rurſus in caſu *Gobii* non probabatur, in
loco Clodii, ubi natus erat Forenſis,
petens admitti Mantuæ, adfuiſſe Statu-
tum Forenſes habilitans, ut in eadem
*conſult.110. ſub n.56. verſ. verùm in hoc,
& n.57.* Et tamen in his etiam circum-
ſtantiis *Gobius* admittit, Civem alterius
Civitatis, ad ſervandam æqualitatem vi-
gore dicti Statuti *de jure redden.*, acqui-
32 rere poſſe ſtabilia in territorio Statuen-
tium, quando utraque Civitas eſt ſub
Juriſdictione, & dominio ejuſdem Prin-
cipis, ut *in d. conſult.110. num.62. 66.
& 67.*; & in facti ſpecie, in qua ipſe lo-
quitur, ex profeſſo impugnatur per *Bon-
den. d. collect.31. n.155. & plurib. ſeqq.*,
ubi pleniſſimè reſpondet omnibus ra-
tionibus, & Auctoritatibus, ab eodem
Gobio adductis, *& n.205. & ſeqq. idem
Bonden.* admittit contrariam opinionem
Gobii, quando Statutum eſt conditum in
odium Forenſium, quod non applicatur
noſtro Statuto, explicitè ſe declarante,
reſpicere Forenſium favorem, ut ex le-
ctura *dicta rubr.97.*, ibi — *e quello di più
in favor loro ſi faccia, e ſi oſſervi, che
nelle Terre loro, ò Città, ſi fà, e ſi oſſer-
va alli Foreſtieri, ſecondo li Statuti, &
Ordini loro* —.

Deciſio vero 364. part.5. rec. ultra
quam quod loquitur ſuper diverſo Sta-
tuto, illius inapplicabilitas reſultat ex
iis, quæ declarando eandem Deciſio-
33 nem conſiderat *Bonden. citat. collect.31.
num.245., & 246. & n.272., & 273.
tom.2.*

Et ita utraque &c.

Senen. Locationis ſuper Reſervatis.

Sabbathi 17. Septembris 1707.

ARGUMENTUM.

Sub nomine Prædii, ſeu Podere, veniunt agri etiam ſeparati, concurrente deſtinatione Patrisfamilias, quæ ſatis deducitur ex commiſſione facta curæ unius Villici, ex teſtium depoſitionibus, & ex aliis pluribus. Agri ſic annexi, aliàs locati, non comprehenduntur in venditione omnium Agrorum ſeparatorum ex poſt facta, & ex quibus excludatur prætenſa comprehenſio in venditione, vel permutatione poſteriori, alteri facta, plenè hic tractatur.

SUMMARIUM.

1 *Prædium, ſeu* Podere, *ſignificat poſſeſſionem plurium agrorum cum domo.*

2 *Et ſub ejus denominatione, & conceſſione veniunt omnes agri, exiſtentes intra fines, vel in eodem loco, & Communi, etiam inter ſe diſtantes.*

3 *Præcipuè concurrente deſtinatione Patrisfamilias.*

4 *Ex cujus deſtinatione Prædium unicum dicitur, quamvis ex agris, terriſque ſeparatis efformatum.*

5 *Itaque deſtinatio potiùs attenditur, ut terra ſeparata à fundo, eidem unita ſit.*

Dummodò non ſimus in Domo, quæ, ultra deſtinationem, requirit actum aperitionis ibidem.

6 *Eoque magis annexa ex deſtinatione, nomine Prædii comprehenduntur, ſi additum fuerit* cum omnibus juribus, & pertinentiis, & n.36.

7 *Et ſi dictum ſit, uti de præſenti detinetur à concedente, & à concedente detinetur una cum omnibus agris ſeparatis tanquam unicum corpus.*

8 *Non obſtante, quòd bona, quæ prætenduntur annexa, ſint diverſa natura, puta Emphyteutica, & libera.*

9 *Agrorum diſtinctorum unio in unicum Prædium, probatur ex teſtibus.*

10 *Item ex commiſſione facta curæ unius Villici, aliis concurrentibus.*

11 *Item ex tacita approbatione, & confeſſione implicita Partis.*

12 *Deſtinatio ad hoc, ut agri ſeparati in unicum Prædium coaleſcant, non ſufficit temporalis, gratia commodioris culturæ, ſed animus requiritur, ut perpetuò ſic remaneant incorporati.*

13 *Et animus uniendi non temporaliter, ſed perpetuò, probatur ex teſtibus.*

Quamvis teſtes deponant de auditu, & credulitate n.15., & ſeqq. *ubi latè.*

Et quid operetur illorum productio, maximè ſi facta ſit in parte, & partibus ibidem.

Et quid ſi teſtis ſe retractaverit n.21.

14 *Immò etiamſi unio temporalis ſit, poteſt ex deſtinatione dici unum Prædium, ſi talem fuiſſe mentem contrahentium conſtet.*

Et ex quibus talis mens, & voluntas reſultet, ibidem.

15 *Teſtes probant contra inducentem, quamvis de auditu, aut credulitate deponant,* & num ſeq.

17 *Maximè ſi ſint plures numero, & ab aliis, vel inter ſe adminiculati.*

18 *Quamvis productio Examinum facta fuerit* in parte, & partibus.

19 *Quia productio facta ad fundandam intentionem, licèt facta* in parte, & partibus &c., *ſemper probat contra producentem.*

20 *Prout probat, ſi depoſitio ſit individua, quo caſu non poteſt ob dictam clauſulam in parte acceptari, & in parte rejici.*

21 *Teſtis retractatio, facta ex intervallo, in conſiderationem non habetur.*

Et quòd dicatur facta ex intervallo, quando teſtis potuit alloqui cum Parte, ibidem.

22 *Adeptus poſſeſſionem bonorum titulo locationis, prætendens ex poſt acquiſitionem dominii, debet concludenter probare.*

23 *Et probationes claræ requiruntur contra Locatorem, habentem intentionem benè fundatam in opere Locationis.*

Itaque probatio excluditur, ſi dictum ſit, permutationem comprehendere debere bona vendita, & illa, quæ permutata prætenduntur, non fuerunt vendita num. ſeq.

Et ex quibus aliis excludatur, latè ex numer.27. & ſeqq.

24 *Venditio, vel permutatio, facta de eiſdem bonis, alteri præcedenter venditis, aut locatis, non valet extendi ad non comprehenſa in venditione, aut locatione præcedenti.*

25 *Et comprehenſa non dicuntur, ſi eorum poſſeſſio non fuit capta per diligentiſſimum in capiendo poſſeſſionem aliorum bonorum, etiam contraverſorum.*

26 *Item ex qualitate perſonarum, & abſurdo, quòd quis ſuum jactet, alterque non ſuum retineat.*

27 *Bona in Locatione comprehenſa, non fuiſſe ex poſt conductori tradita titulo dominii, probatur, ex quo Conductor nunquam petiit diminutionem penſionis.*

28 *Ex majori enim, aut minori quantitate penſionis arguitur, quid in Locatione comprehenſum fuerit.*

29 *Prout ex majori, vel minori pretio, quod continetur in venditione.*

30 *Item non cenſetur Conductori conceſſa titulo dominii, ſi in ſucceſſivis actibus, & inſtrumentis, mentio de Locatione facta ſit, nec verbum ullum factum de diſmembratione.*

31 *Item ex quo bona in eodem inſtrumento fuiſ-*

fuiſſent promiſſa titulo Locationis, & Permutationis.

32 *Item ex teſtibus veriſimiliter informatis, quales ſunt vicini, & alii, qui iverunt ad paſcendum in bonis controverſis.*

33 *Item ex implicita declaratione, & facto permutantis, vel vendentis, licèt inter alias perſonas, ſi veriſimile, & adminiculatum ſit.*

34 *Etiamſi hæc declaratio facta ſit ex intervallo.*

Et ex quibus aliis non cenſeantur conceſſa titulo dominii, quamvis conceſſi ſint agri ſpezzati, *& controverſa bona ſint à prædio ſeparata,* n.36. & pluribus ſeqq. *ubi laté.*

35 *Hujuſmodi conjectura pro excluſione traditionis rei locatæ titulo dominii, ſi plures ſint, uniuntur, & de jure validis ſunt efficaces.*

36 *Venditio omnium agrorum ſeparatorum non extenditur ad agros disjunctos, & deſtinatione annexos.*

37 *Significatio earumdem verborum in diverſis inſtrumentis, ab iiſdem contrahentibus ſuper eadem re celebratis, non patitur diverſam interpretationem, & infra* n.43.

38 *Sed unum inſtrumentum ſuppletur, & declaratur per aliud.*

39 *Agros, quos quis fatetur de pertinentiis alicujus Prædii, non poteſt prætendere eſſe agros ſeparatos alterius Prædii.*

40 *Confeſſio in Articulis facta, deſervit pro magno adminiculo veritatis contra Articulantem.*

41 *Et ſi Articuli concepti ſint per verba* che la verità fu, & è, *contra Articulantem, & eorum Examen in Actis producentem, plené probant.*

42 *In venditione ſi fuerint exceptuata aliqua bona, omnia alia cenſentur comprehenſa, quia exceptio in non exceptis firmat regulam.*

43 *Declara hoc non procedere reſpectu illorum bonorum, quæ probantur poſitivè non comprehenſa, immo excluſa.*

44 *Item non procedit, ſi in alio inſtrumento, à quo ſubſequens omnia verba mutuavit, eadem exceptuatio non importavit comprehenſionem non exceptuatorum.*

Item non procedit, ſi exceptuata ſint bona Emphyteutica, & agri controverſi ſint de appendiciis Prædii Emphyteutici, quia dicuntur comprehenſi in ipſamet exceptuatione n.45.

45 *Agri disjuncti, deſtinatione annexi, veniunt appellatione Prædii principalis, cujus ſunt acceſſorii.*

46 *Expreſſio aliquorum bonorum, aliundè conſtito quod comprehendatur, vel non in venditione, fiat demonſtrativè, non taxativè.*

Amplia, ut n.40.

47 *In venditione præcedenti ſi non fuerint comprehenſa aliqua bona, non exinde infertur, quòd fuerint comprehenſa in ſubſequenti permutatione.*

48 *In venditione cenſentur comprehenſa omnia bona, ſi poſt ſpecificationem aliquorum dictum ſit,* & quæcunque alia bona, ſi quæ haberet.

Hæc verba, tanquam denotantia intercedinem, operantur comprehenſionem omnium bonorum, quæ in futurum ſufficienter adeſſe, ibidem.

DECISIO XXI.

Reſervata particulari diſcuſſioni controverſia ſuper dimiſſione quatuor Agrorum, de quibus in Actis, ſub die quarta Maji currentis anni, D. Petrus Boninſignius inſtetit coram Me pro ejuſdem controverſiæ definitione, peractoque examine teſtium, aliiſque documentis neceſſariis exhibitis, recognitum fuit, Bona prædicta eſſe comprehenſa in Locatione, facta D. Jacobo Antonio Roſi Bertoni, proindeque ea hodie terminata, ipſum teneri ad illa dimittenda Locatori, & Actori, ab eo cauſam habenti.

Locatum quippe fuit inter cætera d. D. Bertono prædium *delle Bandite*, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, ut ex Apoca Locationis, ibi — *Due Poderi poſti in Corte del Poggio S. Cecilia, l' uno di Moriccio, e l' altro le Bandite, dentro a' loro noti confini, e con tutte le loro ragioni, e pertinenze, e nel modo, che preſentemente ſi godono da detto Signor Giovanni Pupilli* — Quando autem contrahentes uſi ſunt aliquo verbo generali, univerſitatem quandam in ſe continente, prout eſt verbum *Prædium*, ſeu

1 *Podere*, quod ſignificat poſſeſſionem plurium agrorum cum domo, ut tra-

dom Paxon. de Locat. cap. 23. n. 17. 18. & 88. Maſcar. de Conſuetud. quæſt. 34. n. 12. de Luc. ad Gratian. diſcept. 947. ſub n. 11. verſ. quandoque Lauſer. de Prædiis lib. 2. cap. 2. num. 5. & ſeqq. Rota Lucen. apud Sammat. contr. 49. num. 44. Rot. coram Duran. dec. 315. num. 6. Cerro. dec. 198. 7. numer. 3. & ſeqq. Buch. dec. 506. ſub num. 10. Emerix Sen. dec. 109. num. 7. Corralor. deciſ. 146. num. 3 & dec. 160. num. 1. & in Bononien. Prædii 2. Julii 1700. §. Neque, coram Eminentiſs. D. Cardinali Caprara, tunc veniunt in conceſſione omnes agri,
2 exiſtentes intra fines, vel in loco deſignato, & ſub eodem Communi, etiam inter ſe diſtantes. Menoch. conſ. 337. ex num. 17. Paxon. de Locat. cap. 23. num. 15. Sard. dec. 241. num. 13. & ſeqq. Rota Lucen. apud Sammat. contr. 49. num. 43. Rot. coram Emerix Sen. d. dec. 109. num. 7. & 8. Buch. d. dec. 506. num. 8. cum duabus ſeqq. R. P. D. meus Anſald. dec. 69. n. 7.

Potiſſimè quis concurrit deſtinatio Patrisfamilias, quòd Prædium delle
3 Bandiere conſtituat unum corpus cum agris, de quibus agitur, quo caſu eo magis Prædium dicitur unicum, etiamſi diſcernetur per terras, foveas, & agros,
4 inter ſe ſeparatos. Ravà diſput. 33. n. 17. & 18. Merlin. Pignatell. contr. 83. num. 2. contrar. 1. De Luc. de Fideicom. diſc. 170. n. 4. & de Legat. diſc. 7. n. 11. verſ. indubitatum eſt. Caſtill. contr. Jur. tom. 5. cap. 61. n. 34. Paxon. Allegat. crimin. 87. num. 14. Sard. dec. 241. num. 12. 14. & ſeqq. Rota Lucen. apud Sammat. contr. 49. n. 45. & 46. Rot. cor. Corralor. dec. 146. n. 3. & dec. 160. ſub n. 1. Buch. d. dec. 506. ex n. 8. Emerix Sen. dec. 109. n. 1. & in Bononien. Prædii cor. Anſald. d. dec. 69. n. 7. confirmata 2. Julii 1700. §. Comprehenſio, & §. Neque, cor. Eminentiſs. D. Cardinali Caprara, Tiburtina Bonorum 9. Februarii 1705. §. Baſis, cor. Reverendiſs. D. meo Molines, & in Imolen. Salviani 2. Decembris ejuſdem anni §. Manifeſtum, cor. R. P. D. Priolo.

Terra enim ſeparata à fundo, vel podere, poteſt illi uniri per ſolam deſti-
5 nationem Patrisfamilias, quæ unicè attenditur in hac materia. l. quod in rerum 24. §. Si quis ff. de legat. 1. Paxon. de Locat. cap. 23. num. 6. & ſeqq., ubi, quòd hoc non procedit in domo, quæ, ultra deſtinationem, requirit actum apertionis parietis. De Luca ad Gratian. diſcept. 947. ſub n. 11. verſ. porrò. Altimar. de Nullit. tom. 4. rubr. 1. part. 2. quæſt. 15. num. 573. Lauſer. de Prædiis, lib. 1. cap. 3. de Prædiorum Conſtitutione n. 3. Sard. d. dec. 241. num. 14. Rot. coram Corralor. d. dec. 160. num. 1. Buch. dec. 506. n. 8. & 9. in rec. dec. 118. num. 10. & 11. part. 5. & in Romana, ſeu Parisien. Terrarum 29. Januarii 1683. §. Et Domus, cor. Reverendiſs. Herrerà 10. Junii 1701. §. Hic conſequenter, cor. Molines, & in d. Bononien. Prædii 2. Julii 1700. §. Comprehenſio, cor. Eminentiſſimo D. Cardinali Caprara, & in Romana Affictus 6. Junii 1701. §. Hujuſmodi, coram Eminentiſſimo della Tremoille Romana Tranſactionis 3. Junii 1701. §. Quamvis, coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Caprara, & in Tiburtina Bonorum 9. Februarii 1705. §. Baſis, cor. Molines.

Fortiùs quia ſuperaddita fuerunt verba cum omnibus juribus, & pertinen-
6 tiis, quæ operantur, ut veniant omnia annexa ſecundum uſum, & deſtinationem locantis. Barboſ. de Appellat. appell. 81. num. 15. Paxon. de Locat. d. cap. 23. num. 45. 98. & 99. & d. allegat. crim. 87. num. 14. & 15. De Luc. ad Gratian. diſcept. 947. ſub n. 7. Rot. coram Emerix Sen. dec. 109. num. 9. Anſald. d. dec. 69. n. 15. confirmata 1. Julii 1699. §. Circa ſextum, cor. eodem.

Et clariùs, attentis verbis ſubſequentibus — nel modo, che preſentemente ſi godono dal detto Signor Gio. Papillo — quo cum de tempore locationis poſ-
7 ſideret ipſos quatuor agros, uti annexos, & unitos Prædio delle Bandiere, ut deponunt omnes Teſtes, pro parte D. Petri examinati ſuper Interrogatorio 19. & 20., & in reſponſione ad primum Articulum, ad 3., & ad 4. omnia remanent comprehenſa in Locatione ex mente, & voluntate Locantis. l. Uxori ſuæ 32. ff. de legat. 3. De Luc. ad Gratian. diſcept. 316. num. 4. & 6. Cyriac. contr. 311. n. 11. Rot. coram Cerro dec. 397. num. 3. egregiè coram Emerix Sen. ſæpè citato dec. 109. num. 3. repoſit. in recent. dec. 205. num. 4. & 5. part 14. Anſald. dec. 69. num. 6., ubi plures refert confirmata 1. Junii 1699. §. Stante, coram eodem, & 2. Julii 1700. §. Comprehenſio, verſ. quod ſpecificatum, coram Cardinali Caprara Tiburtina Bonorum 9. Februarii 1705. §. Fortius, coram

Re-

Reverendiſſimo Molines, & §. *Secundo argumentor*.

Idque procedit etiamſi Prædium conſtituatur ex bonis diverſæ naturæ, & qualitatis, Emphyteoticis ſcilicet, & liberis, quia non implicat ex deſtinatione Patrisfamilias, bona etiam diverſæ
8 ſpeciei uniri, & eſſici unum corpus, retinente quolibet ex eis propria natura, & qualitate Allodiali, vel Emphyteotica, cum effectibus cuilibet propriis, reverſionis ad Dominum conceſſione finita, vel tranſitus ad hæredes, ex traditis per *Lancer. conſ.2. num.6. & ſeqq. Roveit. conſ.47. num.7. ubique Altimar. num.34. lib.1. Caſtill. d. controv.61. ſub n.54. lib.5. Amat. reſol.67. num.33. Schrader. de Feud. 2. part.9. p. principal. ſect.2. num.8. & ſeqq. Scoppa in Scholiis ad Merlin. Pignorib. cap.83. n.14. tom.1. Sanfelic. dec.189. num.17. lib.1. Rot. cor. Bich. dec.22. n.1.* ubi alios citat, & in *Romana ſeu Perusina Terrarum 13. Februarii 1693. §. Nec nonque, coram Reverendiſſimo Hervardo, & 10. Junii 1701. §. His conſequenter, coram Molines, & in d. Tiburtina Bonorum 9. Februarii 1703. coram eodem*, & facit *Rot. coram Cerro d. dec.393. ex n.3. & 9.*

Quòd autem agri controverſi ſint de juribus, & pertinentiis Prædii *delle Bandite*, eique annexi ex Patrisfamilias deſtinatione, probatum remanet, tum ex depoſitionibus trium Teſtium con-
9 teſtium, formiter ad inſtantiam D. Petri examinatorum, & ab aliis, examinatis ad inſtantiam D. Bertoni in Cauſa, inter eaſdem Partes vertente coram Rota, quorum ſecundus ſuper *Interrogatorio 45.*, & ſuper Articulis; quartus verò, & quintus ſuper *Interrogatoriis 45. & 46.* hoc idem ſpecificè deponunt. Tum etiam ex quo ſemper eadem bona fuerunt ſimul, & ſemel curæ unius Villici commiſſa à Joanne
10 Griſſolo, & ex poſt etiam à D. Bertono, ut ex iiſdem Teſtibus D. Petri, ex quo, aliis præſertim concurrentibus, annexionem deduci per *Text. in l. Patronus 35. §. Sempronius ff. de legat. 3.*, tradunt *Odd. conſ.21. n.48. Surdus. de Pratis de Interpret. ultim. volunt. lib.4. interpret.1. dub.7. ex n.39. Caſtill. Contr. Jur. tom.5. cap.61. n.34. Paron. de Locat. d. cap.23. n.71. & 72. Merlin. Pignorib. controv.83. n.8. tom.2. Rot. coram Merlin. dec.316. n.13. coram Emerix Sen. d. dec.109. num.5. & ſeqq.* Tum demum ex quo ipſe D. Bertonus adeptus fuit poſſeſſionem dictorum quatuor agrorum vigore d. Locationis ei factæ, ſicque eſt
11 omninò incontrovertibilis annexio, & deſtinatio unicitatis Prædii, ex tacita confeſſione, reſultante à facto poſitivo Partium, ut proſequitur *Paron. de Locat. ſæpè citato cap.23. n.69. Rot. coram Bich. d. deciſ.306. n.10.*

Minimè relevante, quòd cum dicta unio fieri potuerit gratia commodioris culturæ, deſtinationem, & annexionem non probet, cum ad hunc effectum non ſufficiat unio, & deſtinatio accidentalis, & temporanea, ſed requiratur perpetua, & facta eo animo, & intentione, ut dd.
12 quatuor agri perpetuò ſint Poderio *delle Bandite* uniti, & incorporati, ut pluribus adductis, firmavit *Rot. cor. Emerix Sen. dec.84. n.3. reperta in rec. dec.118. n.3. p.14.* Quoniam quòd unio proceſſerit ex cauſa commodioris culturæ, excluditur ex depoſitionibus dictorum trium Teſtium, formitèr examinatorum, ſpecificè
13 aſſerentium, annexionem ex hac ratione non proveniſſe, ut patet ex depoſitionibus eorundem ad *Interrogat. 10.* Et ulteriùs urget, quòd cum Locator contentus fuerit præſentanea annexione, dum Locationem Prædii fecit cum omnibus annexis, & connexis, & eodem modo, quo de præſenti ab ipſo poſſidebantur, quodque plus eſt, D. Bertonus dd. agros habuerit vigore talis Locationis, & bona locata reſtituere promiſerit in fine affictus eo modo, quo eadem locata fuerunt, etiamſi annexio eſſet temporalis, & accidentalis, ſemper dicti agri comprehenderentur ſub locatione præfata, ex clara mente Locatoris, &
14 Conductoris, ut recedendo à ſupradicta Deciſione, in objectu allegata, benè in ſpecie firmavit *Rot. coram eodem Emerix Sen. d. deciſ.109. ſub n.4. & 5. reperta in recent. dec.295. n.4. & 5. part.14.*

Prout non relevat, quòd dd. Teſtes, pro parte D. Bertoni examinati, deponant de auditu, & credulitate, & quintus ex eis ſe retractaverit, & ob id nihil probent. Siquidem cum prædicti Teſtes fuerint ab eodem D. Bertono inducti, & examinati, & eorum depoſitiones ab ipſo productæ, probent, quam-

vis

vel deponant de auditu, & credulitate:
15 ut de teſtibus, de auditu deponentibus, *Socin. Jun. conſ. 69. num. 11. lib. 1. Petrus Caballus*, olim hujus noſtræ Rotę Auditor, *conſ. 148. num. 4. & ſeq. lib. 1. Farin. de Teſtibus quæſt. 69. num. 17.* ubi plures alios refert. *Rot. Januen. apud Baldaſs. Deciſ. & Rer. Judicat. tit. 2. deciſ. 7. num. 5. Mart. Medic. Dec. Senen. 71. num. 30. Card. Lepid.* olim inclytæ hujus Rotæ Auditor, *Dec. Lucen. diverſor. dec. 33. num. 41. Addit. ad Pamphil. dec. 147. num. 16. verſ. ultimſ. Rot. coram Durazz. Jun. dec. 647. num. 2. & dec. 790. num. 13. in rec. dec. 96. ſub num. 14. & dec. 208. num. 15. part. 17. & in Firmana Juriſpatronatus 21. Aprilis 1704. §. Modo, & §. Pro eliminatione, coram Muto* quidquid in contrarium dixerit *Conciol. allegat. 72. num. 31. & 32.* contra quem ſtat communis opinio Doctorum, & ſententia Sacræ Rotę, & de
16 teſtibus, deponentibus de credulitate, *Caballus d. conſ. crimin. 148. num. 2. & 3. lib. 1. Gratian. diſcept. 468. num. 47. & diſcept. 930. num. 38. Conciol. allegat. 3. n. 18. 29. 31. & ſeqq. & d. allegat. 72. ſub n. 31. Antonell. de Tempor. Legal. lib. 2. cap. 5. ſub num. 9. Conſal. deciſ. Lucen. 46. num. 1. Cavalcan. dec. 27. num. 10. Horatius Ronconus*, olim hujus noſtræ Rotæ Auditor, *deciſ. Luc. diverſ. 92. num. 5. Addit. ad Pamphil. d. dec. 147. num. 16. Rot. coram Duraz. Jun. d. dec. 647. num. 2. & in rec. dec. 96. ſub num. 14. dec. 208. num. 15. & dec. 217. num. 15. & 16. part. 17.* aliisque adductis in *Senen. Viæ 16. Maji currentis anni §. Ejuſdem, coram Me*, inter hactenus impreſſas *dec. 11. num. 29.* maximè quia dd. Teſtes ſunt numero plures, & adminiculantur
17 inter ſe, & ab aliis formiter examinatis pro parte D. Petri, ut proſequitur *Conciol. allegat. 3. n. 23.* aliisque, plurimùm congeſtis in *d. Senen. Viæ §. Et ſententiis, coram Me*, nunc impreſſa *diſt. dec. 11. num. 31.*

Quamvis productio facta fuerit in parte, & partibus, nedum quia in dicta
18 Cauſa, in Rota pendente, productio à D. Bertono facta fuit pro fundanda ejus intentione, quo caſu non attendi-
19 tur quòd ſit facta cum clauſula – in parte, & partibus *Albert. de Inteſtificat. in Judic. quæſt 26. num. 13. & 14. Addit. ad Gregor. deciſ. 238. num. 13. in fine. Addit. ad Pamphil. dec. 225. num. 24. Rot. coram Bich. deciſ. 164. num. 11. in rec. dec. 361. n. 3. part. 4. dec. 372. n. 11. & dec. 431. num. 7. part. 13. dec. 78. num. 13. 14. & 15. & dec. 125. num. 18. part. 15. dec. 23. n. 10. cum duabus ſeqq. dec. 174. num. 9. & deciſ. 349. num. 14. & 15. par. 17. & dec. 380. num. 13. part. 19. & in Romana, ſeu Anteramna Cenſus 16. Martii 1696. §. Etenim, in fine, coram Eminentiſſimo D. Cardinali Caprara*: verùm etiam quia, cùm juramentum, & depoſitio Teſtis ſit indivi-
20 dua, non poteſt illa dividi mediante tali clauſula, in productione adjecta, ſed debet in totum acceptari, vel in totum rejici, ut proſequitur *Conciol. d. allegat. 3. n. 32. & 33.* ubi reprobat contrarios.

Quòd autem quintus ex dictis Teſtibus, nempe Dominicus Menechini, ſe retractaverit, nihil pariter alterat. quia cum ille ad *Interrogatorium 43.*, dixerit – *Io credo che d. Campo del Guerra ſia delle ragioni del Padre delle Bandere* – Et ſuper *Interrogatorio 48.* – *Il Campo, è Boſco di Pratuſcelli, è delle ragioni del Padre delle Bandere* – Et poſt depoſitionem ad *Interrogatorium 59.* fuerit dimiſſus, cauſa eundi ad prandium ad domum Bertoni, ubi ipſe permanebat, & comedebat, ut patet ex reſponſione ad *Interrogatorium 71.*, cum potuerit, antequam rediret ad complendum examen poſt prandium, alloqui cum d. Bertono, in cujus domo permanſit, & comedit, correctio facta poſt reaſſumptum examen, & in ſeſſione de ſero, non dicitur facta incontinenti, nec eſt ſufficiens ad tollendam fidem iis, quæ idem Teſtis depoſuerat in ſeſſione habita de mane, ſed
21 variatio, tanquam facta ex intervallo, non eſt in conſideratione habenda. *cap. præterea, in fine, ibique Gloſſ.*, & Scribentes. *de Teſtibus. Vivian. Comm. Opin. V. Teſtis, verſ. Teſtis ſtatim, & incontinenti, & verſ. ſequen. Farinac. de Teſtibus quæſt. 66. num. 128., & ſeqq. Argel. de Acquir. poſſeſſ. quæſt. 1. art. 13. n. 388. & ſeqq. Pax Jordan. Var. Lucubr. tom. 3. lib. 14. tit. 18. num. 1214. Albert. de Inteſtificat. in Judic. quæſt 34. n. 3. & ſeqq. & n. 7. & n. 12. & 13. Rot. divers. dec. 139. n. 2. par. 4. & apud Poſth. de Manuten. dec. 281. n. 4.*

Oſtenſo ex his, agros, de quibus agitur, fuiſſe comprehenſos in Locatione, non urget quòd Bertonus ex poſt,

d.

illos jure permutationis, & dominii recepit in Inſtrumento promiſſionis de permutando, eidem factæ de anno 1687., executioni poſtea demandatæ, mediante Inſtrumento effectivæ permutationis de anno 1691. Poſito enim præcedenti titulo Locationis, cujus vigore adeptus fuit controverſorum bonorum poſſeſſionem, ſi ipſe prætendit ex poſt ſibi tradita fuiſſe eadem bona titulo dominii, ex permutatione reſultante, & in illa fuiſſe comprehenſa, debet, id tamquam ſuæ intentionis fundamentum plenè, & concludenter probare: benè *Rot. coram Bich. dec.464. num.23.*, *& in Romana Commendarum 24. Januarii* 1701. §. *Quia autem, cor. Reverendiſſimo Molines*, adeout probationes dubiæ, & quæ ſint aliquo modo equivocæ, non admittantur contra Dominum Petrum, habentem ſuam intentionem fundatam in Apoca Locationis, benè
23 in his terminis *Rot. coram. Reg. dec.332. n.13. & 23.*

Tantum abeſt, quòd ex parte ipſius Bertoni hæc probatio adducta fuerit, ut potius conſtet de contrario, eadem enim hæc non dicitur in Inſtrumentis præfatis, ſed totum oppoſitum ex eis colligitur. In utroque quippe Inſtrumento, & in Supplicatione porrecta S. Celſitudini Regiæ pro faciendo permutatione, aſſeritur, promiſſionem de permutando, & effectivam permutationem, comprehendere debere eadem bona, præcedentèr vendita d. D. Petro: undè cum in venditione hac facta, comprehenſi non fuerint quatuor agri, de quibus agitur, nec minùs illi potuerunt includi in ſubſequenti permutatione, quæ eadem bona continere debebat, ut in fortioribus terminis benè
24 firmat *Lotter alleg.14. num.9.*, & tradit *Rota coram Cerro dec.30. ſub n.1. verſ. Sed hoc appellatio, & ſub num.2. verſ. argumentum.*

Non ſubſiſtente reſponſione, quòd D. Petrus illos agros etiam emerit, quia tale quid non concludit inſtrumentum venditionis, cum ipſo celebratum, & contrarium oſtendit ſubſecutus eventus, dum, ipſe licèt juxta prætenſionem D. Joannis Griffoli venditoris, exceſſerit in capiendo poſſeſſionem bonorum venditorum, nullatenùs adeptus fuit poſſeſſionem dd. quatuor agrorum, nec illos unquam petiit per ſpatium quatuor annorum, quibus poſſedit alia bona vendita, ut unanimitèr deponunt omnes teſtes, formitèr examinati à d. D. Petro ſuper Articulis *in reſponſione ad 4.* Et tamen ſi iſti agri eidem venditi fuiſſent, ſicuti fuit diligentiſſimus in accipiendo bona, quæ erat in controverſia an comprehenderentur in venditione, multò magis poſſeſſionem illorum capere curaſſet, nec permiſiſſet bona, ad
25 ſe jure dominii, & venditionis ſpectantia, per Griffolum retineri, vel alio ab ipſo locari, ut egregiè ponderat *Rota in rec. dec. 287. n.17. & 18. par.9. & deciſ.310. n.73. par.14. cor. Dunoz. Jund. dec.938 num.8. Bich. dec.464. ſub n.13. verſ.2. cum duobus ſeqq. & in Romana Domus 4. Julii 1696. §. Idipſum, cor. Eminentiſſimo D. Cardinali Caprara, & 1 Decembris 1699. §. Cæterum, coram b. m. Joannetto, & in Bononien. Prædii 1. Junii 1699. §. Fortius, coram R. P. D. meo Anſaldo, & in Romana Commendarum, & Fumandis 13. Aprilis* 1700. §. *Quod ſanè, & §. Altera, coram dell' Olmo, & 24. Januarii 1701. §. Sed tantum, coram Molines, & 1. Julii ejuſdem anni §. Præterea, cor. eodem, 20 Januarii 1702. §. Poſitiſſime, coram R. P. D. meo Anſaldo.* Aliàs dicendum eſſet, quòd D. Petrus voluerit inconſideratè jactare ſuum, & D. Griffolus retinere bona, ad ſe ipſum
26 non ſpectantia, quod præſumi non debet, præcipuè attenta perſonarum qualitate, ut in noſtris terminis *Rota cor. Dunoz. Sen. dec.183. num.17. Anſald. dicta dec.69. n.14. in rec. d. dec.310. n.73. part.14. poſt Paceon. de Locat. dec.3. §. Clariùs, in fine, juxta Venetam impreſſionem, & in d. Romana Commendarum 1. Julii 1701. §. Creſcitque, coram Molines, & 20. Januarii 1701. §. Et quidem, coram R. P. D. Anſaldo.*

Secunda circumſtantia deſumitur, ex quo Bertonus, licèt plurimas lites, & controverſias habuerit cum D. Griffolo venditore, terminatas die 23. *Auguſti* 1692. per ſententiam b. m. Alberici Galeotti, tunc pro S. C. R. in hac Civitate, & Domino Auditore Fiſcali, concernentes etiam res minimas, & exigui momenti, nunquam tamen in ca-

calore Litium, nec poſt, excitavit prætenſionem diminutionis penſionis, imo abſque reclamatione paſſus fuit, in eadem ſententia ſe condemnari ad ſolvendum integrum affictum ſcutorum 130. annuorum, donec duraſſet Locatio, eamdemque penſionem ſolvere convenit in nova Apoca Locat. ejus anni 1694. Ac proindè, ex non petita affictus diminutione, & ex conſenſu judicialitèr, & extrajudicialitèr præſtito ſolutioni integræ penſionis, mediante exburſatione integralis ſummæ, per totum tempus abſque ulla contradictione executioni demandato, reſultat potentiſſimum argumentum, quòd ſemper eadem bona fuerint in Locatione

17 comprehenſa, cum ſit imperceptibile, virum diligentem, & in Forenſibus materiis verſatum, voluiſſe eamdem penſionem ſolvere Locatori pro integro Prædio, ac pro illius parte, ut in ſpecie proſequitur *Rot. in Dimonen. Prædii coram Anſald. inter ſuas d. dec. 69. num. 14. confirmata 1. Julii 1699. §. In ſine quoque, & ſeq. coram Eodem, & 1. Julii 1700. §. Comprehenſio, prope ſinem, cor. Eminentiſs. D. meo Cardinali Caprara*, & pridem diſtrat *coram Dunoz. Sen. deciſ. 183 num. 27. poſt Paciun. de Locat. deciſ. 3. §. Clarius, in ſine, juxta Venetam Impreſſionem*, & quòd ex majori, vel

18 minori penſione arguatur quid fuerit comprehenſum in Locatione, *Paciun. de Locat. d. cap. 23. num. 5 Rot. coram Dunoz. Sen. d. dec. 183. ſub num. 26 in rec. diſta dec. 320. num. 58. part. 14. & in Romana Aſſiſtus 6. Junii 1701. §. Circumſtantia, & §. Hujuſmodi, coram Eminentiſs. della Tremoille*, ſicuti ex quantitate pretii arguitur comprehenſio totius Prædii, vel partis illius, in venditione, ut firmat

19 in propria materia, de qua agitur, *Menoch. conſ. 395. num. 16 Mantic. de Tacit. lib. 4. tit. 9. num. 8. & 11 Card. de Luc. de Legat. diſc. 61 num. 6 verſ. eadem ſatione. Altimar. de Nullitat. tom. 4. rubr. 1. par. 1. quæſt. 15. n. 630. Cyriac. contr. 161. num. 13 Paciun. Allegati Crud. 87. num. 5. Rot. Lucan. prætt Palm. dec 317. num. 10. Rota coram Regat dec. 332 num. 9. Dunoz. Jun. dec. 958. num. 9. Bich. dec. 607. n. 17. & dec. 644. num. 16. & in Dimonen. Prædii coram Anſald. d. dec. 69. num. 13. confirmata 2. Julii 1700. §. Præter etiam, coram Eminentiſs. Caprara, & in d. Romana Aſſiſtus §. Circumſtantia, Romana Commentorum, & Feminalis 13. Aprilis 1700. §. Quod ſane, coram dell'Olmo, 14. Januarii 1701. §. Sequenter, coram Eminentiſs. Molines, & 10. Januarii 1701. §. Addito, coram R. P. D. meo Anſaldo, & in Pernſina Cambiale Angeli 1. Junii 1703. §. Cæterùm, coram R. P. D. Sacrip*

Tertia eruitur probatio ex eo, quòd in dicto inſtrumento effectivæ permutationis, ſtipulato cum Bertono, narratur, eidem de anno 1687. promiſſam fuiſſe locationem Prædiorum *delle Maronne, e Bandine*, effectuatam poſtea de anno 1690. ibi - *convenerunt compenſandum eſſe cum penſionibus Prædii delle Maronne, e delle Bandine, ad d. Pupillum ſpectantium, locari promiſſorum, prout locata fuerunt d. D. de Bertonis* --, Et rurſus ibi -- *Et etiam ſupplementum, ſi quod aderit cum penſionibus Prædii delle Maronne, e Bandine* -- abſque eo quòd ullum minimum verbum factum fuerit de prædicta diſmembratione. Item in Apoca Locationis anni 1694. enunciatur Locatio, facta Bertono eorumdem Prædiorum *delle Maronne, e Bandine* per quinquennium, & prorogatur per aliud quinquennium, ſub eadem conventa penſione, eademque Locationis enunciativa, immò poſitiva illius confirmatio, facta fuit in §. *Prima che non s' intenda*, inſtrumenti celebrati occaſione ingreſſus in Religionem Patris Griſoli, ſine ulla diſmembrationis mentione. Si enim in inſtrumento permutationis voluiſſent Contrahentes, agros prædictos titulo locationis conceſſos, convenire, ut Bertono titulo permutationis, & dominii retinerentur, occaſione, qua mentio facta fuit de locatione Prædiorum *delle Maronne, e Bandine*, aliquid de hac diſmembratione agrorum prædictorum dictum fuiſſet. Cumque, nec in inſtrumento permutationis, neque in

20 aliis actibus, ſucceſſivè geſtis, aliquod verbum de hac diſmembratione factum fuerit, ſignum eſt, locationem reſictam fuiſſe in ſuo eſſe, cum comprehenſione Prædiorum prædictorum, omniumque illis annexorum, ex notatis per *Menoch. d. conſ. 337. n. 9. Cephal. conſ. 144. n. 6. Bellon. Jun. conſ. 10. ſub n. 30. & num. 31. Rot. coram Bich. cit. deciſ. 306. ſub n. 3.*

&

& in Romana Subhippoliti Theatri 22. Januarii 1700. coram Molines, impreſſa poſt Pacion. de Locat. dec 15. §. Immò, in Veneta impreſſione, & in Romana, ſeu Portuen. Terrarum 13 Februarii 1693. §. Apertis, cor. Reverendiſſimo Herrera

Quarta deſumitur, ex quo in §. 7. Inſtrumenti anni 1687., in quo fuit facta promiſſio de permutando bona, in ea deſcripta, cum Bertono, fuit conventum Prædium *di Moracce, e Bandite*, locari debere dicto Bertono, ut locata fuerunt de anno 1690., cum omnibus juribus, & pertinentiis, & cum quatuor agris, de quibus agitur, ac propterea impoſſibile eſt, quòd ita potuerint comprehendi in promiſſione de permutando, facta de eodem anno 1687., & ad actum reducta de anno 1691. Aliàs enim, in uno eodemque Inſtrumento,
31 eadem bona promiſſa fuiſſent Bertono titulo locationis, & permutationis, quod ad invicem repugnat, ex firmatis per *Rot. coram Bich. dec. 96. n. 6. in rec. dec. 240. n. 3. par. 17. & dec. 235. num. 21. par. 19. & in d. Romana Commendatarum 24. Januarii 1701. §. Præterquamquod, cor. Reverendiſſimo Molines.*

Quinta depromitur probatio ex depoſitionibus Teſtium, formiter examinatorum, uno ore aſſerentium, D. Bertonum habuiſſe, & retinuiſſe dd. agros ex cauſa Locationis, pro tempore, quo iſta duravit, ut patet ex eorumdem reſ-
32 ponſionibus *ad tertium Articulum*; quod cum ipſi ſcire potuerint, tanquam vicini, finitimarumque poſſeſſionum cultores, & ex quo continuò iverunt in loca controverſa ad paſcendum animalia, ut in *reſponſionibus ad 9. Interrogatorium, & ſeqq., & ſuper Articulis*, nec non ex publica voce, & fama, de qua ipſi in fine Articulorum teſtantur, plenè probant in hac materia in individuo *Sfort. Odd. conſ. 12. n. 24. & ſeqq. Pacion. de Locat. d. cap. 23. n. 74. Rot. coram Anſald. d. dec. 69. n. 9. & in Tiburtina Bonorum 9. Februarii 1703. §. Neque, coram Molines.*

Sexta demùm elicitur, ex eo quòd de anno 1705. idem P. Griffolus, qui permutationem fecit cum D. Bertono, agros controverſos ſpecificè, & nominatim ceſſit D. Petro Boninſegnio in tranſactione, cum ipſo celebrata, quam ceſſionem, nec ipſe Pater Griffolus feciſſet, nec D. Petrus dd. agros recepiſſet in compenſationem prætenſionum, quas ipſe habebat contra Patrem Griffolum, ſi verè dd. bona ad illum non ſpectaſſent, & fuiſſent precedentèr tradita Bertono in permutatione, cum eo facta. & licèt conventa in d. Inſtrumento tranſactionis non poſſint afficere Ber-
33 tonum, qui in eo non intervenit, nec ei præjudicare, tamen declaratio hæc, importans recognitionem veritatis, quando ex prædictis eſt veriſimilis, & aliundè adminiculata, valdè inſervit in re dubia pro interpretatione, & declaratione,
34 quæ etiam ex intervallo à vendente, donante, vel permutante fieri poteſt. *Rot. coram Dunoz. Jun. d. dec. 958. n. 10. Celſ. dec. 156. num. 13 & in recent. dec. 338. num. 5. part 3 dec. 401 num. 31. & ſeqq. part. 9., & poſt Conſtant. ad Statut. Urbis dec. 120 num. 22., & in Aſculana Prædii 14. Maji 1700. §. Finalis, coram R. P. D. Priolo.*

Quæ conjecturæ, quamvis ſingulæ de per ſe aliquam forſan pati poſſent dubietatem, nihilominus ſimul, & collectivè ſumptæ, optimè ſuffragantur ad intentum, vel ſaltem ad reddendas turbidas probationes Bertoni, qui habet onus juſtificandi aſſertam diſmembrationem, cum in materia conjecturali, & interpretativa, paſſim ſit recepta pro-
35 poſitio, ut ſingula quæ non proſunt, unita juvent, de qua *Rota coram Priolo dec. 219. num. 13. Celſ. dec. 176. n. 19. & dec. 229. num. 22. coram Bich. dec. 287. num. 32. cor. Emerix Jun. dec. 161. n. 35. & dec. 403. num. 15. in rec. dec. 377. n. 9. & dec. 605. n. 13. part. 19.*

In nihilo relevante, quòd in dicto Inſtrumento promiſſionis de permutando promiſſi fuerint Bertono omnes agri, terræ, & nemora *ſpezzate*, ſub cujus nomine prætenditur venire illos quatuor agros, qui non ſunt de juribus alicujus Prædii. Quoniam ex triplici ratione detegitur objecti inſubſiſtentia. Et primò quia, cum ex ſuperius deductis conſtet, dictos quatuor agros eſſe de juribus, & pertinentiis Prædii *delle Bandite*, non poſſunt comprehendi ſub nomine terrarum, & nemorum *ſpezzate*: Terræ enim, & Agri, alicui Prædio annexi, ſunt de pertinentiis illius, etiam-

36 ſi ſint ab eo diſjuncti, & ſeparati, ut
probant Authoritates ſupra relatæ n.3.
& ſeqq.

Secundo quia, cum hæc eadem præ-
ciſa verba conceſſionis, poſita in Inſtru-
mento favore D. Bertoni, fuerint ad
unguem tranſcripta ab Inſtrumento
venditionis, factæ d. D. Petro, ſicut in
illo non potuerunt operari comprehen-
ſionem controverſorum agrorum, qui
37 per quatuor annos ante quàm venditio
reſcinderetur, nunquam fuerunt præ-
tenſi, nec poſſeſſi à Domino Petro, ita
nec inducere poſſunt illorum compre-
henſionem in Inſtrumento Bertoni, cum
verba in uno ſenſu accepta in aliquo
Inſtrumento à contrahentibus, in eadem
ſignificatione capi debeant in alio, ex
regula, quòd unum Inſtrumentum ſup-
pletur, & declaratur per aliud. *Cra-
vett. conſ.*231. *num.*12. *Rot. coram Cer-
38 ro. dec.*1017. *num.*14. & *in rec. dec.*613.
*num.*11 *part.*5. & *dec.*197. *n.*19. *part.*8.
& proſequitur in noſtris terminis *Rot.
in ſæpe citata Bononien. Prædii* 5. *Julii*
1700. §. *Minùſque, coram Eminentiſſimo
D. Cardinali Caprara*.

Tertia quia D. Bertonus in Articulis,
ab ipſo in Rota productis die 15. *Julii*
1706. *litera D.*, faſſus fuit, agros, de
quibus agitur, eſſe de annexis, & per-
tinentiis Prædii *della Caſa nuova*, Un-
39 de non poteſt hodie opponere illos
dici terras, & agros *ſpeŗʒati*. Abſque
eo quòd obeſſe valeat reſponſio, Arti-
culantem non fateri in Articulis con-
tenta, quia licèt hoc verum ſit, nega-
ri tamen non poteſt, Articulos inſervi-
re pro vehementi adminiculo veritatis
contentorum in eis, cum illi non ſo-
leant fieri ſine magna conſideratione,
40 maximè à Procuratore in cauſa propria.
*Rot. Florent. poſt tom.*3. *Summ. Sabell.
cap.*1. *num.*4. *Addit. ad Pamphil. dec.*501.
*num.*11. & *dec.*573. *num.*16. *Rot. coram
Priolo dec* 348. *num.*13. & *in rec. dec.*123.
*num.*10. *part.*17., aliiſque adductis in
Summ. Locationis ſuper liquidatione 21.
Junii currentis anni §. *Adducebant, coram
Me*, inter impreſſas *dec.*24. *n.*1.

Et quando fuerunt producti cum
clauſula — *che la verità ſia*, & *c* —, &
ſuper eis examinati teſtes, illorum-
que examen productum ab Articulan-
41 te, plenam probationem facere, tradit
*Surd. conſ.*103. *num.*18. *Paſtell. expedit.*
85. *num.*14. *Magon. dec. Florent* 55. *n.*6.
& 7. *cum aliis in d. Summ. Locationis* §.
Immò, cor. Me, quæ eſt ſupra in ordine
de 24. *n.*2.

Poſito itaque, quòd in permutatio-
ne, facta cum Domino Bertono, non
ſint comprehenſi agri, de quibus agitur,
ſuo marte fuit objectum, deſumptum
ab exceptione Prædii *della Morecce*, &
42 bonorum Emphyteuticorum Commu-
nitatis, quaſi quòd ex hoc inferatur,
omnia alia bona, non exceptuata, fuiſ-
ſe comprehenſa in permutatione, ex
regula, quòd exceptio in non exceptis
firmat regulam, & facit ſub ea eſſe
comprehenſa; tum quia, cum in caſu
præſenti probetur, agros prædictos non
fuiſſe incluſos in permutatione facta
cum Bertono, immò poſitivè excluſos,
exceptio iſta non poteſt operari am-
43 pliationem conceſſionis ad bona præ-
fata, ut limitando regulam tradit
*Baldus conſ.*331. *lib.*5. *Decius conſ.*151.
*num.*36. & 37. *Everard. in loc. ab excep-
tione ad regulam, num.*1. *Palma Neapol al-
leg.*136. *num.*6. *ubi plures alios refert. Ro-
te Lucen. apud eum alleg.*137. *n.*18. *Bar-
boſ. axiom.*85. *num.*4. *verſ. ubi intelligit*,
& *num.*7. *in fine. Poſth. reſolut. Crivel.*136.
*num.*19. *cum num. ſeqq.* benè *Rot. coram
Emerix Sen. dec.*61. *num.*4. & 5. repetita
*in rec. dec.*131. *num.*4. & 5. *part.*14., &
*dec.*518. *num.*31. & 32 *part* 19. & egre-
giè in his terminis *in ſæpe citata Roma-
na Aſſiſtae* 6. *Junii* 1701. §. *His ita, co-
ram Eminentiſſimo della Tremoille*, ubi
receditur à præcedenti *Deciſione* con-
traria, & ita limitatur ſupradicta re-
gula in dicta prima *Deciſione* admiſſa.

Tum etiam quia, cum in Inſtrumen-
to venditionis factæ D. Petro, hæc ea-
dem præciſa verba exceptuativa fuerint
appoſita, in eum ſenſum accepta, ut
non importent comprehenſionem con-
troverſorum agrorum, ita in eundem
44 ſenſum accipi debent in Inſtrumento
permutationis factæ cum D. Bertono,
ut proſequitur *Rot. in rec d. dec.*518.
*num.*33. *part.*19.

Tum demum quia, cum ex uſu, &
deſtinatione Patrisfamilias, iſti agri ſint
annexi, & de appendiciis Prædii *delle
Bondite*, titulo Emphyteotico à P. Joan-
ne Griffolo retenti, dicuntur in exce-

ptua-

ptuatione comprehenſi, cum veniant appellatione rei principalis, cujus ſunt acceſſoria, *ad text. in l. ſi quando 31. ff. de auro, & argent. legat. Epiſc. Rocc.*
45 *diſput.33.n.15. & ſeqq.* ubi adducit concordantes. *Antonell. de Loc. Legal. lib.2. cap.7. num.11. Surd. dec.241. n.7. & ſeqq., & ſub num.23.*, & cum aliunde conſtet de voluntate contrahentium compre-
46 hendendi agros controverſos in Locatione, non autem in Permutatione, expreſſio bonorum Emphyteuticorum cenſetur facta demonſtrativè, & quia illa principalitèr conſtituebant Prædium *delle Bandite*, non taxativè, ut in proximis terminis *Pacion. de Locat. citat. cap.23. n.6. 7. & 14. Rot. coram Cerro d. dec.397 num.5. Anſald. d. dec.69. n.5. & ſeqq.*, ubi plures alios refert, *confirmata 2. Julii 1700. §. Comprehenſio, in fine, coram Eminentiſſimo D. Cardinali Caprara.*

Sic etiam non urget, quòd Pater Griffolus, in Inſtrumento promiſſionis de vendendo, convenerit vendere Bertono Prædium *delle Moriccie*, & Bona Emphyteotica Communitatis, non autem Prædium *delle Bandite*, ut in §.11. Inſtrumenti, celebrati anno 1687.. Quia ultra quod ex promiſſione vendendi bona Emphyteotica Communitatis, non infertur alia bona debuiſſe tradi Bertono in permutatione. Urget reſpon-
47 ſio, quòd cum in eodem §.11. Inſtrumenti, poſt promiſſionem venditionis bonorum Emphyteuticorum, dictum fuerit *Sicut & quæcunque alia bona, ſi quæ haberet d. D. Pupillus in d. Communitate Podii S. Cæcilia, pro pretio declarando*; ex hoc eruitur, quòd Tutrix, & Griffolus tunc Pupillus, dubitarunt de hac expreſſione, utque oſtenderent, ſe ſe ad dicta bona Emphyteotica reſtringere noluiſſe, ſubjunxerunt alia verba *Et quæcumque alia bona, ſi quæ haberet*; quæ ſubjunctio, ſapiens dubitationem,
48 ac incertitudinem, excludit reſtrictionem ad bona Emphyteotica, & operatur, ut in promiſſione de vendendo, cenſeri debeant comprehenſa omnia alia bona, quæ in futurum, & de tempore effectivæ venditionis juſtificarentur adeſſe, ultra Emphyteotica, in Inſtrumento ſpecificata. *Larrea alleg.14. n.2. & ſeqq. Caldas de Emption. cap.21. n.20. Altimar. de Nullit. Contract. tom.4. rub.1. part.2. d. q.15. n.676. Pacion. Allegat. Civil.116. num.7.* & meliùs *Rot. in ſæpè citata Bononien. Prædii 1. Junii 1699. §. Neque, & §. Circa, coram R.P.D. meo Anſald., & 2. Julii 1700. §. Comprehenſio, in fin., cor. Eminentiſſimo Caprara.*

Signantèr quia ex poſt in Inſtrumento, celebrato occaſione ingreſſus in Religionem P. Griffoli venditoris, in quo confirmata fuit promiſſio de vendendo, facta D. de Bertonis, fuerunt adhibita verba generalia Prædiorum *delle Moriccie, e Bandite*, ibi *Li Poderi di Moriccie, e Bandite*; quæ generalitas verborum
49 clariùs demonſtrat, promiſſionem de vendendo bona Emphyteotica, vigore Inſtrumenti anni 1687., ſtare demonſtrativè, illamque comprehendere omnes agros, & terras, ex deſtinatione Patrisfamilias contentas ſub nomine Poderi, ex authoritatibus ſupracitatis.

Et ita utraque Parte informante reſolutum fuit &c.

Senen. Cambii.

Sabbathi 8. Octobris 1707.

ARGUMENTUM.

Simplex diſdicta, facta, & acceptata ad formam initæ conventionis, non extinguit Cambium, ſed uſque ad effectivam ſortis reſtitutionem vivum remanet, & fructiferum, etiamſi onus cambiandi Debitori fuerit injunctum.

SUMMARIUM.

1 *Extrema Salviani ſunt, creditum cum hypotheca, poſſeſſio bonorum apud Debitorem de tempore contracti debiti, & moderna penes Reum conventum.*
Quibus probatis Creditori competit immiſſio ibidem.
Diſdicta reſpicit favorem Debitoris, & Creditoris; primi, ut pecuniam reſtituendam, ſecundi, ut inveſtimentum reperiat n.3.
2 *Diſdicta ſecuta, & à Partibus acceptata, Cambium extinguitur.*
Diſdicta ſi ſit verbalis, abſque effectiva ſortis reſtitutione extinctio non ſequitur, & n. ſeqq. & per totum, *ubi pleniſſimè.*
3 *Quod pariter contingit in Cenſu, quo non*

obſtante diſdicta, hinc indè acceptata, uſque ad pecuniæ ſolutionem remanet viuus.

6 *Amplia, licèt pro effectuatione diſdictæ pars ſortis fuerit reſtituta.*

7 *Nec ſufficit inſtantia facta per Creditorem, vel mandatum, graduſque in ſententia graduatoria pro reſtitutione ſortis obtentus.*

8 *Immò nec actualis bonorum aſſignatio, facta pro Cenſus extinctione, effectum realis ſolutionis non ſortita.*

9 *A' Cenſu ad Cambium in ſubjecta materia valet argumentum, ex ratione, de quo n. ſeqq.*

10 *In extinctione Cambij, prout in Cenſu, tradittio pecuniæ debet interuenire.*

11 *Et eodem pacto in utrouſque diſſolutione diſdicta verbalis non operatur, ſi pecunia effectiuè non reſtituatur.*

12 *Alioquin quippe remanet ſine effectu, & nihil ponit in eſſe.*

13 *Onere cambiandi Debitori injuncto, videtur ex ſimplici diſdicta Cambium extinctum, quaſi mandatum cambiandi per diſdictam fuerit reuocatum.*

Contra nu n. 15. & ſeqq. & num. 17. & 23. & ſeqq. *ubi plenè.*

14 *Prout diſdicta ſimplex facit ceſſare fructus in ſocietate in genere, & in ſocietate Officij.*

Sed inapplicabilis oſtenditur hæc paritas, ut infra n. 29. 30. & 31.

15 *Creditor, ex onere ſibi injuncto, pecunias ad nundinas tranſmittens, ſe gerit tanquam Procurator Debitoris.*

16 *Arguitur in propoſito ex rationis identitate, a caſu, quo Creditor aſſumpſerit onus cambiandi, ad aliud, quo Debitori fuerit injunctum.*

18 *Diſdicta non ſtatim extinguit Cambium, ſed relinquit, durante tempore ad reſtitutionem ſortis deſignato, viuum, & fructiferum.*

19 *Proindè extinctio Cambij non illicò ſequitur per diſdictam, ſed cadit in termino præfixo reſtitutioni pecuniæ.*

20 *Et lapſus termini, cum effectiua reſtitutione, extinctionem operatur.*

21 *Debitor, habens onus Cambiandi, ſolitus ante diſdictam non cambiare, & pati curſum damnorum, & intereſſe, eo magis poſt diſdictam ad id adſtringitur, ob conuentam ſortis reſtitutionem non adimpletam.*

22 R. P. D. Anſaldus, Sacræ Rotę Romanę Auditor, *laudatur.*

23 *Creditor petiſcens diſdictam pro reuocatione mandati ad Cambiandum, intelligitur ſub conditione effectiuæ ſolutionis, & non aliter.*

24 *Onus Cambiandi injunctum debitori, non pro unica vice, ſed pro ulterioribus Cambijs, intelligitur uſque ad extinctionem.*

25 *Et importat mandatum in gratiam Creditoris, quo ad ipſum irreuocabile, & neceſſarium,* & num. ſeqq.

26 *Quod Debitor uſque ad omnimodam ſatisfactionem nequit excutere.*

27 *Tale onus cambiandi importat ſuſceptionem facti, in quo ob non factum ſuccedit obligatio ad intereſſe.*

28 *Si diſdicta non effectuata ſufficeret pro extinguendo Cambio, verſuti debitores promptè facerent diſdictam, & nunquam ſortem reſtituerent, & ſic eſſet aperta via fraudibus.*

29 *Diſdicta in ſocietate in genere facit ceſſare curſum fructuum, quia illa continet mandatum voluntarium, quandocunque reuocabile; onus verò cambiandi à debitore ſuſceptum, continet mandatum, & factum neceſſarium, & irreuocabile,* & n. 30.

31 *Sic etiam per diſdictam in ſocietate Officij ceſſant fructus, quia iſti debentur ob viræ periculum, quo ceſſante per diſdictam, & fructus ceſſant; quod verificatur in Debitore cambiante, faciente diſdictam, & non reſtituente ſortem.*

32 *Aſſumptio oneris cambiandi uſque ad ſortis extinctionem, efficit, ut uſque dum integrè reſtitutio ſequatur, fructus currant.*

33 *Et iſto caſu licèt expiret terminus præfixus ad cambiandum, durat tamen facultas, & currunt fructus uſque ad integram ſatisfactionem.*

34 *Niſi adſit deſignatio certi temporis cum verbis taxatiuis,* & n. 34.

Contraria Auctoritates declarantur n. 33. & ſeqq.

35 *Et quando apparent fructus promiſſi uſque ad ſortis reſtitutionem, diſdicta, reſtitutione non ſecuta, Cambium non extinguit.*

Nec conſetur Debitori reuocatum mandatum ad cambiandum n. 37. & 38.

Maximè ſi dictum ſit uſque ad ſortis reſti-

ſtitutionem, quia dictis uſque ſtat incluſivè n. 38.

36 *Et id, quamvis diſdicta admitteretur conventa pro diſſolutione negociationis, quia nihilominus ſemper intelligitur de reali, & effectuata cum ſolutione.*

39 *Item ſine reſtitutione ſortis diſdicta non operatur extinctionem, ſi pro diſſolvendo Cambio, inter Partes conventa fuit copulativè diſdicta, & reſtitutio ſortis in fine termini, appoſiti in diſdicta.*

40 *Nam dictio copulativa requirit concurſum utriuſque ex copulatis.*

41 *Item non operatur diſdicta extinctionem, ſi facultas fuit conceſſa Creditori, tranſacto tempore in diſdicta ſtatuto, ſortem pro libito repetendi, nam ex hoc arguitur ad fructuum continuationem uſque ad exercitium ejuſdem facultatis.*

42 *Præcipuè ſi tantum adiectus fuerit, debitorem teneri ad ſolvendos omnes fructus decurſos, & non ſolutos.*

43 *Iſtoque caſu, non tantùm veniunt fructus decurſi intra terminum diſdictæ, ſed poſt etiam, uſque ad integram ſortis reſtitutionem.*

44 *Fortius, ſi relativè ad conventionem ſuperiorem fructus conventi ſunt, uſque ad integram ſortis reſtitutionem.*

45 *Relatio namque ad ſuperiorem generalem obligationem ſolutionis ſortis, & fructuum, in caſu diſdictæ, uſque ad extinctionem ſortis, operatur repetitionem obligationis ſolvendi fructus, etiam poſt diſdictam, donec integraliter fuerit reſtituta ſors.*

46 *Promiſſio ampla ſolvendi omnes fructus, uſque ad ſortis reſtitutionem decurſos, non valet reſtringi ad decurſos infra breve diſdictæ terminum.*

47 *Sed comprehendit decurſos quoque poſt diſdictam, uſque ad ſortis reſtitutionem.*

48 *Major ratio militat pro obligando Debitore ad fructus Cambii poſt diſdictam, quàm ante, ob adiectam moram.*

49 *Conſtito ex verbis diſdictæ, finem diſdicentis fuiſſe, ſortem repetere, diſdicta, dicto effectu non ſecuto, habetur pro non facta.*

50 *Si effectus eſt à Partibus conſideratus, ſimplex factum non meretur attendi.*

51 *Obſervantia ex facto Partium in iis, quæ concernunt ſubſtantiam Cambii, non attenditur.*

52 *Sed reputatur efficaciſſima probatio, ad dotationem, vel ceſſationem Cambiorum diſcernendam.*

55 *Novatio ob proteſtationes, & interpellationes de novo factas, ex clauſulis præſervativis excluditur.*

56 *Prout nec inducitur ex ſententia, ſi jura fuerint reſervata quoad alias actio petita.*

DECISIO XXII.

INDIGENS pecuniis Nob. D. Baro Joannes Cerbonius Senior, mutuo recepit a Nob. D. Lælio Griffoli ſummam ſcutor. 5000. monetæ, quæ ſubinde in Apoca privata diei 20. Aprilis 1648. faſſus fuit recepiſſe ad Cambium, & in ſe onus aſſumpſit pecunias receptas girandi, vel girare faciendi per nundinas, fructuſque, ſeu utilia perſolvendi ad rationem ſcutorum quinque pro quolibet centenario, & anno, uſque ad totalem extinctionem ſortis, adeout iſta non ſecuta, ad evitandam ſolutionem fructuum nunquam poſſet debitor excuſari, quòd pecunias otioſas retinuerit, ex quavis occaſione, vel cauſa; caſu verò, quo aliqua ex Partibus nollet ampliùs continuare in contractu, inter ipſas geſto, teneretur per tres menſes ante facere diſdictam, dictoque tempore elapſo, deberet Baro Joannes reſtituere d. ſcuta 5000. cum omnibus utilibus decurſis, & non ſolutis, modo, & forma, & ad rationem, ut ſupra.

In executionem propriæ obligationis Baro Joannes præfatus à die contracti debiti uſque ad annum 1661., quo vixit, fructus punctualitèr perſolvit ad rationem conventam, eo autem defuncto, fuit de conſenſu utriuſque Partis de anno 1662. facta, & acceptata diſdicta, ad effectum deveniendi ad ſortis reſtitutionem. Sed deficientibus in ea debitoris Hæredibus, Nob. D. Catharina Cajetana, filia, & hæres univerſalis d. q. D. Lælii Griffoli Creditoris, tunc tem-

po-

poris pupillæ, ejuſque D. Tutor, ſententiam obtinuerunt pro eorumdem fructuum ſolutione uſque ad diem diſdictæ, reſervatis Juribus agendi pro illis poſt diſdictam decurſis, quos ſucceſſivè perſolverunt debitoris Hæredes uſque ad annum 1664., plureſque alias exactiones fecit ad computum d. ſui crediti d. D. Catharina Cajetana, nupta poſtmodum Nob. D. Franciſco Piccolomineo.

Quibus non obſtantibus, prætendens eadem D. Catharina ſe remanere creditricem conſiderabilis ſummæ ſortis, & fructuum, poſt diſdictam decurſorum, judicium inſtituit contra Nob. D. Baronem Joannem juniorem de Cerbonis, aliosque litis Conſortes, tamquam poſſeſſores plurium bonorum ſtabilium, ad eundem Baronem Joannem ſeniorem ſpectantium, inſtans illos condemnari ad ſibi dimittendum, & relaxandum d. bona ab eis poſſeſſa, ad hoc ut ipſa poſſet cum eorum fructibus, vel retractu, de d. ſuo credito ſatisfieri. Cauſaque delegata per S.C.R. Magiſtratus Curiæ Placiti, cum Voto noſtro deciſivo, concluſimus dandam eſſe d. D. Catharinæ immiſſionem juxta modum, & pro quantitate, inferiùs exprimenda.

Conſtitit quippe concurrere omnia extrema neceſſaria, ad hunc effectum requiſita. Creditum namque cum hypotheca ex memorata Scriptura anni 1648. reſultat poſſeſſio antiqua bonorum, de quibus agitur, penes Baronem Joannem debitorem de tempore contracti debiti, & moderna penes DD. Reos conventos, probatur ex litis ſubſtantatione, & depoſitionibus quatuor Teſtium conteſtium, quibus extremis probatis, immiſſio pro ſuo credito D.
1 Catharinæ Cajetanæ denegari non valet. *Bart. in l. rem alienam ff. de pignorat. actione. Rot. poſt Pacifſi. de Salv. Interd. dec. 5. n. 8. & dec. 13. n. 3. coram. dec. 425. num. 3. dec. 681. num. 1. dec. 771. num. 2. part. 18.*

Non refragantibus duobus objectis, quæ adducebantur pro parte D. Baronis Cerboni, aliorumque Colliitigantium, ad evitandam ſolutionem fructuum. Primum nempe, quòd onus, ſeu mandatum cambiandi, aſſumptum per D. Baronem Joannem Cerbonium, expiraverit de anno 1661., quo fuit facta recipro-
2 ca diſdicta, utrinque à Partibus acceptata. alterum, quòd prædictum cambium remanſerit extinctum poſt lapſum triennii, attenta Conſtitutione S.C. Regiæ, publicata anno 1619., & inſerta in Volumine Statutorum Mercantiæ *poſt cap. 92. diſt. 2.*, interdicente curſum cambiorum ultra triennium, cum expreſſa derogatione cujuſvis pactionis, & conventionis in contrarium, quaſtante, fructus elapſo triennio ampliùs decurrere non potuerint, & exacti debeant imputari in creditum ſortis.

Etenim, reſpectu primi objecti, illud deficere viſum fuit, ſive inſpiciatur Juris diſpoſitio, & natura diſdictæ, ſive verba contenta in Apoca. Et ſanè ponderata natura diſdictæ, cum enim iſta requiratur ad hoc, ut debitor poſſit intra tempus diſdictæ pecuniam invenire pro ſatisfaciendo ſuo debito, & ut creditor poſſit ſe de novo inveſti-
3 mento providere, nè pecuniæ otioſæ remaneant, & nè ipſe ſit in damno, ex firmatis per *Salgad. in Labyr. Credit. par. 2. cap. 29. ſub num. 48. & 58. Bonacin. Oper. Moral. tom. 2. de contract. diſp. 3. quæſt. 4. punct. unic. num. 41. Crot. de Conſ. q. 203. num. 18. & ſub num. 20. verſ. caterum, & quæſt. 171. num. 1. Rot. poſt eum dec. 558. num. 11. & coram Seraphin. dec. 1413. n. 2.*, & ſuper hac eadem Apoca ſcribens *Manſ. conſult. 707. ſub num. 12.*, eo ipſo quòd facta diſdicta, ex mente debitoris in reſtituendo ſummam debitam non ſequitur effectus, & finis, propter quem diſdicta fuit inventa, iſta remanet idealis, verbalis, & ineffe-
4 ctuata, & per conſequens nihil ponit in eſſe, ut in puncto, quòd ſimplex diſdicta, vel declaratio creditoris repetendi ſortem, mediante ſuſceptione mandati, illiuſque executione, & termini ſuſcepti à debitore ad ſolvendum, non extinguat Cambium, ſed neceſſaria ſit effectiva reſtitutio pecuniæ, *Rot. in rec. dec. 174. num. 9. & 11. part. 5. coram Peutung. dec. 9. num. 2. cum quatuor ſeqq. & coram Merlin. dec. 636. num. 19. & ſeqq. & poſt Card. de Luc. de Uſur. in Mantiſſa dec. 3. num. 9. & ſeqq.* & egregiè in *Romana Cambii 14. Junii 1706. §. Minùs, coram Scotto*, ibi — Minùs relevat, quòd ſaltem ab anno 1691.
„ quo Bancus prævia diſdicta declara-
„ vit,

„ rit, nolle ampliùs in cambio conti-
„ nuare, contractus diceretur reſolutus,
„ & conſequenter fructus fuerint ab il-
„ la die indebitè exacti: tum quia diſ-
„ dicta fuit facta à Procuratore,
„ non habente ſpeciale mandatum
„ Procuræ, &c. tum etiam quia cum in
„ Inſtrumento Cambii Marchio Cæſar
„ promiſerit pecuniam receptam cam-
„ biare, & recambiare, & fructus Cam-
„ bii ſolvere uſque ad integram reſti-
„ tutionem capitalis, ſola diſdicta non
„ potuit ſiſtere curſum uſurarum, niſi
„ inſimul effectiva reſtitutio capitalis
„ ſequatur, ut in puncto probat *Rot.*
„ *dec.530. num.8. & duabus ſeqq. poſt*
„ *Conc. de Cenſ. & dec.888. num.6. coram*
„ *Emerix Juniore*, & ratio eſt, quia li-
„ cèt diſdicta importet declarationem
„ animi creditoris recedendi à contra-
„ ctu, tamen ſi debitor ſortem princi-
„ palem non reſtituat, ſemper dicitur
„ in mora, ratione cujus tenetur ad fru-
„ ctus, cum propria mora nemini
„ prodeſſe debeat, ut ponderavit *Rot.*
„ *in dec. &c.* & ſuper hac eadem Apoca
„ conſuluit *Menſ. d. conſult.797. ex n.9.*
„ *uſque ad 16.*

Et in proximis terminis Cenſus, quòd pro illius extinctione non ſit ſufficiens ſimplex diſdicta, facta per debitorem, ſortem Cenſus reſtituere offerentem, & acceptata per creditorem, paratum ad recipiendum, niſi infra
5 tempus præſcriptum ſponte, vel mediante coactione, pecunia reſtituatur, aliàs Cenſus ſemper remaneat vivus, & fructiferus, *Duard. de Cenſ. §.6. quæſt.8. num.1. & 3. Gall. de Fruct. diſp.4. art.3. num.155. & ſeqq. Card. de Luc. de Cenſ. in Summ. n.65. Conc. eod. Tract. quæſt. 197. num.10. verſ. quod tamen, & quæſt. 111. num.46. verſ. nec videtur. Rot. poſt Rom dec 362. num.3. & dec 539. num.9. coram Peutinger. dec 60. num.4. Merlin. dec.821. num.11. Bich. dec.114. num.33. & in rec. dec.274. num.12 part 5. & in Terriciana Cenſus 1694. §. Quoniam, coram Pio, impreſſa ad ornatum Card. de Luc. dec.31 tom.3 & in d. Romana Cambii 14. Junii 1706. §. Et ratio, coram Scotto*, & in fortioribus terminis, quòd effectiva-
6 rio diſdictæ, mediante reſtitutione partis ſortis, non operetur extinctionem totius Cenſus, *Gall. de Fruct. diſp.4. art.3. num.158. verſ. declaro ſecundò. Rot. coram Merlin. d. dec.821. num.10. & ſeqq. Bich. dec.114. num.34. ubi concordantes*, & quòd non ſufficiat inſtantia creditoris pro ſorte, quòdque iſte petierit, & obtinuerit pro ea mandatum, ſeu gradum in ſententia Concurſus, immò adjudi-
7 cationem bonorum pro ea, niſi actualis ſequatur ſatisfactio, vel per creditorem ſteterit, quo minus illam conſequatur, firmat in terminis inſtantię factæ pro ſorte *Rot. poſt Franon. ad Statut. Urbis dec.147. §. Non obſtat, & in d. Terriciana Cenſus coram Pio, §. Quoniam, poſt Card. De Luc. de Cenſ. dec.31.* de mandato, pro ea obtento, *Cyriac. contr. 500. num.37. Rodulphin. in Prax. part.3. cap.5. num.366. De Luc. de Cenſ. diſc.25. n.11. Thomat. dec. Marchi 30. num.15. Addit. ad Merat. dec.645. num.14. Rot. poſt Conc. de Cenſ. dec.451. num.1. dec 453. num.6. & dec.530. num.9. coram Coccin. dec.1740. num.2. & 3. Dunoz. Sen. dec.180. num.1. in rec. dec.56. num.3. part.1. dec.178. n.10. & ſeqq. & num.15. & ſeqq. part.5. & in Lucana Salviatis 1686. §. Cenſus, cor. Ranbaldeo, impreſſa ad ornatum Card. de Luc. num.5. de Cenſ. dec.22. & in Romana Cenſus 28. Januarii 1692. §. Non jvvante, & ſeq. coram clar. mem. Card. Cavalleriino, confirmata de anno 1700. coram Eminentiſſ. D. Card. Caprara, impreſſa inter deciſ. Lucen. diverſor. collect. per Palma Nepot. dec.391. num.4. Romana Salviani ſive Cœnobium 27. Januarii 1693. §. Creditum, coram Reverendiſſ. Herwards Romana Cenſus 26. Junii 1705. §. Animadvertebant, coram Omania* de ſententia graduatoris, quòd ſine reſtitutione pecuniæ non ſufficiat ad Cenſum extinguendum, *Antonell. conſ.48. num.7. Poſth. de Manutent. obſer.64. num.7. Salgad. in Labyr. Credit. part.2. cap.17. num.31. R.P.D. meus Anſald. de Commerc. & Mercat. diſc. conſ.87. ſub num.30.* qui ſcripſit in alia Cauſa Senen. *Rot. coram Cavalier. dec.328. ſub num.1. Bich. dec.634. num.41. Prael. dec.193. num.10. in rec. dec 278. num.3. & 4. par.5. & in d. Lucen. Salviatis §. Aut attenditur d. Terriciana Cenſus §. Quoniam, & in Romana Immiſſionis 6. Junii 1701. §. Et denique, coram R.P.D. Priolo Romana Salviani 17 Februarii 1701. §. Non tamen refragatur, coram Reverendiſſ. Molinari, & in Licien. Salviani 8. Martii 1706.*

§. Fal-

§. *Fallente, cor. R.P.D. Anſaldo*: de aſſignatione effectuum pro Cenſus extin-
8 ctione facta, niſi conſtet talem aſſignationem fuiſſe effectuatam mediante ſolutione, vel ex culpa creditoris effectuationem non proceſſiſſe, *Rodolph. in Prax. par. 3. cap. 5. num. 366. Cenc. de Cenſ. q. 107. num. 13. & ſeq. Salgad. in Labyrint. Credit. part. 1. cap. 17. n. 33. Cyriac. contr. 300. num. 40. De Luc. de Cenſ. diſc. 15. num. 4. Rot. coram Cavaler. dec. 71. num. 2. in rec. dec. 278. num. 14. part. 5. poſt Cenc. de Cenſib. deciſ. 106. num. 1. & in Romana Cenſus 27. Maji 1694. §. Reſponſiom, coram Moro.*

Quæ Auctoritates, loquentes de Cenſu, optimè applicantur Cambio, cum ad effectum, ut ceſſet curſus fructuum, ob declaratam voluntatem creditoris
9 repetendi ſortem, Cambium cum Cenſu æquiparari, ponderavit in ſpecie *Rot. d. dec. 274. num. 9. & 12. part. 5. coram Peutinger. d. dec. 9. num. 3. & 4. & in Romana Cambii 15. Decembris 1701. §. fin. cor. Eminentiſs. D. Card. Caprara, & in d. Romana Cambii 14. Junii 1706. §. Et ratio, coram R.P.D. Scotto*, ibi -- Exemplo „ Cenſus, in quo licèt per diſdictam factam à debitore, & mandatum pro ſorte à creditore expeditum, declaretur animus utriuſque contrahentis pro extinctione ejuſdem, nihilominus ſi effectiva ſortis reſtitutio ſequi non poſſit, ob impedimenta præſtita per debitorem, vel ex quo ejus bona ſunt ſtricata, non ceſſat curſus fructuum, qui debentur uſque quo, vel ſors fuerit reſtituta, vel per creditorem ſteterit, quin illam exigat. „ *Card. de Luc. &c.*

Idque ea innititur ratione, quia ſicut ad conſtituendum in eſſe Cenſum, & Cambium, non ſufficit ſimplex conſenſus partium, ſed requiritur etiam
10 pecunia, qua deficiente non poteſt quis inhærere contractui, ob non adimpleta ex parte ſua promiſſa in contractu, ut de Cenſu diſponit notiſſima Conſtitutio Pii V., & de Cambio tradunt *Turr. de Camb. diſp. 2. quæſt. 2. num. 1. & ſeqq. Urceol. dec. 44. n. 4. Rot. in rec. dec. 74. num. 9. par. 19.* ita pro illorum diſſolutione, & extinctione, ſatis eſſe non poteſt ſimplex conſenſus, & voluntas contrahentium, niſi copulativè concurrat
11 reſtitutio effectiva pecuniæ, ſine qua ob non adimpleta promiſſa in caſu diſtractus, prætendi non poteſt eveniſſe caſum diſtractus, ut in ſpecie arguit *Cenc. de Cenſ. quæſt. 103. num. 13. verſ. nunc ſerat Scacc. de Camb. §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampl. 8. ſub num. 141. verſ. quarta quod, & n. 142 Rot. in rec. d. dec. 278. n. 13. par. 5. & coram Seraph. dec. 890. n. 1. Merlin. dec. 822. n. 1. & ſeqq.*

Reſtitutione enim pecuniæ non ſecuta, diſdicta remanet ſine effectu, &
12 tanquam talis nihil ponit in eſſe, cum actus ineffectuatus habeatur, ac ſi geſtus non eſſet, ut per *Text. in l. ſecundum 15. §. Qui fundum, & l. non eſt verum 26. in fin. ff. qui ſatiſdar. cogant.*, tradunt *Epiſc. Rocca diſp. 155. num. 42. R.P.D. Anſald. de Commerc. & Mercat. diſc. 89. n. 29. Rot. coram Gregor. dec. 386. num. 3. in rec. dec. 17. num. 4. & dec. 279. num. 14. part 18.* & in ſpecie *Scacc. de Camb. §. 1. quæſt. 7. part. 2. amplia. 8. n. 141. Rot. cor. Bich. d. dec. 114. n. 33. & 34.*

Haud relevante, quòd Deciſiones, admittentes durationem Cambii, non obſtante diſdicta, loquantur in caſu, quo facultas cambiandi reſidebat penes creditorem, in noſtro verò tale onus injunctum ſit debitori, in quibus terminis
13 prætenditur, Cambium extingui poſſe per ſimplicem diſdictam, quia ita ſecuta, cenſetur revocatum mandatum, debitori datum ad cambiandum, factaque revocatione cum Baro Jo. Cerbonus non potuerit ampliùs tranſmittere pecunias ad nundinas, illæ fructus ampliùs parere non potuerint, ſed cambium remanſerit extinctum, etiam ſi pecuniæ non fuerint reſtitutæ, eo pacto, quo poſt ſimplicem diſdictam ceſſat cur-
14 ſus fructuum in Societate in genere, & in Societate Officii, etiam non facta reſtitutione pecuniarum, ut tradunt *Hondod. conſ. 38. lib. 1. n. 18. De Luc. de Societ. Off. diſc. 11. num. 5. & diſc. 12. num. 35.* ubi tamen diſtinguit alter *De Luc. ad Gratian. diſcept. 301. num. 9.* ubi eodem modo diſtinguit. *Rot. poſt Zacch. de Societ. Offic. dec. 7. n. 1. & 2.*

Etenim caſum dd. Deciſionum eſſe cum noſtro identificum, reſultat ex eo, ubi onus cambiandi injunctum fuit creditori, iſte pecunias ad nundi-
15 nas tranſmittit tanquam Procurator de-

debitore. Turr. de Camb. diſp. 1. quæſt. 13. num. 9. in fin. Gaet. de Credit. cap. 2. art. 7. n. 1392. & ſeqq. De Luc. de Camb. diſc. 4. ſub n. 5. verſ. primò enim. R. P. D. Anſald. de Commerc. & Mercat. diſc. 65. num. 19. Rot. Januen. de Mercat. dec. 32 n. 4. Rot. coram Merlin. d. dec. 636. n. 11. Pentung. d. dec. 9. n. 8. & in rec. dec. 134. n. 12. & ſeqq. par. 13. Romana Cambiorum 1. Aprilis 1693. §. fin. coram Bonacoſa undè, ſi acceptata per debitorem diſdicta, & revocata per eum, ut prætenditur, cre-
16 ditori poteſtate cambiandi, donec non ſequatur effectus inſeparabilis reſtitutionis pecuniæ, cambium non extinguitur, ut ponderat *Rot. coram Pentinger. citat. dec. 9. n. 3. verſ. idemque, cum tribus ſeqq., aliaque ſuperius citata Authoritates*, pari modo extingui non poterit, quando tali onere à debitore aſſumpto, et fuit declarata voluntas ampliùs non continuandi, ſi declaratio inefficax, & ineffectuata remanſit concurrente enim in
17 utroque caſu rationis identitate, idem jus ſtatui debere, diſponit *textus in l. illud ff. ad l. Aquil. Rot. in rec. dec. 18. n. 9. par. 19.*, & in individuo, quòd etiam aſſumpto per debitorem onere tranſmittendi pecunias ad nundinas, Cambium per ſolam diſdictam, à creditore factam, & à debitore acceptatam, non extinguatur, *Rot. poſt De Luc. de Uſur. in Monteſſa d. dec. 3 n. 9. & ſeqq. & in d. Romana Cambii 14. Junii 1706. §. Moniti, & ſeqq. cor. Sotto.*

Dictamque voluntatis declarationem, & prætenſam revocationem mandati, in caſu noſtro obeſſe non poſſe ex abundanti ſuadetur, tum ex quo ſtatim facta diſdicta Cambium non fuit extinctum, nec remanſit ineptum ad producendum fructus, ſed fructiferum, & vivum, durantibus tribus menſibus, datis ad reſtituendam ſortem poſt factam
18 diſdictam, ut fatentur ipſimet Defenſores D. Baronis, & eſt etiam de Jure, ex notatis per *Hondad. conſ. 38. n. 11. lib. 1. Caſtrocan. de Societ. Offic. cap. 61. ex n. 1. Baron. eod. tract. num. 15. Conc. de Conſ. quæſt. 111. n. 46. Salgad. Labyr. Credit. par. 2. cap. 19. n. 54. & ſub num. 57. & 59. Durd. de Conſ. tom. 2. quæſt. 8. §. 6. n. 1. Goll. de Fruct. diſp. 4. art. 4. n. 13. verſ. Intellige, quòd iſta. Tartagl. de Reform. Status. artic. 61. n. 92. Rot. coram Pentung. dec. 48. lib. 3. Pentung. dec. 60. num. 1.* cui juridicæ diſpoſitioni Partes etiam in Apoca expreſsè ſe conformare declararunt, ac proindè, ſi uſque ad finem trimeſtris, aſſignati in diſdicta, produxit
19 fructus, dici non poteſt, illud fuiſſe reſolutum, & extinctum ſtatim facta diſdicta, ſed potiùs ac fuit translatus terminus in ea præfixus, & de tempore, quo fieri debet reſtitutio pecuniæ, ut proſequitur *Hondad. Caſtrocan. Baron. Salgad. & Conc. de Conſil. d. quæſt 111. numer. 46. Goll. de Fruct. diſp. 4. art. 4. numer. 14. verſ. Intellige quarto*, & conſequenter non ſola diſdicta, & prætenſa mandati revocatio, ſed lapſus termini, in ea ſtatuti, cum effectiva reſtitutione
20 ſortis, in fine illius facienda, Cambium extinguere poterat. *Conc. de Conſ. ut. quæſt. 111. ſub n. 46. verſ. ſi enim propter ſolam diſdictam, & verſ. & propterea, & verſ. nec videtur, aliaque Authoritates, mox citata.*

Tum etiam quia Baro Jo. Carbonius, qui onus cambiandi ſuſceperat, nullo unquam tempore munus ſuum implevit, nec pecunias ad nundinas tranſmiſit ſi itaque ipſe, exiſtente Cambio in ſtatu valido, & ante quàm fieret diſdicta, contentus fuit pati curſum damnorum, & intereſſe ob non adimpletum mandatum, superveniens impedimentum, quod à diſdicta reſultavit, eumdem excuſare non poteſt, dum ea etiam non facta, præſumptio ſtat, quòd pecunias non giraſſet, & eodem modo, quo ante diſdictam fructus loco damnorum, & intereſſe perſolvit, potiori jure ad id debet adſtringi poſt diſdictam, quo
21 tempore nedum fuit in culpa non adimplendo mandatum, mediante circulo æquivalentis ſummæ ab ipſo ad cambium receptæ, & in proprios uſus erogatæ, ſed ulteriùs promiſſa in Scriptura Cambii, & in ipſamet diſdicta adimplere noluit, dum nec ſpontè, nec coactè induci unquam potuit ad conventæ ſortis reſtitutionem, ut benè conſiderat *Card. De Luc. de Credit. diſc. 143. num. 5. & ſeqq. R. P. Dominus Anſaldus*, Sacræ Rotæ Romanæ inclitum decus, & ornamentum, in ſuis doctiſſimis Additioni-
22 bus *ad dec. coram Ipſo, editas nempe ad deciſ. 13. ſub num. 33. verſ. ubi conſiderat.*

Tum demum, quia hæc prætenſa re-

vocatio mandati per diſdictam, reſpe-
ctu creditoris, ſemper dependet ab im-
bibita conditione, quatenus actualis
ſolutionis implementum, ad quod
unicè ordinata eſt diſdicta, ſubſequa-
tur, cum nemo perſuaſum poſſit ita ſa-
tuus, ut velit, mediante ſola diſdicta
Cambium extinguere, & amittere fru-
23 ctus decurrendos, quando ſortem à
manibus debitoris recuperare non va-
let. Reſpectu verò debitoris, cum iſte
accollaverit in ſe onus cambiandi, etiam-
ſi id indefinitè factum fuiſſet, hæc fa-
cultas non intelligeretur conſumpta
unica vice, ſed onus injunctum intelli-
geretur de ulterioribus Cambiis uſque
ad extinctionem, *juxta doctrinam individualem Dec. conſ. 362. num. 1 & 2.* quam
in his terminis ſequuntur *Spad. conſ. 167.*
24 *num. 20. lib. 2. Scacc. de Contract. Mercat. tit. Mandat num. 20. Tiraquell. in L. Boves §. Hoc ſermone, limit. 6. num. 8. in fin. Gabriel. Com. Concl. lib. 6. tit. de Legib. concl. 1 num. 18. R. P. D. meus Anſald. de Commerc. & Mercat. diſc. 50. num. 19. & diſc. 6, num. 45 & diſc. 68. num. 10. & 11 Altimar. de Nullit. Contract. tom. 4. rubr. 1. pars 2 quæſt. 14. ſub n. 139. Grammatic. dec 102. num. 85. Rot. coram Dunozet. Sen. dec. 57. num. 1. & ſeqq. Coccin. deciſ. 737. num. 1. & in Veneta, ſeu Anconitana Pecuniaria 18. Junii 1700. §. Circa, coram R. P. D. Anſaldo Romana Pecuniaria, ſeu Tranſactionis 17. Junii 1701. §. Quoniam, & 20. Januarii 1702. §. Circa, & ſeq. coram Eodem, & 15. Decemb. 1702. §. Quo vero, coram R. P. D. Scotto.*

Talique onere aſſumpto, & quidem
in gratiam creditoris, illud uti me-
rè neceſſarium, & in tertii favorem,
dicitur quo ad ipſum omninò irrevo-
25 cabile, adeout hoc onus debitor à ſe
excutere nequeat, niſi poſtquam fue-
26 rit creditori plenè ſatisfactum. *Card. de Luc. de Camb. diſc. 2. num. 5 diſc. 4. n. 7. & ſeqq.*, ubi, quòd iſtud non eſt propriè
mandatum, ſed ſusceptio facti, quod
ob non factum trahit ſecum obligatio-
nem, quæ ſicut aliæ omnes ſtipulatio-
nes, & contractus, non expirat, cum-
27 que ſit ob creditoris reintegrationem,
& nè interim ex mutuo, & perma-
nentia ſuæ pecuniæ penes debitorem,
damnum patiatur, dicitur neceſſarium.
Idem De Luc. loc. cit. diſc. 15. n. 7. diſc. 25. n. 5. & 6. & de Credit. diſc. 143. n. 11 Sammar. contr. 185. n. 14. & ſeqq. R. P. D. meus Anſald. de Commerc. & Merc. diſc. 65. n. 21. Rot. cor. Gregor. dec. 362. n. 8. ibique Addent. ſub lit. C.

Quòd ſi aliàs diceretur, eſſet in po-
teſtate cujuſlibet verſuti debitoris diſ-
dictam facere, vel acceptare, animo ta-
men, & intentione debitum non ſol-
vendi, & ſic ex ſuo dolo, & malitia
pecunias penes ſe retineret, & fructus
ampliùs non ſolveret. Creditor autem,
qui bona fide, & juxta conventa in
Apoca, ſuam voluntatem declaravit re-
petendi ſortem, fraudatus remaneret,
dum fructus amitteret, & ſortem
conſequi non poſſet, quod tanquam
28 ab omni jure, & ratione alienum, &
publici commercii impeditivum, per-
mitti non debet, *ex notatis per Gall. de Fruct. d. diſp. 4. art. 3. ſub n. 138. Rot. poſt De Luc. de Conſ. dec. 12. n. 18.*

Atque ob id non obſtat exemplum
Societatis in genere, & Societatis Offi-
cii, quæ per ſimplicem diſdictam abſ-
que reſtitutione pecuniæ extinguun-
tur, nec fructus in eis ampliùs deben-
tur quia exemplum Societatis in gene-
re, aliaque ſimilia, quæ afferri poſſent,
ſunt extranea à præſenti hypotheſi,
29 quia illa continent in ſe mandatum vo-
luntarium, quandocunque ad libitum
revocabile. nos verò ſumus in ſuſce-
ptione mandati, & facti, quod uti ne-
ceſſarium, & ex ſtipulatione, eſt irre-
vocabile, ut benè in ſpecie conſide-
rat *Card. de Luc. de Camb. d. diſc. 4. ſub num. 1. verſ. Pro creditoribus ſcribens, hoc Societatis aſſumptum omninò negabam, ſed dicebam, vel eſſe in caſu ſuſcepti mandati, quod uti neceſſarium, & ex ſtipulatione, tanquam irrevocabile non expirat, & in.*
30 *ſeqq. & num. 7. & ſeqq. & diſc. 23. n. 5. & ſeqq.* ubi plures adducit concordantes,
& reſpondet contrariis. *Palm. Nep. alleg. 346. poſt n. 31. verſ Guido Papa, & ſeqq.*
Et quoad Societatem Officii, ideo in
ea fructus poſt diſdictam non debentur,
quia cum iſti liciti ſint propter vitæ
periculum, iſto ceſſante per diſdictam,
curſus etiam fructuum ſiſtere debet,
ut conſiderat *Card. de Luc. de Societat.*
31 *Offic. d. diſc. 11. n. 5. Gall. de Fruct. d. diſp. 4. art. 4. num. 16.*

Hæc

Hæc, quæ de Jure procedunt, validiora redduntur inſpecta mente contrahentium, ex verbis Apocæ deſumpta, juxta quam innegabile eſt, fructus deberi uſque ad reſtitutionem ſortis. In Apoca enim anni 1648. expreſsè conventum fuit, Baronem Joannem teneri transmittere pecunias ad nundinas, vel id mediante perſona, ab ipſo
32 deputanda, adimplere uſque ad integram ſortis extinctionem, ibi -- *fino all' eſtinzione di d. ſorte di paſſare cumpagnia monete* -- quod eſſe etiam de Jure, præſcindendo à d. ſpecifico pacto, firmant *Authoritates ſupra relatæ n.24.* itaque generalis, & ampla promiſſio operatur, ut ſemper fructus debiti ſint uſque dum ſors integrè non reſtituatur in ſpecie *Card. De Luc. de Camb. diſc.9. num.3. diſc.11. num.2. & diſc.13. num.2. & diſc.35. n.3. Baldass. ad Roman. obſer.40. n.40. 43. & 44.*, ubi, quòd licèt tunc expiret terminus ad cambiandum præfixus, durat
33 tamen facultas uſque ad integram ſolutionem ſortis. *Rot. Romana. poſt eum dec.33. num.13. tom.2. Rot. coram Pamphil. dec.315. num.7. & ſeqq. Carr. deciſ. 706. num.4. & 5. & dec.737. n.5. & 6. repetita in dec.439. num.1. & ſeqq. part. 23. & dec.35. num.1. & ſeqq. part.24. rec. Emerix Jun. dec.154. num.2. & dec. 280. num.1. & ſeqq. repetita in rec. dec. 319. & 129. part.18. & cor. eodem Emerix dec.369. num.4. & 5. R.P.D. Anſald. dec.13. num.3. & ſeqq. & dec.23. num.1. & ſeqq. & de Commerc. & Mercat. diſc.65. num.44. & 45 in rec. dec 71 n.7. p.18. & in Romana Cambii 13 Januarii 1689. coram Reverendiſs. Molinen, poſt De Luc. de Uſur. in Mantiſſa dec.3 Romana Cambii 30. Martii 1699. §. Inquiſitiam, coram Muto, Romana Pecuniaria ſuper fructibus 25. Februarii 1701 §. finali. cor. R.P.D. Anſaldo; 27. Junii ejuſdem anni §. Non obſtante, coram Muto, & 31. Martii 1702. §. Nec tali, coram R.P.D. Priolo Romana Pecuniaria, ſeu Tranſactionis 17. Junii 1701. §. Profligari, & ſeq. cor. R.P.D. Anſaldo*, ubi, quòd ſemper fructus de-
34 bentur uſque ad debiti ſatisfactionem, niſi adſit deſignatio certi temporis cum verbis taxativis, & *10. Januarii 1702. §. Certe, & ſeq. coram eodem Romana Cambii 14. Junii 1706. §. Minùs, cor. Sacrip., & in Romana Cambiorum 25. Junii ejuſdem anni §. Ceterùm, & ſeqq. cor. R.P.D. Anſaldo*, & de hac eadem Apoca loquens *Manſ. d. conſult. 797. num.9. & ſeqq.*

Nec quidquam illo caſu prodeſſe poteſt allegare, quòd negociatio inter Creditorem, & Baronem ceſſaverit per diſdictam, quæ quando fuit appoſita ad terminandum onus cambiandi, efficit, ut fructus ampliùs non debeantur, etiam ſi non ſequatur reſtitutio ſortis. Quoniam conventio diſdictæ inter Partes facta fuit ad differendam ſortis debitæ exactionem, & gratiam ipſius debitoris, nè ſcilicèt ante terminum, in eadem diſdicta conventum, urgeri poſſet ad ſolvendum, non autem, ut ea verbaliter,
35 & ſine effectu ſecuta, ob non reſtitutam ſortem, fructus amplius currere non deberent, quando illa apparent promiſſi uſque ad ſortis reſtitutionem. *De Luc. de Camb. d. diſc.11. n.2. Baldass. ad Roman. obſerv.40. n.44. R.P.D. meus Anſald. de Commerc. & Mercat. d. diſc.65. n.44. & 45. & d. dec.23. n.7. Carr. deciſ.706. n.2. Emerix Jun. dec.154. n.2. deciſ 280. n.2. & dec.369. n.4.*

Nulla habita conſideratione, an diſdicta fuerit conventa pro diſſolutione, & terminatione negociationis, nec ne: quia hoc etiam admiſſo, ſemper conventio intelligeretur de diſdicta reali, non verbali, & ideali, cum ſit omninò inveriſimile, & menti humanæ imperceptibile, quòd creditor convenire voluerit extingui debere Cambium per ſolam diſdictam abſque pecuniæ reſtitutione, & quòd debitor
36 fuerit ita indiſcretus, ut exigere voluerit talem conventionem à creditore, cum maximo ipſius damno, & jactura, ut tradunt *Baldass. ad Roman.*, *aliæque Authoritates ſupra citat.*

Et ex hac eadem facti circumſtantia funditus evertitur argumentum, quòd per diſdictam fuerit revocatum debitori mandatum tranſmittendi pecunias ad nundinas, cujus vigore fructus debentur: nam quando debitor ſe adſtrinxit ſolvere fructus uſque ad capitalis
37 reſtitutionem, vel extinctionem, per ſolam diſdictam non dicitur revocatum mandatum, niſi concurrat etiam reſtitutio capitalis, maximè quia adjecta ſunt dictio *fino all' eſtinzione di detta*

ſorte, latinè *uſque*, quæ efficit, ut onus cambiandi ſemper inſit officibus debitoris, donec illud à ſe non excutiat, me-
38 diante ſortis effectiva reſtitutione, ita in terminis terminantibus, reſpondit *Rota in ſept. citata Romana Cambii 14. Junii 1706. §. Non ſubſiſtente, cor. R.P.D. Sneto*, ibi — non ſubſiſtente, quòd per diſdictam fuerit revocatum mandatum à Marchione ſuſceptum ad cambiandum, & recambiandum, & conſequenter non docto, quòd Archihoſpitale hujuſmodi oneri ſatisfecerit, tranſmittendo pecunias per nundinas, Cambium ſiccum, & extinctum remanſerit, quia onus girandi pecunias non fuit ſuſceptum à Marchione, uſquequò fuerit facta diſdicta, ſed uſque ad reſtitutionem ſortis, undè per ſolam diſdictam, non dicitur revocatum mandatum, niſi copulativè etiam concurrat reſtitutio capitalis, ponderando præſertim dictionem *uſque* in pacto appoſitam, quæ ſtat incluſivè, & operatur, ut onus cambiandi duret uſquequò reſtitutio ſortis effectum ſortiatur, ut præcisè animadvertit *Rot. deciſ. 174. num. 14. part. 5. & deciſ. 119. num. 3. part. 18. recen.*

Iſtamque intelligentiam confirmat ipſamet lectura Apocæ, in qua nolentibus Partibus continuare in contractu, inter ipſas celebrato, conventum fuit fieri debere diſdictam per tres menſes ante, di-
39 ctoque tempore elapſo, teneri Baronem ad reſtitutionem ſortis ſcutor. 3000. ſi enim in uno, eodemque orationis contextu, pro diſſolvendo contractu copulativè convenitur diſdicta, & reſtitutio ſortis in fine trimeſtris, in ea præfixi, ecce quòd non ſola diſdicta verbalis, ſed unita cum reſtitutione capitalis operari debebat Cambii diſſolutionem, hæc enim eſt vis copulativæ dictio-
40 nis, ut requirat concurſum utriuſque copulati. *Rot. in rec. dec. 133. n. 2. part. 16. & dec. 130. num. 18. part. 18.*

Clariùs id convincunt ſubſequentia verba ejuſdem Apocæ, obligantia Baronem Joannem, lapſo trimeſtre, ad reſtituendam ſortem ad omne libitum creditoris, cum omnibus utilibus decurſis, & non ſolutis, modo, & forma, & ad rationem, de qua ſupra, ibi — *E paſſato d. tempo il d. Sig. Baron Giovanni Carboni deve reſtituire le paſſate cinquemila moneta al Sig. Lelio Griffoli, ò ſuoi Eredi, e ſucceſſori, ad ogni ſuo piacere, con tutti gli utili decorſi, e non pagati, nel modo, e forma, ed alla ragione di che ſopra* — quæ conventio manifeſtè oſtendit, voluntatem contrahentium fuiſſe, ut fructus etiam poſt diſdictam currerent uſque ad ſortis reſtitutionem, nam ſi, tranſacto tempore diſdictæ, data fuit indefinita facultas Lelio Creditori repetendi ſortem *ad ogni ſuo piacere*, huic poteſtati creditoris, correſpondere debebat obligatio debitoris ſolvendi fructus
41 donec, eo non utente facultate reburſandi proprias pecunias, debitor ſe, mediante ſolutione, à debito contractus non eximeret, ut optimè ponderat *Rot. coram Pamphil. d. dec. 315. numer. 3. & ∫. R. P. D. Anſald. d. dec. 19. num. 3. confirmata 30. Martii 1699. §. Inſiſtitum, coram Molo.*

Maximè quia, ut tale arbitrium Creditori conceſſum erga debitorem, promptas pecunias non habentem, ad benignitatem potiùs flecteret, quàm ad rigorem, cautum fuit, illum teneri ad d. ſortis reſtitutionem *con tutti gli uti-*
42 *li decorſi, e non pagati*, quæ promiſſio, tamquam qualificans reſtitutionem faciendam ad bene placitum creditoris, efficit, ut beneplacito, & indulgentia erga debitorem durante, fructus debiti ſint juxta eamdem correſpectivitatem, nec
43 aliorum conventio reſtringi poteſt ad illos debitos infra ſolum terminum diſdictæ in ſpecie *Rot. coram Pamphil. d. dec. 315. num. 8. in fin.*

Fortiùs quia ad tollendum omne dubium, ea facultas conceſſa creditori repetendi ſortem ad ejus libitum, & beneplacitum, cum omnibus utilibus decurſis, & non ſolutis poſt diſdictam, intelligi deberet de fructibus, & utilibus decurſis, intra terminum ejuſdem diſdictæ, vel etiam poſt, ſpecialiter Partes id exprimere, & declarare
44 voluerunt mediantibus verbis, *nel modo e forma, ed alla ragione, che ſopra* — Ex quibus eruitur, quòd ſicut in ſuperiori parte Apocæ, antequam loqueretur de diſdicta, illi expreſſè, & ſpecificè promiſſi fuerunt uſque ad integram ſortis reſtitutionem, ita uſque ad tota-

lem

lem illius ſolutionem conventos fuiſſe dicendum eſt poſt factam diſdictam, ad id ſuffragante ſupradicta relatione, quæ operatur, ut obligatio ſolvendi fructus uſque ad ſortis integram ſolutio-
45 nem, ante diſdictam inita, ſpecificè etiam poſt diſdictam ſecutam repetita cenſeatur, ut in ſpecie firmat *Rota coram Emerix Jun. d. dec.154. num.8. repetita in rec. dec.119. part.18. R.P.D. Anſald. d. dec.13. num.5. & poſt De Luc. de Uſur. in Mantiſſa d. dec.3. §. Ultra*, & ſuper hac Apoca ſcribens *Manſ. d. conſult.797. num.14.*

Dictaque repetitione attenta, multò minùs poteſt hæc ampla promiſſio coarctari ad fructus, intra brevem diſdictæ
46 terminum decurrendos, cum hoc ſit incompatibile cum obligatione ſolvendi utilia uſque ad debiti totalem ſatisfactionem. *Rot. cor. Pentang. citata deciſ.315. num.9. R.P.D. Anſald. d. dec.13. num.5.* confirmata 30. *Martii* 1699. *§. Neque, & §. Etenim, & ſeq. cor. Muto*, & poſt *De Luc. de Uſur. in Mantiſſa d. deciſ.3. §. Ultra*, ſed perſolvi debent uſque dum ſors effectivè reſtituatur, ut in in-
47 dividuo, quòd non obſtante diſdicta & declarata voluntate creditoris repetendi ſortem, fructus debiti ſint, donec ſors reſtituatur, quando illorum ſolutio uſque ad ſortis reſtitutionem fuit conventa, *Rot. in rec. d. dec.274. n.9. & ſeqq. & n.13. & 14. par.5. & coram Emerix Jun. dec.888. n.6. poſt De Luc. de Uſur. d. dec.3. n.9. & ſeqq.* aliique *ſuperiùs relati*.

Accedente etiam ad aſſumpti comprobationem urgentiſſima ratione, quòd ſi Partes voluerunt debitorem teneri ad acceſſiones Cambii ab initio contractus, antequam fuiſſet intimata diſdicta, ac ipſemet debitor in mora reſtituendi non conſtitutus, nulla attenta cauſa, vel excuſatione, ibi — *E che detto Signor Barone mai per conto alcuno non poſſa, nè deva ſcuſarſi d'averli tenuti oziosi per cauſa alcuna, volendo in tal caſo per ragione ancora di lucro ceſſante eſſere obligato, ſiccome s'obliga, di corriſpondere a detto Signor Lelio per gli utili a ragione di cinque per cento à capo d'anno* — quantò magis illud idem voluiſſe, & conveniſſe dicendum eſt poſtquam creditor Cambium diſdixit, & petiit ſortem principalem à debitore, qui utique non melioris, ſed longè deterioris conditionis eſſe debet in
48 hoc ſecundo tempore, quo pacta non adimplevit, & pecuniam creditori debitam culposè reddere detrectavit, ut egregiè proſequitur in noſtris terminis *Card. de Luc. de Camb. diſc.9. num.4. diſc.23. ſub num.2. & diſc.35. ſub num.2. Bald. ad Rutum. d. obſer.40. n.44. R.P.D. meus Anſald. de Commerc. & Merc. diſc.65. ſub num.45. Rot. in rec. dec.119. n.7. & 8. & dec.219. num.4. part.18. & cor. Cerro dec.706. num.4. & 5. & dec.757. num.6. Emerix Jun. dec.169. num.6. Anſald. dec.13. n.1. & dec.23. num.8.* confirmata 30. *Martii* 1699. *§. Etenim, in fine, cor. Muto*.

Menti, & voluntati Contrahentium, expreſſæ in Apoca, conſonant etiam verba ipſius diſdictæ, unicè factæ, & ordinatæ ad conſequendam ſatisfactionem ſortis, ibi — *Stante il tenore della Scrittura, che ſopra* [nempe Apocæ Cambii] *e ſtante che una le parti debba ſeguire diſdetta di tre meſi avanti ſi venga all' atto della reſtituzione della ſomma, che ſopra, di qui è, che il Nob. Signor Carlo Griffoli, tutore della Nob. Signora Caterina Gaetana Marzi da una, e li Signori Baroni dall'altra, non ſolo all'effetto, che ſopra, e per eſecuzione del contenuto nella ſopra relata Scrittura, ma ancora ad ogni altro effetto, all'iſteſſo fine di ragione competente, ſi ſanno tra di loro vicendevolmente la detta diſdetta con la reciproca accettazione* — ſi itaque poſt narratam conventionem faciendi diſdictam per tres menſes ante actualem ſortis reſtitutionem, ſubditur ad illam Partes deveniſſe, ad effectum de quo ſupra, hoc eſt ad finem
49 conſequendi reſtitutionem ſortis, & pro executione contentorum in Scriptura, exigente formalitatem diſdictæ per tres menſes ante, ecce quòd Partes explicitè declararunt, factam fuiſſe diſdictam ad finem, & effectum aſſequendi reſtitutionem ſortis, dictoque fine ceſſante, & effectu non habito, diſdicta non eſt alicujus conſiderationis, & habetur, ac ſi facta non eſſet, non ſufficit enim ſimplex factum, quando partes effectum, & finem, ex tali facto promanantem, con-
50 ſiderarunt, ſed requiritur, quòd illud

pro.

producat effectum, à Partibus deſideratum, ut in propria materia, de qua agitur, firmat *Rot. in rec. dec. 71. n. 3. par. 18. & dec. 353. num. 15. & 16. part. 19.*, & magis in individuo hujus Apocæ *Manſ. d. conſult. 797. n. 11. & 13.*

Prædictaque omnia validiora redduntur ex ſubſecuta obſervantia, dum debitor, nè dum judicialitèr faſſus fuit, & recognovit debitum fructuum decurſorum poſt diſdictam, ſed illos etiam poſitivè perſolvit, hæc enim obſervantia, ex confeſſione, & facto Partis reſultans, licèt in materia Cambiorum, tamquam de uſuris ſuſpecta, nihil ſuffragetur in iis, quæ concernunt ſubſtantiam Cambii, & requiſita ad illius realitatem neceſſaria, maximam tamen vim, & robur obtinent, quando agitur de declarandis iis, quæ à voluntate Partium dependent, qualis eſt duratio, vel ceſſatio Cambiorum nam ſicut iſta voluntas extrinſecus per alias probationum ſpecies haberi poteſt, ita, & multò fortiùs deſumi valet ex facto, & confeſſione Partium, quæ eſt omnium aliarum ſuperlativa probatio, ut in indi-
52 viduo, quòd maximè deferendum ſit obſervantiæ, & confeſſioni contrahentium pro arguenda duratione Cambii ultra certum tempus, *Card. De Luc. de Camb. d. diſc. 9. num. 7. & diſc. 23. num. 3. & 4. Rota coram Cerro d. dec. 706. num. 9. & 10. Emerix Jun. citat. dec. 180. n. 6. & dec. 369. num. 7. Anſald. dec. 13. num. 11. & 12. & dec. 23. num. 13. & 14. in recen. dec. 71. num. 6. part. 18. & in citata Romana Cambii 14. Jan. 1689. §. fin. coram Molines impreſſa poſt de Luc. de Uſur. in Mantiſſ. dec. 3. & in d. Romana Cambii 30. Martii 1699. §. Eaque, coram Muto.*

Ex his liquidò conſtat, inapplicabiles remanere Theoricas, & diſtinctio-
53 nes deſumptas *ex deciſ. 563. num. 6. 7. 8. & 9. & deciſ. 583. à num. 1. ad 6. coram Cerro, deciſ. 72. num. 1. & ſeqq. coram Nunez. & deciſ. 385. num. 3. & ſeqq. part. 17. rec. & in Romana Cambii 1697. & 1698. coram Urſino, quarum prima eſt impreſſa poſt De Luca de Uſur. dec. 17. & ſecunda apud Summar. contr. 184.* nedum quia nulla ex eis loquitur in terminis diſdictæ, immò loquuntur in facti circumſtantiis longè diverſis, & in caſu, quo mens contrahentium durationi Cambii reſiſtebat; verùm etiam quoniam omnes ſupradictæ Deciſiones, à quibus Theoricæ, favore D. Baronis adductæ, eruuntur, fuerunt ſolemnitèr revocatæ. Nam *Deciſiones 563. & 583. cor. Cerro* fuerunt revocatæ *in deciſ. 706. & 737. coram eodem. Dec. 385. par. 17. rec.* fuit revocata *coram Emerix Jun. deciſ. 154. & deciſ. 180.* Aliæ reſolutiones *in Romana Cambii coram Urſino* fuerunt revocatæ *coram R. P. D. meo Anſald. deciſ. 13. & dec. 23. & in ultima Deciſione ejuſdem Cauſæ die 30. Martii 1699. cor. Muto.*

Et quamvis *in dec. 72. coram Nunez* fuerit receſſum à poſterioribus Deciſionibus coram *Cerro*, in ea tamen non fuerunt revocatæ concluſiones, in præcedentibus Deciſionibus firmatæ, & per Rotam amplexæ, etiam in modernioribus Deciſionibus, illa coram *Nunez*, ut patet ex longa illarum ſerie, ſupra recenſita *ex n. 31.*, & receſſus à deciſione provenit, ex quo onus cambiendi non fuerat ſuſceptum uſque ad ſortis reſti-
54 tutionem, ſed limitatè per biennium, & poſt biennium non fuerat repetitum, quod non accidit in caſu noſtro, ut explicando eamdem *Deciſionem cor. Nunez* advertit *Rot. cor. Emerix Jun. d. dec. 154. num. 9. poſt De Luc. de Uſur. in Mantiſſa d. dec. 3. num. 9. & ſeqq. & in d. Romana Cambii 1706. §. Et bene, coram R. P. D. Scotto*, quòdque concurrentibus aliquibus ex ſupra relatis circumſtantiis, *deciſio coram Nunez* non ſit applicabilis, nec in conſideratione habenda, punctualitèr obſervat *R. P. D. meus Anſald. de Commerc. & Mercat. d. diſc. 65. n. 44. & 45. Rot. in d. Romana Pecuniaria, ſeu Transactionis 17. Junii 1701. §. Proſequeri, & ſeqq. & 20. Januarii 1702. §. Circa, coram Eodem*, & quòd ab opinione, quam tenuit *Rota coram Nunez*, fuerit poſtea receſſum, teſtatur *Rota in Romana Cambii 14. Jan. 1689. cor. Reverendiſſ. Molines, & coram Anſald. d. dec. 13. num. 5. in fin.*

Minùs prodeſſe potuit ad intentum Baronis novatio hypothecæ, vigore dictæ Apocæ anni 1648. competentis, reſultans ex interpellationibus factis contra debitores, & ex ſententia, illos condemnante ad intereſſe uſque ad tempus diſdictæ, quia proceſ-

ſſi-

ſtationes fuerunt factæ jura juribus addendo, & cum clauſulis ſpecificis, &
55 perſervativis, quæ omnem novationem excludunt, ut in terminis Cambii *Rot. in Rom. Ferrarienſa ſuper negocio principali 25. Feb. 1701. §. In neutro, & ſuper fructibus peræquationis 28. Feb. ejuſd. anni, §. Fatale, coram R.P.D. Anſaldo*, & in individuo caſus noſtri *eadem Rot. coram Anſaldo dec.13. n.6. & ſeqq.*

Sententia verò continet verba *ſalvis juribus talibus qualibus pro utilibus à die terminata diſdicta citra, quomodocunque prætenſis, & protestatis, prout de jure:* Unde cum ex parte D. Catharinæ Cajetanæ antea petiti fuerint fructus vigore Apocæ anni 1648. & vigore proteſtationum, ſententia illos reſervans, & quidem cum verbis generaliſſimis, & ampliſſimis, nemini præjudicat, ſed utriuſque partis Jura in omnibus, quomodocunque ante ſententiam petitis,
56 & prætenſis, relinquit intacta. *Rot. Lucquenſ. Conſul. dec.88. num.49. & 50. & inter dec. Diverſ. recollect. per Palm.Nep. dec.11. num.3. dec.32. num.27. & dec.33. num.36. Rot. coram R.P.D. meo Anſald. dec.28. num.6.*

E A D E M

Super Diſpoſitione Statutaria.

Sabbathi 8. Octobris 1707.

A R G U M E N T U M.

In eadem Cambiorum materia oſtenditur, quòd Regia Conſtitutio, in Statu Senarum publicata de anno 1619., prohibens durationem Cambiorum ultra triennium, Cambia limitata non comprehendat; Et ex pluribus probatur, ſolutiones cadere debere potiùs in cauſam ſortis, quam fructuum.

S U M M A R I U M.

1 *Bannimentum in Statu Senarum, interdicens curſum Cambiorum ultra triennium, loquitur de Cambio currenti, nec mandatum cambiandi limitatum comprehendit*, & num. ſeqq. uſque ad num.22.

2 *Ideòque Statutum debet ſtrictè interpretari.*

3 *Statutum, loquens de Cambio, non extenditur ad literas Cambii.*

4 *Cambium illimitatum longè magis debitoribus eſt graveſum, quàm limitatum.*

5 *Ideoque Statutum, de illimitato loquens, ad limitatum non extenditur, in quo æquè potens ratio non militat.*

6 *De jure Cambia poſſunt celebrari cum prorogatione ad placitum, uſque ad ſortis reſtitutionem.*

7 *Et ob id Statutum, coarctans curſum Cambiorum intra triennium, dicitur à Jure exorbitans.*

8 *Proindèque non extendibile, nec ex identitate, nec ex majoritate rationis.*

9 *Et ſi in pluribus valet corrigere Jus Commune, ſic interpretatur, ut corrigat tantùm in uno.*

10 *Fortiùs ſtante diſpoſitione alterius Statuti, quòd Statuta ad literam intelligantur.*

11 *Quod Bannimentum prædictum, prohibens Cambia ultra triennium, non comprehendat mandatum cambiandi cum fructibus limitatis, probatur, quia loquitur de Cambio, in quo interveniunt proviſiones, quæ non ſolvuntur, quando Debitor ſuſcepit onus cambiandi, & mandatum non implevit.*

Item quia ratio Bannimenti fuit, nè perſonæ, allectæ à magna utilitate Cambiorum, retraherentur à negotiis, & nè debitores gravibus uſuris premerentur; quæ rationes Cambio illimitato propriè adaptantur, non limitato, n.13. & ſeqq.

12 *Proviſiones non ſolvuntur in Cambiis, ſi fructus debentur ob onus ſuſceptum cambiandi, à Debitore non adimpletum.*

14 *Stabilia de anno 1619. reddebant ad rationem quinque pro centenario.*

15 *Bannimentum præfatum non comprehendit Cambia limitata, ſi talis ſit obſervantia.*

16 *Et iſta probatur ex Fidibus Curialium, & Cancellarii.*

17 *Nec requiritur, quòd ſuper illa obtentum fuerit in Judicio.*

18 *Et Fides magis ſpecificæ, individuales, & habentes Juris aſſiſtentiam, præferuntur.*

19 *Item probatur obſervantia ex ſolutionibus factis à debitore, aliiſque actibus* com-

comprobativis, fallit ab hærede, & iſta dicitur obſervantia ſpecifica, & individualis.

20 *In Statu Senarum, ſi Bannimentum prohibitivum Cambiorum ultra triennium limitata comprehenderet, magna fieret ſtrages contractuum.*

21 *Statutum in eum ſenſum debet interpretari, ut novitatibus, & litigiis occurratur.*

22 *Solutiones priùs cedunt in cauſam fructuum, quàm ſortis.*

23 *Etiamſi factæ fuerint pro ſorte, & fructibus.*

24 *Limita, quando expreſſa declaratio fuit facta per ſolventem, vel recipientem, ſolvendi, vel recipiendi in cauſam ſortis.*

25 *Hæc autem voluntas recipiendi in cauſam ſortis, ſatis elicitur ex inſtantia facta pro ſatisfactione vigore mandati, pro ſorte obtenti.*

26 *Limita 2. ſi creditum fructuum ſit illiquidum, pro quo non potuiſſet fieri executio, & deliberatio.*

Et dicitur illiquidum, ſi pro eo Judex non ſententiavit, ſed jura reſervavit, ibidem.

Nec liquidum fieri poteſt ex Sententia illud canonizante, ſi iſta non fuit prolata n.34.

27 *Declaratio verò creditoris, an velit recipere in cauſam ſortis, vel fructuum, fieri valet ante, & poſt ſolutionem.*

28 *Et ſi antea ſe declaraverit velle recipere in cauſam ſortis, nil operatur nova ejus declaratio in actu ſolutionis, recipiendi in cauſam fructuum.*

29 *Maximè, ſi deliberatio bonorum pro ſorte, facta ſit cum conſenſu Concreditorum, & prætenſa declaratio recipiendi in cauſam fructuum, ſit ſine dicto conſenſu.*

30 *Et fortius, ſi primam declarationem ratificavit exigendo, aliaſque ſimiles actus gerendo.*

31 *Secuta enim acceptatione, vel ratificatione, quòd ſolutio cedat in cauſam ſortis, non valet ampliùs improbari.*

32 *Etiamſi exactio, ex qua deducitur acceptatio, ſolum ſit in parte ſecuta.*

33 *Quia nec Majoribus, nec Minoribus permittitur actum approbare in una parte, & in altera reprobare.*

DECISIO XXII.

OStenſa, ex deductis in præcedenti mea Deciſione, irrelevantia primi objecti, quod attinet ad ſecundum deſumptum ex diſpoſitione Statuti, ſeu Bannimenti, annullantis Cambia ultra triennium, eadem laborare inſubſiſten-
1 tia Rota cenſuit, attento quòd Bannimentum loquitur de Cambio illimitato, undè non poteſt extendi ad ſimplex mandatum cambiandi, cum fructibus limitatè conventis, à debitore ſuſceptum, tanquam omninò diverſum. Statuta
2 enim ſtrictè debent interpretari: *Jaſ. conſ.127. num.7. lib.1. Rot. cor. Coccin. dec.960. num.7. dec.1471. num.64. & dec.2119. n.11.*, & ob id Statutum, loquens de Cambio, non extendi ad lite-
3 ras Cambii, firmant *Crot. conſ.190. numer.21. & ſeqq. lib.2. Epiſc. Rocca diſp.93. num.34.*

Præcipuè quia longè diſpar militat ratio unius caſus ab altero: Cambium enim illimitatum, longè magis eſt gravoſum debitoribus, quàm mandatum ad cambiandum, limitatum ad ratio-
4 nem quinque pro centenario, juxta formulam, in noſtra Apoca contentam, ac propterea iſtud non eſt comprehen-
5 ſibile ſub Statuto, quod non extenditur ad caſus, in quibus æquè potens ratio non verſatur. *Gabriel conſ.156. numer.9. lib.1. Hondel. conſ.1. n.16. lib.1. Urceol. apud Palm. Nepot. alleg.344. numer.35. ſa. me. Clemen. VIII. poſt Rambald. vot.1. n.187.*

Certiùs attento quòd Cambia poſſunt celebrari pro primis nundinis, aut ad aliud certum tempus, vel illorum
6 prorogatio in longum protrahi ad contrahentium placitum, & uſque ad ſortis reſtitutionem, à debitore faciendam: undè Statutum, ſeu Bannimentum, prohibens Cambiorum continuationem
7 ultra triennium, & derogans omnibus, & quibuſcunque pactis, & conventionibus in contrarium, dicitur à Jure exorbitans, proindèque, neque ex identitate, neque ex majoritate rationis,
8 extendibile ultra caſum, de quo loquitur,

tur, ut in terminis alterius Statuti Senen. *R. P. D. meus Anſald. in Obſerv. ad dec. 22. n. 14. Mart. Medic. exam. 31. n. 20. & dec. Senen. 10. n. 32.* adeout ſi in pluribus poteſt Jus commune corrigere,
9 interpretari debeat, ut in uno tantùm corrigat. *Calapheter,* olim hujus Rotæ Auditor, *conſ. 80. num. 7. inter Criminal. Diverſor. tom. 1. ubi post Caball.*, ejuſdem noſtræ Rotæ olim Auditor, *conſ. 128. n. 173. lib. 1. Medic. d. dec. Senen. 10. n. 28. & 29.*

Signantèr ponderata diſpoſitione alterius Statuti in hac Civitate, & Dominio vigentis *in rub. 169. dist. 4.* mandantis, verba Statutorum debere intelligi ad literam, & prout jacent, & vetantis quamcunque interpretationem quo ſtante, eo magis ſtricta capienda eſt illorum interpretatio, & extenſio, ſeu comprehenſio caſus omiſſi admittenda non eſt, neque ob identitatem, neque ob majoritatem rationis, ut proſequitur
10 in terminis Statutorum Senen. *R. P. D. meus Anſald. in Addit. ad d. dec. 22 numer. 43. Mart. Medic. dec. Senen. 78. numer. 14. & 15.*

Extra difficultatem, attento, quòd illud loquitur de Cambiis, in quibus creditoribus ſolvuntur proviſiones, dum
11 mandat gravari non poſſe debitores ex cauſa proviſionum ultra octavum pro centenario, ibi — *et non poſſano li Creditori aggravare i debitori, che in detti tre anni ſi cambiaranno, più d'un'ottavo per cento di proviſione, da levarſi qui in Siena, e l'altro ottavo in fiera* — quæ proviſiones creditoribus non ſolvuntur, quando onus cambiandi fuit à debitore ſuſceptum, multòque minus quando, ut in caſu noſtro, pecuniæ nunquam fuerunt tranſmiſſa ad nundinas, ſed Cambia debentur ob mandatum,
12 & onus ſuſceptum, & non adimpletum, ex firmatis in ſpecie per *Card. De Luc. de Camb. diſc. 10. num. 8. diſc. 17. num. 3. & 4. diſc. 27. §. La maniera, & diſc. 28. num. 4. Altimar. de Nullit. tom. 4. rubr. 1. par. 2. quæſt. 14. num. 238. R. P. D. Anſald. de Commerc. & Mercat. diſc. 65. num. 36.* & magiſtralitèr deciſum fuit per *Rotam Romanam Cambii 5. Maji 1694. §. Cum enim, & per tot. & 16. Maji 1695 §. Subſiſtere, & ſeqq. coram Eminentiſſ. Molines,* & poſt editam hanc Deciſionem, idem reſpondit *Rota Florentina in Florentina Cambiorum. 16. Martii 1708. §. Quo verò, cor. D. meo Auditore Vernia*, & Me, uno ex Judicibus, & eadem *Rota in alia Florentina Cambiorum 31. Martii 1710. §. Denique, coram eodem.*

Neque prædictis reſiſtit ratio promulgati Statuti, in eo conſiſtens, quòd per celebrationem contractus Cambiorum, negotia, & exercitia mercaturæ maximam patiebantur diminutionem, quòdque ab iis pauperes debitores detinebantur, ac premebantur gravibus, & diuturnis uſuris. Quoniam ratio motiva Principis fuit, quia perſonæ allectæ à magna utilitate, quam percipiebant à Cambiis, retrahebantur ab aliis negotiis, & exercitiis Mercaturæ, & debitores gravibus, & longis interuſuriis gravabantur, ex quo modum non habebant ſe à debito diſſolvendi, ut cla-
13 rè exprimitur in expoſitione Bannimenti propoſito, ibi — *Poichè così le perſone (allettate dall'utile grande) ſi ritraggono dagli altri negozj, e dagli eſercizj della Mercatura, e ſolo ſervono per aggravare, con gravi, e lunghi interesſi i debitori* — hæc autem ratio allectionis à magna utilitate, quæ à Cambiis percipitur, & gravium uſurarum, adaptatur quidem Cambio illimitato, cujus utilitas reſpectu creditoris eſt major illa aliorum contractuum, minimè autem applicatur præſenti mandato ad cambiandum, limitato ad æquam, & juſtam rationem quinque pro centenario, à quo debitor præjudicium gravium uſurarum non ſentit, cum ad hanc eamdem ra-
14 tionem de tempore publicati Bannimenti, & celebrati contractus, percipiebantur fructus etiam à ſtabilibus, juxta *gloſſ. in Auth. Perpetua C. de Sacroſ. Eccl. R. P. D. Anſald. in Obſerv. ad dec. 59. num. 9. & 10. Rot. in rec. dec. 63. numer. 2. dec. 131. num. 3. dec. 173. num. 7. dec. 249. num. 26. dec. 260. num. 15. part. 17. & in Florentina Dotis, & Fructuum 30. Aprilis 1700. §. Confirmatur, coram Eminentiſſimo de la Tremoille*, & longè majores à Cenſibus, Societatibus, aliiſque ſimilibus.

Hæc, quæ de per ſe ſatis clara ſunt, adhuc clariora redduntur, ex ſubſecuta obſervantia generali, & individuali, dum à tempore, quo fuit promulgata

lex prædicta, lapſi fuerunt nonaginta ferè anni, intra quod tempus ſemper ſoluti fuerunt fructus debiti vigore mandatorum ad cambiandum cum fructibus limitatè conventis, abſque eò
25 quòd nemo unquam auſus fuerit nullitatem allegare ob lapſum triennii, quæ adeò diuturna obſervantia præbet juridicam intelligentiam Bannimento, quatenus illius verba eſſent dubia. *Rot. coram Emerix Jun. dec. 112. num. 1. & decis. 367. num. 6. & dec. 890. num. 15.*, & in terminis Statutorum Senen. *Rota noſtra in Senalongen. Retractus 21. Junii 1686. §. fin. coram D. meo Urceolo, & in Senen. Retractus 13 Martii præteriti §. Cæterùm, cor. Me*, nunc impreſſa *dec. 3. n. 60.*, etiam ſi illa non fuerit obtenta in Judicio, cum obſervantia interpretativa ſatis in præſenti probata remaneat ex Fidibus omnium Curialium primi nominis hujus Civitatis, & Cancellarii Tribunalis Mercaturæ, ſuper hoc identifico noſtro caſu, & contractu deponen-
26 tium. *Menſ. conſult. 170. num. 79. Rot. Lucan. inter dec. Diverſ. recollect. per Palm. Nep. dec. 203 num. 10. Rot. coram Burat. dec. 930. ſub num. 10. verſ. poſtremo, Pamphil. dec. 616. num. 13. & dec. 693.*
27 *num. 3.* nec requirat, quòd ita judicialitèr fuerit obtentum, ut in puncto Statutorum Senen. *R. P. D. meus Anſald. in Obſerv. ad dec. 37. num. 56. Rot. in Senalongen. Retractus 21 Junii 1686. §. fin. coram D. meo Urceolo, & in Senen. Retractus 13. Martii 1706. §. Poteſſimè, coram Me, nunc d. dec. 3. n. 63.*

Quidquam non refragante, quòd his atteſtationibus adverſetur alia Fides ejuſdem Cancellarii Curiæ Mercantilis, quia cum iſta ab eo non fuerit facta per viam retractationis, ſed in Cambio, & caſu à noſtro diverſo, evertere non poteſt præcedentem ipſius depoſitionem, ſuper noſtro præciſo contractu identicè, & ſpecificè factam,
28 & plurium Curialium fide comprobatam, nec infringere noſtram obſervantiam, quæ tamquam individualis, & habens aſſiſtentiam Statuti, præfertur alteri generali, de aliis caſibus loquente, & habente Statuti reſiſtentiam. *Rot. poſt Conſtant. ad Statut. Urb. dec. 25. num. 13. coram Mantuan. dec. 533. n. 11. & 12.*, & in terminis alterius Statuti Senen. *Rot. noſtra in d. Senen. Retractus 1706. §. Conſequens, cor. Me, inter impreſſas diſt. dec. 3. n. 68.*

Individualis verò obſervantia elicitur ex quo Baro Joannes fructus durante ejus vita perſolvit, etiam poſt triennium, & heredes illius, agnoſcentes ſe eſſe eorumdem fructuum debitores, judicialitèr obtulerunt, etiam ex paterna obligatione, Cambia continuare uſque ad extinctionem totius debiti, cui obligationi conſentiens creditor, obtinuit à Judice declarari, fructus prædictos deberi, & tam ante, quàm poſt declarationem prætatam, ab ipſis plures, & diverſas ſummas exegit. Hæc autem ſpecifica obſervantia plurimum poſſet pro declaratione, quòd intereſſe debitum fuerit, & benè à D. Catha-
29 rina petatur, ut in ſubjecta materia, de qua agitur, firmant *Cyriac. contr. 486. num. 14. Scacc. de Camb. §. 6. gloſſ. 1. n. 48. & ſeqq. Fontanell. dec. 91. num. 9. Rot. Januen. de Mercat. dec. 78. n. 17. Rot. Rom. poſt 2. vol. Conſ. Farinac. dec. 30. n. 12.*

Et ſi diverſa daretur interpretatio huic Bannimento, innumeri annullarentur contractus, cum etiam ſub bona fi-
30 de, quòd hujuſmodi mandata ad cambiandum limitata validè fieri poſſent, etiam ultra triennium, frequentiſſimè in hac Civitate ſimiles fuerint contractæ obligationes, ſi hodie poſt generalem, & inveteratam obſervantiam, ac bonam fidem, novitas illa annullativa prædd. obligationum introduceretur, magna fieret ſtrages contractuum, & Civitas litibus repleretur, cui malo eſt ſedulò
31 occurrendum, & ea capienda interpretatio, per quam tolluntur novitates, & extinguuntur litigia, per ea quæ obſervat *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 44. num. 575. Rot. Avenion. apud Tondut. de Prævent. part. 3. reſol. 10. n. 10. & 11.*

Stabilito debito fructuum, allegabant Defenſores Baronis Cambium, remanere, vel ſatisfactum, vel ſaltem diminutum, ex pluribus ſolutionibus, eaſque cedere debere in extinctionem ſortis: undè aſſumpto hujus inſpectionis examine, recognitum fuit, eidem Baroni bonum jus aſſiſtere, quoad ſolutiones factas poſt annum 1674. prout in ſententia. Licèt enim regula ſit, quòd ſo-

ſolutiones priùs cenſeantur factæ in cau-
22 ſam fructuum, quàm ſortis, ad *Text. in l. fidejuſſores 69. §. Pro Aurelio, & ibi gloſ. V. in uſuras ff. de fidejuſſor.* & tradita per *Rot. coram Carillo dec. 120. num. 2 Celſ. dec. 95. num. 12. in rec. dec. 375 num. 5 part. 1. & dec. 303. num. 1 part. 14. & inter dec. Diverſ. recollectas per Palm. Nep. dec. 104. num. 1.*
23 etiam ſi ſolutiones factæ fuiſſent pro ſorte, & fructibus. *l. in ii §. Apud Marcellum ff. de ſolut. Paccll. expod. 42. n. 34. & ſeqq. Rot. in rec. dec. 116. num. 1. part. 8. & in Firmana Dotis, & Fructuum 25. Junii 1703 §. Abſque, cor. Reverendiſſ. Molines, & in Romana Cenſus 7. Junii 1706. §. Nec in demonſtrationem, coram Scotto.*

Regula tamen hæc locum ſibi non vindicat, quando conſtat de voluntate debitoris ſolutionis faciendi, vel creditoris eas recipiendi in cauſam ſortis, quæ facit ceſſare legalem præſumptionem, & operatur, ut ſolutio in cauſam
24 volitam, & expreſſam debeat imputari. *l. 1. & 2. ff. de ſolut. Mant. de Solut. cap. 9. n. 16. Merl. Var. Poſſeſ. 91. n. 3. Capyc. Latr. dec. 21. num 3 Sanfelic. de 123. num. 6. Rot. cor. Priol. dec. 137. num. 12. apud Baldour. Dec. & Rer. Judicat. tit. 4. de Dot. dec. 18. num. 1. & 2. poſt Conſtant. ad Statut. Urbis. dec. 148. num. 15. & 16. & inter deciſ. recollect. per Palm. Nep. d. dec. 104. num. 1 & in Romana Salviana 1. Junii 1699. §. Contrarii, cor. Reverend. Molines, & in Firmana Dotis, & Fructuum 30. Aprilis 1700. §. Nec attendendo, & ſeq. cor. Eminentiſſ. de la Tremoille, & 3 Junii 1701 §. Nec ſubſiſtit, coram dell'Olmo, & 25. Junii 1703. §. Singula, coram Reverendiſſ. Molines.*

De hac autem voluntate D. Catharinæ Cajetanæ creditricis ambigi non poteſt, dum ipſa de anno 1674 petiit, & obtinuit in Curia Placiti innovationem mandati, relaxati in ſententia anni 1663. cujus vigore executare fecit bona debitorum, & Bannimenta committi pro illorum deliberatione, prout effectivè deliberata, & ex eis obtinuit prædium *della Croce* Equitis Amerigo. Cumque hæc omnia geſta fuerint in executionem d. ſententiæ, & mandati anni 1663., quæ in ſubſtantia contine-
25 bant ſolùm creditum ſortis, ex hoc dicitur ſufficienter explicata voluntas creditricis, ſatisfactionem obtinendi pro ſorte ſui crediti, ut in puncto, quòd modo conſequendi ſortem eliceretur ex inſtantia facta vigore mandati, pro ſorte obtenti, benè *Rot. in celebri Romana Dotis de anno 1691, & 1693. coram Muto, apud Baldour. Dec. & Rer. Judicat. tit. 2. de Prælation. dec. 3. n. 21. & tit. 4. de Dote dec. 18 num. 5. & 8. & ſeqq. 9. Junii 1694. impreſſa poſt Conſtant. ad Stat. Urb. dec. 148. num. 4. & ſeqq. repetita penes Palm. Nep. dec. 103., & 14. Martii 1695. impreſſa apud eumdem Palm. dec. 104 n. 2 & ſub n. 5. & in Firmana Dotis, & Fructuum 3 Junii 1701. §. Nec ſubſiſtit, coram dell'Olmo, & 25 Junii 1703 §. Solidiſſimum, coram Reverendiſſimo Molines, & 30. Januar. 1705. §. Et tertio, §. Minuſque, & §. Neque, cor. R. P. D. Omanna.*

Potiſſimè quia fructus tunc erant illiquidi, dum præfata Sententia anni 1663. pro illis jura D. Catharinæ reſervavit, ibi – *Salvis juribus d. D. Abbati ſolidus qualibus pro creditus, à d. die facta diſdicta citra quomodocumque prætenſis, & prætenſuris, prout de jure.* Ex qua reſervatione, à Judice facta, cum creditum fructuum adhuc de tempore obtentæ Innovationis eſſet prorſus illiquidum, pro illorum ſolutione non poterat devenir ad executionem, & deliberationem, ſed
26 pro credito duntaxat ſortis claro, & incontroverſo, ut proſequitur in ſpecie *Rot. poſt Conſtant. ad Stat. Urb. d. deciſ. 148. num. 1. & ſeqq. & in confirmatoria* impreſſa apud *Palm. Nep. dec. 104. num. 8. verſ. clarius, & apud Baldour. d. tit. 2. de Prælat. deciſ. 3 num. 22 ubique Baldour. num. 13. & tit. de Dot. d. dec. 18. num. 3. 4. 9. & ſeqq. & in Fulginaten. Dotis 27. Junii 1692. §. Noſtram, & ſeqq. coram Prato.*

Minimè relevante, quòd Procurator D. Catharinæ Cajetanæ, in actu ſolutionum ſpecificaverit priùs recipere velle in cauſam fructus, quàm ſortis. Quia cum declaratio voluntatis creditoris non mi-
27 nùs fieri poſſit in ipſo actu ſolutionis, quàm antea, ex traditis per *Rot. in Romana Pecuniaria 11 Januarii 1700. §. Caterùm, coram Reverendiſſ. Molines, & in d. Firmana Dotis, & Fructuum 1703. §. Singula, coram eodem,* poſtquam ipſa initur, tantùmque actibus judicialibus decla-

ravit, ſe velle conſequi ſatisfactionem pro ſorte, non poterat ex poſt in Inſtrumento relaxationis bonorum decla-
28 rare, ſolutionem faciendam eſſe priùs pro fructibus, & ſucceſſivè pro ſorte, nec creditrix ipſa voluntatem ſuam mutare, ex traditis per *Mart. Medic. exam. 15. n.29. Rot. in rec. dec.695. n.5. par.2. & dec.439. n.42. par.9.*

Ponderato præſertim, quòd ad deliberationem deventum fuit cum conſenſu DD. Concreditricum, cumque iſtæ conſenſum præſtiterint tempore, quo D. Catharina inſtabat pro ſolutione ſortis, eo minùs poterat ſine earumdem Concreditricum citatione, & novo
29 conſenſu declarare, ſe velle priùs ſolutionem pro debito fructuum, ut eſt Theorica *Bart. in l.1. num.7. in fin. ff. de ſolut. Gratian. diſcept.214.num.10. Mart. Medic. exam. 15. num.9. Rot. d. dec.439. num.42. part.9. in Romana Permutaria 25. Januarii 1700. §. Quin relevet, in fine, coram Eminentiſſimo de la Tremoille.*

Eòque magis, quia ſecuta deliberatione, fuit exacta aliqua rata pecuniarum ſimpliciter, & abſque ulla ſpecificatione; quæ exactio cum inducat decreti, aliorumque actuum ſucceſſivo-
30 rum acceptationem: *Rot. poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. cit. dec.148. num.17.*, tali acceptatione ſecuta, difficilius redditur
31 Dominæ Catharinæ impugnare id, quod ſemel fuit pro ejus parte approbatum. *cap. quod ſemel, de reg. jur. in 6. Rot. in rec. dec.95. num.2. part.18. & coram Buch. dec.522. num.15.* etiamſi exactio fa-
32 cta fuerit ſolùm in parte, cum neque mulieribus, neque minoribus permiſſum ſit, actum pro parte approbare, & pro
33 altera reprobare. *Bald. conſ.32. ſub n.1. lib.2. Rota coram Gregor. dec.467. num.5. & in rec. dec.541. n.17. part.18.*

Prout non relevat, quòd debitum dd. fructuum eſſet certum, & liquidum de tempore Innovationis obtentæ, dum fuerat præcedentèr canonizzatum in Sententia anni 1665., lata in eadem Curia Placiti. Quoniam de hac Sententia, quæ non fuit in Actis hujus Cauſæ producta, nobis non conſtitit: & ulteriùs cum nec fuerit producta, nec illius vigore inſtitum de anno 1674., quo fuit petita innovatio mandati, nec in Inſtantiis, & Actibus judicialibus ſucceſſivis, non eſt in aliqua conſideratione habenda, ſed ſolùm inſpici debet ſententia, ſeu mandatum anni 1663., productum, & innovatum, & in cujus ſequelam fuit deventum ad deliberationem, cum id, quod fuit petitum, & à Judice decre-
34 tum, ad hunc effectum unicè inſpici debeat, non id, quòd in Actis deductum non fuit, nec ulla Judici facta mentio, ut proſequitur in fortioribus *Rot. in d. Romana Dotis poſt Conſtantin. ad Stat. Urb. d. dec.148. num.3. 17. & 21. & 22.* confirmata *in dec. impreſſa inter recollectas per Palm. Nep. dec.104. n.7. apud Balduc. d. tit.2. de Prælat. dec.3. num.21.* & magis in ſpecie in *dec. ejuſdem Cauſæ diei 10. Maji 1686. §. Secundo ſi Congregatio, coram Herwarit*, ibi -- *quo circa neceſſariò aſſeri debet, omnes ordines de ſolvendo, expeditos fuiſſe in executionem mandati, quod ſolùm productum reperiebatur* --

Et ita utraque Parte acerrimè informante reſolutum fuit, &c.

Senen. Dotis.

Sabbathi 8. Octobris 1707.

A R G U M E N T U M.

Vigore Auth. res quæ pro Dote fœminarum deſcendentium competit Immiſſio ad bona Fideicommiſſaria, quamvis exiſtentia apud Tutorem, qui prætextu Creditorum prætenſorum non valet bonorum reſtitutionem detrectare, ratione non reddita. Plures referuntur conjecturæ ad regulandam taxam Dotis, quam firmatur deberi ex toto Fideicommiſſo ſeminalis columnelli, in quem fuit ingreſſum, illius Maſculis deficientibus.

S U M M A R I U M.

1 *Bona Fideicommiſſaria vigore* Auth. res quæ *pro dote Fœminarum deſcendentium valent alienari.*
2 *Et multò magis competit Salvianum Interdictum ad obtinendam Dotis ſolutionem ex fructibus.*
3 *Et remedium Aſſecurationis vigore* Clauſulæ conſtituti, *appoſita in Inſtrumento dotali.*
4 *Prout ſi Cenſus fuerit ſuper re Fideicommiſſaria impoſitus pro Dotis conſtitutione.*

5 *Ta-*

5 *Tutor non valet, ratione non reddita, ſub prætextu Crediti retinere poſſeſſionem bonorum, cum tutela apprehenſorum.*

6 *Quia pendente redditione rationis non valet ille dici debitor, aut creditor.*

7 *Sed præſumitur de ſuo Credito ſatisfactus, niſi ex redditione rationis contrarium concludenter probatum fuerit.*

8 *Alias aperiretur via fraudibus, quia Tutores caperent bona Pupilli, & in illorum poſſeſſione ſe conſervarent æternando litem ſuper redditione rationis.*

9 *Eo magis Tutor prohibetur, prætextu Crediti, relaxationem bonorum Pupillis controvertere, ſi in Inſtrumento ſuſceptæ tutelæ reſtitutionem promiſit cum clauſulis, viam executivam importantibus.*

10 *Præcipuè ſi per plures annos percepit fructus à Stabilibus Pupilli, & ad ejus manus plura etiam mobilia pervenerunt.*

11 *Fortiùs ſi intimatione facta ad reddendum rationem, ex ejuſdem Tutoris culpa talis redditio fuit ſemper protelata.*

12 *Tutori, ante redditam rationem ob prætenſa credita detrectanti bonorum reſtitutionem, ſatis tantum remanet cum præſtatione fidejuſſoris.*

13 *Ad taxandam Dotem filiabus judicium paternum quàm maximè attenditur.*

14 *Reſpicitur quoque loci, ubi mulier nupta fuit, qualitas, & conſuetudo.*

15 *Nec non qualitas viri, ejuſque honorum, exercitium, & facultates.*

Item exercitium lucroſum fratrum mariti, ibidem.

16 *Non poteſt dici exceſſiva, ex quo alteri Sorori data fuerit minor dos, ſi iſta fuerit nupta in loco inferiori.*

17 *Itaque exceptio exceſſivitatis dotis, quieſcentibus intereſſe habentibus, non valet per tertium allegari.*

18 *Item non valet aſſignari à Tutore, non reddita per eum ratione aſſis paterni.*

19 *Exceſſus in Dote nunquam præſumitur.*

20 *Sed concludenter probari debet.*

21 *Prætendens Dotis exceſſivitatem, debet agere contra prætenſam exceſſivè dotatam pro reductione ad æqualitatem.*

22 *Dotis conſtitutio, & taxatio, non impeditur ex timore inſufficientiæ bonorum; in eum deſectu, non implicat comminui, vel reduci.*

23 *Fideicommiſſum, ab Aſcendente derivans, obligatum eſt pro Dote Fœminarum Columnellis, in quam fuit ingreſſum, ejuſdem maſculis non exiſtentibus, quamvis everteretur in totum.*

25 *Si in Diviſione alteri, loco Fideicommiſſariorum, bona libera fuerint aſſignata, vindicans bona Fideicommiſſaria pro evictione, debet tot refundere de Bonis liberis, non obſtante ſententia Fideicommiſſi.*

DECISIO XXIV.

STabilita Juriſdictione hujus Cauſæ coram Me, prævio decreto diei 6. Junii præteriti, ex rationibus ſatè deductis in Deciſione ſub dicta die à Me extenſa, & nunc impreſſa *deciſ.12.*, Inſtetit D. Auditor Joannes Bonaventura Neri Badia pro aſſociatione ad bona Fideicommiſſaria quondam Angeli Venturi, Proavi Nob. D. Camillæ, nunc eidem D. Auditori nuptæ, pro Dote in ſumma ſcutorum 3000., ſibi in capitulis matrimonialibus promiſſa, contra D. Angelum Venturum, eorundem bonorum detentorem; quam maturè examinatis Cauſæ meritis, in hodierna audientia fuit reſolutum eſſe concedendam pro quantitate ſcutorum 2500.

Cum enim bona prædicta poſſeſſa fuerint à Nob. quondam Aſcanio Venturo, Patre d. D. Camillæ, tanquam ei obventa in, diviſione facta cum D. Angelo ejus fratre, & Fideicommiſſum fuerit ordinatum ab Aſcendente; ſicut adverſus illa pro dote deſcendentis competit beneficium *Authentic. res quæ C. Commun. de legat.*, cujus vigore, non exiſtentibus bonis liberis, poſſunt bona Fideicommiſſaria pro do-
2 tis conſtitutione alienari *Peregrin. de Fideicomm. art.42. num.1. Fuſar. de Subſtit. quæſt.532. num.1. & ſeqq. Berſan. de Viduis, 15. cap.2. quæſt.13. n.1. & ſeqq. Theſaur. dec.192. num.3. Cavalcan.*, olim noſtri Tribunalis Auditor, *dec.81. num.104. part.3. Adden. ad Pamphil. dec.399. num.12. Rot. coram Emerix jun. dec.1319. num.6. & in Romana Fidei-*

com-

commiſſi de Maximis 23. *Junii* 1698.
§. *finali*, & 20. *Decembris ejuſdem anni*
§. *Reſpectu*, & 14. *Junii* 1700. §. *Idque*,
coram Muto.

Ita, & multò magis pro ejuſdem
dotis ſatisfactione competit Credito-
ri Salvianam, ut ſe ex fructibus poſſe
2 de dote ſatisfacere. *Pacific. de Salvi. in-
terdict. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 98. & *ſeqq.*
& *num.* 113. *Berſan. de Vidu. cap.* 2. *q.* 24.
num. 11. *Rot. in rec. dec.* 145. *n.* 4. & *ſeq.*
3 *part.* 16., & remedium aſſociationis,
quod vigore *clauſulæ Conſtituti*, in In-
ſtrumento dotali adjectæ, datur Mariæ,
& cuilibet alii, pro ſe *clauſulam Conſti-
tuti* habenti, ut in terminis Cenſus, ſu-
per re Fideicommiſſaria impoſiti pro
4 conſtituenda dote *Rot. coram Bich. dec.*
310. *n.* 1. & *ſeqq.*

Non obſtat, quòd D. Angelus
ſit Creditor hæreditatis præfati Aſ-
canii in conſiderabili ſumma pro doti-
bus ſolutis olim D. Petræ, & D. Equiti
Fauſto Coſpio, aliiſque pluribus ex
cauſis, pro quo credito prętendebat ſibi
dari retentionem omnium bonorum li-
berorum, & Fideicommiſſariorum, in hæ-
reditate ejuſdem Aſcanii remanſorum:
Quoniam cum ſtabilia, ſuper quibus
conceſſa fuit D. Auditori aſſociatio,
apprehenſa fuerint una cum aliis bo-
nis à D. Angelo, uti tutore D. Camillę,
aliarumque Sororum, & ab eo in In-
5 ventario deſcripta, iſtis effectis majo-
ribus, & tutela finita, non poteſt ipſe,
non reddita ratione, eadem retinere
ſub prætextu, quòd remaneat credi-
tor ex cauſa adminiſtrationis benè
Card. De Luc. de Tutor. diſc. 6. *num.* 10. &
plur. ſeqq. ubi explicat contrarios, & *in
Summa n.* 10 *Caball.*, inclytæ olim hu-
jus Rotæ Auditor, *conſ.* 36 *num.* 11. *lib.* 1.
Gratian. diſcept. 229. *num.* 8. & 21. &
diſcept. 494. *num.* 5. *in fin. Fontanell. de
Pact. Nuptial. clauſul.* 4. *gloſſ.* 18. *part.* 5.
num. 43. *Palma Nep. allegat* 18. *ſub n.* 7.
verſic. omnes, & *ſub num.* 13. *Paſchal. de
Patr. Poteſt. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 41. &
ſeqq. Urceol. conſult. 71. *num.* 8. *De Luc. ad
Gratian. dec* 179. *num.* 2. *Gamb. dec.* 15.
num. 8. *verſic. primus eſt. Sard. dec.* 184.
num. 3., & *ſeqq.* ibique *Hadiera. num.* 1.
& *ſub num.* 4. & 10 *Bevilacqu.*, olim hu-
jus noſtræ Rotæ Auditor, *dec.* 90. *in fin.*
Rot. in rec. dec. 65. *num.* 16. & 17. *part.*
10. & *dec.* 307. *num.* 1. *part.* 13., & benè
coram Caval. dec. 240. *num.* 3. & *ſeqq.*
& *num.* 7. *Baratt. dec* 557 *num.* 8. *Celſ.
dec.* 405. *n.* 2. & *in Romana Tutelæ* 10. *Fe-
bruarii* 1701. §. *Rurſus*, *coram Molines
apud Palm. Nep. dec* 398. *num.* 9. *Ferra-
rien. ſeu Argentana Fideicommiſſi ſuper
Fructibus* 16 *Januarii* 1704. §. *Et de fa-
cto*, *coram Anſaldo*, & dixit *Rota noſtra
in Summ. Permutatio* 2. *Maji* 1695. §. *Se-
cundum*, *coram D. meo Auditore Fer-
ſerro.*

Ea ratione, quia pendente reddi-
tione rationum, Tutor non poteſt dici
6 creditor, nec debitor. *De Luc. de Tutor.
d. diſc.* 6. *num.* 20. & *ſeqq. Rot. coram
Bich. dec.* 380. *num.* 16. *coram Emerix
Jun. dec.* 1153. *num.* 4. *in rec. dec* 547.
num. 17. *part.* 5. *dec.* 65. *n.* 15. & *dec.* 166.
num. 16. *part.* 10., & *dec.* 283. *n.* 3 *part* 17.
& conſequentèr non poteſt ſatisfactio-
nem crediti incerti ex bonis pupilli
prætendere, cum præſumatur ſe de
ſuo credito ex bonis adminiſtratis ſa-
7 tisfeciſſe, donec ipſe per effectivam
redditionem rationis contrarium non
probet. *Peregrin. de Fideicomm. art.* 35.
num. 53. *Urceol. conſult.* 19. *num.* 13. &
ſeqq. Cancer. Variar. part. 1 *cap.* 7. *ſub
num.* 112. & 123. *Rot. coram Cavalier.
dec.* 453. *n.* 3. & *in rec. dec.* 327. *num.* 14.
part. 19.

Quòd ſi aliàs diceretur, aperta eſ-
ſet via Tutoribus, & adminiſtratoribus,
dominos bonis ſpoliandi, & lites ſuper
redditione rationum, de ſui natura
longiſſimas, protrahendi, ut interim
ſe in fructuum indebita perceptione,
& in ſpolio, diuturno tempore, & for-
tè etiam vita durante, confovere poſ-
ſent, & tutelæ munus, quod eſt tuto-
ribus oneroſum, & pupillis utile, &
neceſſarium, illis magnum commodum,
8 & iſtis intolerabile damnum afferret,
ut appoſitè ponderat *Card. De Luc. de
Tutor. d. diſc.* 6. *ſub num.* 22. *verſ. Eſſet
enim*, & *diſc.* 17. *n.* 9.

Maximè dum D. Angelus in inſtru-
mento ſuſceptæ tutelæ ſe obligavit ad
reſtitutionem dictorum bonorum ea fi-
nita, cum clauſulis, viam executivam
importantibus, quo caſu prohibitum
eidem eſt, ante redditionem rationum,
eorumdem bonorum retentionem alle-
9 gare ſub poſſibilitate crediti, vel ſa-
tiſ-

diſtincti, vel illiquidi, & aliorum indaginem requirentis. *Caballus dicto conſ. 36. num. 15. lib. 2. Canoer. Variar. part. 3. cap. 15. num. 315. Mantica de Ratiocin. cap. 21. num. 24. De Luc. de Tacor. d. diſc. 6. n. 7. Palm. Nep. d. allegat. 18. ſub num. 7. verſ. tamen, & n. 13. Hodiern. ad Surd. d. deciſ. 184. n. 4.*

Clarius ex quo d. D. Angelus bona prædicta retinuit per ſpatium 15. annorum, & ex eis notabiles fructus percepit, nec non omnia mobilia, & conſiderabilem quantitatem plurium millenariorum Ferri, & Argentorum, conſtituentium ſummam librarum 38., ex quibus, & ex proprietate majoris partis dictorum Capitalium fructiferorum, quæ apud eum adhuc remanent, ejus creditum, eo magis præſumi poteſt ſatisfactum, vel ſaltem redditur turbi-
10 dum, & illiquidum. *Gratian. diſcept. 129. num. 11. & 12. & diſcept. 826. n. 31. Menoch. lib. 3. præſumpt. 233. num. 12. Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 3. quæſt. 175. n. 18. Urceol. d. conſult. 29. num. 13. & ſeqq. Sabell. reſolut. 8. num. 44. & ſeqq. Aſſlict. dec. 23. num. 13. verſ. adducitur quarto, & num. 15. Rot. poſt Peroſin. de Salviano Interdict. dec. 19. num. 4. & ſeqq. coram Cavan. dec. 1232. num. 2. & 4. Pamphil. dec. 369. num. 4. Duran. dec 358. num. 14. Buch. dec. 380. ex num. 15. & ſub num. 20. & in rec dec. 63. num. 13. & ſeqq. part. 10. & dec. 161. n. 15. & 6. part 11*

Et fortius, quia ipſe laceſſitus ad reddendam rationem, illam aſſumpſit, ſed proſequi, & perficere noluit; ex quo arguitur, quòd vel non rectè ſe geſſit in adminiſtratione, dum Libros forſan non benè confecit, & in eis computa diſtinctè non deſcripſit, propter quam confuſionem Periti, à Judicibus Delegatis electi, retulerunt, non poſſe ſuper eis fieri calculum, & reviſionem computorum: vel ſi Libros benè confecit, dum judicialitèr, & extrajudicialitèr laceſſitus ad redditionem rationum per ſpatium quinque annorum, quo coram Judicibus Delegatis pendet Judicium, nunquam ad eam devenire voluit, neque poſtquam ſub prætextu non redditæ rationis fuit condemnatus à Rota ad ſolutionem reſidui dotis, debitæ D. Equiti Fauſto Coſpio: Invaleſcit præſumptio, quòd recognoverit, verè, & realitèr ſe fuiſſe de ſuo aſſerto credito ſatisfactum, & proindè retentionem ex cauſa illorum
11 deducere non poteſt. *De Marin. allegat. 123. num. 9. in fin, tom. 3. De Luc. de Tacor. d. diſc. 6. n. 7. & diſc. 17. num. 9. & in Summ. num. 56. De Dot. diſc. 183 ſub n. 9. alias De Luc. ad Gratian. diſcept. 129. num. 8. in fine. Rot. in rec. dec 332. ex n. 3. par. 10.*

Et in omnem caſum, quatenus D. Angelus devenire vellet ad redditionem rationum, & in ea reperiretur creditor hæreditatis Aſcanii, nullum præjudicium ei fuiſſet illatum ab aſſociatione conceſſa d. D. Auditori, quia tali caſu eveniente, decretum fuit, quòd D. Auditor teneatur præſtare fidejuſſorem de reſtituendo totum id, in quo D. Angelus declarabitur creditor potior, & anterior, intra vires dotis, ab eo receptæ: quæ proviſio eum præſervat à quocunque damno, & præjudicio, caſu quo tractu temporis creditor remaneret, & hæreditas Aſcanii Patris eſſet inſufficiens pro ſolvenda dote, itaque temperamento, in caſu, quo creditum, quod ex redditione rationum facienda provenire
12 prætenditur, eſt illiquidum, utuntur *Mantica de Ratiocin. d. cap. 21. in fin. verſ. vel ſaltem poſſit reſtitui ante rationem redditam ſub quadam ſidejuſſione depoſitaria. Theſaur. Quæſt. Forenſ. lib. 2. quæſt. 18. num. 4. in fin. Hodier. ad Surd. ſæpè citat. dec. 184. ſub n. 13. & 14.* ubi concordantes *Borſan. de Vidu. cap. 2. quæſt. 19. ſub n. 7. in fine.*

Probata ex his juſtitia aſſociationis pro credito dotis, & deſcendendo ad quantitatem, iſta taxata fuit in ſcutis 3500. quantam ex determinatione Paterna habuit alia Soror nupta D. Equiti Fauſto Coſpio. In hac enim
13 materia judicium Patris quàm maximè attenditur *Rom. conſ. 56. numer. 15. lib. 3. Merlin. Pignatell. controv. 3 num. 4. num. 1. ibique Scoppa num. 13. 17. & ſeqq. Caron. reſolut. 148. n. 1. Manſ. conſult. 640. num. 3. & ſeqq. Gratian ad Conſuetud. Meſſanen. cap. 3. gloſſ. 7. num. 45. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ. 5. gloſſ. 8. part. 1. n. 11. & ſeqq. fol. 96.* Dominus meus, & olim Collega meus *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 35. num. 13. & ſeqq. Bern. dec. Bononien. 19. num. 14. & 16. Theſaur. deciſ. 191.* num.

num.2. *Rot. Januen. apud Baldaſs. Dec. & Rev. Judicat. tit. 4. de Dote dec. 29. n. 32. Rot. coram Cavaler. dec. 198 num. 4. & in rec. dec. 113. num. 1. part. 11. dec. 376. num. 2. part. 15. & dec. 236. num. 10. & 11. & deciſ. 541. num. 10. & ſeqq. part. 18. apud Baldaſs. Dec. & Rev. Judicat. tit. 3. dec. 52. num. 18 & tit. 4. dec. 30. num. 10. 11. & 21. & in Romana Augmenti Dotis 22. Junii 1701. §. finali, coram Molines, & in Maceraten. Fideicommiſſi 16. Martii 1703. §. Quoad quantitatem, coram Eodem, & in Fulginaten. Succeſſionis, & Dotium 15. Januarii 1704. §. Dotem, coram Lancetta, & 30. Januarii 1705. §. Ætas, coram Eodem & in Romana Dotis, & Legitimæ 22. Martii 1706. §. Conſtat, coram R. P. D. Priolo.*

Signanter quia D. Camilla eſt nupta in Civitate magis inſigni, quæ eſt Principum reſidentia, & Etruriæ caput, & in qua majores expenſæ ſunt neceſſariæ, & major requiritur pompa. Loci autem qualitas, & conſuetudo, eſt una ex circumſtantiis, quam inſpicere de-
14 bet Judex pro quantitate dotis decernenda. *Pariſ. conſ. 26. num. 88. & conſ. 83. num. 3. lib. 3. Caball.* olim inclytæ hujus Rotæ Auditor *conſ. 79. num. 11. lib. 1. Caren. reſol. 248. num. 2. Menoch. de Arbitrar. lib. 2. caſ. 149. num. 38. Boſſ. de Dot. cap. 13. num. 12. De Luca de Dot. diſc. 1. n. 7. & diſc. 144. num. 9. Conſtantin. ad Statut. Urb. d. annotat. 35. num. 28. & annotat. 39. num. 155. Theſaur. dec. 192. num. 1. Grammat. dec. 101. num. 69. Rota coram Royas dec. 293. ſub num. 5. Zarat. dec. 85. n. 17. & ſeqq. & dec. 84. n. 8. & in rec. dec. 113. num. 1. part. 11. dec. 417. num. 7. part. 14. & in Romana Augmenti Dotis 22. Junii 1701. §. Vindicta, & §. Qualitas, coram Reverendiſſ. D. Molines, Sacræ Rotæ Decano, & in Maceraten. Dotis 2. Martii 1705. §. Deſcendendo, cor. R. P. D. Lancetta, & in d. Romana Dotis, & Legitimæ 22. Martii 1706. §. Fortiùs, & §. Dotem, coram R. P. D. Priolo.*

Augeturque taxationis juſtitia, ſi reflectatur, ut par eſt, ad qualitatem perſonæ Mariti. Ipſe enim ſumma cum laude per plures annos ſedet in inclytæ Rotæ Florentinæ Auditorio, & tres habet fratres, omnes addictos ſervitio hujus Sereniſſ. Domus in conſpicuis muneribus, ex quibus tam ipſe, quàm
illi, notabile annuum lucrum retrahunt,
15 cum quo junctis bonis paternis, conſiderabili fruitur patrimonio, itaque omnia pariter conſideranda eſſe pro congruitate dotis, de qualitate viri, eſt *Text. in l. quæro 61. ff. de jur. dot. & l. cum poſt divortium 70. §. ſo dumo ff. eodem. De Luc. de Dot. diſc. 144. num. 9. & diſc. 188. ſub num. 2. & in Summa num. 170. Zaul. ad Statut. Florent. lib. 3. rub. 17. num. 24. Conſtantin. ad Statut. Urb. annotat. 39. num. 155. Caren. d. reſol. 148. n. 2. Theſaur. dec. 192. n. 2. Rota noſtra apud Mart. Medic. deciſ. Senen. 57. n. 24. Rot. apud Baldaſs. Deciſ. & Rev. Judicat. tit. 4. de Dot. dec. 30. num. 11. & 18. coram Royas dec. 293. ſub num. 5. & in rec. dec. 20. num. 2. par. 13. & dec. 93. num. 8. par. 14. & in d. Romana Augmenti Dotis 22. Junii 1701. §. Vindicata, & §. Qualitas, coram Molines,* de ejus exercitio lucroſo, & de quantitate bonorum, ab ipſo poſſeſſorum *Rot. in d. Romana Augmenti Dotis 22. Junii 1701. §. Vindicata, & §. Qualitas, coram Reverendiſſimo D. Molines,* aliiſque ſuperiùs citati.

Haud relevante, quòd alia Soror nupta fuerit in Civitate Montis Politiani cum ſumma ſcutorum 1000., quia hoc non ſubſiſtit in facto, dum illi fuit promiſſum pro Dote totum id, quod de jure ei deberetur, & prætendere poſſet, & quatenus etiam ſola ſcuta 1000. ei promiſſa fuiſſent, adhuc novum non eſt, quòd ex diverſitate loci, in quo Sorores nuptæ ſint, diverſam, & difformem Dotem recipiant, juxta diverſam conſuetudinem loci, in quo
16 nuptæ reperiuntur, ut de duabus Sororibus, una in Urbe, & altera in alia Civitate inferioris ſferæ nupta *Card. de Luc. de Dot. diſc. 1. n. 10. Rot. coram Zarat. d. dec. 85. num. 21. & 22. & in Romana Dotis, & Legitimæ 22. Martii 1706. §. Dotem, coram R. P. D. Priolo.*

Prout non urget, quòd quatenus dictæ Sorori, nuptæ in Civitate Montis Politiani, taxaretur à Judice dos in quantitate, in qua fuit conſtituta aliis Sororibus, non remanerent bona ſufficientia pro hoc onere adimplendo, Quia Hyacintha, nupta in Civitate Montis Politiani, hoc dotis ſupplementum ejus vita durante nunquam petiit, nec ejus hæredes hodie petunt. Undè dum

in-

intereſſe habentes hanc exceptionem,
17 non opponunt, eam allegare non poteſt
D. Angelus, qui eſt tertius. *Fontanell.*
de Pactis Nuptial. clauſ.5 gloſſ.8. part.2.
n.17. 18. & ſeqq. fol.106. tom.1. Boſſ. de
Dot. cap.14. num.20. & 31 Card. de Luc.
de Dot diſc.66. num.9.& in Summa n.319.
Rota in rec. dec.88. ſub n.3. part.5.
Et quatenus etiam dicti hæredes de
hoc exceſſu, & incongruitate dotis
exciperent, & obtinerent declaratio-
nem à Judice, quòd Hyacinthæ dos de-
beretur in ea quantitate, quam aliæ
Sorores receperunt, tali caſu, aut me-
diante redditione rationis, à D. Angelo
facienda, dignoſcitur, quòd ſolutis de-
bitis, quæ de Jure ante hanc dotem
ſolvenda ſunt, remaneant bona Aſcanii
18 Patris, ad hunc effectum ſufficientia;
& hæredes prædicti ex illis poterunt
ſatisfieri, nec interim donec hoc du-
bium, & incertum eſt, poterit allega-
ri bonorum inſufficientia, & exceſſus;
cum in dote exceſſus non præſumatur,
19 ſed debeat ab allegante probari.
Gabriel. conſ.10. num.68. lib.1. Urceol.
conſult 32. ex num.34. Zaul. ad Statut.
Favent. lib 3. rub.17 num.39. Rot.coram
Royas dec.117. ſub num.20. & 23. Pral.
dec.424. num.1. Bich. dec.310. num.27.,
& dec.366. num.19. Celſ. dec 28. num.13.
Emerix Sen. dec.81. num.7. & in rec. de-
ciſ.28. num.16., & dec.88. n.1. part.5.
dec.150. num.1. part.9. dec.160. num.13.
part 15. dec 147. num.4. & dec.395.n.10.
part.16., & in Sipontina, ſeu Veſtana
Dotis 10. Junii 1693. §. Nec juvat, coram
Reverendiſſimo Herrando, & quidem
non per poſſibile, ſed plenè, & con-
cludentèr. *Rot. coram Celſo dec.146. n.3.*
ubi alios refert, *& in rec. dec.150. n.1.*
20 *& 2. part.9. & apud Baldaſs. Dec. &*
Rer. Judicat. tit.4. de Dot. deciſ.30.
num.16.
Aut conſtabit de impotentia hære-
ditatis prædicti Aſcanii, & tunc D.
Angelus paritèr tutus eſt, quia ad
ipſum non ſpectabit ſolvere hoc dotis
reſiduum, ſed hæredes prædicti agere
poterunt, & debebunt contra alias So-
rores dotatas pro reformatione dotis,
& reductione ad æqualitatem quoad
21 omnes, ad *Text. in l.1. C. de inofficioſ.*
dot. Gratian. diſcept.472. ex n.13. De
Luc. de Dot. diſc.66. num.2. & diſc.156.
num.1. & 2. & ſub num.4. verſ. verùm, &
num.5. ſub num.9. & n.17. & in Summa
n.318. & n.318. Rot. in rec. dec.107. n.9.
& dec.318. num.5. & 6. part.18.
Novum enim non eſt, quòd dos ſe-
mel à Judice, vel ab aliis conſtituta, ſi
tractu temporis detegatur non adeſſe
bona pro illius ſolutione, minuatur,
22 vel pro non conſtituta habeatur. *Bald.*
in l. final. ſub num.10. C. de jur. dot.,
Gratian. diſcept.498. n.61. & 63. Ma-
ſtrill. dec.172. n.17. Rot. coram Pral.
dec.260. n.5. & in rec. dec.192. num.32.
part.10.
Ejuſdem detegitur inſubſiſtentia,
quòd aſſociatio indiſtinctè non potue-
rit concedi ſuper bonis Fideicommiſſi,
ſed ſolùm ſuper medietate, cum alia
medietas ſpectaret ad eumdem D. An-
gelum ſubſtitutum. Quoniam, quid-
quid ſit, an bona, vigore aſſociationis
apprehenſa à D. Auditore, excedant
medietatem Fideicommiſſi, quod juſtifi-
catum non fuit dato etiam prædicto
exceſſu, conqueri non poſſet D. An-
gelus, quia cum omnia iſta bona ob-
venerint Aſcanio Patri D. Camillæ in
diviſione inter ipſum, & d. D. Ange-
lum facta, & Fideicommiſſum condi-
tum fuerit ab Aſcendente, hodie quo
deſcendentes maſculi hujus Columnel-
li non adſunt, pro dotandis fœminis, in
eo exiſtentibus, poſſunt dicta bona Fi-
deicommiſſaria aſſignari, etiamſi totum
everteretur Fideicommiſſum, in dicto
23 Columnello Camillæ ingreſſum, in
ſpecie *Card. de Luc. de Dot. diſc.39. n.4.*
diſc.40. num.3. diſc 144. ſub num.46.
diſcurſ 145. num.34. & diſc.188. num.10.
Rot. coram Royas dec.117. n.16.
Et in omnem caſum, quatenus etiam
D. Angelus poſſet, & vellet medieta-
tem Fideicommiſſi, ad quod vocatus eſt,
petere, cum ipſe loco dictorum bono-
rum Fideicommiſſariorum, Aſcanio in
diviſione aſſignatorum, receperit tot
bona libera, teneretur de evictione fa-
vore hæreditatis Aſcanii, & in ea re-
ponere deberet tot bona libera, æquan-
tia valorem Fideicommiſſariorum, ab
24 ipſo prætenſorum, juxta communem
ſententiam, quam data etiam in divi-
dentibus ſcientia Fideicommiſſi, ſubſti-
nent *Burſatt. conſ.173. num.19. & 31.*
Michalor. de Fratr. part.3. cap.39. n.23.

Surd. de Aliment. tit. 9. q. 11. num. 24. & ſeqq., ubi dicit ita judicaſſe Senatum Mantuanum. *Gratian. diſcept. 234. n. 3. & ſeqq. ibique De Luc. num. 7. Amat. reſol. 77. num. 31. Cyriac. diſcept. 60. n. 77. Caſtald. conſult. 190. num. 3. Cavalcan.* olim hujus Tribunalis Auditor, *dec. 36. n. 9. in fin. part. 1. Rot. noſtra inter deciſ. Lucen. diverſor. recollect. per Palm. Nep. dec. 379. n. 7.*

Et ita utraque &c.

Senen. Diviſionis

Jovis 12. Januarii 1707. ab Incar.

ARGUMENTUM.

Succeſſio in Fideicommiſſis, quoad tranſverſales ulterioris gradus, quàm Patrui, defertur in capita, non in ſtirpes. Non obſtante, quòd ſucceſſio filiorum Fratris qualificata fuerit expreſſim cum clauſula *in ſtirpes*, quæ non extenditur ad caſum tranſverſalium ſupra Patruum, inter ſe concurrentium, ſed reſtringitur, prout de Jure, ad caſum concurſus filiorum Fratris cum Patruo. Nonnulla ad quæſtionem, quando ſub nomine filiorum veniant Nepotes, incidentèr referuntur.

SUMMARIUM.

1 *Succeſſio in tranſverſalibus ulterioris gradus, quàm Patrui, defertur in capita, non in ſtirpes*, & n. 24.

2 *In ſucceſſione tamen Fideicommiſſorum, ſi conſtet de voluntate Teſtatoris, quòd ſuccedatur in ſtirpes, ea debet attendi.*

3 *De tali voluntate conſtare dicitur, ſi Teſtator utatur Clauſula* in ſtirpes.

4 *Quæ Clauſula, in una parte Teſtamenti appoſita, in aliis præſumitur repetita.*

Decl. ut infrà num. 7. & ſeqq.

5 *Prout Clauſula* in capita, *appoſita in inſtitutione, in ſubſtitutione quoque habetur pro repetita.*

6 *Authoritates, in contrarium adductæ, explicantur*, & num. ſeqq.

7 *Intellige ut repetitio Clauſulæ* in ſtirpes *in parte, in qua non adeſt, procedat, quando fuit in Teſtamento appoſita per viam regulæ.*

8 *Prout ſi fuit adjecta in ſucceſſione tranſverſalis, ubi de Jure ſuccedendum fuiſſet in capita.*

9 *Secus ſi adjecta reperitur in caſu, quo ſucceſſio, etiam de Jure, deferri debuiſſet in ſtirpes.*

10 *Filius poteſt rectè ſubingredi in locum Patris viventis, Patre, vel non vocato, vel privato, aut aliàs incapaci.*

11 *Clauſula* in ſtirpes, *appoſita ſucceſſioni filiorum Fratris ſine ſpecificatione concurſus cum Patruo, intelligi debet in dicto caſu, nè recedatur à diſpoſitione Juris.*

12 *Et ſic intelligitur Statutum Senenſe, præcipiens ſuccedi in ſtirpes, & non in capita.*

13 *Maximè ſi Teſtator filios fratris, qui poterant concurrere cum Patruo, vocavit in ſtirpes, & alios qui cum Patruo non poterant concurrere, vocavit ſimpliciter* & n. 14.

14 *Filii diverſorum Fratrum, inter ſe concurrentes ad ſucceſſionem Patrui, veniunt in capita, non in ſtirpes.*

15 *Ex Clauſula* in ſtirpes, *reſtricta ad primos, & omiſſa quo ad ulteriores ſubſtitutos, arguitur, quo ad iſtos volitam non fuiſſe, & quando, & ex quibus dicatur reſtricta ad primos* num. 16. & ſeqq. *ubi latè.*

16 *Filii primi gradus, ſolum veniunt, non ulteriores deſcendentes, ſi Teſtator vocavit filium, E. G. Petri, nomine proprio, & alios filios ejuſdem Petri; quia dictio* alios *importat ſimilitudinem cum filio primi gradus, proprio nomine vocato*, & n. 17.

18 *Item veniunt ſolum filii primi gradus, ſi fuerunt vocati filii, addito proprio nomine Patris.*

19 *Prout ſi Teſtator uſus fuerit dictionibus perſonaliſſimis* illi, *vel* ille, & ſub numer. 20.

20 *Quia tales dictiones vocationem reſtringunt ad filios primi gradus.*

21 *Nomine* liberorum, *non filii tantùm primi gradus, ſed ulteriores quoque deſcendentes comprehenduntur.*

22 *Filiis vocatis, intelliguntur tantùm primi gradus, ſi pro vocatione nepotum, nomina, perpetuitatem importantia, alibi fuerunt adhibita.*

Item ſi vocati fuerunt filii in ſtirpes, & *de ratione* n. 23.

23 *De Jure filii Fratris, concurrentes cum Patruo ad ſucceſſionem Patrui, ſuccedunt in ſtirpes.*

24 Te-

24 *Teſtator, vocans nepotes, & deſcendentes in infinitum in ſtirpes, recedit à Juris diſpoſitione.*
25 *Stante rationis diverſitate, nomine filiorum nepotes non veniunt.*
26 *Fortiùs in tranſverſalium diſpoſitionibus.*
27 *Conjectura pro recedendo à regulis ſupradictis requiruntur concludentiſſimæ.*
28 *Dictionum perſonalium vis deſtruitur in ſubjecta materia ex verbis, relationem importantibus ad perpetuitatem, alibi expreſſam.*
29 *Et mentio Patris ſtare poteſt demonſtrativè ad primam originem deſignandam.*
30 *Decl. non procedere, ubi ultra mentionem Patris, verba perſonaliſſima, aliaque concurrunt circumſtantiæ.*
31 *Clauſula* in ſtirpes, *ut relationis non intelligitur repetita, ſi in parte relata non eſt expreſſa.*
32 *Quia relatio repetit conditiones relati, ſed eas non alterat, aut immutat.*
33 *Quòd ſi in relato adeſſet Clauſula* in ſtirpes, *ea in referente repetita dicenda foret.*
34 *Clauſula* in ſtirpes, *ut ſuperflua dicatur, intelligi debet de omnibus deſcendentibus à primis vocatis, nec reſtringi ad caſum, quo Nepos concurreret cum Patruo ad ſucceſſionem alterius Patrui.*
35 *Satis tamen tollitur ſuperfluitas, ſi de tempore factæ diſpoſitionis aliqua potuiſſent oriri difficultates, tunc per* DD. *non ſopita, ſed ſufficit tollere aliquod dubium, & controverſiam, licèt modicam, & parùm probabilem* ibidem.
36 *Ex modo ſuccedendi in ſtirpes videtur Agnatio melius conſervari.*
37 *Non impleitur tamen, quòd etiam in Fideicommiſſis agnatitiis, ultra fratrum filios ſuccedatur in capita ad formam Juris.*
38 *Immò in dicto caſu ſucceſſio in capita magis favet Agnationi.*
39 *Præcipuè conſtito de diſponentis voluntate, ut bona permaneant in pluribus.*
40 *Succeſſionis diviſio fieri debet in ſtirpes, ſi ita conſtet fuiſſe obſervatum.*
41 *Decl. niſi obſervantia proceſſerit ab diſpoſitionem, vel ignoratam, vel alias in medium non [illegible]ctam.*
42 *Nec obſervantia, pro ſuccedendo ad portionem Patrui, elicitur ex obſervato modo ſuccedendi filiorum ad portionem eorum Patris, nec elicitur ex ſucceſſione in ſtirpes facta in caſu, quo ita de Jure erat facienda,* ibidem.
43 *Ut obſervantia operetur, requiritur ſpecifica, & individualis.*
44 *Et ſi derogaret diſponentis voluntati, non deberet attendi.*
45 *Conjecturarum in concurſu præferuntur illæ pro vocatione in capita, ſi ſint numero majores, & Juris aſſiſtentia fulcita.*

DECISIO XXV.

Recolendæ in ævum memoriæ Cardinalis de Forteguerris, Familiæ, & Agnationi ſuæ providere cupiens, die 4. Decembris 1473. donavit Joanni ejus fratri, & Nicodemo, ex Petro altero ipſius fratre Nepoti, omnia bona, in Civitate, & Statu Senarum exiſtentia, pro ſe, & eorum, ac cujuſlibet eorum hæredibus, ſucceſſoribus, ac in perpetuum deſcendentibus per lineam maſculinam, & maſculos tantùm, cum reciproca inter præfatas lineas in infinitum, ſuperaddita ex poſt declaratione, quòd intendebat comprehendi in donatione etiam alios filios naſcituros Petri, quatenus iſte illos habuiſſet, qui ſuccedere deberent cum Nicodemo in ſtirpes, ibi — *hoc addito, & expreſsè ordinato, quòd ſi dictus D. Petrus frater carnalis præfati Reverendiſſimi D. Cardinalis, habebit alios filios, unum, vel plures, maſculum, ſeu maſculos legitimos, & naturales, ille, vel illi, quotquot ſint, admittantur, & veniant in præſenti donatione in ſtirpes, cum conditionibus, modis, & ſucceſſionibus, ut ſupra declaratis.*

Conſolidatis omnibus bonis donatis in Nicodemo per obitum Joannis unius ex donatariis ſine filiis, illa pervenerunt ad Nicolaum, Alexandrum, & Rodulphum, ejuſdem Nicodemi filios, qui pro indiviſo ea poſſederunt uſque ad obitum. quo ſecuto, agnoſcentes eorumdem filii, communionem eſſe

cauſam productivam litium, & diſcordiarum, proceſſerunt de anno 1533. ad diviſionem, in qua tertia pars bonorum aſſignata fuit Friderico filio Nicolai, alia tertia pars tribus filiis Alexandri, & alia Fabio, & Annibali filiis Rodulphi, & ſucceſſivè ad deſcendentes maſculos cujuslibet Columnelli, de uno in alium, devenerunt.

Defuncto ultimo loco Saluſtio ſine filiis, extincta fuit linea Alexandri, præfati Nicodemi filii, & purificata ſubſtitutione reciproca ad favorem deſcendentium ex aliis Columnellis Nicolai, & Rodulphi, exorta fuit inter iſtos ſuper modo dividendi contentio, prætendente D. Canonico Carolo, deſcendente Nicolai, diviſionem faciendam eſſe in ſtirpes, & Reverendiſſimo D. Antonio cum DD. Joanne, & Angelo fratribus, ex Columnello Rodulphi, inſtantibus pro diviſione in capita, adeout ipſis tres partes debitæ forent, alia Flaminio, ex eodem Rodulpho, ſed ex diverſo Columnello paritèr deſcendenti, & alia præfato D. Canonico. Omnibusque rationibus maturè examinatis, concors Dominorum ſententia fuit, diviſionem, reſpectu ſupradictorum, faciendam eſſe in capita, & non in ſtirpes.

Perſonæ enim, quæ ſuccedere debent, omnes diſtant, tam à Cardinali donante, quàm à Saluſtio, qui ultimo loco deceſſit, & per cujus obitum vacavit portio, ſuper qua lis eſt, ultra octavum gradum in quibus terminis ſucceſſio deferri debet vocatis in capita, & non in ſtirpes, prout ſemper ſuccedatur, & facienda eſt diviſio, quotiès ſumus
1 in tranſverſalibus ulterioris gradus, quàm Patrui, ad *Text. in Authentica poſt fratres in 2. C. de legit. hæred. §. Si verò neque fratres Auth. de Hæredib. ab inteſtat venient. §. Hoc etiam, ibique gloſſ. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.*, & tradita per *Soccin. Jun. conſ. 133. n. 11. & ſeqq. lib. 1 Dec. conſ. 299. ſub n. 7. Caballus*, olim inclytæ hujus Rotæ Auditor, *conſ. 33. num. 5. & ſeqq. tom. 2. Pariſ. conſ. 37. in fine lib. 2. Roland. a Valle conſ. 38. numer. 52. lib. 4. Bellon. Jun. conſ. 61. ſub n. 5. Cephal. conſ. 456. n. 2. Menoch. conſ. 114. n. 84. Fuſar. conſ. 54. ſub n. 58. §. Modo. conſ. 85. à n. 1. ad 5.* ubi de tranſverſali in octavo gradu, *& conſ. 193. n. 11. & 13., & de Subſtit. quæſt. 481. num. 13 Peregrin. de Fideicomm. artic. 30. n. 10. & 13.*, ubi, quòd ita fuit judicatum. *Mantic. de Tacit. lib. 23. tit. 31. n. 13. & tit. 32. ſub n. 16. & n. 22. Sammarc. controv. 63. numer. 25. & 61 Gallus de Except. Succeſſ. tit. 4. except. 13. n. 122. par. 2. Torr. de Primogenit. par. 2. cap. 64. num. 2. & 3. & 9. Franch. dec 24. n. 6 Bartoli de Ultim. Volunt. dec. 82. n. 18. & 19. Rot. in rec. dec 27. n. 10. par. 1. & dec. 478. num. 16. par. 18.*

Non obſtat, quòd quotiès conſtat de mente Fideicommittentis, quòd voluerit ſuccedi in ſtirpes, tunc ſucceſſio ex ipſius voluntate debeat regulari, non à Juris diſpoſitione, cum voluntas Teſtatoris, vel donantis, unicè inſpiciatur pro dignoſcendo, an diviſio fieri debeat in ſtirpes, quando de Jure eſſet facien-
2 da in capita, & an vocati ſint in capita ii, qui aliàs ſuccedere deberent in ſtirpes, ut in puncto tradit *Cephal. d. conſ. 456. n. 18. Fuſar. conſ. 54. n. 48. Mantic. de Tacit. lib. 23. tit. 32. n. 21. & de Conject. Ultim. Volunt. lib. 4. tit. 10. n. 9. & 12. Marc. Medic. examinat. 33. num. 2 Rota noſtra apud Eumdem deciſ. Senen. 56. numer. 25. 26. & 43. & in Addit. ad eamdem in fine.*

Quam voluntatem adeſſe in caſu noſtro, prætendebant Scribentes pro D. Canonico deſumi poſſe ex eo, quòd Donator uſus eſt clauſula *in ſtirpes*,
3 quæ appoſita in una parte diſpoſitionis, vel in una ſubſtitutione, in aliis præſumitur repetita, ut individualitèr
4 firmant *Cephal. conſ. 456 à num. 3 & ſeqq. uſque ad num. 18. tom. 4 Menoch. conſ. 793. num. 12 & ſeqq. tom 8. Decian. reſp. 28. num. 27. & ſeqq. lib. 2. & reſp. 9. num. 54. verſ. tertia conjectura, lib. 2. Fuſar. de Subſtit. quæſt. 482. num. 15. & plurib. ſeqq. & quæſt. 485. num. 118. Grat. cx. diſcept. 687. n. 5. Marc. de Clauſul. part 3. clauſul 43. num. 22. & de Succeſſ. Legal. part. 1. q. 21. art. 2. num. 27. Angel. Rodulphin. allegat. 7. n. 4. Capparell. Reſol. Fiſcal. 75. n. 7. Rot. coram Merlin. dec 631 num. 5 & 6. & in rec. dec 443. num. 13 part 19. & in Interamnen. Fideicommiſſi 11 Decembris 1705. §. Non officiente, coram Reverendiſſ. D. Molines, Sacræ Rotæ Decano*, ibi -- adhuc

ta-

„ tamen cum in eodem Fideicommiſſo
„ univerſali maſculis delata fuerit ſuc-
„ ceſſio in ſtirpes, & non in capita,
„ idem utique modus cenſetur repetitus
„ in ſubſtitutione fœminarum — Et de
clauſula *in capita*, quòd appoſita in inſti-
tutione, & in ſubſtitutione, etiam in alia
5 parte Teſtamenti repetita dicatur *Rot.
cor.Celſo dec.33.n.3.& in rec.dec.138.n.5.
6. & 7. par.6. & dec.637. n.10. par.19.*
Etenim Auctoritates *Cephali*, *Mun-
dhi*, *Fuſarii*, *Marta*, *Rota*, & alio-
6 rum, loquuntur, vel quando clauſula
in ſtirpes fuit appoſita in Fideicommiſſo
7 per viam regulæ, quæ omnes caſus du-
rante Fideicommiſſo qualificare debet.
vel quando fuit adjecta in ſucceſſione
tranſverſali in gradu, in quo de Jure
non datur repræſentatio, tunc enim
ſicut Teſtator voluit in una ſubſtitutio-
ne, in qua ſuccedi debuiſſet in capita,
quòd ſucceſſio deferretur in ſtirpes,
8 idem dicendum eſt voluiſſe in alia ſub-
ſtitutione, in qua diverſitatis ratio con-
ſiderari non poteſt: At quando clauſula
prædicta appoſita eſt in ſucceſſione Ne-
potum cum Patruo, ut in præſenti, vel
in alio caſu, in quo de Jure in ſtirpes
ſuccedendum ſit, tunc ſi in aliis ſubſti-
tutionibus, in quibus de Jure ſuccedi-
tur in capita, eadem clauſula appoſita
non eſt, non poteſt cenſeri repetita ob
9 diverſitatem rationis, concurrentis in
utroque caſu, ut declarat idem *Fuſarius
conſ.193. n.10. & ſeqq. & n.12. & ſeqq.*
ubi, quòd ita fuit judicatum, *& de Sub-
ſtit. d. quæſt 482. n.18. verſic. unde.*
Reſponſione non attenta, quòd, vel
filii Petri, non poſſent de Jure ſuccede-
re in ſtirpes, dum ingredi non pote-
rant in locum Patris de tempore dona-
tionis viventis, vel ſi id dari potuiſſet,
adhuc cum Cardinalis vocaverit filios
Petri in ſtirpes, nulla facta ſpecificatione
concurſus Joannis Patrui, ex vi genera-
lis locutionis tali modo dici debeant vo-
cati, ſive concurrerent cum Joanne Pa-
truo, ſive cum filiis ipſius.
Quoniam, quoad primam objecti
partem, illa ſublata remanet ex quo,
etiamſi verum ſit, filium ingredi non
poſſe in locum, & gradum Patris, qui
adhuc vivit, nihilominus, quando, ut
hic, Pater non eſt vocatus, vel eſt pri-
vatus à Teſtatore, aut ex aliquo capite
incapax, tunc cum ad effectum ſucce-
10 dendi habeatur, ac ſi eſſet mortuus, &
in rerum natura non exiſteret, eo de
medio ſublato, nihil impedit, quòd filius
non ſubingrediatur in locum Patris.
*Molin. de Juſtit.& Jur. tom.3. diſput.614.
n.4. Robles de Repræſentat. lib 1. cap.10.
n.11. Torr. de Majorat. tom.2. quæſt 56.
num.55. & ſeqq. uſque ad finem*, qui plu-
res alios refert, & reprobat contra-
rios.
Quo verò ad ſecundam, ex hoc ipſo,
quòd non facta aliqua ſpecificatione,
Donator voluit admitti filios Petri in
ſtirpes, ejus diſpoſitio intelligi debet in
11 caſu, quo filii ejuſdem Petri concurre-
rent ad ſucceſſionem cum Joanne Pa-
truo, prout talis interpretatio ſumenda
eſt, ut non recedatur à diſpoſitione Ju-
ris, cum qua ſemper præſumitur diſpo-
nentem ſe voluiſſe conformare, in ſpe-
cie *Parſ. conſ.40. n.33. lib.2 Berſatt.
conſ.170. n.48. Decian. reſponſ.1. n.394.
lib.1. Alexgrad. conſ 58 n.32. & ſeqq. &
n.40.*, ubi loquitur de Statuto Lucenſi,
habente ſimilia verba, *& conſ.67 n.41.
lib.1. & conſ.63. ſub n.11. verſ. ſed cum
ueſcio, lib.2. Tartaglia de Reſervat. Sta-
tutar. artic.19. n.34. 38. & ſub num.40.
Gerroll. deciſ Dolan.130. ſub n.12 Bera.
deciſ. Bonon. 93. n.11. Rot. Lucen. apud
Palm. Nep. dec.101. n.45. & 46. Rot. in
rec. dec.102. n.14. par.4. tom.1. dec.600.
num.15. & ſeqq. par.5. dec 445. num.13.
par.19.* repetita poſt *Urceol. de Tranſact.
dec.64. ſub n.13*
Prout in iiſdem terminis, concurſus
Nepotis una cum Patruo, intelligi debet
Statutum Senen., ordinans, Nepotes ſuc-
cedere debere in ſtirpes, & non in ca-
pita, ex proximè adducta ratione, ut
12 in individuo hujus Statuti reſpondit in
ſpecie *Rot. dec.138. n.10. & 11. part.7.
recen.*
Et quòd verè, & realitèr Donans
noluerit ampliare vocationem in ſtirpes
ad omnes gradus ſubſtitutionum, ſed
eam reſtringere ad Nepotes, concur-
rentes cum Patruo, ſuadent geminæ
facti circumſtantiæ, quarum prima eſt,
quòd quamvis ipſe æqualitèr dilexe-
rit, & æqualitèr honoraverit utramque
lineam Nicodemi, & Joannis, tamen
Nicodemum, alioſque filios Petri vo-
cavit in ſtirpes, non vero filios Joan-
nis,

tus, quod alia ratione factum dici non
13 potest, quàm ex quo filii Petri poterant concurrere ad ſucceſſionem cum Joanne Patruo, non autem filii Joannis, quorum Patruus, nempè Petrus, non erat vocatus unde ex hoc magis elicitur, Cardinalem voluiſſe reſtringere vocationem in ſtirpes ad caſum, quo ejus Nepotes cum Patruo concurrerent: Alias ſi eadem clauſula ultra Juris diſpoſitionem uti voluiſſet, illam ſimiliter etiam Joannis appoſuiſſet ad qualificandum caſum, quo illi ſuccedere deberent in concurſu cum Patruelibus, ſed quia voluit bona dividi ad formam diſpoſitionis Juris Communis, ideò dictam clauſulam in iſtis conſultò omiſit, probè ſciens, quòd de Jure filii diverſorum
14 fratrum, inter ſe concurrentes ad ſucceſſionem Patrui, venire debent in capita, juxta receptam ſententiam *Azonis in Summa, num. 7. de legit. hæred.*, quam ubi communiter admiſſam à Doctoribus, & Tribunalibus, ſequuntur *Menoc conſ. 1. per tot. Cephal. conſ. 431. per tot. & conſ. 436. num. 1. Giurbagum. conſ. 23. num. 8 lib. 1. Caballus,* inclytus olim hujus Tribunalis Auditor, *conſ. 114. numer. 30. tom. 2. Altograd. conſ. 58. num. 29. lib. 2. Rovit. conſ. 23. num. 28. & ſeqq.*, ubi infinitos refert *lib. 1. & num. 14.*, ubi, quòd ita fuit judicatum in pluribus Curiis Europæ, ibique *Altimar. num. 11. Faſar. conſ. 54. num. 38 & de Subſtit. q. 492. ex n. 7. Michalor. de Fratr. part. 3. cap. 15. ſub num. 13. & per tot. Marta de Succeſſ. Legal. part. 1. quæſt. 10. art. 2. num. 4 & per tot.* ubi *num. 14.*, refert plura judicata, & teſtatur, ita apud Tribunalia Italiæ ſemper fuiſſe practicatum. *Mantic. de Tacit. lib. 23. tit. 32 ſub num. 4. verſic. ſed diverſum, & per tot.*, ubi per principia d ſcutit. *Gratian. diſcept. 700. n. 20. Vaſqu. de Succeſſ. Reſolut. lib. 2. §. 23 n. 13. Robles de Repræſentat. lib. 2 cap. 14. n. 14. Sominat. controv. 61 num. 1. & 2. Sabell. reſolut 45. num. 5 Rocca diſput. 13. n. 18. & 19. De Luc. de Fideicomm. diſc. 19. n. 3. & 4. Torr. de Primogen. tom. 1. quæſt. 64. num. 8 Dominus,* & olim Collega meus *Conſtantin. ad Statut. Urb. annotat 40. numer. 73 & 74. Franch. dec. 24 num. 10.* ibique *De Luc. num. 2. Theſaur. dec. 161. per tot. Seſſe dec. Aragon. 61. num. 7. & ſeqq. Magon. deciſ. Florent. 144. n. 20. & ſeqq. Chriſtin. dec. Belgic. 194. per tot. lib. 1. & dec. 106. ex num. 4. lib. 5. ad Leg. Municip. art. 16. art. 9. ex num. 10. Rota noſtra apud Mart. Medic. deciſ. 36. n. 14. & in Addit. ad examinat. 33. num. 1. & 2. Rot. poſt Merlin. de Legit. dec. 24. n. 1.* ibique *Addit. litera A. inter diverſor. dec. 390. & dec. 391. part. 4. in rec. dec. 17. n. 5. & per tot. part. 1.*, ubi, quòd ita judicatur in Francia, Germania, & aliis in locis. *dec. 102. num. 19. & 22. part. 4. tom. 1. dec. 600. num. 3. & ſeqq. part. 5. deciſ. 138. num. 1. & ſeqq. part. 7. dec 190. num. 2. & dec. 191. num. pariter 2. par. 8. dec. 13. num. 13. & ſeqq. par. 9. dec. 78. ſub num. 6. & dec. 181. n. 8. & ſeqq. & n. 12. par. 13. & dec. 445. num. 15. par. 19. con. Merlin. dec. 370. n. 11. & ſeqq. & dec. 632. num. 9. Coccin. dec 1104. n. 11. Rojas deciſ. 135. n. 7. & poſt Urceol. de Tranſact. dec. 65. n. 10.*

Altera conſiſtit in eo, quòd Donans appoſuit dictam clauſulam *in ſtirpes* cum verbis reſtrictivis ad filios Petri, ibi — *ſi Petrus frater carnalis dicti D. Cardinalis habebit alios filios, unum, vel plures, illo, vel illis adveniente, & veniant in præſenti donatione in ſtirpes* — Ex quibus verbis manifestè arguitur, Donantem voluiſſe in ſtirpes vocare ſolùm Petri filios, & conſequenter ad alios ulteriores deſ-
15 cendentes volita ſucceſſio in ſtirpes, prorogari, & extendi non poteſt, immò in iſtis, in quibus clauſula prædicta fuit omiſſa, cenſetur conſultò omiſſa, & non volita, in ſpecie *Urceol. conſult. 36. n. 6. ex num. 14.* ubi alios refert. *Torr. de Primogen. part. 2. d. quæſt. 64. num. 14. Rota noſtra apud Mart. Medic. d. dec. 3. num. 36. num. 31. & ſub num. 34. verſ. præterea. Barb. dec. 93 num. 19. Rota cor. Cerro dec. 875. n. 10.*

Et re vera, quòd Donans voluerit vocare in ſtirpes ſolùm filios Petri, reſultat, tum ex quo, poſtquam vocavit Nicodemum filium primi gradus dicti Petri, ſubdit — *ſi Petrus habebit alios filios:*
16 unde, ſicut vocato Nicodemo, non poterant dici vocati ulteriores deſcendentes, ita nec vocatis aliis Petri filiis, cum dictio *alios* denotet ſimilitudinem cum Ni-
17 codemo. *Peregrin. de Fideicomm. art. 22. num. 18. Faſar. de Subſtitut. quæſt 327. num. 20. & 21. Torr. de Primogen. tom. 2. quæſt. 23. n. 43. Rot. coram Dunozet. Jun. dec. 101. n. 2.*

Tum

Tum etiam, quia fuit expreſſum pro-
prium nomen Petri, quæ expreſſio red-
dit magis patentem reſtrictionem ad fi-
lios primi gradus ejuſdem Petri, & Ne-
18 potes, alioſque ipſius deſcendentes ex-
cludit. *Fuſar. conſ.93. n.9. & de Subſtit.
quæſt.321. n.27. cum duob. ſeqq. Cyriac.
controv.8. n.71. Rot. in rec. dec.196. n.38.
part.11. deciſ.199. num.16. par.19. apud
Palm. Nep. dec.116 n.5. & 6., & in Ver-
cellen. Prætenſæ Immiſſionis 17. Februa-
rii 1698. §. Eoque magis, coram Muto.*

Tum pariter quia Donans uſus eſt
dictionibus perſonaliſſimis *illi*, *vel illis*,
19 coarctantibus relationem præcisè ad
eoſdem filios, proximè nominatos. *Ro-
land. à Valle conſ.39. n.17. & ſeqq. lib.3.
Baldacc. ad Ramon. conſ.29. n.17 Barboſ.
dict.247. n.1. Sard. dec.125. ſub n.1.*,
quæ propterea vocationem limitant ad
20 filios primi gradus, nec ad alios poteſt
extendi *Fuſar. conſ.93. n.10. Sanſonnet.
controv.19. n.16. & 17. & contr.115. nu-
mer.94. Sabell. poſt tom.1. Summ. cap.6.
quæſt.25. ibique Illuſtriſſimus D. meus
Auditor Maggius in ſuo Voto §. Secundo
dicitur, fol.38. Rota Florentina apud Ur-
ceol. deciſ.4. num.34. & ſeqq. Rot. coram
6 continentibus expenſas veriſimiles *Genua de Script. Privat. lib. 4. tit. de Libr. Tutor. &c. n. 7. & ſeqq. & num. 11. & tit. de Libr. Adminiſtrat. num. 1. Gait. de Credit. cap. 2. d. tit. 4. num. 845. 846. & ſeqq. Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 11. ſub num. 133. n. 134. 151. & 261. Pacion. de Locat. cap. 34. §. 4. num. 57. Rot. coram Ludoviſ. d. deciſ. 475. num. 4. & ſeqq.*, ubi, quòd tunc credi-
7 tur libris Factoris, etiamſi contineant expenſas magnas, *ibique Addit. n. 11. & dec. 512. Duran. dec. 352. num. 12. & in d. Romana Oeconomiæ 22. Januarii 1700. §. Nec relevat, coram dell' Olmo* de libris in
8 parte approbatis, & verificatis, *Bonell. conſ. 29. num. 6. & 7. Gait. de Credit. cap. 2. d. tit. 4. num. 824. Genua de Script. Privat. lib. 4. tit. de Libr. Tutor. num. 7. Sanfelic. in Prax. Judicar. fol. 53. num. 6. Rota coram Duran. d. dec. 352 ex n. 3. & n. 10. poſt Zacch. de Salar. dec. 85. num. 12. & 18. coram Emerix Jun. dec. 510. num. 4. & recent. diverſor. dec. 813. num. 15. & ſeqq. & numer. 19.* ubi, etiamſi partitę ſint maximi momenti, *part. 1. in rec. dec. 361. num. 8. part. 1. dec. 311. num. 2. part. 3. & in d. Romana Oeconomiæ, ſeu Redditionis rationis 22. Januarii 1700. §. Addito, coram dell' Olmo*.

Idque locum ſibi vindicat, etiamſi omnes expenſę, ſimul ſumptę, ad notabilem quantitatem aſcendant, quia ad hoc ut credatur libro Factoris privato,
9 vel alterius ſimilis perſonę pro dictis expenſis, ſufficit, ut qualibet partita de per ſe ſit exigua, pro qua, ut dictum eſt, non ſolent fieri inſtrumenta, nec alię parari probationes. *Pacion. de Locat. cap. 34. §. 4. num. 54. Addit. ad Ludoviſ. d. dec. 475. num. 11. Rot. in rec. dec. 283. ſub num. 3. part. 1. & in Romana Pecuniaria 6. Junii 1701. §. Bonificanda, coram Muto.*

Nec ad minuendum dictum creditum viſum fuit bonificandam eſſe D. Marchioni partitam ſcutorum 30., ſolutorum Peritis electis pro recognoſcendis erroribus, in dictis libris contentis; Tum quia cum Terchius ſit creditor ex cauſa adminiſtrationis, & ſalarii, illud eidem debet præſtari immune ab
10 omni onere, ſumptibus, & expenſis. *Barz. de Decim. Tutor. cap. 19. num. 11. Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 11. litter. B. Qualad. Pilo contro. 47. num. 19. & 29.*, Tum fortiùs quia Peritia confecta fuit ad inſtantiam D. Marchionis, qui contendebat oſtendere, in libris contineri errores, undè cum illa non indigeret Terchius, qui ſuum creditum ex libris probabat, ſed tenderet ſolùm in utilitatem D. Marchionis, qui pro diminuendo credito Therchii oppoſuit de erroribus, ipſe, qui pro electione Periti inſtetit, & in cujus duntaxat commodum Peritia tendebat, ad illius integralem ſolutionem tenetur, abſque eo quòd quidquam contribuere
11 debeat Terchius, ut benè in individuo firmat *Rot. in Romana Fideicommiſſi de Marchettis ſuper Expenſis 7. Martii 1704. §. non ita, & ſeq. coram R. P. D. meo Anſaldo*, ibi – Placuit ea in ineluctabilis replicatio, videlicet, quòd in facto ceſſabat hæc æquilibratio, ſive applicatio promiſcuę commoditatis, nam tota commoditas Peritię reſpiciebat defenſionem rei, Actores ſiquidem ad finem conſequendi immiſſionem alio non indigebant præſidio, quàm teſtamento Pyrrhi Fideicommittentis, è converſo autem, ad eamdem immiſſionem evitandam, opus erat Horatio clypeum opponere retentionum, ex cauſa detractionum, quas ipſe inter cætera prætendebat, & quibus non benè juſtificatis, paſſus fuiſſet omnimodam immiſſionem, idebque cum totum commodum concerneret favorem ſolius Horatii, ad ipſum quoque tantummodo pertinebat ſollicitudo, & expenſa Peritię. vulgata re-

„ gula de qua *Text. in l. 1. &c.* —

Reſponſione non attenta, quòd electio Peritt neceſſaria fuerit, ex quo Terchius tempore, quo ipſe exercuit officium Factoris, omnia diſtinctè in libris non deſcripſit, ſicque cum Peritorum relationes, & expenſæ fieri debuerint

12 ob ejuſdem Terchii malam, & confuſam adminiſtrationem, ipſe qui expenſis cauſam dedit, illis ſuccumbere debeat, ex firmatis in ſpecie per *Rot. in Romana Tutelæ 26. Junii 1705. §. Finali, coram Reverendiſs. Molines*, ibi — quo enim „ ad primum, cum Sacra Rota pluriès „ recognoverit hujuſmodi ſalarium, „ ſeu mercedem Peritorum, ſolvendam „ eſſe per Joannem Tutorem, ob cujus „ malam, & confuſam adminiſtra„ tionem, prædictæ Peritorum relatio„ nes, & expenſæ fuerunt neceſſariæ, non „ poteſt illis hodie idem Joannes tueri „ adverſus liquidum creditum Pu„ pilli —

Objectum etiam viſum fuit corruere ex facto quia redditio rationis hodie eſt facienda mediante diſpunctione partitarum deſcriptarum in libris Terchii, pro majori parte approbatarum à Magiſtro Domus D. Marchionis, qui ſi qualibet vice, & de tempore approbationis computorum, excepiſſet de non

13 integra, aut minùs diſtincta adnotatione, omnes lites hodie ceſſaſſent: Quo ſtante, cum ſemper verum ſit opus fuiſſe devenire ad electionem Periti, inſtante D. Marchione, & pro ejus commodo, nullaque conſiderari

14 valeat in hoc culpa, & dolus Terchii, expenſæ ab eodem ſunt ſubminiſtrandæ, ad *Text. in l. Prætor ait §. 1. ff. de edendo. l. ſed hereditas §. 1 ff. ad exhibendum. l. finali C. de Statuis, & Imagin., & l. cum ſæpè C. de erog. milit. annon. lib. 12.* & tradunt *Poll. de Manutent. obſervat. 101 num. 6. Gratian. diſcept. 57. num. 1., & 2. Menoch. de Arbitrar. caſ. 118. Quaſod. Pris diſſert. 25. num. 2. & ſeqq., & Controv. Forenſ. cap. 47. num. 1. & ſeqq. Michalor. de Fratr. cap. 69. num. 5. 6. & 7. Collegium Urbinaten poſt Laum dec. 84. n. 14. 16. 18. & 27. Franch. dec. 331. n. 3. & ſeqq. ubique Amendol. num. 16. & ſeqq. Et verſ. decidit ur etiam. De Luc. ibidem n. 3. Veruns dec. 175. num. 9. Cereranam. dec. Locm. 80. n. 6. Marta Ver. Piſan. 70. n. 14. & vot. 83. num. 4. Fontanell. dec. 175. n. 10. & ſeqq. & dec. 381. n. 16.*

Similem tamen ſortem Terchius expertus non eſt reſpectu partitæ damniorum, ab eo prætenſorum pro tempore, quo duravit lis, dum ipſe, lite durante, non potuit aliis inſervire prout ſolitus erat. Quamvis enim regulariter damna, quæ veniunt ratione perſonæ, puta Artificis, qui propter aſſiſtentiam litis debuit deſiſtere ab Arte, vel Advocati, qui tempore litis propriæ non potuit Cauſis vacare, aut alterius ſimilis Perſonæ, diſtractæ à ſuis negociis, veniant nomine expenſarum, & ſint reficiendæ damnum paſſo, E. O. Advocato, Artifici, Famulo, & ſimilibus, qui lucrum amiſerunt, reintegrando illos

15 de toto eo, quod percepturi fuiſſent, ſi à lite diſtracti non fuiſſent, juxta Theoricam *Bartol. in l. 2. n. 1. ff. de alienat. judic. mutand. cauſa fact.*, & traditis per *Plot. in l. ſi quando n. 674. C. unde vi. Berſat. conſ. 194. n. 9. & ſeqq. lib. 3. Barboſ. in l. cum, qui temere, num. 232. & ſeqq.*, ubi, quòd hoc procedit, ſive expenſæ debeantur ratione victoriæ, ſi-

16 ve ratione contumaciæ, *ff. de jud. &. Chriſtin. ad leg. Municipal. Mechlin. tit. 1. artic. 29. num. 9. Gaill. obſer. 151. num. 27. & ſeqq. lib. 1. Gratian. diſcept. 57. num. 45. & ſeqq. diſcept. 56. n. 43. & 44. & diſcept. 833. num. 8. & 27. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 38. n. 17. & ſeqq. & num. 11. tom. 1. Menoch. de Arbitrar. caſ. 1, 4. n. 4. & ſeqq. Lancellot. de Attent. tit. de Panis Attentat. num. 135. Aſin. in Prax. Judic. §. 32. cap. 1. limitat. 19. n. 1. & cap. 3. n. 10. Sanfelic. in Prax. Judic. ſoll. 38. num. 9. Zacch. de Salar. quæſt. 109. num. 7. & ſeqq.* ubi plures refert, & *n. 13. Mynſinger. Singular. Obſervat. cent. 1. obſer. 1. num. 2. Menſ. conſult. 161. verſic. verumtamen, & ſeqq. Gab. conſult. 10. n. 33. Albet. de Inconſtant. in Judic. quæſt. 2. n. 21. Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 19. n. 310. 313. & 325. Bon. dec. 31. n. 5. & dec. 81. n. 30. Surd. dec. 261. n. 2. & ſub num. 3. Peregrin. dec. 152. ſub num. 8. Fontanell. dec. 97. num. 10. Rota coram Bich. dec. 113. num. 4.* non obſtan-

17 te contraria opinione *Bellone Jun. conſil. 89. num. 5. & 6. Novar. ad Franch. deciſ. 331. in fine*, cum contra eas ſtet verior, & communior opinio, prout etiam

18 reficiendæ ſint expenſæ factæ à Terchio

cau-

cauſa permanendi in hoſpitio. *Jaſon. in l. Sancimus num.8.C.de Judic. & in l. properandum §. Sin autem, num.24.verſ. noto etiam C.eodem. Plot. in d.l.ſi quando n.674. C. Unde vi. Menoch. de Arbitrar.dicto caſu 154. ſub num.3. Carpan. ad Statut. Mediolan. tom.1. cap.56.n.25. Aſin. in Prax. §. 32. cap.3. num.7. & ſeqq. Peregrin. deciſ.152. ſub num.8. Fontanell. dec.97.n.8. & 9. Theſaur. deciſ.67. numer.4. verſic. intrinſeca.*

Attamen, quidquid ſit de expenſis pro ſe alendo in hoſpitio, quas non eſſe reficiendas ſtante loci conſuetudi-
19 ne, firmat *Barboſ. in d.l. cum, qui temerè, num.217.& 218. ff. de Judic. Gratian. diſcept.33.num.33.Surd. de Aliment.tit.1. quæſt.80.in fin.* Urget generalis reſponſio, quòd non probatur ex parte Terchii, ipſum non potuiſſet inſervire ob litem, immo veriſimilitudo eſt in contrarium, cum potuerit commodè ſuas
20 operas alteri locare, & ſimul & ſemel litem tractare per Procuratorem, illumque inſtruere de facti notitiis, quæ ad victoriam Cauſæ concernere poterant, quod ſi facere noluit, & potiùs quieti, quàm ſervitio incumbere, hoc ſibi imputare debet, nec ob id poterit damna, & expenſas alimentorum à D. Marchione, qui iſtius cauſam non dedit, prætendere, ut in noſtris terminis, quòd non poſſint peti talia damna, niſi poſitivè probetur, quòd
21 diſtractio ab arte, & ſervitio ex cauſa litis proceſſerit, *Bellon. Jun. d. conſ.89. ſub num.4. verſ. quinto, & ultimo,& n.6. Conſtantin.ad Statut. Urb. d. annot.59. num.316.*, ubi, quòd hoc probare, eſt
22 valdè difficile. *Theſaur. d. dec.67. num.5. verſ. contrarium*, ubi, quòd non conſtito fuiſſe poſtpoſita alia negocia ob litem, nunquam vidit in Senatu taxari
23 hujuſmodi damna. *Fontanell. d. dec.97. num.13. Rot. coram Bich. d. deciſ.123. num 5.*

Et dato etiam, quòd prædicta in facto probarentur, adhuc non eſſent reficienda damna, quia Doctores ſupra citati hanc quæſtionem diſputant, & deberi damna concludunt, quando Collitigans fuit condemnatus in damnis, vel in expenſis; ſed quando nondum fuit lata ſententia, & ſolùm diſputatur, an illa debeantur, nec ne, ſi Ju-
24 dex agnoſcat adfuiſſe juſtam cauſam litigandi, & habere rationes ſufficientes pro abſolvendo ab illis, quorum plurimæ adſunt in caſu noſtro, poteſt à damnis abſolvere, ſicut poteſt abſolvere ab expenſis, cum quibus damna ad hunc effectum fraternizzant. *Zacch.*
25 *de Salar. d. quæſt.109.ſub n.13.14.& 16.* aliæque Auctoritates, ſuperiùs relatæ.
Et ita utraque &c.

E A D E M.

Super nova Redditione rationis.

Sabbathi 4.& 8.Februar. 1707. ab Inc.

A R G U M E N T U M.

Ratio, ſemel reddita per Factorem Magiſtro Domus, excludit ulteriorem rationis redditionem, à Domino prætenſam, & ex quibus colligatur aliquem eſſe Magiſtrum Domus, & quæ ſpectent ad officium illius.

S U M M A R I U M.

1 *Ratio ſemel reddita amplius revideri non debet.*
2 *Niſi clariſſimè de errore liqueatur.*
3 *Error in redditione rationis excluditur ex relatione Peritorum.*
4 *Solidatio computorum, reportata ab inſerviente Domino extra munus Magiſtri Domus, non liberat à redditione rationis.*
5 *Immò nec ab ipſo Domus Magiſtro, ſine Domini ſubſcriptione, & approbatione. Contra* n.8.
6 *Magiſter Domus quis ſit, deprehenditur ex ordinibus, libris, & qualitate negociorum.*
7 *Magiſter Domus poteſt cum Factoribus, aliiſque domus ſubordinatis, rationes diſpungere, & ſolidare.*
8 *Et ſolidatio, ab ipſo obtenta, liberat ab ulteriori redditione rationis.*
9 *Magiſter Domus poteſt ſolvere, recipere, & quietare.*
10 *Computiſta major poteſt computa ſolidare.*
11 *Deciſio Sacræ Rotæ, in contrarium allata, explicatur*, & num. ſeqq.
12 *Ad Magiſtri Domus officium non ſpectat ad-*

admittere, vel rejicere compenſationem.

13 *Reddito ratione, facta Magiſtro Domus, an magis ſubſiſtat, ſi ſolidata per ipſum fuerit facta de conſenſu Domini.*

DECISIO XXVIII.

AD diminuendum creditum Franciſci Terchii, opponebat D. Marchio Nerlius, illum conſtituendum eſſe debitorem aliquarum partitarum, de quibus Terchius rationem non reddebat, iſtoque excipiente, ſe ad id non teneri, fuit ad examen iſtius Articuli deventum, habitoque maturo cum partibus colloquio, decriſum fuit, *de dictis partitis non teneri Terchium rationem reddere.*

Conſtitit quippe inter Magiſtrum Domus Marchionis, & Terchium, fuiſſe facta computa ſuper dictis partitis, iſtumque de illis omnibus rationem reddidiſſe unde ad ipſius favorem ſubintrat regula, quòd ratio, ſemel reddita, amplius revideri non debeat, ut
1 eſt *Text. in l. unica C. de error. calcul. & l. ſemel. 2. C. de Apoc. public. lib. 10. Poſth. Deciſ. Bonon. 30. num. 19. & ſeqq. Rot. coram Coccin. dec. 1193. ex num. 1. Pamphil. dec. 581. num. 4. Pentinger. dec. 485. n. 24. Ottobon. dec. 5. num. 1. & in rec. dec. 256. in fin. part. 4. dec. 188. ex num. 3. part. 8. dec. 236. num. 3. & 5. part. 19.* poſt *Pocchin. de Locat. dec. 10. n. 10. & in Romana Percumaria 24. Januarii 1687. §. Concurrit, coram clar. mem. Card. Coccin. in Romana Redditionis rationis 4. Junii 1691. §. Injuſtitiam, cor. b. m. Urſino. Imolen. Percumaria 29. Aprilis 1699. §. Injuſtitiam, coram Eminentiſſ. D. Cardinali Caprara, & in Faventina Redditionis Rationis ſuper reformatis 22. Junii 1705. §. Errorem, coram R. P. D. Scotto, & in Ariminen. Manutentionis, & Redditionis rationis 17. Martii 1706. §. Minimè, coram Reverendiſſ. D. Molines Decano* niſi clariſſimis, & perſpicuis probationibus, de errore doce-
2 tur. *Poſth. d. dec. 30. num. 33. & ſeqq. Addent. ad Gregor. dec. 536. ſub n. 4. Rot. coram Pentinger. dec. 261. n. 10. Coccin. dec. 1193. num. 2. & 3. Ottobon. d. dec. 5. n. 9. & in rec. dec. 188. num. 6. part. 8. poſt Pocchin. de Locat. dec. 10. numer. 10. & in d. Romana Percumaria 1687. §. Nec relevat, coram Card. Coccin. & in d. Faventina Redditionis rationis ſuper reformatis 22. Junii 1705. §. Nec obſtare, coram R. P. D. Scotto.*

Tantum abeſt, quòd ex parte D. Marchionis de hoc errore clarè, & incontinenti doctum fuerit, ut potiùs de contrario conſtiterit, ex eo, quòd auditis Peritis, iſti retulerunt, prætenſos errores non adeſſe, ſicque dici non poteſt, aliquo modo conſtare de errore, quando pro illius excluſione mili-
3 tat relatio Peritorum, ut proſequitur *Rot. in d. Imolen. Percumaria 29. Aprilis 1699. §. Error, cor. Eminentiſſimo D. Cardinali Caprara.*

Non relevante, quòd redditio rationis fuerit facta cum Giardino, qui cum non eſſet Magiſter Domus D. Marchionis, ſed incumberet ſolùm educationi puerorum, non poterat Terchius ab eo ſolidationem computorum reportare, & quatenus etiam inſerviſſet D.
4 Marchioni in munere Magiſtri Domus, adhuc nec iſte ſine Domini ſubſcriptione, & approbatione, poteſt ſolidando computa debitorem liberare, & præ-
5 judicare Domino, ut benè in ſpecie firmat *Rota in Romana Percumaria 25. Februarii 1697. §. Non refragante, coram Reverendiſſ. D. Molines Sac. Rot. Decano,* ibi – Non refragante, quòd folium, in
„ quo adnotentur controverſię Partitę,
„ fuerit conſcriptum caractere Joannis
„ Baptiſtę de Rubeis, Magiſtri Domus
„ Auguſtini, quaſi quòd nequeant pro-
„ pterea ab illo impugnari. Quoniam
„ ultra quòd probata non extitit præ-
„ dicta qualitas Magiſtri Domus in Ru-
„ beo, eamque expreſsè negabat Augu-
„ ſtinus, aſſerendo, ipſum eſſe tantum-
„ modo præpoſitum educationi filio-
„ rum adhuc quatenus probaretur,
„ non officeret, quia licèt ſcripta ipſius
„ caractere, non conſtat tamen de ſub-
„ ſcriptione Auguſtini, quæ præſeferat
„ illius approbationem, ſine qua licitum
„ non eſt Magiſtro Domus, computa
„ in ſolle ſolidando, præjudicium infer-
„ re Domino, ut notat *Rot. dec. 1546. cor. Coccin.* –

Quoniam ex ordinibus, libris, & qua-

qualitate negociorum, ſufficientèr probatum remanet, Giardinum exercuiſſe munus Computiſtæ, & Ma-
6 giſtri Domus Dom. Marchionis: in ſpecie *Rot. in Romana Redditionis rationis 4. Martii 1689. §. Non obſtat, coram b. m. Rondinino, & 6. Junii 1695. §. Et demum, coram R.P.D. Priolo*, quòdque ipſe potuerit Tertio Factori, ſibi ſubordinato, computa diſpungere, & ſolidare, reſul-
7 tat ex qualitate officii: cum enim ad Magiſtrum Domus ſpectet habere œconomicam ſuperintendentiam Domus, & invigilare negociis Factorum aliarumque perſonarum, ſibi ſubordinatarum; ſolidatio computorum, à dictis perſonis cum ipſo facta, tanquam cum perſona le-
8 gitima expleta, liberat ab ulteriori redditione rationis. *Poſth. d. deciſ. Bononien. 30. num. 22. Rot. cor. Coccin. dec. 1193. n. 3. & 4. Peutinger. dec. 261. n. 1.*, & in ſpecie Magiſtri Domus, quòd poſſit da-
9 re, recipere, & quietare, *Rot. in d. Romana Redditionis Rationis 4. Martii 1689. §. Præſuppoſito, coram b. m. Rondinino, & 6. Junii 1695. §. Secunda vero, coram R.P.D. Priolo*, & de ſolidatione facta
10 cum Computiſta majore, *Rot. cor. Pamphil. dec. 576. ſub n. 9.*

Neque in contrarium urget Deciſio in *d. Romana Pecuniaria 25. Februarii 1697. cor. Reverendiſſimo Molines*: quia in caſu
11 d. Deciſionis concurrebant plures circumſtantiæ, à noſtra hypotheſi diverſificantes, & ſignantèr inveriſimilitudine, quòd nempè non fuerint ſolutę partitę, contentæ in calculo Magiſtri Domus, prout re vera effectivè ſolutæ non fuerunt mediante actuali pecuniæ numera-
12 tione, ſed per prætenſam compenſationem, inſubſiſtentem declaratam à Rota, & cujus admiſſio, vel rejectio, non erat cognitionis Magiſtri Domus, nec ſpectabat ad ipſius officium, ut ex lectura dictæ Deciſionis.

Eoque fortiùs prædicta procedunt, quia Giardinus non ex ſe computa ſolidavit, ſed facto priùs verbo cum D. Marchione qualibet vice: ſicque concurrente ipſius Marchionis approbatione, dubium non eſt, redditionem rationis, factam cum Magiſtro Domus, & ſolidationem ab ipſo reportatam, ple-
13 niſſimam parere liberationem, ut admittit eademmet *Rot. in d. Romana Pecuniaria 25. Februarii 1697. §. Non refragante, cor. Reverendiſſimo D. Molines Sacræ Rotæ Decano.*

Et ita utraque &c.

Quia aliàs occaſione Articuli, an ratio ſemel reddita ampliùs reddenda ſit, abundè ſcripſi in plena Camera, & obtinui, primariis Romanæ Curiæ Advocatis in contrarium ſcribentibus; ideò Informationem, tunc exaratam, in §. ſequenti ad verbum inſerere placuit pro pleniori examine hujus materiæ.

ARGUMENTUM.

De redditione rationis, facienda à Tutrice, & quando limitetur regula, quòd ea ſemel facta, ampliùs facienda non ſit. Quando talis rationis redditio dicatur doloſa, læſiva, & erronea. Et inventarium, quando, & ex quibus probetur nullum, ac defectuoſum. Jus accreſcendi locum non habet, ubi adeſt ſubſtitutio expreſſa, etiamſi illa facta ſit poſt mortem utriuſque conjunct., & quando

SUMMARIUM.

1 *Tutor tenetur facere non ſolùm Inventarium Tutelare, ſed etiam hæreditarium, nec unum ab alio ſuppletur.*

2 *Prout Libros conficere, & legalitèr retinere ad rationem reddendam, aliàs datur contra eum Juramentum in litem.*

3 *Juramentum in litem fundatur in dolo ejus, contra quem defertur, & probationum difficultate.*

4 *Dolus ſatis reſultat ex omiſſa confectione Inventarii Tutelaris, & hæreditarii.*

Vel ex confectione minùs legitimo, quia major, & melior pars bonorum fuerit occultata, ibidem.

Nec non ex omiſſione Libri Introitus, & Exitus, ibidem.

5 *Inventarium confectum non fuiſſe, ſatis probatur ex diligentiis factis in Protocollis, & Broliardis Notarii, per cujus Acta dictum fuit, illud fuiſſe confectum.*

6 *Inventarium dici non valet ſolium carens die, menſe, & anno, aliiſque Inſtrumenti publici requiſitis.*

7 *Prout ſi careat ſubſcriptione hæredis, minùs ad validitatem Inventarii requiſita.*

8 *Deſcriptione mobilium, facta ſine diſtinctione qualitatum, ponderis, & menſura, ad valorem deprehendendum, In-*

ven-

ventarium eſt nullum.

9 *Aliàs nimium via fraudibus aperta foret, ſupponendi res infimæ qualitatis loco pretioſarum.*

10 *Arguitur nullitas Inventarii ex omiſſa deſcriptione ſupellectilium, ad victum hominis neceſſariorum, veriſimiliter in hæreditate exiſtentium.*

11 *Prout ex Scripturarum, & aliarum plurium rerum adnotatione non facta.*

Præcipuè dum agitur de Notario, vel aliàs negotiis publicis incumbente, & poſſidente ſtabilia, qui præſumuntur Scripturas, aliaſque ſimiles res habere, ibidem.

12 *Prædictas, aliaſque res exiſtere in hæreditate, probatur ex calculo, ſeu bilancio, à Tutrice, & ejus ſecundo Marito, facto, & in Actis producto.*

13 *Et ex aliis pluribus, de quibus ibidem,* & numeris ſeqq.

14 *Confeſſio qualificata, continens duo facta inter ſe diverſa, valet quo ad unum acceptari, & quoad ad alterum reprobari.*

15 *Deſcriptio alicujus rei in Inventario, plenè probat illam fuiſſe hæreditariam.*

16 *Qualitas adjecta confeſſioni, ſatis reſecatur ex facto conſitentis, qualitati adjectæ repugnante.*

17 *Immo ſufficit, ut contra dictam qualitatem militet ſimplex Juris præſumptio.*

18 *Prout eſt illa, quòd donatio in dubio ſemper de Jure excluditur.*

19 *Inventarii confeſſio, quòd non dicatur ſufficientèr probata ex fide Notarii, & ex enunciativis.*

20 *Confeſſio erronea, emiſſa de errore, non præjudicat confitenti fuiſſe confectum inventarium.*

21 *Et multò minus tertiis.*

22 *Tutor, ſemel ratione reddita, & reportata quietantia generali, non valet iterum compelli ad rationem reddendam.*

23 *Limita, ſi Inſtrumentum quietantia laboret nullitate.*

Et ex quibus talis nullitas deducatur numer. 25. & pluribus ſeqq. *ubi plenè.*

24 *Nec non ubi in eo error, læſio, ſive dolus intervenerit.*

Seu ratio non fuerit benè, & perfectè reddita, ibidem.

Et quomodo, & ex quibus dicatur probatus error, læſio, & dolus num. 31. cum multis ſeqq.

25 *Contractus, à minore factus ſine deputatione Curatoris, eſt nullus, prout nullus eſt factus à Pupillo ſine Tutore* ſub numer. 18.

26 *Curator, à Teſtatore deputatus, non valet uti tales in contractu minoris intervenire, niſi fuerit à Judice confirmatus.*

27 *Et confirmatio per Judicem fieri non valet, niſi de ejuſdem minoris conſenſu.*

28 *Presbyteri, non ſolùm à tutela excuſantur, ſed nec volentes poſſunt eam ſuſcipere ſine licentia Judicis Eccleſiaſtici.*

29 *Pupilli, ubi ſunt majores infante, debent intervenire in Contractibus, per Tutorem, vel Curatorem factis.*

30 *Quietantia ſtipulata relativè ad Bilancium, non ſubſiſtit, Bilancio non exhibito.*

31 *Ratio benè reddita dici non poteſt, ſi non conſtet de Bilancio, quaſi in ſolle reddita fuerit.*

32 *Alimenta, ſeu Cibaria, non bonificantur Tutori pro Pupillo uſque ad ætatem trium annorum.*

33 *Quia Mater uſque ad triennium tenetur filium alere, & lactare.*

34 *Maritus, & quilibet alius Adminiſtrator, non tenetur inveſtire Capitalia effectuum fructiferorum, vel Cenſuum, ex neceſſitate retrovendit orum.*

35 *Et non inveſtiens, non adſtringitur ad damna; inveſtiens autem nomine proprio ſibimet fructus acquirit.*

36 *Quidquid in Inſtrumento dotali aſſignatur in Dotem, datum cenſetur æſtimatum, ſi inceptum fuerit à quantitate.*

37 *Etiamſi dictum fuerit, quòd ſtare debeat pro fundo dotali.*

38 *Quia in caſu dictio Pro— denotat improprietatem, prout* vice, *vel* loco.

39 *Et expreſſio fundi dotalis importat ſolùm hypothecam ſpecialem favore mulieris.*

40 *Dotis æſtimatæ fructus non debentur ab hæredibus Mariti ſine interpellatione.*

41 *Fructus Dotis, ubi debeantur poſt mortem viri, compenſantur cum alimentis, perceptis ab uxore in ejus domo.*

42 *Etiamſi Mulier relicta fuerit domina, & uſufructuaria à Marito.*

43 *Mater tutrix tenetur primitùs de ſua Dote ſe ſatisfacere, ne fructus currant, alias eos non acquirit.*

44 *Etiamſi fecerit inveſtimenta, quia tenebatur*

tur priùs ſuum, aliaque debita fructiſera extinguere.

45 Una Partita ſi detegatur erronea, ſufficit ad novam redditionem rationis petendam, & n.65.

46 Tutor, debitor, & creditor hæreditatis, non poteſt credita detrahere, ſed debet cum debitis compenſare, & num.86.

47 Solutio, facta per manus alterius, ſpectat ad eum, cujus nomine facta fuit, & ejus pecunia præſumitur.

48 Partita poſita in totum in debitum, quando poni debebat ſolùm pro parte, dicitur erronea, & doloſa.

Item ſi ſpectabat pro parte ad Tutricem, & fuit poſita in totum ad debitum pupilli, & fuit ipſe factus debitor harum partitarum, quando fieri debebat creditor, ibidem, & n.49.

50 Fructus dotis, decurſi conſtante matrimonio, & non exacti, ſpectant ad hæreditatem viri.

Et ſi iſti fuerunt poſiti ad creditum uxoris, partita dicitur erronea, & doloſa, ibidem.

51 Solutio debiti alterius, facta per retinentem bona debitoris, ex ejuſdem pecuniis facta præſumitur, non autem ſolventis.

52 Partita ſolutionum in debitum hæreditatis, favore Tutoris, non admittuntur, non conſtito de receptis, & n.53.

53 Prout nec cuicumque Adminiſtratori bonificantur, niſi ſint plenè juſtificata.

54 Tutor, iteratò ſolvens, non obligat ſibi ad reſtitutionem pupillum, ſed eum, cui ſolvit, & num. ſeqq.

57 Dolus præſumitur in Tutrice, quæ valutavit vinum hæreditarium longè minus, quàm valeret.

58 Et quæ poſuit ad ſui creditum partitam, in parte duplicatam.

59 Declaratio contra producentem plenè probat.

60 Ex confuſa deſcriptione redditaum hæreditariorum obligatur Adminiſtrator ad reiterandam redditionem rationis.

61 Fortiùs ex redditibus exactis, & non notatis.

62 Tutoris dolus, & culpa deprehenditur ex omiſſa deſcriptione, & exactione Nominum debitorum.

63 Adeout, ſi exinde fiant inexigibilia, periculum ſit ipſiuſmet Tutoris.

64 Dolus, repertus in nonnullis partitis, influit in cæteras, quarum notitia haberi non poſſunt.

66 Contra non valentem iteratò rationem reddere, quia libri deficiunt, juratur in litem.

67 Tutor tenetur de damno, Pupillis obvento, ob non factam redemptionem pignorum in tempore.

68 Reiteratio redditionis rationis eo magis prætendi valet, ſi prima facta reperitur abſque Inventario hæreditario, & Tutelari.

69 Aut ſi deſcriptio bonorum facta fuerit obſcurè, & in confuſo.

70 Fortiùs ſi non conſtet de reſtitutione Scripturarum, ad hæreditatem pertinentium.

71 Tranſactio dici non valet, ubi ex altera Parte nihil receptum fuit.

72 Præcipuè ſi nunquam Partes tranſactionem nominarunt.

73 Redditio rationis, etſi facta per viam tranſactionis, & quietationis, cum clauſulis ampliſſimis, debet reiterari, conſtito de errore, vel dolo.

Etiamſi ille, qui impugnat quietantiam, ſit hæres quietantis n.74.

74 Hæres non tenetur præſtare factum ſui Authoris nullum, & invalidum.

75 Agi non debet per hæredes Tutoris, obligati de mala adminiſtratione pro medietate, contra Contutorem in totum.

76 Limita ſi alter ex Tutoribus ſolus adminiſtravit.

77 Maximè ubi non conſtat Contutorem participaſſe de dolo, aut culpa adminiſtrantis.

78 Tutor, qui inſolidum adminiſtravit, conventus ex proprio dolo, & culpa, non habet beneficium Diviſionis, ut Pupillus quemlibet ex Tutoribus conveniat pro virili.

79 Prout, nec valet petere jurium ceſſionem ad agendum contra Contutorem.

80 Et quando ceſſio fieret, procederet contra ipſummet conventum.

81 Immo nec conventus ex dolo communi poteſt agere contra Contutorem.

82 Contutor ſi fuit Presbyter, arguitur Tutorem laycum ſolum adminiſtraſſe.

83 Contutorem non adminiſtraſſe, ex alterius confeſſione ſatis probatur.

84 Mulieri, poſt mortem viri, non debentur fructus Cenſuum, qui æſtimati, fuerunt in dotem aſſignati.

85 Maximè ſi percepit alimenta in domo viri.

87 *Dominium domus ad aliquem ſpectare, quomodo probetur*, & n. 93. & 94.

88 *Ceſſat Jus accreſcendi inter Condomatarios, ubi adeſt ſubſtitutio expreſſa.*

Etiamſi ſubſtitutio ſit facta poſt mortem utriuſque, quando pluralitas reſolvitur in ſingularitates n. 89.

89 *Subſtitutus duobus Condomatariis, admittitur poſt mortem unius ad ejus partem, reſoluta pluralitate in ſingularitates.*

90 *Lin. ſuperexiſtente perſona prædilecta.*

91 *Hæc autem dicitur tantùm perſona ſuccedens ab Inteſtato cohæredi defuncto, non Uxor.*

Maximè ad excluſionem Filiorum n. 92.

92 *In portione relicta Patri, filii omnibus cenſentur prædilecti.*

94 *Obſervantia, ex declarationibus, & agnitionibus Partium, benè probat contra ipſas.*

95 *Retentio Creditori poſſidenti pro ſuis creditis non valet denegari.*

96 *In Judicio Reintegrationis, vel Manutentionis, exceptio dubia non retardat.*

Romana Tutelæ.

Sientibus &c.

Dubium. *An mandata Reverendiſſimi Camerarii ſint exequenda in caſu &c.*

Illuſtriſſime, & Reverendiſſime Domine.

POſtquàm Domina Pacifica Recchia Adverſaria, per quatuor annos adminiſtravit bona hæreditaria, ſita Romę, & Lipsignani, quondam Franciſci Lucare... ejus primi Viri, uti Tutrix Teſtamentaria DD. Marci Antonii, Dominici Eraſmi, Flaviani, q. Bernardini, Fauſti, Praxedis, Livię, & Catharinæ, ipſius Pacificæ, & dicti q. Franciſci filiorum, iſtiuſque hęredum, & Principalium noſtrorum, paterna eorundem hæreditate non adita, hæreditario Inventario, nec Tutelari, nec Libro confecto, anno 1671. tranſivit ad ſecunda vota cum D. Dominico Librato, abſque eo quòd filiis Tutorem obtinuerit, & abſque eo quòd aliquam de adminiſtratis rationem reddiderit, ut neceſſariò facere debebat, & quod plus urget, plura bona hæreditaria dicti Franciſci occupavit, & inter cætera quandam Domunculam, & medietatem alterius Domus, ad DD. Principales ſpectantis.

Propterea jam facti majores dicti DD. de Lucarellis Principales, agnoſcentes tot, tantaque præjudicia eis illata à prædicta Tutrice, tria contra eamdem judicia inſtituerunt: Alterum executivum ſuper redditione rationis geſtę exadverſo Tutelę, *Summ. num.* 1. in quo cum exhibitus nunquam fuerit Liber Tutelaris, nec Inventarium, licèt obtenta fuerit contra Partem Adverſam Gravatoria, *Summ. num.* 2., R. P. D. Cerrus, Judex deputatus à Reverendiſſimo Camerario, admiſit DD. Principales ad juramentum in litem, licèt indulgendo Parti adverſę, ſummam reſtrinxerit ad ſola ſcuta 500., non comprehenſis tamen fructibus ſtabilium, aliàs, quàm per juramentum liquidandis, *Summ. num.* 3.

Alterum paritèr executivum Judicium introduxerunt Principales contra quamplures debitores Cenſuum dotalium ipſius Tutricis Adverſariæ, pro fructibus decurſis ante ſecundas nuptias, & debites hæreditati primi Viri, Principalium Authoris, contra quos Debitores dictus R. P. D. Cerrus, citatis Domina Adverſaria, & ejus ſecundo Viro, relaxavit Mandatum, bonificatis iiſdem Debitoribus nonnullis dictę Tutricis receptis, *Summ. n.* 4.

In tertio demum Judicio Principales prædicti obtinuerunt reintegrationem ad poſſeſſionem dictę Domunculę, & medietatis alterius Domus, in quarum Auctor obiit, & obtinuerunt pronunciari à Judice per definitivam ſententiam, exceptiones exadverſo adductas non obſtare, *Summ. n.* 5. Interpoſita autem à Parte adverſa appellatione ab his Mandatis, & Sententia, ſumus in præinſerto dubio, affirmativè, ut ſupplicamus, reſolvendo.

Prædicta enim Mandata, & Sententia, apparent valida ex revolutione Proceſſus, juxta vulgatam *dec. Capetaquen.* 260. *part.* 2. Juſtitia verò patens emergit

git, examinando quodlibet mandatum.
Etenim quoad primum, indubitati Ju-
ris eſt, Tutorem teneri facere legitimum
Inventarium, non ſolum Tutelare, ſed
1 etiam hæreditarium, cum utrumque re-
quiratur, nec unum ab alio ſuppleatur,
ut notant Scribentes *in l. Tutor, qui re-
pertorium ff. de adminiſtrat. Tutor. Bar-
tol. in l. in ratione la 2. §. Quod vulgo
num. 8. verſic. quare: Tutor fecit ff. ad l.
Falcid. Bald. in l. ultimo §. Cum igitur
num. 19. verſic ex quo patet Cod. de jur.
deliberand. Borgnin. de Tutor. num. 108.
Gutierrez. eodem Tract. part. 2. cap. 2. nu-
mer. 109. Gratian. diſcept. 767. num. 18.
Card. Anton. de Luca ad Pomp. num. 1. & 3.
ubi de verrore. Eſcobar. de Ratiocin. cap. 9.
num. 20. Prat. in Addition. ad Paſchal. de
Patria Poteſtate, part. 3. cap. 9. verſic. &
licet. Rota coram Cavaler. dec. 367. num. 4.
& in rec. dec. 668. num. 7. par. 4.*, & ulte-
rius conficere debet Librum introitus,
& exitus, ac benè, & legalitèr illum
retinere, omniaque diligentèr in eo
deſcribere, & rationem reddere de ge-
ſtis, & adminiſtratis, aliàs contra ipſum
2 datur juramentum in litem, ut firmat
*Roland. in ejus magiſtrali conſ. 49. num. 18.
lib. 1.* & tradunt *Manſ. conſult. 470. n. 10.
& conſult. 471. num. 3. Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 59. numer. 12. & cap. 86. n. 30.
Genua de Scrip. Privat. lib. 4. tit. de La-
bore Tutor. Curator. & ſimilium, fol. mihi
209. Montan. de Tutel. cap. 32. regul. 3. per
tot. Borgnin. eodem Tractat. ſub num. 59.
Gutierrez in ſimili Tractat. par. 2. cap. 1.
num. 17. & 18. Chriſtin. dec. Belgic. 162.
num. 2. lib. 3. Rota Lucen. inter diverſas.
Dec. recollectas per Palm. Nep. dec. 13. n. 16.
Rota Romana coram Creſcentio dec. 5. de
Jur. jurand. & coram Verall. dec. 119. n. 1.
& ſeqq. part. 2. & in rec. dec. 159. num. 9.
part. 17.*

Non obſtat, quòd ad hoc, ut locus
ſit juramento in litem, requiratur dolus
3 ex parte ejus, contra quem defertur,
& difficultas probationum. Quia dolus
in caſu noſtro abundè probatus rema-
net, tam ex omiſſione Inventarii, Tu-
telaris, & hæreditarii, vel minùs legi-
tima confectione illius, cum occultatio-
ne majoris, & melioris partis bonorum,
nec non ex omiſſa confectione Libri in-
4 troitus, & exitus, quæ procul dubio
in Tutore omittente arguunt fraudem,
& dolum, in ſpecie *Roland. à Valle con-
ſil. 49. num. 18. lib. 1. Corn. conſil. 116. n. 6.
lib. 1. Gratian. conſil. 25. num. 6. lib. 1. Be-
nincaſa de Paupertat. quæſt. 9. ſpecial. 10.
num. 31. fol. mihi 210. Borgnin. de Tutor.
& Curator. num. 59. Card. De Luca de Tu-
tor. diſc. 3. n. 17. & diſc. 17. num. 6. Bon-
den. collect. 48. num. 64. lib. 2. Maſcard. de
Probat. conclaſ. 1391. num. 9. Montan. de
Tutor. & Curator. cap. 32. regul. 5. n. 26.
& 28.* ubi de matre. *Gutierrez. eodem
Tract. part. 1. cap. 1. num. 15. & ſeqq.* ubi
paritèr de matre. *Oſaſch. dec. 57. per to-
tum*, ubi ſimilitèr contra matrem. *Rota
Lucen. inter diverſ. Dec. recollectas per
Palm. Nepot. dec. 13. n. 14. Rota Romana in
rec. dicta dec. 159. n. 4. & 5. par. 17. & poſt
Merlin. de Pignoribus dec. 45. n. 1.*, quàm
ex aliis pluribus conjecturis, & proba-
tionibus, de quibus infra.

Quòd autem in caſu noſtro Inven-
tarium, vel non fuerit confectum, vel
nullitèr, & minùs legitimè confectum
fuerit, patet ex eo, quòd factis dili-
gentiis pro parte DD. Principalium in
actis Paluzii, nunc Franceſchini, A. C.
Notarii, in quibus exadverſo aſſertum
fuit, illud fuiſſe confectum, reperiri
nunquam potuit, nec in Prothocollis,
nec in Libris Rogituum, & Recepto-
rum patris Rogitus, nec in Brolardis
5 productum, qui eſt modus probandi
negotivam illius, ut tradunt *Lotter. de
Re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 46. n. 50. Roſa
de Executor. Litterar. Apoſtolicar. par. 1.
cap. 6. n. 10. in fine. Rot. cor. Capotagum.
dec. 165. par. 1. Ludoviſ. dec. 248. num. 6.
& 7. cor. Celſo dec. 76. n. 17. & dec. 130.
num. 11.* Solùm exadverſo exhibita fuit
fides dicti D. Franceſchini, qui teſtatur,
reperiſſe quædam folia in faſciculo
Scripturarum dicti Paluzii, ejus in Offi-
cio Anteceſſoris, *data in Summ. num. 6.
& 7.*, quæ Inventarii nomen non me-
rentur, cum careant die, menſe, anno,
& loco, clauſula *Actum*, in Inſtrumentis
requiſita, & nominibus, ac præſentia
Teſtium, ab initio deſcriptionis bono-
rum uſque ad finem, & in ipſa ſtipula-
tione Inſtrumenti, de qua præſentia
6 teſtatur Notarius, prout ad eſſentiam,
& validitatem Inventarii requiri, eſt
*Textus in §. Si verò abſunt Auth. de hære-
dib., & Falcid.*, & tradunt *Faſtb. Reſolut.
Civil. cap. 26. num. 33.* ubi de Inventario

X 2 Tu-

Tutelari. *Mandell. Alba conſ.253. n.6.*
Natta conſ.114. n.14. Marius Antonin.
Variar. Reſolut. lib.3. reſol. 8. num. 15.
Gratian. Diſceptat. Forenſ. cap.767. nu-
mer.3. 19. & ſeqq. Cyriac. contr.160. nu-
mer.99. Hodiern. Controv. For.3. n.19.
Phanuc. de Inventar. par.3. num.73. 74.
& 76. aliàs inter diverſor. de Inventar.
quaeſt.140. eiſdem numeris. Theſaur. ibid.
quaeſt.177. n.10. & ſeqq. Rota cor. Dun-
zett. Sen. dec.161. n.6. necnon deficit
etiam ſubſcriptio ipſius haeredis, omninò
neceſſaria pro Inventarii ſubſtentatio-
7 ne, ut firmant *Montanel. de Inventar. in-*
proœ. inter Tractat. Diverſ. quaeſt.130.
num.36. Phanuc. ibidem, dicta quaeſt.240.
num.66. Theſaur. eodem pariter loco, quaeſt.
177. n.5. Rota cor. Dunozett Senior. de-
ciſ.161. n.5. & dec.72. num.19. & ſeqq.
par.2. diverſ.

Ulteriùs carent etiam dicta folia ac-
curata, & integra deſcriptione Bono-
rum. Etenim in eis fuerunt in confuſo
deſcripta mobilia, & non notata cum
numero, pondere, menſura, & aeſti-
matione, ibi -- *due Sottocoppe d'argento --*
due Portiere con arme del ſudetto Sig.
Lancelli -- un quadro &c., due quadri,
uno di Noſtro Signore, e l' altro di S.
Franceſco -- & ruſus ibi -- *Quindeci Li-*
bri grandi, & ſeſſantaquattro Libri mez-
zani, ſettantaquattro Libri piu piccoli, &
ibi -- *due Tazze d' argento, una Saliera*
d' argento, dieci Cucchiari, e dieci Forchet-
te d' argento, & prout latiùs *in Summ.*
num.7. Deſcriptio autem mobilium, ita
8 in confuſo facta, & cum omiſſione qua-
litatum, ſine quibus, ſciri non poteſt
valor illorum, reddit Inventarium nul-
lum, & efficit, ut habeatur, ac ſi factum
non eſſet, ut in ſpecie firmant *Comitol.*
allegat.51. n.31. Sabell. Variar. Reſolut.
cap.3. num.10. & 11. Andreol. controverſ.
241. n.3. Bondon. conſult. 80. ſub num.4.
Paitell. expedit.72. n.1. Eſcobar. de Ra-
tiocin. cap.9. ſub n.48. Farinac. de Ultim.
Volunt. quaeſt.11. num.18. Cyriac. controv.
160. n.98. Palm. Nepos allegat. 191. nu-
mer.40. Rota cor. Puteo lib.3. dec.309. n.8.
coram Arguell. dec.80. n.16. cor. Dunoz.
Sen. dec.161. num.8. & in rec. dec.149.
n.15. par.9. dec.31. n.1. par.13. dec.83.
num.1. & dec.136. num.36. & 37. par.16.
& dec.282. n.7. & ſeqq. par.19. & in Ro-
mana, ſeu Verulana Liberationis à mole-
ſtiae 19. Junii 1693. § Et hoc inſurgit,
cor. bo. me. Bicumeſio.

Aliàs enim aperta eſſet via commit-
tendi fraudes, dum haeredes, & Tuto-
res, quibus incumbit onus Inventarium
conficiendi, poſſent ſubtrahere res ar-
genteas magni ponderis, & perfectae bo-
nitatis, Tabulas pictas inſignium Artifi-
cum, Libros magni valoris, res ſericas,
9 aliaque ſimilia, & ſupponere alia ejuſ-
dem ſpeciei, ſed exigui ponderis, infi-
mae qualitatis, & bonitatis. Qua ratio-
ne, & periculo, nullo modo ſubſiſtere,
& ſanari poſſe Inventaria, hujuſmodi
defectu laborantia, firmat *Phanucius*
de Inventar. par.3. ſub n.3. Cyriac. con-
trov.160. n.98. Palm. Nepos alleg. 191.
ſub n.40. & 41. Rot. in rec. dec.39. n.14.
par.14.

Deficit pariter in praedicto Inventa-
rio deſcriptio Nominum debitorum,
Gemmarum, Veſtium feſtivarum, non-
nullorum petiorum argenti, Abaci pre-
tioſi, mobilium retentorum à D. de
10 Angelis, quae ab Authore Principalium
fuerunt relicta domi, & in Officio
reſignato, quae omnia erant in Inventa-
rio deſcribenda. necnon accedit omiſ-
ſa deſcriptio Scripturarum, quarum nec
una quidem legitur indicata, Pecunia-
rum, Vini, Frumenti, Blancariae, alio-
rumque mobilium uſualium, ad quorum
exiſtentiam probandam ſatis eſſet ſola
veriſimilitudo, cum improbabile ſit,
quòd caruerit omnibus mobilibus, ad
vitam hominis neceſſariis, & quod
plus eſt, quòd caruerit etiam Scripturis
cujuſvis generis, quando ipſe fuerat
11 Montium Romanae Curiae Secretarius,
& Notarius Primarius hujus Supremi
Tribunalis, & commodè de ſuo vivebat,
poſſidens ſtabilia diverſis in locis, ut
ponderant *Poſth. reſol. 3. n.13. verſ. &*
ulteriùs. Rot. coram Cerro dec.443. n.17.
ubi alias Deciſiones allegat, *& in Romana*
Fideicommiſſi de Magnavillis 3. Maji
1683. § Nec pro Inventario, cor. clar. me.
Card. Matthejo, & in Romana, ſeu Veru-
lana Liberationis à moleſtiis 19. Junii
1693. § Non ſolum enim, coram bo. me.
Bicumeſio, & in Ferrarien. Fideicommiſſi
9. Februarii 1693. § Et quidem, & 1. Ju-
nii ejuſdem anni § Prout neque obſtant,
cor. R.P.D. Molines.

Et tamen in caſu noſtro, haec, aliaque
de

de quibus ſupra dictum eſt, in hæreditate adfuiſſe de tempore mortis Auctoris DD. Principalium, probatum remanet ex eo, quòd in quodam aſſerto Calculo, ſeu Bilancio, ex adverſo producto, & à D. Dominico Liberato, ſecundo Viro Dominæ Adverſariæ, proprio manu confecto, ponuntur pecuniæ, licèt in modica ſumma ſcutorum 13., Vinum in cadis 45., Frumentum in Rubeis novem, ac una debitorum exactio, uſque
12 ad ſummam ſcutorum 55 *Summ. n.8.* Veſtes autem feſtivas, & Gemmas extare penes D. Adverſariam, & eſſe hæreditaria Franciſci Lucarelli ejus primi Viri, probatur ex Inſtrumento à Domina Adverſaria, cum perſonaz ejus ſecundi Viri ſtipulato, ubi pro ſcutis 191. in quibus aſſertum fuit, DD. Principales hæredes Franciſci remanſiſſe debitores ejuſdem Dominæ Adverſariæ, eorum Tutricæ, conventum fuit aſſignari debere Gemmas, & Veſtes nuptiales, quæ exiſtebant penes eam, *ut in Summ. n.9. lit. B. ibi — Reſiduum verò, quod eſt ſcutorum 191., convenerunt ſolvi debere ad beneplacitum Dominæ Pacificæ in gemmis, & veſtibus nuptialibus, ad præſens penes eandem Dominam Pacificam exiſten., ad æſtimationem Peritorum, communiter eligen. &c.* mobilia verò vendita D. de Angelis pretio ſcutorum 51., & duo pitis argenti, fuiſſe reperta in hæreditate dicti Franciſci, patet ex Calculo, ſeu Bilancio, à Tutrice Adverſaria ſimul cum ejus Viro confecto, & producto, quæ contra illum conficientem, & producentem plenè probat. *R.P.D. Anſald. de Commerc. & Mercat. diſc. 66. n.4. & diſc. General. n.149.* De Abaco prenoſo, &
13 duabus Arcis, patet ex depoſitione ipſiuſmet D. Adverſariæ, *Summ. num.10.* in qua ingenuè faſſa eſt, ſe illa retinere, & fuiſſe dicti Franciſci & licèt ſubdat, illa ob eodem Franciſco ſibi fuiſſe donata, & ſic confeſſio fuerit qualificata, tamen cum contineat duo facta diverſa, & inter ſe ſeparata, nempe, quòd dicta bona fuerint Franciſci, & quòd ob eodem fuerint eidem Adverſariæ donata, quorum unum nihil cum altero habet commune, poteſt
14 dicta confeſſio ſcindi, & pro parte acceptari, pro parte autem reprobari, ut tradunt *Merlinus. Variar. Reſolut. lib.2. cap.45. num.16. Baldaſſ. in Addit. ad Conſil. Roman. obſerv.20. n.97. & 98. De Angel. de Confeſſion. tom.1. lib.3. q.11. num.90. Bergam. Cavalcan. Dec Francanus. part.2. dec.27. num.87. Rot. Januen. de Mercatur. dec.114. num.3. & deciſ.141. num.2. Amat. dec. March.81. n.8. Rot. in rec. dec.391 n.10. & 11. part.17. & dec.188. n.14. part.18.*

Maximè quia Cimbalum, quod pariter in dicta Confeſſione aſſeritur fuiſſe eidem Adverſariæ donatum, fuit ab ipſa in ſolum, ſeu aſſerto Inventario, deſcriptum inter bona hæreditaria Franciſci Viri, *ut in Summ. litt. A ibi — Beni Ereditarii, ritrovati nell' Eredità della b. me. del Signor Franceſco Lucarelli dopo la ſua morte, ſono gl' infraſcritti &c. un Cimbalo a due Regiſtri &c.* quæ de-
15 ſcriptio, cum plenè probet Cimbalum fuiſſe hæreditarium, ut firmant *Gratian. diſcept. 166. num 33. Peregr. de Fideic. 72. num.60. Franciſc. Rom. reſpon. 84. num.5. lib.1. Thomat. dec. March.114. num.18. Rota coram Priolo dec.204. n.2. & dec.370. num.1 & 2. coram Merlin. dec. 796. num.1. Celſ dec.337. num.2. Buch. dec.96. num.11 & in rec. dec.333. num.9. & dec.343. num.12. part.5. & deciſ 308. num.6. part.18.* operatur, ut ſubſequens confeſſio, in qua aſſertum fuit dictum Cimbalum, Arcas, & Abacum fuiſſe Franciſci Viri, ſed de tempore contractorum ſponſalium fuiſſe illa ab eodem donata Dominæ Adverſariæ, repugnat dictæ confeſſioni, antecedenter in Inven-
16 tario emiſſæ, & conſequenter præfata qualitas donationis poteſt à confeſſione ſeparari, cum ad hunc effectum ſatis ſit, ut contra qualitatem, in confeſſione adjectam, militet ſimplex Juris præſumptio,
17 ut tradunt *De Angel. de Confeſſion. tom.1. dicto lib.3. quæſt.11 num.73. & ſeqq. Maſcar. de Legatorum Annona. & Æmilia, cap. 31. num.3. Baldaſſ. ad Roman. dicto conſil.80. num.98. Addit. ad Buratt. dec.199. num.14. Rot. coram Gregor. dec.91. n.8. ibique Addit. num.9. & in rec. dec.91. num.17. & dec.308. n.6. & 7. part.12.,*
18 quæ contraria Juris præſumptio etiam eliciatur ex ipſa natura donationis, quam in dubio Jura omnia excludunt *ad Textum in l. cum de indebito ff. de probation. l. ſi non ſortem ff. de ſolut.* & tradunt *Cravett. conſil.142. num.26. Alex. conſ.* 104.

164. num.6. lib.5. Rota coram Dunozett. Jun. dec.234. n.7.
Agnovit minùs legitimam confectionem Inventarii eademmet Pars adverſa, ideò in prima Inſtantia curavit illud ſupplere ex fide Domini
19 Franceſchini, Notarii A.C., & ſucceſſoris in Officio Domini Palutii, atteſtantis de exiſtentia Inventarii, & ex alia enunciativa, emiſſa à q. Joanne Lucarello, Patruo DD. Principalium, & à Domino Marco Antonio, uno ex filiis Franciſci, in Inſtrumento liberationis ab adminiſtratione facta Matri. Verùm debile eſt refugium, quia Notarius nullibi teſtatur, fuiſſe confectum Inventarium, ſed solùm quòd inter Scripturas Palutii, ſui in officio Anteceſſoris, tria folia invenerat, quorum tenorem tranſcribit. Joannes verò Lucarellus, & Marcus Antonius, quatenus etiam enunciaſſent, Inventarium fuiſſe factum, adhuc ex hoc inferri non poſſet illud fuiſſe legitimè confectum, Et ſi etiam aſſeruiſſent illud fuiſſe legale, adhuc cum ex ſupradictis con-
20 ſtet, confeſſionem fuiſſe erroneam, illa confitenti non præjudicaret, ut firmant *De Angel. de Confeſſion. tom.1. lib.1. q.7. effect.7. ſub num.21. & 22. & lib.3. q.10. num.15. Thomas. dec. March.50. n.439. & dec.157. num.14. Rota coram Celſ. deciſ.341. num.10. Reyes dec.169. num.11. & 12. & dec.345. num.14. & 15. Bich. dec.649. num.5. Borass. dec.912. num.10. & in recent. dec.442. num.16. part.5. deciſ.188. num.1. & dec 183. n.18. part.6.*
21 & multo minùs Fratribus, Pupillis, & Nepotibus reſpectivè, tanquam tertiis.
Minùs obſtat, quòd jam ſit reddita ratio à Tutrice ſuæ adminiſtrationis, & reportata generalis quietantia, ac proinde ampliùs compelli non poſſit
22 ad exhibitionem Inventarii, Libri Tutelaris, & ad novam redditionem rationis, cum ratio ſemel reddita, amplius reddi non debeat. In prædicto enim Inſtrumento ſolidationis quietantiæ nullum fieri poteſt fundamentum, ſive inſpiciatur nullitas Inſtrumenti, ſive error, ſive læſio, ſive dolus, ſive demum, quòd ratio non fuit plenè,
23 & perfectè reddita, quibus ſtantibus, compelli poteſt Tutor, vel alius Ad-
24 miniſtrator, qui ſemel rationem reddidit, ad illam iterum reddendam, ut de nullitate *Rot. in rec. dec.111. num.1. & ſeqq. part.18.*, & de errore, læſione, & dolo *R.P.D. Anſald. de Commerc. & Mercatur. diſc.80. num.10.*, ubi, quòd ſufficit ſola poſſibilitas erroris, *& n.13. Rota coram Cerron. dec.1169. per tot.* de ratione non plenè & perfectè reddita *Ancaran. conſil. 330. ſub num.4. Burdin. collect. legal.41. num.60. Gratian. diſcept. 761. n.3. Rota coram Mantic. dec.358. num.4. & coram Pamphilio dec.97. n.8. Add. ad Eandem dec.442. num.7. verſ. ad materiam.*
Nullitas ex triplici capite reſultat: & primò, quia deficit Curator, qui omninò deputari debebat Domino Marco Antonio, & Liviæ, extra pupillarem ætatem exiſtentibus, *Summ. n.12. lit. A*, & ſine quo minor contrahere non poteſt, ut firmat *Jovius de Solemnitat. in*
25 *Contractib. minor. Gloſſ.15. §.7. num.40. & 41. Rota coram Cerro dec.1680. n.144. & ſeqq.* Et licèt reſpectu D. Marci Antonii replicari poſſit, quòd ipſe jam Curatorem haberet, dum ei in actu tranſitus Matris ad ſecundas nuptias fuit deputatus Rev. D. Joannes ejus Patruus: Attamen ex tali deputatione nullitas evitari non poteſt, quia ei non fuit à Judice deputatus Curator, ſed Actor
26 ad lites *Summ. n.11.*, & quamvis Teſtator eum Tutorem, & Curatorem deputaverit, tamen hæc deputatio operari non poterat, ut ipſe poſſet uti Curator intervenire, prout uti talis non intervenit, ſed neceſſe erat, ut foret à Judice confirmatus, ut tradunt *Carena reſol 30. num.13. De Marin. Quotidianar. Reſolut. lib.1. cap.189. num.1 & per tot. ibique de Luca in Motivat. pariter per tot. Burdin. collectar. legal.16. num.76. lib.1. Intrigliol. Deciſ. Sicilia 10. n.1. Rot. dec.23. n.21. & ſeqq. poſt Manon. de Ratiocin. deciſ.170. num.19. & 20. coram ſa. me. Alexandro Ottavo, & dec 470. numer.1. part. 1. & deciſ. 69. num.13. part.11. rec.*, & quidem cum conſenſu ipſius minoris; eo enim diſſentiente, Cu-
27 rator, etiam in Teſtamento datus, à Judice confirmari non valet. *Gabriel conſil.23. n.9. & pluribus ſeqq. lib.1. Paſchal. de Viribus Patr. Poteſtat. part. 3. cap.9. n.51. De Marin. Reſol. Jur. lib.1. d. cap. 199. num.1. & ſeqq.*, ubi, quòd ita judi-

ca-

cevit in Sacro Conſilio Neapolitano. *Carol. Anton. de Luca in Melioratam. ad Eum n. pariter 2. & ſeqq. Gratian. diſcep. for. 215. num. 1. Bondon. della Collactar. legal. 16. n. 76. lib. 1. Rota poſt Ejſchar. de Ratioc. dicta dec. 22. n. 24. cor. ſa. me. Gregorio XV. dec. 260. n. 8. & 9. & in rec. dicta dec. 470. n. 2. par. 1.*

Et ulteriùs ipſe non poterat eſſe nec Curator, nec Tutor, quod influit etiam in ſecundum Caput nullitatis. nam Presbyteri, prout erat dictus Rev. Joan-
28 nes Patruus, à Tutela, & Cura non ſolum excuſantur, ſed nec volentes illam acceptare poſſunt, niſi Judicis Eccleſiaſtici licentia concurrat, ad *Text. in §. Deo amabiles Authent. de Sanctiſſ. Epiſcop. Pat. Jordan. Variar. Lucubrat. tom. 1. lib. 11. tit. 5. n. 123. verſ. immo Epiſcopi. Gutierrez de Tutel. par. 1. cap. 1. num. 30. Molin. de Juſtitia, & Jur. tract. 2. diſp. 221. verſ. Epiſcopus autem. Gratian. diſcept. for. 830. num. 18. & ſeqq. Fontanell. dec. Cathalon. 101. n. 16. Surd. deciſ. 207. n. 7. Rot. cor. Priol. dec. 243. n. 7. apud Poſth. de Manutent. dec. 116. & in recent. dec. 151. n. 1. par. 12.* Undè cum reſpectu Pupillorum deficiat præſentia Tutoris, contractus, & ſolidatio remanet nulla, dictoſque Fratres, tunc Pupillos, & minores reſpectivè, non afficit.

Tertia demum nullitas reſultat ex eo, quòd filii Pupilli nati ſunt anno 1661. 1663. & 1664. ut ex Fidibus Baptiſmatis *Summ. num. 12. lit. B*, & Inſtrumentum redditionis rationis, & quietantiæ, fuit celebratum anno 1671., & ſic, cum dicti filii Pupilli de eo tempore eſſent majores infante, eorum præſentia, & conſenſus (quorum neutrum
29 in caſu noſtro intervenit) erat neceſſarius, ad *Textum in l. petat Cod. de Jure deliberand.* & tradita per *Caſtren. in l. neque Tutores, num. 5. Cod. de Procurator. Urceol. de Tranſact. quæſt. 12. n. 18. quæſt. 20. num. 14. & quæſt. 11. num. 3. & ſeqq. Aſtolin. Reſol. forenſ. 21. num. 13. Menſ. conſult. 440. num. 3. De Angelis de Confeſſ. tomo 1. lib. 2. quæſt. 14. n. 15. Jovius de Solemnit. gloſſ. 15. § 8. ex num. 13. Rot. coram Cavill. dec. 191. n. 8. Ninus dec. 3. num. 6. Buch. dec. 349. n. 14. & in rec. dec. 64. n. 9. par. 8. dec. 138. num. 13. & dec. 179. n. 10. & 11. par. 10. dec. 105. num. 3. & dec. 401. num. 58. part. 16. dec. 554. n. 2. & dec. 678. n. 8. par. 18.*

Adſtipulatur omiſſa inſertio Calculi, ſeu Bilancii, ad quod Partes in d. aſſ. inſtrumento ſe retulerunt, aſſerendo, illud Notario conſignatum, quo defi-
30 ciente, nemo non videt quòd d. Inſtrumentum quietantiæ, reportatæ relativè, ad Bilancium, illo deficiente, ſit habendum, ac ſi ſtipulatum non fuiſſet, hoc enim eſt reddere rationem in foſſe, cum ſit de forma Redditionis rationum, illas legendas offerre in Bilancio, ut di-
31 gnoſci poſſit, an probè, vel improbè referantur, inquit *Text. in L. cum ſervus 81. ff. de condit. & demonſtr. Gutier. de Tutel. par. 3. cap. 1. num. 119. cum pluribus ſeqq. Caner. Var. Reſol. par. 3. cap. 13. num. 301. Rol. à Vall. d. conſ. 49. n. 10. & ſeq. lib. 1. Ancaran. conſ. 330. num. 4. & 5. Rot. coram Dunoz. dec. 319. n. 10. coram Arguell. dec. 37. num. 1. in rec. deciſ. 287. num. 41. par. 17. & poſt Manon. Eſcobar. de Ratioc. deciſ. 91. num. 11.,* & alibi paſſim.

Nullitati prædicti inſtrumenti ſolidationis accedit error, læſio, & dolus, reſultans ex ponderatione partitarum, relatarum in eodem aſſ. inſtrumento, & Calculo, ſeu Bilancio, cujus ſumptum exadverſo fuit exhibitum, quatenus de originali, ut ſupra inſerendi, identitate legitimè conſtaret.

Primò enim erronea detegitur partita ſcutorum 585. pro cibariis, præſtitis Principalibus Pupillis, taxando illa in
32 ſcutis 30. annuis pro quolibet, quando pro Bernardino, qui erat quindecim menſium *Summ. d. num. 2. litt. C.*, nihil poterat prætendere, cum mater filium, trienno minorem, de Jure teneatur alere, & lactare, juxta *Textum in l. nec fi-*
33 *lium Cod. de patr. poteſt. & in l. alimenta Cod. de negot. geſt. Gloſſ. in l. ſi nuptarentur, in fine, Cod. de liber. alend. in cap. final. de conversion. Infidel. Surd. de Aliment. tit. 1. quæſt. 14. n. 1. & tit. 7. q. 13. num. 2. Marc. Vot. Piſan. 136. per tot. Sanfelic. Deciſ. Neapolitan. 205. num. 11. & deciſ. 414. num. 1. Theſaur. Deciſ. Pedemontan. 3. num. 7. & deciſ. 211. num. pariter 7.* undè illud

Mater alit filium trimum, trimaque minorem,
Majorem verò paſcere, Patris erit.

Secundò erronea, & uſuraria detegitur calculatio partitæ ſcutorum 36. ad

ad debitum DD. Principalium, loco damnorum, & intereſſe, pro aſſertis Capitalibus Cenſuum dotalium, ab Auctore Principalium retrovenditis. Tum quia maritus, vel alius quicunque adminiſtrator, non tenetur fructus Cenſuum retrovenditorum, vel aliarum rerum fructiferarum, non voluntariè, ſed neceſſariè alienatarum, inveſtire, quando non habet onus præciſum inveſtimenti, ſed remanet ſolùm debitor pretii, ut in fortioribus terminis de reinveſtiente nomine proprio pretium retractum ex retrovenditione Cenſus,
34 vel alterius crediti fructiferi, quòd non teneatur fructus, ex dicto inveſtimento perceptos, reſtituere, ſed ſibi illos acquirat *Card. De Luca de Servit. diſc.36.n.9. de Fideicommiſſ. diſc.205.n.4.*
35 *& diſc.177. num.11. Rota coram Cerro deciſ.423. num.2. & ſeqq. coram Priol. deciſ.437. num.13. & ſeqq. & coram Bicho deciſ.514.num.14.* Tum etiam quia prædicti Cenſus fuerunt marito dati in dotem æſtimati, cum Inſtrumentum dotale, in quo illi pro dote aſſignati fuerunt, incipiat à quantitate *Summ.n.13.* quo caſu ſemper cenſentur dati æſti-
36 mati, non autem pro fundo dotali, ut tradunt *Gratian. diſceptat. 38. n.29. & ſeqq. Theſaur. Quæſt. Forenſ. lib.3. quæſt. 22. num.1. Menſ. conſult.310. n.6. & 7. Caſtald. conſult.135. n.3. & 4. Gob. conſult.131. n.3. Card. de Luca de Dote diſc. 158. n.8. Cancel. allegat.5. n.2. & ſeqq. alleg.6. n.18. allegat.7. num.4. & allegat. 24. n.5. & ſeqq. & num.14. Senatus Mantuæ apud Bondon. Collectan. Legal. 20. n.239. tom.1. Rota coram Pamphilio dec. 2. num.1. ibique Addenum. 13. cor. Bicho dec 53. num.21. & in rec. dec.98. num.7. par.18. & in Romana Dotis 3. Martii 1683. §. Quod in præſenti, & ſeqq. coram R.P.D. Molines*, etiam ſi dictum ſit, quòd ſtare debeant pro fundo dotali. Quia
37 ultra quod dictio *Pro*, excludit fundum dotalem, cum ſignificet idem, ac vice, ſeu loco, quod denotat impropietatem, ut in puncto *Andreol. controv. 313. num.16. Rota coram Cerr. dec.874.*
38 *num.7. & in rec. dec.20. n.17. par.15.*, & optimè *in dicta Romana Dotis 3. Martii 1683. §. Et ſane, cor. R.P.D. Molines*; Quando dos, ut hic, incipit à quantitate, verba *pro fundo dotali* importare ſo-
39 lùm favore mulieris hypothecam ſpecialem, ut in terminis firmat *Card. de Luca de Dote d. diſc.158. num.13. Caravaeh. diſceptat.66. num.74. Senatus Mantuæ apud Bondon. collect.20. num.238. tom.1. Rot. in recent. dec.391. num.1. & ſeqq. part.19. & in dicta Romana Dotis 3. Martii 1683. §. Ulteriùs, coram R.P.D. Molines*. Quoties autem dos marito data fuit æſtimata, ejus hæredes, deficiente interpellatione, nunquam tenentur
40 ad fructus illius, cum ſint ſolum debitores pecuniæ, pro qua fructus non debentur, ut in terminis *Gratian. Diſceptat. Forenſ. cap.38. num.39. in fine. Rota coram Seraphin. dec.1131. in fine.*

Tum demum quia, quatenus etiam dicti fructus debiti eſſent de Jure, adhuc Domina Adverſaria illos petere non potuiſſet, non ſolum quia ipſa recepit alimenta in domo DD. Principalium, cum quibus cenſentur compen-
41 ſati fructus, itaut hæredes Mariti, præſtita alimenta, fructus lucrentur in totum, juxta tradita in terminis per *Gall. de Fructib. diſput.20. art.5. num.2. & ſeqq.* ubi reprobat contrarium opinionem, & teſtatur de veriori. *Bero. conſil.130. num.11. lib.3. Oddus conſ.75. num.7. & num.16. Caravch. diſcept.67. ſub num.40. verſ. ſicut è converſo. Coler. de Aliment. lib.1. cap.11. num.36. 37. 38. & ſeqq. Toſch. Practicar. Concluſ. lit. D. Concluſ.738. num.18. Mata ſuper Conſuetud. Panormitan. cap.47. numer.47. Pollic. in Conſuetud. Averſan. 7. num.88. Franch. deciſ. 217. numer.1. & per tot. ibique Novarius, & de Luca ſub num. 3. de Marin. ad Reverter. deciſ. 265. num.1.* Idque procedit etiam quando mulier fuit relicta domina, & uſufructuaria à marito, quia iſto etiam caſu
42 alimenta cenſentur relicta à marito, & ab hæredibus præſtita, animo compenſandi cum fructibus dotis, ut in noſtris terminis obſervat *Molpheſ. ad Conſuetud. Neapolitan. tom.1. part.6. cap.11. n.23., & pluribus ſeqq.*, ubi, quòd hæc videtur mera veritas, *& num.17. & in addit. ad d. cap.11. per tot.* ubi ſe defendit ab impugnatoribus ſuæ opinionis, & articulo diſcuſſo *Card. Ant. de Luca ad Gratian. dec Marchæ 47. n.30.* ubi alios citat.

Verùm etiam quia cum Domina Adverſaria fuerit Tutrix filiorum, & co-

eorum Bona adminiſtraverit, tenebatur ſe de ſuo credito dotali ſatisfacere, nec permittere poterat fructus dotales decurrere ad ſuum favorem in præjudicium Pupillorum, & alitèr faciendo dicitur in culpa, illoſque non valet prætendere, nè ex propria culpa, & dolo, utilitatem ſentiat, ut in puncto
43 Matris Tutricis *Coren. reſolut.*214. n.1. *& ſeqq. Gratian. diſcept.*563. *num.*42. *&* 43. *Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ.*7. *gloſ.*3. *par.*3. *num.*60. *& ſeqq.* latè *Rota coram Ubago dec.*85. *num.*4. *& ſeqq.* ubi innumeri congeruntur, *& in recent. deciſ.*231. *n.*11. *cum duobus ſeqq. part.*11., & egregiè *in dec.*397. *num.*9. *part.*18. *tom.*1. Adeout non ſufficiat mulieri ad lucrandum fructus Dotis facere inveſtimenta, quia tenetur potiùs ſuum debitum ſtrufferum, ſicut cætera alia, extinguere,
44 quàm inveſtimenta conficere, ut proſequitur *Rota d. dec.*85. *num.*5. *coram Ubago*.

Ex quibus cum conſtet, quòd fructus prædicti non erant debiti, Partita, illos ad debitum ponens, dicitur erronea, & apta ad novam rationis redditionem petendam, in ſpecie *Rot. cor. Celſo dec.*142. *n.*6.
45 Tertiò eſt paritèr erronea, & læſiva calculatio alterius Partitæ ſcutorum 375. pro lucro dotali, pro qua fuit facta datio inſolutum cujuſdam Domunculæ, cum Domina Adverſaria ex bonis Viri nihil prætendere poſſet, quia ipſa erat debitrix Viri, non ſolùm pro rata ſcutorum 375., ad quæ dictum fuit aſcendere lucrum dotale, ſed in longè majori ſumma, dum quondam Franciſcus ejus Vir dimiſerat Conſtantiam Martinam Novercam, & Creditricem Pacificæ Adverſariæ ſcutorum 530., in quibus ipſa remanſerat debitrix dictæ Conſtantiæ ex cauſa ceſſionis, & concordiæ, inter ipſas initæ, reportata contra eamdem Adverſariam Juxium ceſſione à Creditoribus dimiſſis, ut in *Summario n.*14. Unde cum ipſa eſſet debitrix Franciſci Authoris DD. Principalium in dicta ſumma ſoluta, & excedente ſummam lucri dotalis, non poterat, nec bona inſolutum accipere pro lucro dotali, nec alia prætenſa credita
46 detrahere, & pro illis hæreditatem debitricem conſtituere, ſed debitum cum ſuis creditis, quatenùs adeſſent, compenſare, ex firmatis per *Mantic. de Tacit. & Contractu. cap.*32. *regul.*4. *num.*17. 22. *&* 29.

Quartò, eodem defectu laborat alia Partita in ſumpro aſſ. Bilancii, in qua Tutrix ſe conſtituit Creditricem in ſcutis 21. pro totidem ſolutis ab ipſa hæredibus Simoncelli A.C. Notarii, & tamen iſta ad debitum DD. Principalium calculari non poterat, cum non fuerit ſoluta à D. Adverſaria, ſed à Rev. Joanne Patruo DD. Principalium, & quidem non de propriis, ſed cum illorum pecuniis, ut patet ex receputa data in *Summ. num.*15. *lit.B.* in qua aſſeritur,
47 ſolutionem factam fuiſſe ab hæredibus Franciſci Lucarelli, per manus Rev. D. Joannis Lucarelli, Tutoris eorumdem hæredum, Is enim, per cujus manus ſolvitur, dicitur nudus miniſter, & pecunia præſumitur ſpectare ad eum, cujus nomine ſolvitur, ut de ſolutione, facta per manus alterius, firmant *Bertrand. conſil.*182. *n.*1. *& ſeqq. lib.*2. *Cancer. Variar. Reſolut. par.*2. *cap.*6. *n.*9. *Poſth. reſolut.*54. *n.*64. *& dec. Bonaven.* 59. *n.*163. *Fontanell. de Pact. Nupt. clauſ.* 4. *gloſ.*18. *par.*3. *n.*44. *tom.*1. *Magon. deciſ. Florent.*43. *n.*14. *Rota cor. Molin. dec.*218. *num.*2. *& cor. Seraph. dec.*1378. *n.*1. *poſt Zacch. de Salarior. Officior. deciſ.*69. *n.*6. *Dunoz. Jun. dec.*660. *n.*2. *& dec.*885. *num.*4. *verſ. præter quod. Bich. dec.*612. *n.*11. *& cor. Pamphil. dec.*184. *n.*7. *ubique Addit. num.*31. *& in rec. deciſ.*9. *n.*10. *&* 21. *par.*16. *dec.*36. *num.*6. *part.* 18. *& dec.* 401. *num.* 11. *&* 25. *par.*19.

Verùm dato etiam per hypotheſim, quòd non probetur ſolutum debitum ex pecuniis, ad DD. Principales ſpectantibus, adhuc indebitè, & erroneè D. Adverſaria dictam partitam totalitèr ad debitum DD. Principalium poſuiſſet, cum debitum proveniret ex pluribus expeditionibus, ſuſceptis in Officio Simoncelli, partim pro Auctore Principalium, & partim pro parte D. Adverſariæ *Summar. d. n.*15. *lit. A.*, & ſic pro parte tantùm ad DD. Principales ſolutio dicti debiti ſpectabat, ut ad detegendam partitam erroneam, & pro deveniendo ad novam redditionem ra-
48 tionis, hanc indebitè circumſtantiam

ponderat Sac. Rota *coram Celſo diſta deciſ.142. n.9.*

Augeturque error, & dolus Adverſariæ, ponderando, quòd dicta pars, ſpectans ad DD. Principales, aſcendens ad ſcuta novem, jam fuerat alia vice præcedentèr ſoluta ab eorum Patre, cujus ſolutionis receptum cum fuiſſet ab Adverſaria reperta, eadem ſcuta novem recuperavit à Demetrio Simoncello, Creditoris hærede *Summ. d. num.15. lit. C.* Undè cum ad ipſam dictum debitum ſpectaſſet pro rata ſcutorum duodecim, illaque fuerit ſoluta à Rev. D. Joanne ex pecuniis Principalium, & quod plus eſt, recuperaſſet alia ſcuta

49 novem, à Patre DD. Principalium indebitè ſoluta, remanebat incontrovertibilitèr iſtorum debitrix in ſcutis 21., & conſequentèr cum ſe in eadem ſumma ſcutorum 21. Creditricem conſtituerit, error, læſio, & manifeſtus dolus in ea controverti non poteſt.

Quinto, erronea paritèr, & doloſa eſt alia Partita ſcutorum octo, pro totidem ſolutis Rev. D. Caliſto Fanciono, pro eleemoſyna Miſſarum 80., celebratarum pro anima Auctoris Principalium defuncti die 25. Menſis Novembris 1667., quando ipſa dicta ſcuta octo non ſolvit, ſed dicto D. Caliſto bonificavit ſummam ab eo debitam pro fructibus annuis Cenſus dotalis decurſis, & non ſolutis uſque ad diem 17. Novembris 1667., & ſic in vita Franciſci Lucarelli ejus Viri *Summ. n.16*, qui fructus non ad ipſam, ſed ad hæreditatem Viri ſpectabant, cum fructus dotales, durante

50 matrimonio decurſi, ſpectent, non ad uxorem, ſed ad maritum, præſertim quando dos data fuit æſtimata, ad *Text. in L. quoties C. de Jur. dot. & l. unica §. Cumque ex ſtipulata C. de rei uxor. action. & in l. divortio ff. ſolut. matrimon. ubique Scribentes communiter. Card. de Luca de Dot. diſc.163. num.33.*

Sextò, eodem morbo laborat alia Partita ſcutorum 36., quam in Calculo Tutrix dicit ſolviſſe die 6. Maji 1669. Petro Fonthio, quando ex receptu liquidò patet, non ipſam, ſed Rev. D. Joannem illa ſolviſſe die 11., non 6. Maji *Summ. n.17.*, & quidem ex propriis pecuniis eorumdem Principalium, quia licèt in receptu non exprimatur ex quibus pecuniis fuerit facta ſolutio, tamen cum dictus Rev. Joannes pro

51 indiviſo poſſideret cum Pupillis Principalibus bona fideicommiſſaria q. Marci Antonii ſenioris, ex iſtis bonis præſumitur facta ſolutio, non autem ex pecuniis propriis ſolventis, dum id non fuit expreſſum. *Bartol. & Angel. in l. cum poſt §.1. ff. de adminiſtrat. Tutor. Bald. in l. final. num.13. verſ. licet enim dicatur C. de dot. promiſſion. Craveſt. conſil. 129. num.3. Maſcard. de Probat. concluſ. 53. num.1. Rota coram Merlin. dec. 761. n.20. coram Dunoz. Jun. dec.323. n.3. & deciſ.351. n.16.*

Septimò, indebita erat partita ſcutorum 19., à Tutrice ſolutorum D. Bernardino Zocculo, quia de tali ſolutio-

52 ne non conſtat per exhibitionem receptorum, prout facere neceſſe fuiſſet, ut tradunt *Ancharan. conſil 330. num.7. circa medium, verſ. item deficiunt. Rota coram Celſo dec.143. n.7. & 8. poſt Merlin. de Pignorib. dec.45. num.10. & in rec. dec.111. n.13. & dec.213. n.10. par.18.* Et quòd non ſint admittendæ Partitæ ad favorem Adminiſtratoris, ſi non ſint

53 plenè juſtificatæ *Bondon. collect.41. numer.77. lib.1. Manz. de Ratiocin. cap.10. num.57. Rota dec.498. n.13. par.4. tom.1. rec. & coram Dunoz. dec.77. per totam:* Quatenus etiam de ea conſtaret, adhuc illa calculari non poſſet ad debitum eorumdem Principalium, quia cum dicta Partita fuiſſet antecedentèr ſoluta de anno 1668. à R. D. Joanne *Summ. n.18.*, alia ſolutio, ſucceſſivè de anno 1670. ab Adverſaria facta, non poterat obligare DD. Principales, quibus non profuit ad reſtitutionem, ſed ſolùm eum, cui

54 facta fuit, contra quem agere debebat D. Adverſaria pro indebitè ſoluti repetitione, ex firmatis per *Manſ. conſult. 740. n.6. 9. 18. & 36.* ubi alias plures Auctoritates citat.

Octavò, eodem vitio, & labe infectæ ſunt quatuor aliæ Partitæ, illa nempe ſoluta Civello per Adverſariam anno 1670. ſcuti unius, alia ſcutorum ſex de eodem anno Valentino, alia ſcutorum 26. die 15. Martii 1670. ſolutorum Ec-

55 cleſiæ S. Jacobi in Auguſta, proprietarie communis domus, & alia ſcutorum 22. ſolut. Carolo Nicchia. Earum dictarum ſolutionum nulla recepta exhibe-

betur ab Adverſaria, prout opus eſſe dictum eſt, Et ulteriùs etiam factæ, non poſſent parere actionem pro repetitione favore ejuſdem Dominæ Adverſariæ, cum omnes prędictæ partitæ, præcedentèr ſolutæ appareant à R. D. Joanne: Illa enim ſcuti unius, probatur ſoluta de anno 1668. *Summ. n. 19.* Illa ſcutorum ſex, ſoluta fuit de menſe Aprilis ejuſdem anni 1668. *Summ. n. 20.* Illa ſcutorum 26., pro rata ſcutorum 18., ſoluta fuit uſque de eodem anno 1668. in annuis ſcutis quatuor *Summ. n. 21.* Alia demùm ſcutorum 12., conſtat paritèr fuiſſe ſoluta ab eodem R. D. Joanne, mediante ordine et directo, & ab eodem girato præfato Nicchæ Creditori, *Summ. n. 22.* Ex quibus cum ſolutiones, quatenus factæ eſſent, appareant factæ pro debito antecedentèr ſoluto, tribue-
56 re non poſſunt D. Adverſariæ actionem pro repetitione contra DD. Principales, ſed ſolùm contra eos, quibus indebitum ſolvit, ut ſuperiùs probatum eſt.

Nonò, errorem, & manifeſtum dolum oſtendit valutatio Vini, reperti Romæ in domo Teſtatoris, nempè de menſe Novembris 1667. ad rationem ſcuti unius pro quolibet cado, quando eodem anno Taxa major vini Romani fuit Juliorum 14., media Juliorum 13., & minor Juliorum 12. *Summ. n. 23.* Idemque factum fuit ſubſequenti anno 1668., de
57 quo tempore vinum, recollectum in vinea hęreditaria, in eodem Bilancio exadverſo exhibito, valutatum fuit in Juliis decem, & tamen dicto anni tempore pretium majus Vini erat quindecim Juliorum, medium quatuordecim, & infimum treſdecim, *Summ. d. n. 23.*

Decimò, errorem paritèr, & dolum convincit triplex Partita, altera ſcilicèt ſcutorum 23. b. 35. & alia ſcutorum 26. b. 61. pro laboreriis vineæ, ſolutorum quondam Thomæ Recchiæ, nec non altera ſcutorum novem pro impenſis vindemiarum dictæ vineæ *Summ. n. 24.* quas expenſas verè factas fuiſſe probari contendimus ex declaratione D. Philippi Recchiæ, filii dicti q. Thomæ noſtro *Summ. n. 25.* facta ad inſtantiam D. Adverſariæ cum notula annorum 27. *Summ. n. 26.*, & tamen in hac declaratione aſſeritur, dictum Thomam recepiſſe ab Adverſaria ſcuta 40. pro laboreriis vineæ, & expenſis vindemiarum,
58 undè doloſè appoſita, ſeu duplicata fuit dicta Partita ſcutorum novem, ultra dicta ſcuta 40. pro expenſis vindemię, ut clarè legitur in dicta declaratione, exadverſo producta, quæ
59 contra producentem plenè probat, ad *Text. in cap. cum venerabilis 6. de exception. Surd. conſil. 131. num. 16. Cravett. conſil. 101. num. 5. Rot. dec. 123. numer. 5. part. 1. rec. & coram Celſo dec. 155. numer. 4.*

Undecimò, dolus etiam arguitur ex confuſa deſcriptione reddituum Domunculę hęreditarię, in dicto Bilancio facta, cujus penſiones, à Tutrice exactę, concervantur in duabus Partitis, ibi *Riſcoſſi in più volte per le pigioni di tre anni* 1668. 1669. e 1670. *della Caſa piccola ſcudi* 81. 20. Et rurſus ibi *e più riſcoſſi per le pigioni ſcudi* 34. 25. & tamen, ut dicatur abeſſe omnis dolus, & quis compelli non poſſit ad iteratam redditionem
60 rationis, neceſſe eſt, ut omnia diſtinctim poſita fuerint, & non in confuſo, atque ſub involucro verborum. *Carol. Anton. De Luca ad Gratian. diſcept. 563. ſub num. 8. verſ. vera ſiquidem Bonden. Collect. legal. 48. num. 70. & 71. lib. 1. Rot. coram ſa. mem. Alexandro VIII. dec. 102. n. 13.* ubi plures citat *poſt Manoz. de Ratiocin. dec. 17. num. 7. & ſeq. poſt Merlin. de Pignorib. dec. 45. ſub numer. 6.*

Duodecimò, à dolo ſalvari non poteſt omiſſio, facta in dicto Bilancio, Partitę ſcutorum 30., & b. 40., per Tutricem die 16. Julii 1669. à Sacro Monte Pietatis exactorum, mediante perſona ejuſdem D. Liberati *Summ. n. 27.* de qua ſpecialem receputam ab ipſa Tutrice idem D. Liberatus reportavit *Summ. n. 28.*, & originalitèr datur in manibus Illuſtriſſimi D. Ponentis. Prout doloſè non fuit poſita ad debitum D. Adverſarię Partita pecuniarum hæreditariarum, ab ipſa tempore adminiſtrationis exactarum, nempè penſionis Domus Lepignani, exactę anno 1671. *Summ. n. 29.* Vinum recollectum dicto anno 1671., & in aliis temporibus geſtę exadverſo Tutelę, nempe anno 1668. 1669. 1670.,

61 quam omiſſionem deſcriptionis fru-
ctuum, ad effectum reiterandæ redditio-
nis rationis, ponderat *Rot. cor. Pyrrh. dec.*
1310. n. 8. juxta impreſſionem Lugdunen.
Pariter arguunt dolum fructus Cen-
ſuum dotalium, decurſi tempore primi
matrimonii, qui non reperiuntur no-
tati in dicto Bilancio, prout notandi
erant, utpote in ſumma conſiderabili
ſcutorum 160. circitèr, ut ex receptis
Summ. n. 30. quarum nonnullæ ſunt con-
ſcriptæ ab ipſo D. Liberato, nunc ſecun-
do Viro D. Adverſariæ, & ex quibus
receptis non ſatis conſtat, an D. Tu-
trix Adverſaria ſcribere necne ſciat,
quandoque enim ſubſcripſit, & quando-
que receptas ſigno Crucis firmavit,
ut in *d. n. 30. litt. A.* eamdemque frau-
dem, & dolum oſtendunt omiſſio no-
minum debitorum, exigen. in ſumma
ſcutorum 1500. circitèr, ut ex Libris
Receptorum in Officio D. Galloppi
dicti Auctoris Principalium ſucceſſoris,
62 in hoc Judicio repetitis, ultra alia no-
mina debitorum, ab eadem Tutrice ne-
glecta exigere. Omittens enim ponere
ad ſuum debitum ea, quæ ponenda
ſunt, & exigere credita, dicitur in do-
lo, & culpa, ut eſt *Gloſſ. in l. omnem*
verſ. negligentia C. arbitr. tutel. Gratian.
de Tutel. part. 2. cap. 16. num. 11. Maſſin.
de Confiſcat. Bonor. quæſt. 44. numer. 171.
Bondon. collect. 42. num. 84. & 85. lib. 1.
Pamvol. dec. 133. num. 3. Adeout, ſi po-
ſtea nomina debitorum effecta fuerint
inexigibilia, vel per præſcriptionem,
63 decoctionem, aut alio modo pereunt,
pereant periculo D. Adverſariæ, *ad Text.*
in l. ſi Tutor conſtitutus ff. de adminiſtrat.
tutor. Bondon. Collect. legal. 42. num. 81.
& ſeqq. lib. 1. Mennoc. de Ratiocin. cap. 19.
num. 21. Salgad. in Labyrint. Creditor.
part. 3. cap. 11. n. 105. Maſſin. de Confiſcat.
Bonor. quæſt. 44. num. 167. Pamvoli. dicta
dec. 133. num. 2. Rot. dec. 565. n. 2. part. 4.
tom. 2. rec.

Ex prædicta oſtenſione doli, erroris,
& læſionis, in tot, tantiſque Partitis ex
Scripturis ſolum Partis Adverſæ veri-
ficata, poterunt Illuſtriſſimi Patres qua-
ſi ex ungue leonem arguere, quomo-
do adminiſtratio, & redditio rationis
proceſſerit in aliis partitis, quas diſcu-
64 tere non poſſunt DD. Principales, cum
Scripturæ omnes penes Adverſariam
exiſtant, ſicut enim ſe in illis geſſit,
ita, & in aliis ſe geſſiſſe præſumitur,
juxta illud *Virgilii lib. 2. Æneidos*

. . . *Et crimine ab uno*
Diſce omnes.

Quamvis in caſu, de quo agitur, ſuffi-
ceret unius tantùm Partitæ erroneitas
ad hoc, ut ad reddendam reiteratam
rationem poſſit compelli D. Adverſaria,
ut firmant in terminis *Gratian. diſce-*
ptat. 563. n. 5. & ſeqq. & diſcept. 663. n. 3.
& ſeqq. Rota in recent. deciſ. 416. num. 15.
& 16. part. 9. dec. 331. num. 19. & dec. 113.
65 *num. 11. part. 18. & coram ſa. me. Alexan-*
dro VIII. dec. 23. num. 16. & contra Ad-
verſariam, non valentem reddere ratio-
nem, etſi matrem, deficiente Inventario,
66 & Libro, juratur in litem, ex deductis
ſupra num. 1. & ſeq.

His accedit, quòd Tutrix tenetur
etiam reſarcire damnum, illatum DD.
Principalibus, ob non præſtitum impedi-
mentum venditioni duorum petiorum
argenti, vulgò *Guantiere*, & aliarum
rerum oppignoratarum in Sacro Mon-
te Pietatis, cui cauſam dedit Tutrix,
& ejus ſecundus Vir, apud quos Notu-
læ, ſeu Bullettini dictorum pignorum
permanebant, ut ipſemet Liberatus ſe-
cundus Vir fatetur in Epiſtola tranſmiſ-
67 ſa Rev. Domino Joanni de anno 1674.
jactans ſe feciſſe diligentias, & curaſſe
prorogationem temporis, ut dicta pigno-
ra venderentur, *Summ. num. 31.* Æquum
enim eſt, ut is qui damnum intulit, il-
lud reſarcire, & reficere debeat *ad Te-*
xtum in l. itaque fullo ff. de furtis, cum
ibi notatis. Rota dec. 598. num. 16. par. 18.
quod eo magis operatur, ut proni de-
beant eſſe Illuſtriſſimi PP. ad condem-
nandam Dominam Adverſariam in li-
quidata ſumma ſcutorum 300. pro qua
ſolùm R. P. D. Cerro relaxavit manda-
tum.

Præterea ad tollendam omnem vim
prætenſæ redditioni rationis, ex adver-
ſo factæ, juvat ponderare, quòd ad il-
lam deventum fuit abſque confectione
Inventarii Tutelaris, & hæreditarii,
68 prout neceſſe eſſe, firmat in terminis
reiterandæ redditionis rationis *Bondon.*
Collect. legal. 42. numer. 62. & ſeqq. lib. 1.
Mennoc. de Ratiocin. cap. 9. num. 2. & ſeqq.
Rota poſt Merlin. de Pignorib. dec. 54. n. 2.
coram Celſ. dec. 142. num. 2. & coram ſa.
mem.

mem. *Alexandro VIII. dec.*101. *num.*1., & quidem cum deſcriptione bonorum clara, & diſtincta, & cum expreſſione qualitatis, quantitatis, omniumque circumſtantiarum eorum, adeout deſcriptio obſcura, & in confuſo, nihil ſuffragetur, ut ultra Auctoritates ſuperiùs relatas, tradunt in terminis reiterandę redditionis rationis, *Bonden. d. collect.* 42. *num.*61. *& ſeqq. Menoc. de Recuper. d. cap.*9. *num.*67. *&* 68. *Surdus deciſ.*221. *num.*3. *Rota poſt Merlin. de Pignor. dec.*45 *num.*3. *&* 4. *coram Celſo dicta dec.*141. *num.*1. *& ſeqq. coram ſa. mem. Alexandro VIII. citat. dec.*101. *num.*1. *& ſeqq.* ubi plures congerit concordantes.

69

Juvat ulteriùs ponderare quòd DD. Principalibus non fuerunt reſtitutę Scripturæ, Libri, & quietantiæ, à Creditoribus reportatæ, prout neceſſe eſſe ad

70 arguendam perfectam redditionem rationum, & excludendam illius reiterationem, cæteris relatis, firmat in ſpecie *Bonden. dicta collectior.*42. *num.*95. *lib.*1. *Rot. coram Paraa deciſ.*1310. *n.*6. *parte impreſſionis Lugdunen. & coram Celſo dicta dec.*141. *num.*8. *& poſt Merlin. de Pignor. dec.*45. *n.*10.

Non obſtat, quòd ratio fuerit reddita, & computa ſoldata per viam tranſactionis, & per Inſtrumentum publicum, quo caſu ampliùs deveniendum non eſt ad novam redditionem rationum, niſi conſtet de vero dolo. Quia illa, de qua agitur, non poteſt dici tranſactio,

71 cum ex parte DD. Principalium nihil fuerit receptum, prout eſt de eſſentia tranſactionis, ut aliquid hinc inde de-

72 tur, & acquiratur. *Urceol. de Tranſact. quæſt.*2. *n.*8. *&* 9. *quæſt.*3. *n.*40. *& quæſt.* 8. *num.*19. *Rota coram Cerill. deciſ.*279. *num.*1., & quod plus eſt, nec unquam à Partibus fuit nominata tranſactio, unde talis dici non poteſt, dum ei non convenit nomen, nec effectus. In caſu, de quo agitur, concurrit patens, & apertus dolus, ut ſupra oſtenſum, & tamen quando conſtat de errore, læſione, & non perfecta redditione rationis, ac nullitate illius, ſemper eſt deveniendum ad novam illius redditionem, non obſtante, quòd

73 proceſſum ſit per viam tranſactionis, quietationis, vel aliàs verbis amplis, & univerſalibus, ut firmant *Bonden. collect. legal.*42. *n.*59. *& ſeqq. lib.*1. *Urceol. de Tranſact. quæſt.* 98. *n.*32. *Rot. in rec. dec.*321. *num.*8. *par.*12. *deciſ.*111. *num.*14. *verſic. iniqua, & ſeqq. confirmata in deciſ.*213. *num.*11. *part.*18. in quarum caſu aderat Inſtrumentum publicum, ut ex principio utriuſque Deciſionis, & quietantia exadverſo reportata à Rev. Joanne, ut ipſo jure nulla, erronea, & invalida, nec ab ipſo, nec à Principa-

74 libus, (quatenus eſſent omnes d. Rev. Joannis hæredes, quod negatur, præſertim reſpectu D. Liviæ) adhuc non eſſet ſervanda. factum enim invalidum Auctoris, ab hærede, nec præſtatur, nec ſervatur *Rot. coram Coccin. dec.*1771. *num.*33. *coram Celſo deciſ.*72. *num.*71. *coram Bich. deciſ.*534. *num.*10. *in recent. deciſ.*271. *numer.*25. *part.*15. & alibi paſſim.

Minùs obſtat, quòd Domina Adverſaria fuerit deputata Tutrix ſimul cum Rev. DD. Ioanne, cujus ſunt hæredes

75 DD. Principales, ac propterea pro medietate agi non poſſit ex mala adminiſtratione contra Tutricem, ad evitandos inanes circuitus, dum aliàs Tutrix totum debitum ſolveret DD. Principalibus, & deindè pro medietate agere poſſet contra eoſdem, tanquam hæredes d. Rev. Joannis Contutoris. Quia quando plures Tutores dati ſunt, ſi unus tantum adminiſtravit, ille ſolùm

76 tenetur, non autem alius, quem non conſtat adminiſtraſſe. *Rota in recent. dec.*345. *num.*16. *par.*19. *& coram Merlino dec.*500. *num.*11. ubi plures citat, maximè quando ille, qui non adminiſtravit, non probatur eſſe ſimul cum alio in culpa, vel dolo, tunc enim Tutor ſolùm, qui munus ſuum non adimplet, vel dolum committit, de eo tenetur, nec poteſt ſe ſub Contutoris clypeo

77 excuſare, ut relata diſpoſitione *Text. in l. Tutor qui repertorium* 7. *§. Si Tutor ff. de adminiſtrat. & periculo Tutor.* firmat optimè *Sac. Rota d. dec.*344. *num.*17. *part.*19. *recent.*

Nec iſto caſu conſiderari poteſt aliquis inutilis circuitus. Quia Tutor, qui adminiſtravit, inſolidum conventus, non ex communi, ſed ex proprio dolo, vel culpa, non habet beneficium diviſionis, quo mediante compellere poſ-

78 poſſit Pupillum ad ſuam actionem pro virili dividendam contra omnes, ut tradunt *Romboyal. in l. 9. num. 120. & ſeqq. Cod. de duob. reis*, ubi dicit hanc eſſe communem opinionem. *Gutierrez de Tutel. part. 1. cap. 15. num. 26. Montan. de Tutor. & Curator. cap. 39. num. 160. & 161. Burr. dec. Burdigalen. 30. num. 4.* Nec poteſt
79 petere Juriſum ceſſionem, cum qua à Contutore poſſit repetere ſolutum. Tum quia ex proprio dolo nemo poteſt acquirere actionem, nec jura contra alium experiri, nè ei patrocinetur proprius dolus. Tum quia talis ceſſio non poſſet fieri, niſi contra conventum, qui tantùm de ſuo dolo teneri debet, ut in
80 ſpecie obſervat *Montan. de Tutor. & Curator. cap. 39. à n. 144. uſque ad num. 149.* & ſignantèr *num. 147. & 148. Gutierrez eodem Tract. par. 1. cap. 15. n. 28. & 29.*, & in fortioribus terminis de convento ex communi dolo, quòd neque poſſit
81 contra Contutorem agere, vel petere ceſſionem, eſt *Textus in L. ſi plures 38. §. finali ff. de administrat. Tutor. & in L. 1. §. Virid ff. de tutel. & rationib.*, & tradunt *Olea de Ceſſion. Jur. tit. 3. quaeſt. 6. ſub n. 20. Menoch. de Tutel. par. 1. tit. 7. quaeſt. 12. n. 103. & 113. & par. 2. tit. 3. num. 101. & ſeqq. Anton. de Amat. Variar. Reſolut. reſol. 37. num. 32. Gratian. diſcept. 409. n. 14. & ſeqq. Thur. in Compend. deciſ. per 1. V. Tutores doloſi. Franch. dec. 661. num. 8. & ſeqq.*

Quod autem in præſenti ſolùm D. Adverſaria adminiſtraverit, patet, tam
82 inſpecto defectu poteſtatis, quia d. Rev. D. Joannes erat Presbyter, & neque volens, neque invitus ad tutelam admitti poterat, ut ſupra oſtenſum eſt *num. 18.* quàm etiam inſpecto facto ſubſecuto D. Adverſariæ, ipſa enim in Inſtrumento redditionis rationis ſaſſa eſt, ſe ſolùm adminiſtraſſe, & Inventarium confeciſſe, ibi - *Inventarium eadem D. Paciſica fieri curavit &c.* & ibi - *quæ quidem ſilii ſuit etiam bona mobilia in dicto Inventario deſcripta penes eamdem D. Paciſicam remanſerunt*, ibi - *& ob id quod ſit eadem D. Paciſica Adminiſtratrix, & Tutela per ipſam facta, & exercitata reſpectivè reddere rationem*, & ut latiùs habetur in dicto Inſtrumento, *Summ. num. 9. litt. A.*, & reſultat etiam ex ſumpto prædicti aſſerti calculi, exadverſo
83 producto, ex qua confeſſione Tutricis planum eſt probari ipſius adminiſtrationem, *ad textum in l. generaliter 13. Cod. de non numer. pecun. De Angel. de Confeſſion. tom. 1. lib. 2. quaeſt. 1. num. 15. & ſeqq. Rota in recent. deciſ. 446. n. 2. part. 14.*

Quo verò ad ſecundum mandatum, per R. P. D. Cerrum relaxatum contra Debitores Cenſuum dotalium, pro fructibus decurſis ante tranſitum Adverſariæ ad ſecundas nuptias, illius juſtitia effulget. Tum ex eo quòd dd. Cenſus fuerunt dati marito in dotem æſtimati, ac proindè, eo mortuo, mulier illos fructus prætendere non poteſt, cum rema-
84 neat ſimplex Creditrix pecuniæ, non bonorum in dotem aſſignatorum, quæ ſine interpellatione, & conſtitutione in mora, fructus non parit. *Capyc. Latr. conſult. 37. n. 5. & ſeqq. Gratian. diſcept. 143. num. 48. Rota cor. Merlino dec. 171. num. 5. Celſ. dec. 231. n. 7. & in rec. dec. 77. num. 2. & 3. & dec. 213. num. 7. par. 18.*; Tum etiam ex eo, quòd ipſa recepit alimenta ab hæredibus Viri, quæ debent
85 cum fructibus dotis, quatenus debiti eſſent, compenſari, etiam à muliere, relicta à marito domina, & uſufructuaria, ut pluribus auctoritatibus ſupra probatum eſt *n. 41. & 42.*

Et demum quoad tertium mandatum de reintegrando ad poſſeſſionem Domunculæ, & medietatem alterius Domus, juſtitia paritèr eſt patens. Domuncula enim acquiſita fuit à dicto q. Franciſco, Principalium Patre, & Auctore, pretio ſcutorum 325. ex publico Inſtrumento, *Summ. n. 32.*, in eaque omnes actus poſſeſſorios, & dominii fecit uſque ad mortem, dum eam ampliavit, & locavit, *ut in Summ. n. 33.* Ipſiuſque, & hæredum dominium, & poſſeſſionem eademmet D. Adverſaria agnovit, dum Penſiones ſemper nomine Tutorio exegit, *Summ. n. 34.*

Potiſſimè quia dicta Domuncula pervenit ad manus D. Adverſariæ ex cauſa dationis in ſolutum pro aſſerto Credito
86 ſui lucri dotalis, quando illud compenſari debebat cum Credito, quod habebat Pater DD. Principalium cum Adverſaria, ut ſupra oſtenſum eſt *n. 46.*

Medietas verò alterius Domus acquiſita fuit ab eodem Franciſco median-

te

te donatione facta ſibi, & dictę D. Pa-
cificę pro altera medietate, *Summ. n. 35.*
quam Domum deinde pariter melio-
ratam idem Franciſcus Condonatarius
habitavit uſque ad ejus obitum, & quia
87 Principales dicti Franciſci filii, & hæ-
redes, una cum eorum matre Tutrice
Adverſaria, & condonataria, poſt obi-
tum eorum matris dictam Domum do-
natam, & melioratam habitaverunt,
agnoſcens eadem D. Adverſaria, quòd
ejus filii erant Condomini, & Compoſ-
ſeſſores ejuſdem Domus, propterea Li-
vellum ſcutorum 15, ſolutum Moniali
juxta donantis præceptum, nec non
Canones pariter ſolutos, & reaptamen-
ta facta, à DD. Principalibus Pupillis
pro medietate repetiit, & recepit, *Summ.*
num. 36.

Non obſtat, quòd ſuper dicta Domo
habeat locum Jus accreſcendi ad favo-
rem dictę D. Pacificę Condonatarię.
Quia cum Donator morientibus dede-
rit ſubſtitutum, ceſſat prætenſum Jus ac-
creſcendi, quod tanquam tacita ſubſti-
tutio locum non habet, ubi adeſt
88 ſubſtitutio expreſſa. *Epiſcop. Roven. diſp.*
ſelect. 12. n. 2. & 3. Carena reſol. 144. nu-
mer. 10. Ciarlin. contr. 71. num. 20. & ſeqq.
Bellam. de Jur. Accreſ. cap. 6. quæſt. 16. nu-
mer. 43. Bartoli. decis. ultim. vol. 4. dec. 60.
num. 13. Magon. dec. Florent. 4. numer. 4.
Surd. dec. 151. num. 3. & ſeqq. Larrea de-
ciſ. 16. num. 17. & ſeqq. Leo dec. Valentin.
221. num. 37. Rota coram Celſ. dec. 169. nu-
mer. 10. & dec. 198. n. 7.

Nec relevat, quòd datus fuerit ſubſti-
tutus poſt mortem Franciſci, & Paci-
ficę. Quia pluralitas in hoc caſu re-
89 ſolvitur in ſingularitates, & ſi Dona-
tor voluit ſubſtitutos habere totam
Domum in caſum obitus Franciſci, &
Pacificæ, multo magis voluit habere
partem in caſum obitus unius, *juxta*
text. in l. hæredes mei §. Cum ita ff. ad
Trebellian. & tradita *per Peregrin. de Fi-*
deicom. art. 13. num. 33. verſic. contra-
rium. Rot. coram Priol. dec. 123. num. 18.
& in rec. dec. 135. num. 2. par. 16. dec. 89.
num. 15. & dec. 126. num. 1. & 2. par. 17.
& in terminis individualibus ſubſtitutio-
nis factæ poſt mortem plurium, eſt
textus literalis *in l. Lucius §. Cajus ff. ad*
Trebellian. ibi — *Fidei autem veſtræ man-*
do Cai Sei, & Lucia Titia, ut poſt obitum
veſtrum reddatis Titio, & Sempronio ſe-
miſſem patrimonii, & portionis ejus, quam
vobis dedi. Quæſitum eſt, cum utrique
adiverint hæreditatem, & poſtea Cajus Se-
jus defunctus ſit, Lucia Titia hærede inſti-
tuta, an hæc Lucia Titia partem dimidiam
ſemiſſis, quam rogatus erat Cajus Sejus
reſtituere, præſenti debeat, an verò poſt
ſuam demum mortem univerſum Fideicom-
miſſum, tam ex ſua perſona, quàm ex Caji
Seji datum, reſtituere debeat? Reſpondi Lu-
ciam Titiam ſtatim teneri, ut partem di-
midiam ſemiſſis ex perſona Seji reſtituat —
& in l. ultima §. Filium ff. de legat. 2.
& tradunt *Gabriel. conſ. 111. num. 40.*
lib. 1. & conſ. 93. num. 31. lib. 2. Burſat.
conſ. 262. n. 15. Menoch. de Præſumpt. lib.
4. præſumpt. 186. num. 12. & ſeqq. ubi
plures citat.

Abſque eo quòd in contrarium ur-
90 geat exiſtentia perſonę magis dilectę,
qualis prætenditur eſſe D. Adverſaria.

Nam D. Adverſaria dici non poteſt
perſona prædilecta, quæ inter illas ſolùm
numerari meretur perſonas, quę Condo-
91 natario, vel Cohæredi defuncto, eſt ab
inteſtato ſucceſſura, ut in ſpecie tradunt
Cyriac. controv. 114. num. 55. Rot. in rec.
dec. 135. num. 8. part. 16. dec. 89. num. 19.
dec. 142. num. 18. & dec. 144. num. 9. par. 17.
qualis non eſt D. Adverſaria, quæ eſt
Franciſci ultimo defuncti Uxor.

Eò fortiùs ad excluſionem DD. Prin-
cipalium, filiorum dicti Franciſci, qui
in portione Patri relicta omnibus prędi-
92 lecti cenſentur, ut proſequitur *Cyriac. d.*
controv. 114. n. 56. & 59.

Prædictamque excluſionem dictæ
Pacificę à medietate illius Domus
agnovit, & facto ipſo comprobavit
eadem D. Adverſaria, & ejus maritus,
dum ipſa Livellum, & Canones ſolutos,
& reaptamenta, facta in d. Domo, pro
medietate repetiit à DD. Principalibus,
tanquam ad ipſos ſpectantes *Sum. d. nu-*
93 *mer. 36.* ejus maritus vero in Epiſtola ſcri-
pta Avunculo, ingenuè fatetur, hanc Do-
mum non niſi pro medietate ad Ad-
verſariam, ejus tunc futuram ſponſam,
ſpectare, aliamque medietatem per-
tinere ad filios Principales noſtros,
ut in dicta Epiſtola, manu D. Libe-
rati ſecundi Viri conſcripta, data in
Summario numer. 37. Hujuſmodi autem
factæ declarationis, & agnitionis par-

tium

94 tium, optimè contra ipſas probant. *Menoch. de Præſumpt. lib.3. præſumpt. 51. num.39. Rota coram Bichio dec.406. n.1. & dec.580. n.15. & 16. & in recent. dec.141. n.8. par.11.*

Ulteriùs ad convincendum magis, magiſque bonum Jus DD. Principalium, juvat ponderare, quòd ipſorum Pater habebat credita contra Donantem, *Summ. num.38.* ac proindè ipſi, non ſolùm Jure ſubſtitutionis, ſed pro eorum creditis Domum retinere poſ-
95 ſunt, quæ retentio Creditori nunquam pro ſuo credito denegatur. *Grammatic. dec.58. num.3. & ſeqq. Ludovic. dec. Peruſin. 109. num.1. Rota coram Celſo dec.240. n.2. & poſt Pacific. de Salvian. Interdict. dec.157. n.6.*

Ex prædictis itaque, vel clarè patet Domum ſpectare ad DD. Principales, vel quatenus etiam dubium eſſet, an illa ad ipſos, vel ad D. Adverſariam pertineret, hæc dubia exceptio Dominæ Adverſariæ Principalibus noſtris, in hoc privilegiato Judicio, reintegrationem, vel manutentionem non valeret retarda-
96 re, ut firmat *Poſth. de Manut. obſerv.19. n.17. & ſeqq. Rot. poſt eum dec.230. n.1.* & alibì paſſim.

Quare &c.

Hæc ſcripſi de anno 1695. currente ætatis meæ anno vigeſimo ſeptimo.

Eadem ſuper Alimentis, & Sumptibus Litis.

Sabbathi 4. & 8. Februarii 1707. ab Incarnatione.

ARGUMENTUM.

Alimenta, & ſumptus litis, an, & quando debeantur, latè diſcutiuntur; & an iſta reſtituantur in caſu ſuccumbentiæ, imputentur in caſu victoriæ, vel compenſentur cum fructibus rei petitæ: Quando, & ad quem effectum ſolent apponi clauſula *in cauſam declarandam*, & quid operetur.

SUMMARIUM.

1 *Alimenta, & ſumptus litis, ſubminiſtrari debent filio, Uxori, & extraneo, agenti ad bona, tamquam propria, ſi aliundè non habeant.*

2 *Et talia alimenta proviſionalia non imputantur in caſu Victoriæ, nec in caſu ſuccumbentiæ reſtituuntur,* & n.1.

Niſi adſit contraria praxis Tribunalium num.6.

3 *Solùm in caſu victoriæ cum fructibus rei petitæ compenſantur.*

4 *Et non imputantur, nec reſtituuntur, etiamſi in Decreto, dicta alimenta concedente, dictum fuerit, ſine præjudicio eadem præſtantis.*

5 *Nec illa recipiens tenetur ad cautionem de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ.*

7 *In hoc tamen Tribunalium ſtylus eſt deferendum.*

8 *Alimenta, & ſumptus litis, pauperi, habenti bona juris aſſiſtentiam, ſunt ſubminiſtranda, nedum ubi agitur ad univerſitatem bonorum, ſed etiam ſi ad bona particularia.*

9 *Quia in utroque caſu aequè militat ratio motiva, nempè nè pauper, ob impotentiam, litem cogatur deſerere.*

10 *Contraria Auctoritates referuntur, & rejiciuntur.*

11 *Decreta hæc proviſionalia pro alimentis, & ſumptibus litis,* in cauſam declarandam, *Judices facere ſolent, vel ad hoc ut eorum ſenſum non aperiant, vel ut maturiùs deliberare poſſint de meritis Cauſæ.*

12 *Et ſtante dicta Clauſula* in cauſam declarandam, *ſpectat ad Judicem declarare, an ſumma ſoluta, in diminutionem rei petitæ, vel pro ſumptibus litis cedere debeant.*

13 *Judex autem ſe regulat in recognoſcendo an adſint requiſita neceſſaria pro ſubminiſtrandis alimentis, & ſumptibus litis, nec ne.*

14 *Paupertas quæ eſt unum ex requiſitis ad hunc effectum, eſt probanda concludentèr, quando non ſumus in perſona, quam Lex præſumat pauperem, prout eſt Monacus litigans cum Monaſterio, filius cum Patre, Uxor cum Marito.*

15 *Immò paupertas excluditur, ſi idem, qui ſe allegat Pauperem, poteſt ſe ex arte, & exercitio, proprio ſtatus non indecenta, ſubſtentare.*

16 *Agens ad creditum pecuniarium non conſequitur alimenta, & ſumptus litis, quæ ſolùm debentur ei, qui agit pro re fructifera, cujus fructus unitè conſpiciuntur.*

DE-

DECISIO XXIX.

INter cæteras contro-
verſias, exortas oc-
caſione ſolidationis
inter D. Marchio-
nem Nerlium, &
Franciſcum Ter-
chium, fuit illa im-
putationis in ſortem creditum, pecunia-
rum, ſibi ſubminiſtratarum mediantibus
pluribus decretis proviſionalibus, alle-
gante Terchio illa non eſſe imputanda,
1 ex reſponſo Ulpiani in *l. ſi de poſſeſſione*
1. §. Intereſſe autem videtur ff. ſi mu-
lier ventr. nomine in poſſeſſ. calumniæ
cauſa &c. cujus diſpoſitionem omnes
Doctores, communitèr firmant, quòd
Filio agenti contra Patrem, Uxori con-
tra Maritum, & extraneo ad bona tan-
quam propria, & non habentibus aliun-
dè, ſunt ſubminiſtranda alimenta, &
ſumptus litis, quæ in ſortem non im-
2 putantur in caſu victoriæ, & in caſu ſuc-
cumbentiæ non reſtituuntur, ſed ſolùm
cum fructibus rei petitæ compenſan-
tur, quatenus ille, cui ſoluta fuerunt,
3 in fine Cauſæ victor extiterit, ut omiſ-
ſis antiquioribus tradit *Reboff. de Sen-*
tent. Proviſional. art. 3. Gloſſ. 1. num. 22.
ubi, quòd ita judicari vidit in Curia
Franciæ, & reprobatis contrariis *Surd.*
de Aliment. tit. 1. quæſt. 129. n. 4. & ſeqq.
Menoch. de Præſumpt. lib. 1. quæſt. 35. n. 36.
& 37 Velaſch. de Privileg. Pauper. par. 1.
quæſt. 39. num. 61. & ſeqq. ubi diſtinguit.
Tondutus eq. Variar. Reſolut. lib. 1. tit. de
Aliment. concluſ. 2 num. 45. Forna ad Ca-
navero Practicar. Quæſt. cap. 6. num. 38. &
ſeqq. Caren. reſolut. 21. num. 14. & ſeqq.
Merliſiot. Variar. Reſolut. lib. 2. cap. 83.
num. 26. Gratian. diſcept. 55. num. 17. &
ſeqq. ibique De Luc. num. 3 & ſeqq. Mo-
lin. de Legat. lib. 5. tit. 3 quæſt. 12. n. 12.
Tarelli annotat. 44. num. 13. & ſeqq. Ab
Eccleſ. obſervat. 9. num. 24. & ſeqq. part. 1.
Urſill. concl. 90. n. 25. & 28. & antea con-
cluſ. 89. ex n. 249. & 253 Boſſ. de Aliment.
cap. 17 ex n. 1062. & ex n. 2069. D., &
olim Collega meus *Conſtantin. ad Statut.*
Urb. annot. 59. num. 384 Riccardell. Lyc.
Eccleſiaſt. cap. 17. § 5. num. 17. Veſpignan.
de Expenſis, quæ fiunt in Cauſis civilibus
reſolut. 4. num. 6. Afflict. dec. 252. num. 4.
Buratt. dec. 324. ſub num. 9. Rot. dec. 251.
num. 19. & ſeqq. part. 1. Franch. dec. 629.
num. 1. ibique De Luc. num. 8. Pamphil.
dec. 99. annotat. 2. num. 4. latiſſimè *Adden.*
ad Ros. in rec. dec. 617. num. 139. & plu-
ribus ſeqq. uſque ad num. 184. par. 4. tom. 3.
ubi, quòd hoc procedit, etiamſi adeſ-
ſet in Decreto clauſula *ſine præjudicio*
4 *præſtentur alimenta, & ſumptus litis,*
& quòd recipiens non poſſit compelli
ad dandam cautionem de reſtituendo
5 in caſu ſuccumbentiæ *Adden. ad Gregor.*
dec. 189. num. 7. Rot. coram Manzi. dec. 43.
num. 1. & dec. 171. num. penult. 1. Tyna
dec. 1053 num. 3. egregiè in *Gerunden.*
Alimentorum Panis ſuper Expenſis 21. No-
vembris 1704 § Et quidem, coram R. P. D.
meo à Rezzonic, nìſi adſit contraria pra-
xis, & ſtylus Tribunalium, ut de illo
6 Regni Siciliæ tradit *D. Conſtantin. ad*
Statut. Urb. annotat. 59. num. 384 in fin.
Milanen. Deciſ. Sicil. 18. num. 57. & ſeqq.
cum in hoc Tribunalium ſtylis eſſe de-
7 ferendum, in ſpecie firmet *Card. de Luca*
de Judic. diſc. 14. n. 20.

Idque procedit nedum quando Ju-
dicium eſt univerſale, cujus vigore
agitur ad univerſitatem bonorum, ſed
8 etiam ſi lis ſit ſuper *rebus* particulari-
bus; Ratio enim, propter quam alimen-
ta, & ſumptus litis debentur pauperi,
habenti boni Juris præſumptionem,
non conſiſtit in eo, quòd agatur ad
unam, vel ad aliam rem, ſed nè Col-
litigans ob impotentiam litem deſere-
9 re cogatur, Cumque hæc ratio utrique
ex dictis caſibus adaptetur, jure meri-
tò alimenta, & ſumptus litis ſubmini-
ſtranda ſunt, ſive quæſtio ſit ſuper uni-
verſitate bonorum, ſive ſuper rebus
particularibus, ut quidquid dixerit
Surd. de Aliment. tit. 1. quæſt. 120. n. 14.
Gratian. diſcept. 55. num. 49. Coſta de Ra-
tion. Rat. quæſt. 59. n. 6. Riccardi. de Jur.
Perſonar. lib. 2. quæſt. 21. num. 6. Grattan.
ad Gayll. lib. 1. concluſ. 27. n. 3. Andreol.
controv. 163 num. 5., verior, & rece-
ptior eſt opinio contraria, quam no-
10 minatim rejecto *Surdo*, & ſequacibus,
tuentur *Fontanell. de Pact. Nuptial.*
clauſ. 6. gloſſ. 1. part. 4. n. 73, ubi, quòd
ita ſervatur in Senatu Cathaloniæ. *Ur-*
ſill. concl. 90. num. 4. Boſſ de Aliment.
cap. 17. num. 1024. Card. De Luc. de Judic.
d. diſcurſ. 14. num. 16. & in Annotat. ad

Concil. discr. 33 *n.* 31., ubi, quòd illa opinio est vertitur de æquitate, & altera de ſtricto rigore Juris. *Mell. ad Caſtil. de Aliment. cap.* 1. *num.* 5 *& allegat.* 113. *num.* 17. *Velaſch. de Privileg. Pauper. part.* 1. *quæſt.* 39. *num.* 47. *Farin. ad Covarr. Pract. Quæſt. d. cap.* 6. *num.* 37. *Merlin. de Legit. lib.* 5. *tit.* 3. *d. quæſt.* 12. *num* 8. *De Luc. ad Gratian. diſcept.* 55. *num.* 9. *& ad Franch. dec.* 619. *num.* 4. D., & olim Collega meus *Conſtantin. ad Statut. Urb. d. annot.* 59. *numer.* 378. *Capyc. Latr. dec.* 119. *n.* 3. *Pamphil. d. dec.* 99. *annot.* 1. *num.* 3. *Adden. ad Buratt. dec.* 707. *num.* 6. *Adden. ad Gregor. d. dec.* 189. *ſub num.* 7. *Adden. ad dec.* 617. *num.* 19. *& ſeqq. part.* 4. *tom.* 3. *rec. Rota coram Buch. deciſ.* 21. *num.* 5. 6. *Dunozet. Jun. dec.* 275. *n.* 2. *Celſ. dec.* 16. *n.* 9. *in rec. dec.* 749. *num.* 5. *par.* 1 *dec.* 30. *num.* 10. *parte* 9. *dec.* 109. *n.* 1. *part.* 15. *dec.* 307. *n.* 2. *& ſeqq. & dec* 402. *n.* 8. *part.* 18.

Verùm, re maturiùs perpenſa, ſuperiùs deducta prodeſſe non potuerunt Terchio, ad obtinendam reſolutionem favorabilem. Quamvis enim prædictæ Theoricæ recognitæ fuerint in Jure ſubſiſtentes, compertum tamen fuit, illas non eſſe præſenti hypotheſi applicabiles. Decreta quippè proviſionalia favore Therchi facta fuerunt, adjecta clauſula *in ſenſum declarandum*, quæ non rarò in his Decretis apponi ſolet, vel ad hoc ut Judex ſuper bono Jure

31 ſuum ſenſum non aperiat, vel ad hoc, ut poſſit maturiùs guſtare de requiſitis & meritis cauſæ, & magis deliberatè procedere ad declarationem, an alimenta, & ſumptus litis debeantur, nec ne, ut obſervat *Card. De Luca in Annot. ad Concil. dec.* 33. *num.* 37. *& de Judic. d. diſc.* 14. *num.* 11. *Sperell. dec* 138. *n.* 100. *Rot. coram Coccin. dec.* 2230. *num.* 5. *& in Neapolitana Matrimonii ſuper Alimentis, & Sumptibus litis* 18. *Junii* 1703. §. *Adducitur, coram R. P. D. meo Anſaldo*.

Itaque clauſula appoſita, remanet libera facultas Judici, congruo loco, & tempore declarandi, an ſumma ſoluta cedere debeat in diminutionem ejus, quod prætendit Actor, vel potiùs pro alimentis, & ſumptibus litis, ei de-

32 bitis, ut proſequitur *Rota in d. Neapolitana Matrimonii* 18. *Junii* 1703. §. *Adducitur, cor. R. P. D. meo Anſaldo, & in eadem. Gerunden. Eleemoſynę Panis ſuper Expenſis* 11. *Novembris* 1704. §. *Et quidem, coram R. P. D. à Kaunitz*.

Examinatis itaque hodie requiſitis neceſſariis pro facienda declaratione præfata conſtitit, ob defectum aliorum alimenta, & ſumptus litis non deberi,

33 & ob id decretum fuit, ſummam perſolutam cedere debere in ſatisfactionem crediti pro rata, non enim probatur paupertas Therchii, quæ eſt plenè, & concludenter juſtificanda per allegan-

34 tem, tanquam fundamentum intentionis, quoties agitur de extraneo, & non de perſona, quam Lex præſumat pauperem, & aliunde non proviſam, ut eſt Monachus litigans cum Monaſterio, Filius cum Patre, & Uxor cum Marito, ut obſervant in ſpecie *Card. De Luca ad Concil. d. diſcurſ.* 33. *num.* 35. *&* 36. *& de Judic. d. diſc* 14. *num.* 13. *Farin. ad Covarruv. Pract. Quæſt. cap.* 6. *ſub n.* 35. *Conſtantin. ad Statut. Urb. d. annotat.* 59. *num.* 361. *& ſeqq. Pamphil. citat. deciſ.* 99. *annot.* 1. *num.* 13. *Adden. ad Gregor. d. dec.* 189. *ſub num.* 7. *verſ. Paupertas. Adden. ad d. dec.* 617. *num.* 41. *& ſeqq. part.* 4. *tom.* 3. *rec. Rot. coram Emerix Jun. dec.* 621. *num.* 1. *&* 2 *& in rec. dec* 532. *num.* 1. *part.* 1. *dec.* 170. *n.* 2. *part.* 4. *tom.* 1. *dec.* 141. *num.* 1. *part.* 4. *tom.* 1. *& dec.* 623. *n.* 1. *& ſeqq. part.* 18.

Immò de contrario doctum fuit, ex eo quòd Terchius ſolitus eſt ſuas operas locare in qualitate Factoris, prout cum tali qualitate inſervivit D. Marchioni, ſicque non poteſt dici pauper, cum talis ad hunc effectum non dicatur ille, qui poteſt ex arte, & aliquo

35 exercitio, proprio ſtatui non indecente, vivere, ut in terminis firmant *Urſill. conclſ.* 90. *num.* 3. *Boſſ. de Aliment. cap.* 17. *ex num.* 1040. *Pamphil. d. dec.* 99. *num.* 2. *Adden. ad Gregor. citat. dec.* 189. *ſub num.* 7. *verſ. Paupertas. Adden. ad d. dec.* 617. *num.* 111 *& ſeqq. part.* 4. *tom.* 3. *rec. Rot. coram Dunozet. Jun. dec.* 469. *numer.* 7. *Zarat. dec.* 4. *n.* 2. *&* 3. *Emerix Jun.* 621. *num.* 3. *in rec. dec.* 470. *num.* 3. *& deciſ.* 532. *n.* 4. *in fine, part.* 2. *& d. dec.* 170. *ſub n.* 3. *&* 4. *part.* 4.

Reſiſtit etiam prætentioni ejuſdem Terchii qualitas ſubjectæ materiæ, ipſe enim eſt ſimplex creditor pecuniarius D. Marchionis, qui propterea non poteſt pro lite, ſuper eodem credito mo-

tu,

16 ta, alimenta, & ſumptus litis prætendere, cum iſta dumtaxat debeantur quando Actor agit pro re fructifera, cujus fructus in ſubjecta materia unicè inſpiciuntur; non verò quando quæſtio eſt de credito merè pecuniario, & de re, quæ de ſui natura fructus non parit. *Card. De Luc. de Judic. d. diſc. 14. num. 7. Boſſ. de Aliment. cap. 17. num. 1047. D. Conſtantin. ad Statut. Urb. d. annotat. 59. num. 380. Pannuell. citat. dec. 99. annot. 2. num. 7. & 10. Adden. ad Gregor. d. dec. 189. ſub num. 7. Rota coram Celſo dec. 329. n. 1. & per tot. in rec. citat. dec. 470. n. 6. part. 2. dec. 141. alias 142. in prima, n. 1. part. 4. tom. 2. dec. 481. num. 8. & 9. part. 14. d. deciſ. 402. num. 8. & d. deciſ. 612. n. 6. & 7. part. 18.*

Et ita utraque &c.

Senen. Annuæ Præſtationis:

Mercurii 15. Februarii 1707. ab Incarnatione.

ARGUMENTUM.

In Contractibus correſpectivis adimplementum conventorum ex utraque parte requiritur, ita ut ſi non adimpleatur ex una parte, altera liberetur, & retardetur executio Inſtrumenti etiam guarantigiati, vel obligatione Camerali muniti, etiamſi talis exceptio oriatur ex primo Inſtrumento, in ſecundo relato, cui nunquam cenſetur renunciatum, non probata ſcientia.

SUMMARIUM.

1 *Obligatus aſſiſtere, & operari in Negocio, ſi id non fecit, non poteſt petere annuam præſtationem, correſpectivè promiſſam.*

Uno ex correlativis ceſſante, ceſſat & alterum, ibidem.

2 *Promiſſio aſſiſtentiæ, intelligitur de aſſiſtentia conjuncta cum operatione; ſi Partes locutæ ſunt de aſſiſtentia ſu*pradicta, *& ſupra mentionata ſit aſſiſtentia cum operatione.*

Dictio detto *eſt relativa, & repetitiva rei, ſuperius expreſſæ, cum omnibus ſuis qualitatibus,* ibidem.

3 *Item intelligitur de aſſiſtentia cum operatione, ſi onus operandi inſolidum erat penes plures ſocios, & unus ex eis fuit liberatus, ejuſque aſſiſtentia accollata uni ex remanentibus.*

4 *Aliàs liberatus pro operationibus, debuiſſet ſubrogare alium, quod eſſet abſurdum.*

5 *Et abſurdius eſſet, ſi pro tertia parte Negotium exponeretur caſui, & fortunæ, & remaneret ſine Capite, & ſine Miniſtro.*

6 *In interpretanda mente Contrahentium, pro excluſione abſurdi, & repugnantiæ, omnis poſſibilis capi debet interpretatio.*

7 *Etiam impropriando verba.*

8 *Dictio* non altrimenti *inducit formam, & eſt limitativa mentis Contrahentium ad expreſſa.*

9 *Item intelligitur de aſſiſtentia cum operatione, ſi ſocius alterum ex ſociis liberavit, & quemcunque alium excluſit ab aſſiſtentia; nam tunc cenſetur in ſe aſſumpta etiam operatio, quæ ſine aſſiſtentia non datur.*

10 *In correſpectivis, non adimplens contractum ex parte ſua, repellitur à limine Judicii.*

11 *Nec lucrum reportare poteſt ex contractu non adimpleto.*

12 *Et adimplementum requiritur in totum. Adeout non adimplementi exceptio, etiamſi in minimo conſiſtat, operetur,* ibidem.

13 *Exceptio non adimplementi, retardat executionem Inſtrumenti, quamvis Guarantigia, obligatione Camerali, ſimilique privilegio vallati.*

14 *Etiamſi talis exceptio requireret altiorem indaginem, quia oritur ex ventre Inſtrumenti.*

15 *Non verò quando exigeret probationes extrinſecas.*

16 *Et hujuſmodi exceptio operatur, quamvis adſit pactum, vel Statutum, omnes exceptiones rejicient.*

17 *Habetque locum, etiamſi exceptio hæc oriatur ex pacto, in primo Inſtrumento contento, & in ſecundo relato, & actio promoveatur vigore ſecundi.*

18 *Prout talis exceptio, ſi concerneret accidentalia, & conſecutiva, tamen retardaret Inſtrumenti executionem.*

19 *Et ut quis cenſeatur renunciaſſe exceptioni non implementi, & juri ſibi quæſito, probanda eſt ſcientia.*

DECISIO XXX.

INter alias conventiones, initas in ſocietate contracta ſuper negocio Mercaturæ inter Iſach, & Salvatorem Gallichi, David, & Samuelem Borghi, ex præcipuis fuit, quod Iſach, Salvator, & Samuel deberent aſſiſtere dicto negocio, nec non etiam retinere Scripturam Bilancii, ad hoc, ut quiſque ex ſociis poſſet ſe ad libitum de computis ſatisfacere, ut ex apoca anni 1699. §. 3. ibi — *Terzo, detto negotio deve eſſer maneggiato, & aſſiſtito dalli detti Salvator Gallichi, Samuel Borghi, & Iſach di Daniello Gallichi, obligandoſi operare in tutto con la dovuta aſſiſtenza, e buona diligenza, e rettitudine, con obligo ancora di tenere del tutto Scrittura puntuale per Bilancio, ad effetto, che ciaſcuno de detti intereſſati ſe ne poſſa ſempre ſodisfare a dovere &c.* —

Occaſione appaltus Tabacci, ex poſt ſuſcepti a dictis de Borghis, agnovit Samuel ſibi impoſſibile eſſe præſtare aſſiſtentiam primo Negocio, & conficere pro eo Bilancium, ideò die 10. Septembris 1700. convenit cum dicto Iſach Gallichi, ut eum ab obligatione aſſiſtendi, & operandi liberaret, & correſpectivè ad liberationem ab hoc onere, quod firmum remanere debebat penes dictum Iſach, & Salvatorem de Gallichis, promiſit Samuel ſolvere dicto Iſach ſcuta 50. annua pro toto tempore novem annorum, quo durare debebat ſocietas.

Elapſis aliquibus annis, videns Samuel, quòd aſſiſtentia debita non præſtabatur ab Iſach, & quòd Scriptura ad formam Bilancii non retinebatur, renuit eidem ſolvere ſummam promiſſam. Unde judicialitèr conventus pro ſolutione, Rota cenſuit, eum eſſe à petitis abſolvendum.

Cum enim Samuel, correſpectivè ad obligationem, in Inſtrumento anni 1700. ſuſceptam ab Iſach Gallicho, aſſiſtendi, & operandi in dicto Negocio, ei promiſerit ſolvere ſcuta 50., ipſo in adimplemento ſui nuntium deſierit, ceſſare debet etiam obligatio annuæ præſtationis, ex regula, quòd uno ex correſpectivis ceſſante, ceſſet etiam aliud.
1 *Palm. Nep. allegat. 29. num. 19. allegat. 49. num. 11. & allegat. 67. num. 31. Rotcaren Nouv. dec. 36. n. 3. Zanet. dec. 20. num. 7.*

Quòd autem Samuel ſe obligaverit, nedum correſpectivè ad liberationem, ab ipſo obtentam, ſed ad onus aſſiſtendi, & operandi, aſſumptum ab Iſach in dicto Inſtrumento anni 1700., patet, ex quo Samuel fuit liberatus, tam ab aſſiſtentia, quàm ab operatione, & talis aſſiſtentia fuit promiſſa ab Iſach, ibi — „ *E quanto a detto Iſach, correſpettivamente alle coſe infraſcritte, e non altrimenti, „ liberarono il detto Samuel preſente dall' „ obligo predetto di dovere operare, & aſſiſtere come ſopra, e ciò ferma ſempre „ ſtante l' obligazione contratta nel detto „ capitolo terzo della medeſima Scrittura, „ di doverſi preſtare la detta aſſiſtenza „ nel detto Negotio dal detto Iſach Gallichi, con detto Salvator Gallichi, e non „ altrimenti &c.* — Quæ aſſiſtentia, ab eo promiſſa, non poteſt intelligi de aſſiſtentia ſimplici, ſed juncta cum operatione, ut denotat dictio illa *detta*, quæ eſt relativa, & repetitiva aſſiſtentiæ, ſu-
2 periùs expreſſæ, cum omnibus ſuis qualitatibus, & ſic cum operatione. *Dec. conſ. 108. n. 8. Rot. in rec. dec. 101. n. 3. & dec. 206. n. 9. par. 3. & dec. 410. n. 10. part. 19.*

Potiſſimè quia tres erant à principio, qui in apoca anni 1699. talem obligationem habebant, Iſach nempe, Salvator, & Samuel. & propterea, dum in Inſtrumento anni 1700. liberatus fuit Samuel ab aſſiſtendo, & operando, & conventum fuit, quòd dicta aſſiſtentia Samuelis præſtari deberet ab Iſach, & Salvatore, ex hoc reſultat, quòd onus operandi, quod priùs inſolidum inhærebat oſſibus trium ſociorum, per libe-
3 rationem unius, conſolidatum remanſerit in aliis duobus, aliàs Samuel liberatus ab aſſiſtentia, & operatione, gravatus fuiſſet ad ſubrogandum aliam perſonam in locum ſuum, quod cum dictum non fuerit, ſed immo fuerit conventum, tale onus remanere debere
4 penes Iſach, & Salvatorem, ſignum eſt,

quòd

quod talis ſubrogatio non fuit voluta. *Mendol. conſ.2. ſub n.18. lib.1. Bertaſfer. conſ.31. n.41. & 42. Palm. Nep. allegat. 319. n.12. Rot. coram Cerro. dec. 1788. n.5. & 6. Pamphil. dec.480. n.5. & deciſ.524. n.8.*

Et ſi diverſa fuiſſet mens contrahentium, maximam involveret repugnantiam, quia ſublato per liberationem de medio Samuele, ſi onus, ipſi incumbens, non remanſiſſet penès alios, Negocium relictum fuiſſet caſui, & fortunæ, quia duo ex ſociis pro duabus ex tribus partibus aſſiſtentiam, & operam præſtarent, & pro alia tertia parte nemo aſſiſtere, & operari teneretur, ſicque pro tertia parte aſſiſtentiæ, & operationis, inter ſocios individuæ, negocium remaneret ſine capite, ſine miniſtro, & eventualitati expoſitum: Quod cum imperceptibile ſit non fuiſſe conſide-
5 ratum à contrahentibus providis, & ſagacibus, neceſſariò dicendum eſt, ideò in hac parte non fuiſſe ab ipſis ſpecialitèr proviſum, quia voluerunt, onus, quod priùs apud tres ſocios remanebat, in duobus poſtea conſolidari; ita enim interpretando mentem contrahentium, evitatur abſurdum, & re-
6 pugnantia, pro cujus excluſione omnis debet capi poſſibilis interpretatio. *Rot. coram Dunozet. Jun. deciſ.82. n.3. in rec. deciſ.65. n.10. par.7. dec.132. num.21. par.16. dec.152. num.9. par.17. deciſ.306. n.10. 11. par.19.* etiam cum impropria-
7 tione verborum, quatenus opus eſſet. *Rot. in rec. d. dec.132. n.21. par.16. & d. dec.306. num.11. par.19.*

Suadeturque ulteriùs, talem fuiſſe mentem contrahentium ex eo, quòd onús aſſiſtentiæ fuit in dicto Inſtrumento anni 1700. injunctum Iſach, &
8 Salvatori, cum dictione *non altrimente*; quæ inducit formam, & perſonas expreſſas includit, omneſque alias excludit, tanquam limitativa voluntatis contrahentium, ut pluribus relatis *Barboſ. clauſ.81. ſub n.7. & 15. Conciol. allegat. 19. ſub n.9. & 10.* Si itaque Iſach, & Salvator, contenti fuerunt omnes alios excludere ab aſſiſtentia præſtanda à Samuele, illamque voluit Iſach in ſe ſuſcipere ex hoc clariùs demonſtratur ejus voluntas aſſumendi in ſe etiam operationem, cum iſta non poſſet præſtari à Samuele liberato, nec ab alio, nam ſi nullus alter, præter duos
9 conſocios, poterat negocio aſſiſtere, imperceptibile eſt, quòd potuerit conficere, & retinere Bilancium, aliaſque operationes in Apotheca, & Negocio facere, quæ ſine aſſiſtentia expleri non poſſunt.

Poſito itaque, quòd Iſach aſſumpſerit in ſe onus aſſiſtendi, & operandi; dubitari non poteſt, quin hæc aſſumptio fuerit correſpectiva ſolutioni ſcutorum 50., dum in *capitulo primo* dicti Inſtrumenti anni 1700., dicitur — „*e quanto al detto Iſach, corriſpettivamente alle coſe infraſcritte, e non altrimente, liberarono il detto Samuele dall' obbligo predetto di dovere operare, & aſſiſtere come ſopra* — & in *capitulo ſecundo* ejuſdem Inſtrumenti ſubditur — *ſecondo che corriſpettivamente a detta fatta deliberazione il detto Samuelle deva eſſer obbligato di dare, e sborſare a detto Iſach la ſomma, e quantità di ſcudi 50. moneta* — Qua correſpectivitate ſtante, ſequitur, quòd cum Iſach non doceat ſe præſtitiſſe debitam aſſiſtentiam, & operationem, immò conſtet de contrario, dum inter cætera, Scripturam per modum Bilancii non retinuit, ut tenebatur, non poteſt vigore dicti Inſtrumenti petere annua ſcuta 50., in correſpectivis eorum, non adimplens con-
10 tractum ex parte ſua, repellitur à limine Judicii. *Rot. in rec. deciſ.33. num.8. part.15. dec.26. num.1. part.16.*, nec lucrum reportare poteſt ex contractu
11 non adimpleto. *l. Julianus §. Offerri ff. de action. empt. Rot. coram Seraphin. deciſ.225. n.1. & ſeqq. coram Bich. dec.341. num.2 in rec. dec.192. num.12 part.5. dec.333. num.7. & dec.378. n.13. par.17.* etiamſi probaretur, non implementum fuiſſe reſpectu operationis, & retentionis Scripturæ Bilancii, non autem
12 reſpectu aſſiſtentiæ, quia adimplementum requiritur in totum, illiuſque exceptio operatur, etiamſi in minimo quis deficiat. *Bald. in l. Juris gentium 7. §. Pacta novorum, ſub num.1. ff. de pact. Gratian. diſcept.275 num.19. Cyriac. controv.346. num.41 Conciol. allegat.59. num.39. & allegat.60. n.49. Rot. coram Gregor. dec.261. num.3. Argell.*

dec.

dec.67.num.62. & in rec.dec.142.num.12. part.19.

Cumque hæc exceptio non implementi oriatur ex ventre Inſtrumenti, cujus vigore agitur, retardat executionem illius, etiam guarantigiæ, obliga-
13 tione Camerali, vel alio ſimili privilegio muniti. *Rodolphin. in Prax. part.1. cap.8. numer.175. De Luca de Judic. diſc.20.n.22. & diſc.42.num.10. Consiol. allegat.13. n.10. Zacch.* olim hujus noſtri Tribunalis Auditor, *de Obligat. Cameral. quæſt.17. n.8.& 59. Rot. poſt Ènm deciſ.8. num.1. deciſ.14. num.2. deciſ.36. num.2. & deciſ.106. num.5. Seraphin. dec.430. n.5. Cavaler. dec.456. n.1. Pamphil. dec.201. num.2. & 7. Bich. dec.196.*
14 *n.30.* etiamſi requireret altiorem indaginem. *Rodolphin. in Prax par.1. cap.8. num.176. in fin. Consiol. allegat.13. numer.11. & 12.*, ubi, quòd contrarium pro-
15 cedunt, quando exceptio requireret probationes extrinſecas. *Andreol. controv.130.num.24. Palm. Nep. allegat.16. num.41. Zacchia de Obligat. Cameral. d. quæſt.17. num.61. Rot. poſt Ènm dec.8. num.1. Seraphin. dec.430. num.5. in rec. dec 728 num.2. par.2*, & quamvis adeſ-
16 ſet pactum, vel Statutum, omnes exceptiones rejiciens. *Consiol. d. allegat.13. num.14. & ſeqq.*, ubi latè. *Andreol. controv.130. num.24. & ſeqq. & controv. 175. num.2. Palm. Nep. allegat.18. numer.37. Mangil. de Evict. quæſt.98. n.5. & ſeqq. & quæſt.103. n.43. Gait. de Credit. cap.2. tit.8. n.3160. & cap.3. tit.1. n.1077. Gratian. diſcept.411. num.10. & diſcept. 873. num.3. Ciarl. deciſ.60. num.10. Magon. deciſ. Lucen.11. n.3. Ludovic.* inclytæ olim hujus noſtræ Rotæ Auditor, *deciſ. Lucen.2. n.3.*

Quin immò etiamſi exceptio hæc proveniret ex apoca anni 1699., idem eſſet dicendum, quia cum in Inſtrumento fuerit habita ad dictam apocam relatio, & ſpecificè dictum, quòd firma remanere deberent conventa in *cap. tertio* ejuſdem, virtute hujus relationis, & individuæ ſpecificationis, omnia contenta in *d. cap. tertio* apocę, habentur pro expreſsè adjecta in Inſtrumento, & contra Iſach, qui non adimplevit conventa in eadem apoca, poteſt excipi de non implemento, etiamſi
17 ipſe non agat vigore apocę, ſed pro executione pacti, in Inſtrumento appoſiti: in ſpecie *Rota coram Pamphil. dicta dec.201. num.3.*

Minimè relevante, quòd Iſach oſtendat adimplementum ejus, ad quod principalitèr ſe obligaverat, nempe, aſſiſtentiam reſpectu ipſius, & liberationem reſpectu Samuelis; operatio verò ab eodem Iſach præſtanda veniat in conſequentiam, cujus non implementum propterea non eſt in conſideratione habendum. Quoniam principale onus, aſſumptum ab Iſach, verſatur circa aſſiſtentiam cum operatione, & quando etiam per malam hypotheſim eſſet acci-
18 dentale, & conſecutivum, tamen etiam in his terminis exceptio non implementi retardat Inſtrumenti executionem. *Rot. in rec. dec.465. in fine part.4. & dec.192. num.13. part.15.*

Et demum non relevat, quòd Samuel renunciaverit exceptioni non implementi, dum per plures vices ſolvit dicto Iſach annuam præſtationem ſcutorum 50.: quia non conſtat, quòd primis annis, pro quibus fuit facta ſolutio, Iſach non retinuerit Scripturam ad modum Bilancii, & quatenus conſtaret, non docetur de hoc ſcientiam habuiſſe Samuelem, prout requiritur, ut dici poſſit, ipſum voluiſſe renuncia-
19 re juri ſibi quæſito ex non adimplemento. *Palma Nep. allegat.331.num.50. Rota in rec. dec.735. num.19. & ſeqq. parte 18. dec 87. num.3. & ſeqq. & dec.142. num.5. & ſeqq. part.19.*

Cętera, vel ex prędictis corruunt, vel tamquam levia, reſponſione non indigent.

Et ita utraque &c.

Senen. Fideicommiſſi de Forteguerris.

Jovis 29. Martii 1708.

ARGUMENTUM.

Subſtitutionem plurium, collectivo nomine vocatorum, in hypotheſi ſubſtit. non vulgaritèr, ſed per Fideicommiſſum, recedendo à Theorica Commun. in l. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de leg. 2., ex pluribus conjecturis, ex voluntate Teſtatoris excerptis, latè, & doctè relevatur.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Probatis exiſtentia Fideicommiſſi, illius purificatione, bonorum identitate, & legitimatione perſonarum, remiſſio ex* l. fin. C. de Edict. D. Adrian. tollend., *denegari non poteſt.*

2 *Verbum* hæredes, *in ſubſtitutione appoſitum denotat, vocationem omnium hæredum in infinitum.*

3 *Idem verbum* deſcendentes.

4 *Maximè, juncta dictione* omnes.

5 *In ſubſtitutione, ordinata ſub nomine collectivo* deſcendentium, *deficientibus verbis, tractum ſucceſſivum importantibus, ſubſtituti dicuntur vocati per vulgarem. Limita* n. 7. & ſeqq.

6 *Appellatione,* hæredum, & deſcendentium, del medeſimo, *veniunt non ſolum immediati, ſed etiam mediati, quando conſtat de voluntate ordinandi Fideicommiſſum ſucceſſivum; nam tunc relativo, facta ad perſonam alicujus, non ſtat reſtrictivè ad primos, ab illo immediatè deſcendentes, ſed demonſtrativè, ad ſtipitem totius deſcendentia deſignandum.*

7 Cumani *Theorica, de qua* n. 5., *locum non habet, ſi ex conjecturis, & verbis Teſtamenti, colligi poſſit, Teſtatorem voluiſſe ordinare ſucceſſivum Fideicommiſſum quoad omnes, collectivo nomine vocatos.*

8 *Conjectura ſunt, ſi Teſtator adhibuit clauſulam* vulgaritèr, & per Fideicommiſſum, *quæ importat ſubſtitutionem Fideicommiſſariam, & latè* n. 24. & ſeqq.

9 *Maximè, ſi clauſula hæc ſit deliberatè appoſita, & non de ſtylo Notarii, prout eſt, quando Teſtator non fuit contentus vulgata formula, ſed voluit eam expreſſè adjicere, & in ſubſtitutione majoris ætate, non appoſuit verbum* pupillaritèr, & n. 10.

Juxta Formularium Senenſe, Clauſula volgarmente, pupillarmente, e per Fedeicommiſſo, *debet apponi à Notario, aliàs habetur pro adjecta à Jure,* ibidem n. 9.

11 *Data ſubſtituto per Fideicommiſſum primis inſtitutis, ſi eidem ejus deſcendentes ſubſtituantur, duæ ſunt ſubſtitutiones, quoad primos Fideicommiſſaria, quoad ſecundos vulgaris.*

12 *Limita, ſi ſubſtitutio quoad omnes ſit facta ſub unica oratione, relativa ad primos inſtitutos,* & n. ſeqq.

13 *Dictio* al quale .. *eſt relativa, & refert perſonam, priùs expreſſam.*

14 *Ex ſubſtitutorum multiplicatione non arguitur ad multiplicationem ſubſtitutionum.*

15 *Quia unica oratione directa ad primos inſtitutos, ſubſtituti non ſunt tales reſpectu cujuslibet, per cujus obitum purificatur Fideicommiſſum, ſed omnes reſpectu primorum inſtitutorum.*

16 *Receditur à Theorica* Cumani *ex unitate ſubſtitutionis quoad primum ſubſtitutum, ejuſque Deſcendentes; nam tunc ſi primus eſt vocatus per Fideicommiſſum, ſic & Deſcendentes, in eadem oratione iiſdem verbis ſubſtituti.*

Et quando conſiderari poſſit unitas, vel multiplicitas ſubſtitutionum, & orationis, latè n. 11. & ſeqq.

17 *Immò, etiamſi ſubſtitutiones appareant ſeparatim concepta, à Theorica receditur, ſi ſubſtitutiones ſint connexæ cum dictione copulativa.*

18 *Quia talis Dictio identificat utramque ſubſtitutionem, ut ſicut prima ſit cenſenda per Fideicommiſſum, ita etiam ſecunda, quamvis ſeparata.*

19 *Potiùs ſi nulla apparet ratio diſparitatis inter comprehenſos in prima, ac in ſecunda ſubſtitutione.*

20 Deciſio 357. part. 1. recen. *declaratur in quibus terminis procedat,* & numer. 19.

21 *Eo magis per Fideicommiſſum, & cum receſſu à d. Theorica, cenſentur vocati ſecundo loco ſubſtituti, ſi primo loco inſtituto, & magis dilecto, ſubſtitutus datus fuit per Fideicommiſſum,* & n. 24.

Ex quibus ad hunc effectum major dilectio deſumatur n. 22. & 23.

22 *Primo loco vocatus, cenſetur Teſtatori magis dilectus.*

23 *Prout vocatus nomine ſpecialis prædilectionis, puta* -- Dilettiſſimo --

24 *Ad evitandum abſurdum, ne Teſtator gravaſſe plus dicatur magis dilectum, quàm minùs dilectum, uterque cenſeri debet gravatus Fideicommiſſo, & cum receſſu à Theorica* Cumani.

25 *Ex Fideicommiſſo, injuncto Proximioribus, non arguitur ad gravamen remotio-*

rem

vam, & ad receſſum à Theorica Cumani, *ex ratione de qua ibi.*

26 *Lim. non procedere, ubi agitur de declaranda voluntate Teſtatoris, ut plures ſub unica oratione, vel connexa mediante copula, ſubſtituti, æqualiter gravaſſe dici debeat,* & n. 28.

27 *Nec procedit, ſi non ſimus in caſu, quo vel adſit ratio diſparitatis, vel verba talem intelligentiam non patiantur.*

29 *Omiſſio repetitionis Clauſulæ* vulgaritèr, & per Fideicommiſſum, *in ſecunda ſubſtitutione connexa cum prima, cui fuit appoſita, non excludit quin utraque dicatur fideicommiſſaria.*

30 *Diſcretiva locutio nihil operatur in iis, quæ omiſſa ſunt, ſed à jure ſubintelliguntur.*

31 *Subſtitutio, ſub commemoratione mortis facta, inducit Compendioſam.*

32 *Etiamſi non adiiciatur Dictio* quandocunque.

33 *Alia conjectura pro receſſu à d. Theorica eſt, ſi facta fuit ſubſtitutio Compendioſa, in qua comprehenſi, dicuntur vocati non ſolùm per vulgarem, ſed etiam per Fideicommiſſariam.*

34 *Sed ſi dictio* morendo, *ex qua reſultat Compendioſa, poſita ſit inter Inſtitutum, & primo loco ſubſtitutum, non operatur favore ſubſtitutorum in gradibus ulterioribus, ſed ad hunc effectum apponi debet poſt ſubſtitutionem.*

35 *Deſcendentes autem fuiſſe vocatos poſt ſubſtitutionem, & poſt mortem ſubſtituti, reſultat, ex quo vocati ſunt hæredes, & deſcendentes ejuſdem ſubſtituti, quia nemo in vita hæredes habere poteſt.*

36 *Item Fideicommiſſum ſucceſſivum dicitur voluntum etiam reſpectu ſubſtitutorum, ſi ex conjecturis eliciatur, reſpectu quoque eorum Teſtatorem tractum temporis contemplaſſe.*

37 *Nec ſit differentia, an ante, vel poſt ſubſtitutionem verba, compendioſam inducentia, poſita ſint, quando ſubſtitutus, ejuſque deſcendentes, vocati ſunt ſub unica oratione, & connexa per copulam cum Inſtituto.*

40 *Alia conjectura pro receſſu à Theorica* Cumani, *eſt, ſi Teſtator uſus non ſit verbis directis, ſed obliquis, vel communibus, juncto* num. 38. & 39.

Et quòd verbum ſubſtituit *ſit commune, & concurrente clauſula codicillari ſiat obliquum* ibidem n. 38. & 39.

41 *Item receditur à d. Theorica, ſi adjecta ſit Deſcendentibus dictio* omnes.

42 *Talis quippè dictio extendit Fideicommiſſum ad favorem omnium, ſub collectivo nomine comprehenſorum.*

43 *Vocatio enim* omnium *deſcendentium operatur, ut poſt vocationem primi ſubſtituti, admittantur ejus filii, poſtea nepotes, & ſic de gradu in gradum uſque ad ultimum de deſcendentia.*

44 *Qualis omnium vocatio non valet verificari per ſubſtitutionem vulgarem, quæ in actu aditionis primi hæredis expirat.*

45 *Sed neceſſariò intelligi debet ordine ſucceſſivo per Fideicommiſſum.*

46 *Præfata Dictio* omnes *ſolum efficit, ut cenſeantur vocati omnes deſcendentes, exiſtentes de tempore venientis caſus Fideicommiſſi, ſed per vulgarem, abſque onere reſtituendi.*

47 *Declara, ut hoc ſit verum in quantum de per ſe dictio illa non inducit abſolutam Fideicommiſſariam, ſed aliis concurrentibus, non parùm confert ad Fideicommiſſum inducendum, ex ratione, de qua* ibi, & num. 50.

Item verum eſt, ſi adſint verba reſtrictiva ad tempus mortis, non ſi indeterminata num. 49.

48 Cyriac. *doctrina in* controv. 522. num. 101. *explicatur.*

49 *Ubi Teſtator ſubſtituit cum verbis indeterminatis, non reſtrictivis ad tempus mortis, Fideicommiſſum extenditur ad quodcunque tempus.*

51 *Tractus temporis ad inducendam Fideicommiſſariam, & receſſum à dicta Theorica quoad vocatos nomine collectivo, deducitur ex ſubſtitutione, quæ non poteſt intelligi niſi de naſcituris.*

52 *Item pro receſſu à Theorica judicatur, & ſubſtitutio indubiè dicenda eſt per Fideicommiſſum, ſi hæredes alicujus fuerint ſubſtituti, adeoque eorum ſucceſſio fuerit conſiderata poſt ejus mortem.*

53 *Non attento, an deſcendentes admittendi, ſint hæredes actu, nec ne.*

54 *Auctoritates in contrarium explicantur,* & n. 57. 58. 59. 60., & 61.

55 *Licèt ſubſtitutio* hæredum *importet di-*
ctum

ſtum receſſum, illum tamen non importat inſtitutio alicujus, ejuſque hæredum, quia verbum inſtituo, *prout directum, non obliquatur, nec importat ſubſtitutionem Fideicommiſſariam, &* n. 56.

56 *Subſtitutio concepta per verba communia, & obliqua, continet Fideicommiſſariam.*

61 *Item receditur a dicta Theorica, quando teſtamentum fuit conditum à perſonis conſpicuæ Nobilitatis.*

63 *Earum enim diſpoſitiones in dubio interpretandæ ſunt potius, quòd contineant Fideicommiſſariam, quam vulgarem ſubſtitutionem.*

64 *Pro duratione Fideicommiſſi, & receſſu à dicta Theorica, ſumi debet interpretatio ad excludendam fœminam, Teſtatori extraneam, concurrentibus ſignis de agnatione, & de linea, in quam ingreſſa fuerunt bona.*

65 *Item pro receſſu, ex clauſulis* omni meliori modo, & Codicillari, *per verba non præſentis temporis, ſed futuri* & n. 66.

67 *Et verba* ſi non valeret, *contenta in Clauſula Codicillari, æquipollent verbis* ſi non valebit.

68 *Hujuſmodi tamen clauſula, quando ſunt mixtæ aliis validis conjecturis, hunc effectum operantur, alias ſecus.*

69 *Pro inducendo Fideicommiſſo, & recedendo à Theorica* Cumani, *deficientibus conſervatione agnationis, & digreſſu ad plures gradus, cætera conjecturæ frigeſcunt.*

70 *Declara, niſi ex aliis conjecturis conſtet de voluntate inducendi Fideicommiſſum, quæ non ſtat alligata verbis determinatis.*

71 *Sed Judicis arbitrio remiſſum eſt, validitatem conjecturarum ponderare pro inductione, vel excluſione Fideicommiſſi,* & n. 73.

72 *Mens enim Teſtatoris quomodocunque appareat, totum regulat, & dominatur.*

73 *Conjecturæ ad hunc effectum non requiritur, quòd ſint demonſtrativæ, & indubitatæ, ſed ſufficit Judicem ex iis aſſequi poſſe voluntatem Teſtatoris.*

74 *Aliter non dicerentur ſigna latentis voluntatis, & ſuppletiva, atque veriſimilis probatio, ſed excederent naturam conjecturarum.*

75 *Satiſque eſt, ſi voluntas Teſtatoris ex pluribus conjecturis ſimul ſumptis eruatur, quamvis ſingula de per ſe aliquam controverſiam patiantur.*

76 *Et concurrentibus ſufficientibus conjecturis pro inducenda Fideicommiſſaria ſubſtitutione plurium perſonarum diverſorum graduum ſub nomine collectivo, non attenditur, an diſpoſitio ſit aſcendentis, an tranſverſalis.*

77 *Præcipue dum agitur de continuanda ſucceſſione in primo admiſſis deſcendentibus, ad excluſionem perſonæ extraneæ, in quibus terminis leviores conjecturæ admittuntur.*

DECISIO XXXI.

IN ultimo, cum quo deceſſit, Teſtamento Salluſtius quondam Julii de Forteguerris, ut aſſerit alem ſibi [illegible] hæredem Sylvium Patruum, e quo decedente ſubſtituit vulgariter, & per Fideicommiſſum, Fauſtum ipſius Teſtatoris fratrem, [illegible] hæredes, & deſcendentes ejuſdem, [illegible] *in tutti gli altri ſuoi Beni ſuo Erede univerſale inſtituì, fece, & eſſer volſe il Sig. Silvio del Sig. Aleſſandro Forteguerri, ſuo Zio dilettiſſimo, al quale, morendo, ſoſtituì volgarmente, e per Fideicommiſſo il Sig. Fauſto, fratello di d. Sig. Teſtatore, e tutti gli Eredi, e deſcendenti del medeſimo.*

Deceſſit primo loco Silvius, & ſubinde Fauſtus, relicto poſt ſe Salluſtio filio maſculo, qui pariter obiit cum tribus filiabus, in hoc Judicio Actricibus, nempe DD. Comitiſſa Thereſia, Iſabella, & Magdalena, & unico maſculo, nempe Fauſto, cui ſucceſſit Salluſtius ejus filius, in infantili ætate nuper defunctus.

Terminata per obitum præfati Salluſtii Junioris deſcendentia maſculorum Fauſti Senioris, primi Subſtituti, inſurrexerunt præfata D. Comitiſſa Thereſia, aliæque DD. Sorores de Forteguerris, prædicti Fauſti, ex Salluſtio filio, neptes, ultimique defuncti Amitæ, & ex remedio *l. finalis C. de Edict. D. Adrian. tollen.* petierunt immitti in

Aa poſ-

poſſeſſionem bonorum, vigore dicti Teſtamenti Salustii Senioris, contra D. Virginiam Pieri Dei, ultimi defuncti matrem, illorum poſſeditricem, & favorabilem Sententiam concordibus ſuffragiis in hodierna audientia à Rota reportarunt.

Probata namque fuerunt pro parte dd. DD. Sororum de Forteguerris omnia extrema neceſſaria, exiſtentia ſcilicèt Fideicommiſſi, illiuſque purificatio; cumque bonorum identitas, & legitimatio perſonarum non controverteretur inter Partes, prędictis omnibus con-
1 currentibus, eum ſtio vigore l. finalis ſubſtitutis denegari non valuit. *Rota coram Cerro dec. 916. n. 1. in rec. dec. 330. num. 2. & 3. par. 5. & dec. 378. num. 1. & 2. par. 16.*

De exiſtentia autem, & duratione Fideicommiſſi, conſtare viſum fuit ex ſubſtitutione Fauſti Senioris, omniumque illius hæredum, & deſcendentium, facta Silvio, ſub quorum nomine veniunt omnes hæredes, & deſcendentes in infinitum, ut de verbo *Hæredes*, quòd denotet ſubſtitutos fuiſſe omnes hęredes in infinitum, *l. in annalibus 22. Cod. de legat. l. hæredis appellatio 65. & l. hæredis appellatione 170. ff. de Verbor.*
2 *ſignificat. Peregrin. de Fideicom. artic. 19. num 24. in fine, & artic 32. num. 60. & 63. Fuſar. de Subſtit. quæſt. 343. ex n. 1. Burgnin. Cavalcan. dec. 5. ſub num. 77. par. 3. Rot. in Aſculana Fideicommiſſi, & Donationis 21. Junii 1686. §. Suppoſito, coram b. m. Rondinino*, & de verbo Deſcendentes *l. final. C. de ſuis, & legitim. l.*
3 *l. cognoſcere §. final. ff. de Verbor. ſignificat. & in §. 1. Auth. de hæredib. ab inteſt. venient. Peregr. de Fideicom. art. 19. n. 24. in fine Cavalcan. d. dec. 5. n. 76. & dec. 18. num. 27. part. 3. Rot. Florentin. apud Palm. Nep. allegat. 117. num. 78. verſic. Secunda emergit, in fine. Rot. noſtra apud Mart. Medic. dec. 1. num. 60. & dec. 2. num. 2. Rot. Rom. coram Cavaler. dec. 314. num. 11. Arguell. dec. 62. num. 31. inter diverſor. dec. 492. num. 1. part. 4. in rec. dec. 168. num. 4. part 3. & dec. 366. n. 5. part 4. tom. 1. dec 143. num. 7. part. 18.* maximè juncta dictione *omnes*, quæ eo magis apta eſt demonſtrare comprehenſionem omnium hæredum, & deſcen-
4 dentium in perpetuum. *Senat. Mantuan. apud Cyriac. contr. 522. num. 97.*

Non obſtante quòd ſubſtitutio hæredum, & deſcendentium Fauſti, expiraverit, vel tamquam reſtricta ad hæredes immediatos Fauſti Senioris, ſtante dictione illa *del medeſimo*, vel tamquam facta per vulgarem, prout facta dicitur ſubſtitutio ordinata ſub nomine collectivo deſcendentium, qui deficientibus verbis, tractum ſucceſſivum denotantibus, ſubſtituti dicuntur per
5 vulgarem, juxta celebrem Theoricam Cumani in *l. cum ita 33. §. In fideicommiſſo n. 4. ff. de legat. 2. & in l. Gallus 29. §. Quidam recte, num. 7. ff. de liber. & poſthum.* quam antiquioribus omiſſis, ſequuntur *Fuſar. de Subſtitut. quæſt. 382. num. 1. De Luc. de Fideicom. diſc. 91. n. 3. Caſtald. conſult. 66. num. 1. & ſeqq. Manſ. conſult. 131. num. 10. Palm. Nep. allegat. 48. n. 1. Torr. de Maioras. Ital. part. 2. quæſt. 19. num. 13. Senat. Niceu. apud Balduc. ad Raniar. dec. 90. num. 3. Urceol. dec. 13. n. 10. Rot. in rec. dec. 357. num. 2. part. 1. & in Romana Immiſſionis poſt Albet. de Inconſt. in Judic. deciſ. 36. num. 1. confirmata 13. Februarii 1694. §. Quia ex tenore, 25. Junii 1696. in principio, coram Reverendiſs. D. Molines Lucana Beneficii 7. Maji 1694. §. Patronatum, & 5. Julii ejuſdem anni §. Iniuſte, coram eodem Arimenen. Primogenituræ, ſeu Concurſus ſuper executione mandati 5. Julii 1702. §. Nec obvias, coram R. P. D. Caſſarello.*

Etenim quoad reſtrictionem ad filios immediatos Fauſti, quidquid dicendum foret, quando ſubſtituti fuiſſent filii Fauſti, cum in caſu præſenti fuerint ſubſtituti hæredes, & deſcendentes, quæ, ut dictum eſt, ſunt verba de ſui natura omnes hæredes, & deſcendentes in infinitum comprehendentia, & quidem cum adjectione verbi generalis *omnes*, atque ex conjecturis, inferiùs recenſendis, conſtet, Teſtatorem voluiſſe ordinare fideicommiſſum graduale, & ſucceſſivum de uno in alium, in his terminis dictio relativa ad Fauſtum cenſetur appoſita demonſtrativè ad deſignandam perſonam, & ſtipitem, à quo deſcendere debent vocati in fideicommiſſo, non autem ad effectum reſtringendi vocationem ad primos immediatè deſcendentes à Fau-
6 ſto, cum tam iſti, quàm alii ulterio-

res

res, à ſtipite deſignato deſcendant, ut advertunt *Decian. conſ. 425. num. 7. Fuſar. conſ. 43. num. 45. & 47. & conſ. 93. num. 10. & de Subſtit. quæſt. 317. num. 3. & plur. ſeqq. Peregrin. de Fideicom. art. 11. n. 34. Bero. dec. Bononien. 4. ſub num. 17. & ſeqq. & dec. 7. num. 5. & 6. Rot. apud Gratian. reſp. 75. num. 84. lib. 1. coram Seraphin. dec. 939. num. 5. & 6. Dunozett. Jun. dec. 487. ex num. 25. & in Veden. Commendatus 19. Junii 1703. §. Et quamvis, coram Reverendiſs. D. Molines Decano, & in Romana Juris Patronatus 3. Julii ejuſdem anni §. Siquidem, coram Eodem.*

Quo verò ad expirationem ſubſtitutionis, per vulgarem factæ, conſiderabant Domini, quòd licèt vera ſit ſupradicta Cumani Theorica, æquè tamen vera, & recepta eſt limitatio, illam non habere locum quotieſcunque ex verbis, vel ex conjecturis colligi poſſit, Teſtatoris mentem fuiſſe, ut diſpoſitio in primo limine, & ingreſſu non expiraret, ſed ad commodum omnium, in collectiva vocatione comprehenſorum, de perſona ad perſonam protraheretur, ut declarando præfatam Cumani Theo-
7 ricam, tradunt *Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 5. ſub num. 27. verſ. his tamen, & ſeq. De Luc. de Fideic. diſc. 33. n. 15. & diſc. 91. num. 12. diſc. 92. num. 3. & diſc. 93. num. 3. & diſc. 118. ſub num. 2. Rot. Januen. poſt Torr. de Primogenit. dec. 17. num. 40. & 52. Rot. cor. Seraphin. dec. 934. num. 7. Ubald. dec. 313. num. 2. Emerix Jun. dec. 1114. ex num. 2. inter Diverſor. dec. 495. num. 1. part. 4. in rec. dec. 168. num. 7. part. 3. dec. 222. num. 2. part. 4. dec. 163. num. 1. & dec. 378. n. 9. part. 16. dec. 355. num. 7. part. 17. dec. 56. n. 3. part. 18. & in Senogallien. ſeu Auximana Fideicommiſſi 16. Junii 1688. §. Quamvis, coram Eminentiſs. D. meo Card. Caprara, & in d. Lucana Beneficii 1694. §. Neque applicatur, & 3. Julii ejuſdem anni §. Injuſte, coram Reverendiſs. Molines Romana Fideicommiſſi 16. Novembris 1696. §. Et quidem, coram Card. Caprara, & 10. Junii 1698. §. Licet enim, coram eodem, & 9. Maji 1701. §. Et ſane, coram Reverendiſs. Molines, & in Oſimana. Primogeniturae 12 Junii 1699. §. Neque, coram dell' Olmo, & in Melevitana Juriſpatronatus 26. Aprilis 1700. §. At hujuſmodi, cor. Eminentiſs. D. Card. della Tremoill. & in Fanen. Fideicommiſſi 22. Junii 1703. §. Teſtator, coram R. P. D. Omnena.*

De mente autem Salußii recedendi à Theorica Cumani, & inducendi fideicommiſſariam ſubſtitutionem, Nobis conſtitit ex pluribus validiſſimis conjecturis, nedum tacitam, ſed expreſſam voluntatem diſponentis oſtendentibus, quarum prima reſultat ex eo, quòd ipſe Salvio hæredi inſtituto ſubſtituit Fauſtum, omneſque ejus hæredes, & deſcendentes, vulgaritèr, & per fideicommiſſum ibi -- *al quale morendo ſoſtituì volgarmente, e per Fidecommiſſo il Sig. Fauſto, Fratello di detto Sig. Teſtatore, e tutti gli Eredi, e Deſcendenti del medeſimo* ex quibus verbis cum manifeſtè appareat tam Fauſtum, quàm omnes ejus hæredes, & deſcendentes, fuiſſe vocatos per fideicommiſſariam, non poteſt dici ſubſtitutiones expiraſſe per aditionem Fauſti,
8 nam aditio ſuſtulit quidem vulgarem ſubſtitutionem, quæ per aditionem primi expirat, non autem fideicommiſſariam, quæ ex dictis verbis *volgarmente e per Fidecommiſſo*, inducta fuit, ut in terminis pro receſſu à Theorica Cumani, notat *Peregrin. de Fideicommiſſ. artic. 28. num. 11. Fuſar. de Subſtit. q. 479. num. 35. & 37. Simon. de Praetis de Interp. ultim. volunt. lib. 3. interp. 3. dub. 1. ſolut. 8. ex num. 1. fol. 82. ſecundum impreſſ. Francofurt. & juxta Venetam impreſſ. fol. 279. Alciat. reſp. 114. num. 21. Caſtell. conſult. 93. num. 4. conſult. 112. num. 3. conſult. 164. num. 9. Urceol. conſult. 80. num. 19. Andreol. contr. 368. ſub num. 19. Manſ. de Legat. & Fideicomm. conſult. 46. num. 8. tom. 9. Rot. Bononien. apud Rodulphum. alleg. 107. ſub num. 11. & 15. Rot. cor. Seraphin. dec. 934. n. 11. Coccin. dec. 1255. num. 3. Emerix Jun. dec. 538. num. 7. & dec. 599. num. 5. in rec. dec. 471. num. 30. & 31. part. 14. & in Fanen. Fideicommiſſi 18. Junii 1703. §. Non obſtante, coram Caprara, & in alia Fanen. Fideicommiſſi 22. Junii 1705. §. Certiora, coram Omnena.*

Potiſſimè quia clauſula prædicta fuit conſultò, & magna cum deliberatione adjecta, nam Teſtator, non contentus quòd hæc clauſula ex Formulario Senen. deberet apponi à Notariis, & non

appoſita, ſuppleatur à Jure, &
9 habeatur, ac ſi adjecta fuiſſet,
ut firmavit *Rot. noſtra apud Merl. Medic. dec. Sener.69. n.56. & ſeqq. uſque ad finem*, voluit illam adjicere, &
quidem non juxta ſtylum Notariorum, nec juxta vulgatam formulam, quæ eſſe ſolet *volgarmente, pupillarmente, & per fidecommiſſo*, ſed dempto verbo *pupillarmente*, quia maturè conſideravit, non potuiſſe ab ipſo fieri ſubſtitutionem pupillarem, ex quo non ha-
10 bebat hæredem in poteſtate, unde ex hoc eo magis deſumitur eiuſdem Saluſtii voluntas ſubſtituendi per fideicommiſſum, ut benè in ſpecie conſiderat *Cardinalis Sacripantes apud Mant. de Legat. & Fideicomm. tom.9. d. conſult.46.num.9.*

Neque reſiſtit, duas in præſenti Teſtamento fuiſſe ordinatas ſubſtitutiones, unam reſpectu Silvii hæredis inſtituti, cui ſubſtituti fuerunt deſcendentes Fauſti, tam vulgaritèr in caſum voluntatis, aut impotentiæ ejuſdem Fauſti, quàm per fideicommiſſum, alteram reſpectu Fauſti primi ſubſtituti, poſt aditam ab ipſo hæreditatem Saluſtii Fratris, per mortem Silvii vacatam, & reſpectu perſonæ ejuſdem Fauſti, ipſius
11 deſcendentes fuerint ſubſtituti per ſolam vulgarem, ut diſtinguunt *Mant. d. conſult.131. num 13. De Luc. de Fideicom. diſc.91. num.13. & ſeq. Caſtald. conſult.86. num.6. Urceol. dec. Florentin.13. num.19. & ſeqq. Rota in Roman. dec.357. cr. n.6. part.1.*

Procederet enim objectum, ſi Saluſtius, in oratione perfecta, ſubſtituiſſet Silvio hæredi Fauſtum, & ejus deſcendentes, & poſtmodum in alia oratione de per ſe ſtante, & recta à proprio verbo, ſubſtituiſſet Fauſto illius deſcendentes, in hoc enim caſu verificaretur, Teſtatorem duas diſtinctas voluiſſe ordinare ſubſtitutiones in deſcenden-
12 tibus Fauſti, unam reſpectu Silvii, & alteram reſpectu Fauſti, ſed cum Fauſtus, & deſcendentes fuerint ſubſtituti ſub unica oratione, rectâ ab eodem verbo *Subſtituiſ*, ibi — *Inſtituiſco il Signor Silvio, al quale morendo ſoſtituiſco volgarmente, e per Fidecommiſſo il Sig. Fauſto, fratello di detto Signor Teſtatore, e tutti gli figli, e deſcendenti del medeſimo* — & quidem non verbis imperſonalibus, ad certam perſonam non directis, quæ ad omnes referri poſſent, prout erat caſus plurium Authoritatum, in objecto adductarum, ſed relativè ad perſonam Silvii, ut denotat dictio illa *al quale*, quæ
13 eſt de ſui natura relativa, & demonſtrativa perſonæ, prius expreſſæ. *l. ex tamen ff. de legat.3. l. à filio §. Teſtator, & §. Titio ff. de aliment. & cibar. legat. l. ultima Cod. de hered. inſtit. Menoch. conſ. 100. num.5. Surd. conſ.336. n.18. Rot. coram Dunoz. Jun. dec.137. num.1. Coram dec.460. num.2.*

Hæc relatio, & demonſtratio indicant, ſubſtitutionem Fauſti, & ejus deſcendentium, factam fuiſſe ſolummodò perſonæ Silvii præcedentèr nominati, nec poteſt in partes ſcindi, ex eo quòd eadem ſubſtitutio extenſa fuerit ad plu-
14 res gradus perſonarum, videlicèt ad Fauſtum, & omnes ejus deſcendentes, quia ex hoc progreſſu multiplicantur quidem gradus vocatorum, & ſubſtitutiones, reſpectu deſcendentium ſubſtitutorum, non verò reſpectu eorum, quibus facta prætenditur ſubſtitutio; cum quilibet ex vocatis non dicatur ſubſtitutus ei, per cujus obitum purificatur ſubſtitutio, ſed omnes, vel immediatè, vel mediatè dicuntur ſubſtituti primo inſtituto, quando ad illum verba directa ſunt. *Zanch. in l. hæredes mei §. Cum ita, par.6. n.177. ff. ad Trebell. Rot. coram Fred. dec.19. n.7.*

Et conſequentèr excluſa multiplicatione ſubſtitutionum quoad eos, quibus ſuccedi debet, & data unicitate diſpoſitionis, & comprehenſione Fauſti, & omnium aliorum deſcendentium, ſub eadem oratione, & ſtructura ver-
15 borum, eodem modo, quo non negatur Fauſtum, primo loco vocatum, fuiſſe ſubſtitutum Silvio per fideicommiſſum, ita etiam per fideicommiſſum dicendum eſt fuiſſe eidem Silvio mediatè ſubſtitutos Fauſti deſcendentes, ſecundo loco vocatos, qui in eadem oratione, & iiſdem modo, & verbis
16 ſubſtituti fuerunt, ut in ſpecie Theotinez Cumani dixit *Dec.conſ.435. ſub numer.4. verſ. & hoc idem probatur. Doctrina reſponſ.1. num.252. & ſub num.151. verſ. neq. diſtinguunt, in illa verba, lib.1. Conver. Var. Reſolut. part.1. cap.1. num.121. Bonell. dec.2 num.13. & 14. & num.580.*

cum

ante Arch. ſeqq. Rot. in Romana. Fideicommiſſi de Borgarenus 6. Junii 1689. §. Et hinc, coram clar. mem. Card. Caſsia.

Cæterùm dato etiam per hypotheſim, quòd Saluſtius ordinare voluerit duas ſeparatas ſubſtitutiones, unam ſcilicet Silvio, & alteram Fauſto, adhuc ex eadem mox adducta ratione ambo cenſeri deberent Fideicommiſſariæ, cum enim utraque ſubſtitutio deſcendentium Fauſti, tam reſpectu perſonæ Silvii, quàm Fauſti, reperiatur ordinata in eadem oratione, & ab eodem verbo regulatur, unaque ſubſtitutio ſit etiam cum alia unita, & connexa, mediante copula *Et*, hæc identitas, & connexio

17 identificat utramque ſubſtitutionem, & efficit, ut ſicut ſubſtitutio deſcendentium Fauſti reſpectu Silvii eſt nedum vulgaris, ſed etiam fideicommiſſaria, ita etiam fideicommiſſaria cenſeri debeat

18 eorumdem deſcendentium ſubſtitutio, reſpectu ipſius Fauſti, ut benè in ſpecie *Theorica Communi* ponderat *Desian. reſponſo 41. ſub num. 98. verſ. nec obſtat etiam lib. 1. Simon de Pratis de Interpretat. ultim. volunt. lib. 3. interpretat. 2. dub. 1. ſolut. 3. ſub n. 46. verſ. ſicut enim, fol. mihi 51. colum. 3. verſus finem, in impreſſ. Francofurt., & in Veneta impreſſ. fol. 139. Canoer. Var. Reſolut. par. 1. cap. 1. n. 121. Maſſel. Triſmegiſt. Legal. d. rationem. 80. n. 68. & 69. Altograd. controv. 94. n. 15. & 19. & ſeqq. uſque ad n. 35. Rot. in recent. dec. 133. ſub n. 8. & 10. & dec. 143. n. 8. par. 1. dec. 168. num. 7. par. 3. dec. 97. n. 7. & 8. par. 4. dec. 82. num. 11. par. 16. & coram Arguell. dec. 81. num. 19. Coer. deciſ. 460. ex n. 4. & n. 9. & 10. & deciſ. 313. num. 16. Emerix jun. dec. 1124. ſub n. 3. & in Interamnen. Fideicommiſſi 2. Julii 1708. §. Neque quam, coram Scotto. Rot. Florent. apud Palm. alleg. 117. ſub num. 76. verſ. primò ſiquidem, & n. 77. & in dicta Florent. Donationis de Medicis 15. Septembris 1682. §. Primò, coram Illuſtriſſ. D. Auditore Prioris, Libro Motivorum 130. c. 414. ubi — Primò, quia cum Donatrix non modo quemlibet ex deſcendentibus à filiis maſculis Herſiliæ, verùm etiam deſcendentibus à filiis fœminarum vocaverit per Fideicommiſſum, ultimo verò loco per continuatam orationem, attenta dictione Et — ibi & poſt omnium [illegible], & ſingularum fœminarum, vocaverit Magdalenam, ejuſque filios, & deſcendentes, eodem modo per fideicommiſſum cenſetur vocaſſe dictos filios, & deſcendentes ejuſdem Magdalenæ, quia eadem præſumitur voluntas diſponentis in progreſſu ſubſtitutionum, quæ fuit in ingreſſu, & ordo, qui datur in prima, cenſetur repetitus in ſecunda &c. — & poſt hæc ſcripta in locum edita, Florentina Fideicommiſſorum de Albis 11. Januarii 1708. §. Primò in ordine, coram Bellanti, ubi citat hanc noſtram Deciſionem.*

19 Signanter quia, nulla eſt aſſignabilis diverſitatis ratio, quare Saluſtius voluerit ſubſtituere Silvio hæredi inſtituto Fauſtum, ejuſque deſcendentes vulgaritèr, & per fideicommiſſum, eoſdemque deſcendentes noluerit pariformitèr vulgaritèr, & per fideicommiſſum ſubſtituere Fauſto, primo ſubſtituto, quæ rationis diverſitas aderat in caſu Deciſionis 557. numer. 8. part. 1. recen. ac proindè ex identitate rationis, in utroque caſu concurrente, eadem præſumi debet voluntas Teſtatoris vocandi per fideicommiſſum, ut in individuo proſequitur *Manſ. d. conſult. 46. ſub n. 9. num. 9. Altograd. d. contr. 94. num. 33. & ſeqq. Rot. Florent. apud Palm. Neap. d. alleg. 117. ſub n. 78. §. Secundo emergit, & in d. Florentin. Donationis de Medicis 15. Septemb. 1682. §. Et quamquam, coram Illuſtriſſ. D. Auditore Prioris* optimè *Rot. coram Puteo par. dec. 236. num. 8. & ſeqq.* ubi declarat eamdem Deciſionem 557. *par. 1. rec.*

20 in qua à Defenſoribus D. Virginiæ magnum ſiebat fundamentum, & *in Romana Fideicommiſſi 11. Februar. 1684. §. Quartò quia, cor. bo. me. Bruneſia. & in d. Oſimana. Primogenituræ 12. Junii 1699. §. Quartò deſtinat conjecturalem, cor. dell'Olmo*.

Immò major, concurrit ratio, quòd deſcendentes Fauſti reſpectu ipſius ſint ſubſtituti per fideicommiſſum, quàm reſpectu Silvii: Silvius enim erat Teſtatori magis dilectus, ut dicitur, tum ex quo ipſe fuit hæres inſtitutus, &

21 primo loco vocatus, qui præſumitur à Teſtatore magis dilectus, quàm Fauſtus

22 ſubſtitutus: *Fagnanius*, hujus inclyta Ro-

tæ Auditor, *conſ.* 39. *num.* 23 *Marta de Honeſt. Legal. part.* 4. *quæſt.* 10. *art.* 1. *num.* 12 13 & 14. *Torr. de Primog. Ital. part.* 2 *quæſt.* 33. *num.* 66. & in terminis Theoricæ Commun. *Adden. reſol.* 80. *n.* 23. *Rot. Januen. poſt Torr. de Primogen. d. dec.* 27. *num.* 56. *Rot. diverſor. dec.* 493. *n.* 2. *verſ. Quarta ſit conjectura, part.* 4. & *in rec. dec.* 143. *num.* 14. *part.* 2. quàm ex quo Teſtator eumdem Silvium ſingula-
23 ri prædilectionis ſigno vocavit dilectiſ-ſimum, ibi — *Iſtituiſco il Sig. Silvio, ſuo Zio dilettiſſimo* — quæ verba ſpecialem indicare prædilectionem, dixit *Rot. coram Cerro. dec.* 1788 *num.* 88

Qua majori prædilectione poſita, ſequitur, quòd ſi Teſtator gravavit Silvium magis dilectum onere reſtitutionis, & cum clauſula *vulgariter, & per fideicommiſſum* favore Fauſti, & deſcendentium ab eo, potiori jure dicendum eſt, voluiſſe gravare onere reſtitutionis Fauſtum minùs dilectum favore eorumdem deſcendentium, & reſpectu ipſius clauſulam *vulgariter, & per fideicommiſſum* ſub unicitate orationis intellexiſſe apponere, nè alias ſequatur abſurdum mentis Teſtatori repugnans, quòd ille voluerit gravare magis dilectum onere reſtitutionis, & fideicommiſſi, mi-
24 nùs verò dilectum à tali onere immunem reddere, cum omnimoda libertate bonorum, *ut in terminis*, pro inducendo fideicommiſſo ſucceſſivo, & ad excluſionem vulgaris, ponderat *Decian. d. reſp.* 2. *num.* 274. *verſ. quarta conjectura, lib.* 1. *Crevett. conſ.* 130. *num.* 6. & 7. *Pappon.* olim hujus noſtri Tribunalis Auditor, *conſ.* 134. *num.* 13 & 14. *Peregrin. de Fideicom. art.* 18. *num.* 23 *verſic. pro qua intelligentia*, & *num.* 21. *verſ. tertia quia Simon de Prætis de Interp. ult. volunt. lib.* 3 *interp.* 2. *dub.* 1. *ſolut.* 5. *num.* 46 *prope finem, fol.* 32 *juxta impreſſionem Francofurt.* & *in Veneta impreſ. fol.* 239. *De Luc. de Fideic. diſc.* 93. *n.* 7. *verſ. tertio urgebatur. Altograd. d. contro.* 94. *n.* 43. *Maſſ. del Triſmegiſt. Legal. ratiocin.* 80. *n.* 75. & 76. *Caſtald. conſult.* 147. *num.* 5. *Rota Bononien. apud Rodolphum alleg.* 107. *numer.* 14. *Battell. dec.* 2 *num.* 304. & 305. *Rot. Florentin. penes Palm. Nep. d. alleg.* 117. *num.* 78. ubi declarat prædictam Deciſionem 357. *part.* 1. *rec.* & *in d. Florentina Dominorum de Medices* 15. *Septembris* 1682. §. *Hinc*, & §. *Quemquam*, ubi reſpondet contrariis, *coram Illuſtriſſ. D. meo Audit. Fonseca* nunc in ſupremo Hetruriæ Collaterali Conſilio, Gratiæ, & Juſtitiæ S. Celſitudinis Regiæ Conſiliario, & *in d. Florentina Fideicommiſſorum* 21. *Januarii* 1708. §. *Tertia emergit, coram D. meo Bellatre*, ubi allegatur hæc noſtra Deciſio. *Rot. Romana coram Priolo dec.* 233 *num.* 5. *poſt Conſtantin. ad Statut. Urbis dec.* 110. *num.* 11. *in Romana ſeu Firmana Fideicommiſſi in recen. dec.* 581. *num.* 8. *part.* 19. *confirmata* 15 *Junii* 1699. §. *In præſenti, coram R. P. D. meo Priolo*, & 20. *Januarii* 1700. §. *Data, coram Eodem*, & *in Oſimana. Primogenituræ* 12. *Junii* 1699. §. *Tertio emergit, coram dell' Olmo*.

Et quamvis aliqui contrarium tenuerint, quòd nempè gravatis proximioribus, non inferatur, teſtatorem voluiſſe Fideicommiſſo gravare etiam remotiores, potiùs habentes aſſiſtentiam
25 voluntatis Teſtatoris, qui dum fideicommiſſum expreſsè ordinavit, ubi voluit illud inducere, ſignum eſt, quòd ubi illud expreſsè non ordinavit, noluiſſe dicendum eſt, Attamen Auctoritates contrariæ, vel loquuntur quando agitur de extenſione fideicommiſſi ordinati in uno gradu, vel inter certas perſonas prædilectas, ad alios gradus, & inter alias perſonas minùs dilectas, non verò quando agitur de adminiculanda interpretatione, & declaratione, an ſcilicet Teſtator, qui adjecit clauſulam *vulgariter, & per fideicommiſſum*, in caſu, quo hæredes, & deſcendentes Fauſti ſucce-
26 derent immediatè Silvio, cenſeatur etiam adjecta in caſu, quo adita hæreditate à Fauſto, poſt illius mortem ſuccederent Silvio mediatè, quando Clauſula ſupradicta fuit appoſita in unica, & individua oratione, recta ab eodem verbo, & connexa per copulam *et*, ex traditis per *Rot. coram Gregor. dec.* 315. *num.* 14. *Pentimgerr. d. dec.* 236. *num.* 8 & *ſeqq.*, vel loquuntur quando ratio diſparitatis inter utrum-
27 que caſum conſiderari valet, aut verba non patiuntur talem intelligentiam, & deficiunt aliæ conjecturæ, ut declarando contrarias Auctoritates, *in terminis* fideicommiſſi, indufti inter perſo-

ſortis prædilectus, quòd cenſeatur etiam volitum inter murùs dilectas, 28 quando Teſtator locutus eſt per continuatam orationem, & copulam *&*, proſequitur ad excluſionem *Theorica Cumana* . *Rot. Flor. apud Palma Nep. ſæpè citat. allegat.* 117. *n.* 78. *& in d. Florentin. Donationis de Medices* 15. *Septembris* 1682. *cit.* §. *Et quamquam, coram Illuſtriſſ. D. Audit. Fineri, ibi* — Et quamquam *Redenaſc. conſ.* 70. *Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.* 91. *n.* 16. *Peregrin. conſ.* 23. *lib.* 4. *num.* 6. improbent hanc conjecturam, attamen loquuntur in terminis, in quibus ratio diſparitatis inter alterutrum caſum aſſignari valet, vel deficientibus aliis conjecturis, verba non patiuntur talem interpretationem, ut advertunt *Peregrin. d. conſ.* 23. *num.* 6. *in fine lib.* 4. contra quem nihilominus fuit deciſum in *Rot. Rom. deciſ.* 168. *par.* 3. *rec. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc.* 53. *num.* 16. *Sord. dec.* 219. *in fin*, ſecus verò quando in omnibus ſubſtitutionibus eadem ratio conſiſtit &c. —

Quòd verò ab adjectione d. Clauſulæ *vulgariter, & per fideicommiſſum*, in ſubſtitutione deſcendentium Fauſti, reſpectu perſonæ Silvii, arguatur voluntas Teſtatoris non ſubſtituendi per fideicommiſſum eoſdem deſcendentes reſpectu perſonæ Fauſti, dum in hoc caſu d. clauſula repetita non fuit, non ſubſiſtit, nam cum Teſtator in eadem oratione copulativè ordinaverit præſuppoſitas geminas ſubſtitutiones deſcendentium à Fauſto, ſcilicèt reſpectu 29 Silvii, & reſpectu perſonæ Fauſti, optimè agnovit, quòd ab iiſdem verbis, & clauſulis de Jure determinari debebant ambæ ſubſtitutiones, cum ſingulari repetitione verborum, & clauſularum, & propterea cum non egeret verba expreſſa repetere, quæ de Jure in eadem oratione, & periodo ſubintelligebantur, ceſſat argumentum, à diſcretiva oratione, & locutione deſumptum, ut in 30 ſimili dixit *Rot. coram Emerix Jun. deciſ.* 1091. *ſub num.* 23 *&* 24. *& dec.* 1265. *num.* 8. §. *Minùs, verſ. tum etiam quia, & in rec. dec.* 17. *num.* 19. *part.* 16. *& in Romana Fideicommiſſi de Avila* 23. *Januarii* 1696. §. *finali, coram bon. mem. Fin.* & in terminis Theoricæ Cumanæ, *Rot. Florentina in ſæpè laudata Florentina Donationis de Medices* 15. *Septembris* 1682. §. *Nec obſtat quòd in prima vocatione filiorum, cum duobus ſeqq. coram Illuſtriſſ. D. Audit. Fineri. Rot. coram Seraphin. d. dec.* 934. *num.* 17. *verſ. decere autem. Ubald. d. dec.* 313. *num.* 9.

Quòd ſi aliàs diceretur, eſſet in libera poteſtate Gravati evertere fideicommiſſum, alienando bona, illaque in extraneos ad ejus libitum transferendo, abſque eo quòd poſſent ſubſtituti alienationes, & diſtractiones revocare, nam non iſti eſſent hæredes ultimi, & cum in hac Civitate hæredes non gaudeant
17 beneficio Inventarii, reſiſtente diſpoſitione *Statuti Senen. ſub rubr. de temp. ad deliberan. cap. 130. diſt. 2.* de quo *Phanuc.* olim hujus noſtri Tribunalis Audit. *de Inventar. part. 6. num. 134. & alii paſſim,* iis permiſſum non eſſet factum eorum Auctoris defuncti impugnare, ſed illud ratum habere tenerentur. aut non eſſent ipſius hæredes, & deficiente hac qualitate, quatenus copulativè in eis requireretur, ſuccedere non poſſent in fideicommiſſo, & bona evaderent libera, atque in extraneos transferri poſſent, ſicque ſubſtitutiones, & fideicommiſſa redderentur eluſoria, & remanerent de vento, ut appoſitè ad
18 rem noſtram conſiderant *Hodiern. ad Surd. d. deciſ. 85. num. 19. & ſeqq.,* ubi, quòd ita fuit judicatum per S. Conſilium Neapolitanum, & per Magnam Curiam Vicariæ. *Roſa conſult. 44. ſub num. 13. Franch. dec. 253. num. 15. & 16. aliiq. Addentes, ſupra citato n. 12.* Quod cum etiam poſſit capiendo interpretationem, hæredibus ſanguinis favorabilem, meritò iſta amplectenda eſt ad abſurdum evitandum.

Reſponſione non attenta, quòd ubi præcedit genus, & ſubſequitur ſpecies, puta, quia primo vocentur hæredes, & poſtea deſcendentes, tunc nomen *deſcendentes* non ſtet declarativè ad præcedens, ſed potius nomen hæredis ſtet qualificativè reſpectu verbi *deſcendentes*
19 ſubſequentis, adeout requirat concurſum utriuſque copulati, licèt ſecus eſſet, quando præcederet ſpecies, & ſubſequeretur genus, ex firmatis per *Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 144. n. 6. Rot. cor. Cerr. dec. 444. n. 5. & ſeqq.*

Quoniam in caſu præſenti difficultas tollitur ex facto, dum Teſtator noluit deſcendentes habere qualitatem hæreditariam reſpectu ultimi defuncti, ſed ſolùm reſpectu Paulli, ut dictum eſt n. 14. & 15. Et tamen ex abundanti ſubdebam Dominis, quòd ſupradicta opinio *Card. de Luc.* non eſt omninò pacifica, cum Auctoritatibus, & ratione
20 deſtituta remaneat, ipſe enim ad id aſſerendum ſe fundat in *conſ. 13. Capilla n. 4. & 5. Odd. conſ. 46. n. 14. & 15. Peregrin. de Fideicomm. art. 31. n. 48. verſic. licèt alibi. Fuſar. de Subſtit. quaeſt. 339. n. 70. & quaeſt. 340. n. 14.* qui ejus aſſumptum nullo modo comprobant. *Capill.* enim *d. n. 4. & 5.* ſolum in objectis primæ quæſtionis, ab eo in dicto conſilio reſolutæ, dicit, quòd quando eſt facta mentio filiorum, vel hæredum, in re tranſmiſſibili ad hæredes, vel filios, adjectio filii habetur pro ſupervacua; ſed deſcendendo poſtea ad reſolutionem objectorum, quæ ſibi propoſuit in *d. n. 4. & 5.* expreſsè firmat, quòd quando fuerunt vocati hæredes, & deſcendentes, tunc quia præcedit genus, & ſequitur ſpecies, verbum *deſcendentes* ſtat declarativè, limitando, & reſtringendo genus, & copula *et*, exponitur pro *idest*, ut videre eſt *in n. 10. & ſeqq. uſq. ad n. 16.* Et quamvis in examine ſecundi dubii idem *Capil. num. 32. & ſub n. 37.* dicat, in donatione facta Patri cenſeri dumtaxat quæſitum jus filiis, dummodo ſint hæredes, tamen in caſu ſuo data fuerat Patri libera facultas diſponendi de re donata, tanquam de re propria, ſicut ei videretur, abſque con-

tra-

traditione alicujus perſonæ mundi, ut in facti ſpecie, in principio d. *Conſilii re-* *cenſita*, & *n.*29. aliæque concurrebant particulares circumſtantiæ, inter quas valdè conſiderabilis eſt illa, deſumpta ex ratione ſubjectæ materiæ, dum agebatur de contractu donationis, in quo, ſicut in aliis omnibus, quia ſtrictiùs proceditur, & verba non impropriantur, appellatione hæredis non veniunt hæredes ſanguinis, ſi non ſint hæredes
21 bonorum, licèt ſecus ſit in ultimis voluntatibus, in quibus verba latiùs interpretantur, ut in noſtris terminis conſiderant, & diſtinguunt *Rota. conſ.*174 *ſub n.*21 *lib.*2. *Peregrin. de Fideicom. d. art.*31. *n.*9. *in fin. Caſtil. de Conject. ult. volunt. lib.*5.*d.controv.*96. *ſub n.*33. *verſ. Primo etiam Sfortia Oddaſ. Roſa conſult.*44. *num.*18. *Rota in rec. dec.*169.*n.*7. *part.*14.

Accedente etiam, quòd in contractibus, Pater, & Aſcendens non præſumitur ſtipulari pro filio ſimpliciter, ſed pro filio uti hærede, cum hoc ſit ei magis proficuum, ut hæredem habeat,
22 qui ejus voluntatem adimpleat, ut proſequitur *Peregrin. de Fideicom. citat. artic.*31. *n.*13. *Caſtil. d. contr.*96. *ſub n.*33. *circa med. verſ. ſi verò agatur de re tranſitoria ad hæredes extraneos*, & pluribus relatis plenè *Rota in Romana Fideicommiſſi* 11. *Decembris* 1702. §. *In ſecundo autem*, *cor. R. P. D. Molines*.

Peregr. de Fideic. art. 32. *n.*26. propoſita
23 ſibi quæſtione, an appellatione hæredis veniant hæredes etiam extranei, eam multipliciter limitat, & inter alias limitationes *n.*48. adducit illam, quòd vocatis hæredibus, & deſcendentibus, veniunt
24 ſolùm hæredes, qui ſunt de deſcendentibus (hoc eſt hæredes habentes qualitatem hæreditariam ſanguinis,) licèt, ſi ſubſtituti fuiſſent deſcendentes, & hæredes, venirent etiam extranei, & in hunc ſenſum dicta per *Peregrin. d. num.*48. intelligunt *Barboſ. appellat.* 113. *num.*13. *Barry de Succeſſ. lib.*8. *tit.*7. *num.*32. *poſt med. verſic. quarta limitatio eſt. Caſtil. controv.* 96. *n.* 24. & 25. *lib.*5. ſed nullo modo ibidem *Peregrinus* determinat aliam quæſtionem, an deſcendentes neceſſe ſit eſſe hæredes bonorum, quam ſolùm tractat in eodem *art.*32. *num.*9. & *ſub num.*43. *verſ. quia cum hæredis nomen*, & *conſ.*31. *num.*11. *lib.*2. & *conſ.*59. *ſub n.*6. *lib.*5. eamque reſolvit negativè.

Fuſarius eſt de directo contrarius
25 propoſitioni, quam firmat *De Luca*, ut videre eſt *in quæſt.*340. *à n.*1 *ad* 10., & quamvis *n.*14 dicat requiri, quòd volens ſuccedere ſit hæres bonorum, quando fuerunt ſubſtituti hæredes, & ſucceſſores, quod ſimpliciter etiam dicit *Oddus d. conſ.*46. *num.*14. & 15. tamen nos non ſumus in hoc caſu, & nihilominus in hac etiam hypotheſi, à noſtra diverſa, vocatis hæredibus, & ſucceſſoribus, ex conjecturata præſertim mente Teſtatoris, veniunt ſolùm hæredes
26 ſanguinis in ultimis voluntatibus, abſque eo quòd illi ſint hæredes bonorum. *Bonal. d. conſ.*61. *num.*18. *Roſa conſult.*44. *num.*8. 15. & 17. *Mell. ad Caſtil. de Alim. cap.*70. §.9. *n.*1 & 2. *Hodiern. ad Surd. dec.*85. *ſub num.*15. & 17. *Hieron. Maſſanus in divrſ. Rot. Januæ impreſ. apud Baldas. Dec. & Rot. Judic. tit.*3. *dec.*49. *n.*1. & 2. & ex profeſſo tenuit *Rot. cor. Cerro d. dec.*513. *ex num.*2. 4. & 5. & *in rec. dec.*179.*num.*1. *part.*6. & dixit etiam eadem *Rot. in Romana Donationis, ſeu Primogenituræ de Aldobrandinis* 10. *Junii* 1697. §. *Idque potiſſimum*, *cor. Urſino*, & *in Romana Redintegrationis Primogenituræ* 4. *Februarii* 1699. §. *Hæc autem*, *coram R.P.D. Lancetta*, & ulteriùs *Fuſarius* loquitur, & intelligi debet, quando
27 non verſamur in fideicommiſſo ſucceſſivo, & perpetuo, ut eum explicat *Bonell.d.conſ.*61.*n.*16.

Sic etiam nihil concludit auctoritas ejuſdem *Fuſar. in d.q.*359.*n.*70., quia ibi duntaxat dicit, extraneos non poſſe ſuccedere, ſed ſolùm deſcendentes,
28 quando fuerunt vocati hæredes, & deſcendentes, ad differentiam ſubſtitutionis deſcendentium, & hæredum, in qua etiam extranei admittuntur.

Minùs concludit ratio, quæ movetur *de Luca*, quòd ſcilicet, quando præcedit genus, & ſubſequitur ſpecies, genus ſtet qualificativè ad ſpeciem, non declarativè quoniam imò quando
29 ſpecies eſt poſita poſt genus, & copulata mediante dictione *Et*, tunc ſpecies cenſetur poſita expoſitivè, & declarativè, cum ſpecies deroget generi, illudque comprimat, & reſtringat, ut

30 in terminis verborum *hæredibus*, *&* *deſcendentibus*, *Capell. conſ.* 15. *num.* 10. *ubique Addens. lit. A. Andreol. contr.* 68. *num.* 30. *&* 31. *juncto n.* 23 *Poſth. Dec. Bonon.* 63. *num.* 161. *&* 162 *Rot. coram Emerix Jun. dec.* 398. *num.* 7. de verbis hæredibus, & filiis *Aldobr. reſolut.* 73. *num.* 64. de verbis hæredibus, & maſculis *Spinell. dec.* 75. *ſub n.* 38. de verbis liberis, & filiis *Menoch. conſ.* 318. *n.* 25. *Aldobr. reſolut.* 90. *num.* 41, & de verbis familia, & deſcendentibus, quòd verbum ſpeciale ſtet reſtrictivè ad familiam effectivam, excludatque tranſverſales *Giovagn. conſ.* 39. *num.* 22 *lib.* 1. & generaliter, quod verbum ſpeciale ſubſequens deroget generi, & ſtet declarativè ad
31 illud, itaut copula *et*, inter genus, & ſpeciem appoſita, exponatur pro *idest*, exemplificando in aliis orationibus, & verbis ſimilibus, per plures Textus, quos allegat, firmat *Caſtill. de Conject. ult. voluntat. lib.* 5. *contr.* 95. *num.* 1. *& plur. ſeqq. Oddus conſ.* 45. *num.* 45. *Simon. de Praet. de Interpret. ultim. volunt. lib.* 2. *interpretat.* 4. *dub.* 1. *ſolut.* 3 *n.* 7. *fol.* 300. *ſecundum impreſſ. Francofurt. Altogr. conſ.* 79. *n.* 16. *lib.* 2 *Giovagn. reſpon.* 43. *num.* 9. *&* 25. *lib.* 1 *Barboſ. dict.* 210. *num.* 27. *&* 36. *Capon. diſcept.* 149. *ſub n.* 34. *&* 38. *Palm. Nepos allegat.* 314. *num.* 4. *&* 5. *Addens. ad Burat. dec.* 397. *num.* 16. *Rot. cor. Dunozet. Jun. dec.* 208. *num.* 11. *& ſeqq. Buch. dec.* 634. *num.* 9. *Corr. dec.* 368. *num.* 21 *Emerix Jun. dec.* 1216. *num.* 7. *inter diverſor. dec* 366. *num.* 2. *&* 16. *par.* 2. *in rec. dec.* 38. *num.* 12 *par.* 6. *deciſ.* 173. *num.* 35 *par.* 7. *deciſ.* 181. *num.* 21. *&* 22. *par.* 11. *dec.* 351. *num.* 45. *& ſeqq. & deciſ.* 615. *n.* 21. *par.* 19. *& poſt Torr. de Paſtis Futur. Succeſſ. dec.* 122. *num.* 17 *&* 18.

Præcipuè quando, ſi diverſa caperetur intelligentia, Fœminæ de Agnatione Teſtatoris, & deſcendentes à Fauſto, excluſæ remanerent à perſona omninò Teſtatori extraneo, quod tamquam
32 abſurdum, & contra veriſimilem voluntatem Teſtatoris conſiderant Auctoritates ſupra relatæ *n.* 6. *& ſeqq.*

Ac proinde, concurrente neceſſitate evitandi hoc abſurdum, & ſe uniformandi veriſimili voluntati Teſtatoris, verbum ſpeciale ſubſequens intelligi
33 debere expoſitivè, & declarativè, reſpectu verbi generalis, præcedentèr appoſiti, firmat idem *De Luc. de Fideicommiſſ. d. diſc.* 144. *ſub n.* 6. *§. Admittebam, verſ. conſequenter*, *& ſub n.* 7. *§. Dixeram, verſ. vel ubi agerentur. Rota coram Corr. d. dec.* 444. *n.* 4., & pro *idest* accipi copulam *Et*, cujus natura à cir-
34 cumſtantiis, & negocii qualitate regulatur, in his terminis, *Poſth. d. dec.* 163. *num.* 164. cum ab illis reſultet comprobata voluntas Teſtatoris, quæ ſicut in omnibus aliis materiis, ita in illa, de qua agitur, totum facit, ut in ſpecie
35 conſiderat *Card. De Luc. de Dote diſc.* 91. *num.* 4.

Et in omnem caſum, quatenus prædicta opinio *Card. de Luc.* haberet ſubſiſtentiam, adhuc, pro præſentis Cauſæ reſolutione, ſatisfecit DD. reſponſio, quòd ad effectum, de quo agitur, ſatis eſt dd. DD. Sorores habere qualitatem hæreditariam ſanguinis, & honorum habitu, & in potentia, quia ſcilicet hæ-
36 reditatem non repudiaverint, nec per eas ſteterit, quominus hæredes fuiſſent, ſi eis hæreditas ultimi aliquo modo fuiſſet delata, ut poſt plures, quos refert, tradit *Beuell. d. conſ.* 61. *num.* 19. *De Luc. de Fideicom. diſc.* 145. *num.* 7. *verſ. in Curia tamen Romana.* Dominus, & olim Collega meus *Peton. diſcept.* 4. *n.* 4. *ubique Rot. num.* 15. *& in rec. dec.* 217. *num.* 20. *&* 21. *par.* 6. *& coram Corr. d. deciſ.* 513. *num.* 5. *aliaque ſuperius citati num.* 13. quibus addi poteſt in puncto vocationis hæredum, & deſcendentium *Caval. d. conſ.* 38. *n.* 8. *fol. mihi* 224.

Parvipenſa diſtinctione, adducta à *De Luc. in d. diſc.* 144. *de Fideicommiſſ. num.* 7. *§. Dixeram quoad alterum*, quòd ſcilicet qualitas hæreditaria habitualis
37 ſufficiat, quando illa eſt requiſita à *Lege*, non verò ſi requiratur à diſpoſitione hominis. Tum quia *Menoch. conſ.* 938. *num.* 15. *& ſeqq. & Faſar. d. q.* 140. *ſub num.* 1. ab ipſo citati, id non probant dum *Faſarius d. n.* 1. clariſſimè dicit totum oppoſitum, *& Menoch. d. n.* 15. non facit talem diſtinctionem, ſed ſolùm firmat, verbum *hæredes*, quando reſtringitur ad Deſcendentes, intelligi debere de hæredibus actu, & habitu, quæ concluſio in puris terminis ſubſtitutionis factæ de hærede, quando ſumus in
38 ultimis voluntatibus, impugnatur per *Peregr. conſ.* 31. *num.* 32. *lib.* 1. *De Luc. de*

Fi-

Fideicomm. diſc.145. n.6. in fin.& num.7.
verſic. verum alter. *De Luca ad Franch.*
dec.525. num.5. in fin. verſic. & ſi quær-
tur. Rurſus *Menochius eodem n.13. verſic.*
3. & ultimo, dicit, verbum *hæredem* non
fuiſſe de per ſe poſitum, ſed cum alio,
& *ſucceſſorem univerſalem*, ex quo ipſe
39 infert, quòd cum fuerint vocati hære-
des, & ſucceſſores in univerſum, hoc
verificari non poſſit, niſi adita ab eis
fuerit hæreditas, & ſucceſſio, qui non
eſt caſus noſter.

Tum etiam quia dicta diſtinctio de
directo adverſatur tot, tantiſque Au-
ctoritatibus, ſuperiùs citatis n.36., quæ
omnes loquuntur in fideicommiſſis, &
diſpoſitione teſtamentaria, ut ex earum
lectura patet. Iſtamque veritatem etiam
comprobat exemplum Juriſpatronatus
mixti, in quo licèt qualitas hæreditaria
requiſita ſit ex diſpoſitione hominis, ta-
40 men ſatis eſt præſentare volentem eſſe
hæredem habitu, & in potentia *juxta*
Auctoritates ſupra relatas n.13.

Deciſio verò coram Cerro 444. n.5. & 6.
& ſeqq. & n.10. & 11. emanavit in ea-
dem Cauſa, in qua ſcripſit *De Luca d.*
diſc.144. & movetur ex iiſdem Aucto-
ritatibus, & principiis, magnaſque ha-
buit difficultates, dum ob diſcrepan-
tiam Votorum nulla in primis Propo-
41 ſitionibus capi potuit reſolutio, & poſt
editam Deciſionem, forſan Pars dubitans
de illius ſubſiſtentia, eam in Rota re-
proponi non curavit, ſed devenit ad
tranſactionem, ut teſtatur *De Luc. d. diſ-*
curſ.144. ſub n.7. §. Et ex his poſt binam
Propoſitionem.

Ideo cautè intelligenda venit *d. de-*
ciſio, nam in puris terminis, in quibus
illa emanavit, juſta potuit eſſe reſolutio,
ſed diverſis caſibus non applicabilis, in
caſu quippe *d. diſc.144. Cardin. de Luc.*
& dec. Cerri 444. concurrebat, nedum
obſervantia pro excluſione perſonæ,
non habentis qualitatem hæreditariam
actu, dum illa per triginta annos, qui-
bus ſupervixit poſt apertum fideicom-
miſſum, nunquam ſucceſſionem præten-
dit, nec petiit, ſed solùm illius hæres,
ut teſtatur, idem *De Luc. d. diſc.144. ſub*
n.7. §. final. Rot. cor. Cerro citat. dec.444.
ſub n.11. verſic. imò contrarium, & in
hac etiam circumſtantia uterque ſe
fundat, prout re vera de ea maximum

eſt faciendum fundamentum, cum ad
42 effectum dignoſcendi, an deſcendentes
debeant eſſe hæredes ſanguinis, vel
bonorum, multum ſit deferendum ob-
ſervantiæ in ſpecie *Rodolphin. alleg 140.*
num.6. Rot. in rec. dec.169. num.3. & 8.
part.14. Quodque plus eſt, perſona ex-
cluſa, facto poſitivo declaravit, non adi-
viſſe, nec velle adire hęreditatem, ut
conſideratur in *d. dec.444. coram Cerro*
ſub num.11. verſic. imò contrarium, in
quibus terminis extra dubium eſt, deſ-
cendentes à ſucceſſione repelli; ut
enim admittantur, omninò neceſſe eſt,
quòd ultra qualitatem deſcendentiæ,
ſint etiam hæredes habitu, ac in poten-
43 tia, quòdque hæreditatem delatam non
repudiaverint. *Rot. cor. Cerro. dec.1782.*
num.6. & in rec. d. dec 217. num.12. p.6.
& in Romana, ſeu Parmen. Juris Patrona-
tus 9. Junii 1700. §. Quemadmodum, cor.
R.P.D. Molines.

Sed etiam concertabant inter ſe deſ-
cendentes, quorum aliqui habebant
qualitatem hæreditariam actualem,
alii illa carebant, & in talibus circum-
ſtantiis verum eſt, deſcendentem, pol-
lentem utraque qualitate deſcendentiæ,
& hæredis actu rei familiaris, præferen-
dum eſſe alteri deſcendenti, pollenti ſo-
lùm qualitate hæreditaria habitu,
44 & in potentia, cum quantum poſſi-
bile eſt qualitas hæreditaria verificari
debeat in potentiori ſignificatu, & ſic
potiùs in hærede actu, & habitu, quàm
in ſolo hærede habitu, quando deſcen-
dentes inter ſe concurrunt, ut ponde-
rant *Card. De Luc. de Fideicom. diſc.258.*
ſub n.2 in fin. & ſub n.3. verſ. non tamen,
& verſic. atque tunc ſola qualitas, Sic-
que ille caſus non eſt cum noſtro pa-
rificandus, in quo hæres extraneus petit
ſucceſſionem ad excluſionem fœmina-
rum Deſcendentium, & Agnatarum,
ut dictum eſt.

Et demum inapplicabilis redditur ea-
dem *dec.444. coram Cerro*, quia in illius
caſu Teſtator hæredem inſtituit Caſa-
rem, ex prædefuncto filio Nepotem, ei-
que ſine filiis decedenti ſubſtituit ſuos
Nepotes ex duobus Fratribus, per ea
verba – *ſoſtitui per la metà di tutte le ſue*
ſoſtanze gli Eredi, e figliuoli del Capitano
Mellio Sotoli, Fratello di d. Teſtatore, e
per l'altra metà Meſſer Camillo Marſi.
Ni-

Nipote di eſſo Teſtatore. Ex his enim verbis reſultat, Teſtatorem voluiſſe ſubſtituere Nepotes ex Fratribus, neque fideicommiſſum ad ulteriores deſcendentes prorogare, quod agnoverunt etiam dd. Nepotes, qui, quamvis hæredes Matris, non egerunt ex eorum perſona propria ad dictam hæreditatem, ſed ex perſona Hieronymæ Seculæ, filiæ d. Capitanei, eorum Matris; Quando autem non verſemur in fideicommiſſo ſucceſſivo, & perpetuo, tunc cum ceſſet ratio everſionis fideicommiſſi, quæ fieri poſſet ab hærede gravato in præjudicium ſubſtitutorum, vera eſt concluſio, quòd requiratur non dum qualitas deſcendentiæ, ſed
45 etiam hæreditatis actualis, à qua ſolum exempti ſunt deſcendentes in fideicommiſſis perpetuis, & habentibus tractum ſucceſſivum, ut diſtinguunt *Peregrin. conſ. 68. num. 4. verſic. & haec in ſimplici, lib. 3. Bonell. d. conſil. 61. num. 16. verſ. tum quia agitur de diſpoſitione perpetua, & ſucceſſiva. Dec. Sardinia 36. num. 2. & 7. aliiſque ſuperiùs citatis n. 12.*

Eadem laborat inſubſiſtentia, quòd nomen hæredis eſſet ſuperfluum, ſi junctum cum verbo *deſcendentes*, reſtringi deberet ad hæredes ſanguinis, quia iſti omnes comprehenſi erant ſub ſimplici nomine deſcendentium. Quoniam
46 vocatis deſcendentibus ſimpliciter, ſi plures ex iſtis adeſſent, omnes admitterentur, ſive illi eſſent hæredes, ſive non, ſed ſuperaddito verbo *Hæredes*, ſi aliqui deſcendentes haberent qualitatem hæreditariam, & aliqui noluiſſent eſſe hæredes, iſti concurrere cum illis non poſſent ad ſucceſſionem, ut ſupra firmatum eſt. Rurſus cum Teſtator voluerit Maſculos, & Fœminas vocare, ſed iſtas ſolùm ſuccedere Maſculis deficientibus, ut inconcuſſa etiam obſervantia docuit, conſultò ſubſtituit hæredes, & deſcendentes, ut dignoſceretur,
47 ejus voluntatem fuiſſe admittere fœminas ſolùm de tempore, quo defectu maſculis poterant eſſe hæredes, ut in ſpecie objecto reſpondet *Andreol. d. controv. 68. n. 32.*

Et ita utraque &c.

Eadem ſuper Mobilibus, & Animalibus.

Jovis 29. Martii 1708.

A R G U M E N T U M.

Mobilia, ceſſante caſu conſumptionis, vel naturalis peremptionis, veniunt in reſtitutione Fideicommiſſi. Animalia quoque, Gregem, vel Armentum conſtituentia, ſeu deſtinata ad culturam pro ſervitio fundi.

S U M M A R I U M.

1 *Adveniente caſu fideicommiſſi, hæres gravatus teneretur reddere rationem de mobilibus, in hæreditate Teſtatoris remanſis, niſi excuſetur ex juxta cauſa conſumptionis, vel naturalis peremptionis.*

2 *Mobilia, inter bona hæreditaria connumerantur.*

3 *Et hæres gravatus tenetur de eiſdem reddere rationem, & reſtituere Fideicommiſſario.*

4 *Etiam ſi lapſum ſit longiſſimum tempus. Et tam ſi agatur de Pretioſis mobilibus, quàm vulgaribus, ibidem.*

5 *Ubi agitur de Animalibus, conſtituentibus Gregem, aut Armentum, hæres gravatus tenetur ſubrogare nova capita demortuis*, & numer. 7. 8. 10. 16. 18. & 20.

6 *Hujuſmodi Animalia cadunt ſub fideicommiſſo, & hæres gravatus debet ea ſubſtitutis reſtituere*, & num. 7. 9. 16.

11 *Etiamſi de tempore reſtitutionis excreverint; quia augmentum Gregis cedit commodo ſubſtituti.*

12 *Animalia, deſtinata ad culturam pro ſervitio fundi, dicuntur Inſtrumenta neceſſaria, & pars fundi, & veniunt in fideicommiſſo*, & n. 14.

13 *Vel ſi ad multiplicandum, aut ſtercorandum, pariter inſtrumenta fundi dicuntur*, & n. 14.

15 *Etiamſi non conſtituant Gregem, dummodò conſtituant fundum inſtructum, non ſemper veniunt in reſtitutione*, & numer. 17.

18 *Quem fundum inſtructum, gravatus tenetur manutenere cum Animalibus neceſſariis.*

19 *Animalia, exiſtentia in bonis fideicommiſſariis*

[illegible] tempore reſtitutionis Fideicommiſſi eodem ſub reſtitutione, quæ præſumantur nata ex antiquis, & in locum demortuorum ſubrogata, & num. 22. & 23.

20 *Et ſtante obligatione ſubrogandi, non potiſt allegare gravatus mortem Animalium, quando ſunt de illis, ad quorum ſubrogationem gravatus tenetur, alids ſecus, & n. 21. & 22.*

DECISIO XXXIII.

Stabilita juſtitia immiſſionis, conceſſa ſuper Prędiis, de quibus agitur, Nob. DD. Comitiſſæ Thereſiæ, nuptæ Nob. D. Equiti, & Comiti Mario Ptolomeo, Iſabellæ Uxori Nob. D. Philippi Sergardi, & Mariæ Magdalenæ nuptæ Nob. D. Hieronymo Picolomineo de [illegible], ex rationibus fusè deductis in geminis Deciſionibus ſub hac eadem die à Me extenſis, quamvis opus non videretur ulteriorem laborem aſſumere circa mobilia, & animalia, in iiſdem Prædiis exiſtentia, ad quæ eædem DD. Sorores immiſſionem paritèr expoſcebant, ex quo pro parte Defenſorum Nob. D. Virginiæ Pieri, Uxoris Nob. D. Stephani Dei, nulla circa illorum reſtitutionem data fuit exceptio, tamen quia veritas, ad inſtar aromatum, quo magis conteritur, eo magis flagrat, & redolet, illiuſque lumen, velut è ſpeculo ſolaribus radiis repercuſſo, fulgentiùs diffunditur, ideò facto etiam à me verbo in Rota ſuper iiſdem mobilibus, & animalibus, aſſumptaque per DD. ſuper hoc puncto formitèr diſcuſſione, concluſum fuit, etiam ſuper illis dandam eſſe immiſſionem, juxta modum, inferiùs ſubnectendum.

Quo enim ad mobilia, exiſtentia in domibus dictorum Prædiorum, ea quæ dicuntur ſolidioris materiæ, prout ſunt Tabulę pictæ, vaſa ænea, aliaque utenſilia lignea, ferrea, ærea, & his ſimilia, quę à Gravato acquiſita non fuerunt, cenſuimus venire in reſtitutionem Fideicommiſſi, cum enim hęres gravatus, adveniente caſu reſtitutionis Fideicommiſſi, teneatur Fideicommiſſario rationem reddere de omnibus iis, quæ in hęreditate Teſtatoris relicta fuerunt, niſi eum excuſet aliqua juſta cauſa con-
1 ſumptionis, & naturalis, & non culpoſæ peremptionis *l. cum tale §. Titius ff. de condit. & demonſtrat. Merlin. de Legitim. lib. 2. tit. 2. q. 6. num. 4. Rot. in Romana Fideicommiſſi Matei de Rubalo ſuper Mobilibus 23. Januarii 1702. §. Et tertio, cor. dell' Olmo.*

Et hujuſmodi mobilia inter bona
2 hæreditaria connumerentur, ut proſequitur *Merlin. de Legit. d. lib. 2. tit. 2. quæſt. 6. n. 5.*

Hinc ſequitur, quòd ad inſtar aliarum rerum hęreditariarum, illa veniant in reſtitutione Fideicommiſſi, & de eis
3 teneatur Gravatus rationem reddere. *Peregrin. de Fideicomm. art. 10. num. 43. & dec. 64. num. 1. & dec. 99. num. 15. Fuſar. de Subſtit. quæſt. 624. num. 1. Merlin. de Legit. lib. 2. d. tit. 2. quæſt. 6. num. 5. Cyriac. contr. 16. num. 3.*, ubi multiplicitèr exemplificat. *De Luc. de Fideicomm. diſc. 130. num. 14. Rot. coram Gregor. dec. 183. n. 1. & 2. Penal. dec. 119. num. 11. & dec. 347. num. 10. Peutinger. dec. 230. num. 7. in recen. dec. 317. num. 6. part. 18. & in Romana Fideicommiſſi Matei de Rubalo ſuper Mobilibus 3. Januarii 1701. §. Et è converſo, cum 3. ſeqq. cor. dell' Olmo*, ubi, quòd hoc procedit etiamſi lapſum fuiſſet longiſſimum tem-
4 pus, & tam in caſu, quo ageretur de picturis nobilibus, quàm de aliis vulgaribus. *Ferrarien. ſeu Aurentana Fideicommiſſi ſuper Fructibus 9. Junii 1704. §. Succedebat, & ſeq. cor. R. P. D. meo Anſaldo, & in Romana, ſeu Ceſenaten. Fideicommiſſi 16 Maji 1704. §. finali, & in eadem ſuper Mobilibus 15. Maji 1705. §. Et quidem, cor. R. P. D. Lancetta.*

Quò verò ad animalia, aut iſta ſunt de illis, quæ conſtituunt gregem, & armenta, & cum hæres gravatus pro iiſdem conſervandis teneatur nova ca-
5 pita in locum demortuorum ſubrogare *§. Sed ſi gregis 38. Inſtit. de rer. diviſ. & acquirend. ipſarum dominio, & in l. vetus 75. §. Fetus ff. de uſufructu. Gail. de Fructibus diſput. 16. artic. 1. num. 31. Rot. in Romana Immiſſionis 3. Februarii 1702. §. In quem ſenſum, & 2. Martii 1703. §. Probatio, cor. Rev. P. D. Molines, & in Romana Reſtitutionis Hæreditatis*

ſuper reſervatis 25. *Junii* 1703. §. *Et pro*
faciliori, *coram Lancetta*, cadunt ſub fi-
deicommiſſo, & Gravato incumbit
6 onus illa reſtituendi ſubſtituto *Gratus*
conſ. 16. *ex num.* 30. *De Luc. de Fideicom-*
miſſis in ſum. num. 111. *Rot. in Maceraten.*
Fideicommiſſi 2. *Maji* 1695. §. *Prout*, *co-*
ram Molines d. Romana Reſtitutionis Hæ-
reditatis ſuper reſervatis 25. *Junii* 1703.
§. *Et faciliori*, *coram Lancetta*, ibi — &
„ pro faciliori reſolutione primę par-
„ tis dubii reſpicientis mandatum,
„ quoad animalia, DD. inhærentes me-
„ thodo per Peritum retenta, eadem
„ in tres claſſes diviſerunt, quarum
7 „ prima continet animalia tempore obi-
„ tus Ducis Joannis exiſtentia, quæ
„ Gregem conſtituunt, & deſignantur
„ in peritia, & horum reſpectu cum
„ regulare ſit, quòd hæres gravatus il-
„ la vocatis reſtituere tenetur, & habet
„ obligationem ex fœtibus nova capita
„ in locum demortuorum ſubrogandi
„ adnotata per Scribentes in §. *Sed ſi*
„ *Gregis* 38. *Inſtit. tit. de rer. diviſ.* &
„ *acquiren. ipſarum dominio* — *confirmata*
25. *Junii* 1703. §. *Superest partita anima-*
lium, *cor. eodem*, & fuit deciſum hic Se-
nis in *Senen. Fideicommiſſi*, & *Detractio-*
nem 19. *Novembris* 1698. §. *Ratio verò*,
cor. D. Farſetto, ibi — ratio verò qua-
„ re beſtiamina quoque tanquam fi-
„ deicommiſſaria judicaverim, ea fuit,
„ quia ex Inventario tutelari D. Aloyſii
„ conſtabat de beſtiaminibus in hære-
„ ditate repertis, aſcendentibus ad con-
„ ſimile pretium, ac conſiſtentibus pro
„ majori quantitate in capitibus gre-
„ gatim paſcentibus, atque in aliis Ar-
„ mentis Groſſis, ad quorum ſubro-
„ gationem cum D. Cæſar teneretur,
„ nec ea aliquo caſu periiſſe doceretur
8 „ ex *Mangil. de Imputationibus quæſt.* 136
„ *num.* 74. *cum ſeqq.* præſumptio paritèr
„ pro ſecuta ſubrogatione aſerebatur,
9 „ atque ita quòd fideicommiſſo adſtricta
„ cenſenda eſſent *ad text. in l. verus* 68.
„ §. *final. cum l. ſeq. in l. bellimus* 8. *in l.*
„ *agri* 24. *ff. de uſufruct. De Luc. de Cre-*
„ *dit. diſc.* 33. *ſub num.* 31, nec ad ali-
„ ter ſentiendum me moverunt alla-
„ ta per *Pontirolum d. cap.* 1. *num.* 178.
„ *cum ſeqq. poſt Sabell. in ſum. tom.* 1. Si-
„ quidem per *Peregr. Marſin.* atque alios
„ ab ipſo citatos agitur ſolum quæſtio,
„ an peremptio Animalium abſque do-
„ lo, & culpa Gravati cedat ipſius dam-
„ no, quòd nihil commune habet cum
10 „ ſubrogatione, ad quam cum ex di-
„ ctis teneatur, ea non ſecuta, ſi ani-
„ malia eſſe deſinant, non excuſabitur
„ deficiens in his, circa quæ in rebus
„ ſuis non defeciſſet, probat literalis
„ *textus in l. Molior* §. *Sed enim ff. ad*
„ *Trebell.* —

Et hoc locum habere debet etiamſi
Animalia tempore purificati fideicom-
miſſi eſſent in majori quantitate, quia
11 augumentum Gregis cedit commodo
ſubſtituti *Peregrin. de Fideicommiſ. art.* 49.
num. 55. *Rota coram Cerro. deciſ.* 1341.
num. 8.

Si verò Animalia prædicta deſtinata
ſunt ad culturam, & pro ſervitio, &
manutentione fundi, paritèr veniunt
12 reſtituenda, ex quo illa dicuntur In-
ſtrumenta neceſſaria fundi, & pars ejuſ-
dem reputantur *Gratus conſ* 16. *num.* 27.
& *ſeqq.*, ubi de animalibus deſtinatis
ad multiplicandum *De Luca de Fidei-*
13 *commiſſ in ſum. ſub n.* 111. & 112. *Manſ.*
conſult. 498. *num.* 1. & *ſeqq. Rot. in Mace-*
raten. Fideicommiſ. ſuper Animalibus 2.
Maji 1695 §. *Ratio*, *coram Rev. P. D.*
„ *Molines*, ibi — Et DD. cenſuerunt
„ Animalia exiſtentia de tempore pu-
„ rificati fideicommiſſi, ſub eo cade-
„ re, ratio decidendi deſumpta fuit,
„ ex quo de tempore mortis fideicom-
„ mittentis, in Prædiis fideicommiſſa-
„ riis, de quibus agitur, reperta fue-
„ runt animalia, quæ ibi retinebantur
„ non caſu, & ad tempus, ſed tanquam
„ deſtinata ad culturam, & exercita-
14 „ tionem eorumdem Prædiorum, ut
„ ex illis uberiores fructus percipian-
„ tur, propter quòd talia Animalia
„ dicuntur Inſtrumenta neceſſaria fun-
„ di *l. Inſtrumenta fundi l. de Grege* 9. *ff.*
„ *de fund. inſtruct.*, & reputantur pars
„ ejuſdem fundi, cui inſerviunt, ex
„ quibus ille inſtructus dicitur cum
„ ipſo fundo *l fundum terrae ff de fund.*
„ *inſtr. l. fundo* 2. *Cod. de verbor. ſignific.*
„ *Molin. de Primog. lib* 1. *cap.* 12 *n.* 10.
„ *Card. de Luc. de Servit. diſc* 34. *n.* 15.
„ *poſt princip. verſic. altera ſpecies* — &
in Anconitana, *ſeu Ferrarien. Fideicom-*
miſſi 22. *Decembris* 1698. §. *Vindicata*,
& 27. *Novembris* 1699. *coram eodem Mo-*
lines

*ſiæ Decimo, & in Romana Fideicommiſ-
ſi ſuper Detractionibus 14. Decemb. 1705.
§. finali, verſ. & demum, coram Lancet-
ta, & in Faventina. Fideicommiſſi de Ta-
rullis ſuper reformatis 20. Januarii 1706.
§. Deficiunt etiam, cor. Muto.*

Idque procedit, etiamſi hujuſmodi animalia non conſtituant gregem, cum ad hunc effectum ſatis ſit illa conſtituere fundum inſtructum, ad hoc ut pars
15 illius reputentur, & cum illo veniant in fideicommiſſi reſtitutione, *Rota in d. Maceraten. Fideicommiſſi ſuper Animalibus 2. Maji 1695. §. Prout, & ſeq. coram R. P. D. Molines*, ibi ,, Prout replicari nequit, quòd ex præfatis animalibus minutis, uti conſiſtentibus, in parvo numero non conſtituentibus propriè gregem, neque ex majoribus armentum ob rationem earum modi-
16 ,, citatis numeri, in quibus terminis habet locum ſubrogatio aliorum in locum demortuorum ad effectum reſtitutionis favore ſubſtituti ad *text. in l. dedalla 58. §. Hæreditorum ff. ad S.C. Trebell.*, & in his terminis loquuntur *Peregr. de Fideicom. art. 49. n. 65. Caſtil. de Uſufruct. cap. 17. n. 12.* Quia cum animalia controverſa conſtituant, ut dictum eſt, fundum inſtructum, ad hoc, ut veniant in reſtitutione fideicommiſſi hoc ſufficit, neque ratio habenda
17 ,, eſt, an gregem, vel armentum conſtituant, quia tam in *l. 3. ff. de fundo inſtruct.* quam in *l. 1. Cod. de verbor. ſignificat.* generalitèr ſit mentio de animalibus conſtituentibus fundum inſtructum, ex quo ſolùm capite decernitur ea venire ſub reſtitutione fideicommiſſi una cum fundo, cui ſerviunt, & conſtituunt partem integrativam, & ſine quibus ferè ſterilis, & inutilis remaneret ,,

Minimè refragante, quòd per lapſum tanti temporis, animalia præſumantur demortua naturalitèr, & abſque culpa hæredis, quo caſu mors, & deficientia cedere debet damno ſubſtituti, ſiqui-
18 dem cum Gravatus teneatur manutenere fundum inſtructum cum animalibus neceſſariis, & Gregem conſervare mediante ſubrogatione animalium in locum demortuorum *Card. de Luc. de Credit. diſc. 35. num. 31. Manſ. conſult. 275. num. 12. & 13.* qui ſcripſit in alia Cauſa *Senen. Gall. de Fructib. diſput. 16. artic. 2. num. 32. aliiſque ſuperius citatis.*

Omnia animalia, quæ de præſenti in Prædiis repertiuntur reſtituenda ſunt, quia præſumuntur nata ex antiquis, &
19 ſubrogata in locum demortuorum, ut proſequitur *Manſ. d. conſult. 275. n. 12. & ſeqq. & in d. deciſ. Senen. Fideicommiſſi, & Detractionum 19. Novembr. 1698. §. Nec ad aliter, verſ. nil relevante, coram D. Farſetto*, ibi ,, Nil relevante, quod poſt Carmen, *Foſar.* cæteroſque *Rota in dec. 197. num. 34. par. 12.* ex curſu temporis animalia demortua præſumpſerit, quia ibi allegati, vel loquuntur in aliis terminis, vel ſunt intelligendi de illis animalibus, ad quorum ſubro-
20 ,, gationem Gravatus non tenetur tamquam pro fundi inſtrumento non deſtinatis, vel gregatim non paſcentibus ,, *Rota in citat. Maceraten. Fideicommiſſi ſuper Animalibus 2. Maji 1695. §. Parum refragante, & ſeq. coram Rev. P. D. Molines*, ibi ,, Parum refragante, quòd per lapſum temporis annorum 80. decurſorum à die mortis fideicommittentis, uſque ad diem reſtitutionis fideicommiſſi, animalia na-
21 ,, turalitèr perierint ſine culpa hæredum gravatorum, ideoque de illis nullam habendam eſſe rationem in reſtitutione fideicommiſſi, ſed deperditio cadat in damnum ſubſtituti *l. Mulier §. Sed etiam ff. ad C. Trebell. Peregrin. de Fideicommiſſ. artic. 10. num. 39. Foſar. de Subſtit. quæſt. 614. num. 24. Rot. dec. 198. num. 35. par. 12.* Quoniam cum, ut dictum eſt tempore mortis fideicommittentis, animalia conſtituerent fundum inſtructum, & hoc ipſum probetur ab obſervantia ſubſecuta per longum tempus poſt mortem Teſtatoris, ex quo ſemper hæredes Gravati retinuerunt eamdem, vel majorem partem
22 ,, animalium pro prædiorum cultura, & ſtercoratione, propter quòd reſultat, quòd illa pro fideicommiſſariis habita fuerint, unde ſequitur, quod ea Animalia, quæ tempore purificationis fideicommiſſi in prædictis Prædiis reperiuntur, veniunt in illius reſtitutione, quia nata præſumuntur ex antiquis *§. Item ea Inſtit. de rerum diviſione*, & ſubrogata loco demortuorum *Gattier. de Tutel. par. 3. cap. 17.*

" num. 8. *Molin. de Primogen. lib. 1.*
" *cap.12. n.8. & 10. verſ.per ſubrogatio-*
" *nem* — .

Et in hunc modum uniformibus votis concluſum fuit &c.

Senalongen. Diviſionis.

Veneris 27. Aprilis 1708.

ARGUMENTUM.

Primogenitura, quibus conjecturis concurrentibus dicatur à Teſtatore ordinata.

SUMMARIUM.

1 *Ordinata ſucceſſione primogeniali in priori ſubſtitutione, ſtante dictione relativa* ut ſupra, *idem ordo Primogenituræ repetitus cenſetur in poſteriori.*

2 *Nec relatio fieri poteſt ad perpetuitatem, legitimitatem, & naturalitatem ſuperiùs expreſſas, ſi de iſtis in referente mentio ſpecifica facta fuit; ſed ad ordinem primogenialem in referente non expreſſum.*

3 *Vel ſaltem relatio fieri debet ad omnia, nec ab oratione referente excludi poteſt ordo primogenialis, ſuperiùs in relata expreſſus.*

4 *Vocatio primogeniti præbet argumentum præordinationis Primogenituræ.*

5 *Idque etiamſi non fuerit habitus reſpectus ad lineam, ſi fuit ſubſtitutus primogenitus, & deſcendentes alicujus, relativè ad ſubſtitutiones factas in linea alterius, cujus primogenitus certum ſit fuiſſe vocatus per viam Primogenituræ.*

6 *Prout ordinata dicitur Primogenitura, ſi poſt extinctam deſcendentiam primogeniti, eiſdem modo, & forma vocatus fuit ſecundogenitus.*

Quidditas, & eſſentia Primogenituræ ſtat in eo, quòd poſt primogenitum admittantur ejus deſcendentes primogeniti, & deinde ſecundogenitus, ibidem.

7 *Item Primogenitura dicitur inducta, ſi Teſtator plures ſubſtitutiones ordinatam, Primogenituram denominavit.*

8 *Prout inducta dicitur, ſi primogeniti in perpetuum fuerint gravati, nam tali caſu intelliguntur etiam honorati.*

DECISIO XXXIV.

ORta controverſia inter Franciſcum, & Lucam Antonium, ſuper diviſione bonorum Roberti, inter eos facienda, Partibus pluries auditis, unanimi conſenſu, reſpondimus bona prædicta ponenda eſſe in portione Franciſci, & ad eum unicè ſpectare.

Conſtitit enim de mente Teſtatoris ordinandi Primogenituram ex pluribus; & primo ex quo non ambigitur, illam expreſſè volitam fuiſſe in linea Ludovici primo loco vocati, cumque, ſecuta extinctione illius, ſubſtitutus fuerit primogenitus Dominici, & Deſcendentes illius legitimi, & naturales, ordine ſucceſſivo, & in infinitum ut ſupra: Hinc eruitur, quòd ſicut in linea Ludovici omnes fuerunt per viam Primogenituræ vocati, ita & cum eodem ordine primogeniali ſubſtituti cenſeri debent deſcendentes à primogenito Dominici, ex natura dictionis relativæ, quæ oſtendit eumdem modum, & ordinem ſuccedendi fuiſſe volitum, & repetitum, ut omiſſis generalibus, firmavit in
1 individuo *Rot. coram Emerix Junior. dec.1144. n.1. & dec.1119. num. pariter 1.*

Non obſtante, quòd verba illa *ut ſupra*, referri debeant ad alia, nempè ad perpetuitatem, & legitimitatem, ac naturalitatem, non ad ordinem primogenialem: Tum quia, cum Teſtator ſpecificè repetierit perpetuitatem, & qualitatem legitimitatis, & naturalitatis, dictio *ut ſupra*, citra vitium ſuperfluitatis ad iſta non potuit referri, ſed ad ſucceſſionem per viam Primogeni-
2 turæ, de qua in actu referente nulla mentio facta fuit, ut benè in ſpecie obſervat *Rot. poſt De Luc. de Fideic. dec.18. num.11.* ubi concordantes, *& in rec. dec.284. num.18. part.18.* Tum etiam quia, cum nulla ſit major ratio, quare dictio *ut ſupra* potiùs referri debeat ad perpetuitatem, & qualitates, quàm ad ordinem, de quibus omnibus pari modo in alia ſubſtitutione diſ-

diſpoſitum fuit; dicendum eſt, dictionem præfatam, retinere debere ejus indolem, & naturam, juxta quam omnia ſuperiùs expreſſa, & in actu relato contenta, repetere debet, ut in pro-
3 pria noſtra materia *Rot. apud Torr. Variar. Jur. Quæſt. tom.1. Miſcell. part.1. dec.17. tit.12. num.11. & in Mediolanen. Cappellaniæ 9. Maji* 1701. *§. Quodquod enim, coram Prato*, & generalitèr *Rot. coram Emer. Jun. dec.1291. num.8. & poſt De Luc. de Fideicomm. dict. deciſ.28. num.12.*

Secunda reſultat circumſtantia ex ſubſtitutione, nominatim facta de primogenito; Vocatio quippè Primogeniti præbet argumentum ordinationis
4 Primogenituræ. *Molin. de Primogenit. lib. 1. cap.5. num.39. Barbat. de Fideic. part.2. cap.9. n.39. Roxas de Incompatib. part.1. cap.7. num.4. Giurb. de Succeſſ. Feud. §.1. Gloſſ.8. num.31. Torr. de Primogenit. tom.1. cap.41. §.7. num.9. fol.758. & Variar. Jur. Quæſt. tom.1. tit.1. quæſt.5. n.18. & 19. fol.23. & quæſt.9. num.9. fol.59. & quæſt.16. num.1. & ſub num.19. fol.89. & tit.2. quæſt.41. num.1. fol.521. & poſt* hæc ſcripta in lucem editus *Calderon. reſol.34. num.13. Rot. Florentinæ apud eumdem Torr. de Primogenit. dec.2. n.3. & Rom. coram Emer. Jun. d. dec.1144. n.3. & ſeqq. & deciſ.1229. num.1. & ſeqq.*

Et quamvis in vocatione primogeniti non fuerit habitus reſpectus ad lineam, ſeu deſcendentiam; tamen cum ſubſtitutus fuerit primogenitus Dominici, & deſcendentes illius, relativè ad ſubſtitutiones factas in linea Ludovici, cu-
5 jus primogenitos jure Primogenituræ fuiſſe vocatos ambigendum non eſt, pari modo tam primogenitum Dominici, quàm deſcendentes illius, eodem jure, & ordine Primogenituræ dicendum erit fuiſſe ſubſtitutos, ut conciliando contrarios, reſpondit *Rot. cit. deciſ.1144. num.4. & dec.1229. num.12. & ſeqq. cor. Emer. Jun.*

Potiſſimè quia poſt extinctam deſcendentiam primogeniti ejuſdem Dominici, iiſdem modo, & forma vocavit ſecundogenitum, ejuſque deſcendentes, quod arguit, primogenitum cum tota ipſius deſcendentia fuiſſe ſubſtitutum per viam Primogenituræ, cujus quidditas, & eſſentia conſiſtit in hoc, quòd ſuccedat primo loco Filius primogenitus, & ſucceſſivè illius deſcen-
6 dentes, paritèr primogeniti, iiſque deficientibus, Frater ſecundogenitus admittatur. *Torr. Variar. Jur. Quæſt. tom.1. tit.1. quæſt.5. num.12. verſic. ſecundo quia, & ſeqq.* ubi plures concordantes *fol.23. & quæſt.9. num.12. fol.60. & tit.2. quæſt.41. n.4. & 5. fol.521. Fuſar. de Subſtit. q.384. n.7.*

Tertia depromitur conjectura, ex quo Teſtator ſubſtitutionem, de qua agitur, pluries in eodem Teſtamento vocavit Primogenituram, quæ expreſſa, & reiterata illius denominatio operatur, ut de volita qualitate primogeniali
7 ampliùs non ſit hæſitandum. *Menoch. conſ.926. ex num.1. & conſ.1023. num.7. Anfeld. conſ.27. num.10. Calderon. dict. reſol.34. num.13. Molin. de Primogenit. lib.1. cap.5. num.1. & ſeqq. Giurb. de Succeſſ. Feud. §.1. Gloſſ.8. num.27. Fuſar. de Subſtitut. quæſt.384. num.3. Torr. Var. Jur. Quæſt. tom.1. tit.1. quæſt.9. num.10. fol.59. tit.2. quæſt.41. num.6. fol.522. Rot. coram Emer. Jun. dict. dec.1144. n.9. & dec.1229. n.6.*

Quarto accedit onus injunctum primogenitis, ut perpetuum celebrari faciendi Miſſam pro anima Teſtatoris, quod onus cum ſit impoſitum tantum primogenitis, ſignum eſt, illos tantùm fuiſſe vocatos, ex vulgari dicterio,
8 quem non honoro, non gravo, ut in individuo conſiderant *Surd. conſ. 375. num.16. & 17. Rot. coram Emerix. Jun. cit. dec.1144. n.6. & dec.1229. n.5. & 14.*

Et ita utraque &c.

Cluſina Immiſſionis.

Veneris 27. Aprilis 1708.

ARGUMENTUM.

Inter plures conjunctos re, & verbis, altero decedente, admittitur Jus accreſcendi favore ſuperſtitis, non obſtante, quòd fuerit in Contractibus, & poſt quæſitum emolumentum, datuſque fuerit ſubſtitutus, dum pro ejus admiſſione ſtet voluntas diſponentis, elicita ex conjecturis, quarum plures ad dictum effectum validiſſimæ concludunt; ſtante autem disjunctione verbali, eoque magis reali quoque concurrente, inter ſimul vocatos, licet ſub unica oratione comprehen-

benſos Jus accreſcendi non intrare demonſtratur. Quando, & in quibus caſibus, adhuc et ceſſet Jus accreſcendi, neceſſe ſit portiones à Teſtatore factas eſſe ad oculum demonſtrabiles, & quando non; latè.

SUMMARIUM.

1 *Ex conjunctis re, & verbis, ſuperſtes totum conſequitur.*

2 *Jus accreſcendi non habet locum in Contractibus.*

Limita, ut n. 3. & pluribus ſeqq. *uſque* ad num. 12.

Nec poſt quæſitum emolumentum ibidem.

Declara num. 12. & ſeqq. *uſque ad* numer. 17.

Nec quando datus fuit ſubſtitutus ibid.

Declara num. 17. & ſeqq. *uſque ad* numer. 24.

3 *Etiamſi in Contractibus tam tacitè, quàm expreſsè diſponi valet, quod ſit locus Juri accreſcendi.*

4 *Et dicitur hoc modo diſpoſitum, ſi in donatione pactum reverſionum, omnium bonorum ſit adjectum favore donantis, nam facit præſumere Jus accreſcendi inter Condonatarios.*

5 *Et ex quo dictum ſit, quod bona ad donantem revertantur in defectum donatariorum, non valet dici, quod moriente altero ex donatariis, ſequi debeat reverſio Partis.*

6 *Interpretatio, quæ obſtat adimplemento pactorum in Inſtrumento contentorum, vitari debet.*

7 *Prout ex onere condonatariis in ſolidum injuncto, inducitur eorumdem ad bona donata vocatio in ſolidum.*

Mantica de Tacit. lib. 12. tit. 34. num. 6. *contrarium ſentiens, reprobatur* ibidem.

8 *Præcipuè ad evitandum abſurdum, ne alterius portione abſorpta ab oneribus adjectis, donatarii non experiantur eximiam liberalitatem donantis.*

9 *Item in donatione locum habet jus accreſcendi, ſi plures vocati ſint non proprio eorum nomine expreſſo, ſed ſub collectivo nomine.*

10 *In donatione pluribus collectivè vocatis facta, promiſſio dicitur facta corpori, perſonis particularibus non attentis.*

11 *Prout eſt locus juri non decreſcendi, ſtante voluntate donantis, quod bona integra, & indiviſa permaneant apud vocatos.*

12 *Conſtito ex Conjecturis de voluntate diſponentis, Jus accreſcendi intrat quoque poſt aditam hæreditatem.*

13 *Satis de tali voluntate conſtare dicitur, ſi res donata fuit conſiderata, uti remanſura apud omnes in ſolidum.*

14 *Item ſi donator conſiderat plures donatarios, uti unum corpus, quia partem deficientis, occupat ſuperſtes uti ſuam.*

15 *Item ſi donatio facta fuit duobus, & eorum deſcendentibus in infinitum, quia defectis alterius deſcendentibus, intrat Jus non decreſcendi favore ſuperſtitum.*

Contraria Auctoritates explicantur, ibidem.

16 *Item ſi ſumus in Uſufructu, in quo datur Jus accreſcendi, etiam poſt quæſitum emolumentum.*

17 *Jus accreſcendi non ceſſat, ex quo ſit datus ſubſtitutus, ſi iſte vel non potuit, vel noluit ſuccedere.*

18 *Item non ceſſat, ſi adſint Conjecturæ, propter quas receditur à regula, quòd dato ſubſtituto non ſit locus Juri accreſcendi.*

19 *Etiamſi conjecturæ ſint leves, & veriſimiles.*

20 *Una conjectura eſt favor perſonæ magis dilectæ, quæ ab inteſtato ſubſtitutum excluderet; tunc enim ſubſtitutio non facit ceſſare Jus accreſcendi.*

21 *Præcipuè, ſi perſona, quæ ab inteſtato ſuccederet fuerit inter primos hæredes nominata.*

22 *Alia eſt conjectura, ſi ubi Teſtator voluit, expreſsè diſpoſuit pro excluſione Juris accreſcendi, nam ubi non diſpoſuit illud voluiſſe cenſetur.*

23 *Item alia eſt conjectura, ſi ſubſtitutio facta ſit in tota hæreditate, nam cum ſubſtitutus admitti non poſſit, niſi defectis omnibus inſtitutis, neceſſariò intrat Jus accreſcendi inter conjunctos.*

24 *Hæredi ſcripto Immiſſio ad bona in hæreditate Teſtatoris remanſa, non valet denegari.*

25 *Jus accreſcendi locum habet tam in hæreditatibus directis, quam fideicommiſſariis.*

26 *Inter Inſtitutos directè, licet disjunctos re, & verbis, intrat Jus accreſcendi, ne defunctus decedat pro parte teſtatus, &*

pro

pro parte inteſtatus.

27 *Secus inter Fideicommiſſarios, inter quos requiritur, vel conjunctio realis, vel verbalis, & realis ſimul, nec ſola verbalis ſufficit.*

28 *Ex ſubſtitutione unius in medietate hæreditatis alterius, in alia naſcitur disjunctio verbalis.*

29 *Nec prodeſt Copula* et, *aut unitas orationis, ſi repetita ſit clauſula pro medietate* n. 29. & 30.

Copula, et, *poſita inter orationes diverſas conjunctionem realem non inducit.*

30 *Oratio non dicitur unica, licet recta ab unico verbo, ſi in utraque fuit appoſita clauſula* pro medietate; *nam iſto caſu verbum* ſubſtitutū *in prima oratione expreſſum, intelligitur in ſubſequenti repetitum, & excluditur conjunctio verbalis, & jus accreſcendi.*

31 *Diviſio hæreditatis facta a Teſtatore, tollit conjunctionem realem, & Jus accreſcendi.*

32 *Amplia ſive partes ſint quotitativæ, ſive quantitativæ.*

33 *Ad excludendum Jus accreſcendi diviſio portionum debet eſſe materialis, non intellectualis.*

Decl. n. ſeqq.

34 *Res phyſica, & corporales non ſolent disjungi per disjunctionem intellectualem.*

Idemque per diviſionem earum factam per quotas, ſicut non tollitur unitas corporis, ita nec conjunctio realis, ibidem.

35 *Res incorporales, ut puta hæreditas, ideali diviſione ſejunguntur.*

36 *Res incorporalis facta diviſione vocati ad ejus portionem non poſſunt dici re conjuncti, nec gaudent Jure accreſcendi.*

Præcipuè in ſubſtitutione, & fideicommiſſo, concurrente etiam disjunctione verbali, ibidem.

37 *In toto intellectuali materialis diviſionis incapace per intellectualem diviſionem conjunctio realis, & Jus accreſcendi non tollantur.*

38 *Decl. niſi concurrant circumſtantiæ contrarium ſuadentes, prout disjunctio verbalis.*

Auctor fuit Adjutor ſtudiorum R. P. D. Muti Auditoris Rotæ, & R. P. D. Marefuſci Auditoris Papæ, qui hic laudantur.

DECISIO XXXV.

IMmiſſionem non eſſe dandam Antonio, unanimiter reſpondimus, Horatium enim, qui ultimo loco deceſſit fuit conjunctus re, & verbis, cum H[illegible]oro, qua conjun-
1 ctione ſtante, [illegible] illius obitu, iſta per jus accreſcendi, vel non decreſcendi totum habere debet *l. ſi duobus 41. ff. de legat. 2. l. 1. in princ. ff. de Uſufruct. Accreſcend. l. unica §. His ita definitis, & §. Ubi autem legatarii C. de caduc. tollen.* aliique plures relati per *Bellon. de Jure accreſcend. cap. 5. quæſt. 39 num. 1. & per tot.* ubi pleniſſimè *Rot. cor. Penia dec. 71. num. 8. & ſeqq. Royas dec. 428. num. 10. Carr. dec. 841. num. 6., & dec. 921. num. 10. Emer. Jun. dec. 238. n. 21. Rot. in rec. dec. 374. num. 4. part. 11., & dec. 97. num. 13. & ſeqq. part. 17. & dec. 487. num. 44. part. 19. & poſt de Luc. de Fideicomm. dec. 66. num. 12. & 13. & in Bononien. Fideicommiſſorum de Herculanis 13. Junii 1701. §. Præterea, coram Muto.*

Minimè relevante, quod Jus accreſcendi locum non habeat in contractibus, poſt quæſitum emolumentum,
2 & quando eſt datus ſubſtitutus, ut de prima propoſitione tradunt *Bellon. de Jur. accreſcendi cap. 6. quæſt. 32. n. 10. & ſeqq. Rot. coram Pamphil. dec. 522. n. 4. & num. 14. in Aſculana Parocchialis 24. Maji 1683. §. final. coram Hervavvlo., & 1684. coram Benincaſa,* quarum ſecunda eſt impreſſa *poſt de Luc. de Jurepatronat. dec. 43. num. 13. in Mantiſſa,* de ſecunda eſt *Text. in l. 1. §. Interdum ff. de Uſufruct. accreſcend. Alex. conſ. 167. num. 6. lib. 5. Gratian. diſcept. 272. n. 17. Caſtald. conſult. 237. num. 10. Mantic. de Conjectur. lib. 10. tit. 3. num. 32. Peregrin. de Fideicom. artic. 21. n. 35. & 36. Bellon. de Jur. accreſcend. cap. 7. quæſt. 39. n. 24. Rot. poſt de Luc. de Fideicom. dec. 66. num. 15.* & de tertia *Giovagnon. conſ. 82. num. 13. lib. 1. Palma Nep. alleg. 375. num. 27. §. In ſecunda longe. Bellon. de Jur. accreſcend. cap. 10. quæſt. 20. num. 1. & ſeqq. Senatus Mantuanus apud Surd. dec. 54. n. 2.*

54. num. 2. & ſeqq. & dec. 152. num. 8. 13. & ſeqq. Rot. coram Pamphil. d. dec 522. num. 11. Celſ. dec. 169. num. 10. & dec. 298. num. 7. poſt de Luc. de Jurepatron. in Mantiſſa dec. 43. num. 14. in fine, & *de Fideicom. in Mantiſſa dec 53. n. 22. & dec. 54 num. 2.*, ubi pluries.

Quòd enim ſimus in contractibus, hoc nihil alterat, quando in contrarium adeſt voluntas contrahentium, quibus tam expreſsè, quàm tacitè permiſſum eſt diſponere, quòd etiam in
3 contractibus locus ſit juri accreſcendi. *Bald. conſ 180. num. 2. lib. 3. Canter. Var. Reſolut. lib. 3. cap. 22 num. 60. & 61. Mantic. de Tacit. lib. 22. tit. 34. num. 4. Rot. Lucen. apud Cenſal. dec. 9. ſub num. 17. Rot. coram Seraphin. dec. 154. num. 1. & 2. in rec. dec 413. num. 18. & ſeqq. & dec. 569. num. 1. 9. & ſeqq. part. 18. repetita cor. Emerix Jun. dec. 238. num. 21. & 22. & dec. 267. num. 2. & 6.*, & *in d. Romana. Fideicommiſſorum de Herculanis 13. Junii 1701. §. Quaeres, coram Moro impreſſa in ſequenti §. Primo, n. 37.*

In praeſenti autem hypotheſi de tali voluntate conſtare viſum fuit ex pluribus, & Primo ex pacto reverſivo omnium bonorum ad donantem per obitum donatariorum abſque filiis maſculis poſito enim, quòd bona integralitèr reverti debeant ad donantem, ex hoc eruitur voluntas, quòd rata con-
4 donatarii praemortui accreſcere debeat ſuperſtiti, ut eo poſtea ſine maſculis defuncto, bona donata integrè ad donantem redire poſſint, in ſpecie *Spada conſil. 168. num. 7. & 8. lib. 3. Mantic. de Tacit. lib. 22. tit. 34. num. 14. verſ. porrò. Rot. in rec. dict. dec. 569. num. 7. & 8. part. 18.*

Non obſtante, quòd mortuo uno ex donatariis abſque maſculis, portio ab ipſo poſſeſſa reverti poſſet ad donantem, & ſucceſſivè per mortem alterius alia portio, ſicque omnia bona ad ipſum reverterentur. Quoniam dum donator omnia bona reverti voluit per obitum donatariorum, ex hoc excluditur ſupradicta intelligentia, qua poſita, reverſioni locus non fieret per mortem donatariorum, ut in Inſtrumento conventum fuit, ſed unius tantum ex eis, & pars tantùm eorumdem bonorum, non omnia reverterentur, proin-
5 deque haec interpretatio, quae obſtaret adimplemento pactorum contentorum in Inſtrumento, venit prorſus rejicienda,
6 in puncto *Bellon. de Jur. accreſcend. cap. 6. quaeſt 38. n. 131. & ſeqq. uſque ad n. 145.* ubi plurimas individuales Auctoritates refert. *Rota d. dec. 569. n. 7. & 8. par. 18. & poſt de Luc. de Jurepatronat. d. dec. 43. n. 14. in Mantiſſa.*

Secundo ex pluribus oneribus, in ſolidum impoſitis cuilibet ex donatariis; ipſi enim in ſolidum obligati ſunt pro ſolutione annuae reſponſionis, pro ſubſtentatione litium, & pro donatore indemne conſervando, eoque à Creditorum moleſtiis liberando. Ratione enim oneris in ſolidum injuncti, inſolidum cenſentur vocati ad bona dona-
7 ta in terminis *Rom. conſ. 159. num. 10. verſ fiunt ergo omnes, lib. 1 Decian. reſp. 73 num. 8 lib. 2. Bellon. de Jur. accreſcend. cap. 6. quaeſt. 38. num. 146. & ſeq. Rot Lucen. apud Cenſal. dec. 9. num. 28. Rota cor. Cavalier. dec. 219. num. 6. & in rec. dec. 435 num. 7. part. 1. & d. deciſ. 569. num. 5. & 6. part. 18.* Quidquid contrarium dixerit *Mantic. de Tacit lib. 22. d. tit. 34. ſub num. 6. verſic. ſed eſt advertendum.*

Potiſſimè quia poſſet dari caſus, quòd hujuſmodi onera abſorberent portio-
8 nem uniuſcujuſque donatarii contra mentem donantis, qui pluries profeſſus eſt, velle liberalitatem exercere erga donatarios exercere. Ad quod abſurdum, & repugnantiam voluntati donatoris evitandam, eo magis dicendum eſt, inſolidum gravatos, inſolidum etiam per jus accreſcendi honoratos fuiſſe, juxta *ſuperius citatas Auctoritates.*

Tertio ex quo donatio non fuit facta particularibus perſonis earum nomine expreſſo, ſed filiis, & deſcendentibus Ludovici, ſub collectivo nomine deſignatis, in quibus terminis inter plures, ſub collectivo nomine comprehenſos, volitum cenſetur jus accreſcendi, Ea ratione, quia in donatione, col-
9 lectivo verbis facta, promiſſio fit corpori, nulla habita conſideratione particularium perſonarum ſub eo exiſtentium, adeoque nulla bonorum dona-
10 torum fit in partes diſtributio. *Bald. conſ. 180. num. 2. verſic. quarta ratio, lib. 3. Bellon. de Jur. accreſcend. cap. 6. quaeſt. 21. num. 25. & quaeſt. 31. n. 35. & ſeqq. Rot.*

in

in rec. dec. 154. num. 12. part. 11. ubi alii
plures adducuntur, *& in d. Bononien.*
Fideicommiſſorum de Hercolanis 13. Junii
1701. §. Non obſtante, coram Muto im-
preſſa in ſequenti §. *Primo n. 35.*

Et quartò demum quia donans vo-
luit bona integra, & indiviſa permane-
re penes filios, & deſcendentes Ludo-
vici in infinitum, quæ individuitas ſi-
cut operatur, ut ſuper iiſdem bonis
unicuique ſolidum debeatur, ita ſi al-
teruter ex donatariis deficiat, ſuperſtes
poteſt inſolidum retinere bona donata,
11 ipſiuſque favore jus non decreſcendi
locum habet. in ſpecie *Craſſ. receptar.*
Sentent. §. Jus accreſcendi, quæſt. 24. num. 1.
Mantic. de Tacit. lib. 12. tit. 34. num. 5.
Bellon. de Jur. Accreſcend. cap. 6. quæſt. 31.
num. 38. & ſeqq., ubi plures citat, *&*
quæſt. 33. num. 4. & 10. Maria de Succeſſ.
Legal. part. 4. quæſt. 17. artic. 4. num. 35.
Rot. in rec. d. dec. 369. n. 3. part. 18. & in
cit. Bononien. Fideicommiſſorum de Herco-
lanis 13. Junii 1701. §. Non obſtante, co-
ram Muto, ut in Deciſione, quæ poſt
præſentem imprimitur §. *Primo, n. 36.*

Sic etiam obeſſe non valet, quòd
non ſit locus juri accreſcendi poſt adi-
tam hæreditatem, & poſt quæſitum
emolumentum. nam regula hæc locum
habet in dubio, non verò quando ex
12 conjecturis conſtat de contraria volun-
tate diſponentis. in individuo *Cancer.*
Var. Reſolut. lib. 3. cap. 22. num. 60. Bellon.
de Jur. accreſc. cap. 7. quæſt. 59. num. 85.
& ſeqq. Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. lib. 2.
cap. 17. num. 65. Rota in d. Bononien. Fi-
deicommiſſorum de Hercolanis 13. Junii
1701. §. Nec magis, coram Muto, impreſ-
ſo d. §. 1. num. 38.

Quæ voluntas in præſenti clarè de-
ſumebatur tum ex quo, rem dona-
tam conſideravit uti individuam, quo
caſu cum illa adeſſe dicatur penes om-
nes donatarios inſolidum, intrat inter
13 eos jus non decreſcendi in ſpecie *Rota*
poſt De Luc. de Fideic. dec. 66. num. 19. &
in d. Bononien. Fideicommiſſorum de Her-
culanis 13. Junii §. Nec magis, in fine cor.
Muto, impreſſa poſt præſentem §. 1. num. 41.
Tum etiam ex quo non fuerunt à do-
natore in principio diſtinctæ lineæ, ſed
vocati omnes filii, & deſcendentes Lu-
dovici, tamquam ſub ipſo unam lineam
efformantes; quo ſtante, cum omnes
donatarios conſideraverit, uti redactos
in unum corpus, & unicam lineam con-
14 ſtituentes, is qui ſupervixit, uti ſuam
occupat partem præmorientis, in pun-
cto *Rot. poſt De Luc. de Fideic. d. dec. 66.*
num. 18. & in cit. Bononien. Fideicommiſ-
ſorum de Hercolanis 13. Junii 1701. §.
Nec magis, coram Muto d. §. 1. num. 40.
Tum demum ex eo, quòd non ſumus
in caſu, quo bona donata fuerint plu-
ribus, in eadem oratione conjunctis, in
quibus terminis poſtquam ſinguli ex eis
portionem ſuam adepti fuerunt, am-
pliùs locus eſſe non poteſt juri accre-
ſcendi, ſed donatio facta fuit, nedum
filii Ludovici, verùm etiam eorum de-
ſcendentibus, & ſucceſſoribus maſcu-
lis in infinitum, quo ſtante, cum Hora-
tius deceſſerit nullis relictis maſculis,
15 portio, quæ ad eum ſpectabat, penes
maſculos ſuperſtites per jus non decre-
ſcendi remanſit, ut per textum in *l. ſi*
duobus 16. §. Si Titio ff. de legat. 1., in
ſpecie *Cancer. Var. Reſolut. lib. 3. cap. 22.*
num. 61. Rodolphin. alleg. 33. num. 2. & 3.
& allegat. 65. num. 8. Rota cor. Pyrus de-
ciſ. 71. n. 10. & ſeqq. & dec. 94. num. 2. &
ſeqq., ubi, quòd contrarium procedunt,
quando nullus ſupereſt, qui ſit verbis
conjunctus, *ſecundam impreſſionem Lugdu-*
nen. in rec. dec. 374. n. 7. & 8. part. 11. poſt
De Luc. de Fideic. d. dec. 66. num. 16. & op-
timè *in citat. Bononien. Fideicommiſſorum*
de Hercolanis 13. Junii 1701. §. Nec ma-
gis, cor. Muto, impreſſa in ſequenti §. 1.
num. 39.

Hocque faciliùs procedit reſpectu
prædii *della Fonte*, cujus donatariis
fuit relictus ſolùm uſusfructus, in uſu-
fructu enim datur jus accreſcendi, etiam
16 poſt quæſitum emolumentum, ut plu-
ribus congeſtis latè *Bellon. de Jur. ac-*
creſcend. cap. 5. quæſt. 38. ex num. 46. &
cap. 6. quæſt. 20. ſub n. 36. cap. 7. quæſt. 59.
n. 103. & ſeqq. & cap. 9. quæſt. 8. num. 31.
Mantic. de Conjectur. lib. 10. tit. 5. n. 33.
Angel. Rodolphin. alleg. 65. n. 5. & ſeqq.
ubi reſpondet contrariis. *Veroias dec. 406*
n. 14. verſ. præterea, & n. 25. Rot. coram
Pral. dec. 368. num. 10. Emer. Jun. dec. 670.
num. 1.

Et demùm non obſtat, quòd fuerit
datus ſubſtitutus, per quem jus accre-
ſcendi excluditur. Siquidem regula hæc
locum non habet, quando ſubſtitutus

deficit, vel quia noluit, vel quia non potuit ſuccedere. Datio enim ſubſtituti non tollit, nec adimit jus accreſcendi, nec omni caſu conjunctos excludit, ſed eis præfert ſubſtitutos, quatenus in rerum natura extitiſſent, & ſuccedere potuiſſent: proindeque ſi ſubſtitutio effectum non habeat, jus ac-
27 creſcendi reviviſcit, ac ſi nullus vulgaritèr ſubſtitutus fuiſſet. *Peregrin. de Fideic. art. 9. n. 13. Fuſar. de Subſtit. q. 495. n. 11. Bellon. de Jur. Accreſcendi cap. 10. quæſt. 23. num. 3. & ſeqq.* ubi multiplicitèr ampliat, *& per tot. Torr. Variar. Jur. Quæſt. tit. 1. q. 7. num. 56. fol. 38. tom. 1. Rot. Florent. apud Urceol. dec. 27. num. 3. & ſeqq. & num. 9. & ſeqq.* ubi explicat *Surdum*, contrarium ſentientem. *Rota Romana in Bononien. Fideicommiſſi Herculis de Elephantutiis 27. Februarii 1708. §. final. cor. R. P. D. meo Aldrovando.*

Præterea limitatur ſupradicta regula, & ab ea paſſim receditur ex conjecturis,
28 diſponentis contrariam mentem ſuadentibus, ut pluribus relatis, in individuo *Rot. poſt De Luc. de Fideicom. in Mantiſſa dec. 54. n. 3. & in Bononien. Fideicommiſſi Herculis de Elephantutiis 27. Februarii 1708. §. final. cor. R. P. D. meo Aldrovando*, etiamſi tales conjecturæ leves ſint,
29 & veriſimiles, ut latè firmatum fuit in *ſuperiori mea allegatione §. 1. num. 6. & pluribus ſeqq.*

Et tamen in caſu noſtro duæ conjecturæ etiam urgentes, & admodum concludentes concurrunt, quarum prima elicitur ex eo, quòd Horatio, ſine maſculis decedenti, ab inteſtato non ſucceſſiſſet Antonius ſubſtitutus de diverſa Familia, & parentela, ſed Honorius ſuperſtes. Quando autem ſupereſt perſona, quæ ab inteſtato excluderet ſubſtitutum, tunc, cum iſta dicatur magis
30 dilecta, ad ejus favorem ſubſtitutio non facit ceſſare Jus accreſcendi. *Mandell. Alba cons. 121. num. 4. & conſ. 765. n. 41. Bardellon. conſ. 16. n. 16. Fuſar. de Subſtitut. quæſt. 33. n. 11. Antunez. de Luc. Legal. lib. 1. cap. 9. ſub n. 133.* & poſt hæc ſcripta in lucem edita *Deciſio Rotæ in Romana Legati 3. Februarii 1710. §. Præter etiam, coram Criſpo*. Præcipuè quando
31 perſona, quæ ab inteſtato ſuccederet, fuit inter primos hæredes nominata, ut proſequitur *Mandell. Alba d. conſ. 121. num. 4. Bardellon. d. conſ. 16. n. 16. Fuſar. de Subſtitut. cit. quæſt. 33. n. 11.*

Idque eo validiùs procedit, attento quòd in alia diſpoſitione particulari, expreſsè donans diſpoſuit, quòd aliquo ex vocatis decedente, prædefuncti portio non accreſceret ſuperſtiti. Undè cum id non dixerit in diſpoſitione, de qua
32 agitur, ex hoc diſcretivo modo loquendi eruitur, quòd in bonis controverſis ſuperſtes ad portionem deficientis ſuccedere voluerit, ut omiſſis generalibus, in ſpecie conſiderat *Rota poſt De Luc. de Fideic. in Mantiſſa deciſ. 54. num. 11.* & relata *Deciſione in Bononien. Fideicommiſſi de Marescottis 3. Decembris 1691. coram Molines*, egregiè firmatum fuit *in dicta Romana Legati 3. Februarii 1710. §. Conjectura, & ſeqq. coram Criſpo*, poſt hæc ſcripta in lucem edita.

Altera deſumitur circumſtantia ex ſubſtitutione facta in tota hæreditate; qua ſtante, cum ſubſtitutus admitti non poſſit, niſi prædefunctis omnibus inſtitutis, ex hoc emergit, donantem jus ac-
33 creſcendi inter ipſos voluiſſe, & conjunctum ſubſtituto prætuliſſe. *l. quidam teſtamento 30. ff. de vulgar.* ibique Scribentes communitèr. *Odd. de Compend. Subſtit. in Præludi. par. 1. quæſt. 6. num. 3. verſ. limitatur ſecundò. Intrigliol. de Subſtit. centur. 1. quæſt. 46. num. 35. Fuſar. de Subſtitut. d. quæſt. 33. num. 32. Bellon. de Jur. accreſcend. cap. 10. quæſt. 20. num. 58. & ſeqq. Rota poſt De Luc. de Fideic. in Mantiſſa d. dec. 54. n. 9. & ſeqq.*

Hæc quæ reſpectu donationis procedere dixerunt Domini, nullo modo locum habere poſſe cenſuerunt reſpectu Fideicommiſſi, ordinati à Simone, ad cujus bona immiſſio conceſſa fuit. Iſte enim hæredes ſubſtituit Franciſcum in medietate hæreditatis, & in alia medietate Michaelem: proindeque cum Michael deceſſerit, ſcripto hærede præfato Antonio, ad bona in illius hæreditate reperta, huic immiſſio denegari non po-
34 teſt, tamquam hæredi in teſtamento ſcripto. *Rot. in rec. deciſ. 535. num. 1. par. 19. & poſt De Luc. in Mantiſſ. de Fideicom. dec. 81. num. 2.*

Haud refragante, quòd portio Michaelis accreſcere debeat Franciſco. Nam licèt jus accreſcendi locum habeat nedùm in hæreditatibus directis, ſed

etiam

etiam in Fideicommiſſariis, ut d. directis, eſt Text. in l. unica §. Hæc ita deſiniri C. de caduc. tollend. l. liber homo 39. §. Cum quis ff. de hæred. inſtit., aliique plures relati per Bellon. de Jur. accreſcend. cap.6. quæſt.19. n.3. & per tot. quibus addi poteſt Peregrin. de Fideic. art.9. num.1. Rota in dicta Bononien. Fideicommiſſi de Elephantutiis 1708. §. Quandoquidem, coram R.P.D. meo Aldrovando, & de Fideicommiſſariis Zanch. in l. heredes mei §. Cum ita per 4. num.488. ff. ad Trebellian. Mantic. de Conjectur. lib.10. tit.3. n.2. & 2. Gomez. Var. Reſol. lib.1. cap.10. n.13. & 17. ubique Ayllon. num.22. Fuſar. de Subſtit. quæſt.495. numer.22. & ſeqq., & pluribus relatis, plenè Bellon. de Jur. Accreſcend. cap.6. quæſt.21. num.19. & per tot. Rot. Diverſor. deciſ.506. n.2. par.4. & in dicta Bononien. Fideicommiſſi Herculis de Elephantutiis 27. Februarii 1708. §. Quandoquidem, & ſeq. coram Domino meo Aldrovando, & poſt hæc ſcripta in lucem edita, alia Deciſio Bononien. Fideicommiſſi Annibalis de Urſis 13 Maji 1709. §. Abſque eo quod, & 21. Februarii 1710. §. Ad quam, & ſeqq. coram Eodem.

Verum tamen eſt, quòd adeſt inter dictos duos caſus diſcrepantia, nam quando agitur inter inſtitutos ad evitandum abſurdum, nè quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, jus
26 accreſcendi locum habet, etiamſi inſtituti eſſent re, & verbis disjuncti. Bartol. in l. re conjuncti n.15. ibique Jaſon. n.44. Poler. n.48 50. & 51. ff. de legat. 2 Pereg. de Fideic. artic.9. num.1. Craſs. de Succeſſ. §. Jus accreſcendi, quæſt.21. per tot. aliique plurimi, congeſti per Bellon. de Jure accreſcendi cap.5. quæſt.41. num.8. & 9. Peguer. dec.109. n.1. Rota in d. Bononien. Fideicommiſſi de Elephantutiis 1708. §. Quandoquidem. In hæreditate verò fideicommiſſaria diverſimodè dicendum eſt, nam in ea inducitur jus accreſ-
27 cendi, ſtante conjunctione, quæ debet eſſe realis, vel realis, & verbalis inſimul, adeout ſola verbalis non ſufficiat. Fuſar. de Subſtitut. quæſt.495. n.22. Bellon. de Jur. accreſcend. cap.5. quæſt. 38. n.16. & ſeqq. Rot. coram Rojas deciſ.389. num.10. & in d. Bononien. Fideicommiſſi de Elephantutiis 1708. §. At proindè, coram R.P.D. meo Aldrovando, & in eit. Bononien. de Urſis 1709. §. Abſque, & 21. Februarii 1710. §. Ad quam caducationem, coram Eodem.

Ambæ ex ſupra dictis conjunctionibus in præſenti hypotheſi deficiunt. Et ſanè deficit verbalis, quia Teſtator uſus eſt diſtinctis, & ſeparatis orationibus, ibi — Subſtituit in medietate hæreditatis Franciſcum, & in alia medietate Michaelem — Ex qua orationum diverſitate naſcitur verbalis disjunctio, ut in puncto Teſta-
28 toris, ſubſtituentis unum pro una parte, & alium pro alia parte Rota in d. Bononien. Fideicomm. Herculis de Elephantutiis 27. Februarii 1708. §. Utraque, ubi plurimi concordantes, coram R. P. D. meo Aldrovando, & poſt hæc ſcripta in lucem edita, Deciſio in Bononien. Fideicommiſſi Annibalis de Urſis 13 Maji 1709. §. In præſenti, & 21 Februarii 1710. §. Nec fuit dubitatum, coram Eodem.

Non relevante, quòd una oratio cum alia jungatur per copulam; & utraque ab eodem verbo regitur quia copula & conjunctionem realem non inducit, quando eſt poſita inter diver-
29 ſas orationes. Bellon. de Jur. accreſcend. cap.5. quæſt.16. num.11. & ſeqq. Rot. poſt de Luc. de Fideicomm. in Mantiſſa dec.34. num.15 & dec.71. num.19., ubi plures concordantes, & in d. Bononien. Fideicom. de Elephantutiis 1708. §. Quod procedit, cor. R.P. D. meo Aldrovando.

Quòd verò oratio ſit unica, tamquam recta ab unico verbo Subſtituit, procederet, ſi Teſtator unicam tantùm clauſulam adhibuiſſet ſed cum in utraque oratione clauſulam pro medietate repetierit in his terminis, licèt ſemel expreſſum fuerit verbum Subſtituit, intelligitur tamen in ſecunda oratione repetitum, & tacitè appoſitum, nè aliàs iſta imperfecta remaneat, adeout perinde haberi debeat, ac ſi Teſtator
30 dixiſſet, ſubſtituit in medietate hæreditatis Franciſcum, & in alia medietate ſubſtituit Michaelem, ut pro excludenda conjunctione verbali, & jure accreſcendi, tradunt Bellon. de Jur. Accreſc. d. cap.5. quæſt.16. num.36. 37. & 43 & quæſt 17. num.10 in fin. Torr. de Primogenit. part.2 q.42. ſub num.31. verſ. ſiquidem fol.279. Rot. in d. Bonon. Fideicommiſſi de Elephantutiis 1708. §. Minimè, coram R.P.D. meo Aldrovando, &

poſt hoc ſcriptæ edita Deciſio in Bono-
nien. *Fideicommiſſi Annibalis de Urſis 13.*
Maji 1709. §. Atque ideo, & 21. Februa-
rii 1710. §. Nec ſunt dubitatione, cor. Eodem.

Verbali diſjunctioni accedit etiam
realis diſjunctio, Fideicommittens enim
ſuam hæreditatem diviſit in duas par-
tes, quarum unam reliquit Franciſco,
& aliam Michaeli, quæ hæreditatis
partitio, ſeu diviſio, proculdubio tol-
lit conjunctionem realem, & conſe-
31 quenter jus accreſcendi. *Rota poſt de*
Luc. de Fideicomm. in Mantiſſa dec. 71.
n. 15. & ſeqq., ubi, quòd hoc procedit,
32 ſive partes ſint quantitativæ, ſive quoti-
tativæ, *in Florentina Succeſſionis 18. Apri-*
lis 1704. §. Animadvertimus, coram Caſ-
ſarelio, & in d. Bononien. Fideicommiſſi
de Elephantutiis 17. Februarii 1708.
§. Deinde, coram R. P. D. Aldrovando,
ubi, quòd hoc locum habet etiamſi par-
tes exprimantur per quotas, & reaſſu-
mitur in citata *Bononien. Fideicommiſſi*
Annibalis de Urſis 13. Maii 1709. §. Præ-
terea, & 21. Februarii 1710. §. Diſjun-
ctionem, coram Eodem.

Reſponſione non attenta, quòd ad
hunc effectum neceſſe ſit, portiones eſſe
materialiter ad oculum demonſtrabiles,
33 nec ſatis ſit, ſi quotæ ſint intellectualiter
diviſæ. *Bartol. in l. Re conjuncti num. 13.*
ff. de legat. 3. Alexand. conſ. 203. num. 19.
148. & 149. lib. 2. De Luc. ad Gratian. diſ-
cept. 533. n. 1. Peregr. de Fideic. art. 9. n. 8.
Antonell. de Loc. Legal. lib. 2. cap. 9. n. 144.
Fuſar. de Subſtit. quæſt. 493. num. 14. Rot.
in rec. dec. 256. num. 17. part. 16. dec. 97.
n. 15. & 16. par. 17. & dec. 399. n. 10. par. 18.

Procedit enim objectum, ubi de re-
bus agitur corporalibus, puta prædio,
vel domo, quæ cum phyſicam, & rea-
lem habeant unitatem, regulariter non
34 ſolent ſola intellectuali ſeparatione diſ-
jungi, & proindè mirum non eſt, ſi in
illis diviſio per quotas, & portiones,
quæ non tollit unitatem corporis, nec
etiam excludat omnimodam conjunctio-
nem realem, & conſequenter jus ac-
creſcendi, tamquam effectum ab illa
dependentem. At ſecus omninò dicen-
dum in juribus incorporalibus, qualis
35 eſt hæreditas, hæc enim quemadmodum
phyſico, & reali corpore, ac unitate
caret, ideoque in ſola ideali unione
conſiſtit, per ſolam etiam idealem di-
viſionem non minus, quàm res mate-
rialis per phyſicam, ſejungitur. Unde ſe-
cuta ex facto Teſtatoris diviſione illam
intellectualem unionem, quam habet, im-
poſſibile eſt, quòd vocati ad ejus por-
tiones, neque phyſicam ex natura rei
36 incorporalis, neque intellectualem ob
diviſionem à Teſtatore factam ampliùs
unitatem habentes, uno modo dicantur
re ipſa conjuncti, & conſequenter jus
accreſcendi prætendere valeant, maxi-
mè quando non ſumus in inſtitutione,
ſed in ſubſtitutione, & fideicommiſſo, &
verbalis etiam diſjunctio concurrit, ut
relatæ dec. *Rota Bononien.* latè firmat in
ſpecie *Caſtald. d. conſult. 237. n. 9. Bellon. de*
Jur. accreſcend. cap. 5. q. 3. n. 10. Tur. Var.
Jur. quæſt. tom. 1. part. 1. cit. 12. quæſt. 13.
n. 19. fol. mihi 330. Rot. poſt De Luc. de
Fideicom. in Mantiſſa dec. 71. n. 18. & 19.
& d. dec. 72. ex n. 10. & in d. Bononien. de
Elephantutiis 1708. §. Secundum, & in cita-
ta Bononien. de Urſis 1709. §. Et licèt, &
1710. §. Rurſus cor. R. P. D. meo Aldro-
vando.

Et quamvis non deſint, qui firment,
quòd etiam in toto intellectuali, ma-
terialis diviſionis incapace, per diviſio-
nem intellectualem realis conjunctio
37 non perimatur, ſed detur jus accreſcen-
di, ut in terminis hæreditatis, & fidei-
commiſſi. *Gratian. diſcept. 533. n. 1. & ex*
n. 8. Peregrin. de Fideic. art. 9. n. 8. Rota
Florent. apud Urceol. dec. 17. n. 4. Rota Ro-
mana cor. Rojas dec. 428. n. 10. Corr. de-
ciſ. 846. num. 4. in rec. dec. 427. n. 3. par. 14.
& dec. 322. num. 8. & ſeqq. part. 15. poſt
Tur. de Primogenit. dec. 40. n. . . . & de-
ciſ. 41. repetit. in rec. dec. 406. n. 4. & ſeqq.
par. 19. Tamen hoc non procedit, quan-
do aliæ circumſtantiæ ſupra narratæ con-
38 currunt, & ſignanter quando adeſt diſ-
junctio verbalis, ut declarant *Peregr.*
de Fideicom. d. art. 9. ſub n. 8. verſic. ex
prædictis. Rot. in d. dec. 71. n. 9. & dec. 72.
n. 11. & ſeq. poſt De Luc. de Fideicomm. in
Mantiſſa, & in d. Bononien. Fideicom-
miſſi de Elephantutiis 1708. §. Secundum,
& in d. Bononien. de Urſis, prima nem-
pè §. *Et licèt*, & ſecunda §. *Rurſus*, &
verè, quòd in his terminis loquantur
Auctoritates in objectio proximè allega-
tæ, patet ex illarum lectura.

Et ita utraque &c.

Ad

Ad pleniorem notitiam Juris accreſcendi opera pretium duximus hic adiicere ſupracitatam Deciſionem Bononien. Fideicommiſſorum de Herculanis 13. Junii 1701. coram bo. me. R. P. D. Muto Sac. Rotæ Romanæ Auditore, *extenſa dum eſſem illius Studiorum Adjutor, eaque habetur* in ſequenti §. Primo: *Nec non* Juris Allegationem, *pariter à me exaratam, dum eſſem in*
39 *Studiis Adjutor Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini mei Proſperi Marefuſci, tunc Advocati Romanæ Curiæ longè primarii, poſtea Signaturæ Gratiæ, & Juſtitiæ Votantis, dein Sacræ Congregationis Boni Regiminis, mox Sacræ Congregationis Immunitatis Secretarii, nunc Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis Divina Providentia Papæ XI. Auditoris meritiſſimi, & Epiſcopi Cirenenſis: Talisque allegatio, eo modo, quo tunc confecta fuit, hic apponitur* §. 2.

R. P. D. MUTO.

Bononien. Fideicommiſſorum de Herculanis.

Lunæ 13. Junii 1701.

ARGUMENTUM.

Ad inducendam reciprocam, quando dicantur adeſſe requiſita *l. Titia Sejo §. Seja libertis ff. de legat. 2.*, ex quibus conjecturis, deficientibus requiſitis *dictæ legis*, illa inducatur, latè explicatur. Jus accreſcendi locum habet etiam in contractibus, & poſt quæſitum emolumentum, & quando. In quibus caſibus dicatur conditionem Fideicommiſſum ſimpliciter relativum, vel ampliativum, latius patens, & de novo.

SUMMARIUM.

1 *Reciproca linearis inducitur, concurrentibus tribus requiſitis, de quibus in* l. Titia Sejo §. Seja libertis ff. de legat. 2.

Sufficit implementum requiſitorum per æquipollens n. 18.

2 *Ex ſubſtitutione Filiorum, & Deſcendentium in infinitum, donec aliquis ſuperſit, omnes dicuntur vocati, & ſic ſatisfactum dicitur primo requiſito.*

Et ex verbis univerſalibus, & omnium complexivis n. 7.

Nec ſufficit, ſi vocatio omnium ſit facta per vulgarem n. 8. & ſeqq.

3 *Alterum requiſitum* legis *præfatæ, quod ſubſtitutio ſit in tota, ſatis habetur per univerſalem ſubſtitutionem, factam per verba indefinita.*

Maximè quando præceſſit inſtitutio ampla, & univerſalis in tota hæreditate, ibidem, & n. 12.

Amplia ſi in ſubſtitutione adſint dictiones relativæ n. 13.

Amplia ſecundo, ſi concurrat effrenata alienationis prohibitio, ut integraliter bona perveniant in ſubſtitutos n. 14.

Huic requiſito poteſt per æquipollens ſatisfieri n. 18.

4 *De tertio requiſito* legis *præfatæ ad reciprocam inducendam fruſtra quæritur, ſi ſubſtitutio expreſſim ſit facta ultimo.*

Si nulla adſit particularis perſona, cui tale onus injunctum ſit, cenſetur impoſitum ultimo, num. 15.

Item ultimo cenſetur impoſitum, ſi dictum ſit, bona tranſire debere de una generatione in aliam, cum non poſſint tranſire ad ſecundam, niſi terminata prima n. 16.

Item ſi ſubſtitutio facta ſit in defectum omnium, generationis, vel lineæ numer. 17.

Huic requiſito poteſt ſatisfieri per æquipollens, num. 19.

5 *Ex conjecturis ſatis inducitur reciproca linearis, etiam non concurrentibus requiſitis* Legis *ſupradictæ.*

6 *Et non ſolùm inter Deſcendentes, ſed etiam inter Tranſverſales.*

Et quales debeant eſſe iſtæ conjecturæ numer. 20. & ſeqq.

8 *Vocati ſub collectivo nomine Deſcendentium, dicuntur ſubſtituti per vulgarem.*

Declara num. ſeq.

9 *Limita ubi concurrant verba, perpetuitatem, ordinemque ſucceſſivum denotantia, cum tranſitu de una in aliam generationem.*

Vel ſi concurrat prohibitio alienationis ad bona conſervanda in Familia, ibidem.

10 *Amplia etiamſi verba, perpetuitatem, aliaque, ut ſupra, importantia, non ſint adje-*

adjecta in diſpoſitiva, ſed in aliis partibus, quando in diſpoſitiva appoſita eſt clauſula ſalvis infraſcriptis.

11 *Clauſula* ſalvis infraſcriptis *operatur, ut conditiones, inferiùs expreſſæ, habeantur pro deſcriptis in diſpoſitiva, in qua clauſula prædicta fuit adjecta.*

20 *Conjecturæ ad inducendam reciprocam debent eſſe urgentes, quando Teſtator à principio plures Columnellos efformavit, pluresque perſonas diſtinctis, & propriis nominibus vocavit.*

21 *Quando verò agitur inter deſcendentes ejuſdem lineæ, conjecturæ leviores ſufficiunt.*

12 *Et conjecturæ ſunt prima, ſi diſponens voluit bona tranſire de una generatione in aliam, & perpetuò in Familia conſervari, & ob id perpetuò illa alienari vetuit, quæ circumſtantia potens eſt pro reciproca lineari.*

23 *Et pro reciproca inter perſonas ejuſdem lineæ.*

24 *Eoque magis, ſi talis prohibitio eſt in rem directa, ex qua bona remanent ſemper obnoxia oneri eis infixo.*

25 *Et ſi prohibitio eſt reſtricta quoad extraneos, ſed inter vocatos permiſſa.*

26 *Secunda conjectura eſt, ſi diſponens ex poſt declaravit, ſe voluiſſe ordinare reciprocam linearem.*

27 *Ut de declaratione donationis, deprompta ex teſtamento,* & n. 26.

28 *Et de declaratione deprompta ex facto heredum.*

29 *Tertia conjectura deſumitur ex digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum.*

30 *Ex ſubſtitutione collectiva plurium perſonarum diverſorum graduum, &* num. 29.

31 *Ex verbis denotantibus perpetuitatem, & tractum ſucceſſivum,* & num. 29.

32 *Ex volita maſculinitate, & legitimitate,* & num. 29.

33 *Et in hac materia conjecturæ, quæ de per ſe uti ſingula non operarentur, unita ſatis juvant.*

34 *Pluribus Filiis alicujus vocatis ad eamdem univerſitatem bonorum, ſub unica verborum ſtructura, datur inter eos Jus accreſcendi, ſeu non decreſcendi.*

35 *Quod, & in contractibus procedit, ſi ſubſtitutio eſt facta pluribus, ſub nomine collectivo vocatis.*

36 *Nec non ſi conſtet ex ſtricta prohibitione alienationis, diſponentem voluiſſe individuitatem bonorum apud vocatos.*

37 *Etiam in contractibus ſit locus Juri accreſcendi, ubi de voluntate contrahentium appareat.*

38 *Prout conſtito de voluntate diſponentis, vel expreſſè, vel ex conjecturis, etiam poſt quæſitum emolumentum admittitur jus accreſcendi.*

39 *Conjectura eſt, ſi vocati fuerunt filii, eorumque filii, & deſcendentes maſculi in infinitum, nulla facta diſtinctione portionum, ad oculum demonſtrabilium.*

Jus accreſcendi non tollitur ex acquiſitione facta per alterum ex conjunctis, ſed ſuſpenditur donec durat linea poſſeſſoris ibidem.

40 *Secunda conjectura eſt, ſi plures vocati fuerint quaſi unum corpus conſtituentes, nam ſuperſtes occupat partem deficientis uti ſuam.*

41 *Tertia conjectura eſt, ſi voluit Teſtator hæreditatem ſemper remanere indiviſam, & indiviſam tranſire de una in aliam generationem.*

Hæc individuitas reſultat ex prohibitione alienationis bonorum, etiam in minima parte ibidem.

42 *Stante declaratione condendi Fideicommiſſum pro implemento pinguioris conſervationis bonorum in Familia, à Majoribus ordinata, ſtante deſiderio bona Majorum in agnatione, & familia perpetuò conſervandi, & Fideicommiſſa eorumdem Majorum renovandi, eaque perpetuæ durationi ſubjiciendi; Fideicommiſſum latius duraturum, & perpetuum condi voluiſſe dicendum eſt, quamvis illud Majorum ſit temporale.*

Non obſtante, quòd adſint verba relativa, & repetitiva ad Fideicommiſſa Majorum num. 44. & pluribus ſeqq., *ubi latiſſimè.*

43 *In interpretatione unius Fideicommiſſi relativi ad aliud, illa capi debet intelligentia, per quam abſurdum evitetur.*

44 *Fideicommiſſum non dicitur ſimpliciter relativum, ſi nova conditiones, & nova pacta legantur adjecta in eo.*

45 *Si variet à relato in vocatione fœminarum, & in ampliori ſpecificatione volita conſervationis bonorum in Familia, dicitur novum, & diſtinctum.*

46 *Nec obſtant verba relativa,* prout in eis,

quia

quia debent intelligi congrua congruis referendo.

47 *Et ſolùm oſtendunt Fideicommiſſum eſſe relativum pro ſimilitudine ordinis ſuccedendi, novo, & diſtincto remanente quoad durationem.*

48 *Vel importans relationem ad alias partes extra eas, circa quas fuit novum Fideicommiſſum ordinatum.*

49 *Prout nec obſtant alia,* ut infra dicetur, *quia conſiſtit ex pronominibus, & diſpoſitivis verbis, de voluntate ordinandi perpetuum Fideicommiſſum, verba relativa referri debent ad qualitates, & onera, inferiùs adjecta, non ad deſtructionem Fideicommiſſi univerſalis, præcedentèr ordinati.*

50 *Maximè ſi poſt verba relativa adjecta fuerint alia* ad omnes alios meliores fines, & effectus, *qui denotant, teſtamentum operari debere, nedum effectus reſultantes à Fideicommiſſis Majorum, & ab inferiori diſpoſitione; ſed omnes alios, qui ab ejus voluntate poſſent reſultare.*

Et fortius ſi in parte inferiori appoſita ſit clauſula ſalvis prædictis, *vel ſimilis* n.54. & 55.

51 *Dictio* ac *eſt ampliativa, & augmentativa.*

52 *Verbum* aliud *ſignificat diverſa ab expreſſis.*

53 *Verbum* omne *comprehendit omnia, & nihil excludit.*

54 *Ex clauſula præſervativa ſuperiorum Fideicommiſſorum reſultat individua eorundem approbatio.*

55 *Inferior diſpoſitio, ut non præjudicet Fideicommiſſis ſuperius ordinatis, ſufficit rem remanere ambiguam, & non conſtare expreſſè de contraria diſpoſitione.*

56 *Ubi conſtat de certa voluntate condendi Fideicommiſſum perpetuum, nihil obeſt, quod fuerit facta relatio ad ſuppoſitum Fideicommiſſum, quod tale non ſit.*

57 *Falſitas enim ſuppoſiti, quæ concludentiſſimè non probatur fuiſſe cauſam finalem ita diſponendi, nihil obſtat.*

58 *Subſtitutio non fit locus per deficientiam unius Columnelli, quando ſubſtitutio facta fuit deficiente linea maſculina hæredis, ſed tota ipſius linea debet evacuari.*

59 *Non intrat reſolutio pluralitatis in ſingularitates, ubi ſubſtitutio fuit facta finita linea.*

60 *Reciproca ſubſtitutio dicitur ordinata inter illos de linea, ſi ſubſtitutio facta ſit finita linea.*

§. I.

IN tentato Judicio Immiſſionis à DD. Senatore Pompejo, & Co. Hercule Maria fratribus de Herculanis, uti vocatis ad quatuor Fideicommiſſa, ordinata à Franciſco Ghedino, Dominico Maria, Auguſtino, & Cæſare de Herculanis, adverſus D. Comitiſſam Annam Mariam Barberiam Fontanam, viduam relictam, & ex teſtamento hæredem Caroli Eleuterii, paritèr de Herculanis, ultimo loco defuncti, obtinuerunt Actores ab A.C. ſententiam, canonizzantem omnia Fideicommiſſa, & immiſſionem ad nonnulla bona concedentem. Comitiſſa autem Rea conventa aliam ſententiam reportavit, abſolutoriam à petita Immiſſione ſuper aliis bonis. A' quibus ſententiis appellatione ab utraque Parte interpoſita, Cauſæque Commiſſione Mihi directa, exquiſivi in hodierna Audientia à Dominis meis -- *An ſit danda Immiſſio?* Et obtinui reſponſum *Dandam eſſe Immiſſionem, & quoad identitatem particulariter videatur, & eligatur Peritus, qui referat ſuper quolibet Fideicommiſſo in particulari.*

Clara ſiquidem apparuit exiſtentia, & purificatio præfatorum Fideicommiſſorum ad favorem Senatoris Pompeji, & Co. Herculis Mariæ fratrum de Herculanis. Quod enim attinet ad primum Franciſci Ghedini, ſuper illo parum viſum fuit DD. immorandum eſſe, quia in eo continetur reciprocam linearem ſubſtitutionem, cujus vigore Senator Pompejus ſuccedere debeat, non impugnabatur à Scribentibus pro Comitiſſa, & apertè reſultat ex concurſu omnium trium requiſitorum, de quibus in *l. Titia Seja §. Seja libertis ff. de legat.2.* Quòd enim omnes ſint vocati, patet ab inſtitutione facta in
1 perſonam Jacobi, à quo deſcendunt Pom-

Pompejus, & Eleuterius, ultimo loco defunctus, & ſubſtitutione filiorum, & deſcendentium maſculorum in infinitum poſt ejuſdem Jacobi mortem, donec aliquis ex dictis filiis, & deſcendentibus reperiretur. Ex qua ſubſtitutione filiorum, & deſcendentium in infinitum, donec aliquis ex eis ſuperetit, ſatisfactum cenſeri requiſito *dict. l. Titia Sejo* circa omnium vo-
2 cationem, firmat in ſpecie talium verborum collectivorum *Angel. Rodulphin. alleg. 33. num. 6. Rota coram Zarat. dec. 15. num. 6. verſ. primum requiſitum. Arguell. dec. 79. num. 2. & dec. 95. n. 3. Priol. dec. 177. n. 4. coram ſa. me. Alex. VIII. dec. 177. num. 2. in rec. dec. 755. n. 2. part. 18. & in Bononien. Fideicommiſſi ſuper Immiſſione 12. Martii 1697. §. Firmata verſic. non primum, cor. bo. me. Urſino.* Nec minùs clarè conſtitit, ſubſtitutionem factam fuiſſe in tota hereditate. Cum enim in defectum filiorum, & deſcendentium maſculorum ex maſculis, fuerint ultimo loco decedenti ſub-
3 ſtituti hæredes univerſales filii, & deſcendentes maſculi ex fœminis, hæc ſubſtitutio univerſalis, per verba indefinita facta, operatur, ac ſi ſpecificè in tota hæreditate facta eſſet, præcipuè quando præceſſit inſtitutio univerſalis in tota hæreditate, ut in individuo tradunt *Ludovic. conſ. 169. num. 4. Decian. reſponſ. 44. num. 69. lib. 3. Cyriac. contr. 303. num. 18. Rota coram Priolo dec. 177. num. 6. Buб. dec. 171. num. 29. 30. & 31. Zarat. dec. 15. num. 19. Cerr. dec. 409. num. 9. in rec. dec. 142. num. 60. part. 10. dec. 45. num. 4. par. 13. & dec. 336. num. 4. par. 14. & in Senogallien. Fideicommiſſi 19. Novembris 1694. §. Tertium denique, coram R. P. D. meo Pio.*

Et demum concurrit aliud requiſitum ſubſtitutionis, factæ ultimo morienti, dum hæc litteralitèr legitur caſu quo omnes filii, & deſcendentes maſculi ex maſculis heredum inſtitutorum deficerent, ibi — *Ipſis verò omnibus decedentibus ſine liberis, & deſcendentibus maſculis &c. Ita quòd ex ipſis, & eorum liberis, & deſcendentibus maſculis, nullus maſculus ſupereſſet, tunc ultimo ex iis ſic decedenti idem Teſtator inſtituit, & ſubſtituit &c.*
4 quæ verba tanquam clara, & litteralia, nullam interpretationem recipiunt, ut in puncto hujus requiſiti *Rota apud Albdin. reſol. 90. ſub n. 119. verſ. nec deficit.*

Quoad ſecundum Fideicommiſſum Dominici Mariæ de Herculanis, illud pariter fuiſſe ſucceſſivum, & reciprocum, convincitur ex donatione, ab eodem Dominico facta Auguſtino fratri, ſtipulanti, & acceptanti pro ſuis filiis maſculis, cum conditione, quòd donatarii, eorumque liberi in infinitum, non poſſent quidquam ex bonis ſuis quoquomodo alienare, præter quàm inter ſeipſos, annullando omnes, & quaſcunque alienationes, & obligationes alitèr factas, ea addita ratione, quia volebat prædicta bona perpetuò conſervari in filios, nepotes, & deſcendentes maſculos dicti Auguſtini, illaque de generatione in generationem in perpetuum devenire, ſub qua diſpo-
5 ſitione contineri reciprocam lineatem ſuadent ſuperdicta tria requiſita *l. Titia Sejo*, & conjecturæ, ex quibus inducitur reciproca, etiam præfatis requiſitis deficientibus. *Fuſar. de Subſt. q. 471. num. 7. Peregrin. de Fideicom. art. 15. n. 73. De Luca eodem Tract. diſc. 100. & diſc. 103. utrobique num. 7. & diſc. 104. num. 5. Rota coram Arguell. dec. 31. num. 53. & dec. 79. num. 14. Cerr. dec. 796. num. 3. Buб. dec. 187. num. 7. coram Priol. dec. 177. num. 14. & dec. 433. n. 23. in rec. dec. 183. n. 11. par. 10. dec. 319. num. 9. part. 12. dec. 421. num. 3. part. 14. & dec. 339. n. 9. part. 17. & in Camer. Fideicommiſſi 3. Junii 1682. §. Nec obeſſe, coram bo. me. Albergato, Romana Fideicommiſſi de Alberghettis 17. Junii 1686. §. Tertium tandem, coram clar. me. Card. Matthejo, & in Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſleriis 4. Maji 1699. §. Prænſerunt, coram Reverendiſſ. D. meo Decano, in Reatina Fideicommiſſi 3. Maji 1700. §. Quod ſi igitur, cor. R. P. D. meo Pio, & in alia Reatina Fideicommiſſi 22. Martii ejuſdem anni §. Et quamvis, cor. R. P. D. meo Anſaldo*, nedum inter deſcendentes, ſed etiam inter tranſverſales, ut in puncto diſpoſitionis à tranſverſali exaratæ *Peregrin. conſ. 19. num. 7. lib. 6. Menoch. conſ. 661. n. 2. in fine. Fuſar. de Subſt. quæſt. 471. ſub n. 22. Card. De Luc. de Fideicom. diſc. 206. n. 12. Epiſc. Rocca diſput. 16. n. 15. Rota in recen. deciſ. 183. n. 23. part. 10. & in d. Bononien. Fideicommiſſi*

miſſi de Ghislerio 4. Maji 1699. §. Præmiſſatis, coram Reverendiſſimo D. meo Decano.

Et ſanè concurrunt requiſita dictę legis. Primum enim, conſiſtens in vocatione omnium, deſumitur ex verbis dictę donationis, ibi – *donavit filius Auguſtini, & illis deſunctis, eorum filiis, nepotibus, & deſcendentibus &c. quibus omnibus voluit prædictam donationem in*
7 *perpetuum durare* – quæ verba tanquam univerſalia, & omnium complexiva, omnium etiam vocationem important. In nihilo relevante, quòd
8 deſcendentes præfati, ſub nomine collectivo vocati, cenſeantur ſubſtituti per vulgarem, juxta *Theoricam Commun. in l. cum ita §. In Fideicommiſſo num.4. ff. de legat.3., & in l. Gallus §. Quidam recte ff. de liber. & poſthum.* Quia cùm Donator conſideraverit ordinem ſucceſſivum, & tranſitum de una ad aliam generationem, fueritque uſus verbis perpetuitatem denotantibus, & bona alienari noluerit propter conſervationem Familię ibi – *Perpetuò remanere, & in perpetuum durare &c.* Et infra ibi – *Ordine ſucceſſivo, & de generatione in generationem in perpetuum, cum prohibitione alienationis propter conſervationem Familiæ* – præfatis circumſtantiis concurrentibus, ſubſtitutio ſub nomine collectivo facta, non poteſt intelligi per vulgarem, quę expirat per aditionem primi gravati, cum in iſta verificari non poſſit ordo ſucceſſivus, tranſitus de generatione in generationem, perpetuitas, & con-
9 ſervatio bonorum in Familia, ſed cenſetur vera ſucceſſio, & ſubſtitutio per Fideicommiſſum perpetuum de uno in alium, donec extiterint deſcendentes, & alii de generatione Donatoris, ut declarat *idem Commun. in d. l. cum ita §. In fideicommiſſo, n.4.* & tradunt *Seraphinus Maſſimus in ſua Allegatione impreſſa apud Palmam Nepotem alleg.49. n.6. Rota in recen. dec.212.n.2. & ſeqq. par.4. tom.1. dec.649.n.1. & ſeqq. part.4. tom.3. dec.283.n.4. part.11. dec 378. num.7. parte 16. coram Corio dec.460. num.10. & deciſ.313. num.14. & in Romana, ſeu Firmana Fideicommiſſi 23. Junii 1682. §. Ex ſupra relatis, & ſeqq. coram bo. me. Albergato, 13. Junii 1699. §. Quo tamen, & 10. Januarii 1700. §. Retento, & ſeqq. coram R. P. D. meo Priolo, in Mileviteno Jurispatronatus 26. Aprilis 1700. §. At hujuſmodi, & ſeqq. coram R. P. D. meo de la Tremoille, & in Romana Donationum 4. Junii ejuſdem anni §. Minuſque, & ſeqq. cor. R. P. D. meo dell'Olmo, & in Peruſina, ſeu Cortonen. Bonorum ſuper Re judicata 5. Maji anni nunc elapſi §. Nec placuit, cor. bo. me. Jacometto.* Reſponſione non attenta, quòd verba denotantia voluntatem Donantis inducendi Fideicommiſſum perpetuum, non ſint adjecta in diſpoſitiva, ſed in aliis partibus donationis. Quoniam cum in diſpoſitiva donationis factę filiis, & deſcendentibus Auguſtini, appoſita fuerit clauſula – *ſalvis infraſcriptis*, & inter alias declarationes, in inferiori parte dictę dona-
tionis adjectas, ſexto loco, per caput
10 ſeparatum, Donans dictè neſcit expreſſerit voluntatem ſuam circa modum, & ordinem ſuccedendi, ibique adjecerit omnia ſupradicta verba perpetuitatis, ordinis ſucceſſivi, tranſitus de generatione in generationem, & conſervationis agnationis, hæc omnia, in dicto ſexto capitulo appoſita, perindè haberi debent, ac ſi in ipſa diſpoſitiva recenſita legerentur, virtute ſupraſcriptę clauſulæ, quæ operatur, ut in eadem periodo diſpoſitivę conſiderari debeant
11 deſcriptę omnes conditiones, & declarationes, in ſubſequenti capitulo factæ, ut eſt *Textus in l. ſi teſtamentum §. in principio, & verſ. ſin autem conditiones, uſque ad finem C. de inſt. & ſubſtit.*, & tradunt *Ruin. conſ.101.n.19. verſ. quæ ergo. Mantic. dell'Albo conſ 346. n.12. Dec conſ 91.n.1. verſ. & ratio iſta. Oſaſch. conſ 10. n.34. & ſeqq. Barboſ. de Clauſ. clauſ.144 n.fin. Rot. cor. Cavalier. dec.196 n.1. & 2.* & in puncto donationis *Rota in rec. dec. 194. n.47. & ſeqq. part.5 dec 334.n.53.63. & ſeqq. & n.68. part.11. & coram Cerro dec.1121. num.63. & num.137. 146. & ſeqq.*

Secundum requiſitum ſubſtitutionis factæ in tota hæreditate, elicitur ex eo, quòd donatio facta filiis, & deſcendentibus Auguſtini, eſt univerſalis omnium, & quorumcunque bonorum mobilium, immobilium, ſemoventium, jurium,
12 actionum cujuſcunque qualitatis, quantitatis, pretii, & valoris exiſtentium. Unde ſubſtitutio in eadem integritate bo-

Ff bo-

norum dici debet facta, in qua inſtitutio facta fuit, ut in individuo tradunt *Modern. Mantuan. conſult.50. n.38. Rodulphin. alleg.33. num.11. Rota in Bonon. Fideicommiſſ. de Ghiſileriis 4. Maji 1699. §. Secundum requiſitum, cor. Reverendiſſ. D. meo Decano.*

Potiſſimè quia Donator pluriès in ſubſtitutione uſus eſt dictionibus relativis, quæ eo magis voluntatem ipſius denotant ſubſtituendi in eiſdem bonis, & hæreditate, in quibus filii, & deſcen-
23 dentes Auguſtini vocati fuerunt in inſtitutione, in ſpecie *Altograd. controv. 37. num.25. Rota coram Zarat. dec. 15. num.19. & cor. ſa. me. Alex. VIII. dec.1. num.34. & 35 & dec.177. num.3. & 4. & in rec. dec.183. n.3. par.10.*

Fortiùs ſi ponderetur, quòd Donans prohibuit, nè Donatarii, eorumque liberi in infinitum poſſent quicquam ex bonis, in quibus fuit facta inſtitutio, alienare, ut illa perpetuò conſervari poſſent in Familia, & quidem verbis ampliſſimis, & geminatis. Quæ prohibi-
24 tio alienationis omnium bonorum, effrænatis verbis facta, patentem inducit demonſtrationem ſubſtitutionis in tota hæreditate, quòdque hæc totalitèr, & ſine ulla diminutione pervenire debeat ad ſubſtitutos, in puncto *Rota cor. Priolo deciſ.417. n.8. coram ſa. me. Alex. VIII. dec.1. num.36. & in rec. dec.293. num.1. & ſeqq. part.16. & deciſ. 755. num. 6. par.18.*

Tertium denique requiſitum, quòd ſubſtitutio ſit facta ultimo, paritèr con-
25 currit Tum quia cum nulla adſit particularis perſona, cui tale onus injunctum fuerit, illud ultimo morienti de jure cenſetur impoſitum: *Decian. conſ. 242. num.73 lib.3. Rota cor. Dunoz. Jun. dec.501. num.8. Priol. dec.177. num.5. cor. ſa. me. Alexandro VIII. dec.177. num.7. & 8. & in rec. dec.209. num.11. par.4. dec.315. num.1. par.10. dec.45. num.5. & 6. par. 13. & deciſ. 316. num.3. par.14.* Tum etiam quia Donator voluit bona donata in perpetuum tranſire debere de una generatione ad aliam, ad hoc, ut in Familia ſua conſervarentur Cum-
26 que præfatus tranſitus ad ſecundam generationem ſequi non poſſit, niſi terminata prima, ſubſtitutio in defectum omnium iſtius generationis, & lineæ facta dicitur, quæ æquipollet, ac ſi facta
27 eſſet ultimo, ut in ſpecie ſubſtitutionis conceptæ in defectum omnium, vel lineæ *Socin. Jun. conſ.145. num.40. lib.3. Altograd. contr.37. n.33 Caſtald. conſult. 21. n.3. Rodulphin. allegat.83. n.4. & 5. & 8. Epiſcop. Rec. diſput.16 n.30. & 31. Modern. Mantuan. conſult. 50. num. 32. Rota in rec. dec.166. num.24. & dec.300. num.12. par.1. deciſ.209. num.11. par.4. num.2. dec.54. num.14. par.8. dec.183. n.6. & 7. par.10. dec.45. num.5. par.13. deciſ.316. num.3. par.14. dec.755. num.3. par.18. & deciſ.218. num.11. par.19. cor. Duran. dec.258 num.11. Zarat. deciſ.15. num.8 & 10. Priol. dec.177. n.5. coram ſan. me. Alexand. VIII. dec.177. num.8. & in Senogallien. Fideicommiſſi 19. Novembris 1694 §. Alterum, coram R.P.D. meo Pio, & in dicta Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſileriis 4. Maji 1699. §. Tertium tandem, coram Reverendiſſ. D. meo Decano.*

In hac enim materia neceſſe non eſt, ut requiſita præfata præcisè, & verbis
28 expreſſis adimpleta fuerint, ſed ſufficit, ſi id fiat æquipollentèr, ut de requiſito, quòd ſubſtitutio fiat in tota hæreditate *Mareſcott. Var. Reſol. lib.1. reſol. 21. num.15. Cappc. Latr. dec.1. num.75. Modern. Mantuan. conſult.50. n.40. Rot. cor. Duran. dec.258. num.12. Arguell. dec.79. num.8. Zarat. deciſ.15. num.19. & 20. Priol. dec.177. n.6. in rec. dec.166. n.23. ad medium, & dec.300. num.10. in fine par.1. dec.18. in fine par.10. dec.316. n.4. par.14. & dec.218. num.12. & 13. par.19. & in dicta Senogallien. Fideicommiſſi §. Tertium denique, & in citata Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſileriis 1699. §. Secundum requiſitum.* Et de alio requiſito
29 ſubſtitutionis ultimo morienti *Bart. in l. quidam teſtamento n.4. ff. de vulgar. & pupillar. Romanld. Sen. conſ.189. numer.17. verſ. præterea. Peregr. conſ.62. ſub num.25. lib.1 Simon. de Prætis de Interpr. ultim. volunt. lib.3. interp.3. dub.4. ſolut.1. ſub num.17. verſ. hanc ego ſol. mihi 323 Modern. Mantuan. conſult 50. numer.31. Caſtill. deciſ. 153 num.3. lib.2. Bora. dec.6. n.12. Rota cor. Bich. dec.271. num.28. Priol. dec.177. num.5. & in rec. dec.300. n.12. par.1. dec.183. n.7. par.10. dec.45. n.5. par.13. dec.333. n.9. par.14. dec.755. num.4. par.18. & dec.218. n.11. par.19.*

par.19. & in dicta Strugallina. Fideicommiſſi 1694. §. Alterum verò.

Ad hanc eandem reciprocam linearem inducendam concurrunt etiam conjecturæ, quę licet quando Fideicommittens plures lineas, & diverſos Columnellos in principio efformavit, vocando plures perſonas, diſtinctis, & propriis nominibus, ac ſi unaquæque
20 ex eis ſuam diſtinctam, & ſeparatam lineam conſtitueret, urgentes eſſe debeant, tamen quando vocatio facta fuit ſub indefinito, & appellativo nomine filiorum alicujus, & ille, à quo proveniunt, fuit conſideratus tanquam caput, & ſtipes illorum, & principium lineæ vocatæ, ut in caſu noſtro, in quo donans inſtituit *filios, & deſcendentes maſculos Auguſtini fratris ſui, ſicque illi contemplati fuerunt, uti conſtituentes unicam lineam ſub Auguſtino patre*, in his terminis, cum non agatur de rigoroſa reciproca lineari, ſed de pluribus deſcendentibus ab eadem linea Auguſtini, in duos ramos diviſis, conjecturæ leviores, & qualeſcunque
21 ſint, ſufficiunt, & de plano unus in portione, alteri obventa, ſuccedere debet, ut benè in ſpecie obſervant *Card. de Luca de Fideicomm. diſc. 27. ſub num. 6. & ſeqq., & diſc. 104. num. 7. Faſar. de Subſtit. quæſt. 475. num. 11. Epiſcop. Rotæ diſput. 15. num. 15. Roſa conſult. 69. n. 63. Altob. reſol. 14. num. 19. Sperell. dec. 132. num. 19. Rota coram Prat. dec. 417. n. 1., in rec. dec. 68. num. 16. part. 15.* & optimè *in dec. 330. num. 11. par. 17. in Romana Fideicommiſſi de Urſinis 2. Februarii 1685. §. Tertia, in Anconitana Fideicommiſſi 27. Junii 1685. §. Dato itaque, coram bo. me. Albergato, & 11. Martii 1687. §. Quod ſi, coram bo. me. Rondinino, Romana Fideicommiſſi de Cerrotis 23. Novembris 1693. §. Nec pariter, coram bo. me. Emerix, in Romana, ſeu Reatina Fideicommiſſi de Vincentinis 2. Aprilis 1696. §. Poſito, coram R. P. D. meo Caprara, in Reatina Fideicommiſſi 4. Februarii 1699. §. Quamobrem, coram Reverendiſs. D. meo Decano, 22. Martii 1700. §. Primo namque, cor. R. P. D. meo Anſaldo,* & optimè *in dicta Bononien. Fideic. de Ghiſleriis 1699. §. Deinde, & ſeqq., & in Romana, ſeu Cortonen. Fideicommiſſi ſuper ſummiſſione 3. Maji anni præteriti §. Parum relevante, coram bo. me. Jacometto.*

Cæterùm in præſenti hypotheſi concurrunt conjecturæ urgentiſſimæ, quarum prima reſultat ex arctiſſima prohibitione alienationis bonorum donatorum, etiam in minima parte, tam inter vivos, quàm ex cauſa mortis in perpetuum, & omni, ac quocunque futuro tempore facta à Donante, ad hoc ut eadem bona perpetuo devenire poſſent de generatione in generationem, & conſervari in Familia. Qui tranſitus de una generatione in aliam, & præceptum perpetuæ conſervationis bonorum, & perpetuæ prohibitionis aliena-
22 tionis, cum adimpleri non poſſint, niſi mediante reciproca lineari, dum illa excluſa per terminationem unius Columnelli, bona diſtraherentur in extraneos, ex tali præcepto volitam dici debere reciprocam de linea ad lineam, firmant in puncto rigoroſæ reciprocæ linearis *Faſar. conſ. 154. num. 18. & 19. Altograd. conſ. 91. num. 7. lib. 1. & conſ. 110. num. 63. lib. 2. Andreol. contr. 194. num. 4. & ſeqq. Urceol. conſult. 80. num. 4. & ſeqq. Seraphin. Maſſon. de Confiſcat. bonor. quæſt. 29. num. 7. & ſeqq. Rocc. diſput. 17. num. 12. in fine,* ubi explicat contrarios. *Rota in recen. deciſ. 411. num. 4. & ſeqq. & deciſ. 472. numer. 11. & ſeqq. part. 14. & in Firmana Prædii della Paraguna 10. Junii 1696. §. Quo enim, & ſeqq. coram Me, 23 Januarii 1697. §. Et ſanè coram, bon. mem. Urſino, & 5. Junii 1698. §. Iſta quoque, & ſeqq. cor. R. P. D. meo Lancetta, & in Ariminen. Fideicommiſſorum ſuper recommendatione 5. Martii 1698. §. Deſcendendo, & §. finali, coram Reverendiſſimo D. meo Decano, Reatina Fideicommiſſi 17. Maji 1680. §. Fideicommiſſum, coram bon. mem. Albergato, 23. Junii 1698. §. Hoc objectum, & ſeq. coram R. P. D. meo Priolo, 5. Maji anni præteriti §. Quod ſi igitur, coram R. P. D. meo Pio, Perafina Fideicommiſſi 27. Junii 1698. §. Paritatem, & §. Quoniam, coram Eodem, Reatina Fideicommiſſi 4. Februarii 1699. §. Verum etiam, coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & 22. Martii anni præteriti §. De reliquo, coram R. P. D. meo Anſaldo,* & in terminis reciprocę inter perſonas ejuſdem lineæ, in plures Columnellos ſubdiviſæ *Epiſc. Rota dicta diſput. 15. num. 9. & ſeqq., Rota in citata Bononien. Fideicommiſſi de*

notantibus perpetuitatem, & tractum ſucceſſivum *Thor. voto 88. num. 21. par. 2. Rota coram Rambald. dec. 610. num. 4. & ſeqq. Zerol. dec 13. num. 12. Cerr. deciſ. 796. num. 6. & in rec. deciſ. 411. num. 2. & ſeqq. dec. 465. num. 14. & dec. 472. numer. 21. par. 14. & dec. 339. n. 18. par. 17. in citata Bononien. Fideicommiſſi de Ghiſlerius 1699. §. Quæ omnia, & in dicta Romana, ſeu Cortonen. anni 1700. §. In præſenti.* Et de maſculinitate, & legiti-
32 mitate *Surd. conſ. 343. num. 18. circa finem. Rota coram Peutinger. dec. 236. numer. 14. in rec. dec. 266. num. 13. par. 1. deciſ. 285. n. 10. par. 13. & in dicta Comen. Fideicommiſſi 5. Junii 1681. §. Alia verò, coram bo. mem. Albergato.*

Maximè ſi omnes dictæ conjecturæ ſimul, & unitim ſumantur, cum in his terminis intret propoſitio, in omnibus aliis materiis conjecturalibus re-
33 cepta, ut conjecturæ, quæ ſingulæ, ac de per ſe non proſunt, ſimul junctæ juvent, de qua in ſpecie *Gab. conſulti. 50. num. 48. Rot. coram Buch. dec. 187. num. 31. Priol. dec. 177. num. 23. & dec. 433. nu. 17. in rec. dec. 389. num. 13. par. 4. tom. 2. deciſ. 326. num. 21. deciſ. 421. num. 13 & deciſ. 465. num. 38. par. 14. & in dicta Comen. Fideicommiſſi §. Has autem, & in dicta Sinigallien. Fideicommiſſi §. Rurſus.*

Præterea ex alio etiam capite immiſſio Actoribus denegari non potuit, quia nempe eadem bonorum univerſitas ſub unica verborum ſtructura, & periodo, fuit relicta filiis Auguſtini, ac proindè Comite Carolo ſine filiis ul-
34 timo loco defuncto, ipſiuſque ramo extincto, Senator Pompejus, & Hercules Maria, à dicto Auguſtino deſcendentes, tanquam conjuncti re, & verbis, per jus accreſcendi, vel non decreſcendi ſuccedere debent, ad *Textum in §. Si eadem res Inſtit. de legat. l. 1. in princ. l. penult. ff. de uſufruct. accreſcend. & in l. unica §. Ubi autem, verſ. ſin verò nemo aliis C. de cadùc. tollend.*, & tradita per *Bellon. de Jure accreſcendi cap. 5. quæſt. 39. à num. 1. Rodolphin. allegat. 33. num. 2. & 3. Card. de Luca de Jure Patronat. diſc 35. n. 10. verſ. ſi in contrarium. Rota cor. Ypolit dec. 71. n. 8. & ſeqq. Royas dec. 418. à n. 10. Cerr. dec. 841. n. 6. dec. 911. n. 10. & in rec. dec. 220. n. 14. & dec. 374. n. 4. part. 11. & dec. 97. num. 13. part. 17. & in Bononien. Fideicommiſſi de Mariſcottis 3. Decembris 1691. §. Quæ clariora, confirmata 23 Junii 1692 cor. Reverendiſſimo D. meo Decano, & in Fanen. Fideicommiſſi 17. Junii 1695. §. Præſuppoſitis verſ. unde clariùs, coram bon. me. Emerix.*

Non obſtante, quòd jus accreſcendi, vel non decreſcendi, non detur in contractibus, nec poſt quæſitum emolumentum. Nedum quia, quando ſubſtitutio facta fuit ſub nomine collectivo filiorum, & deſcendentium, etiam in contractibus habet locum jus accreſcendi, ſeu non decreſcendi, nam in
35 tali ſubſtitutione promiſſio non fit particularibus perſonis, ſed corpori, quod ſemper eſt idem, ſive plures, ſive pauciores perſonæ ſub eo contineantur. *Bellon. de Jure accreſcend. cap. 6. quæſt. 21. num. 15. & quæſt. 32. num. 35 & ſeqq. Addent. ad Pamphil. dec 512. num. 16. Rota in rec. dec 154. n. 12. par. 11.* Verùm etiam quia cum ex ſtrictiſſima prohibitione alienationis etiam in minima parte, ad hoc, ut bona conſervarentur in Familia, & tranſire poſſent de generatione in generationem, colligatur, Donantem integra, & indiviſa voluiſſe bo-
36 na remanere in Familia ſua, & deſcendentibus Auguſtini in perpetuum, hæc individuitas operatur, ut locus eſſe debeat juri non decreſcendi, non obſtante, quòd verſemur in contractibus. *Marta de Succeſſ. Legal part. 4. quæſt. 27. artic. 4. num. 35 Bellon. de Jure accreſcend. cap. 6. quæſt. 32. & n. 38 & ſeqq. & q. 33. num. 4. & 10. Mantic. de Tacit. lib. 22. tit. 34. num. 1. Craſſ. in §. Jus accreſcendi quæſt. 24. num. 2. Rota in rec. dec. 369. n. 3. part. 18.*

Quoties enim ex conjecturis deſumi poteſt voluntas Contrahentium, quòd in donatione, aliiſque contractibus jus accreſcendi locum habeat, ſemper eidem locus eſſe debet, & voluntas præfata, tanquam lex vetiti ſervanda, in
37 ſpecie *Bald. conſ. 283. num. 1. lib. 5. Rain. conſ. 159. num. 9. lib. 1. Decian. reſponſ. 27 num. 39. lib. 3. Bellon. de Jur. accreſcend. cap. 6. quæſt 32. num. 63. & 64. & q. 36. num. 14. Covarr. Var. Reſol. lib. 3. cap. 22. de Jur. accreſcen. num. 60. & 61. Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. lib. 1. cap. 17. num. 64. Mantic. de Tacit. lib. 22. tit. 34. num. 3.*

Ro-

Rota coram Ptolo dec.876. & coram Seraphin. dec.154. num.1. & 2. & in recen. dec.569. num.111. & 12 part 18.

Nec magis urget alia objecti pars, quòd ſimus poſt quæſitum emolumentum. Nam licèt vera regula ſit, jus accreſcendi locum habere non poſſe
38 poſt aditam hæreditatem, & acquiſitam portionem, ac emolumentum, hæc tamen regula eandem limitationem recipit contrariæ voluntatis diſponentis, vel expreſsè, vel ex conjecturis deſumptæ in ſpecie *Zanch. in l. heredes mei 57. §. Cum ita, part. 8 num.178. & ſeqq. ff. ad Trebellian. Caſſan. conſ. 14. num.9. Decian. conſ.73. num.12. lib.2. Cancer. Var. dicto lib.3. cap.22. num.60. Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. dicto cap.17. num.63. Bellon. de Jur. accreſcend. cap.7. quæſt.39. num.85. cum duob. ſeqq.* Quæ voluntas in caſu iſto tripliciter deſumitur. Primò ex eo, quòd Donator non reliquit bona primis hæredibus tantùm, ſed filiis Auguſtini, eorumque filiis, & deſcendentibus maſculis in infinitum, inter quos, uti vocatos nulla facta diſtinctione portionum, ad oculum demonſtrabilium, ſemper eſt locus juri accreſcendi, quod per acquiſitionem, ab uno ex conjunctis fa-
39 ctam favore alterius, ipſiuſque deſcendentium vocatorum, ſuſpenditur ſolùm donec durat poſſeſſoris linea, ſed non tollitur, ut diſtinguendo tradunt in puncto *Cancer. Var. dicto lib.3. cap.22. num.61. Rodolphin. allegat.33. num.2. & 3. Rot. coram Ptolo dec.71. num.10. & ſeq. & in recen. dec.374. num.7. & 8. part.11 & in Bononien. Fideicommiſſi de Marſcottis 3. Decembris 1691. §. Parùm refragante, coram Reverendiſſimo D. meo Decano.* Secundo ex quo Donator à principio non diſtinxit lineas, ſed vocavit omnes filios, & deſcendentes Auguſtini, tanquam conſtituentes unicam lineam ſub Auguſtino patre, ſicque cum eos conſideraverit uti redactos in unum corpus, ſuperſtes præoccupat partem deficientis uti ſuam. op-
40 timè in individuo *Rota in dicta Bononien. Fideicommiſſi de Marſcottis 3. Decembris 1691. §. Parùm refragante, coram Reverendiſſimo D. meo Decano, confirmata 23. Junii 1693. coram Eodem.* Tertiò quia voluit indiviſam ſemper remanere hæreditatem, & indiviſam tranſire de una generatione ad aliam, dum prohibuit alienationem bonorum, *etiam in minima parte*, quo caſu illa dicitur eſſe apud omnes hæredes, & poſſeſſores inſolidum, retinetque conditionem juris non decreſcendi in puncto
41 *Bellon. de Jur. accreſcend. cap.7. quæſt.39. n.82. & 83. Card. de Luc. de Feud. diſc.8. n.16. Rot. in d. Bononien. Fideicommiſſi de Marſcottis 1691. §. Parùm refragante, in fine.*

Deſcendendo ad tertium Fideicommiſſum Auguſtini, illius vigore pariter debita eſt immiſſio ad bona ab eo poſſeſſa, & à Hieronymo Patruo provenientia. Quamvis enim iſte Fideicommiſſum ordinaverit, nepotum dumtaxat comprehenſivum, tamen illud non fuit ſimpliciter ab Auguſtino in ſuo Teſtamento approbatum, ſed renovatum, & perpetuatum, declarando ulterius ſuam voluntatem conſervandi perpetuò in agnatione, & Familia bona ab eo poſſeſſa, & ſibi à Majoribus relicta, ibi *Proſiterido, volle ſuorum Majorum veſtigiis inhærere, et eorum voluntas pleniùs adimpleatur, et bona ab eis relicta perpetuò in agnatione, & Familia ipſius Teſtatoris conſerventur, Fideicommiſſum factum per Gladinum, & Fideicommiſſum factum per Hieronymum Herculanum, et Fideicommiſſum factum per Dominicum Mariam ſpecialiter, & expreſsè in omnibus, & per omnia ratificavit, laudavit, approbavit, & quatenus opus ſit, renovavit, & repetiit, & perpetuò durare voluit pro conſervatione ejus Familiæ, & Agnationis, ut in eis continetur, & ut infra dicetur, et ad omnes alios meliores fines, & effectus.* Si enim Auguſtinus ſe declaravit ſuorum Majorum voluntatem pinguiùs adimplere; ſi expreſſit, ſe velle bona ab eiſdem Majoribus ſibi relicta, in Agnatione, & Familia ſua perpetuò conſervari, ſi ad prædicta aſſequenda, eorundem Majorum Fideicommiſſa renovavit, & perpe-
42 tuò durare voluit, pro conſervatione ejus Familiæ, & Agnationis, ſignum evidens eſt, quòd noluerit bona à Hieronymo ſibi provenientia, illius Fideicommiſſo tantùm ſubjici, Filiorum ſolùm, & Nepotum comprehenſivo, ſed aliud Fideicommiſſum voluiſſe in dicto ſuo te-

teſtamento ordinario, duraturum in perpetuum, & cum quo bona in Agnatione, & Familia poſſent conſervari; aliàs voluntas Majorum Auguſtini pinguiùs non adimpleretur, dum ſuum teſtamentum pluſquam illa Auctorum ſuorum non contineret, bona in Agnatione, & Familia perpetuò non conſervarentur, nec pro eorumdem conſervatione Fideicommiſſum perpetuò duraret, dum illud in Auguſtino expiraret, ad quæ abſurda, contrarietates, & repugnantiam evitandam, omninò dicendum eſt, Auguſtinum in ſuo teſtamento noluiſſe ſe reſtringere ad Fideicommiſſa Majorum ſuorum, ſed aliud condere voluiſſe magis duraturum, & perpetuum, ut pro excludenda reſtrictione Fideicommiſſi, firmat *Rota coram Cerro. dec.493. num.7. Merlin. de-ciſ.83. n.4. & 6.*, ſemper enim ea capi
43 debet interpretatio, per quam abſurdum evitetur, ut in propria materia unius Fideicommiſſi relativi ad aliud *Caſanat. conſ.53. n.72. & ſeqq. Rota in Romana, ſeu Rostina Fideicommiſſi 23. Januarii 1697. §. Mens autem, in fine, cor. R.P.D. mea della Tremoille*.

Nullatenùs attento, quòd Auguſtinus reſtringere ſe voluerit ad Fideicommiſſa Majorum ſuorum, per illa verba — *Prout in eis continetur* — & conſequenter cum illud Hieronymi ſit temporale, tale etiam dici debeat aliud Auguſtini relativum. Quoniam Auguſtinus noluit ſimpliciter ſe referre, & approbare Fideicommiſſa Majorum ſuorum, ſed aliud de novo condere, ut elicitur ex paſtis, & conditionibus diverſis, & re-
44 pugnantibus, adjectis, tam in illis, quàm in alio, ab ipſo condito. In primo enim, & ſignanter in illo Hieronymi, filii ex fœminis non fuerunt vocati, & voluta fuit expiratio Fideicommiſſi in perſona ejuſdem Auguſtini, quando in illo ab iſto exarato, filii fœminarum fuerunt invitati, & amatè exoptata conſervatio Agnationis, & perpetuitas Fideicommiſſi, mediantibus verbis diſpoſitivis, & præceptivis, in proœ-
45 mio, & corpore teſtamenti adjectis, quæ novum Fideicommiſſum important, & diſtinctum ab alio, ad quod habita fuit relatio. *Surdu. Jun. conſ.75. num.15. lib.3. Modern. de Primogenit. Italiæ part.2. quæſt.20. ſub n.18. verſ. inſuper, & qu.12. n.1. ſeqq. & n.8. & 9. Urceol. de Tranſact. quæſt.61. n.14. & ſeqq. Rota cor. Cerro. dec.1748. n.3. & dec.1807. n.5., & ſeqq. Merlin. dec.431 n.4. & per totum, & in recen. dec.180. n.16. part.17. cor. ſa. mem. Alexandro VIII. dec.97. ex num.5. & dec.100. ex n.11.*

Verba autem illa — *Prout in eis continetur*, vel intelligi debent congrua congruis referendo, cum enim Auguſtinus ratificaverit, laudaverit, approbaverit, & quatenus opus fuerit, renovaverit, & perpetuò durare voluerit ſuum Fideicommiſſum, verba ratificativa, & approbativa intelligenda ſunt de Fideicommiſſis Gherdini, & Domi-
46 nici Mariæ, quæ erant perpetua, & indigebant ſolùm approbatione, ad hoc, ut comprehenderent etiam Auguſtini bona, ſubſequentia autem verba — *Renovamus, & perpetuò durare volumus* — referenda ſunt ad Fideicommiſſum Hieronymi, quod renovatione, & perpetuatione indigebat, cum in perſona ejuſdem Auguſtini expiraſſet vel intelligi debent appoſita ad demonſtrandam voluntatem Teſtatoris condendi
47 novum Fideicommiſſum, ſimilitudinarie quidem in genere Fideicommiſſi, & quoad reciprocam, & vocationem illorum de agnatione, volitam etiam à Hieronymo, non autem de ſimilitudine in ſpecie, circa nempe durationem ejuſdem Fideicommiſſi, & comprehenſionem perſonarum, ut in puncto tradunt *Surdu. Jun. conſ.75. num.9. & ſeqq. lib.3. Caſanat. conſ.47. num.114. & ſeqq. conſ.50 num.16. & conſ.56. num.12. & ſeqq. Card. de Luca de Fideicomm. diſc.119. num.5. & 6. Peregrin. ad. Tract. artic.26. num.114. in fine, Modern. de Primogen. Ital. part.2. quæſt.20. ex num.11. & 19. & quæſt.22. num.5. Rodulphin. alleg.33. num.15. Rota coram Cerro. dec.1748. n.6. Merlin. dec.431. num.11. & ſeqq. & in rec. dec.180. num.15. part.17.* vel demum intelligenda eſſent, ut importarent relationem ad contenta in Fideicommiſſo Hieronymi in aliis partibus, præ-
48 terquam in iis, in quibus fuit in novo Fideicommiſſo diſpoſitum, & ordinatum contrarium, ut in terminis unius diſpoſitionis, relativæ ad aliam, *Rota in Aversana Prædii 12. Decembris 1692.*

§. Quo-

confirmatâ 12. Januarii 1699. cor. R.P.D. meo Caprara, & 1. Julii ejuſdem anni, cor. R.P.D. meo della Tremoille.

Et demum quoad quartum Fideicommiſſum Cæſaris de Herculanis, ultra quòd iſtius exiſtentia, & purificatio non controvertebatur à Comitiſſa, clara apparuit ex verbis Teſtamenti, in quo Cæſar hæredes inſtituit univerſales Herculem, & Germanicum fratres, iſtorumque linea maſculina finita, alios ſubſtituit, unde Senator Pompæjus, & Co: Hercules Maria fratres de Herculanis, deſcendentes ab Hercule hærede inſtituto, ſuccedere debent in portione poſſeſſa à Carolo Eleuterio, ultimo loco defuncto, non autem Comitiſſa iſtius hæres, cum donec extent deſcendentes
58 Herculis, & Germanici, hæredum inſtitutorum, defecta dici non poſſit eorum linea maſculina, nec fieri poſſit locus ſubſtituto, aut libertati bonorum, etiamſi deficiat unus Columnellus; cum in his terminis pluralitas in ſingularitates reſolvi non poſſit, ſed inter omnes de linea ordinata dicatur reci-
59 proca ſubſtitutio, ut in ſpecie advertit *Rota cor. Dunoz. Jun. dec. 186. n. 9. & 10.* Et magis in terminis ſubſtitutionis factæ finita linea *Rota coram ſa. me. Alexandro VIII. dec. 177. num. 10. & in rec. deciſ. 97. num. 4. & ſeqq. par. 7. & dec. 183. num. 18. & ſeqq. par. 10.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Jus accreſcendi quando locum habeat, & quales conjecturæ pro eo inducendo requirantur. Quando, & ex quibus conjecturis conjunctus præferatur ſubſtituto: Prædilectio ad hunc effectum ex quibus deſumatur. Pluralitas quando reſolvatur in ſingularitates, & quando habeat locum vulgaris axioma.

SUMMARIUM.

1 *Pluribus hæredibus in ſolidum inſtitutis portio decedentis, per jus accreſcendi, vel non decreſcendi, devolvitur ad ſuperſtites.*

2 *Ex conjunctione hæredum re, & verbis, reſultat jus accreſcendi, ſeu non decreſcendi.*

3 *Prout ex vocatione plurium in ſolidum, quo ſtante, quæcunque portio deficiens per jus non decreſcendi ſemper remanet apud ſuperſtitem.*

4 *Ex quo plures inſtituti fuerint æquis portionibus, non dicitur inter eos facta diviſio realis, quæ tollat jus accreſcendi, ſed intellectualis, quæ non repugnat.*

5 *Datio ſubſtituti non excludit jus accreſcendi, quando conſtat de voluntate Teſtatoris in contrarium ex conjecturis.*

6 *Et conjecturæ ſufficiunt leves, & veriſimiles,* & n. 9. & ſeqq.

7 *Contra, quòd requirantur urgentes, & ad id adducitur* Textus in l. quidam teſtamento 30. ff. de vulgar: *qui explicatur, & latè expenditur* numer. ſeqq.

Et quæ ſint conjecturæ ſufficientes recenſentur n. 12. & pluribus ſeqq.

8 *Verba J. C. narrantis factum, non valent adduci pro lege, nec ab eis arguitur ad caſum legis.*

11 *Conjunctus, tacitè vocatus dicitur nominatim, quàm ſubſtitutus, & non venit ex voluntate permiſſiva Teſtatoris, ſed diſpoſitiva, ex ratione, de qua* ibidem.

12 *Prima conjectura, ob quam ſubſtitutus non excludit jus accreſcendi, eſt prædilectio perſonæ conjunctæ, etiamſi iſta non ſit ex filiis Teſtatoris, ibique exemplificatur in Patre, Fratre, aliiſque extra filios, & deſcendentes.*

13 *Auctoritates in contrarium reprobantur, & explicantur,* & n. 14.

Et maximè hoc procedit in Teſtatore non habente liberos, quique ſe expreſſit, velle aſſumere Nepotes in locum filiorum n. 25. & ſeqq.

15 *Hæc autem prædilectio reſultat ex priori nominatione in teſtamento.*

16 *Et ex quo quis ſit inſtitutus, qui præſumitur magis dilectus ſubſtituto.*

17 *Maximè ſi ſit hæres univerſalis, qui cum magis honorabilem titulum habeat in teſtamento, omnibus aliis cenſetur prædilectus.*

18 *Et ex quo aliquis fuit majori parte hæreditatis honoratus; nam ſemper dicitur prædilectus eo, qui minus habet emolumentum.*

Prout ex quo aliquis ſit proximior, qui præſumitur magis dilectus remotiore n. 22.

Maximè ſi Teſtator declaravit conjunctos ſuccedere debere ad excluſionem ſubſtituti, quia volebat proximiores præferri remotioribus n.23.

29 In materia Succeſſionum Jus civile debet attendi.

20 Nepos tam attento Jure Canonico, quàm Civili, dicitur proximior Conſobrino.

21 Graduum computatio de Jure Civili fit, deſumendo diſtantiam unius perſonæ ab alia, à quantitate perſonarum, quæ interveniunt.

24 Una pars teſtamenti aliam declarat.

26 Diſpoſitio procedens quoad filios, ſi Teſtator non habet filios, procedit quoad nepotes, in locum filiorum aſſumptos.

27 Quæ concluſio procedit, tam in terminis Textus in l. cum avus, & l. cum acutiſſimi, quæ habent locum in nepote ex fratre, quando Teſtator filios non habet.

28 Tùm quoad alimenta filio debita, quæ & nepotibus, & extraneis, ſi loco filiorum aſſumantur, debentur.

Et quoad jus accreſcendi n.25.

29 Et in aliis caſibus.

Rationi in contrarium reſpondetur, & explicatur quomodo intelligatur hæc aſſumptio in locum filiorum n.31.

30 Auctoritas punctualis ſine contradictore facit caſum Legis.

32 Alia conjectura, propter quam conjunctus excludit ſubſtitutum, eſt, ſi Teſtator alium prætulit, erga quem eandem affectionem oſtendit, ac erga conjunctum.

33 Maximè ſi Teſtator declaravit ſe omnes cohæredes, æqualitèr dilectos, voluiſſe inter ſe reciprocare.

34 Et hæc declaratio deſumitur ex depoſitione Advocati, qui teſtamentum dictavit.

35 Subſtitutio, indefinitè concepta, licèt careat nota totalitatis, dicitur facta in tota hæreditate.

36 Tertia conjectura pro excluſione ſubſtituti conſiſtit in ſubſtitutione, facta in tota hæreditate, quæ neceſſario infert jus accreſcendi.

37 Prout ſi fuit ſimplicitèr, & indefinitè concepta, quia ut locum habeat, requiritur deficientia omnium inſtitutorum.

Et uno decedente, illius portio ad conjunctum pertinet, non ad ſubſtitutum ibidem.

38 Auctoritates in contrarium explicantur, & n.39.

40 Maximè ſi concurrant circumſtantiæ, ex quibus conſtet, quòd verbum hæreditas indefinitum, de tota fuit acceptum, & num. ſeqq.

41 Prout evenit quando dictum fuit in hæreditate, & bonis.

42 Vel ſi in tota hæreditate facta fuit inſtitutio.

Et fortiùs ſi inſtitutio fuit conjuncta cum ſubſtitutione per copulam &, num.43. & 44.

43 Natura copulæ &, eſt unire, & repetere in ſubſequenti præcedentem diſpoſitionem.

44 Et per dictam copulam totalitas, in inſtitutione contenta, cenſetur replicata in ſubſtitutione.

45 Nec obſtat, quòd in inſtitutione adſit diviſio per quotas, quia hæc diviſio totalitatem ad hunc effectum non tollit, quando Teſtator ſe declaravit in Codicillis, quòd verbum indefinitum hæreditas, intellexit de tota.

46 Verba dubia Teſtamenti declarantur à verbis claris, appoſitis in Codicillis.

47 Altera conjectura pro excluſione ſubſtituti, eſt, ſi ſubſtitutus ſit vocatus poſt mortem plurium, non unius, altero tantùm decedente, non ſuccedit ſubſtitutus, ſed conjunctus, vigore juris accreſcendi.

Et quando ſubſtitutio dicatur copulativè facta reſpectu plurium, non obſtante quòd copula & ſit appoſita inter duas orationes, & diverſas perſonas n.51. & ſeqq.

Et eo magis copulativè facta cenſetur ſubſtitutio, ſi in parte conditionali teſtamenti eaſdem perſonas Teſtator copulaverit n.53.

48 Copula & qualitates repetit, & conjungit ſubſtitutiones, & n.49.

50 Non purificata conditione ſubſtitutionis, nunquam excluditur jus accreſcendi.

51 Copula & plures gradus continuatos ſubſtitutionum conſtringit per modum unius, quamvis unaquæque oratio regatur à proprio verbo.

52 Amplia etiamſi ultra diverſitatem orationum concurrat diverſitas perſonarum.

53 Pars conditionalis clara declarat diſpoſitionem dubiam.

54 In præjudicium conjuncti et, & verbis, quam-

quamvis alter ex conjunctis non ſit ex Filiis Teſtatoris, pluralitas non reſolvitur in ſingularitates.

55 *Superexiſtentia perſonæ, ſimul inſtitutæ, impedit dictam reſolutionem.*

56 *Perſonæ, quæ per jus accreſcendi, vel non decreſcendi, poteſt excludere ſubſtitutum, ſemper ad dictum effectum dicitur prædilecta.*

57 *Præcipuè reſiſtente Teſtatoris voluntate, qui uſus fuerit conditionibus,* ſi ambo, ſi uterque, ſi omnes deceſſerint, *quæ reſolutionem pluralitatis in ſingularitates impediunt.*

58 *Et ſi expreſſim fuit ordinata reciproca.*

59 *Sicut ſubſtitutus excluditur per jus accreſcendi, ita venitur in vim vulgaris anomala.*

60 *Subſtitutio vulgaris anomala ſolùm intrat, ubi ſubſtitutus præmoritur inſtituto, ut ſubſequenter ſubſtitutus in ejus locum admittatur.*

61 *Non autem quando agitur de ſuccedendo ipſimet defuncto ante ſubſtitutum.*

62 *Ceſſat vulgaris anomala, ubi ſubſtitutio facta fuit à Teſtatore ſub conditione ſupervenientiæ.*

63 *Talis conditio ſupervivientiæ expreſſè dicitur reſultare, ſi ſubſtitutio fuit facta poſt mortem.*

64 *Immò ſufficit etiam tacita, quando conſtat de voluntate Teſtatoris, ſub tali conditione ſubſtituendi.*

§. II.

FErdinandus in Teſtamento, per ipſum condito, ſibi hæredes inſtituit in ſolidum tres ſuos ex Baptiſtina Sorore Nepotes, videlicèt Joannem Baptiſtam, & Joannem Antonium, in Sacerdotali dignitate conſtitutos, & Joſephum Mariam Laycum, & poſt mortem Joannis Baptiſtæ, & Joannis Antonii, ſuccedere voluit Joſephum Mariam, ſeu ejus hæredes, & ſucceſſores: decedente autem Joſepho Maria ſine filiis legitimis, & naturalibus, voluit in ſuis bonis, & hæreditate ſuccedere debere Antonium, & Angelum Adverſarios.

Deceſſit primus omnium ex prædictis tribus Fratribus, hæredibus inſtitutis, Joſephus Maria ſine filiis. Exortaque quæſtione, an portio defuncti ſpectare deberet ad fratres ſuperſtites, vel ad DD. Adverſarios ſubſtitutos, credimus illam eſſe decidendam favore DD. Principalium

Etenim, cum Teſtator Jo. Baptiſtam, Joannem Antonium, & Joſephum Mariam, hæredes inſtitutos, ad hæreditatem inſolidum vocaverit: ſequitur, quòd mortuo Joſepho Maria ſine filiis, ejus portio per Jus accreſcendi, ſeu non decreſcendi, conſolidata fuerit in
1 DD. Principales ſuperviventes, ut firmant *Handed. conſ.54. num.12 lib.1. Aſtolin. reſol.115. num.30. Rota dec.915. ſub num.9. coram Cerro, & dec.72.num.8. & ſeqq. coram Pyrrho, & dec.374. num.4. & ſeqq. part.11. recen. & in Bononien. Fideicommiſſi de Mareſcottis 3. Decembris 1691. §. Quæ clariora, verſ. propter quod defectu Antonii Mariæ, & 13. Junii 1692. coram R.P.D. Molines,* quorum prima hodie eſt impreſſa *poſt de Luca de Fideic. dec.66. n.13.*

Quòd autem Teſtator inter prædictos voluerit ordinare Jus accreſcendi, ſeu non decreſcendi; patet, tum ex eo quòd ipſi ſunt inter ſe conjuncti re, & verbis, dum ſub uno, & eodem verborum complexu, & unica oratione, hæreditas dd. fratribus fuit relicta, ibi
2 *In tutti gli altri ſuoi beni, mobili, & immobili &c. Inſtituiſco ſuoi eredi univerſali Gio: Batiſta, Gio. Antonio, e Giuſeppe Maria fratelli ſoli, & inſolidum &c* -- ex quo reſultat Jus accreſcendi, ſeu non decreſcendi: ad *Text. in §. Si eadem res Inſtitut. de legat. l. triplici 142. ff. de Verbor. ſignif. Aſtolin. reſol.115. num.33. & 34. Bellon. de Jure Accreſc. cap. 5. quæſt. 15. num.1. Rota in d. Bononien. Fideicommiſſi de Mareſcot-*
3 *tis 3. Decembris 1691. §. Quæ clariora, coram R. P. D. Molines, poſt de Luc. de Fideicom. d. dec.66. num.13.* Tum etiam ex eo quòd fuerunt inſtituti inſolidum, quod verbum, cum hæreditatem individuam reddat, operatur, ut hæreditas tota remanere dicatur penes quemcunque, adeout uno ex ipſis decedente, hæreditas penes alium remanere dicatur per Jus non decreſcendi, ad tradita per *Bald. in l.1. C. quando non petent*

&c. Mandel. conſ. 54. num. 22. lib. 1. Urſill. Concluſ. Legal. V. Accreſcendi Jur. concl. 35. num. 51. Bellon. de Jur. Accreſcend. quæſt. 10. num. 1. Manſ. conſult. 81. n. 35. verſ. ubi habetur. Card. de Luca de Feud. diſc. 8. ſub num. 16. Rota in d. Romanæ Fideicommiſſi de Mareſcottis 3. Decembris 1691. §. Parum refragante, in fine, verſ. & etiam, coram R. P. D. Molines, hodie impreſſa poſt de Luca de Fideicommiſſ. dec. 66. num. 19.

Non obſtante, quòd Teſtator diviſerit æquis portionibus, quæ diviſio ceſſare facit Jus accreſcendi, quia cum partes non fuerint deſignatæ pro diviſo, hoc eſt corporaliter, itaut ad oculum demonſtrari poſſent, ſed pro indiviſo, hoc eſt Juris intellectu, abſque vera, & effectiva partium diviſione per certas, & determinatas quotas, cuilibet aſſignatas, talis diviſio non tollit conjunctionem realem, & per conſequens,
4 non impedire valet Jus accreſcendi, ex firmatis per Bellon. de Jure Accreſc. cap. 5. quæſt. 10. num. 1. & ſeqq. Altograd. conſil. 115. num. 34. & 35. Rota coram Royas dec. 418. num. 10. & in rec. dec. 236. num. 27. part. 16. coram Cerro deciſ. 842. num. 6. & dec. 921. num. 10. & in Romana Fideicommiſſi de Bulgaris 21. Aprilis 1690. §. Demum non urget, cor. Reverendiſſimo D. Epiſcopo Taranen. Et in ſpecie legati, vel inſtitutionis, pluribus factæ, cum clauſula æquis partibus, Angel. Rodulphin. allegat. 65. num. 11. & 12. Gratian. diſcept. 535. n. 7. & 13.

Prout non relevat, quòd in caſu, de quo agitur, fuerit datus ſubſtitutus, qui Jus accreſcendi excludit, quia licèt vera ſit concluſio, quòd Jus accreſcendi ceſſet per dationem ſubſtituti, hæc tamen eſt ſimplex conjectura legis, à qua
5 receditur, quando conſtat de voluntate Teſtatoris in contrarium ex aliis conjecturis, & præſumptionibus ad Textum in l. quidem teſtamento ff. de vulgar. Ibro. conſ. 11. num. 14. Bologn. conſ. 66. num. 3. Intrigliol. de Subſtitut. centur. 1. quæſt. 25. num. 12. Bellon. de Jur. Accreſc. cap. 10. quæſt. 10. num. 43. & ſeqq. Dueren. eodem Tract. cap. 16. Mantica de Conjectur. lib. 4. tit. 12. num. 21. Fuſar. de Subſtit. quæſt. 33. num. 37.

Adeout ad hunc effectum, non conjecturæ urgentes, & præpotentes, ſed
6 cum agatur de recedendo à ſimplici conjectura legis, ſufficiant etiam leves, & veriſimiles, juxta tradita in ſpecie per Mandel. Alb. conſ. 31. n. 13., ibi - ſtante habilitate ipſius materiæ ſubjectæ, ideſt Juris accreſcendi, quod ex qualibet levi conjectura ſolet præferri ſubſtitutioni - Cravett. conſ. 754. num. 1. verſ. conjectus etiam, ibi - Conjunctus etiam ſubſtituto anteferetur contra Juris regulas ex veriſimili Teſtatoris voluntate. l. quidam teſtamento ff. de vulgari - Socin. conſ. 37. num. 5. lib. 2. Bellon. de Jure Accreſcen. cap. 10. quæſt. 10. num. 47. & 48. ibi - adeout ſufficiat qualibet etiam levis conjectura.

Hanc theoricam impugnat Pars adverſa, dicens, requiri conjecturas urgentes, ad id allegando Text. in l. quidam Teſtamento 30. ff. de vulgar. Verùm
7 in d. Textu noluit decidere Legiſlator, quæ conjecturæ requirerentur ad hoc, ut conjunctum excluderet ſubſtitutum, ſed ſolùm quærit, an pars, ibi vacans, ad ſubſtitutum, vel ad conjunctum ſpectare deberet, ſubdens, quòd ſpectabat ad conjunctum, quia Teſtator voluit, hæreditatem ad ſubſtitutum pertinere, ſi tota vacaſſet, quòdque talis fuerit mens Teſtatoris, dicit evidenter reſultare ex eo, quòd ipſe inter ſubſtitutos pluſquam duodecim uncias diviſerat, ibi - reſpondit, cum videri voluntatem Patris familias fuiſſe, ut tertio gradu ſcriptos hæredes ita demùm ſubſtituerit, ſi tota hæreditas vacaſſet, idque apparere evidenter ex eo, quòd plures quàm duodecim uncias inter eos diſtribuiſſet - unde cum verbum illud evidenter non cadat ſuper qualitate conjecturarum requiſitarum, ſed ſuper ſubſtitutione, quam evidens eſt factam fuiſſe ſuper tota hæreditate, quando Teſtator inter ſubſtitutos diviſit pluſquam duodecim uncias, illudque fuerit ſolum à Legiſlatore adjectum narrando factum, ejuſque circumſtantias, quæ in caſu ſibi propoſito concurrebant, non faciunt aliquod Jus, cum verba Juris Conſulti narrantis factum, non poſſint adduci pro
8 lege, neque ab eis liceat arguere ad caſum legis, ut optimè ponderant Jaſon. in l. 1. n. 38. ff. de offic. ejus &c. Felin. in cap. 1. num. 18. ad med. de Conſtit. Tiraquel. in l. ſi unquam V.

lo-

liberis n.37. C. de revocan. donat. Gratian. diſceptat. 358. num.37. & pluribus ſeqq. ibi — *Tamen illa non eſt deciſio, ſeu reſponſio Papæ, ſed tantùm allegatio Partis, tum ubi narrantur prius omnia, quæ Litigantes hinc inde adducebant: Allegationes autem Partium, in Textu narrata, non faciunt aliquod Jus, cum verba Juris Conſulti narrantis factum, ſeu Allegationes, non poſſint adduci pro lege, nec licere argumentari à verbis Legis narrantibus factum* — ibique *Card. Anton. de Luca n.1.* ubi plures alias Authoritates recenſet.

Et in ſpecie d. legis, quòd Legiſlator narraverit ſolùm ſeriem facti, ex eaque deduxerit concurrere voluntatem Teſtatoris evidentem, patet ex eodem *Bellon.*, *qui poſtquam in cap.10. quæſt.10.*
9 *n.48.*, firmavit, requiri conjecturas veriſimiles, & leves, & reprobavit *Alciatum*, contrarium tenentem, immediatè *n.49.* ſubdit — *Quam in rem vulgò adduci ſolet l. quidam teſtamento 30. ff. de vulgar. ubi Julianus, ideo partem vacantem ſcribit ad coheredem, non ad ſubſtitutos pertinere, quia in ſpecie ibi propoſita evidenter apparebat, Teſtatorem, ita demum voluiſſe hereditatem ad ſubſtitutos ſpectare, ſi omnes vacaſſent, quod ex eo colligit, quia Teſtator plures, quàm duodecim uncias inter ſubſtitutos diſtribuerat, itaque prædictam cauſam deducit ex voluntate Teſtatoris, quam eſſe talem præſumit dictas conjecturas, ut apparet ex illis verbis &c.* — & proſequitur regiſtrando verba Textus. Et ſi aliàs intelligendus eſſet Textus ille, dici deberet, quòd *Bellon.* inconvenienti ſe contraxiſſet, dum poſtquam, reprobato *Alciato*, contrarium tenente, firmavit, ſufficere conjecturas leves, immediatè refert diſpoſitionem d. Textus, illiuſque verba regiſtrat, quod in viro, in hac materia magiſtro, non eſt præſumendum.

Præfatumque etiam *Textum in d. l. quidam teſtamento* pro noſtra opinione, ad probandum, ſufficere qualeſcunque
10 conjecturas, adducit *Cravett. d. conſil. 734. ſub num.1. verſ. conjecturas etiam*, ut patet ex illius verbis, ſupra regiſtrato n.6.

Sublatis Authoritatibus, ceſſat etiam ratiocinium Partis, quòd ſcilicet conjunctus veniat ex tacita, & permiſſiva voluntate defuncti, & in ſubſidium; ſubſtitutus autem ex expreſſa, ideoque, tanquam ſubſidiariè vocatus conjunctus, & à lege, non ab homine, præferri non poſſit expreſsè ſubſtituto, niſi de hoc conſtet evidentèr. Qua-
11 immò conjunctum eſſe vocatum, & ſubſtitutum ab ipſo Teſtatore, licèt tacitè, & non ex voluntate permiſſiva, ſed diſpoſitiva venire, cum cenſeatur vocare, & diſponere is, qui non adimit, quod poterat adimere, in ſpecie reprobato ratiocinio Partis Adverſæ, à *Bellono* deſumpto, proſequitur idem *Bellon. d. cap.10. quæſt.10. num.51. & 53.*

Stabilita itaque pro baſe fundamentali theorica, quòd ad hunc effectum conjecturæ veriſimiles, leves, & qualeſcunque illæ ſint, ſuperabundent; tranſitum faciens ad examen ſingularum conjecturarum, eas non eſſe veriſimiles, & leves, ſed undique concludentiſſimas, & evidentes apparebit. Prima itaque conjectura reſultat ex eo, quòd DD. Principales noſtri ſunt magis dilecti DD. Adverſariis, quæ ma-
12 jori prædilectione attenta in conjunctis, iſti per jus accreſcendi, ſeu non decreſcendi, præferuntur ſubſtitutis, etiamſi non ſimus in filiis, cum præfata conjectura militet ad favorem cujuſcunque perſonæ, quæ teſtatori ab inteſtato ſuccederet, ut in terminis aliorum conjunctorum extra filios, & deſcendentes, tradunt in individuo Juris accreſcendi *Decius in l. fin. num.6. C. de impuber., & aliis ſubſtit. Corneus ibidem num.17. Mandell. Albæ conſ.111. num.4. & conſ.675 num.42* ubi de fratre Teſtatoris. *Bardellon. conſ.16. num.16. & plur. ſeqq.* ubi de patre. *Gozadin. conſ.67. num.31. in fin. Menoch. conſ. 797. n.11.* ubi de ſorore, aliique plena manu congeſti per *Fuſar. de Subſtit. quæſt.553. n.11.* ubi reprobat contrarium tenentes. *Aymondi. de Luc. Legat. lib.2. cap.9. ſub n.153. §. Hæc tamen concluſio, verſ. ubi dicit, quòd talis perſona, & verſ. ubi, quòd illa, quæ ab inteſtato non excluderet Rot. in d. Bononien. Fideicommiſſi de Marſcottis 3. Decembris 1691. §. Et his poſitis, coram R.P.D. meo Molines*, nunc impreſſa *poſt D. Card. de Luc. de Fideicom. d. dec.66.*, ubi major prædilectio pro excludendo ſubſti-

tu-

tuto, deſumpta fuit ex eo, quòd conjuncti erant ſimpliciter de linea Teſtatoris.

Neque in contrarium allegari merentur Authoritates *Menoch. Intrigl. Gomez. Surd. & Larrea*, quibus magna pars Adverſa intrepidè firmat, noſtram ſententiam, & Authoritates, eſſe communiter reprobatas. Verùm, ultra quòd nulla
13 ex præfatis auctoritatibus loquitur in materia juris accreſcendi; objectum tollitur ex lectura *Faſarii*, qui in q.53. num.10. & 11. *Menoch. Intrigl. Surd.*, & alios adducit, examinat, & reprobat, illique omnes loquuntur contra opinionem Sacræ Rotæ. *Deciſio verò Larrea 62. num.43.* exadverſo magnificata, loquitur, quando ſubſtitutio fuit facta cuilibet ex inſtitutis, ibi — *omnes in defectum cujuſque Cappellaniam ſubſtituit* —
14 & dicit, quòd tunc eſt expreſſa voluntas Teſtatoris, quæ circumſtantia in caſu noſtro non concurrit. Præterea *Larrea d. num.43.* adducit verba *Textus in l. Lucius Titius 85. ff. de hæredib. inſtituen.* ubi loquitur de extraneis, nempe de fratre, ibi — *non enim fratrem ſolùm pravalis ſubſtituit, ſed & ejus liberos* —

Major autem prædilectio Teſtatoris erga DD. Principales reſultat, tam ex eo, quòd illi fuerunt primo loco in teſtamento nominati, ex qua priori no-
15 minatione arguit majorem prædilectionem firmant in noſtris terminis juris accreſcendi, de priori nominato *Mandell. Albe conſ.121. num.4. Bardellin. d. conſ.26. num.16. ad med. Faſar. de Subſtit. tit. quæſt.53. num.12. Rota in Bononien. Fideicommiſſi de Mareſcottis 3. Decemb.1691. § Et his poſitis, coram R.P.D. meo Molines*, & generaliter eſt *text. in l. Publius Mævius 36. ff. de condit. & demonſtr. Faſar. de Subſtit. q.468. num.15. Gratian. diſcept.836. num.2. Palm. Nep. alleg.121. num.6. Merl. conſult.178. n.16. conſult.297. num.19. & 27. conſult.322. num.7. & 8. conſ.323. n.13. & conſult.607. n.27. Rota cor. Coccino dec.1788. n.64.*, & in terminis inſtituti, qui cenſetur ma-
16 gis prædilectus ſubſtituto *Palm. Nep. allegat.271. n.14. & alleg.313. n.16. & 19. Rota coram Dunoz. Jun. deciſ.141. n.18.*

Maximè quia fuerunt ſcripti hæredes univerſales, qui cum habeant magis honorabilem titulum Teſtamenti, omnibus aliis, in eo nominatis, cenſentur
17 prædilecti, ut firmat *Menoch. conſ.124. num.45. Faſar. conſ.12. num.75. in fin. Simon de Prætis de Interpret. ult. vol. lib.4. dub.2. n.7. Gratian. diſcept.565. num.11. Merl. conſult.173. num.31. conſult.185. num.28. conſult.188. num.94. conſult.289. num.37. conſult.315. num.16. & conſult.321. n.7.8. & 9. Rota in rec. dec.191. num.1. § Hinc non urget, part.2.* quam ex eo, quòd Teſtator reliquit ſolùm D. Antonio Adverſario ſc.300. pro una vice tantum, ut ex Teſtamento § *Item ho laſciato, e laſcio per verità di legato &c.*, & Angelo, Patri Lazzari, pariter Adverſarii, domum, ab eodem Angelo de tempore teſtamenti inhabitatam, non ob amorem, quo illum proſequebatur, ſed amore Dei, ut in ejus Teſtamento § *Item laſcio per verità di legato, e per amor di Dio &c.* & licèt reliquerit etiam jus, ut ejus filiæ participare poſſent de dotibus, ex bonis Teſtatoris diſtribuendis, tamen ex hoc modica dilectio arguitur, quia emolumentum pro dd. filiabus ferè ad nihilum reducitur, dum dotes ſolvendæ ſunt ex fructibus locorum 20. montium duntaxat, illique non omnes aſſignari deberent dd. filiabus, nec in omnem caſum, ſed ſolùm quando ipſæ non haberent ſc.300. pro dote, & in tali caſu aſſignari ſolùm deberet illa quota, quæ deficeret uſque ad quantitatem ſc.300.

Ac propterea cum DD. Adverſarii fuerint in modicis quantitatibus, & rebus exiguis honorati, DD. Principales
18 verò in tota opulentiſſima hæreditate, ſequitur, quòd de majori prædilectione Teſtatoris erga illum non valeat dubitari, magis enim prædilectus ille præſumitur, qui magis, & uberiùs fuit honoratus, & majorem habuit partem hæreditatis, juxta tradita per *Socin. Jun. conſ.71. num.19. lib.1. Menoch. conſ.1005. num.18. Faſar. de Subſtit. q.468. num.8. Baldas. ad Ramon. obſerv.75. ſub num.25. verſ. quam argumentum ex majori, vel minori parte hæreditatis. Gratian. diſcept.836. num.2. Merl. conſult.199. num.14. conſ.199. num.44. conſult.313. num.165. conſult 413. num.20. conſ.419. num.16. & conſult.639. n.35.* quàm demum ex eo, quòd DD. Adverſarii ſunt fratres conſobrini, reſpectu

Te-

Teſtatoris, D. Principalis verò eſt nepos, & per conſequens proximior, ſive attendatur Jus Canonicum, ſive
19 Jus Civile, quod in materia ſucceſſionis debet attendi, ut tradunt *Gratian. diſcept. 77. num. 1. Caſtald. conſ. 126. n. 10. Mareſcot. lib. 2. reſol. 80. num. 13 Cravett. diſcept. 30. n. 4. Mart. de Succeſſ. Legal. part. 1. quæſt. 4. art. 6. num. 34. Rota in Aſculana Cappellaniæ 28. Junii 1694. §. Deſumebant, coram R. P. D. meo Molines.* Primo enim inſpecto, nepos eſt conjunctus in primo, & ſecundo gradu; fratres autem conſobrini in ſecundo
20 ſimpliciter. Attento verò ſecundo, nepos eſt in tertio gradu, frater autem conſobrinus in quarto, juxta regulam, quæ de Jure Civili ſervatur in computatione graduum, deſumendi ſcilicet diſtantiam unius ab altero, à quantitate perſonarum, quæ interveniunt, adeout tot dicantur adeſſe gradus, quot ſunt
21 perſonæ, quæ debent intervenire, de quo *Surd. conſ. 13. num. 24. Manſ. conſult. 84. num. 7. Caſtald. conſult. 126. num. 11. Fontanell. dec. Cathalon. 12. num. 17. & ſeqq.*

Ex hac autem majori proximitate DD. Principalium argui majorem illorum prædilectionem in concurſu DD.
22 Adverſariorum, eſt Textus *in l. Titius ff. de hæredib. inſtituend.*, & tradunt *Menoch. de Præſumpt. lib. 4. præſumpt. 16. ſub num. 4. verſ. tertia eſt conjectura. Fuſar. de Subſtit. quæſt. 468. n. 1. Manſ. conſult. 137. n. 11.*

Haud relevante, quòd prædilectio, proveniens ex quo quis magis honoratus fuerit à Teſtatore, eique propinquiori conſanguinitatis gradu conjunctus ſit, non operetur ut locus ſit juri accreſcendi, & excluſus remaneat ſubſtitutus. Quoniam, quidquid circa hoc objectum generaliter, & in abſtracto loquendo dici poſſet, illud in præſenti hypotheſi ſublatum remanet ex clara voluntate Teſtatoris in contrarium. Iſte enim poſt ſectum legatum Tiburtio, & Antonio, factamque in certis caſibus ſubſtitutionem, expreſsè præcepit, quòd ſi
23 Antonius præmoreretur Tiburtio, huic accreſcere deberet legatum, ipſique integrum relictum deberi ad excluſionem ſubſtituti, ea ſpecificè adjecta ratione, quia in ejus Teſtamento declarabat ſe velle magis conjunctos prius ſuis bonis frui, quàm alios, remotiori conſanguinitatis gradu attinentes. Una enim pars
24 Teſtamenti declarat aliam. *Rot. Florentina inter dec. Lucen. Diverſor. recollectas per Palm. Nep. deciſ. 163. num. 130. & dec. 164. num. 16. Rot. Romana coram Emer. Jun. dec. 1219. n. 12. poſt Torr. de Primogenit. dec. 7. n. 14. & in rec. dec. 296. n. 3. part 13. dec. 410. n. 7. & 8. part. 14. & dec. 284. n. 28. par. 18.*

Prædictaque conjectura tranſit in evidentiam in caſu noſtro, attento quòd Teſtator non habebat liberos, quo caſu cum cenſeatur omnem amorem in Nepotes tranſtuliſſe, eoſque in locum, & gradum filiorum aſſumere voluiſſe, prout expreſsè ſe declaravit in proemio Teſtamenti, dicendo, quòd dum Deo placuit ipſum filiis privare, in locum illorum accipiebat Nepotes; ſequitur, quòd ſicut filii ratione majoris prædilectionis ſubſtituto præferrentur, ita etiam Nepotes, in locum eorum aſſumpti, ut in ſpecie ponde-
25 rant *Bardellon. conſ. 16. num. 16. verſic. reſpondetur ſecundo. Fuſar. de Subſtit. d. quæſt. 33. n. 13. ibi — Et etiam primo quia locum haberet tantum in Teſtatore, qui habebat liberos, vel poterat habere, aliàs ſecus, quia tunc cenſetur omnem amorem tranſtuliſſe in heredes ab Inteſtato.*

Et eſt generalis Theorica, non ſolùm in hac materia, ſed etiam in omnibus aliis, quòd diſpoſitio reſtricta ad favorem filiorum, ex identitate rationis extenditur etiam ad Nepotes, quando
26 Teſtator non habet filios, ex præſumpta aſſumptione Nepotum in locum filiorum. Ita enim in materia *l. cum avus ff. de condit. & demonſtrat.*, & in *l. cum acutiſſimi C. de Fideicom.* quæ militant ſolùm ad favorem filiorum, quòd habeant etiam locum ad favorem Nepo-
27 tum, quando Teſtator caret filiis *Aldegrad. conſ. 43. num. 6. lib. 1. Negueral. alleg. 9. num. 59. & ſeqq. Manſ. conſult. 118. ſub num. 41 & conſult. 321. n. 3. & ſeqq. Torr. de Primog. Ital. part. 1. cap. 19. n. 7. cap. 38. num. 470. & cap. 41. n. 108. Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 146. num. 10. & 11. & diſc. 242. n. 4. Rot. poſt Torr. de Primog. Ital. tom. 3. dec. 61. num. 44. & in rec. dec. 194. num. 6. part. 16. & deciſ. 80. num. 4. part. 19.* Ita etiam in alimentis

fi-

filio debitur, quòd debeatur nepoti-
bus, immo etiam extraneis, in locum fi-
28 liorum aſſumptis *Menoch. de Præſumpt.*
lib.4. præſumpt.157. num.6. Dorinğ. in
Bibliotheca Juriſconſult. V. Alimenta, num.
193. Camarell. de Legat. lib.3 quæſt.7.n.7.
fol. mihi 199. Surd. de Aliment. tit.1.
quæſt.10. num.1. & ſeqq. Simon. de Præt.
de Interpret. ultim. volunt. lib.4. dub.11.
n.7. Gall. de Except. par.2. except.13.n.23.
Borry de Succeſſ. lib.9. de Legatis, tit.16.
in princip. verſic. ſi gravaverit hæredem,
29 & in alio ſimili caſu *Rot. in Romana Fi-*
deicommiſſi de Avila 26. Junii 1691.
§. Probatio autem, in fine, coram bon. mem.
Emerix Jun. nunc impreſſa inter ſuas dec.
1059. ſub n.15.

Contra hanc Theoricam, tam genera-
lem, quàm individualem, nulla unquam
allata fuit punctualis Auctoritas, quæ fir-
met contrarium, cum ſit Theorica, ab
omnibus communitèr, recepta ſolùm
ex adverſo reſpondetur quòd *Berdel-*
lam & Faſar. ſunt in ſuo dicto ſingula-
res. Verùm hæc reſponſio corruit.
Tum quia eorum dictum coadjuvatur
ab aliis Doctoribus, & Sac. Rotæ Deci-
ſionibus, ſupra relatis, firmantibus, in
materia *l. cum Avus*, & in aliis, quòd
quotiès Teſtator non habet filios, cen-
ſetur aſſumpſiſſe nepotes in locum fi-
liorum: Tum etiam quia quatenus eſ-
ſent in ſuo dicto ſingulares, adhuc
cum non habeant contradictorem, ſu-
bintrat vulgata Juris concluſio, quòd
Auctoritas punctualis alicujus Doctoris,
30 etiam unici, non habentis contradicto-
rem, facit caſum legis, ex notis princi-
piis.

Secundò reſpondetur exadverſo,
quòd illa opinio petit principium, quia
ſemper inſtitutis hæredibus extraneis à
Teſtatore, filios non habente, ſubſtitutus
expreſsè, ratione majoris prædilectionis
vinceretur à cohærede. Sed paritèr
corruit hæc reſponſio, nos enim nun-
quam diximus, quòd hæc aſſumptio in
locum filiorum procedat reſpectu om-
nium hæredum inſtitutorum, ſed ſolùm
quando inſtituti fuerint hæredes filii ex
fratre, & in his terminis loquuntur ferè
31 omnes Authoritates, ſupra per nos citatę,
& ſignantèr illæ, de materia *l. cum avus*
tractantes in aliis verò hæredibus mi-
litat ſolùm, quando aliundè etiam con-
ſtat, Teſtatorem voluiſſe hæredem in lo-
cum filiorum aſſumere, & ſic ceſſat ma-
gnificatum abſurdum, propter quod
prætenditur recedi debere ab Authori-
tatibus individualibus claſſicorum Do-
ctorum, contra regulam, quòd ubi ha-
bemus Authoritates individuales, non
curamus de ratiociniis, & ſubtilitati-
bus.

Vindicata ab objectis hac prima vali-
diſſima conjectura, deſcendimus ad ſe-
cundam, ex eo deſumptam, quòd Te-
ſtator DD. Principales, alioſque duos
ex Sorore Nepotes, Joannem Bapti-
ſtam ſcilicèt, & Joſephum Mariam, eo-
dem gradu ſibi conjunctos, æqualitèr
honoravit, dum eos pro æquis portio-
nibus hæredes inſtituit, ac propterea
eſt omninò veriſimile, quòd ſicuti Joan-
ni Baptiſtæ, & Antonio, ſuccedere vo-
luit Joſephum Mariam, ita etiam Jo-
ſepho Mariæ præmorienti ſuccedere
voluerit Joannem Baptiſtam, & Joan-
nem Antonium, quia æqualitèr dilecti,
32 præſumuntur etiam æqualitèr vocati,
& ſubſtituti, & æqualitèr honorati in in-
ſtitutione, præſumuntur etiam æquali-
tèr vocati in ſubſtitutione, ut tradunt
Faſar. de Subſtit. quæſt.311. n.59. Rot. in
rec. dec.98. num.3. par.17. & in Bononien.
Fideicommiſſi de Marſcottis 3 Decembris
1691. §. Et his poſitis, coram R.P.D. Mo-
lines, & in Fulginaten. Immiſſionis 15.
Februarii 1683 in princip. coram Reve-
rendiſſimo D. Epiſcopo Taurino.

Et quamvis hæc conjectura dubia ſit,
& retorqueri prætendatur ex adverſo,
argumento à diſcretiva deſumpto. Atta-
men illa tranſit in demonſtrationem,
attenta depoſitione Advocati, ad cujus
dictamen fuit exaratum Teſtamentum,
33 qui pro exoneratione ſuæ conſcientiæ
ingenuè fatetur, Teſtatoris intentionem
fuiſſe, omnes ſupradictos cohęredes pari-
formitèr inter ſe reciprocare. Quan-
tum autem in rebus dubiis ſit deferen-
dum Advocato, qui Teſtamentum di-
34 ctavit, nemo eſt, qui neſciat, & tradit
Baldus. ad Rumin. conſil.66. num.90. Rot.
coram Emer. Jun. dec.940. num.31. & poſt
De Luc. de Fideic. in Montiſſa deciſ.85.
ſub num.31. §. Ex quibus omnibus, &
num.32.

Tertia conjectura reſultat ex ſubſti-
tutione in hæreditate, quæ cum intelli-

gi-

35 gatur de tota, etiamſi ſit indefinitè pro-
lata, & deficiat nota totalitatis, ut tra-
dunt *Cast. Jun. in l. Centurio, num. 13.*
& pluribus ſeqq. C. de impuber. & aliis
ſubſtit. Decian. reſp. 1. num. 176. & reſp. 3.
num. 7. lib. 1. Cephal. conſ. 166. n. 26. Me-
noch. conſ. 307. n. 11. & de Præſumpt. lib. 4.
præſumpt. 62. num. 1. & 43. Peregrin. de
Fideicom. art. 13. num. 10. 24. 33. 34. 36.
& 59. Manſius conſult. 710. num. 10. Rot.
dec. 300. num. 11. in fin, & dec. 319. ſub
n. 7. par. 1. & dec. 209. n. 14. par. 4. tom. 1.
recent. & coram Argoli dec. 79. n. 8. &
ſeqq. ubi plurimi congeruntur concor-
dantes *coram Buratt. dec. 486. num. 3. &*
coram Bich. dec. 271. n. 30. hæc totalitas
operatur, ut dicatur ordinatum Jus
36 accreſcendi, nam aliàs ſubſtitutio in to-
ta hæreditate verificari non poſſet, ut
eſt Textus in *l. quidam teſtamento 30. ff. de*
vulgar. ubi *Julianus Juriſc.* ideò partem
vacantem ſcribit ad cohæredem, non ad
ſubſtitutum pertinere, quia apparebat,
Teſtatorem voluiſſe totam hæreditatem
ad ſubſtitutos ſpectare, & notat ibi *Bar-*
tol. n. 1. Adden. ad Alexan. ibidem lit. B.
ubi reprobat contrarios, & dicit, ab
hac opinione *Bartoli* non eſſe tutum
recedere, neque in conſulendo, ne-
que in judicando. *Fuſar. de Subſtit. q. 33.*
num. 32. Odd. de Compend. Subſtit. in Præ-
lud. part. 1. quæſt. 6. num. 5. verſ. limita-
tur ſecundo. Intrigliol. de Subſtit. cen-
tur. 1. quæſt. 46. num. 35. & pluribus rela-
tis *Bellon. de Jure Accreſcend. d. cap. 10.*
q. 10. n. 61. & ſeqq.

Et in terminis individualibus ſubſti-
tutionis, ſimpliciter, & indefinitè factæ,
quòd requirat omnium Inſtitutorum
deficientiam, adeout uno tantùm de-
37 cedente ejus portio non pertineat ad
ſubſtitutum, ſed ad conjunctum per
Jus accreſcendi, ſeu non decreſcen-
di. *Idem Bellon. de Jure accreſcend. cap. 10.*
quæſt. 10. num. 63. ibi — *Tertium ſit exem-*
plum, ſi ſubſtitutio facta ſit ſimpliciter,
& indefinitè, nam quia & in hoc caſu
requiritur omnium Inſtitutorum deficien-
tia, ut locum habere poſſit ſubſtitutio,
ideò ſi unus tantùm deficiat, ejus portio
non ad ſubſtitutum, ſed ad conjunctum
per Jus accreſcendi pertinebit, ut lariſſi-
mè oſtendemus in eadem quæſtione ſe-
quenti.

Neque contrarium firmant Authori-
tates, in oppoſitum citatæ, nempè *text.*
in l. Lucius Titius 126. in princ. ff. de le-
gat. 3. Bellon. de Jure accreſcen. cap. 9. q. 24.
num. 130. Quia *text. in d. l. Lucius Titius*
38 non loquitur, quando verbum *hære-*
ditas eſt prolatum indefinitè, ſed quan-
do eſt expreſſa aliqua pars hæreditatis,
quo caſu nec nos negamus, totam hæ-
reditatem venire non poſſe, cum repu-
gnet ſignificatus verborum, ibi *Lucius*
Titius, cum duos filios hæredes relinqueret
in Teſtamento, ita cavit quiſquis mihi
liberorum meorum hæres erit, ei fideicom-
mitto, ut ſi quis ex his ſine liberis decedat,
hæreditatis mea beſſem, cum morietur, ſuis
fratribus reſtituat &c.

Bellon. de Jure accreſcen. cap. 9. quæſt. 24.
num. 130. potiùs firmat contrarium, cum
unicè dicat, appellatione *hæreditatis* ve-
nire omnes illius partes, ibi — *Cum enim*
repudiando hæreditatem ab ea excludatur,
conſequens eſt, ut debeat excludi ab omni-
bus ejus partibus, quippe quæ hæredita-
39 *tis appellatione continentur &c. — & cap. 10.*
quæſt. 10. ſub num. 60. §. 1. ſolùm dicit,
quòd ſi fiat ſubſtitutio in tota hæredi-
tate, tunc habeat locum Jus accreſcen-
di, ſed non dicit id non procedere in
ſubſtitutione indefinita, immò *nu-*
mer. 63. id expreſſè admittit, ut patet
ex verbis, ſuperiùs relatis.

Verùm quatenus etiam verbum *hære-*
ditas, in abſtracto acceptum, dubium eſ-
ſet, an denotaret totalitatem, quod
non credimus, adhuc talis dubietas re-
40 movetur ex facti circumſtantiis, in præ-
ſenti concurrentibus, & deſumptis,
tum ex eo, quòd Teſtator non fuit
contentus ſimpliciter loqui de hæredita-
te, ſed ulteriùs addidit aliud verbum
Bona, ibi *E quando detto Giuſeppe moriſſe*
ſenza figli legittimi, e naturali, vuole,
in tal caſo, che' ſuoi beni, & eredità
41 *debbano ſuccedere &c.* quæ verba, ità gemi-
natè apposita, magis certam voluntatem
oſtendunt ſubſtituendi in omnibus bo-
nis, & in tota hæreditate, ut ponde-
rant *Surdu. Jun. conſ. 120. num. 30. lib. 3.*
Bellon. Jun. conſ. 36. num. 92. & 93. Pere-
grin. conſ. 32. ſub num. 44. verſ. & in nu-
mbus. Manſ. conſult. 710. num. 11., ubi
plurimos allegat Concordantes. Tum
etiam ex eo, quòd fuit facta univerſa-
liter in omnibus bonis, & in ſolidum,
42 quo caſu ſubſtitutio facta cenſeri debet

in eiſdem bonis, & verbum *hereditas* intelligitur de tota, ut in ſpecie tradit *Dunozet. reſp. 3. ſub num. 70. lib. 1. Manſ. d. conſult. 720. num. 13. & in Romana Trebellianica 16. Januar. 1690. §. Prout nec facit, coram bo. me. Emerix*, nunc impreſſa inter ſuas *dec. 940. n. 10.* Maximè quia inſtitutio fuit conjuncta cum ſubſtitutionibus per copulam *et*, de cujus natura cum ſit unire, & repetere in ſubſtitutione id, quod fuit poſitum in in-
43 ſtitutione, ut tradunt *Gratian. diſcept. 773. n. 9. Rota dec. 98. num. 10. cum duob. ſeqq. & dec. 243. n. 13. part. 17. rec.* efficit, ut repetita cenſeatur totalitas
44 in ſubſtitutione, quæ in inſtitutione expreſſa fuit, ut tradunt *Bellam. Jun. conſ. 36. n. 92. & 93. Marcell. Merrian. conſil. 1. ſub n. 130. verſ. contra, & n. 132. lib. 1. Manſ. conſult. 159. n. 25.* & benè proſequitur *Rota coram Bichio d. dec. 171. num. 31. & in Romana Falcidiæ 16. Junii 1688. §. Nullatenus, coram bo. me. Bonaviſa, & in Romana Trebellianica 11. Januar. 1692. §. Minus quoque, cum ſeqq., cor. R.P.D. Priolo*, nunc impreſſa ad ornatum *Card. De Luca dec. 39. n. 29.*

Nec refert, Teſtatorem in inſtitutione diviſiſſe hæreditatem in plures portiones, & per quotas. Quia cum poſtea Teſtator in Codicillis, reaſſumendo hanc partem diſpoſitionis, expreſsè ſe declaraverit, adjiciendo notam totalitatis, ibi -- *E quando detto*
45 *Giuſeppe Maria moriſſe ſenza figli legitimi, e naturali, voglio in tal caſo, che in tutti i ſuoi beni, & crediti, debbano ſuccedere &c.*, certum eſt, quòd hæc declaratio, à Teſtatore facta, omnem ambiguitatem tollit, nam verba dubia Teſtamenti declarari à verbis cla-
46 ris appoſitis in Codicillis, firmant *Angel. Rudulphin. alleg. 169. ſub num. 8.* ubi alios refert. *Manſ. conſult. 65. n. 4. tom. 9. Mantic. de Conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 4. n. 4.* & poſt hæc ſcripta in lucem edita Deciſio in *Cavallicen. Bonorum 28. Februarii 1703. coram Molines*, nunc impreſſa *apud Calderon. reſolut. 35. n. 23. & ſeqq.*

Quarta conjectura deſumitur ex eo, quòd DD. Adverſarii ſuccedere non poſſunt, niſi poſt mortem utriuſque per dictionem copulativam, ibi -- *e dopo la morte de detti Gio: Batiſta, e Antonio, voglio &c.* -- quę copulativa, ut verificetur, requiritur
47 concurſus utriuſque copulati, ut eſt Textus in *l. ſi hæredes plures 5. ff. de condit. inſtit.*, & firmat egregiè in noſtris practicis terminis *Menoch. conſ. 797. in princip. num. 8.*, *ibi -- Cum enim Teſtator vocaverit filios ſororum, poſt mortem earum copulativè conjunctarum, ſequitur dicendum, requiri, quòd prius ambæ ipſæ ſint vita functæ, antequam filii ſubſtituti ſuccedant -- & n. 3. & 4.*, ibi -- *at qui vulgariter ſubſtituuntur duabus inſtitutis, ſi hæredes illi non erunt, non admittitur, niſi ambo ipſi inſtituti deceſſerint, ita in ſpecie affirmarunt Bartol. &c. Et quando ſubſtitutio hæc vulgaris, facta eſt per copulam, ut in caſu noſtro, ſine controverſia requiri mortem amborum affirmarunt Bartolus &c. Cum ergo in caſu noſtro non deceſſerint ambæ ipſæ hæredes inſtitutæ, ſed ſola ipſa D. Clementia, ſequitur dicendum, D. Antonium ſubſtitutum admitti non debere -- & n. 5. & 6.*, ibi -- *Secundò accedit, quòd illa verba -- poſt mortem præfatarum DD. Dianæ, & Clementiæ -- ſunt conditionalia, cum idem ſignificent, ac ſi Teſtator dixiſſet, ſi dictæ D. Diana, & Clementia deceſſerint relictis filiis, atque conditio ad plures perſonas relata requirit concurſum omnium, ergo non dicitur eveniſſe caſum ſubſtitutionis ad commodum D. Antonii ſubſtituti --* Copula enim *&*, qualitates re-
48 petit, & ſubſtitutiones conjungit, ut de repetitione *Peregrin. de Fideic. art. 15. num. 9. Rot. dec. 349. n. 14. par. 19. & in Bononien. Succeſſionis 14. Januarii 1686. §. Quæ licèt, cor. bo. me. Bevilacqua*, &
49 de conjunctione *Barboſ. axiom. 110. n. 3. & 4. Rot. in Narnien. Fideicommiſſi de Capitonibus 29. Martii 1683. §. Cum denique, cor. Reverendiſſ. D. Dorano.*

Quoniàm autem ſubſtitutus datus fuit ſub conditione, quæ purificata non
50 fuit, nunquam excluditur Jus accreſcendi, ut tradunt *Mantic. de Conjectur. ultim. volunt. lib. 4. tit. 12. n. 25. Fuſar. de Subſtitut. d. quæſt. 53. num. 38.* ubi alios refert. *Bellam. Jun. de Jur. Accreſc. d. cap. 10. quæſt. 10. ſub n. 63. verſic. ſecundum exemplum.*

Non ſubſiſtente, quòd quando copula, *et*, eſt appoſita inter duas orationes, quarum ſingula regitur à ſuo proprio, & particulari verbo, & continet diverſas perſonas, non ſit præcedentis

ora-

orationis continuativa, & qualitatum repetitiva, ſed novæ orationis inceptiva, quia hæc orationum diverſitas excluditur ab eadem copula *et*, quæ plures gradus ſubſtitutionum, continuativè ordinatos, unum poſt alium copulat, & conjungit, efficitque, ut duæ orationes cenſeantur unica oratio ſimul juncta,
51 quamvis unaquæque regatur à ſuo proprio, & particulari verbo, & habeat perfectum, & ſeparatum ſenſum, ut tradunt *Gratian. diſcept. 773. n. 18. & 19. Torr. de Primog. Ital. tom. 2. quæſt. 52. numer. 18. & 19. Rot. dec. 143. num. 8. par. 1. dec. 453. n. 8. par. 2. dec. 168. n. 10. par. 4. dec. 180. num. 16. & 17. par. 10. dec. 98. num. 20. 21. & 22. & dec. 243. num. 12. par. 17. rec.* Etiamſi ultra diverſitatem orationum concurrat etiam diverſitas
52 perſonarum, ut proſequuntur Authoritates ſupra citatæ, & ſignantèr *Gratian. d. diſcept. 773. n. 18. & 19. Rot. dec. 143. num. 8. par. 1. dec. 453. eodem n. 8. par. 2. dec. 180. n. 16. & 17. par. 10. & dec. 98. n. 20. 21. & 22. par. 17. rec.*

Fortiùs quia Teſtator in §. *Perchè* prædicti Teſtamenti, eoſdem Joannem Baptiſtam, & Antonium poſuit in conditione cum verbis *et ſi ambo*, ibi — *E morendo ambedue detti Signori Gio. Battiſta, e Antonio*. Quæ verba, et ſi *ambo*, cum extra dubium ſit, mortem utriuſque copulativè requirere, ex hac parte diſpoſitionis conditionalis clara, & indubitata, declaratur præcedens diſpoſitiva, quatenus aliquam involveret dubitatio-
53 nem. *Surdus conſ. 125. num. 81. Palm. Nep. dec. 162. num. 16. Rot. Januen. inter dec. Luca. Diverſor. recollectas per Palm. Nep. dec. 275. n. 11.* ubi concordantes, *& Rot. Florentina apud Eundem dec. 164. num. 9. & 13. Rot. noſtra poſt de Luc. de Fideic. dec. 29. num. 5. & inter Dec. Lucen. Diverſor. recollect. per Palm. Nep. dec. 118. num. 13.*

Nec relevat reſponſio, quòd pluralitas in hoc caſu reſolvatur in ſuas ſingularitates, quia quotiès conſtat, Teſtatorem, Nepotes in locum Filiorum aſſu-
54 mere voluiſſe, & inſtitutos *et*, vel verbis invicem conjunxiſſe, in præjudicium talis conjuncti non conſideratur reſolutio pluralitatis in ſingularitates, ſive aliter conjunctum ſit ex libera teſtatoris, ſive non, ut in ſpecie, quòd pluralitas tali caſu non reſolvatur in ſingularitates *Menoch. conſ. 661. num. 7.* & optimè *in d. conſ. 797. num. 12. & ſeqq. tom. 8. Baldacc. ad Ramon. conſ. 75. num. 78. Gratian. diſcept. 299. num. 10. Rot. in rec. dec. 97. num. 6. & dec. 244. n. 4. part. 17.* ubi agebatur de Nepote ex fratre Cardinalis Ferrarini Teſtatoris, & optimè conſeruntur firmata per *Rot. in dicta Bononien. Fideicommiſſi de Marescottis 3. Decembris 1691. §. Ex his poſitis, coram R. P. D. Molines*, nunc impreſſa *poſt de Luc. de Fideicom. dec. 66.* ubi fuit dictum, intrare Jus accreſcendi, non autem reſolutionem pluralitatis in ſingularitates, non obſtante, quòd vocati eſſent illi de familia. Et quòd ſuperexiſtentia perſonæ
55 ſimul inſtitutæ, impediat reſolutionem pluralitatis in ſingularitates *Fuſar. de Subſtit. quæſt. 473. n. 105. verſic. Cæterum, & num. 106. Mantic. de Conjectur. lib. 11. tit. 5. num. 29. verſ. ſed certè durum. Menoch. d. conſ. 797. à num. 12. & lib. 4. præſumpt. 186. num. 45. verſ. cæterum. Rot. in rec. dec. 97. num. 9. & d. dec. 244. num. 6. part. 17.* Perſona enim, quæ per jus accreſcendi, vel non decreſcendi, poteſt excludere ſubſtitutum, ſemper
56 dicitur prædilecta ad effectum, ut pluralitas non reſolvatur in ſingularitates, ut in individuo firmat *Cornerus conſ. 93. num. 9. verſ. & tunc cenſetur ſuperfuiſſe, lib. 3. & conſ. 198. ante num. 6. verſic. & cenſetur ſuperfuiſſe, & num. 7. verſic. tamen d. Blaſia, lib. 4. Rot. d. dec. 97. num. 12. & ſeqq. & ſignanter n. 13. & d. dec. 244. n. 9. part. 17.*

Maximè quando Teſtator uſus eſt verbis *ſi utrique, ſi ambo, & ſi omnes*, quo caſu, reſiſtente expreſſa diſponentis voluntate, non poteſt eſſe locus reſolutioni pluralitatis in ſingularitates.
57 *Rot. in rec. dec. 242. num. 1. & ſeqq.*, ubi plures refert, *part. 17.* & fuit ordinata ſubſtitutio reciproca, ut pluribus ad-
58 ductis *Baldacc. ad Ramon. conſ. 75. n. 92. Roma diſput. 22. num. 25. Rot. coram Cerr. dec. 631. num. 3. & 6. in rec. dec. 97. n. 4. & 5.* ubi concordantes, *& dec. 244. n. 2. & ſeqq. part. 17.*

Et demum recurri non poteſt ad vulgarem anomalam, ſeu compendioſam contentam, cujus vigore DD. Adverſarii prætendunt ſuccedere poſſe, ſubingrediendo in locum Joſephi Mariæ prædefun-

functi. Nam ex pluribus excluditur hæc
vulgaris anomala. & primo quia ſicut
Jus accreſcendi, ſeu non decreſcendi,
59 excludit in noſtro caſu ſubſtitutum, ita
etiam excludit venientem in vim vul-
garis anomalæ, contentæ in compendio-
ſa, qui in hoc ab aliis ſubſtitutis non
differt.

Secundo quia ſucceſſio in vim vulga-
ris anomalæ, ſolùm habet locum, quan-
do ſubſtitutus præmoritur inſtituto,
tunc enim ſubſtitutio vulgaris anomala
operatur, ut caducato gradu interme-
dio, ſequens in gradu ſubintret in lo-
60 cum illius, & ſuccedat Teſtatori,
vel inſtituto, non ſecus ac ſuccederet
is, qui prædeceſſit, ut tradunt *Amat.
reſol.40. num.8. Giovagnon. conſ.78.
num.7. lib.1. Rota in recen. dec.101.
n.8. cum duobus ſeqq. part.8. & dec.312.
num.2. part.15.* At quando non agitur
de ſucceſſione illius, cui præmortuus
eſt ſubſtitutus, ſed de ſucceſſione ip-
ſiuſmet præmortui, ut in caſu noſtro,
in quo agitur de ſuccedendo Joſepho
Mariæ, tunc, ſicut ſi ipſe viveret ſucce-
61 dere non poſſet, cum non daretur por-
tio vacans in qua ſuccedi deberet, ita
nec DD. Adverſarii, ingrediendo in lo-
cum illius, eidem ſuccedere poſſunt; aliàs
enim ſi ſubſtitutus, ſubintrando gra-
dum, & locum ultimi defuncti, eidem
ultimo defuncto ſuccederet, ultimus
defunctus ſuccederet ſibimet ipſi, quod
eſſet abſurdum intolerabile.

Et tertio demum, quia Teſtator con-
ſideravit ſuperexiſtentiam, & ſucceſſio-
62 nem Joſephi Mariæ aliis cohæredibus,
quo caſu vulgaris anomala non habet
locum, ſed prædecedente primo loco
vocato, ſubſtitutio expirat, ut in ſpe-
cie firmant *Alex. conſ.1. ſub n.15. verſ.
ſed iſta, lib.1. Angel. Rodolphin. alleg.76.
num.10. Peregrin. de Fideicomm. artic.15.
num.40. & 41. Rot. coram Priolo dec.138.
num.17. & ſeqq.*, ubi plurimos allegat.

Non obſtante, quòd ſubſtitutio vul-
63 garis anomala excludatur ſolùm ex ad-
jecta conditione ſuperviventiæ, & ſu-
perexiſtentiæ, quando iſta eſt expreſſa,
non quando eſt tacita. quia nos non ſu-
mus in caſu, quo ſimpliciter fuit facta
ſubſtitutio duobus fratribus favore Jo-
ſephi Mariæ, in quibus terminis verum
eſt, quod firmant Authoritates, in con-
trarium relatæ, ſuperviventiam non
eſſe expreſſam, ſed fuit facta ſubſtitu-
tio verbis ſpecialibus *dopo la morte di*
64 *detti*, quæ explicitem ſuperviventiam
important, & ſic objectum ceſſat ex
facto, & non relevat etiam de Jure, quia
ſive d. conditio ſit expreſsè adjecta, ſi-
ve non, quando conſtat de voluntate Te-
ſtatoris ſub tali conditione ſubſtituendi,
ſubſtitutio vulgaris anomala ſemper
ceſſat, ut in ſpecie firmavit Sacra Rota
in *Piſauren. Fideicommiſſi* 12. *Februarii*
1685. §. *Suppoſita ex his vulgari ſubſti-
tutione*, nunc impreſſa *poſt de Luca de Fi-
deicom. dec.62. n.14.*

Quare &c.

Senen. Prætenſæ Nullitatis Contractus.

Luna 30. Aprilis 1708.

ARGUMENTUM.

Quomodo ſine ſolemnitatibus Statutariis, pro excarcerando, vel liberando viro ab imminenti carceratione, ſubſiſtatur Mulieris obligatio. Qui tamquam proximiores ſint adhibendi in ejus contractibus ad interpretationem Statuti Senen. rubr. 169. dist. 1. Firmatur, ei licere diſtrahere totam Dotem pro alendo ſe, & Familiam, prout, quòd ſibi privilegium, ut medietas Dotis ſalva remaneat, non tranſeat ad hæredes.

S U M M A R I U M.

1 *Validitas ſententiæ reſultat ex revolutione Actorum.*

2 *In obligatione Mulieris pro eximendo viro ab imminenti periculo Carcerationis, non requiruntur ſolemnitates Statutariæ.*

Contrariæ Authoritates adducuntur, & declarantur n.30. & ſeqq.

3 *Quia obligatio Mulieris pro liberando viro à Carceribus, eſt valdè pia, & laudabilis.*

4 *Et quodammodo neceſſaria, cum Mulier de Jure teneatur ſubvenire indigentiis Mariti.*

5 *Adeòut Statutum, adimens Mulieri facultatem ſubveniendi neceſſitatibus Mariti tamquam Juri, & rationi repugnans, non valeat.*

6 *Mulier pro liberatione Mariti poteſt ſuam Dotem alienare.*

7 *Vir*

7 *Vir pro liberando ſe à carceribus poteſt bona Dotalia Uxoris diſtrahere.*

Ampl. etiam contradicente, & reclamante Uxore, ibidem.

8 *Naturalis ſtimulus nos docet, Conjunctorum indigentiis, & neceſſitatibus ſuccurrere.*

9 *Uxor, præſertim juvenis Viri, cohabitatione, & ſocietate indiget.*

10 *Mulieres orbatæ Viris, vel habentes Viros inutiles, inter perſonas miſerabiles à Lege reputantur.*

11 *Obligatio Mulieris pro liberatione viri ab imminenti carceratione, dicitur facta ex cauſa neceſſaria.*

Et neceſſitas provenit à Jure Civili, Natura, à lege matrimonii, & à recta vivendi norma num. 3. & ſeqq., & n. 8. & ſeqq.

12 *Eoque magis ſuſtinetur, exclaſit læſione, & deceptione Mulieris, & poſitivo ſpretu ſolemnitatum Statuti.*

13 *Statutum Senen.* Rubr. 169. de Contractib. Mulier. conjugat. & conſenſu ei præſtand. diſt. 2. *quæ requirat.*

14 *Religioſus profeſſus non eſt habilis ad authorandum, tamquam proximus, obligationem Mulieris.*

15 *Aſſertio Judicis, intervenientis obligationi Mulieris, habet pro ſe præſumptionem Juris, & de Jure, ſecundum Statutum Senarum.*

16 *Ex interpoſitione Decreti Judicis in obligatione Mulieris, præſumitur, proximiores conſanguineos impeditos intervenire non potuiſſe.*

Et multò magis attento Statuto, tribuente decreto Judicis præſumptionem Juris & de Jure, probationem in contrarium non admittentem n. 15.

17 *Proximiores, habentes diſcordias, & rixas cum Minoribus, vel Mulieribus, in eorum Contractibus non ſunt adhibendi.*

18 *Mulieris confeſſio receptionis Dotis non valet, niſi ſervatis ſolemnitatibus Statutariis.* Decl. num. ſeqq.

19 *Sed concurrentibus adminiculis, etiamſi deficiant ſolemnitates Statutariæ, ex confeſſione Mulieris haberi poteſt Dotis traditio, & conſignatio.*

20 *Teſtes, aliundè adminiculati, plenè probant, etiam formitèr non examinati.*

21 *Pro conſideratione læſionis in medietate Dotis, attenditur tempus reſtitutionis Mulieri facienda, non autem obligationum, ab illa factarum.*

22 *Decl. procedere, quando tempore reſtitutionis Dotis mulier nihil poteſt conſequi, non autem quando medietatem recipit, & majorem illius partem pro ſe, & Familiam alendo, expendit.*

23 *Pro debito proprio, & propriis neceſſitatibus, poteſt Mulier in vita totam Dotem diſtrahere.*

24 *Ampl. etiam in caſu famis, & neceſſitatis Mariti, & Filiorum.*

25 *In alienatione modicæ rei, & quantitatis, non requiruntur ſolemnitates Statutariæ.*

26 *Nec cumulantur modicæ ſummę, & diſtractiones, diverſis temporibus factæ.*

27 *Obligationes, & alienationes factæ à Muliere, pro alendo ſe, & Familiam, tamquam factæ ex cauſa neceſſaria, non ſubjacent ſolemnitatibus Statutariis.*

28 *Mulier non poteſt dici læſa ex obligatione, qua obtinuerit excarcerationem Mariti, cum ſuo exercitio valentis eamdem meliori victu, & tractamento recompenſare.*

29 *Obligatio Mulieris, etiam ultra medietatem Dotis, & in totum ſubſiſtitur, ſi ejus effectus ſit collatus poſt ipſius mortem.*

Mulier poſt mortem dote non indiget, nec illa privilegiis dotalibus fruitur, ibidem.

31 *Statuta, requirentia ſolemnitates in contractibus, emanarunt, ne Mulieres decipiantur, nec debent operari, ut iſtæ ſub prætextu evitandi fraudes, & deceptiones, alios decipiant.*

32 *Diverſo Jure judicatur obligatio filii pro excarceratione Patris, ac obligatio Mulieris pro excarcerando Viro.*

33 *Ubi adſunt Auctoritates, & res judicata individuales, non attenduntur Auctoritates ſimiles, & ratiocinia.*

34 *Si Mulier in vita propriam obligationem non impugnavit, nec ejus hæres impugnare valet.*

35 *Nullitas obligationis Mulieris, ex quo ei non ſit ſalva medietas Dotis, etiam ab hæredibus eſt allegabilis contra* numer. 37.

36 *Prout ſi Contractus abſque ſolemnitatibus ipſo jure à Statuto irritetur.*

Sed non procedit, ſi Mulier contractum in vita approbavit n. 42.

Et

Et ex quibus talis approbatio deſumatur ibidem.

37 *Præſumptum, quòd medietas Dotis ſalvæ remanere debeat, tanquam perſonale, ad Mulieris hæredes, præſertim extraneos, non tranſmittitur.*

38 *Auctoritates in contrarium declarantur, &* n. ſeqq. *ubi latè.*

42 *Contractus, expreſsè à Muliere approbatus, non valet ab ejus hærede impugnari prætextu omiſſarum ſolemnitatum Statuti.*

Sive approbatio fuerit facta in contractu, ſive in ultima voluntate, & ex quibus talis approbatio deſumatur, ibidem.

43 *Succumbens, ſi probationes, & Jurium productiones factæ ſint in ſecunda Inſtantia, in expenſis condemnari non debet, ſed ſolum quando ſuccumbit ex iiſdem Actis* ibidem.

DECISIO XXXVI.

AD evitandam imminentem Viri carcerationem, Thereſia de Cappellis, prævio decreto Judicis, & alterius propinqui conſenſu, die 21. Octobris 1693 obligavit favore Creditorum ejuſdem dimidium ſuæ dotis, aliaque bona extradotalia, conſiſtentia in domo, aliiſque corporibus, in Inſtrumento expreſſis, adjecto pacto, & reſervatione ad ſui favorem uſusfructus omnium dd. bonorum, donec viveret, aliiſque pluribus conditionibus, ſibi, & Viro favorabilibus, de quibus latiùs in eodem Inſtrumento.

Vigore hujus obligationis Dominicus de Lorenzinis Maritus receſſit à loco immuni, ubi per duos annos permanſerat, ac plenarium libertatem obtinuit, & fructibus bonorum obligatorum una cum Uxore gaviſus eſt pro alimoniis, nec non medietate dotis ab obligatione Thereſiæ excepta, conſiſtente in annulis, gemmis, aliiſque mobilibus, tam Apothecæ ad uſum Aurificis, quàm domus, ab ipſis inhabitatæ.

Defuncta poſtmodum Thereſia, facta priùs declaratione, quòd diſponebat de mobilibus ad certum effectum, non verò de ſtabilibus, tanquam ab ea præcedentèr obligatis Mariti Creditoribus; inſurrexit D. Eliſabeth Cappelli, vidua relicta à Fenolo Nenci, ejuſdem Thereſiæ ſoror conſobrina, & hæres ab inteſtato, & ſub motivo, quòd Hieronymus, qui intervenit contractui, non eſſet conſanguineus proximior, ut exigit *Statut. Senen. in rub. 169. de Contract. Mulier. Conjugat. diſt. 1.*, petiit immitti in poſſeſſionem d. Domus coram DD. Judice, & Sapientibus Curiæ Placiti, adverſus Joannem Dominicum Tommium, illius poſſeſſorem, & deliberatarium, à quibus contrarium reportavit judicatum, & interpoſita appellatione ad Rotam, hodie attenta illius validitate, & juſtitia, ſententia prodiit confirmatoria.

Validitas non controvertebatur inter Partes, eaque ex revolutione Acto-
1 rum reſultabat, juxta vulgatam *Dec. Capetaquen. 160. par. 3.* Juſtitia autem emicuit ex ratione ſubjectæ materiæ, agitur enim de obligatione Mulieris pro eximendo Viro ab imminenti periculo carcerationis, illumque reſtituendi libertati, quam ob timorem Creditorum amiſerat, confugiendo ad locum
2 immunem, in qua obligatione non requiruntur ſolemnitates Statutariæ in individuo *Surd. conſ. 367. ſub num. 25. verſ. præterea, & num. 26. & 27. Gratian. diſcept. 108. num. 17. & diſcept. 951. n. 5. & 6. Carpan. ad Statut. Mediolan. par. 1. cap. 318. num. 117. Lamberteng. de Contract. Mulier. gl. 20. n. 17. Pet. ad Stat. Urb. gl. 7. n. 183. & ſeqq. Chaſſan. ad Conſuetud. Burgund. tit. de Juribus & c. rub. 4. §. 1. ex num. 29. fol. mihi 590. Bertat. ad Conſtit. March. gl. 8. n. 61. Maur. de Fidejuſ. par. 2. ſect. 8. cap. 3. num. 84. & ſeqq. fol. mihi 427. Calvin. de Æquit. lib. 3. cap. 224. n. 19. Zacchia*, olim hujus noſtri Tribunalis Auditor, *de Oblig. Cam. qu. 3. n. 13. Urſill. concl. 84. n. 145 & 149. & concl. 86. n. 143. Spadacc. Theatr. Vendal. diſquiſit. 54. n. 53. & 54. Amoſtaz. de Cauſ. Pus lib. 4. cap. 8. num. 41. & ſeqq. & num. 56. Altimar. de Nullit. Contract. tom. 6. rub. 1. par. 4. quæſt 38. ſub n. 330. verſ. non ſunt neceſſaria ſolemnitates, quando Mulier ſe obligat fol. 178 col. 2. circa medium. Baldocc. ad Roman. obſerv. 96. n. 1. verſ. cum autem in fine*, & de ſecundum ab eo in dicta Obſervatione

ſcri-

ſcripta teſtatur juſtificaſſe *Anton. dec. Marchiæ 62. ex n. 2. & 18. Hodier. ad Surd. dec. 86. ſub n. 4. Manfredi. in Obſerv. ad dec. Capyc. Latr. dec. 135. num. 14. & 15. Grimaldi. dec. 4. n. 41. Rot. Florentin. in Liburn. Hypothecaria 31. Jan. 1691. §. Debet enim, cor. Cavalcanti, lib. Motiv. 119. 643.* ibi: Debet enim Uxor ſubvenire Viro, in miſeria, ſeu calamitatibus conſtituto, ut in captivitate hoſtium, carcere, ejuſque imminenti periculo, & ſimilibus, quia talium infortuniorum debet eſſe particeps, propter carnis, & fortunæ unitatem cum illo, ac proindè non alienum, ſed proprium hoc caſu debitum agnoſcere dicitur, & ex hac cauſa, quæ dicitur pia, & neceſſaria, non obſtante beneficio S.C. *Vellejan. Auth. Si qua mulier*, aliove quolibet Municipalium ſanctionum prohibitione, poteſt juridicè, & validiſſimè ſe obligare, conſentire, oppignorare, cedere, renunciare, vendere, fidejubere, & quemcunque alium actum, ſive contractum obligatorium facere. *Cephal. conſ. 31. num. 21. & c. Card. de Luc. de Dot. diſc. 95. n. 5. & 8.* ubi fortiorem dicit eſſe d. neceſſitatis cauſam, & magis proximam, ut Maritus onera matrimonii portet, debitum matrimoniale ſolvat, aliaque maritalis munia ſubeat. Nec in hoc caſu Mulier tenetur ſervare ullum pactum, ſeu conventionem, hoc eſt, prædictam antecedentis donationis prohibitionem, nec legem ullam, ullamve ſolemnitatem, ſive Statutorum, ſive Juris Imperialis, eo quòd neceſſitas non adſtringitur Legibus Divinis, multo minus Humanis, & facit permiſſum id, quòd cæteroquin eſſet prohibitum, & univerſaliter, cum pluribus recollectis, tradit *Barboſ. & c.* quia, quæ intuitu pietatis, & ſpiritu Dei aguntur, nullis proceſsìs humanæ legi ſubjiciuntur.

Iſtamque receptiſſimam ſententiam ſpecificè ſequitur etiam *Rota Romana, in Recanaten. Fideicommiſſi 11. Decembris 1693. §. Et in hunc ſenſum, coram bo. me. Bencaſa*, ibi – Quapropter ſubſiſtat concluſio, quòd ſine inſinuatione, aliiſque ſolemnitatibus, ab Ægidiana demandatis, actus, ſubſiſtere poſſit, veluti ex cauſa neceſſaria eximendi Virum ab imminenti periculo carcerum, quod ſemper ineſſe dicitur, quando, prout in caſu, debitum ſolvendum erat vigore obligationis Cameralis, *Fontanell. de Pact. Nuptial. & c.* – & 31. *Januarii 1695. §. Sed factum, coram R.P.D. Prado*, ibi – alia verò rata fuit impenſa pro liberando Viro à carceribus, pro quo potuit Uxor, etiam ſine ſolemnitatibus, validè ſe obligare – *Et in Romana Cambii 11. Junii 1706. §. Defectus, coram R.P.D. meo Kaunitz*, nunc impreſſa *apud Paul. poſt differt. 70. dec. 1. n. 11.*

Ea ratione, quia hujuſmodi obligatio eſt ſummopere pia, & laudabilis, ut proſequitur in terminis *Surd.*
3 *conſ. 367. ſub num. 15. verſ. Statutum, & num. 16. Gratian. diſcept. 93. 2. n. 5. Mant. de Fideiuſ. d. par. 2. ſect. 8. cap. 3. num. 85. fol. 417. Urſill. d. concl. 84. n. 141. Fiori ad Stat. Urb. d. gloſſ. 7. num. 185. Rota Florent. in d. Liburnen. Hypothecaria 1691. §. Debet enim, cor. Cavalcanti, & in d. Romana Cambii 1706. §. Defectus, coram Kaunitz, poſt differt. 70. Paulus. dec. 2. n. 10.* & continet neceſſitatem, cum Mulier teneatur de Jure ſubvenire indigentiis Mariti, cum quo eſt unum corpus, &
4 una ſubſtantia. *l. maritus 76. §. mortuo ff. de jur. dot. & l. ſed etſi idèò 21. ff. ſolut. matrim. Bald. conſ. 478. circa fin. lib. 3. Gratian. diſcep. 108. num. 3. & 14.* ibique *De Luc. num. 1. Cabron. de Æquit. cap. 132. num. 36. Rob. Singular. Rota tom. 2. par. 3. circa legum intellectus, ad Auth. ſi qua mulier, num. 3. & 4. fol. 579. col. 1. Merlin. de Pignor. lib. 2. quæſt. 18. num. 85. & 86. Seraph. Maſtro. de Conſiſcat. q. 31. num. 97. & 98. & q. 38. num. 13. Zaul. ad Stat. Fanum. lib. 7. rub. 25. num. 9. Surd. deciſ. 86. num. 4. & 5.* ibique *Hodiern. num. 10. & ſub num. 14. Thomas. dec. Marchiæ 77. n. 6. Conſol. dec. Lucen. 10. num. 6. Rota Florent. in d. Liburnen. 31. Januarii 1691. §. Debet enim. Rot. poſt Panſ. de Salvian. Interdict. dec. 171. n. 6. repetita in rec. deciſ. 731. n. 4. par. 5. Buratt. dec. 783. num. 2. in rec. dec. 33. num. 1. par. 4. tom. 1.* adeout non valeat Statutum, adimens Uxori facultatem ſubveniendi Viro, in neceſſitate con-
5 ſtituto, tamquam Juri, & rationi naturæ repugnans. *Crav. conſ. 74. num. 8. & ſeqq. Cyriac. contr. 216. n. 6.*

Atque ob id poteſt pro liberatione ma-

Marito ſuam dotem alienare. *l. quoties 26. ff. ſolut. matrim.*, *& d. l. maritus 76.*
6 *§. 1. ff. de jur. dot. Caball. conſ. 2. ſub n. 6. lib. 1 Urſill. d. concl 84. n. 141 & concl. 89. n. 197. Spadan. Theatr. Vidual. diſqu. ſit. 34. n. 59. & 60. Surd. dec. 86. n. 4. & ſeqq. Franch. dec. 137. n. 4. ibique De Luc. ſub n. 1. in fin. Gamm. dec. 318 n. 1. Addit. ad Baratt. dec. 75. n. 23 in fin. Rot. coram Bich. dec. 783. n. 1.* Immò, juxta aliquorum ſententiam, eidem Marito pro liberando ſe
7 à carceribus permiſſum eſt bona dotalia diſtrahere, etiam contradicente, & reclamante Uxore, quia agitur de cauſa, & intereſſe utriuſque. *d. l. & ſi ubi 22. ff. ſolut. matrim. Bald. conſ. 478. num. 2. lib. 5. Surd. d. conſ. 367. n. 14. Calvin. de Æquit. lib. 2. cap. 152. n. 55. & 56. Gratian. d. diſcep. 108. n. 26. & diſcep. 913 numer. 21. Baldacc. ad Roman. obſer. 96. ſub n. 29. Urſill. d. concl 84. n. 142 & concl. 89. n. 198. Amoſtaz. de Cauſ. Piis lib. 4. cap. 8. ſub n. 47. Hodiern. ad Surd. d. dec. 86. n. 8. Gamm. d. dec. Luſit. 318. n. 1. Rot. in rec. dec. 136. n. 17. p. 18.*

Et nedum de Jure Civili, ſed Naturæ etiam, legis matrimonii, & rectè, ac felicitèr vivendi norma adſtricta, ad id Uxor tenetur. Naturalis enim ſtimulus nos edocet, ſtrictiſſimo vinculo nobis
8 conjunctis, prout eſt Maritus reſpectu Uxoris, ſuccurrere, eorumque neceſſitatibus opitulari. *Card. De Luc. de Alienat. diſc. 64. n. 5. Tartagl. de Reformat. Statut. art. 42. num. 37.* Lex matrimonii pariter, & conſcientiæ ad id impellit. Uxor enim, præſertim juvenis, Viri ſocietate, & cohabitatione indiget, ut habeatur finis matrimonii, nempè procreationis ſobolis, quam ſummoperè deſiderare ſolent mulieres, & nè ob Viri abſentiam diuturnam, & perpetuam, incidat in tentationem, *ut eſt text. in l. 1. verſ. cum enim*
9 *Cod. de indict. vidual. tollen. & cap. 1. de frigidis, & maleficiat. Cyriac. contr. 29. num. 17. & 18. & latius contr. 105. ex num. 51 & pluribus ſeqq.* ubi refert Tiraquell., & alios. *Bondon. collect. 11. n. 39. lib. 1. De Luc. ad Gratian. diſcep. 108. n. 1. in fin. & ad Franch. dec. 578. ſub num. 4. Vrsin. dec. 289. num. 30.*, & in noſtris præciſis terminis *Manfredi ad Dec. Capyc. Latr. dec. 153. num. 24. & 15. Rot. Florent. in d. Liburnen. Hypothecaria 31. Januarii 1691. § Debet enim, cor. Cavalcanti.* Et recta vivendi ratio, ut nempe Uxor habeat in domo directorem, & defenſorem, & ut exempta ſit à calamitatibus, quas patiuntur Mulieres orbatæ Viris, vel habentes Maritos inutiles, quæ ob id à Lege inter perſonas miſerabiles recenſentur, ex notatis per *Valaſch. de Privileg. Miſerabil. Perſonar. in Præfation. num. 9. part. 1. & quæſt. 7.*
10 *ſub num. 34. & ſub num. 13. part. 1. Spadaç. Theatr. Vidual. in Apparat. part. 1. num. 3 & ſeqq. & diſquiſit. 16. num. 1. & per tot.*

Ex quibus omnibus obligationem Mulieris pro liberando Viro à carceribus, vel ab imminenti carceratione, dici factam ex cauſa neceſſaria, tradunt, &
11 proſequuntur *Surd. d. conſ. 367. ſub n. 25. verſ. Statutum, & num. 26. Maur. de Fidejuſ. d. part. 2. ſect. 8. cap. 3. num. 81. ſub nota 416. Rub. Singular. Rota num. 2. part. 5. circa legum intellectus, ad Authent. ſi qua mulier, num. 3. & 4 fol. 579. col. 1. Urſill. d. concl. 84. num. 249. & concl. 86. num. 143 & concluſ. 87. num. 15. Gratian. diſcept. 108. num. 3. Pit. ad Stat. Urb. d. gl. 7 num. 183 Urceol. conſult. 14. n. 41. Zacch. de Obligat. Cam. quæſt. 3. num. 13. Baldacc. ad Roman. obſer. 96. num. 1 verſ. cum autem, & num. 30. & ſub num. 36. verſ. non autem. Zaul. ad Statut. Forum. lib. 7. rub. 15. num. 9. Altimar. de Nullit. Contract. tom. 6. rub. 1. part. 4. q. 38. ſub num. 310. verſ. non ſunt neceſſaria ſolemnitates, quando mulier ſe obligat, fol. 178. col. 1. Cruſol. dec. Lucan. 10. num. 6. & 14. Rot. Florent. in citata Liburnen. Hypothecaria 31 Januarii 1691 § Debet enim, coram D. Aud. Cavalcanti. Rot. poſt Pacifie. de Salvian. Interdict. dec. 171. num. 5. cum duobus ſeqq. repetit. in rec. dec. 731. ex num. 3. part. 5 dec. 33 num. 19. part. 4. tom. 1. dec. 136. num. 17. & dec. 481. n. 5. & 6. part. 18., & inter recollect. per Palm. Nep. inter dec. Lucan. diverſor. dec. 203. num. 11. & in d. Recanaten. Fideiuſ. 11. Dec. 1693 § Et in hunc ſenſum, cor. Bonincontro, & in d. Romana Cambii 11. Junii 1706 § Deſcilius, cor. R. P. D. Kaunitz poſt diſſert. 70. Paulut. dec. 2. n. 10.*

Eoque libentiùs pro validitate obligationis Rota reſpondit, attento quòd agitur de contractu, in quo omninò ſpretæ non fuerunt ſolemnitates Statuti,

& ceſ-

& ceſſat læſio, & deceptio Mulieris: in quibus terminis obligatio ipſius, facta ex juſtiſſima cauſa liberandi Virum ab imminenti periculo carcerum, firma, & valida cenſeri debet, nec adimplementum ſolemnitatum eſt adeò ſtrictè attendendum, cum in hac materia unicè inquirendum ſit, an adſit læſio, & circumventio Mulieris, à qua, & ſic ex facti circumſtantiis, validitas, vel nullitas hujus contractus pendere debet, ut de contractu, in quo bona fide ſolemni-
12 tates fuerunt obſervatæ, & non adeſt Statuti ſpretus poſitivus *Card. de Luc. de Alienat. diſc.33. num.9. 11. & ſeqq. Conſtantin. ad Stat. Urb. annot.44. n.27. & ſeqq. & num.712. & 713. Tarragl. de Reſervat. Stat. art.38. num.42. Ansalt. dec. Marchi. 62 num.12. Gratian. dec.234. num.19. Rot. in rec. dec.119. n.10. part.7. & in Maceraten. Cenſus 28. Aprilis 1691. §. Ponderabatur etiam, cor. cl. me. Card. Cavallerino, & in Auximana Prædii 20. Martii 1705. §. Et quamvis, cor. R.P.D. Omanno*, & de contractu, in quo Uxor decepta, & ultra medietatem dotis læſa non eſt *Piccard ad Stat. Urb. dicta gl.7. num.186. Urſill. d. concl.84. ſub n.150. & concl.86. ſub n.148. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ.7. gl.2. part.7. n.33. Contard. ad Statut. Eugub. lib.2. rubr.43. n.27. Hodiern. ad Surd. d. dec.86. n.16. Ansalt. d. dec. Marchia 62. in fin. verſ. ſed quia. Rot. cor. Emerix jun. dec.360. num.6. & inter diverſ. dec.831. num.2. in fin. part.4. in rec. dec.136. n.17. part.18.*

Quòd autem in præſenti non fuerint omninò ſpretæ ſolemnitates Statuti, reſultat, ex quo illud *in d. rub.169. de Contractibus Mulieris conjugatæ, & conſenſu ei præſtando, diſtinct.2.* præſcribit, illa, contrahere non poſſe ſine conſenſu Mariti, & proximioris, & Marito habente intereſſe, vel aliter legitimè im-
13 pedito, loco ipſius interponere debeat decretum Judex quod in contractu, de quo agitur, ferè adamuſſim obſervatum fuit ille enim fuit celebratus publicè, & palam, prævia licentia S.C. Rever., & cum decreto Domini Auditoris Parletti, tunc Judicis Ordinarii Senen., & nunc emeriti Rotæ Florentinæ Auditoris, in eoque intervenit Hieronymus Pancellius, qui licèt non eſſet proximior, tamen adhibitus fuit à Judice ſub motivo, quòd alii proximiores intervenire non poſſent. Nam Joſeph de Cappellis, magis Thereſiæ proximus, erat Religioſus Profeſſus, & tanquam talis ad auctorandum contractum non
14 erat habilis *Pic. ad Stat. Urb. gl.13. n.14. & ſeqq. Pignat. ad Stat. Ferr. lib.2. rub.90 num.204. verſ. ſed & ſæculares, tom.1. Dominus, & olim Collega meus Conſtant. ad Stat. Urb. annot.44. n.154. & ſeqq.*

Sicut habilis non erat qu. Ferrolus de Nencia, qui, ſublato prædicto Religioſo, proximior remanebat, dum illum fuiſſe à Civitate Senen. abſentem, & contractui aſſiſtere non potuiſſe, probatur ex lectura Inſtrumenti, in quo id ſpecificè aſſeritur; cumque Judex de veritate narratorum in eo extrajudicialitèr ſe plenam habuiſſe notitiam fateatur, huic declarationi, & aſſertioni Judicis ſtandum eſt, quæ habet pro ſe præſumptionem Juris, & de Jure, pro-
15 bationem in contrarium non admittentem, juxta literal a verba ejuſdem Statuti *in d. rub.169. diſt.2. verſ. ſed ſi Mulier aſſereret Maritum, vel alium, cui ferendum ſupradictum ordinem conſentiendi facultas deferatur, eſſe abſentem &c.*, & in dictorum terminis Statutorum, tantam præſumptionem decreto Judicis non tribuentium, quòd ex illius interpoſitione præſumatur proximiores conſanguineos intervenire non potuiſſe, &
16 legitimè fuiſſe impeditos *Rot. rec. Coram. dec.1242. num.4. & poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. dec.153. num.4. verſ. memo abeſſe, & ſeqq. & dec.155. ſub num.9. & 10.*

Itaque validiſſima præſumptio incaleſcit, ex quo Ferrolum re vera intervenire non potuiſſe, elicitur ex eo, quia Hieronymus ejus ſocer habuerat diſcordias, & rixas cum Patre Thereſiæ, & ſecutis inter ipſos mutuis vulneribus, cum periculo vitæ d. Hieronymi, nunquam ex poſt ſecuta fuit animorum reconciliatio, nec conſanguineorum more ampliùs ſe tractarunt, illæque diſſenſiones, & differentiæ, tam de tempore contractus, quam ante, & poſt continuarunt etiam inter Ferrolum, & Thereſiam, ut ex Juribus, in Actis productis; Quibus ſtantibus, ille reddebatur inhabilis ad conſenſum præſtandum, cum proximiores, habentes diſcordias, & li-

ter, malèque affectis Minoribus, & Mu-
lieribus, in eorum contractibus non ſit
17 adhibendi. Tors. ad Statut. Papiæ rub. 98
num. 86. Conſtant. ad Stat. Urb. annot. 44.
num. 134. 135. & 140. Rot. poſt Fit. ad
Statut. Urb. dec. 11. num. 10. cor. Dunoz.
Jun. dec. 919. n. 12. & recen. dec. 21. n. 3.
part. 19.

Eadem facilitate probatur, Mulierem
non fuiſſe læſam, aut deceptam. The-
reſiæ enim ſalva relicta fuit medietas
Dotis, quam in tot mobilibus, jocali-
bus, & argento recepiſſe, & in ſui
dominium, & poſſe reduxiſſe, ſolem-
niter facta fuit in eodem Inſtrumento
coram Judice, Notario, & Teſtibus.
Non obſtante, quòd hujuſmodi con-
feſſio fieri non potuerit à Muliere,
niſi ſervatis adamuſſim omnibus ſo-
18 lemnitatibus, ab eodem Statuto requiſi-
tis. De Angel. de Confeſſ. tom. 1. lib. 1.
quæſt. 13 num. 1. Conſtant. ad Statut.
Urb. annot. 44. num. 426. & ſeqq. Thomat.
dec. Marchi. 23. num. 88. & 89. Rota co-
ram Cerro. dec. 1142. n. 7. in rec. dec.
321. num. 10. part. 14. & individuo no-
ſtri Statuti Mart. Med. examin. 57. n. 2.
& 4.

Quoniam cum veritas d. confeſſionis
remaneat coadjuvata, & adminiculata,
nedum ex eo, quòd Thereſia nunquam
in vita de conſignatione dd. mobilium
ſibi non facta conqueſta eſt, ſed & for-
tiùs ex quo ipſa nomine proprio, paucos
poſt menſes ſuper argento, aliiſque mo-
bilibus ad uſum Aurificis, contraxit ſo-
cietatem cum Bonaventura Bruno; ex
quo plura ex mobilibus receptis pro
domus indigentiis oppignoravit, uſque
ad ſummam ſcut. 100. circiter, & ex
quo de mobilibus reſidualibus in mor-
te diſpoſuit, quæ omnia cum ſequi non
potuiſſent, niſi mobilia præfata verè, &
19 effectivè recepiſſet, ſtis adminiculis con-
currentibus, ex d. confeſſione plena re-
ſultat conſignationis, & traditionis mo-
bilium probatio, etiamſi deficiant ſo-
lemnitates Statuti. Fagnan. ad Statut.
Ferrar. lib. 2. rub. 90. num. 25. & 95.
Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 44.
num. 430. De Angel. de Confeſſ. tom. 1.
lib. 1. quæſt. 13. num. 5. Gratian. diſcept.
498. num. 10. & diſcept. 878. numer. 14.
& 15. Thomat. dec. Marchi. 190. n. 18.
& ſeqq. & dec. 193. n. 15. Rot. cor. Ludo-
viſ. dec. 188. num. 8. ibique Addit. n. 11.
Anſald. dec 63. n. 37. Coram. Caſſ. 2242.
num. 7. & ſeqq. inter diverſor. dec. 177.
num. 6. par. 2. in rec. dec. 225 ſub n. 29.
par. 10. & dec. 250. num. 7. par. 19. &
in terminis noſtri Statuti Mart. Med.
d. examinat. 57. num. 5.

Haud relevante, quòd oppignoratio
facta à Thereſia in Monte Pio hujus
Civitatis, & venditio rerum oppignora-
tarum, probetur ex ſimplicibus Fidibus
extrajudicialibus quia cum teſtes, de
prædictis deponentes, ſint abundè admi-
20 niculati, plenè probant, etiamſi non fue-
rint formaliter examinati. Rot. in rec.
dec. 458 num. 1. par. 14. & in Nullitatis, ſeu
Alteratoria Immiſſionis 17. Januarii 1701.
§. Idque, & 10. Februarii 1701. §. Inte-
rim, cor. Moro.

Et licèt de tempore diſſoluti matri-
monii illa mobilia reperta non fuerint,
ex quo probata prætendebatur læſio,
cum ad hunc effectum non reſpiciatur
21 tempus obligationis, ſed reſtitutionis
dotis. Poſth. reſolut. 89. n. 68. Conſtant.
ad Statut. Urb. annot. 46. ex num. 187.
ubi plurimi concordantes. Rucc. diſput.
112. num. 21. Paulut. diſſert. 38. num. 21.
Objectum tamen viſum fuit Dominis in-
applicabile, quia Authoritates contra-
riæ loquuntur, quando de tempore re-
ſtitutionis dotis Mulier nihil poteſt con-
ſequi, ex eo, quòd alia medietas dotis
fuit abſorta à debitis Mariti, vel ab il-
22 lorum fructibus, aut ex alia ſimili cau-
ſa; ſed quando Mulier medietatem re-
cepit, ut in caſu noſtro, quamvis majo-
rem illius partem expenderit in alendo
ſe, & Familiam, tunc aliqua læſio non
eſt allegabilis, cum pro debito proprio,
& pro ſuis neceſſitatibus, Mulier poſſit
23 in vita totam, & integram dotem di-
ſtrahere, & alienare, ut firmant Cyriac.
contr. 139. ſub n. 35. & 36. Tondut. re-
ſolut. 45. num. 8. De Marin. reſol. 136. n. 7.
lib. 2. Manſ. conſult. 310. n. 33. & 34. Bor-
dalor. diſſert. 16. n. 30. & ſeqq. & n. 32.
33. & 34. Urceol. conſult 24. num. 45.
ubi, quòd etiam in caſu famis, & extre-
24 mæ neceſſitatis Mariti, & Filiorum, poteſt
totam dotem alienare, & plures alios
refert Donat. de Renunciat. tom. 1 cap. 9.
num. 195. & 196. Coſtant. ad Statut.
Urb. annot. 46. n. 203 tom. 2. & in Diſſe.
univ. de Cautelis Angelis num. 27. impreſſo

in

in fine d. Voluminis. Tortagl. de Reſervat.
Statut. art.43. num.53. Rot. cor. Priol.
dec.367. num.31. poſt Conſtant. ad Sta-
tut. Urb. dec.146. ſub num.10. & 11.
& in Romana Cenſus 23. Martii 1689.
§. Nec obſtat, cor. bo. me. Bevincaſa.

Nec iſto caſu intervenire debebant
ſolemnitates Statuti, tum quia diſtra-
ctio mobilium fuit paulatim facta, in
qua tanquam modicæ rei, & quantita-
tis, ſolemnitates non requirebantur.
25 *Gratian. diſceptat. 879. n.19. Carpan. ad*
Statut. Mediolan. tom.1. cap.338. n.115.
& ſeqq. Fic. ad Stat. Urb. gloſſ.7. n.263.
& ſeqq. Pigant. ad Statut. Ferrar. lib.2.
rub.90. n.74., ubi, quòd ad hunc effe-
ctum non cumulantur ſummæ, & di-
ſtractiones, diverſis temporibus factæ, &
26 *n.83. verſ. decimoſexto. Concioli ad Statut.*
Eugub. lib.2. rub.56. n.15. Conſtant. ad
Statut. Urb. annotat. 44. num. 553. &
ſeqq. Pacuvell. dec.53. adnot.1. num.11.
Rot. in rec. dec.454. num.10. par.5. Tum
etiam quia obligationes, & alienationes,
factæ à Muliere pro alendo ſe, & Fami-
27 liam, tanquam factæ ex cauſa neceſſaria,
ſolemnitatibus Statuti non ſubjacent.
Gratian. diſcept. 750. in princip. Pigant.
ad Statut. Ferrar. lib.2. d. rub.90. ſub
n.74. verſ. quanto reſtringitur. Conſtant.
ad Statut. Urb. d. annotat. 44. num.564.
584. & 585. Leonell. deciſ. Ferrar. 110.

Ulteriùs conſiderabant Domini, The-
reſiam, nedum obtinuiſſe ſibi ſalvam
remanere medietatem dotis, ſed poſſeſ-
ſionem, & liberum, ac abſolutum uſum-
fructum omnium ſtabilium, ſibi vita du-
rante præſervaſſe, & liberaſſe ab immi-
nenti carceratione Maritum, artem Au-
rificis exercentem, ex cujus exercitio,
vel ſuperintendentia, poterat ſperare
ſubventionem, & auxilium pro dome-
ſticis neceſſitatibus, prout effectivè ſpe-
raſſe colligitur ex eodem Inſtrumento,
& ex Apoca ſocietatis ſuper negocio
Aurificis, contractæ a Thereſia cum Bru-
no poſt liberationem Mariti à periculo
carcerationis, in qua conventum fuit,
Brunum continuam aſſiſtentiam nego-
cio præſtare debere, & in eo operari,
ac viceverſa ex parte Thereſiæ conti-
nuò aſſiſtere, & operari debere Loren-
tium ejus Maritum, adeout neuter ex
eis poſſet ſuam operam impendere,
nec bona erogare in aliis negociis
ejuſdem ſpeciei ad proprium commo-
dum, vel aliorum, in præjudicium
communis negocii. Quotiès autem
Mulier ex obligatione conſequitur
liberationem à carceribus, vel ab
imminenti carceratione ejus Mariti, qui
aliqua arte eſt inſignitus, cum qua
poteſt victum recipere, vel ſplendidio-
ra alimenta, & tractamentum habere,
tunc quodammodo recompenſata dici-
28 tur in damno, ſi quod ex obligatione
intra medietatem dotis pro Viro facta
paſſa eſt, & læſa dici non poteſt. *Urſill.*
ſupi tract. conclaſ.86. ſub n.148. verſic.
& quamvis.

His accedit, quòd convenit etiam
contra Maritum fructus creditorum ſru-
ctiferorum ampliùs decurrere non poſ-
ſe, nec ullo unquam tempore, & ca-
ſu, poſſe eundem in futurum pro ſor-
te, & fructibus, antea decurſis, in actio-
ne perſonali moleſtari, etiamſi deveniſ-
ſet ad pinguiorem fortunam, tam viven-
te, quàm mortua Thereſia, & quate-
nùs etiam mors contingeret, continua-
re ulteriùs deberet in libera fruitione
domus, & mobilium neceſſariorum,
abſque ulla ſolutione penſionis, & in-
tereſſe, adeout ex prædicta obligatio-
ne, à qua Thereſia tot commoda pro
ſe, & Marito reportavit, nullum aliud
incommodum paſſa fuerit, quàm abla-
tæ ſibi facultatis diſponendi poſt mor-
tem, in qua conventione nulla læſio,
nec indotatio conſiderari poteſt, cum
de Jure ſuſtineatur conventio, in qua
Mulier, nedum intra medietatem, ut in
caſu, ſed etiam ultra dotis medietatem
& in totum ſe obligat, quando effectus
obligationis ipſius collatus eſt poſt mor-
29 tem, quo caſu dote ampliùs non indi-
get, nec illa privilegiis dotalibus frui-
tur, *ut per Text. in l.3. ff. de jur. dot.* tra-
dunt *Rocc. diſput.112. num.30. & ſeqq.*
ubi plures refert *Tortagl. de Reſervat.*
Statut. art.43. num.48. & 51. Baldacc.
Dot. & Rer. Judicat. tit.4. de Dot. & Mulier.
Obligat. dec.18. n.38. Rota poſt Conſtant.
ad Statut. Urb. dec. 149. n.23. ad 26.

Probato ex his, ſolemnitates fuiſſe
bona fide ſervatas, nullumque conſide-
rari poſſe in contractu dolum, læſio-
nem, & fraudem, non adverſantur aſ-
ſumptæ Auctoritates, in oppoſitum cita-
tæ, ad probandum, obligationem Mulie-

ris factum pro excarcerando, vel evitanda imminenti carceratione viri, ſine ſolemnitatibus Statutariis non ſubſiſteri, nempè *Cyriac. contr. 216. num. 11. Conſtant. ad Statut. Urb. d. annot. 44. num. 388. & ſeqq. Pamuoll. dec. 2. adnot. 3. num. 12. & ſeqq.* Quoniam præfatæ Auctoritates loquuntur, & intelligi debent, quan-
30 do fuerunt omninò ſpretæ ſolemnitates Statuti, ut videre eſt apud *Conſtant. d. annot. 44. ſub num. 390. & 391.* & Mulier fuit decepta, & læſa in contractu, non verò, quando ipſa notabile commodum reportavit, & læſionem, ac depauperationem paſſa non eſt, ut declarat idem *Conſtant. & Pamuoll. dec. 33. adnot. 2. ex n. 107.*

Cum enim hujuſmodi Statuta emanaverint ad evitandas fraudes, & deceptiones, quibus muliebris ſexus ſubjacet, hac ratione ceſſante, immò concurrente utilitate, & juſtitia Cauſæ, etiam
31 Statuti diſpoſitio ceſſare debet, nec anſa præbenda eſt mulieribus, ut ſub hoc prætextu alios decipiant, ex firmatis per *Hering. de Fidejuſ. cap. 7. ſub num. 420. § Denique in propoſito. Palm. Nep. inter dec. Lucen. divers. dec. 163. num. 10. Rot. Januen. ibidem dec. 164. n. 19. Rot. noſtra apud Mart. Medic. dec. 99. n. 7. & 8. Rota Rom. poſt Conſtant. ad Statut. Urb. dec. 153. n. 16. & dec. 155. n. 12. coram Emerix jun. d. dec. 360. n. 6. & in Romana Cambii 23. Januar. 1702. § Præterquam, cor. dell'Olmo.*

Ac ſi verò Deciſiones Sacræ Rotæ *coram Zarat. dec. 29. n. 23. in rec. dec. 177. num. 5. & ſeqq. par. 1. dec. 383. n. 8. par. 2. poſt Pic. ad Stat. Urb. deciſ. 39. num. 17. & 18. & in Peruſina Cenſus 21. Aprilis 1679. § Tertium quod, coram Bourlemont,* loquuntur de filiisfamilias, ſe obligantibus abſque ſolemnitatibus Statuti pro
32 Patre excarcerando, in quibus non militare eamdem rationem, ac in Muliere ſe obligante pro excarcerando, vel liberando Virum ab imminenti carceratione, in præciſis terminis probat *Urſill. d. concluſ. 84. n. 19. & concl. 80. n. 143.*

Cumque ulteriùs habeamus Auctoritates, & Sacræ Rotæ Deciſiones, indubitanter affirmantes, Mulierem pro excarcerando Marito, vel illius imminen-
33 ti carceratione evitanda, poſſe ſe obligare ſine ſolemnitatibus Statuti, procedendum non eſt cum Auctoritatibus ſimilibus, & ratiociniis.

Prædictaque creſcunt in robore, ponderando, quòd Thereſia, donec vixit, nunquam conqueſta eſt, aut contractum impugnavit, immò illum reſpectu obligationis ſtabilium poſitivè approba-
34 vit, undè nec impugnari, aut de nullitate redargui poteſt ab hærede, ſub prætextu, quòd Thereſiæ non remanſerit ſalva medietas dotis, & quòd ipſius contractus à Statuto infringatur, ut probant Auctoritates infra citandæ *n. 37. & 40.*

Haud relevante, quòd ab hæredibus etiam ſit allegabilis nullitas obligationis Mulieris, provenientis, tam ex quo
35 ſalva eidem non ſit dotis medietas, ut firmant *Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ. 6. gloſ. 2. par. 6. num. 44. & ſeqq. & n. 48. & ſeqq. Peſth. reſol. 89. numer. 31. Urceol. conſult. 24. ſub num. 42. & in ſecunda Append. ad eamdem num. 13. Fatinell. reſp. 71. num. 5. & ſeqq. Zaul. ad Statut. Florent. lib. 7. rub. 25. num. 31. Tartagl. de Reſervat. Statut. art. 43. ſub num. 42. & ſeqq.* quàm ex quo ejus contractus ſine ſo-
36 lemnitatibus præſcriptis, ipſo jure à Statuto irritetur, quicquid ſit, ſi de ea tertius opponeret *Tartagl. de Reſervat. Statut. art. 40. num. 31. Conſtant. ad Statut. Urb. annot. 44. num. 719.* ubi concordantes. *Pamuoll. dec. 33. adnot. 7. num. 11. & 13. Rota in Romana Locri Dotis poſt Eumdem dec. 154. num. 13. repetita in rec. dec. 613. num. 17. part. 19.* & pluribus relatis *in Viterbien. Salviani 16. Januarii 1702. § At de municipali, & ſeqq. cor. Eminent. D. Card. della Tremoille,* ubi, quòd talis nullitas poteſt opponi etiam à tertio, & explicantur Deciſiones *in d. Romana Locri Dotis.*

Siquidem quoad exceptionem non ſalvæ medietatis dotis, ultrà quòd illa ceſſat ex facto, quia, ut dictum eſt, Mulieri medietas dotis fuit præſervata; quatenùs etiam nullitas ex hoc capite conſiderari poſſet, nihilominùs cum Mulier in vita non reclamaverit, pri-
37 vilegium, quòd ſalva remanere debeat dotis medietas, tanquam perſonale, ad Mulieris hæredes, præſertim extraneos, non tranſmittitur, juxta inconcuſſam opinionem Doctorum, & Sacræ Rotæ, de qua *Beldocc. Dec. & Rer. Judicat. tit. 4. de Dot. poſt dec. 18. num. 19. Rot. poſt Conſtant. ad Stat. Urb. dec. 151. n. 8. & in Spo-*

lutana Romana 29. *Januarii* 1683. §. *Pariter, cor. cl. me. Card. Matthejo. Lauretana Dotis* 18 *Januarii* 1697. §. *Prædictis, cor. Reverendiſs. Molines*, nunc impreſſa poſt *De Luc. de Dote dec* 3. n. 14. *& ſeqq. & dec.* 56. *num.* 10. *Aſculana Dotis, & Legitimæ* 16 *Januarii* 1699. §. *Nec relevant, cor. R. P. D. Lancetta. Alatrina Reintegrationis* 4. *Junii* 1700. §. *Quod verò, cor. P. R. D. Scotto. Romana Salviani* 2. *Julii* 1700. §. *Pariter, coram bo. me. Jacometto. Caſerntana Spolii* 25. *Junii* 1700. §. *Minus, &* 7. *Martii* 1701. §. *Et quoad, coram Muto. Senogallien. Cenſus* 1. *Julii* 1701. §. *Et ſane, cor. R. P. D. Lancetta. Cavallicen. Pecuniaria* 3. *Decembris* 1704. §. *Removebatur, coram R. P. D. Priolo, & in Anconitana Pecuniaria* 12. *Februarii* 1704. §. *Quia urgent, cor. Reverendiſs. D. Molines Decano.*

Minimè refragantibus contrariis Auctoritatibus *Fontanella, Paſſim, Zaule, & Turtaglia, locis ſupra relatis* quia prædictæ Auctoritates loquuntur, vel quando Mulieris obligatio fuiſſet metu

38 dolo, vel fraude extorta, in qua deficit conſenſus à principio, non verò quando conſtat de ſinceritate actus, ut declarat *De Luc. de Dot. diſc.* 96. *ſub num.* 7. *verſ. ideoque. Baldacc. Dec. & Rer. Judicat. tit.* 4. *de Dot & Mulier. Obligat. dec.* 18. *num.* 30. ubi explicat *Fontanellam* & alios. *Rot. poſt de Luc. de Dote d. dec.* 3. *n.* 17. & 18., ubi declarat eoſdem Vel procedunt, quando mulier in vita conqueſta eſt, & de nullitate dixit, nam

39 tunc talis actio tranſit ad hæredes quoſcunque, ut declarat *Rot poſt Conſtant. ad Statut Urb. dicta dec.* 151. *num.* 8. *repetita poſt de Luc de Dote dec.* 57. *& in Caſertana. Spolii* 25. *Junii* 1700 §. *Minus relevat, &* 7. *Martii* 1701 §. *Hæc quoad, coram Muto d. Senogallien. Cenſus* 1701. §. *Et ſane, coram Lancetta, & in d. Anconitana Pecuniaria* 12. *Februarii* 1704. §. *Quia urgent, coram Molines* Vel loquuntur quando prædeceſſit Maritus, &

40 actio dotis fuit radicata in vita Uxoris; ſecus ſi prædeceſſit Uxor, ut in noſtra hypotheſi, ſuperſtite adhuc Viro, & conſequentèr non quæſita actione pro reſtitutione dotis, ipſa vivente, ut declarando *Fontanellam*, in objectio relatum, tradit *Maſcha. de Conſſeſſ.* q. 31. *num.* 104. *Marſ. conſult.* 320. n. 37. & 38.

41 Vel demum loquuntur contra communem, & non habita notitia prædictarum Deciſionum, & opinionis, firmitèr receptæ in Sacra Rota, prout eſt *Farinell. dict. reſp.* 71. *n.* 3. *& ſeqq.*

Quo verò ad exceptionem nullitatis contractus, ipſo Jure à Statuto inductæ, licèt illam poſſit hæres Mulieris opponere, tamen cum in hypotheſi Thereſia contractum in vita approbaverit, dum, nedum Maritum de loco immunem in proprium domum recepit, de mobilibus in vita diſpoſuit, aliiſque commodis, à ſua obligatione provenientibus, uſa eſt, ſed explicitè etiam, & reiteratè ſaſſa fuit, ſe conſcientiæ ſtimulis exagitatam, & à pluribus Confeſſariis conſultam, bona ſua obligaſſe Creditoribus, quibus fidem ſervare velle declaravit, ut formitèr examinatus depoſuit Reverendus P. Curtius Potus, ejus Confeſſarius, ſuper 17. Interrogatorio & ſuper 13., quodque plus eſt, tempore ultimæ infirmitatis diſpoſuit de mobilibus reſidualibus, cum expreſſa proteſtatione

42 quòd de ſtabilibus non diſponebat, quia hoc facere non poterat, ex quo illa fuerant ab ipſa obligata Creditoribus Ex his inſurgit, quòd cum contractus fuerit in vita, & in morte à Thereſia approbatus, non poſſit ampliùs ab illius hærede ab inteſtato, quem ipſa honorare, & vocare noluit, impugnari, ut de contractu approbato à Muliere in vita *De Luc. de Alienat diſc.* 33. *num.* 18. *&* 30. *Tartagl. de Reſervat Statut. art.* 40. *num.* 51. *Conſtant ad Statut. Urb. annot.* 44. *num.* 721 *Rot poſt eum dec.* 154. *num.* 19. *& inter dec. Lucen. diverſ. recollect. per Palm. Nep. dec.* 103 *num.* 26. 27. *&* 28. *& in d. Viterbien. Salviani* 1701 §. *Quibus, coram Eminentiſſimo della Tremoille*, & in terminis noſtri Statuti *Rota noſtra in cauſa Senen. Naldini C. Calderini* §. *Anzi che eſſendo, cor. Petraſancta*, & de contractu approbato in ultima voluntate *Surd. conſ.* 513. *num.* 4. *Joannes de Selamant gl.* 16. §. 7. *num.* 300. *Tartagl. de Reſervat. Statut d. art.* 40. *n.* 52 *&* 53. *Conſtant. ad Stat. Urb. d. annot.* 44. *num* 720. *Rot poſt eum dec.* 154. *num.* 19. *repetit. in rec. dec.* 613. *num.* 22. *part.* 19. *& cor. Cerro dec.* 498. *num.* 10. *&* 11. *& in rec. dec.* 129. *num.* 17. *&* 18 *part.* 7. *& in d. Viterbien. Salviani* 16. *Januarii* 1702.

§. Qu-

5. Quibus adversarii, coram Eminentiſſimo D. Card. della Tremoille.

Abſolvimus ſuccumbentem ab expenſis, ex quo agitur de articulo Juris dubio, habente hinc indè claſſicos Authores, qui in prima Inſtantia formitèr diſcuſſus non fuit, & ex quo læſio, & indotatio Mulieris, excluſa fuit ex Juribus, & probationibus, factis in ſecunda Inſtantia; ſicque cum ſuccumbens, ante probationes factas, & novam Jurium productionem, habuerit juſtam cauſam litigandi, condemnationem ex-
43 penſarum evitare debet. *Fermoſinus cap. finem litibus q.1. n.7. de dol. & contum. Caball. conſil. crimin.44. n.6. lib.2. Papponius,* noſtri hujus Tribunalis olim Auditor, *conſ.58. in fine. Conſtant. ad Stat.Urb. annot.59. num.48. & 49. & 52. Petrus Calephatus* in ſuis Deciſionibus Rotæ Senen. *impreſſis poſt tom.2. Conſilior. Criminal. diverſor. in parvis, dec.1. num.14.* ubi, quòd tunc ſolùm condemnatur in expenſis, quando ſuccumbit ex iiſdem Actis.

Et ita prætermiſſa quæſtione, an traditio mobilium, facta Thereſiæ, importet veram dotis reſtitutionem, quæ Maritum liberaverit ab onere, ſibi de Jure, & vigore Inſtrumenti dotalis incumbente, ſuper quo cum pendeat particulare Judicium in Magiſtratu Curiæ Placiti, Domini nihil firmare voluerunt, & omiſſis aliis levioris ponderis, vel plenè ſublatis ex ſuperiùs deductis, reſponſum fuit, utraque Parte acerrimè informante &c.

Civitatis Maſſæ Immiſſionis.

Veneris 4. Maji 1708.

ARGUMENTUM.

Per qualitatem Maſculinitatis, repetitam à Teſtatore in ſingulis gradibus ſubſtitutionum, & per rationem conſervationis Agnationis, Deſcendentes ex fœminis dicuntur excluſi. Arrogatus, an tranſeat in Familiam Arrogantis, & quæ Jura acquirat, an veniant ſub Fideicommiſſo ordinato pro illis de Domo, & Agnatione.

SUMMARIUM.

1 *Appellatione filiorum, & Deſcendentium Maſculorum veniunt Maſculi ex Fœminis.*

2 *Qualitas Maſculinitatis, repetita in ſingulis gradibus, dicitur volita tam in generante, quàm in generato.*

Ac proinde maſculi ex fœminis cenſentur excluſi, ibidem.

Amplia, ut cenſeantur excluſi, ſi mentio facta ſit de linea maſculina n.3.

3 *Linea Maſculina componitur ex Maſculis per Maſculos deſcendentes, & interrumpitur per Maſculos, deſcendentes ex fœminis.*

4 *Amplia ſecundo, ut cenſeantur excluſi Deſcendentes ex Fœminis, ſi volita ſit agnationis conſervatio.*

5 *Arrogatus tranſit in Familiam Arrogantis, & omnia Jura, filiis legitimis, & naturalibus competentia, acquirit.*

6 *Arrogati comprehenduntur ſub Fideicommiſſo ordinato pro illis de Domo, & Agnatione.*

Arrogatus dicitur de Agnatione, Domo, & Familia Arrogantis ibid.

Quod procedit etiam in aggregato in Familiam, ibid.

7 *Si Teſtator Arrogatos expreſsè vocaverit, eo magis ſub verbis aptis ad illos comprehendendum venire dicendum eſt.*

DECISIO XXXVII.

EXtremum vocationis ad Fideicommiſſum Joannis Angeli, non fuiſſe probatum à Ferdinando, concluſum fuit, adeoque eidem denegavimus immiſſionem, illamque conceſſimus Thomæ.

Recognitum enim fuit, omnia requiſita ad immiſſionem neceſſaria concurrere in perſona Thomæ, non autem in Ferdinando, cui quamvis aſſiſtat regula, quòd appellatione Filiorum, & Deſcendentium maſculorum veniant
1 maſculi ex fœminis, juxta celebre conſilium *Fulgoſii* 85. *n.1. & 2.*, communitèr receptum, de quo *Foſar. de Subſtit. quæſt.404. n.7. & 10. De Luc. de Fideic. diſc.24. n.5. Rot. coram Bich. deciſ.307. num.13. & 14. Celſ. dec.141. n.6. Prieol. dec.283. num.5. Corr. dec.885. n.2. in rec. dec.401. num.27. & ſeqq. par.9. deciſ.69. num.17. par.17. & dec.164. n.5. par.18. & poſt De Luc. de Fideic. dec.15. num.3. dec.16.*

dec.16. n.1. dec.17. num.5. & dec.18. n.1. & in Mantiſſa eadem tit. dec.2. num.1. dec.33. num.14. & dec.65. n.4. & dec.66. num.12. & apud Torr. Variar. Jur. Quæſt. tom.2. Miſcell. par.1. dec.17. tit.12. n.14. fol.653.

Attamen contra eum ſolemnis adducebatur limitatio, deſumpta ex contraria mente Teſtatoris requirentis qualitatem maſculinitatis in generante, & generato, dum ipſe vocavit ſuos filios maſculos, eiſque ſubſtituit eorum filios maſculos, & deſcendentes ſemper maſculos in infinitum. Quoties enim in ſingulis gradibus reperta eſt qualitas maſculinitatis, illa voluta dicitur tam in generante, quàm in generato, ac proinde maſculi ex fœminis, qui carent
2 qualitate maſculinitatis reſpectu generantis, cenſentur excluſi. *Torr. Variar. Jur. Quæſt. tom.1. tit.2. quæſt.1. num. 20. fol.109. & quæſt.43. num.14. & 15. fol.518. Rot. poſt de Luc. de Fideicom. dec.17. num.4. & 11. & dec.18. num.7. & ſeqq. & dec.19. num.1 & ſeqq. & in Mantiſſa eadem lib. dec.1 num.1 & 3. & in rec. dec.252. num.15 par.19. & pluribus relatis in Bononien. Fideicommiſſi de Roſſonis 4. Junii 1708. §. Denominatio, coram Ouamus.*

Potiſſimè quia in parte conditionali mentionem fecit de linea maſculina, quæ componitur ex maſculis per maſculos deſcendentibus, & interrumpitur per maſculos deſcendentes ex fœminis,
3 ut pluribus relatis plenè in ſpecie *Rot. poſt De Luc. de Fideic. dec.22. num.14. & ſeqq. & num.18. dec.30. num.2. & dec.36. num.4. & in Mantiſſa eadem tit. dec.1. n.6. & dec.2. n.16.*

Et extra omnem prorſus difficultatem, dum Teſtator exoptavit agnationis conſervationem, qua voluta, ſemper
4 excluſi cenſentur deſcendentes ex fœminis, qui agnationem non conſervant. *Torr. Varior. Jur. Quæſt. tom.1 tit.1. q.13. n.12. fol.69. & tit.2. quæſt.40. num.11. fol.418. Rot. in rec. dec.152. num.16. & dec.304. num.5. part.19. & poſt De Luca de Fideic. dec.17. num.13. & 14. dec.18. num.5. & 6. & dec.32. n.6. & in Mantiſſa eod. tit. dec.20. n.17.*

Non obſtante, quòd Thomas non ſit de Familia vera, & naturali, ſed de aggregata. Quia cum in §.4. Teſtamenti, Joannes Angelus expreſſerit ſuum deſiderium conſervandi bona in Domo, Familia, & Agnatione ſua, & ob id omnes Agnatos ad ſucceſſionem invitaverit, ad tale Fideicommiſſum ſuccedere
5 debent arrogati. Cum enim arrogatus tranſeat in Familiam arrogantis, nomen, & arma geſſet, omniaque jura filiis legitimis, & naturalibus competentia acquirat §. *Sed hodie Inſtit. de Adoption. §. Sed et omnia Inſtit. de Hæredit. quæ ab inteſt. deferunt. l. cum adoptio 7. & l. qui in adoptionem 23. ff. de adoption. Peregrin. de Fideic. art.36. num.41. Robles de Repræſentat. lib.2. cap.8. num.2. Molin. de Juſtit. & Jur. tom.1. diſp.227. §. Quando arrogator. Merlin. de Legitim. lib.1. tit.1. quæſt.1. num.2. Torr. de Poſt. Futur. Succeſſ. lib.8. cap.44. num.16. & in Vota 10. poſt dec. Rembaldi num.5. & ſeqq. & inter dec. Luna. diverſ. recollect. per Palm. Nep. deciſ.275. num.49. Rota in Lucana Beneficii 13. Junii 1701. §. Nullatenus, cor. Muto*; comprehenſi remanent ſub Fideicommiſſo, ordinato pro illis de Domo, & Agnatione, cum &
6 arrogati de Agnatione Domo, & Familia dicantur. *Gratian. diſcept.645. num.6. Rota in rec. deciſ.697. num.5. par.1. poſt Gab. Tractat. Var. dec.19. num.6. & 13.* ubi concordantes, *& dec.41. num.5. Peutinger. dec.45. num.4. Bononien. Juris luendi pro 4. Februarii 1697. §. Præterea, coram Urſino*, ubi in fortioribus terminis de aggregato in Familiam, *& in cit. Lucana Beneficii 1701. §. Nullatenus, & 21. Martii 1703. §. Potiſſimè, coram Muto, & in Mediolanen. Juriſpatronatus 1. Februarii 1706. §. Potiſſimè, coram eodem. Romana Juriſpatronatus 3. Julii 1705. §. Repellit & ſeqq. cor. Molines & 1 Junii 1708. §. finali, cor. Aldrovando.*

Signanter quia Fideicommittens in caſu, quo ejus filii maſculi prædeceſſiſſent, & ſic mittum non habuiſſet ipſius lineæ maſculinæ, vocavit ad hæreditatem Jacobum, arrogati filium, Sicque ſi Teſtator ab arrogatis non abhorruit,
7 ſed potiùs eos expreſsè vocavit, eo magis dicendum eſt, illos fuiſſe vocatos ſub verbis aptis ad eos comprehendendum, ut ponderat *De Luc. de Fideicomm. diſcurſ.23. num.31. Rot. in d. Lucana Beneficii 1701. §. Hanc diſpoſitionem, & 21. Martii 1703. §. Potiſſimè, coram Muto.*

Et ita utraq. &c. Son-

Soanen. Fideicommiſſi.

Ven. 11. Maji 1708.

ARGUMENTUM.

Sub nomine Filiorum, & Deſcendentium, veniunt quoque Fœminæ; etſi Maſculinitatis qualitas fuerit adjecta à Teſtatore quo ad proprios Deſcendentes, quia non per hoc cenſetur repetita in ſubſtitutione Deſcendentium Fœminarum, maximè concurrentibus conjecturis pro excludenda repetitione.

SUMMARIUM.

1 *Sub nomine filiorum, & deſcendentium veniunt tam Maſculi, quam Fœminæ.*

2 *Ab hac regula non receditur, niſi concurrentibus urgentibus conjecturis.*

3 Fulvius Pacianus *fuit Capitaneus Juſtitiæ in Civitate Senarum.*

4 *Quando Teſtamentum eſt conditum à viro doctiſſimo, qualitas Maſculinitatis, volita in una ſubſtitutione, in altera non repetita, cenſetur conſultò omiſſa.*

5 *Maximè ſi adſit differentiæ ratio, prout adeſt, quando fuit expreſſa in Filiis maſculis, & omiſſa in illis Fœminarum; ut propriis enim Deſcendentibus maſculis, ad conſervandam Agnationem, potuit eſſe volita à Teſtatore, quod non militat quoad Deſcendentes Fœminarum.*

6 *Et fortiùs ſi concurrat diverſitas ſubſtitutionis, & perſonarum, quo caſu Maſculinitas, quoad aliquos volita, non cenſetur quoad cæteros repetita.*

7 *Ampl. etiam ſi adſit dictio* ut ſupra.

Quæ debet referri ad modum ſuccedendi, non ad qualitates, ibidem.

8 *Præcipuè ſi in alia parte Teſtamenti appoſita ſit dictio* ut ſupra, *pro repetendo ſimplici modo, & ordine ſuccedendi.*

9 *Et maximè ſi ſumus in defectu Maſculorum, & Teſtator non haberet Agnationis contemplationem.*

10 *Excluſio Fœminarum in una ſubſtitutione dum durabat Agnatio, non debet operari in diverſa, in qua ordinata non fuit, & Agnatione finita.*

DECISIO XXXVIII.

Fideicommiſſum deberi Antoniæ, & Franciſcæ, reſponſum fuit; quia Teſtator vocavit ſuos Filios, & Deſcendentes maſculos, lineaque maſculina extincta, ſubſtituit Filios & Deſcendentes Angelæ ſuæ Filiæ fœminæ. Filiorum autem, & Deſcendentium nomine, veniunt tam maſculi,
1 quàm fœminæ, ut de verbo Filius eſt Textus in *l. ſi ita ſcriptum 46. ff. de legat. 2. Pedrocch. conſ. 5. num. 105. Giovagnon. reſp. 12. num. 12. lib. 2. Barboſa appell. 7. num. 9. Rot. coram Gregor. dec. 514. n. 1., ibique Addent. num. 16. Cavaler. dec. 125. num. 3. Dunozet. jun. dec. 630. num. 2. & dec. 737. num. 1.*, & de verbo Deſcendentes *Rot. noſtra in Senen. Fideicommiſſi de Forteguerris ſuper purificatione Fideicommiſſi 29. Martii 1708 in princ.* ubi innumeri concordantes, *coram Me*, inter impreſſas *dec. 32. ſub num. 1.* & de utroque *Rot. dec. 638. n. 1 & ſeqq. part. 18. & dec. 122. n. 1. & 2. part. 19.*

A qua regula recedi non ſolet, niſi ex conjecturis urgentibus, & undique
2 concludentibus, ut multis relatis *Rota d. dec. 638. n. 4. part. 18.*

Cujus generis nullæ afferebatur in præſenti, immò potiùs conſtabat de contrario, dum Teſtamentum fuit extenſum ad dictamen Fulvii Paciani, Operibus in lucem editis clari, qui tunc in hac inclita Civitate fungebatur munere Capitanei Juſtitiæ, ut refertur
3 in principio dicti Teſtamenti. Appoſitio enim qualitatis maſculinæ in una ſubſtitutione, & parte Teſtamenti, & non in alia, quando Teſtamentum exaratum, vel conditum fuit à Viro doctiſſimo, arguit illam non fuiſſe volitam in alia parte, in qua repetita non fuit, ſed conſultò omiſſa, in ſpecie *Rot. in rec. dec. 170. num. 11. part. 14.*
4 *d. dec. 638. n. 8. part. 18. dec. 122. num. 8. part. 19. poſt de Luc. de Fideic. dec. 20. n. 3. & dec. 21. n. 2. & 12.*

Potiſſimè quia militat diverſa ratio, ex eo deſumpta, quòd potuit Teſtator vocare ſuos Filios, & Deſcendentes mal-

maſculos, quia in eis propriæ Agnatio-
nis conſervationem conſiderare poterat,
quod non evenit in deſcendentibus
ſuæ filiæ fęminæ, qui de Agnatione
non ſunt, ut hanc rationem differen-
5 tiæ pro excludenda repetitione quali-
tatis maſculinæ, ponderant *Cyriac. con-
tr. 209. num. 57. Rot. coram Gregor. dec. 514
num. 7. & in rec. d. dec. 638. n. 6. part. 18.
dec. 122. num. 4. & 5. part. 19. poſt de Luc.
de Fideicomm. dec. 21. num. 8. & 9. & ſub
num. 12.*

Et fortiùs, quia ultra diverſitatem ra-
tionis, adſtipulatur etiam diverſitas per-
ſonarum, & ſubſtitutionum, concur-
rente autem diverſitate ſubſtitutionis,
& perſonarum, qualitas Maſculinitatis,
in una parte Teſtamenti adjecta, in alia
6 repetita non cenſetur *Caſtill. Contr. Jur.
lib. 2. cap. 4. num. 25. & ſeqq. Torr. Var.
Jur. Quæſt. tom. 1. tit. 4. quæſt. 1. num. 23.
fol. 652. & de Primogenit. tom. 1. cap. 37.
num. 18. 23. & 374. fol. 377. & part 2.
quæſt. 54. num. 35. fol. 376. Rot. Lucen.
poſt Eum dec. 56. num. 7. & 17. Addit. ad
Baratt. dec. 271. num. 19. Rot. coram Gre-
gor. dec. 514. num. 6. in rec. dec. 170. n. 5.
& 10. part. 14. dec. 638. n. 5. part. 18. dec.
122. num. 3. & 4. & dec. 475. num. 7. &
dec. 482. num. 19. part. 19. poſt de Luc. de
Fideic. dec. 15. num. 3. & dec. 16. num. 2.*
etiamſi adſit dictio *ut ſupra*, quia hæc
refertur ad modum ſuccedendi, non
7 ad qualitates. *Rot. coram Priol. dec. 283.
num. 5. Ottobon. dec. 252. num. 13. & 14.
Merlin. dec. 83. num. 20. poſt de Luc. de
Fideicomm. dec. 1. num. 16. dec. 20. num. 2.
& dec. 21. ſub num. 9. & ſeqq. & in Man-
tiſſa eodem tit. de Fideic. dec. 4. num. 18.*
Signantèr quia in alia ſubſtitutione, fa-
cta in caſu contraventionis, uſus eſt ſi-
mili dictione *ut ſupra*, pro repetendo
ſimplici modo, & ordine ſuccedendi:
Unde in eodem ſenſu dicendum eſt ac-
ceptam fuiſſe in ſubſtitutione contro-
8 verſa, ita unam partem Teſtamenti
ab alia declarando, ita in individuo *Rot.
poſt de Luc. de Fideicomm. d. dec. 21. n. 10.
& 11.*

Certoque certiùs quia ſumus in de-
fectu maſculorum, & Teſtator in ſub-
ſtitutione fęminarum rationem non ha-
buit conſervationis Agnationis, ut ad
9 rem ponderat *Torr. de Primogen. tom. 2.
quæſt. 54. num. 17. fol. 373. Rot. in rec. d.
dec. 170. num. 12. part. 14. & deciſ. 475.
num. 10. part. 19. & apud Torr. Variar.
Jur. Quæſt. tom. 2. Miſcell. part. 1. tit. 12.
dec. 17. num. 15. & ſeqq. fol. 633. & poſt
Eundem de Primogen. dec. 38. n. 6.*

Minimè relevante quòd Teſtator
fęminas de dote providerit, illaſque
ſucceſſivè excluſerit. Quoniam tam do-
tatio, quàm excluſio, adjecta fuit in prio-
ri ſubſtitutione deſcendentium maſcu-
lorum ex maſculis, & donec durabat
10 Agnatio, & Familia Teſtatoris, proin-
deque nihil poteſt operari extinctis
maſculis, & Agnatione finita, ac eve-
niente caſu ſecundæ ſubſtitutionis, in
qua talis excluſio ordinata non fuit, be-
nè in puncto *Rota poſt de Luc. de Fi-
deic. d. dec. 21. num. 14. & in Man-
tiſſa dec. 56. num. 8. eodem tit. de Fi-
deicomm.*

Et ita utraque &c.

Pientina Legati.

Martis 19. Junii 1708.

ARGUMENTUM.

Detractiones Legitimæ, & Trebellianicæ debentur hæredi, quamvis Inventarium omiſerit, & concurrant alienationes, quando iſtæ factæ fuerunt pro ſolvendis debitis Fideicommittentis; Et quamvis gravatus ſibi appropriaverit mobilia, in hæreditate reperta, ſi concurrat lapſus temporis aptus ad præſumendam eorum conſumptionem, prout ſi fructus perceperit, ubi agitur de filiis primi gradus, qui illos non imputant.

SUMMARIUM.

1 *Legatum, conſtito de ſolemni Teſtamento, omnibus rejectis exceptionibus executioni demandandum eſt.*

2 *Detractio Legitimæ, & Trebellianicæ, ubi filii non ſunt pluſquam quatuor, capit dimidiam Aſſis.*

3 *Nec ex poſt ob omiſſionem Inventarii privatur hæres iſtis detractionibus, ſibi debitis.*

4 *Limita ubi ultra omiſſionem Inventarii concurrunt alienationes.*

5 *Vel ſi ex mobilibus in hæreditate repertis intret præſumptio conſumptionis illarum,* & n. 6.

7 *Sive ex fructibus perceptis, in detractiones imputandis,* & n. 7.

8 *Declara niſi alienationes fuerint neceſſa-*

ria, puta facta pro ſolvendis debitis Fideicommittentis.

9 *Et niſi mobilia ſint ex iis, quæ uſu conſumuntur, nam ſtante curſu temporis, apto ad inducendam præſumptionem conſumptionis, de illis reddi non debet ratio à gravatis, nec debent imputari.*

10 *Niſi ſimus in filiis primi gradus, a quibus fructus in Trebellianicam non imputantur.*

Quando tamen filii primi gradus ſunt inſtituti, nec ſufficit fuiſſe ſubſtitutos, ibidem.

11 *Etiamſi de eorum imputatione oppineretur ipſorum hæredi.*

12 *Quidquid ſit ubi ageretur de fructibus perceptis ab hærede filio primi gradus, qui ſive per mortem patris primum locum obtinuerit, ſive non, & tam ſi Trebellianicam detraheret ex perſona propria, quam ex perſona patris, ſemper imputat fructus.*

13 *Stante reformatione in parte prima ſententiæ, intrat abſolutio ab expenſis.*

DECISIO XXXIX.

Deceſſit uſque de menſe Aprilis 1702. Gratia Gratieſchus cum teſtamento, in quo inſtitutis hæredibus Eliſabeth, Sancta, & Hieronyma ſororibus, plura legata reliquit favore Mariæ Giomarellæ Uxoris, quæ pro illorum conſecutione introduxit Judicium in Curia D. Capitanei Juſtitiæ Terræ Senalongæ, & favorabilem ſententiam reportavit.

Appellarunt ab hoc judicato ſupradictæ hæredes, & cauſa ad noſtrum Tribunal devoluta, conſulius DD. meos ſuper confirmatione, vel infirmatione ſententiæ præfatæ, illiuſque meritis maturè diſcuſſis, juxta modum inferiùs exprimendum, confirmationis robur obtinuit.

Ex ſolemni enim Teſtamento, à dicto Gratia condito, conſtitit de legatis, Mariæ relictis, quæ, rejectis omnibus exceptionibus, executioni demandari
1 debent, & perſolvi legatariæ. *Petrus Caball. conſ. 131. num. 13. lib. 2. Rot. cor. Mantuand. dec. 613. n. 1. Emerix Jun. deciſ. 8. num. 7. in rec. dec. 438. num. 11. part. 19. & in Senogallien. Legatorum 1697. cor. Molines poſt diſcurſ. 92. Card. de Luc. de Teſtam. §. Validitatis, in Veneta impreſſione.*

Non obſtat, quòd bona à Sororibus prædictis poſt mortem Gratiæ apprehenſa, non proveniant ab hæreditate illius, ſed Franciſci Gratieſchi Patris, qui in caſu obitus Gratiæ ſine filiis, ut evenit, ſubſtituit Sorores præfatas: ac propterea, contra bona ab ipſis poſſeſſa non poſſit Maria petere ſatisfactionem dictorum legatorum. Quoniam in hæreditate Gratiæ fuerunt reperta plura mobilia, frumentum, credita, aliaque à dictis ſororibus inter ſe diviſa, deſcripta in Inventario, ab ipſis confecto, & de quibus teſtes formitèr examinati deponunt. Et ulteriùs ſuper bonis, fideicommiſſo à Patre ſubjectis, competebat Gratiæ detractio Legitimæ, & Trebellianicæ, quæ ſimul junctæ, ad di-
2 midium aſſis aſcendunt, quando filii non ſunt pluſquam quatuor. *Petrus Caball. conſ. 18. n. 7. & ſeqq. lib. 2. Peppanius conſil. 123. n. 3. Roland. à Valle conſ. 9. n. 1. lib. 4. Spada conſ. 175. n. 144. lib. 3. Merlin. de Legit. lib. 1. tit. 3. quæſt. 1. num. 7. Surd. dec. 333. num. 13. Peregrin. dec. 91. num. 25 Theſaur. dec. 251. n. 1. Rot. apud Gozzadin. conſ. 10. num. 21. lib. 2. poſt Merlin. de Legit. dec. 11. n. 1. & dec. 10. num. 1. coram Prado dec. 391. n. 9. & deciſ. 399. n. 6. Emerix Jun. dec. 836. n. 1. & in rec. dec 634. num. 2. par. 19., & in Romana Prateuſa Immiſſionis 28. Aprilis 1702 §. Ulteriùs, coram Muto, & 16. Januarii 1703. §. Et quamvis, cor. Eodem.*

Haud relevante, quòd Gratia non confecerit inventarium de bonis hæreditatis Patris, & proindè competentiam detractionum allegare non poſſit. Quia ſola omiſſio Inventarii non privat hæredem Legitima, & Trebellianica
3 ſibi debita, ut de Legitima *Socin. Sen. conſ. 44. num. 2. lib. 3. Socin. Jun. conſil. 170. num. 4. lib. 2. Peregrin. de Fideicomm. art. 36. num. 140. Merlin. de Legitima lib. 3. tit. 2. quæſt. 24. num. 5. & 7. Rota noſtra apud Marc. Medic. dec. 6. n. 18. Rot. cor. Cavaler. dec. 192. num. 2 Bich. dec. 251. num. 19. Dunozet. Jun. dec. 910. num. 20. & 21. Cerro dec. 19. num. 4. & deciſ. 946. n. 12. Celſo dec. 1. n. 3. Emerix Jun.*

dec.

dec. 190. n. 3. & dec. 250. num. 1. dec. 651. num. 5. & dec. 835. num. 10. in rec. dec. 69. n. 3. par. 10. dec. 123. n. 6. par. 16. & dec. 312. ex num. 11. par. 17. poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. dec. 54. n. 14. dec. 56. num. 16. & dec. 57. num. 8. & in Aſtalana Fideicommiſſi 5. Maji 1694. §. Neque, coram Mato. Romana Monaſterioni Domus 10. Januarii 1701. §. Hæc autem, coram Eminentiſs. D. Card. della Tremoille. Eugubina Conſtabila Angeli 23. Martii 1703. §. Non attento, coram Omnano, & 14. Maji 1706. §. Et licet, coram Lancetta, & de Trebellianica Caball. conſ. 116. num. 7. lib. 1. Peregrin. de Fideicommiſſ. art. 3. num. 73. & ſeqq. & art. 56. ſub num. 140. Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 14. num. 6. Borgnin. Cavalcan. dec. 7. ſub n. 44. lib. 3. Franch. dec. 11. num. 22. & 23. Rot. cor. Ludoviſ. dec. 166. num. 5. Dunozet. jun. d. dec. 910. num. 20. & 21. & in d. Romana Monaſterionis Domus 10. Januarii 1701. §. Hæc autem, coram Eminentiſs. della Tremoille, & adeſt inconcuſſa praxis hujus noſtri Tribunalis de qua Phænetius, olim hujus inclytæ Rotæ Auditor, de Inventario quæſt. 143 alias par. 7. ſub n. 31. ubi, quòd ita bis fuit in hac Rota noſtra judicatum tempore, quo ipſe in ea erat Auditor. Lup. olim in hac Inclita Civitate Auditor, de Illegit. commentar. 4. §. 2. ſub n. 57. Rota noſtra apud Mart. Medic. dec. 6. num. 29. & dec. 11. n. 8.

Reſponſione non attenta, quòd in præſenti hypotheſi intret præſumptio conſumptionis, vel ex quo cum omiſſione Inventarii concurrunt plures alie-
4 nationes, factæ à Gratia, ex notatis per Rot. cor. Celſ. dec. 167. num. 5. Emerix jun. dec. 843. num. 11. dec. 877. num. 2. dec. 1124. num. 11. dec. 1117. num. 5. & dec. 1361. numer. 7. & 8. in rec. dec. 142. num. 17. dec. 441. num. 15. dec. 550. num. 13. & dec. 643. numer. 13. part. 19. & in Romana Fideicommiſſi 15. Junii 1699. §. Nec pariter, cor. Eminentiſs. D. meo Cardinali Caprara, & in Avenionen. Salviani ſuper negotio principali 13. Martii 1703. §. Obeſſe, cor. Mato, vel ex mobilibus Fideicommiſſariis Franciſci, in hæreditate Gratiæ
5 non repertis, & ex fructibus, ultra decennium ab illo perceptis, quæ in detractiones veniunt imputandi, & indu-
6 cunt præſumptionem conſumptionis aliarum, ut de mobilibus, firmat Rota coram Emerix jun. dec. 1217. num. 8. & in rec. dec. 411. num. 10. part. 14. & in Perusina Immiſſionis 1. Julii 1695. §. Nec loquendo, coram Mato, Avenionen. Salviani ſuper negotio principali 13. Martii 1703. §. Obeſſe, coram Eodem, & de fructibus Andreol. controv. 157. num. 10. Urceol. con-
7 ſult. 38. num. 3. Maſſo. de Confeſſat. q. 30. num. 34. Rot. coram Celſ. dec. 167. num. 4. Emerix jun. dec. 1138. n. 11. cum 1. ſeqq. & in Piſauren. Hæreditatis 27. Junii 1699. §. Et ſané, cor. Pio, & in Romana Fideicommiſſi de Mattheiis 19. Aprilis 1702. §. Durante, cor. R. P. D. Anſaldo, & 10. Martii 1702. §. Juſte, cor. Mato. Romana Immiſſionis ſuper Reſervatis 3. Martii 1704. §. Et ſane, cor. Eodem. Romana Fideicommiſſi Camilli de Palumbaria 26. Martii 1703. §. Denique, coram Molines, & 14. Aprilis 1704. §. Repelle, coram Omnano. Æſina Hæreditatis 13. Martii 1705. §. finali, coram R. P. D. meo Priolo, & in d. Avenionen. Salviani 13. Martii 1703. §. Tamquam, cor. Mato.

Siquidem alienationes fuerunt factæ pro ſolvendis debitis, & legatis Fideicommittentis, quæ proindè tamquam neceſſariæ, nullo modo ſunt imputan-
8 dæ in detractiones. Rot. coram Zarat. dec. 62. num. 3. Emerix jun. dec. 651. n. 5. & deciſ. 1357. num. 14. in rec. dec. 77. n. 15. par. 15. & dec. 595. n. 12. & ſeqq. par. 19. Eugubina Conſtabila Angeli 23. Martii 1703. §. Abſque, cor. Omnano, & 14. Maji 1706. §. Superexiſtentia, coram Lancetta.

Quò verò ad mobilia, illa ſolidioris materiæ, quæ ſunt Fideicommiſſario reſtituenda poſt mortem Gratiæ, pervenerunt ad manus ſubſtitutorum. Alia verò, quæ uſu conſumuntur ſpatio plurium annorum, qui inter mortem Franciſci Fideicommittentis, & Gratiæ, primi vocati, intercesserunt, attrita, & conſumpta præſumuntur, adeout non teneatur ipſe, vel ejus hæreditas, de illis rationem reddere Soro-
9 ribus, ad Fideicommiſſum vocatis, nec in detractiones imputare. Faſar. de Subſtit. quæſt. 624. n. 10. Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 6. num. 14. Urceol. conſul. 19. num. 31. Randuſ. dec. Piſan. 28. num. 160. & 161. Rot. in rec. dec. 330. num. 6. & 7. & dec. 335. num. 2. part. 5. & dec. 423. n. 6. part. 13. & coram Ludoviſ. dec. 285. n. 5. ibique Addit. lit. A. Coccin. deciſ. 1342.

*num.9. Rich. dec.*510. *n.*21. *& 21. Ubag. dec.*78. *num.*32. *& in Romana Fideicommiſſi de Matthæis* 29. *Aprilis* 1701. §. *Huccuſque, coram R. P. D. meo Anſaldo*.

Et demum quoad fructus, iſti non ſunt à filiis primi gradus in Trebellia-
10 nicam imputandi, ex privilegio eis tributo in *l. Jubemus C. ad Senat. Conſult. Trebellian.*, ut communitèr firmant *Panimoll. deciſ.*43. *adnotat.*1. *num.*40. *Rota coram Ludoviſ. dec.*266. *num.*6. *Cavaler. dec.*20. *n.*4. *& dec.*540. *num.*6. *Emerix Jun. dec.*895. *num.*4. *& dec.*967. *ſub n.*5. *in rec. dec.*136. *num.*14. *part.*12. *& in Romana Fideicommiſſi de Matthæis* 7. *Decembris* 1699. §. *Progrediendo, coram R.P.D. Anſaldo, &* 26. *Januarii* 1703. §. *Juſtitia, & ſeqq. coram Lancetta*, ubi conſiderat hoc procedere, quando filii primi gradus ſunt inſtituti, nec ſufficere ait, quòd ſint ſubſtituti.

Idque locum habere debet, etiam ſi de fructibus, à filiis perceptis, non ipſis, ſed eorum hæredi imputatio oppo-
11 neretur. *Rota in Bononien. Fideicommiſſi* 11. *Decembris* 1699. §. *Penultimo, coram dell' Olmo*; quidquid ſecus foret, ſi his
12 eſſet de imputatione fructuum perceptorum ab hærede filii primi gradus, qui, ſive eſſet deſcendens, per mortem Patris primum gradum obtinens, ſive non, & tam ſi Trebellianicam ex jure proprio, quàm ſi ex perſona Patris detrahere prætenderet, nunquam fructuum imputationem evitare poſſet, ut firmat *Mangil. de Imputat. quæſt.*125. *num.*18. *& ſeqq. Seraphin. Maſſin. de Confiſcat. bonor. quæſt* 30. *num.*28. *& ſeqq. Vrsinus dec.*402. *num.*12. *Panimoll. dec.*43. *adnot* 1. *num.*39. *Adden. ad Gregor. dec.*166. *num.*14. *Rot. poſt Merlin. de Legit. dec.*20. *num.*14. *&* 15. *Cavaler. dec.*540. *num.*6. *Emerix Jun. dec.*1238. *num.*12. *pleniſſimè in Bononien. Fideicommiſſi* 9. *Januarii* 1699. §. *Demum, & ſeqq. uſque ad finem*, ubi magiſtralitèr materiam declarat, *coram dell'Olmo, &* 14. *Maji* 1700. §. *Poſtremo, coram Reverendiſſimo P. D. Molines, & in Romana Fideicommiſſi de Matthæis* 7. *Decembris* 1699. §. *Utique, & ſeqq. &* 29. *Aprilis* 1701. §. *Non refragante, & plur. ſeqq. coram Anſaldo, &* 10. *Martii* 1701. §. *Nec relevat, & ſeqq. coram Muto, &* 26. *Januarii* 1703. §. *Juſtitia, & ſeqq. coram Lancetta*.

Abſolvit Rota partes ab expenſis; quia Nos reformavimus ſententiam latam à Judice primæ Inſtantiæ, ob quam reformationem, cum Sorores de Gratiis aliquid obtinuerint in hac ſecunda
13 Inſtantia, pluſquam aſſequi potuerint in prima, juſtam cauſam appellandi, & litem proſequendi habuerunt, & conſequentèr ab expenſis debent abſolvi. *Petr. Caball. conſ. crimi.* 40. *numer.*5. *lib.*2. *Adden. ad Sanfelic. dec.*346. §. *Sexto, ubi ſententia reformatur, fol.*110. *col.*4. *ante med. Camill. Lapidar*, olim hujus noſtri Tribunalis Auditor, *dec. Lucan. diverſ. dec.*57. *num.*33. *& dec.*138. *num.*7. *Zaccar. dec. Lucan.* 14. *in fine, & dec.*15. *paritèr in fine, in Crimilibus*.

Et ita utraque &c.

Senen. Æſtimationis Arborum.

Sabbathi 30. *Junii* 1708.

ARGUMENTUM.

Æſtimatio damni illati cum arborum inciſione, fieri debet habito reſpectu ad tempus futurum, juxta valorem fructuum, qui percipi potuiſſent, non juxta præteritum valorem lignorum inciſorum. Peritia talitèr facta probatur, quæ ſi impugnatur tanquam injuſta, & decernatur ſimpliciter nova electio Peritorum, interpretari debet pro revidenda primæ Peritiæ.

SUMMARIUM.

1 *Damnum, illatum cum Arborum inciſione, ſatis probatur ex Peritorum relatione.*

2 *Damnum datum in meſſe nondum matura, æſtimatur habito reſpectu ad herbam, non ad frumentum de tempore meſſis. Decl. ut infra n.*6.

3 *Quando damnum illatum eſt in re, tractu temporis in fructu incrementum recipiente, æſtimatio fit habito reſpectu ad tempus futurum.*

4 *Hinc damnum, illatum cum Arborum inciſione, non æſtimatur ad rationem valoris lignorum, ſed fructuum, qui percipi potuiſſent.*

5 *Habito tamen reſpectu ad majorem, & minorem ubertatem, & poſſibilem arborum exſiccationem.*

6 *In æſtimando damno, meſſi illato, herba conſideratur, prout vendi potuiſſet*

cum

cum ſpe percipiendi frumentum.

7 *Et Periti, referentes æſtimaſſe ſecundum eorum peritiam, & conſcientiam, cenſentur in æſtimando conſideraſſe fructus futuros habito reſpectu ad debitum eventum, prout facere de Jure debebant.*

8 *Sententia reſervans liquidationem, intelligitur ex probationibus factis, & faciendis.*

9 *Nova Peritorum electio, ſimpliciter decreta ad inſtantiam Partis, primam peritiam impugnantis, tamquam injuſtam, interpretanda eſt prodiiſſe ad revocationem primæ.*

10 *Sententia taliter interpretanda, ut omninò excludatur injuſtitia.*

11 *Etiamſi ejus verba forent impropriãda.*

12 *Stante prima Peritorum æſtimatione, excessivitatem prætendens, tamquam Actor probare debet.*

Et ei incumbit onus procurandi novam Peritorum relationem, ibidem.

DECISIO XL.

PRætendens Nob. D. Rector Alexander Minus ad ſe ſpectare quaſdam arbores, exiſtentes in loco denominato *Montanto Taramino*, illas mediantibus ſuis Colonis incidere, & aſportare fecit ad domum ſuam. Sed, & ab hac inciſione ſe damnificatum putans Nob. D. Deſiderius Peccius, judicium movit ſuper emendatione damni ſibi illati, favorabilemque obtinuit ſententiam pro damnis, reſervata liquidatione quantitatis, de qua credens idem D. Peccius conſtare ex Peritia, inſtetit juxta illius formam deveniri ad ſpecificationem quantitatis. Demandata autem per Judicem electione novorum Peritorum, petita à D. Rectore, curavit D. Peccius eidem præfigi terminum ad procurandam illorum Relationem; qua præfixione à Judice denegata, petiit exgravari conſilio DD. Auditorum Rotæ, unde controverſia ad noſtrum Tribunal delata, Rota cenſuit eſſe locum expoſitioni gravaminis, & D. Rectori eſſe præfigendum terminum.

Fundamentum reſolutionis ſtetit in eo, quòd cum D. Peccius habeat pro ſe judicium duorum Peritorum, utrinque electorum, æſtimantium concorditèr damnum in ſcutis 26 ex hac Peritorum uniformi Relatione reſultat ſufficiens probatio quantitatis damni, ut firmat in ſpecie inciſionis arborum *Zaul. ad Statut. Favent. lib.5. rubr.3.*
1 *num.6., & ſeqq.* ubi, plures refert *Rot. divers. dec.241. in principio, part.2. & coram Dunozet. Jun. dec 1008. num.14. & in Melevitana Damnorum, & Intereſſe 9. Decembris 1701 §. Rurſus, coram Pio, & in Romana Aſſistus ſuper liquidatione damnorum 4. Julii 1704. §. finali, cor. Muto.*

Non obſtat, quòd relatio Peritorum fuerit injuſta, ex quo ipſi æſtimarunt damnum habita conſideratione ad tempus futurum, quod fieri non poterat, ſed æſtimari debebat juxta ſtatum, & tempus præſens, ut in terminis damni dati in meſſe, nondum matura, quòd æſtimari debeat habito reſpectu ad herbam, non ad valorem frumenti de tem-
2 pore meſſis, cum multa accidere poſſint, quę impediant, fructus ad effectum, & maturitatem perduci, ut ex originali Theorica Baldi in *conſ.182.num.4. & ſeqq. lib.1.,* tradunt *Menoch. de Arbitrar. caſ.149. num.21 Oter. de Paſcuis cap.13.n.5. & ſeqq. ibique Bondon. in Notis n.6. Antonell. de Loc. Legal. lib.3. cap.10. num.17. Cancer. Variar. part.3. cap.13. num.14. Novar. ad Pragmatic. Regn. Collectan.149.num.6. Zaul. ad Stat. Favent. lib.5. rub 3. num.33. Cantel. ad Stat. Eugub. lib.6. rub.10. n.10. Gratian. dec. March.57. num.5. & ſeqq. ibique Scapp. num.5. & ſeqq. Giurb. deciſ.103. num.5.*

Etenim damnum tunc debet æſtimari habito tantùm reſpectu ad tempus præſens, quando fuit illatum ſuper re, quæ tractu temporis augumentum non reci-
3 pit, nec fructus in futurum producit; ſed cum ex arboribus, de quibus agitur, quolibet anno novi fructus percipi poſſent uſque ad exſiccationem, & D. Deſiderius ab illarum inciſione privatus remanſerit, nedum arboribus, ſed etiam earum fructibus, hoc damnum, quod ipſe ſentit, ei debet reſarciri, non illud, quod conſiſtit in ſimplici valore ligno-

4 gnorum, & fructuum de tempore dam-
ni. *Burſatt. conſ.70. n.33 Anſald. conſ 55.
num.23. Fulgin. de Emphyt. tit. de Variis
Caducit. quæſt.2. num.44. Gob. conſult.5.
num.88. Zaul. ad Statut. Favent. lib.5.
rub.6. n.24. aliiſque mox referendis.* Ac
proindè juſtè Periti æſtimarunt dam-
num, habita ratione ad tempus futu-
rum, hoc eſt ad fructus, qui ab arbori-
bus percipi potuiſſent, conſiderato ta-
men dubio eventu circa magis, vel mi-
nus uberem perceptionem illorum, &
5 circa poſſibilem illarum exſiccationem,
ut in ſpecie tradunt *Albert. in l. certi,
in fine ff. arbor. furtim cæſar. Plot. in l.
ſi quando n.873. C. unde vi, & de in li-
tem jur. §.53. numer. 7. Burſatt. d.
conſ 70. n.32. Anſald. iterat conſ 55. nu-
mer.23. Carpan. ad Statut. Mediol. tom.2.
cap.371. num.14. Afflict. ad Conſtit. Regni
lib.3. rub.36. de Furtis, n.3. Fulgin. de Em-
phyt. tit. de Var. Caducit. quæſt.2. n.44.
Coſta de Scient. & Ignorant. tractat. 1.
diſtinct.1. n.34. Reginell. de Arbor. cap.
15. num.18. Gob. conſult.5. n.88. Zaul.
ad Statut. Favent. lib.5. rub.6. num.24.
Burgun. Corradin. deciſ 44. ſub num.72.
tom.1.*, & firmavit *Rot. noſtra in alio
Conſilio exgravatorio hujus Cauſæ die 30.
Maji proximè præteriti § Quoniam, coram
D. meo Anderale.*

Nec turbat exemplum damni dati in
frumento, quod æſtimari debet habito
reſpectu ad valorem herbæ tempore
facti damni, non ad frumentum, quod
ſuo tempore ab illa recolligi potuiſſet.
Quoniam verum quidem eſt, damnum
æſtimari debere habita conſideratione
ad herbam, non ad frumentum matu-
rum, ſed herba æſtimari non debet ſim-
pliciter, prout erat tempore facti dam-
6 ni, ſed quanti illa vendi potuiſſet, cum
ſpe percipiendi frumentum, & ſic habi-
ta ratione ad dubium eventum pericu-
li, & ſperatæ recollectæ. *Plot. in leg. ſi
quando num.873. C. unde vi. Afflict. ad
Conſtit. Regn. rubr.36. de Furt. ſub num.5.
Caroc. de Locat. par.1. quæſt 4. de Colo-
nor. Privileg. n.3. Acerdan. de Exequen.
Mandat. par.1. cap.13. num.3. Paschal.
de Diſtant. cap.6. membr. 8. ſub n.11. Ray-
nald. Obſervat. Criminal. tom.1. cap.15.
§.2. num.146. & §.3. n.31. & ſeqq. Bon-
den. ad Otav. de Paſcuis in Notis ad di-
ctum cap.13. num.7.* ubi alios refert. *Ve-
rum deciſ.280. n.1. & ſeqq.*, ubi ponit
praxim faciendi hanc æſtimationem. *De
Luc. ad Gratian. d. deciſ. 57. num.4.*,
ubi reprobat contrarios.

Minus obeſſe valet, quòd Periti non
expreſſerint in eorum Relatione, ſe ha-
buiſſe conſiderationem ad dubium even-
tum. Nam cum retulerint ſe æſtimaſſe
ſecundum eorum peritiam, & conſcien-
tiam, fructus præſentis, & futurorum
annorum, & ex ſuperiùs deductis con-
ſtet, attentis regulis artis, fructus fu-
turos æſtimari debere habita ratione
dubii eventus, ſubintrat Juris præſum-
7 ptio, quòd hoc modo æſtimationem
fecerint. *Rot. in Cornetana, ſeu Romana
Fideicommiſſi 26. Januarii 1703. § Quo-
niam optimè ſe geſſerunt Periti, cor. Emi-
nentiſſ. D. meo Card. Caprara.*

Et demùm prodeſſe non poteſt D.
Rectori prætenſa res judicata quia il-
la, quæ deſumitur ex quo poſt Relatio-
nem, in Actis factam à Peritis, Judex pro-
tulerit ſententiam, in qua liquidatio-
nem ſibi reſervavit, nihil obſtat. Nam
ſententia liquidationem reſervans, pro-
bationes circa illam factas non tollit,
cum intelligatur ex probationibus fa-
8 ctis, & faciendis. *Pegarra dec.179. n.3.
& 4. Gratia dec.60. n.17.* Illa verò, quæ
etiam prætenditur ex ſucceſſivo decreto,
quod pro parte D. Petri eligatur Pe-
ritus pro æſtimatione facienda, pariter
nihil alterat quia cum pro parte D.
Rectoris data fuerit exceptio, quòd
deveniri deberet ad novam æſtimatio-
nem damni, & æſtimatio jam facta re-
ici deberet, tamquam injuſta, ex eo
quòd Periti conſideraverant damnum
futurum, & Judex nulla facta declara-
tione circa juſtitiam, vel injuſtitiam
æſtimationis, ſimpliciter decreverit ele-
ctionem Peritorum, talis electio decre-
9 ta dici debet pro reviſione primæ æſti-
mationis, & ut à Peritorum relatione
dignoſceretur, an primi exceſſerint in
damni liquidatione, taliſque interpreta-
tio capienda eſt ad evitandam injuſti-
tiam decreti Judicis, quod ſemper in-
telligi debet juxta Juris diſpoſitionem,
10 & in ſenſu, quo juſtitiam contineat, &
injuſtitia ab eo excludatur. *Rot. coram
Cerro. dec.2241. num.6. & ſeqq. Buh. de-
ciſ.343. num.16. & 17. dec.534. num.13.
dec.574. num.21. & dec.583. num.9.* pro
qua

21 qua evitanda, verba ſententiæ, vel decreti, quatenùs etiam opus ſit, eſſent impropriandæ. *Soccin. Sen. conſ. 37. n. 12. lib. 4. Rot. coram Coccin. dec. 1335. num. 14. Merlin. dec. 611. num. 9. Bich. dec. 345. numer. 17.*

Poſito itaque, quòd prima Relatio Peritorum fuerit facta juxta regulas artis, & quòd ſucceſſiva illorum electio fuerit demandata ad inſtantiam D. Rectoris pro reviſione primæ Peritiæ, & pro dignoſcendo, an Periti, qui habita ratione ad fructus, qui veriſimilitèr à dictis arboribus percipi poſſent, illos liquidarunt in ſcutis 26., exceſſerint in taxatione, ipſi incumbit onus hanc novam æſtimationem procurandi, cum in hoc Judicio exceſſivitatis liquidationis ſuſtineat vices Actoris, & ab eo exceſ-
22 ſus per Relationem novorum Peritorum ſit concludentèr probandus. *Rota coram Seraphino dec. 1189. num. 1. & 2. Bich. deciſ. 124. num. 17. & in rec. dec. 306. n. 25. & 26. part. 9.*

Et ita utraque &c.

Senen. Alimentorum.

Mercurii 18. Julii 1708.

ARGUMENTUM.

Pater, Filio nubenti ſe invito, & contradicente, ſuppeditare tenetur alimenta, quæ taxantur arbitrio Judicis juxta paternum ſtatum, & qualitatem perſonarum, ita tamen, ut nec pinguiora decernantur, qualia filiis obedientibus dari ſolent, juxta ſplendidos mores currentis Sæculi, nec ad ea quidem vitæ ſubſtentationem ſolummodo neceſſaria, quæ nec filiis ingratis valent denegari.

SUMMARIUM.

1 *Pater filio, aliundè non habenti, tenetur alimenta ſubminiſtrare.*

2 *Amplia non ſolum pro ſui ſubſtentatione, ſed etiam uxoris.*

3 *Limita quoad uxorem, ubi filius nupſit invito, & contradicente Patre.*

4 *Contra, quod ex veriori, & communiori opinione, Pater nihilominus alimenta ſubminiſtrare teneatur nurui, ex rationibus, de quibus n. 6., & ſeqq.*

5 *Prout Pater dotare tenetur filiam, ſe contradicente nubentem.*

6 *Adducitur prima ratio, quia nurus eſt loco filiæ, & pater tenetur filium alere, ſe invito nubentem.*

7 *Altera refertur ratio, quia Pater ultra alimenta, cæteris filii oneribus debet ſuccumbere, inter quæ ſuſtentatio uxoris præcipua eſt.*

8 *Prout obligatio alendi Patronum extenditur ad ejus uxorem.*

9 *Pro tertia ratione arguitur, ex quo filius non valet exhæredari, quia nupſerit invito patre.*

10 *Cum ex iiſdem cauſis valeat filius ſolùm privari alimentis, ex quibus poteſt exhæredari.*

11 *Abſurdum proponitur, quòd aliàs libertas nubendi coarctaretur per indirectum, contra Sacrarum Conſtitutionum diſpoſitionem.*

12 *Et talis obligatio Patris alendi nurum extenditur etiam ad caſum, quo filius eam prorſus indotatam duxiſſet.*

13 *Quia ceſſante motivo dotis, ſubintrat ratio ſanguinis, ex qua æquè talis dimanat obligatio.*

14 *Auctoritates in contrarium allegatæ loquuntur, quando nurus habet aliundè alimenta, & filius poteſt ex arte vivere, & n. 15.*

15 *Ubi filius ex arte poteſt ſibi victum quærere, ceſſat Patris obligatio de alimentis ſuppeditandis.*

16 *Eo magis filio debentur alimenta, ſi fuit Patri ſubſtitutus in Primogenitura ordinata ad conſervationem Agnationis.*

17 *Ordinata enim Primogenitura pro Agnationis conſervatione, alimenta relicta præſumuntur unico maſculo, à quo per filiorum procreationem talis conſervatio dependet.*

18 *Et nedum pro ſui ſuſtentatione, ſed uxoris etiam, & domus manutentione.*

19 *Pro taxandis Alimentis conſiderandum eſt primo loco Patrimonium alere debentis.*

20 *Deinde detrahi debent expenſæ neceſſariæ ad ſui, & Familiæ manutentionem.*

21 *Et quidem juxta ſolitam, itaut nec earum diminutio prætendi valeat, nec augumentum permitti.*

22 *Attentis præcipuè qualitate perſonarum, & more regionis.*

23 *Affertur exemplum taxæ alimentorum, factæ per Rotam Senenſem Nobili Matronæ in ſcutis 70.*

24 *Taxa alimentorum dimetiri non valent*

ab

ab aliis factis in initio ſaculi præteriti.

25 *A quo tempore nimis ob luxus excreſcentiam aucta eſt expenſarum neceſſitas.*

26 *Ubi filius matrimonium inæquale, Patre contradicente, contraxit, non valet plus quàm neceſſaria alimenta prætendere,*& num. 29.

27 *Nec attenduntur luxus excreſcentia, & mores ſaculi nimis ſplendidi, prout ubi matrimonium foret dignum, & à Patre non improbatum.*

28 *Matrimonium aliquo modo dicitur indignum, ſtante ex parte uxoris carentia divitiarum.*

29 *Filio nubenti, invito patre tenuiora, debentur Alimenta, quàm ſi nupſiſſet de ejus conſenſu, & ſupra* n.26.

30 *Non tamen reſtringuntur ad neceſſaria pro ſola vita ſuſtentatione.*

31 *Alimenta neceſſaria filio ingrato non valent denegari, niſi tale delictum admiſerit, ob quod impunè valeret occidi.*

32 *Debitum Alimentorum procedit à Jure divino, quare per Leges humanas non abrogatur.*

33 *Filius nubens invito patre, ipſum contemnit, & Legem, ſed notam ingratitudinis non incurrit.*

34 *Unde alimenta promeretur ſupra parum vitæ indigentiam, pro qua etiam ingrato debentur.*

35 *Non debent eadem pœna puniri minùs, ac magis delinquentes.*

36 *Sed qui magis delinquit, magis puniri debet, & pœna eſt commenſuranda delicto.*

37 *Præſtationes, ad alendum ſubminiſtranda, anticipatè debent perſolvi.*

38 *Probatur, & rationabilis oſtenditur praxis, quòd Judex reſervet ſibi facultatem augendi, aut minuendi taxam Alimentorum, ex probationibus in futurum faciendis, quando adeſt ſumma ſufficientia bonorum, ſed non eſt certa quantitas.*

DECISIO XLI.

NObilis Juvenis Deiphebus de Spennazzis, captus amore Nob. Virginis Angelæ de Vecchiis, cum ea inſcio Patre, ſponſalia contraxit per Apocam ab ipſo ſubſcriptam de Menſe Junii anni proximè præteriti. Habita verò de his ſponſalibus notitia à D. Mariano, Sponſi Patre, graves inter eos exortæ fuerunt contentiones ſuper matrimonii effectuatione, propter exiguitatem dotis, à Parentibus Sponſæ promiſſæ in ſolis ſcutis 700., quam in ſumma ſcutorum 4000. prætendebat D. Marianus pro filio invenire potuiſſe, cumque coactus fuerit D. Deiphebus à paterna domo recedere, inſtetit iſte ſibi ſubminiſtrari debere alimenta congrua, Cauſæque meritis opportunè diſcuſſis, deciſum fuit, D. Marianum teneri præſtare alimenta in ſumma ſcutorum 120. annuorum, anticipatè ſolvendorum de ſemeſtre in ſemeſtre.

Quo enim ad præſtationem alimentorum in genere, facilis viſa fuit reſolutio, quia filio aliundè non habenti Pater tenetur alimenta ſubminiſtrare,
1 ut eſt *Text. in l. ſi quis à liberis 5. in princip., & §. Si vel parens ff. de liber. agnoſcen. ibique Bartol. & Scribentes. Joann. Baptiſta Ferret. conſ. 34. ſub num. 19. Paſchal. de Patr. Poteſt. par. 2. cap. 3. n. 1. Surd. de Aliment. tit. 1. quæſt. 1. ex n. 1. Bencinend.* olim hujus inclytæ Rotæ Auditor, *deciſ. 89. num. 1. Monach. dec. Bononien. 17. ex num. 1. Franch. dec. 576. n. 1. Rot. coram Coccin. dec. 2220. num. 3. & coram Emer. Jun. dec. 1106. num. 1. Dunozett. Jun. dec. 564. num. 4. & in Callien. Manutentionis 25. Junii 1703. §. Clarior, coram Muto.* Et non ſolùm pro ſe, ſed etiam pro uxore, & nuru reſpectivè. *dict. l. ſi quis à liberis 5. §. Si vel parens, ibique*
2 *Gloſſ. verbo Cætera ff. de liber. agnoſcen. Surd. de Aliment. tit. 1. q. 38. ex num. 1. Altimar. de Nullit. tom. 8. rubr. 2. & 3. quæſt. 1. ſub n. 67. fol. 80. colum. 1. verſic. & non ſolum, in Neapolitana Impreſſione. Rot. coram Bichio dec. 71. num. 16. & deciſ. 108.*

caſ.108. num.4. Rojas dec.412. num.8. & in rec. dec.124. n.1. & ſeqq. part.8.

Non obſtat, quòd D. Deiphebus uxorem duxerit, exigua recepta dote, invito, & contradicente Patre, quo caſu, ſi dos non ſufficit pro alimentis, ſibi imputare
3 debet, nec pater tenetur indigentiis nurus ſupplere, eique alimenta præſtare. *Laderch. conſ.117. n.1. & per tot. Paſchal. de Patr. Poteſt. part.2. cap.3. n.7. Card. de Luc. de Dot. diſc.169. n.1. & per tot.* qui in fortioribus terminis firmat, alimenta in hoc caſu nedum denegari poſſe nurui, ſed etiam ipſi filio.

Quoniam Socerum teneri alimenta nurui ſubminiſtrare, etiamſi matrimonium contractum fuerit diſſentiente, & reclamante Patre, quando filius non habet unde illam alat, verior eſt, &
4 communior opinio, quam per *Text. in l. ſi filia 20. §. Si filius familias, verſ. nec ſolum ff. famil. hereiſcund., & in l.1. ff. de liber. agnoſcen.*, tuentur *Crot. in cap. ſalubriter n.12. & ſeqq. de uſur. & in l. ſi conſtante num.160. & ſeqq. ff. ſolut. matrim. in ſecunda lectura. Joann. Baptiſta Ferret. d. conſ.34. num.10. & ſeqq. Roſa. conſ.144. n.6. & per tot. lib.3. Riminald. Jun. conſ.133. n.41. & plur. ſeqq. Petrus Caballus conſ.171. n.20. & ſeqq. lib.1. Covarruv. de Sponſal. par.2. cap.8. §.6. n.5. Mogol. par.2. lib.2. cap.23. quæſt.1. n.67. Lopez*, olim in hac inclyta Civitate Auditor egregius, *de Illegit. commentar. 2. §.1. n.25. verſ. quod procedit. Surd. de Aliment. tit.1. quæſt.38. n.13. & ſeqq. & tit.7. quæſt.6. n.5. & quæſt.7. in fine. Caren. reſolut.49. n.1. & 3. Peregrin. de Jur. Fiſci lib.3. tit.18. n.63. Joſeph Ladorna.* olim hujus noſtri Tribunalis Auditor, *concluſ.1. prope finem, verſ. ampliatur ſecundo, etiam quod pater. Sanchez. de Matrim. lib.4. diſput.26. num.11. Mangil. de Imputat. quæſt.27. n.10. Boſſ. de Aliment. cap.5. n.97.*, ubi reprobat contrarios, *& cap.10. n.661. & ſeqq. & n.663. Merlin. de Legit. lib.2. tit.1. quæſt.17. num.12. & 13. Urſill. concluſ.89. n.141. verſ. quin immò. Gutierrez de Matrim. cap.70. n.13. verſ. quarta concluſio. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ.5. gloſſ.1. par.1. n.90. Coſta de Scient. & Ignorant. contrar. 1. diſtinct. 89. num.1. & ſeqq.*, ubi reprobat *Laderchium*, in objecto allegatum, *& n.9.* ubi adducit declarationes, caſui noſtro adaptabiles. *Novar. ad Franch. dec.576. verſ. amplia primo. Rot. Collect. dec. par.6. collect. 2436. Vrviat dec.323. à n.3. uſque ad n.7. lib.4. Rot. cor. Bich. dec.108. n.4. & 5.*

Et in proximis terminis de filia nubente, non conſentiente, immò contra-
5 dicente Patre, quòd Pater illam dotare teneatur, ſive nubat ante 25. annum, ſive poſt. *Decius conſ.231. num.1. Lop. de Donat. inter Virum, & Uxor. notab.3. §.18. num.1. fol.335. Boſſ. de Matrim. cap.11. n.190. & ſeqq. & de Dote cap.4. num.119. & pluribus ſeqq.*, ubi innumeri referuntur, *fol. mihi 149. Rot. cor. Merlino dec.457. num.3. & ſeqq.*

Idque triplici innititur ratione. Prima, quia ſicut Pater tenetur alere filium,
6 qui eo invito uxorem duxit: *Roſa. d. conſ.144. ſub n.7. & ſeqq. lib.3. Ferrett. d. conſ.34. ſub n.19. Laderch. conſ.117. ſub n.1. §. Secundo, quia quæritur filia, & num.2 in fine. Caball. d. conſ. Crivel 171. num.1. & ſeqq. & num.7. & n.22. lib.1. Gurgier. conſ.90. n.28. lib.1. Rimin. Jun. conſ.133. ſub num.46. & 47. & 48. Aſcan. Clement. de Patr. Poteſt. effect.17. n.17. Coſta de Scient. & Ignorant. d. diſtinct.89. ſub n.1. Sanchez de Matrim. lib.4. diſput.26. num.10. Gutierrez eodem Tractatu cap.70. n.13. verſic. quarta concluſio. Boſſ. de Aliment. cap.5. n.97. & cap.10. num.661. & ſeqq. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ.5. gloſſ.1. par.1. num.90. Surd. de Aliment. tit.1. quæſt.6. ſub n.11. & quæſt.38. num.14. & ſeqq. Joſeph Ladorna. concluſ.1. prope finem. verſ. ampliatur ſecundo, etiam quod Pater. Vrviat d. dec.323. n.5. & 6. Rot. coram Emerix Jun. dec.1282. n.3. & in rec. dec.94. n.8. & 9. par.14.* Ita etiam nurum, quæ eſt loco filiæ tenetur alere, ut arguunt *Roſa. d. conſ.144. ſub n.7. lib.3. Ferrett. d. conſ.34. ſub n.17. & ſub n.19. Riminald. Jun. d. conſ.133. ſub n.46. 47. 48. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ.5. gloſſ.1. par.1. n.90. Menoch. de Arbitr. caſ.348. ſub n.14. verſ. & quemadmodum. Coſta de Remed. Subſidiar. remed.106. n.8. Surd. de Aliment. tit.1. quæſt.38. n.14. & ſeqq. Boſſ. eodem Tractatu d. cap.5. num.97. Caton. dec.25. n.13. & 14.*

Secunda ratio in eo conſiſtit, quòd Pater, nedum tenetur filium alere, eidem cibaria ſubminiſtrando, ſed om-

 ni

7 non alia onera neceſſaria illius ſubire debet. *l. ſi quis à liberis 5. §. Non tantum. ff. de liber. agnoſcen. Rota. d. conſ. 144. ſub num. 6. lib. 5. Rimonald. Jun. d. conſ. 133. ſub num. 46. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ. 7. gloſſ. 3. part. 5. num. 22 Surd. de Aliment. d. tit. 1. quaeſt. 58. num. 1. verſic. dicitur enim. Rot. coram Royas deciſ. 422. ſub num. 8. in rec. dec. 124. num. 4. par. 7.* Cumque inter præcipuas filii neceſſitates ſit ſubminiſtratio alimentorum, facienda uxori, huic etiam oneri ſuccumbere debet Pater, ut per *Gloſſ. in d. l. ſi quis à liberis 5. §. Si vel Parens V. cætera ff. de liber. agnoſcen.* tradunt in ſpecie *Rota. ſæpe cit. conſ. 144. ſub num. 6. lib. 5 Ferrett. d. conſ. 34. ſub num. 12. Rimonald. Jun. d. conſ. 133. ſub num. 46. & 47. Sanchez. de Matrim. lib. 4. diſput. 26. n. 21. Peregrin. de Jur. Fiſc. d. lib. 3. tit. 18. ſub num. 63. Fontanell. de Pact. Nupt. clauſ. 5. gloſſ. 1. part. 1. num. 90. Boſſ. de Aliment. d. cap. 5. ſub num. 97. Veran. d. deciſ. 523. num. 1. Rot. coram Royas dec. 422. ſub n. 8. in rec. d. dec. 124. n. 3. & 4. part. 7.* Prout alimentis uxoris ſuccumbere debet
8 obligatus præſtare alimenta Patrono. *Lambertin. de Jur. Patronat. lib. 3. art. 6. quaeſt. 3 principal. num. 1. & 3. Peregrin. de Jur. Fiſc. d. lib. 3. tit. 18. num. 63. in fine. Surd. de Aliment. tit. 4. quaeſt. 18. num. 18. & quaeſt. 24. num. 14. Rot. coram Coccin. dec 1997. num. 3* ubi concordantes.

Tertia quia cum filius uxorem, Patre contradicente, ducens non poſſit ex-
9 hæredari *Dec. conſ. 231. num. 2. & 3. Ferret. d. conſ. 34. num. 14. Rota. d. conſ. 144. num. 18. lib. 5. Petr. Caball. d. Conſ. crimi. 171. num. 3 & ſeqq. lib. 1. Rimonald. Jun. d. conſ. 133. num. 42. Sanchez. de Matrim. lib. 4. cap. 24. num. 11. Lopez de Donat. inter Vir. & Uxor. conclu. 3 §. 13. num. 2. fol. 331. Michalor. de Fratrib. par. 3. cap. 5. num. 18. Boſſ. de Aliment. d. cap. 10. num. 656. & ſeqq. & num. 661. & 662. & de Matrim. cap. 11. n. 137. & 162. & de Dote cap. 4. num. 114. & ſub num. 214.* Neque etiam poterit privari alimentis pro ſe, & uxore neceſ-
10 ſariis, ut proſequuntur in terminis *Rota. d. conſ. 144. ſub num. 18. lib. 5. Ferrett. d. conſ. 34. ſub num. 14. Rimonald. Jun. d. conſil. 133. n. 42. Petrus Caball. citat. conſ. 171. num. 6. lib. 1. Lopez de Donat. inter Vir. & Uxor. conclu. 3 §. 13. ſub n. 2. fol. 331. Sanchez de Matrim. lib. 4. d. diſput. 26. num. 21. in fin. Boſſ. de Aliment. d. cap. 10. n. 661. & ſeqq. & ſub num. 663.* cum ex iiſdem cauſis ſolùm poſſit filius privari alimentis, quibus poteſt exhæredari. *Dec. d. conſ. 231 ſub n. 4. Rota. d. conſ. 144. num. 18. lib. 5.* optimè *Rimonald. Jun. cit. conſ. 133. n. 42. Boſſ. de Aliment. d. cap. 10. n. 648. & ſeqq. & de Matrim. cap. 11. numer. 138. & ſeqq.*

Quòd ſi aliàs diceretur, contraveniretur diſpoſitioni Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini, omnimodam libertatem in matrimoniis requirentium, adeout illorum validitas, nec
11 à paterno, nec ab alterius conſenſu pendere debeat, quod indirectè fieret, ſi ob non requiſitum, vel ſpretum conſenſum paternum, non teneretur Pater præſtare alimenta filio pro ſe, & nuru, quia filius prævidens non habere unde vivat, & onera matrimonii ſubſtineat, ſe à nuptiis abſtineret, & matrimonium non contraheret. ſicque illorum libertas reſtringeretur, illaque per indirectum ab alterius conſenſu penderet, quod tamquam repugnans Sacrorum Canonum diſpoſitioni conſiderant Auctoritates ſupracitatæ numer. 4.

Itaque Doctorum, & Tribunalium receptiſſima ſententia habet locum, etiamſi ultra Patris diſſenſum, concurrat defectus dotationis, quia filius uxo-
12 rem dotatam duxerit. Hoc enim non obſtante, Pater tenetur, nedum filium, ſed etiam nurum alere, ut firmant *Rota. d. conſ. 144. ex n. 6. lib. 5. Ferrett. cit. conſ. 34. n. 10. & ſeqq. Rimonald. Jun. d. conſ. 133. ex n. 43. & pluribus ſeqq. Petrus Caball. cit. Conſ. Crimi. 171. n. 21. & 24. lib. 1. Lop. de Illegit. commerc. 2. §. 1. ſub numer. 23 verſ. quod procedit. Merlin. de Legit. lib. 2 tit. 2. q. 27. n. 12. & 13. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ. 5. gloſſ. 1. par. 1. n. 90. Peregrin. de Jur. Fiſc. lib. 3. tit. 18. n. 63 Joſeph. Ludovic. concluſ. 2. propoſitio. verſ. ampliatur ſecundo, etiam quod pater. Surd. de Aliment. d. tit. 1. quaeſt. 38. n. 13. & ſeqq. Sanchez. de Matrim. d. lib. 4. diſput. 26. n. 21. Urſill. citat. concluſ. 89. n. 142. verſ. quia omnia. Coſta de Scient. & Ignorant. diſtinct. 89. n. 1. & ſeqq. Boſſ. de Aliment. cap. 5. n. 97. & cap. 10. n. 661. & ſeqq. & n. 663. Veran. ſæpè cit. dec. 523. n. 5. 6. & 7. lib. 4.*

Et

Et juridicè quidem, quia cum Socer teneatur alere nurum, duplici ratione, nempè dotis, cujus fructus pro ſubſtinendis oneribus matrimonii inſervire debent, & ſanguinis, quamvis contracto per filium matrimonio cum indotata, non teneatur ſocer ratione dotis præſtare alimenta nurui, ad id tamen ſtringi debet ratione naturali, &
13 ſanguinis, quæ per indotationem non ceſſat, ut in ſpecie proſequitur *Joann. Baptiſta Ferret. d. conſ. 34. n. 19. Surd. de Alimentis tit. 1. q. 38. n. 16. Coſta de Scient. & Ignorant. d. diſtin. 89. n. 2.*

Neque prædictis reſiſtunt Auctoritates, in objecto allegatæ quia *Ludovicus d. conſ. 127.* loquitur in caſu, in quo nu-
14 rus habet aliundè alimenta, ut videre eſt in eodem *conſ. 127. n. 2. & Card. De Luc. de Dote diſc 169.*, loquitur de filio, qui ex arte poteſt ſibi victum quærere. in quibus terminis verum eſt, Patrem
15 non teneri præſtare alimenta filio, ad *Text. in l. ſi quis à liberis 5. §. Sed ſi filius ff. de liber. agnoſcen. Romanold. Jun. dicto conſ. 133. n. 17. & 18. Lopez de Donat. inter vir. & uxor. notab. 3. §. 4. n. 2. fol. 318. Surd. de Aliment. tit. 7. quæſt. 6. num. 1. & ſeqq. Sanchez de Matrim. lib. 4. d. diſput. 26. n. 20.* ubi plures refert. *Fontanell. de Pact. Nuptial. d. clauſ. 3. gloſ. 1. part. 2. ſub numer. 90. Boſſius de Aliment. cap. 6. n. 164. Palm. Nep. allegat. 209. num. 2 Rot. in rec. dec. 55. n. 2. & ſeqq. part. 8. & in d. Calken. Montistrusini 25. Junii 1703. §. Clarior, cor. Muto.*

Hæc quæ procedunt in alimentis, debitis jure filiationis, multò magis procedere debent, ſi conſideretur Deiphe-
16 bum fuiſſe in Primogenitura ſubſtitutum Mariano. Cum enim Hieronymus de Spennazzis teſtator, Primogenituram ordinaverit pro conſervatione Domus, & Familiæ de Spennazzis, taliſque conſervatio haberi non poſſit, niſi mediante matrimonio, & filiorum procreatione, ex conjectura ta mente Fideicommit-
17 tentis, & in neceſſarium conſequens reſultat, quòd D. Deiphebo unico maſculo de Familia, fuerint relicta alimenta. *Card. de Luc. de Fideicomm. diſc. 190. ſub num. 6. Rot. poſt Fontan. ad Statut. Urb. dec. 53. §. Minus obſtat poſt Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. dec. 52. num. 8. cor. Mannucd. dec. 329. num. 12.* & diſcuſſo formiter articulo, magiſtraliter *cor. Emer. Jun. dec. 1137. n. 1. & per tot. & dec. 1153. n. pariter 1. & per tot.*, & nedum pro
18 ſui, ſed etiam pro uxoris, & domus manutentione, ut proſequitur *Rot. poſt Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. d. dec. 52. n. 1.* & meliùs *coram Emer. Jun. d. dec. 1137. n. 1. & ſeqq. & dec. 1153. in prima n. pariter 1. & ſeqq. & deciſ. 1183. §. Satis enim.*

Oſtenſo, ex prædictis, D. Deiphebo alimenta deberi pro ſe, & pro Nob. D. Angela de Vecchiis, ejus uxore pro ſtabilienda quantitate recogniti fuerunt annui redditus D. Mariani, in decernendis enim alimentis, quæ à parentibus præſtari debent filiis, primo loco conſiderari debet patrimonium alere debentis. *l. ſi quis à liberis 5. §. Si filius, & §. De alimentis ff. de liber. agnoſcen. l. jus alimentorum 3. ff. ubi pu-*
19 *pill. educar. debeat, & l. cum alimenta 21. in princip. ff. de alim. & cibar. legat. Vermus d. dec. 523. n. 30. Larrya dec. 47. ſub num. 25. Rot. in rec. dec. 241. num. 12. part. 19. & in Romana Alimentorum 22. Junii 1701. §. finali, coram Reverendiſſimo D. Molines.*

Et ſubindè detrahendæ ſunt expenſæ neceſſariæ pro manutentione domus paternæ, quæ paritèr ante omnia deduci debent, cum pater teneatur alere fi-
20 lium detractis alimentis, & expenſis, quibus indiget pro ſua propria perſona, uxore, & numero aliorum filiorum. *Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ. 6. gloſ. 2. part. 3. num. 70. Urſell. concl. 90. n. 21. verſic. ſed nota. Conciol. allegat. 40. n. 55. Palm. Nep. alleg. 209. num. 14. De Luc. ad Franch. dec. 336. n. 1. & ſub num. 4. Larr. dec. 47. num. 25. Afflict. dec. 190. num. 9. Vermus d. dec. 523 n. 31 in fine Bencenud. dec. 89. num. 4. & 5 Poſth. dec. 54. ex n. 11.*
21 *Addit. ad Barett. dec. 707. num. 8. Rot. coram Merlin. dec. 457. num. 12. & 13. coram Emerix Jun. d. dec 1182. num. 4. & in rec. dec. 241. num. 13. part. 19.*, & quidem juxta ſolitum, & conſuetum, adeout nec poſſit pater, poſt exortas controverſias ſuper alimentis, expenſas augere in præjudicium filii alendi, nec illas minuere, cum victum ſuum arctare quis non debeat, ut alium alat. *Gratian. diſcept. 552. n. 2. Comalnec. de Uſufruct. n. 189. Surd. de Aliment. tit. 7.*

*quæſt.8. num.9. quæſt.14.num.9. & q.19.
in princip. Urſill. conſ. 89. ſub num.119.
Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ.6. gl.1.
part.3. num.69. & ſeq. Antonell. de Loco
legal. lib.2. quæſt.19. num.20. Velaſc. de
Privil. Pauper. part.1. q.41. n.21. Palma
Nep. alleg. 209. num.25. Magon.* olim
pro hac inclyta Civitate Judex, *Deciſ.
Lucen. 73. num.21. ſub litera B. Theſaur.
dec.211. num.13. Poſth. d. dec.54. n.24.*

Iſtiſque factis conſiderationibus, &
ponderata etiam qualitate perſonarum,
ac more regionis, quæ omnia ad hunc
effectum inſpicienda eſſe, monet *Text.
in l. jus alimentorum 3. ff. ubi pupill. edu-
car. debeat l. cum plures, & l. tutor ff. de
administrat. tutor. l. 2. §. Mulier ff. de
ventr. in poſſeſſ. mitten. l. ſed & ſi quid in-
ædificaverit 19. §. Sufficienter ff. de uſu-
fruct.* & tradunt *Surd. de Aliment. tit.4.
quæſt.18. num.2. Antonell. de Loc. legal.*
22 *lib.2. quæſt.19. num.19. De Luc. ad Grat.
diſcept.613. num.2. & ſeqq. Rot. noſtra
apud Mart. Medic. dec.89. num.55. Rota
coram Corra dec.588. num.4. Celſ. dec.67.
num.7. Emerix Jun. dec.1153. in ſecunda
num.1. & dec.1183. §. Satis enim in rec.
dec.7. num.3. part.13. dec.241. num.11.
part.19. tom.2. dec.639. num.3. part.19.
tom.2.*

Cenſuimus alimenta pro d. D. Dei-
phebo, & uxore, non computatis fru-
23 ctibus reſidualis dotis, à parentibus
Sponſæ promiſſæ, taxari debere in ſcu-
tis 110. annuis, juxta id, quod practica-
tum fuit retroactis temporibus, in qui-
bus pro Nob. D. Matrona Senenſi fue-
runt à Rota noſtra decreta alimenta
in ſumma ſcutorum 70. ut videre eſt
*penes Mart. Medic. dict. deciſ. Senen. 89.
num.55.*

Non obſtat, quòd cum in dies luxus
ſemper augeatur, & excreſcat, quan-
24 titas alimentorum non poſſit normam
deſumere ab eo, quod practicabatur
elapſis temporibus, cum in principio
præteriti ſæculi, quo in hoc Tribunali
ſedit *Martius Medices*, expenſæ pro
manutentione uxoris, & Familiæ, eſſent
25 longè minores, teſte *Rot. in rec. dec.166.
n.14. part.11.* quæ loquitur ad effectum
taxationis alimentorum.

Siquidem objectum procederet, ſi D.
Deiphebus, Patre conſentiente, matri-
monium contraxiſſet, quia tunc eidem
26 alimenta rigorosè deberentur juxta fa-
cultates, & ſtatum perſonæ, ac juxta lau-
tos, & nimis ſplendidos ſæculi mores:
Sed cum Matrimonium ab ipſo cele-
bratum fuerit reclamante, & contra-
dicente Patre, eidem ſubminiſtrari non
debent alimenta pinguiora in ea quanti-
tate, in qua rigorosè deberentur, ſi
Patre conſentiente nupſiſſet, nè æqua-
litèr tractentur filii Patri obedientes,
27 ac alii, paternæ obedientiæ jugum ex-
cutientes, & nè ob nimiam indulgen-
tiam erga filiosfamilias detur eis anſa
cum ſcandalo, & perturbatione Repu-
blicæ, hujuſmodi matrimonia contra-
hendi, quæ plerunque celebrari ſo-
lent cum perſonis indignis, vel ratione
Familiæ, vel qualitatis perſonæ, vel ra-
tione divitiarum, prout eſt illud, de quo
agitur, quod licet indignum dici non
poſſit habito reſpectu ad perſonam
uxoris, ejuſque natalia, tanquam con-
tractum cum æquè nobili, ac pudiciſ-
ſima virgine, indignum tamen aliquo
modo, vel ſaltem inæquale, & parum
28 laudabile conſiderari valet reſpectu bo-
norum, ut ponderat in ſpecie *Fontanell.
de Pact. Nuptial. clauſ.5. gloſſ.1. part.1.
num.96. & in n.101. Sanchez de Matrim.
lib.4. diſput.26. num.25. & 27. Menoch.
de Præſumpt. lib.4. præſumpt.189. ſub n.85.
Boſſ. de Matrim. cap.11. num.167. & de
Dot. cap.4. num.117. fol.149. Surd. de
Aliment. tit.1. quæſt.6. num.21. Lap. de
Donat. inter Vir. & Uxor. tract.3. §.7.
num.12. fol.323. Card. de Luc. de Dot.
d. diſc.169. ſub num.9. verſ. ita in præ-
ſenti.*

Ac propterea hujus inæqualitatis, &
paterni contemptus ratione, alimenta
non rigorosè juxta facultates, & ſtatum,
29 nec juxta ſplendidos ſæculi mores, ſed
tenuiora, ſunt decernenda, ut obſervat
*Boſſ. de Aliment. d. cap.10. n.663. in fine,
& de Matrim. cap.11. n.197. & 204. Card.
de Luc. de Dot. diſc.3. n.21. verſic. adhuc
tamen. diſc.2. n.7. & d. diſc.169. ſub n.9.
verſic. neque aliud. Fontanell. de Pact. Nu-
ptial. clauſ.4. gloſſ.2. n.17. in fine. The-
ſaur. Quæſt. Forenſ. lib.1. quæſt.70. n.10.
in fine. Rot. cor. Buratto dec.498. num.6.
& 7. in rec. dec.93. n.9. par.14.*; quid-
quid in contrarium dixerit *Corra. d. re-
ſolut.49. n.3.*

Juſta tamen viſa non fuit inſtantia
D.

D. Mariani, prætendentis, alimenta reſtringi debere ad quantitatem, pro vitæ ſuſtentatione purè neceſſariam, quia hujuſmodi alimenta nunquam denegari poſſunt filio niſi in caſu, quo ipſe tale
30 delictum patraſſet, propter quod ad mortem damnari, & impunè occidi poſſet, adeout etiamſi aliquam ingratitudinis cauſam contra Patrem commiſiſſet, ob quam exhæredari poſſet, ſi tamen talis non ſit, ut mortis pœnam mereatur, alimentis, ad vitę ſuſtentatio-
31 nem neceſſariis, privari non valet, cum iſta filiis debeantur de Jure Divino, & Naturali, quod non poteſt per Legem humanam tolli, & abrogari, ut in ſpecie
32 filii ingrati, firmat *Covarruv. de Sponſal. par.2. cap.8. §.6. n.17. Peregrin. de Fideicomm. art.36. n.146. in fine. Molin. de Primogenit. lib.2. cap.16. num.2. Gutterrez de Matrim. cap.80. n.4. Boſſ. de Aliment. d. cap.10. n.650. & 665. il primo verſ. intelligendam autem, & de Matrim. d. cap.11. num.141. & 223. & de Dot. d. cap.4. ſub num.110. 125. 127. in fine, & 148. Altimar. de Nullitat. to.8. rubr.2. & 3. quæſt.1. ſub n.67. fol.79. colum.2. verſic. ſecus eſt, in Impreſſione Neapolitana. De Luc. ad Franch. dec.336. ſub n.5. Novar. ad Eumdem dec.576. verſ. limita ſecundo, ibique De Luc. n.6. Pereira deciſ.10. num.9. in fine. Rot. in Aſculana Alimentorum 14. Maji 1683. §. finali, cor. bon. mem. Guaxardo, & 5. Aprilis 1688. §. finali, coram b. m. Urſino*, ubi filio ingrato decreta fuerunt alimenta, excedentia fructus legitimæ.

Undè ſi filio ingrato alimenta neceſſaria præſtanda ſunt; filio, qui peccando contra bonos mores, patrem quidem, &
33 legem contempſit, ſed nullam ingratitudinis cauſam commiſit, alimenta excedentia puram vitæ neceſſitatem, & rigidam naturæ indigentiam, erunt ſub-
34 miniſtranda nè aliàs eadem pęna puniatur, qui magis delinquit, cum eo, qui minus delinquit, contra regulam, quòd pęna commenſurari debet culpæ, & de-
35 licto, de qua *Text. in l. ſancimus C. de pœnis l. ſaccularii §. In Ægypto ff. de extraord. crimin. cap. ſicut dignum, de homic. d. Petrus Caball. Reſolut. Criminal. caſ.31. n.19. centur.1. & caſ.145. num.5. centur.2. Rot. in Illerden. Juris Moliendi ſuper Manutentione 27. Januarii 1702. §. finali, coram Muto*, ſed qui magis de-
linquit, majori pęna puniri debet eo,
36 qui levius delictum committit. *Caball. Reſolut. Criminal. caſ.244. num. 20. centur.3.*

Talemque ſubminiſtrationem fieri debere decrevimus anticipatè de ſemeſtre in ſemeſtre, quia venter dilationem non patitur, adeoque alimenta hoc modo anticipatè ſolvenda eſſe, probat in
37 his terminis *Rot. coram Emerix Jun. d. dec.1153. in ſecunda n.3. & dec.1183. §. Simili modo.*

Et reſervavimus nobis arbitrium eadem alimenta augendi, & minuendi, juxta probationes hinc indè faciendas, ex quibus magis tutè dignoſci valeat, quænam quantitas rationabilitèr, & magis juridicè alimentario decerni valeat, juxta praxim, quam, dato aliquali fumo ſufficientiæ bonorum, amplecti ſolet Judex non benè informatus de quantitate
38 bonorum, teſte *Rot. cor. Emerix Jun. d. dec.1282. n.5. in rec. par.12. dec.166. n.29.*, ubi, quòd ſi adſit in taxatione exceſſus, poteſt excomputari in ſolutionibus, in futurum faciendis, & *dec.409. n.5.*

Et ita utraque &c.

Senen. Dimiſſionis.

Lunæ 30. Julii 1708.

ARGUMENTUM.

Annua præſtatio, ex ignota origine ſemper præſtita pro aliquo fundo, declaratur perpetua, & irredimibilis ob talium qualitatum enunciativas, pluriès repertas in receptis, attenta præcipuè Senarum conſuetudine, nec poſſe ſolvere obligatum, cum rei dimiſſione ſe ab ea liberare, benè reſolvitur.

SUMMARIUM.

1 *Annui redditus, dum incognita eſt eorum origo, & primordialis natura, præſumuntur perpetui.*

2 *Nec non irredimibiles.*

Contra n.5. & ſeqq., *ubi declaratur.*

3 *Ante Bullam editam S. Pii V. ſuper Cenſibus, frequens erat uſus Cenſuum irredimibilium.*

4 *Et annuæ præſtationes, iis antiquis temporibus conſtitutæ, præſumuntur ad normam talis uſus creatæ, & ſic perpetuæ.*

5 In

5 *In annuis præſtationibus, origine ignota, præſumptio aſſiſtit qualitati redimibili pro minori gravamine debitoris.*

6 *Declara hoc procedere in annuis præſtationibus in eſſe deductis poſt Bullam S. Pii V. ſuper Cenſibus; non in annuis livellis, conſiſtentis ante Bullam.*

7 *Prout non procedit, ſi ex clara Partium voluntate conſtat, redditum fuiſſe habitum pro perpetuo.*

8 *Solutiones, & recepta, facta jure redditus perpetui, denotant irredimibilitatem.*

9 *Prout denominatio contractus* di perpetua.

10 *Et conſuetudo, ac uſus regionis, qui attenditur ad dignoſcendum, an Contractus perpetuus ſit, vel redimibilis.*

11 *Ubi contractus foret locationis, aut proprietatis, ad terminos Statuti Senarum, aliorumque ſimilium, liceret re dimiſſa Cenſum excutere.*

12 *Limita ſi conſtat conceſſionem locationis, aut proprietatis, factam fuiſſe jure perpetui redditus.*

13 *Limita ſecundo, ſi in receptis aliquando verba locationem, & aliquando perpetuitatem præſeferentia, ſunt adhibita, nam iſta ſunt attendenda, uti magis ſpecialia.*

Maximè ſi verba, perpetuitatem indicantia, ſunt appoſita per viam adjectivi, quod qualificat ſubſtantivum n.15.

14 *Verba magis ſpecialia declarant generalia.*

15 *Verbum ſubſtantivum recipit declarationem ab adjectivo, illud qualificante.*

16 *Prætendens tales enunciativas, perpetuitatem denotantes, ſecutas per errorem, concludenter probare debet.*

17 *Nec probatus remanet talis error ex ſimilium enunciativarum appoſitione in contractibus, indubitantèr redimibilibus, ſi concurrat diverſitas rei, temporis, & contractuum.*

18 *Statutum Senenſe Curiæ Mercatorum, diſponens de Conductore, & Dominiario, intelligitur de illis, quibus fuit facta conceſſio per ſimplicem contractum locationis, vel proprietatis, non quando conceſſio tranſivit in contractum* di perpetuus.

19 *De Jure redditus, pro Locatione perpetua conſtitutus, eſt irredimibilis.*

20 *Poſſeſſor rei, obligatus ad aliquam ſolutionem ratione rei poſſeſſæ, cum ejus dimiſſione liberatur.*

21 *Concluſio in quibus caſibus procedat latè explicatur*, & n. ſeqq.

22 *Uſufructuarius, renunciando uſufructui, liberatur ab oneribus illi annexis.*

23 *Tertius Poſſeſſor rei cenſitæ, dimiſſione illius liberatur à Cenſu.*

24 *Ubi annua præſtatio non eſt ſimpliciter debita ratione rei, ſed ratione præcedentis contractus, re dimiſſa, ſubſiſtit obligatio ejuſdem.*

25 *Actor, promovens prætenſionem redimendi, debet excludere irredimibilitatem, aliundè emergentem.*

26 *Et Reo ſufficit, ut abſolvatur, turbidam reddere intentionem Actoris, prætendentis redimibilitatem.*

DECISIO XLII.

AB antiquiſſimo tempore, cujus initii memoria non exiſtit ſolverunt Domini de Fortinis Capſæ Mercantiæ annuam præſtationem librarum 42. occaſione cujuſdam Apothecæ, ab eorum Auctoribus retentæ. Diminutis autem hodiernis temporibus domorum, & apothecarum penſionibus, Nob. D. Fauſtus Fortinus, ad effectum ſe liberandi à dicta annua ſolutione, judicium introduxit in Curia Mercatorum ſuper dimiſſione prædictæ Apothecæ, & ſuperventa hoc interim delegatione Sereniſſimi D. Principis Cardinalis Gubernatoris eidem Magiſtratui, ut procederet cum Voto noſtro deciſivo cenſuimus, annuam præſtationem de qua agitur, eſſe irredimibilem, & non eſſe locum dimiſſioni præfatæ.

Stetit ita decidendi ratio in eo, quòd cum incognita ſit origo, & primordialis natura iſtorum annuorum redituum, & livellorum, de jure judicari debent
1 perpetui. *Fulgin. de Jur. Emphyteut. q. 7. proœmial. num. 6. in fine Dunrd. de Cenſib. quaſt proœmial. 9. num. 36. & 37. Tartagl. de Reſervat. Statut. artic. 38. ſub num. 9.* & irredimibiles, ut tradunt in ſpecie
2 *Cyriac. controv. 74. num. 29. & 30. Covarruv. Variar. Reſolut. lib. 3. cap. 16. ſub num. 5. verſic. primum illud certum. Tiraquell. de Retractu Lignagier. §. 34. gl. 1. ſub num. 1. verſic. quod inquam hic dicitur.*

Gall.

*Gall. de Fruct. diſput.4. artic.3. ſub num.
164. fol. mihi 173. Cyrill. quæſt. for. cap.7.
num.1. & ſeqq. Rot. coram Corr. deciſ.44.
num.11.*

Cum enim antiquis temporibus ante
3 Bullam S.M. Pii Quinti, de anno 1569.
editam, frequentiſſimus eſſet cenſuum
irredimibilium uſus: *Cyrill. quæſt.7. num.6.
Rot. coram Corr. d. dec.44. num.6.*, ubi
concordantes; *poſt Caev. de Cenſib. dec.
394. ſub num.2. poſt Conſtantin. ad Stat.
Urb. dec.67. n.13.*

Annuæ præſtationes tunc in eſſe de-
4 ductæ cenſentur conſtitutæ juxta con-
ſuetudinem, & uſum dictorum tempo-
rum, & ſic perpetuæ, & irredimibiles,
ut in his terminis *Cyrill. quæſt. for. cap.7.
num.7. Rot. coram Corr. d. dec.44. num.6.
poſt Conſtant. ad Stat. Urb. dict. deciſ.67.
num.16.*

Haud relevante, quòd immò præſum-
ptio Juris aſſiſtat dimittere volenti, nam
5 quoties non conſtat de origine annuæ
præſtationis, illa cenſeri debeat redimi-
bilis, non perpetua, cum in dubio, quod
levius, & minus onerosum eſt debitori
præſumere oporteat, ut in noſtris ter-
minis *Roderic. de Annuis Redit. lib.1. q.15.
n.36. & ſub num.48.*, & *lib.2. quæſt.21.
n.75. Avendan. de Cenſib. cap.14. num.5.
Farin. ad Covarruv. lib.3. cap.8. num.18.
Rot. poſt Conſtant. ad Statut. Urb. d. dec.
67. n.22.*

Objectum enim procedere poſſet, vel
in annuis præſtationibus Cenſualibus, in
eſſe deductis poſt Bullam S. M. Pii Quin-
ti, præſcribentem, cenſum poſſe ex parte
6 debitoris quandocunque redimi, non
in annuis livellis, conſtitutis ante dictam
Bullam, vel quando ſumus in dubio,
non quando conſtat de contraria vo-
luntate Partium, puta, quia præſtatio
7 annua facta ſit ex cauſa reditus perpe-
tui, ut declarant *Covarruv. Variar. Re-
ſolut. lib.3. cap.10. n.5. §. Quarto ubi an-
nui reditus, verſ. niſi præſtatio annua. Au-
ctor lamentata memoria de Contract. quæſt.
20. num.108. & n.232. Roderic. de Ann.
Redit. lib.1. quæſt.15. n.48. verſic. præ-
terquam ſi præſtatio. Rot. poſt Conſtantin.
ad Statut. Urb. d. deciſ.67. num.12. 15.
& 16.*

In caſu autem præſenti perpetuitas
oneris fuit pluries expreſſa à Camerariis
Capſæ Mercantiæ, qui ſolutiones rece-
perunt à DD. de Fortinis, eiſque per
plures annos receptas fecerunt *per Per-
petua*. Quando autem conſtat, ſolutio-
nes factas fuiſſe jure reditus perpetui,
tunc eruitur, annuum reditum fuiſſe
conſtitutum ſine aliqua præfinitione
8 temporis, ut perpetuò duraret, &
ſic redimibilitas excluſa remanet, in
ſpecie *Roderic. de Annuis Redit. lib.1.
quæſt.15. n.40. & ſub n.48. verſic. præ-
terquam ſi præſtatio ipſa annua. Covar-
ruv. Variar. Reſolut. lib.3. d. cap.10. §.
Quarto ubi annui reditus, verſ. niſi præ-
ſtatio annua. Farin. ad Eundem d. lib.3.
cap.8. num.21. Rot. coram Corr. deciſ.23.
num.9. & dec.44. num.5. & poſt Caev. de
Cenſ. dec.394. n.2.* aliæque Auctoritates
mox citatæ.

Accedente præſertim ſpeciali natura
dicti contractus, quem Senis vocant *di
Perpetua*, qui, ut ipſamet vocabuli in-
9 doles oſtendit, perpetuam durationem
expoſcit, nec ab eo per rei dimiſſionem,
creditori faciendam, recedi poteſt, ut
de conſuetudine deponunt plures te-
ſtes, in Proceſſu exhibiti, quæ conſue-
tudo, & uſus regionis attenditur pro
dignoſcendo, an contractus ſit perpe-
10 tuus, vel redimibilis, in ſpecie *Covar-
ruv. Variar. Reſolut. lib.3. d. cap.10.
ſub num.4. verſ. niſi conſuetudo regionis,
& ſub num.5. §. Primum illud, verſ. tertio
ſi minimè deprehendi poſſit. Roderic. de An-
nuis Redit. lib.1. d. quæſt.15. n.45. & 48.
in fine.*

Non obſtat, quòd plures etiam rece-
ptæ factæ fuerint *per pigione, e per pro-
prietà*, quæ cum indicent contractum
fuiſſe locationis, vel proprietatis, lici-
11 tum ſit Conductori, & Dominario di-
mittere, & renunciare contractui, juxta
expreſſam diſpoſitionem Statuti ejuſdem
Curiæ Mercatorum *cap.91. diſtinct.2.*,
de quo *in Senen. Juris non poſſe expelli 3.
Aprilis 1683. §. Et licet, in fine, cor. D. Ser-
griſio, & in Senen. Emphyteuſis, ſeu Ju-
ris non poſſe expelli 30. Auguſti 1696. §.
Nec ſupradicta, cor. D. Ferſetto*, & in ter-
minis ſimilium Statutorum *Fulgin. de
Emphyt. tit. de Renunciat. quæſt.5. num.3.
Mantic. de Tacit. lib.22. tit.24. num.5. Fon-
tanell. de Pact. Nupt. num.2. clauſ.4. gloſ-
ſa 18. par.1. num.122., & ſeqq. & ſub nu-
mer.130. & in Addit. num.36. impreſſa in
fine d. 2. voluminis. Tiraquell. de Retract.*

La-

Leguazier. §. 34. *gloſſ.* 1. *numer.* 3. & 10.
Gratian. dec. March. 87. *num.* 8. *ibique De*
Luc. num. 3.

Quoniam cum locatio, & proprie-
tas, poſſit indefinitè, vel ad tempus con-
cedi, & in perpetuum, eo ipſo, quòd
pluriès in receptis, & libris Mercan-
tiæ, per 50. & ultra annos, fuit facta
expreſſio *Perpetua* . ex hoc declaratur
natura contractus, & demonſtratur
contrahentes intellexiſſe conſtituere an-
nuum reditum perpetuum, & irredi-
mibilem, ut proſequuntur Auctoritates
12 ſupra citatę, ſignantèr *Covarruv. Va-*
riar. Reſolut. lib. 3. *d. cap.* 10 *ſub num.* 5.
§. *Quinto ubi annuus reditus, verſ. niſi præ-*
ſtaret annua, ubi, quòd ſufficit primam
ſolutionem, vel aliam quamcunque, fa-
ctam fuiſſe ex cauſa reditus perpe-
tui.

Maximè quia verbum *perpetua* eſt
magis ſpeciale, & qualificativum ver-
borum *proprietà*, *e pigioni*, undè iſto-
rum qualitatem limitat, eorumdem-
13 que ſignificationem declarare debet,
ex regula, quòd verba ſpecialia de-
14 clarant, & limitant generalia. *cap. gene-*
ri, de regul. Jur. in 6. *l. legata ſupellectilis*
ff. de ſupellectil. legat. Rot. coram Cer-
can. 1267. *num.* 6. & 7. & *in rec. dec.* 110.
n. 8. *par.* 5.

Et fortiùs quia id etiam magis ſpe-
cificè, ac diſtinctè declaratum fuit in re-
cepta anni 1656., quam Camerarius
exaravit *per due pigioni di due perpetue*,
Verbum enim illud ſubſtantivum *pigio-*
ni, declaratur, & qualificatur à ſuo adje-
15 ctivo *di due perpetue*, ex notatis per *Rot.*
cor. Merlin. dec. 564. *num.* 27. & 28. &
dec. 631. *num.* 21. & *in rec. dec.* 546. *num.* 20.
part. 19.

Nec obeſſe poteſt, quòd receptæ
fuerint erroneæ, tanquam factæ *per per-*
petua etiam reſpectu alterius Apothecæ,
ſuper qua non fuiſſe celebratum con-
tractum *di perpetua* reſultat ex Inſtru-
16 mento conceſſionis, in Actis exhibito,
Quoniam error non præſumitur, niſi
per allegantem plenè, & concludentèr
probetur nec talis probatio deſumi
poteſt ex quo receptæ ſint erroneæ reſ-
pectu alterius apothecæ, nam quidquid
17 ſit de hoc, concurrente diverſitate rei,
temporis, & contractuum, error aſſer-
tivæ reſpectu unius Apothecæ, non pro-
bat errorem reſpectu alterius; cum iſta,
tanquam conceſſa diverſo tempore, &
in actu ſeparato, & diſtincto, potuerit
habere naturam, & conventiones di-
verſas ab alia. *De Angel. de Confeſſ. tom.* 1.
lib. 3. *quæſt.* 11. *n.* 29. *Rot. in rec. dec.* 149.
n. 14. *part.* 11.

Atque hinc non obſtat diſpoſitio præ-
fati Statuti Curiæ Mercatorum, quia
cum illud diſponat de Conductore, &
Dominiario ſimplicitèr, intelligi debet
de illis, quibus fuit facta conceſſio per
ſimplicem contractum Locationis, vel
18 proprietatis, de quo *Sacc. Sen. conſ.* 287.
ſub n. 1. *lib.* 2. *Petrus Caballus conſ. crimi.*
79. *in n.* 1. *lib.* 1. non verò quando con-
ceſſio tranſivit in contractum, quem
Senæ vocant *di perpetua*, ut ita Statutum
non adverſetur intentioni contrahen-
tium, & Juris diſpoſitioni, juxta quam
reditus emphyteoticus, vel debitus pro
19 locatione perpetua, ex parte debitoris eſt
irredimibilis. *Rot. coram Cerr. d. deciſ.* 44.
num. 12.

Minùs obſtat, quòd obligatus ad ſo-
lutionem ſola ratione bonorum poſſeſ-
ſorum, per dimiſſionem rei, pro qua
ſolvit, remaneat in futurum liberatus,
20 *ut per Text. in l. cum fructuarius* 71. *ff. de*
uſufructu. & *l.* & *ſi forte* §. *Labeo ff. ſi*
ſervit. vendicet., *Capyc. Galeot. con-*
trov. 18. *n.* 41. & 42. *tom.* 2. *Gallerat.*
de Renunc. tom. 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 1. & *per*
tot. Cren. de Conſib. quæſt. 97. *num.* 8. &
ſeqq. & *quæſt.* 98. *n.* 31. *Theſaur. quæſt.*
Forenſ. lib. 1. *q.* 32. *num.* 20. *Roderic. de*
Ann. Redit. lib. 2. *quæſt.* 9. *ſub num.* 68.
Parra ad Covarruv. Variar. Reſolut. lib. 3.
cap. 7. *num.* 31. *Caſtropal. Oper. Moral.*
part. 7. *de Juſtit. Commutat. diſput.* 6.
punct. 30. *num.* 3. & *per tot. fol.* 344 *Cy-*
riac. contr. 440. *n.* 16. & 17. *Andreol. con-*
trov. 108. *num.* 6. *Olea de Ceſſion. Jur. tit.* 1
quæſt. 1. *n.* 5. & *ſeqq. Rot. coram Pentag.*
dec. 313. *n.* 1.

Siquidem contrariæ Auctoritates lo-
quuntur, quoties onus, ad quod quis
tenetur, unicè provenit à poſſeſſione
bonorum, ut evenit in uſufructuario,
qui tenetur ad ſolutionem legatorum
21 annuorum, ad expenſas refectionis, aut
quid ſimile, nam renunciando uſufru-
ctui à tali onere liberatur, quia ſubla-
to per renunciationem emolumento,
quod eſt cauſa oneris, ceſſare debet

etiam

etiam onus illi annexum; vel in tertio
22 poſſeſſore, ad quem ex titulo emptionis pervenit fundus cenſitus; nam iſte dimittendo fundum, propter quem remanet adſtrictus ad ſolutionem cenſus, à dicto onere, & obligatione eximitur. Sed non ſic eſt in caſu noſtro,
23 in quo DD. de Fortinis tenentur ad annuum livellum, quia ex ſolutionibus, ab ipſis factis, conſtat, inter ipſos, & Capſam Mercantię, interceſſiſſe contractum, vocatum *de perpetua*. In his enim terminis, cum obligatio ſolvendi annuum livellum, non ſolùm proveniat ex retentione Apothecę, ſed ex pręcedenti contractu perpetuo, & irredimibili, per dimiſſionem Apothecę non libera-
24 tur. *l. quicunque C. de fund. patrim. lib. 11. l. ſicut C. de action. & obligat.*, & declarat *Bald. in l. & ſi fortè §. Ait labeo ff. ſi ſervit. vendicet. & in d. l. cum fructuarius ff. de uſufruct. Galleras. de Renunciat. d. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 10. & ſeqq. Surd. de Aliment. tit. 9. quaſt. 13. num. 19. verſic. ſecundo reſpondeo, & ſeqq. uſque ad n. 23. Gratian. dec. March. 87. num. 2. & ſeqq. & in addit. n. 1. & ſeq. & dec. 88. n. 8.*

Prædictaque omnia eo fortiùs procedunt, ponderando, quòd DD. de Fortinis, inſtantes pro dimiſſione Apothecæ, in hoc Judicio ſuſtinent vices Actorum, unde eis incumbit onus plenè, & concludentèr juſtificandi, quòd non præ-
25 ceſſerit contractus, & ſolutiones factæ fuerint propter ſolam retentionem Apothecę, quòdque in omnem caſum contractus non fuerit *de perpetua*, ſed ſimplicis locationis, & proprietatis, *ad Text. in l. Actor C. de probat. & l. qui accuſare C. de edend. Rot. coram Coccin. dec. 1512. n. 8. & in rec. dec. 269. n. 1. part. 19.* Adeout ſi ex parte Capſę Mercantię eorum aſſumptum aliquo modo reddatur turbidum ex receptis, promiſcuè ab ipſis reportatis, & ex libris Curię Mercatorum; in hac dubietate Capſa Mercantię, Rea conventa, ſit à pretenſa dimiſſione abſolvenda, cum eidem ſufficiat
26 reddere intentionem Actorum aliquo modo turbidam, & animum Judicis titubantem, ut inquit *Bald. conſ. 79. num. 7. lib. 1. Rot. coram Coccin. d. deciſ. 1512. num. 7. & 8. & in rec. dec. 438. num. 5. in fine. part. 3. dec. 297. num. 22. & 23. & deciſ. 456. num. 18. part. 19.* Et ita utraque &c.

Juxta prædicta fuit judicatum à Magiſtratu Curiæ Mercatorum, & ſententia fuit à Partibus acceptata.

Senen. Admiſſionis Poſitionum.

Mercurii 8. Auguſti 1708.

ARGUMENTUM.

Poſitiones admittuntur, conſtito qualitercunque facere ad Cauſam, rejecta diſcuſſione exceptionum ad merita negocii, & Cedens eiſdem reſpondere tenetur, ſi fuerint datæ à Reo convento per Ceſſionarium, cui dum Cedens tenetur de evictione, reſpondendo præjudicat.

SUMMARIUM.

1 *Poſitiones, ubi ſunt relevantes, nunquam ſunt rejiciendæ.*
2 *Nec in Judicio manutentionis.*
3 *Nec in Judicio ſuper inſtrumento cum obligatione Camerali.*
4 *Aut aliis Judiciis ſummariis, poſſeſſoriis, & executivis.*
5 *Poſitiones, ut dicantur relevantes, ſatis eſt qualitercunque facere ad Cauſam.*
6 *Et niſi conſtet notoriè de impertinentia, admittuntur Poſitiones, reſervata diſcuſſione exceptionum ad merita Cauſæ.*
7 *Sufficit pertinentiam Poſitionum ad dubietatem redigere, ut debeant admitti.*
8 *Et relevantia Poſitionum ſufficit in aliquibus, ut omnes admittantur.*
9 *Poſitionibus, concernentibus factum alienum, non eſt reſpondendum.*
10 *Lim. ſi agatur de facto perſonæ conjunctæ, cujus reſpondere debens ſit veriſimilitèr informatus*, & n. 11.
11 *Nec non ex Statuto Senarum, juxta quod, licèt alienum factum concernant, admitti debent.*
13 *Confeſſio Cedentis, reſpondentis Poſitionibus poſt ceſſionem, non nocet Ceſſionario. Declaratur* n. 17.
14 *Cedens tenetur reſpondere Poſitionibus, datis à Reo convento per Ceſſionarium.*
15 *Præcipuè ubi Cedens veriſimilitèr eſt magis inſtructus, quàm Ceſſionarius.*

16 *Et tali caſu Ceſſionarius tenetur præſentare Cedentem.*

17 *Et Cedentis confeſſio, ubi agitur de evictione præjudicat Ceſſionario, licèt ſecus ſit ſi de evictione non ageretur, & Ceſſionarii contra ipſum non haberent regreſſum.*

18 *Nec valet iſto caſu ſe eximere à reſpondendo Poſitionibus.*

DECISIO XLIII.

Ob non factam ſolutionem Æſtimi à D. Jacobo Antonio Ro.. Bertoni tempore, quo retinuit in aſfictum prædia *delle Vacone, e Bandite*; Magnifica Camera hujus Civitatis, pro ſatisfactione debiti, ab ipſo contracti, mandavit apprehendi fructus dictorum prædiorum, pro ſolutione obligatorum: ſed excipientibus Nobilibus DD. Petro Boninſignio, & Comite Nicolao Piccolomineo, poſſeſſoribus eorumdem prædiorum, debitum præfatum ſpectare ad D. Bertonum, illum coram Me pulſarunt, ut Æſtimum prædictum ad formam obligationis, ab ipſo contractæ in Apoca locationis, perſolveret.

Oppoſuit ſe huic inſtantiæ Bertonus, eo ſub fundamento, quòd licèt in Apoca locationis præfatæ ipſe ſe obligaverit ad ſolutionem Æſtimi, nihilominus ex poſt fuerit à dicta conventione receſſum, & transfuſa obligatio in locatorem: cumque ad hoc probandum exhibuerit in actis Poſitiones, inſtans illas eſſe admittendas, eiſque Nob. DD. Petrum Boninſignium, & Comitem Nicolaum Piccolomineum teneri tanquam Ceſſionarios Patris Joannis Griffoli locatoris, curare, ut per Cedentem reſpondeatur, fuit hodie inſtantia, tanquam Juri conſona admiſſa, & declaratum, DD. Actores procurare debere reſponſiones præfatas.

Cum enim probatio, quæ reſultat ex reſponſione facienda Poſitionibus, ſit ex illis, quæ ſtatim, & incontinenti fiunt, & maximè conducat ad dilucidationem veritatis, tanquam elicita ex confeſſione judiciali Partis, nunquam rejicienda eſt, quoties Poſitiones ſunt re-

2 levantes, non attenta natura Judicii privilegiati, ut in terminis Judicii manutentionis, quòd in eo veniant admit-

3 tendæ Poſitiones *Poſth. de Manutent. obſervat. 83. num. 7. Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 8. num. 68.* de Judicio ſuper inſtrumento cum obligatione Camerali *Zacc.* olim hujus noſtri Tribunalis Auditor, *de Obligat. Cameral. q. 17. num. 78. Conſtantin. ad Statut Urb. d. annot. 8. num. 69.* & de aliis Judiciis, & Cauſis ſummariis, poſſeſſoriis, & executivis, *Saloſſ. Tiber. in Prax. lib. 2. cap. 13. ſub*

4 *num. 13. Poſth. de Manutent. d. obſervat. 83. n. 6. Mancin. de Juramento part. 2. art. 2. num. 37. Urceol. conſult. 62. num. 15.* Dominus, & olim Collega meus *Conſtant. ad Statut. Urb. d. annot. 8. num. 67. & 70. Michaler. de Poſit. cap. 26. num. 10. & in dec. 83. num. 4. poſt Eundem.*

Relevantia autem in caſu præſenti manifeſta eſt quia cum etiam poſt injunctum onus Bertono in apoca locationis ſolvendi Æſtimum, potuerit ab hoc pacto, & conventione recedi, rejiciendo obligationem hanc in locatorem & hodie D Bertonus prætendat, mediantibus Poſitionibus, talem conventionem, ſeu declarationem probare, relevantia materiæ eſt in aperto, & tamen ad effectum, de quo agitur, ſatis eſt, Poſitiones directè, vel indirectè, &

5 qualitercunque facere ad Cauſam. *Gratian. ad Veſtr. in Prax. lib. 5. cap. 14. n. 17. Rodolphin. in Prax part. 1. cap. 10. n. 87. Pagani. ad Statut. Ferrar. tom. 1. rub. 47. ſub num. 12. & 14. Conſtant. ad Statut. Urb. d. annot. 8. num. 76. & ſeqq. num. 150. & num. 183 Seſſe Dec Aragon. 84. num. 4. Rot. apud Poſth. de Manut. dec. 608. n. 1. cor. Merlin. dec. 92. num. 10. & 11. Prodo dec. 448. n. 5.*

Adeout ſi ſuper illarum pertinentia, & relevantia, inſurgat aliqua controverſia, quotiès clarè, & notoriè non conſtat de calumnia, & impertinentia, ſemper ſit pro admiſſione pronunciandum, ad hoc ut lites abbrevientur, reſervata ſtrictiore diſcuſſione poſt factas

6 reſponſiones ad merita Cauſæ. *Poſth. de Manutent. d. obſer. 83. num. 8. Conſtant. ad Statut. Urb. d. annotat 8. num. 79. Rota coram Merlin. d. dec. 92. num. 11. & 12. Prod. d. dec. 448. num. 5. & apud Poſth. de Manutent. d. dec. 608. n. 1.*

Undè

Unde ſufficere pertinentiam, & relevantiam, reddi quoquo modo dubiam,
7 ut in hac dubietate ſit cogenda pars ad illas reſpondendum. *Rodolphin. in Prax. part. 1. cap. 10. num. 65. & 66. Conſtantin. ad Statut. Urb. d. annot. 8. num. 65. & 78. Seſſe Dec. Aragon. 84. num. 3. Rota coram Merlin. d. dec. 91. num. 11. apud Poſth. de Manzanet. d. dec. 608. n. 2. & in rec. dec. 783. n. 13. & 14. par. 18.*

Nec probandum eſt ex parte Ponentis, omnes Poſitiones eſſe relevantes; cum ſufficiat, quòd aliquæ ex eis ſint
8 pertinentes, & faciant ad Cauſam, ad hoc, ut cæteræ omnes admitti debeant. *Rodolphin. in Prax. par. 1. cap. 10. num. 64. Conſtantin. ad Statut. Urb. d. annot. 8. numer. 66. Rot. apud Poſth. de Manzanet. deciſ. 270. num. 3. & d. dec. 608. n. 6. & rec. Ippolit. dec. 1155. n. 3.*

Non obſtat, quòd plures ex dictis Poſitionibus contineant geſta à Nob. D. Hortenſia de Malavoltis, matre R. Joannis Griffoli, & ſic tanquam concernentes factum alienum, non ſit illis reſ-
9 pondendum. *Sociin. Sen. conſ. 55. num. 8. lib. 2. Cyriac. contr. 13. num. 1. Ab Eccleſia obſer. 69. num. 1. par. 1. Rodolphin. in Prax. part. 1. cap. 10. num. 59. Conſtant. ad Stat. Urb. d. annot. 8. num. 196. Rot. poſt Ezam dec. 20. num. 19. & coram Pamphil. dec. 359. num. 6. & in Romana prætenſæ nullitatis contractus, ſuper Poſitionibus 29. Martii 1694. §. Vel dicta, cor. Muto.*

Siquidem quando Poſitiones concernunt factum perſonæ conjunctæ, cujus
10 reſpondere debens poteſt veriſimiliter habere notitiam, ut eſt filius reſpectu matris, cum eo cohabitantis, iſtis etiam
11 eſt danda reſponſio, ut expreſsè diſponit *Statutum Senar. rub. 33. de Poſitionibus, diſtinct. 2. ibi — de facto alieno Poſitiones admittantur, & pars eis cogatur reſpondere* —, & in terminis ſimilis Statuti *Concioli ad Statut. Eugub. lib. 2. rub. 6. num. 17.* quòd eſſe etiam de Jure, tra-
12 dunt *Paſſeria. in cap. 1. num. 47. & ſeqq. de confeſſ. in 6. Michalor. de Poſit. cap. 16. num. 15. & ſeqq. Ab Eccleſ. d. obſer. 69. n. 3. part. 1. Conſtantin. ad Statut. Urbis d. annot. 8. n. 198.*

Prout non urget, quòd reſponſio Poſitionibus danda non ſit à Nob. DD. Petro Boninſigno, & Comite Nicolao Piccolomineo, ſed à Patre Joanne Griffolo, qui eis reſpondere non tenetur, tum quia ipſe non eſt in lite, tum quia licèt ipſe cefferit hujuſmodi prædia præfatis DD. de Boninſignis, & Piccolomineis, tamen ejus confeſſio Beriono prodeſſe non poſſet, cum confeſſio Cedentis poſt ceſſionem non noceat
13 Ceſſionario, ut in ſpecie firmat *Capecr. in Prax. tom. 1. part. 2. cap. 2. art. 5. n. 53. & ſeqq. Marta in Compend. Dec. V. Ceſſio cap. 31. tom. 3.*

Quoniam, quòd cedens teneatur reſpondere Poſitionibus, factis à Reo convento per Ceſſionarium, verior eſt, &
14 communior opinio, eamque ſequuntur *Marant. in l. ſi aliter, ex num. 71. ff. de procurat. Montan. in Addit. ad Oliban. de Action. part. 2. lib. 1. cap. 4. num. 42. verſ. jurat. & verſ. poteſt. Bertazzol. de Clauſ. clauſ. 29. gloſſ. 9. num. 4. Olea de Ceſſion. Jur. tit. 6. poſt quæſt. 11. in Miſcellan. n. 17. & 18. & tit. 8. quæſt. 2. num. 41. Novar. ſuper Pragmat. 8. Regni Neapol. de Ordin. Judicior. collect. 8. num. 12. Pigant. ad Statut. Ferrar. tom. 1. rub. 47. num. 32. Romaguer. ad Conciol. ſuper Statut. Eugub. lib. 2. rub. 6. num. 33. Conſtantin. ad Statut. Urb. d. annot. 8. num. 89. & ſeqq.* ubi reprobat contrarium. *De Angel. de Confeſſ. tom. 1. quæſt. 57. num. 1. Urſill. ad Afflict. dec. 79. num. 5. Manfrell. ad Capyc. Latr. dec. 86. num. 7.*, ubi, quòd ita judicari obtinuit in Sacro Regio Conſilio. *Sanfelic. deciſ. 169. n. 1. & per tot. par. 2.*, ubi, quòd ita fuit judicatum in Sacro Conſilio, junctis Aulis. *Merlinus deciſ. 22. in fine*, & reſpondit *Rota noſtra die 18. Januarii 1677. in alia cauſa Senen. Venditis de Matthæis, & Catharinæ Angelinæ.*

Maximè quia materia, contenta in Poſitionibus, concernit negocia domus
15 Patris Griffoli, & plures ex eis reſpiciunt geſta cum ipſo, quæ non poſſunt eſſe nota Ceſſionariis. Quando autem Cedens ſuper contentis in Poſitionibus eſt magis inſtructus, quam Ceſſionarius, tunc ad hoc ut veritas in occulto non remaneat, ille Poſitionibus reſpondere debet. *Olea de Ceſſion. Jur. d. tit. 6. poſt quæſt. 11. in Miſcellan. n. 17. Conſtantin. ad Stat. Urbis d. annot. 8. ſub num. 91. Manfrell. in Obſervat. ad deciſ. Capyc. Latr. d. obſerv. 86. n. 7.*

Talique caſu Ceſſionario incumbit onus præſentandi Cedentem, & curandi

di, ut ipſe Poſitionibus Rei conventi
16 reſpondeat. *Carol. Anton. de Luc. in Prax. Judiciar. cap. 54. num. 10. Conſtant. ad Statut. Urb. d. annotat. 8. num. 90. Thor. Compend. Deciſ. tom. 1. V. Cedens fol. 79. Leo dec. Valent. 212. n. 15. lib. 1. Sanfelic. dict. deciſ. 169. num. 3. & 8. & Rota noſtra in dict. Senen. 28. Januarii 1677.*

Haud refragante, quòd reſponſiones Patris Griffoli Cedentis non relevent Bertonum ab onere probandi, ex quo confeſſio ipſius Ceſſionarii non obſtet: Quia objectum procederet, ſi Cedens non teneretur de evictione, & Ceſſionarii contra ipſum non haberent re-
17 greſſum, ſed cum in præſenti hypotheſi, ſi æſtimi ſolutio ad Bertonum non pertinebit, tale onus incumbere debeat Patri Griffolo, cujus bona de tempore contracti hujus debiti retinebantur in affictum à Bertono, & quatenus Magnifica Duana, Ceſſionarios, bonorum poſſeſſores, urgeat ad ſolutionem, iſti habeant contra ipſum regreſſum vigore obligationis de evictione, in Inſtrumento ceſſionis, & tranſactionis eis promiſſæ; in his terminis, ſicut Ceſſionarii nocet confeſſio Cedentis, ita iſte non poteſt ſe eximere à danda reſponſione poſitioni-
18 bus, per Reum conventum exhibitis, ut benè in ſpecie conſiderant *Conſtant. ad Statut. Urb. d. annotat. 8. n. 95. & 96. Gratian. ad deciſ. Capyc. Latr. deciſ. 88. n. 8. & ſeqq. Leo d. deciſ. Valent. 212. n. 16. lib. 2.*

Et ita utraque &c.

Senen. Alimentorum.

Lunæ 20. Auguſti 1708.

ARGUMENTUM.

In ſequenti Deciſione 44. declaratur, quòd alimenta, ſino debita, debentur abſque expenſis vecturarum, quòdque ſub eorum nomine veniant mobilia ad honeſtum victum, & domus ornamentum neceſſaria, & quæ iſta ſint?

SUMMARIUM.

1 *Alimentarius, qui non eſt perſona vilis, debet habere res, pro alimentis neceſſarias, tranſportatas ad propriam domum, expenſis alere debentis.*

2 *Ne aliàs alimenta reciperet, ab expenſis vecturarum diminuta.*

3 *Alere obligatus, tenetur quoque ſubminiſtrare utenſilia, ad conſervationem ciborum, & rerum, pro alimentis neceſſariarum.*

4 *Prout vaſa ad coquinam, & menſam neceſſaria.*

5 *Omnia quoque Mobilia pro domus commoda habitatione.*

6 *Inter quæ recenſetur lectus cum omnibus ornamentis.*

7 *Et ſcamna, tabulæ pictæ, aliaque ſupellectiles.*

DECISIO XLIV.

Decíſum fuit coram me ſub die 18. Julii proximè præteriti, Nob. D. Marianum de Spennazzis teneri ſubminiſtrare D. Deiphebo ejus Filio alimenta pro ſe, & uxore neceſſaria, partim in pecuniis, & partim in graſciis, in cujus Decreti executione exortæ fuerunt controverſiæ, ubinam conſignari deberent dictæ graſciæ, & an D. Marianus teneretur filio præſtare utenſilia pro illis conſervandis, aliaque mobilia pro inſtructione domus neceſſaria, quæ in hodierna Audientia fuerunt ad favorem D. Deiphebi reſolutæ.

Quo enim ad locum, graſciæ prædictæ tranſportari debent ad domum D. Deiphebi, ſumptibus patris. obligatus enim alere alium, quando iſte non eſt
1 perſona vilis, quæ poſſit frumentum, vinum, aliaque ſimilia propriis humeris portare, expenſa, quæ exigitur pro vecturis, fieri debet ab eo, qui ad alimentorum præſtationem eſt obligatus. *Simon. de Pratis de Interpret. ultimar. volunt. lib. 4. interpr. 1. dub. 11. n. 106. & ſeqq. fol. mihi 432. ſecundum impreſſionem Venetam. Surd. de Aliment. tit. 4. quæſt. 3. num. 7. & quæſt. 16. num. 8.*

Alimentarius enim integra, & non
2 diminuta habere debet alimenta, quod non accideret, ſi ipſe teneretur ſolvere vecturarum expenſas. *Surd. d. tit. 4. quæſt. 16. num. 11.*

Quo

Quo vero ad utenſilia pro conſervando frumento, vino, oleo, aliiſque hujus generis, deciſum fuit, D. Marianum teneri ad illorum ſubminiſtrationem: Nam cum ſine vaſis, & instrumentis congruis, vinum, oleum, & frumentum
3 ſervari non poſſint, iſta etiam tradi debent D. Deiphebo, cui alimenta præſtanda ſunt. *Simon de Pratis de Interpret. ultimar. volunt. lib. 4. interpret. 1. dub. 11. n. 42. fol. 427. ſecundum Venetam impreſſionem. Surd. de Aliment. tit. 4. quæſt. 3. n. 4. & 5. Fragoſ. de Regim. Reipubl. Chriſtian. tom. 3. diſp. 2. §. 1. n. 110. Boſſ. de Aliment. cap. 2. n. 49.*, ubi
4 alios refert, aliaque omnia vaſa ad coquinam, & menſam neceſſaria. *Pacion. alleg. 138. n. 16. Simon. de Pratis de Interpret. ultim. volunt. d. dub. 11. ſub n. 41. fol. 427. in Veneta impreſſione. Menoch. lib. 4. præſumpt. 157. ſub n. 17. Boſſ. de Aliment. cap. 2. n. 55.*

Prout eidem præſtari debent omnia alia mobilia pro domus commoda habitatione, quæ ſub nomine alimento-
5 rum veniunt. *Pacion. alleg. 138. n. 14. Manſ. conſult. 113. n. 52. Fragoſ. de Regim. Reipubl. Chriſtian. tom. 3. diſp. 2. §. 1. ſub n. 110. Boſſ. de Aliment. d. cap. 2. n. 55. Rot. in Romana Alimentorum 22. Junii 1701. §. Nec viceverſa, coram Molines*, & in ſpecie de lecto, cum omnibus orna-
6 mentis neceſſariis, *Roland. conſ. 12. n. 6. lib. 1. Riminald. Jun. conſ. 132. num. 14. Aſcan. Clement. de Patr. Poteſt. effect. 17. num. 38. Simon de Pratis de Interpret. ultim. volunt. lib. 4. d. dub. 11. num. 39. & 42. fol. mihi 426. & 427. in impreſſione Veneta. Menoch. de Arbitrar. caſ. 170. numer. 30. & de Præſumpt. d. lib. 4. præſumpt. 157. num. 27.*, ubi plures citat. *Surd. de Aliment. tit. 4. quæſt. 7. num. 1. & per tot. Jo. Lupus de Donation. inter vir. & uxor. §. 11. n. 9. verſ. hoc idem videtur dicendum. Boſſ. de Alimentis cap. 2. n. 51. Barboſa appellat. 15. num. 4. Gratian. diſcept. 610. num. 10. & ſeqq. Pacion. d. alleg. 138. num. 15. Franciſc. Marc. dec. Delphinal. 254. num. 7. par. 2.* & de ſcamnis, tabulis pictis, aliiſque maſſaritiis, & ſup-
7 pellectilibus, *Simon. de Pratis de Interpret. ultimar. volunt. d. dub. 11. ſub num. 41. verſ. continentur Scamna. Boſſ. de Aliment. d. cap. 2. num. 55. Menoch. de Præſumpt. d. lib. 4. præſumpt. 157. num. 13. De Luc. ad Gratian. diſcept. 610. num. 4. & 6. Pacion. d. alleg. 138. num. 16.*

Et ita utraque &c.

Senen. Immiſſionis.

Veneris 7. Septembris 1708.

ARGUMENTUM.

Deciditur pro ſubſiſtenda tranſactione ex ejus juſtitia, & obſervantia, excluſo objecto læſionis vitio, ita tamen, ut non comprehendat niſi res, & perſonas, in eadem nominatas incidenter. Aſſeritur, & probatur Concluſio, quòd in bonis gravati, ſcienter alienantis bona Fideicommiſſi, incipit hypotheca à die aditæ hæreditatis, & alia, de quibus in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Ad effectum ſubſiſtendæ Tranſactionis ſufficit præexiſtentia litis dubiæ.*
2 *Etiamſi lis foret minùs juridica.*
3 *Sufficit minima quæque occaſio dubitandi.*
4 *Satis reſultans, nedum ex ſententia favorabili, ſed ex aliquorum Doctorum auctoritate.*
5 *Præcipuè ſi agatur de Tranſactione facta à Conjunctis.*
6 *Et cum Judicis Decreto, aliiſque ſolemnitatibus.*
7 *Et ſi fuerit obſervata per ſpatium 28., aut 30. annorum.*
8 *Vel aliàs diuturnam habuerit obſervantiam.*
9 *Nec illam impugnans auditur, niſi ea per tres conformes reſciſſa.*
Sed non procedit, ſi Tranſactio contineat læſionem enormiſſimam, nam tunc non eſt opus reſciſſione n. 11.
10 *De natura Tranſactionis eſt, ut aliquid hinc inde detur, & remittatur.*
11 *Tranſactio, continens læſionem enormiſſimam, remanet ſine conſenſu, nec impedit contra illam venientis immiſſionem.*
12 *Sententia, notoriè injuſta, non eximit Tranſactionem à nullitate ex capite læſionis.*
13 *Læſio enormiſſima non conſideratur, ſi pro re valoris ſcutorum 700. ſolvantur ſcut. 506.*
14 *Qualitas, puta maſculinitatis, adjecta in Teſtamento revocato, non intelligitur repetita in revocatorio.*
15 *In diudicanda læſione Tranſactionis, Judex*

pro

pro ſuo arbitrio debet ponderare, & valutare omnes prætenſiones.

16 *Excluſa evidenti læſione, præſumitur pro juſtitia Tranſactionis.*

17 *Ceſſionario competunt remedia poſſeſſoria, quæ competebant Cedenti, & ſignanter illud immiſſionis.*

18 *Tranſactio, & renunciatio in ea facta, comprehendit ſolùm in eadem nominatos, & habentes cauſam ab eis.*

19 *Non autem perſonam, de qua non fuit facta mentio, & de tempore Tranſactionis intereſſe non habentem.*

20 *Tranſactio, quamvis generaliſſima, nunquam extenditur ad cauſam, & prætenſiones, in controverſiam non deductas.*

21 *Et multò minus ad Jus, ab altero ex Tranſigentibus ignoratum, & ex propria perſona ſibi competens.*

22 *Datur hypotheca in bonis gravati pro reintegratione Fideicommiſſi, ab ipſo ſcienter diſſipati.*

23 *Quæ quidem incipit à die adita hæreditatis.*

24 *Ubi diſtractio bonorum Fideicommiſſariorum facta fuerit ſimul cum altero ex gravatis, quiſque tenetur pro medietate.*

25 *Pactum redimendi perpetuum, juxta aliquorum ſententiam, minuit juſtum valorem in tertia parte.*

26 *Et juxta opinionem aliorum in quarta.*

27 *Pia onera non adimplens, conſtitui debet illorum debitor, non ſolum pro futuro, ſed etiam pro præterito non adimpleto.*

28 *Piorum onerum adimplementum non debet retardari ſub prætextu exceptionum, altiorem indaginem requirentium.*

DECISIO XLV.

IN ſuis poſtremis tabulis de die 8. Auguſti 1645. Angelus Cappuccinus univerſalem ſibi ſcripſit heredem Adrianum Fratrem pro medietate, cui vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommiſſum ſubſtituit ſuos filios legitimos, & naturales, & pro alia medietate ad ſuam hæreditatem vocavit Venerabilem Societatem S. Michaelis Arcangeli.

Prędefuncto Adriano, deceſſit Angelus Teſtator, cujus hæreditas intra terminum, in Teſtamento præfixum, fuit adita, tam à Venerabili Confraternitate, quam à Victorio, & Vincentio, Adriani filiis, pro alia medietate cohæredibus, qui in bonorum fideicommiſſariorum poſſeſſione per ſpatium 36., & ultra annorum, permanſerunt uſque ad obitum, quo ſecuto, Perexcellens D. Jacobus Antonius Roſi Bertoni, tamquam Procurator Catharinæ ejus matris, prætenſionem excitavit ſuper iſtius vocatione ad Fideicommiſſum, factoque compromiſſo uſque de anno 1690. in perſonam b. m. Germanici Ptolomæi, tunc Vicarii Generalis hujus inclytæ Civitatis, obtinuit declarari, Catharinam, ſimul cum aliis Adriani filiis, fuiſſe in dicta inſtitutione, & ſubſtitutione comprehenſam.

In executionem hujus ſententiæ aliarumque prætentionum Catharinæ, deventum fuit de anno 1691. ad Tranſactionem, in qua DD. Adrianus, & Galganus de Cappuccinis, tunc in minori exiſtens ætate, eidem, & pro ea, D. Jacobo Antonio Roſi Bertoni aſſignarunt prædium *detto la Torricella di Peragna*, poſitum in diſtrictu Civitatis Senen. in Communi S. Petronillæ, in hæreditate Angeli remanſum.

Adverſus Tranſactionem hanc major effectus reclamavit Reverendus D. Galganus, prætendens illam eſſe læſivam, & ex falſa, ac erronea cauſa factam, & ob idipſum eſſe manutendum, vel reintegrandum ad poſſeſſionem dicti prædii, vel in omnem caſum ſaltem eidem pro nunc concedendam eſſe immiſſionem vigore ceſſionis, obtentæ à Venerabili Confraternitate S. Michaelis Arcangeli, factoque in nos concorditèr compromiſſo, licèt Rota cenſuerit non conſtare de prætenſa læſione Tranſactionis, adhæſit tamen inſtantiæ R. de Cappuccinis, quo ad petitam immiſſionem pro legatis piis pro nunc, pro rata ſcutorum 200., ſalvo jure proſequendi immiſſionis judicium tam ex iſto, quàm ex aliis titulis, ſibi de jure competentibus.

Quo enim ad validitatem Tranſactionis præbuerunt reſolutioni motivum involutę prætentiones, & lites, jam in pluribus capitibus motæ, à quibus veriſimi-

militèr ſpatio plurium, plurimuque annorum, non ſe extricaſſent Cappuccini; & ſententia ſuper admiſſione Catharinæ ad ſucceſſionem obtenta, in quibus terminis Tranſactio firma, & irretractabilis eſſe debet, cum ad hunc effectum ſufficiat
1 præexiſtentia litis dubiæ. *Urceol. de Tranſact. quæſt.2. n.12. & ſeqq. & n.53. Rot. coram Emerix Jun. deciſ.1169. n.14. & deciſ.1324. n.2. & 8.*, etiamſi lis ſit minùs
2 juridica. *Mantic. de Tacit. lib.26. tit.1. n.16. Caren. reſol.204. num.6. & 7. Urceol. de Tranſact. quæſt.2 ſub num.34. & 37. & quæſt.43 n.32. Rot. Ferrarien. apud Palm. Nepot. dec.170. n.3. Rot. coram Merlin. dec.163. n.8. Emerix Jun. dec.601. num.5.*

Quòdque ſatis ſit modica occaſio
3 dubitandi, tradunt *Urceol. de Tranſact. quæſt.43 num.31. Rodulphen. allegat.115. num.15 Rot. Ferrarien. apud Palm. Nep. d. dec.170. num.3. Adden. ad Gregor. deciſ.149. num 7. Rot. cor. Emerix Jun. deciſ.1187. n.9. dec.127. n.3. & dec.1314. n.4.*, quæ deſumitur, nedum ex ſenten-
4 tia favorabili, ſed ex authoritate aliquorum Doctorum probatorum. *Cyriac. controv.128. n.90. Urceol. de Tranſact. d. quæſt 2. num.35. Rot. cor. Priol. dec.161. n.6. Emerix Jun. dec.1187. n.9. in rec. dec.263. n.4. par.3. dec.67. num.5. par.11.*

Præcipuè quia ſumus inter conjunctos, Tranſactio facta fuit prævia deputatione Curatoris, & cum decreto Judicis, & per ſpatium 17. circitèr annorum fuit abſque ulla contradictione pacificè obſervata, quo caſu, eo magis juſta, & rationabilis cenſeri debet, & in futurum venit obſervanda, ut de Tran-
5 ſactione facta a conjunctis *Rodulphen. allegat.115. num.4. Rot Ferrarien. apud Dominum meum Palm. Nep. d. deciſ 170. num.7*, de Tranſactione facta cum Judi-
6 cis decreto, aliiſque ſolemnitatibus *Rodulphen allegat.115. n.3. Rot. Ferrarien. apud Palm. Nep. d. dec.170. num.1 Rota coram Priol. dec.460. num.5. Emerix Jun. dec.885 n.8.*, & de Tranſactione per ſpa-
7 tium 18. & 20. annorum obſervata *Rot. Ferrarien. apud Palm. Nep. citat dec.170. num.7. Rot. coram Cavalier. dec.407. n.9. in rec. dec.416 n.3. par.12.*, & generalitèr de Tranſactione, quæ diuturnam
8 habuit obſervantiam *Caren. reſol.204. num.13. Rodulphen. allegat.115. n.4. Urceol. de Tranſact. quæſt.94. num.8. & 9. Rot. cor. ſ. m. Alexandro VIII dec 25. num.35. & 36. & dec.198. num.11. Pamtinger. dec.60. n.7. Emerix Jun. dec 1134. n.9. & dec 1169. n.14. in rec. dec 86. n.1. & ſeqq. par.6. dec.175. num.11. & ſeqq. par.8. dec 67. n.8. & dec.169. n.1. par.11. dec 523 n.25 par.14. dec.107. n.2 par.15. & dec.19. n.6. par.17.*

Nec poteſt illam impugnanti concedi immiſſio, niſi priùs per tres ſenten-
9 tias obtineatur illius reſciſſio. *Rot coram Priol. dec.460. n 5. Merlin dec 707. n.2. Corr. dec.569. n.2. Emerix Jun. dec.204. n.2. & 6. & dec.572. n.3 & in rec. dec.473. n.1. par.14.*

Minimè relevante, quòd cum de natura Tranſactionis ſit, ut aliquid hinc inde
10 detur, & retineatur *l. tranſactio C. de tranſact. Urceol. de Tranſact quæſt.8 n 19. Rot. poſt Eum dec 5. n. 3. coram Emerix Jun. dec. 606. n.2. dec.608. n.2. & dec.673. n.5 in rec. deciſ. 244. n.13. & 18. par. 16. & dec. 650. n.2. par.18. & in Romana Permutationis, ſeu Tranſactionis 27. Junii 1701. §. Sed nulla, coram R. P. D. meo Anſaldo*; & Cappuccini prædium *di Peragna*, unicè in hæreditate Angeli remanſum, Catharinæ in Tranſactione tradiderint. Tranſactio quoad ipſos enormiſſimam contineat læſionem, & conſequentèr deficiente in ea conſenſu uſque à principio, opus non eſt, ut per tres ſententias conformes reſcindatur, nec impedit, quo minus Tranſigenti læſo immiſſionis remedio ſuccurratur, in ſpecie *Rot. apud Baldass. Deciſ. & Rer. Judicat. tit.3. dec 16. n.6. apud Dominum Palm. Nepot. dec. 173. n.10. dec.174. n.1. & 2. dec. 191. n.9. & apud Paulutt. diſſert. 25. deciſ.5. n.3. 7. & 8.*

Non attenta ſententia Vicarii Gene-
11 ralis, favore Catharinæ emanata, in cujus ſequelam fuit celebrata Tranſactio: quia illa, tanquam notoriè injuſta, nullum valuit Tranſactioni robur adjicere, ut in individuo proſequitur *Rot. apud Baldass. Deciſ. & Rer. Judicat. tit 3. d. deciſ. 16. n.9. & apud Paulutt. d. diſſert.25. dec.5 n.3. verſic. & ſimi, & apud Palm. Nep. dec.191. n.12. §. Nihil efficiente.*

Objectum enim hujuſmodi ſublatum remanet, ex quo læſio enormiſſima ceſſat, dum prædium *di Peragna* erat valoris ſcutorum 700., cumque

Ber-

Bertono, ſeu reſpectivè ad hanc Tranſactione dederit ſcuta 300. pro dotanda Sorore DD. de Cappucinis, ex hoc ſolùm excluſa remanet læſio enormiſſima,
23 ex notatis per *Urceol. de Tranſact. q. 94. num. 31. Rot. poſt Eum dec. 7. num. 1. & 3. in rec. dec. 269. num. 15. part. 11. dec. 426. num. 21. part. 11. dec. 144. num. 3. part. 13. dec. 74. num. 12. part. 14. dec. 141. num. 15. part. 15. dec. 331. num. 15. part. 17. & apud Baldacc. Dec. & Rer. Judicat. tit. 3. d. dec. 16. num. 7. & apud Palm. Nep. dec. 170. num. 26. dec. 173. num. 9. & dec. 191. num. 12. §. Demum, & dec. 191. n. 19. & 20.*

Atque hinc ſublata læſione enormiſſima, non eſſet opus diſcutere juſtitiam ſententiæ præfatę, cujus examen ex abundanti Domini aſſumentes, ad effectum oſtendendi, nec minùs adeſſe læſionem reſpectu reſidualis ratę ſcutorum 100., conſiderabant, illam non poſſe talitèr de injuſtitia redargui, ut ſuper ea tranſigi non potuerit: cum enim Angelus Teſtator vocaverit in primo teſtamento filios maſculos Adriani, & in ſecundo qualitatem maſculinitatis non repetierit, excluſa ex hoc dici non poteſt Catharina filia fœmina; quia qualitas, adjecta in primo teſtamento revocato, non cenſetur volita in ſecundo teſtamento revocatorio, ſi in eo repetita non fuit, ut relatis opinionibus Doctorum, inter ſe pugnantium, de veriori, & communiori ſententia teſta-
24 tur *Rot. Florent. poſt Torr. de Primogen. Ital. dec. 1. num. 39. & 40.*

Ultra jus Catharinę, ſeu Bertono competens ex dicta ſententia, accedunt etiam plures aliæ prætenſiones, ab ipſo in Actis, & in Tranſactione deductę, quæ prudentis Judicis arbitrio va-
25 lutatæ, ut fieri debet, ex notatis in ſpecie per *Rot. cor. Emerix Jun. dec. 1123. num. 8. & apud Palm. Nep. d. dec. 173. n. 3. dec. 174. num. 10. §. Abſque eo quod, & dec. 191. num. 16. & ſeqq.*, excludunt nedum enormiſſimam, ſed etiam quamcumque aliam ordinariam læſionem, qua ſublata, firma remanet præſumptio
26 juſtitię, Tranſactioni aſſiſtentis. *Rodolphin. d. allegat. 115. n. 2. Rot. Ferrarien. apud Palm. Nep. dec. 170. num. 1. Rot. in rec. dec. 313. num. 13. part. 14.*

Hæc quo ad validitatem Tranſactionis, quo verò ad immiſſionem, conceſſam pro nunc pro adimplemento piorum legatorum, fundamentum reſolutionis fuit in eo, quòd cum in Teſtamento Angeli medietas tertiæ partis uſusfructus fuerit relicta Confraternitati S. Michaelis Arcangeli ad hoc, ut illum erogaret in celebratione Miſſarum, aliiſque piis operibus, dictaque Confraternitas jus omne, vigore Teſtamenti ad ipſam ſpectans, ceſſerit Vincentio, & Victorio de Cappuccinis, ſequitur, quòd ſicut Confraternitati hæredi ſcriptę, non poſſet denegari immiſſio, ita nec DD. de Cappucinis Ceſſionariis, cum illis competat remedium immiſſionis, aliaque omnia remedia poſſeſſoria, quæ
27 Cedenti competebant. *Paulucc. differ. 20 num. 3. Rot. in rec. deciſ. 172. numer. 7. 8. & 9. par. 18.*

Non obſtat, quòd ceſſio prædicta facta fuerit Vincentio, & Victorio pro ſe, & pro quibus intereſſe poterit, ac proindè, cum Catharina ipſius mater fuerit in Teſtamento Angeli vocata, incluſa etiam ipſa dici debeat in dicta Tranſactione. Quoniam cum in principio renunciationis, illiuſque proœmio, Confratres declaraverint, ipſos velle dimittere hæreditatem præfatam ad favorem illorum cohæredum, qui acceptaverant hæreditatem, & Catharina de eo tempore non adiiſſet, ſupradicta ſti-
28 pulatio comprehendit ſolum Victorium, & Vincentium, alioſque habentes cauſam ab illis. *Urceol. de Tranſact. quæſt. 55. num. 44. Rot. cor. Duran. dec. 17. num. 13. & in rec. dec. 340. num. 14. part. 4. tom. 1.* non autem Catharinam, in dicto inſtrumento non nominatam, nec conſideratam, & quæ de tempore ſtipula-
29 tionis nullum habebat intereſſe. *Zamb.* olim hujus noſtri Tribunalis Auditor *de Obligat. Cameral. quæſt. 3. num. 8. verſ. neque obſtant Deciſiones. Urceol. de Tranſact. d. q. 55. num. 44. Horat. Romanus*, olim hujus inclytę Rotę Auditor, *Deciſ. Lauren. Diverſ. dec. 91. verſ. reſpondetur enim talem indemnitatis promiſſionem. Rot. coram Durano d. dec. 17. num. 13. Coram. dec. 178. num. 8. poſt Merlin. de Pignor. dec. 102. n. 13. in rec. dec. 189. n. 10. par. 13.*

Minùs urget, quòd Rev. D. Galganus, verbis ampliſſimis promiſerit in Tranſactione, non moleſtare Bertonum, omnibuſque exceptionibus renunciave-

rit. Quia cum creditum, quod ipſe
habet tamquam Ceſſionarius Confrater-
nitatis, non fuerit inter ipſius præten-
ſiones deductum in Tranſactione, eique
non fuerit renunciatum, promiſſio, &
obligatio, facta in Tranſactione, illud
non comprehendit. Tranſactio enim,
quamtumvis generalis, & generaliſſi-
ma, non extenditur ad cauſam, nec
comprehendit rem, in controverſia, &
20 in Tranſactione non deductam. *Urceol.
de Tranſact. quæſt.4. num.64. & quæſt.81.
ex num.4. & per tot. Rot. poſt Eum dec.93.
num.32. in rec. dec.114. num.3. & dec.351.
num. paritèr 3. par.16.*

Eoque magis, quia Rev. D. Galga-
nus, de tempore Tranſactionis in mino-
ri exiſtens ætate, non habebat notitiam
juris, ad ſe vigore hujus Ceſſionis ſpe-
ctantis, ac proindè eo minùs dici po-
teſt, voluiſſe renunciare juri ignorato,
21 & ex propria perſona ſibi competenti.
*Michalor. de Fratrib. part.3. cap.41. n.23.
& ſeqq. Urceol. de Tranſact. q.81. ſub n.23.
Rota in rec. dec.782. num.7. part.2. & in
Romana Tranſactionis 9. Junii 1704. §. ſi-
mil., cor. R. P. D. Omanna.*

Agnovit Bertonus arduam eſſe pro-
vinciam impugnare immiſſionem Gal-
gano, ex cauſa Ceſſionis præfatę; ideò
oppoſuit, quòd cum illa facta fuerit
Vincentio, & Victorio, pro medieta-
te, ad Victorium ſpectante, competat
Catharinę ejus Matri jus adimplere fa-
ciendi prædicta opera pia, ex quo ipſa
ex cauſa hæreditatis Averanę, à Victo-
rio diſſipatæ, erat creditor iſtius. Quo-
niam ſuper hæreditate Victorii Galga-
nus eſt creditor anterior ex cauſa Do-
mus Fideicommiſſariæ, ab ipſo diſtractę,
ob quam diſtractionem cum teneretur
reintegrare Fideicommiſſum, cujus
idem Victorius habebat ſcientiam, hy-
22 potheca contra ejus bona incipit à die
aditę hæreditatis, & ſuſceptę admini-
ſtrationis. *Rot. coram Cerr. dec.477. n.14.
23 Emerix Jun. dec. 615. num.5. & dec.656.
n. paritèr 5. in rec. dec.7. num.21. par.12.
& dec.170. num.9. part.18. & in Bononien.
Fideicommiſſi Caroli de Ghiſileriis ſuper
Reintegratione 7. Decembris 1705. §. Et
ob id, coram Molines.*

Verumtamen eſt, quod cum diſtra-
ctio fuerit facta ab ipſo ſimul cum Vin-
centio, ipſe ad reintegrationem tenebi-
24 tur ſolùm pro medietate, quæ aſcendit
ad ſcuta 150. & ad totum id, quod pro
medietate ipſius importat pactum redi-
mendi perpetuum appoſitum, quod
25 juxta aliquorum ſententiam minuit ju-
ſtum valorem in tertia parte. *Rot. in rec.
dec.364. n.12. par.17.*, & juxta opinio-
26 nem aliorum in quarta. *Rot. in rec. dec.
390. n.9. par.17. dec.332. n.21. par.18. &
dec.426. n.24. par.19. Caſenaten. Laudi
23. Junii 1704. §. Quo vero, cor. Eminen-
tiſſimo Domino meo Cardinali Caprara.*

Prout non urget, quòd onera præ-
dicta adimpleri debeant à Vincentio
pro rata, pro qua ipſe fuit hæres, &
poſt mortem ipſius à Galgano ejus filio,
& hærede, totumque onus, quod rema-
net ſuper portione Victorii, & Catha-
rinæ, non aſcendat ad ſcuta 200. Si-
quidem, quidquid ſit de hoc, quod DD.
examinare neceſſarium non exiſtima-
runt; cum in omnem caſum ſint adim-
plenda etiam onera in præteritum per
27 ſpatium 50., vel 60. annorum, ſemper
iſta pro portionibus Victorii, & Catha-
rinæ, longè latèque ſuperabunt ſcu-
ta 200.

Ejuſdemque inſubſiſtentiæ laborat
prætenſio Bertoni, quòd ipſe ſit credi-
tor Galgani ex cauſa deteriorationis
prædii *di Peragna*; quia DD. hæc præ-
tenſio viſa fuit undequaque turbida,
& propterea in diſcuſſione aliarum præ-
tenſionum Galgani poterit ſuis loco, &
tempore deduci, nec interim ſub hoc
28 prætextu retardari valet adimplementum
piorum onerum in præjudicium animæ
Teſtatoris, cujus bonis fruitur Berto-
nus.

Et ita utraque &c.

Eadem ſuper Subrogatio-ne.

Veneris 7. Septembris 1708.

ARGUMENTUM.

Ad arguendam ſimulationem emptionis rei, verè traditæ in compenſationem Ceſſionis hæreditatis, plures exproduntur conjecturæ, ex quibus, ſtante cauſa ſimulandi, pro ſimulatione reſolvitur, non obſtantibus cauſis deductis, cæteriſque juratis expreſſionibus, factis in Inſtrumento.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſario ſicut ad bona Fideicommiſſo ſuppoſita competit immiſſio, ita ad ſubrogata eorum loco.*

2 *Simulatio ſatis probatur ex conjecturis, juncta cauſa ſimulandi.*

3 *Cauſa ſufficiens ſimulandi, eſt motivum ſe liberandi à Creditoribus hæreditarius.*

4 *In materia ſimulationis, ſemper ſolitæ ſecretò tractari, indicia, ac omnes conjecturæ, etſi leves, admittuntur.*

5 *Dimiſſio libera utilis hæreditatis cum evidenti jactura facit præſumere rem, apparenter emptam, receptam fuiſſe in compenſationem.*

6 *Immò ad talem probandam ſimulationem ſufficit modicitas pretii.*

7 *Confeſſio alterius ex prætenſis ſimulantibus, urgentiſſimam præbet demonſtrationem ſimulationis.*

8 *Præcipuè ſi emanaverit talis confeſſio in actu ſerio, & proportionato, de tempore non ſuſpecto.*

Etiamſi hoc medio tempore fuiſſet alteri jus quæſitum, ibidem.

9 *Teſtis unicus in materia ſimulationis, ſi major ſit omni exceptione, ſatis probat.*

10 *Quamvis deponat de auditu.*

11 *Eo magis dum ejus depoſitio eſt corroborata aliis adminiculis.*

12 *Ex actuum contextualitate faciliè inducitur ſimulatio, quia actus, eodem contextu facti, fuerint correſpectivi.*

13 *Ad arguendam ſimulationem ſatis conducunt cautela inſolita, actuſque inveriſimiles, & quales ſint.*

14 *Ubi, admiſſa ſimulatione, tolluntur repugnantiæ, aliàs maximę, ea debet præſumi; & quales ſint hujuſmodi repugnantiæ.*

15 *Item debet præſumi, ſi facta ſit confeſſio de recepto favore ejus, qui eſt impotens ad ſolvendum.*

16 *Simulatio ficta emptionis deducitur ex onere expenſarum, & Gabellarum, in totum injunctarum venditori, cui ſpectant ſolum pro medietate.*

17 *In ſubjecta materia ex unione conjecturarum tolluntur difficultates, quas ſingula pati poſſunt.*

18 *Ubi conſtat ex expreſſione Inſtrumenti de veritate, & cauſa negotii geſti, videtur ceſſare ſuſpicio ſimulationis.*

19 *Declara non procedere, ubi cauſa, & ipſimet actus allegati pro veritate in Inſtrumento, cadunt ſub objecta ſimulatione.*

20 *Quia actus, qui de neceſſe præcedunt, vel ſubſequuntur controverſiam ſimulationem, non operantur pro ejus excluſione.*

21 *Stante juramento, tollitur ſuſpicio ſimulationis ad evitandum perjurium.*

22 *Limita ubi aliundè clarè conſtat de ſimulatione.*

23 *Quia eo ipſo, quòd Contractus, ratione ſimulationis eſt nullus, Juramentum quoque ob deficientiam conſenſus non adſtringit.*

Maximè ſi ſimulatio non allegatur à Jurante, ſed ab alio, quamvis iſte ab eo cauſam habeat, n. 24.

24 *Perjurio non afficitur, qui non juravit, quamvis veniat contra Juramentum, à ſuo Auctore præſtitum.*

DECISIO XLVI.

IN hac eadem Cauſa acriùs contendebant Partes inter ſe, an Domus Fideicommiſſaria, in præcedenti Deciſione, enunciata, fuerit titulo venditionis à Vincentio, & Victorio de Cappuccinis tranſlata in Confraternitatem S. Michaelis Arcangeli, vel potiùs ab iſta receptam in recompenſationem ceſſionis hæreditatis Angeli Cappuccini, iiſdem Vincentio, & Victorio factæ: quam diſputationem Rota cenſuit non eſſe in præſenti hypotheſi neceſſariam, quia dato etiam juxta ſenſum Bertoni, quòd fuiſſet vera venditio, adhuc Rev. D. Galganus obtinebat intentum, ex quo ipſe, ex cauſa reintegrationis Fideicommiſſi, erat creditor anterior hæreditatis Victorii, ut dictum eſt in præcedenti Deciſione. Cæterùm quando etiam opus fuiſſet decidere controverſiam hanc, Rev. D. Galganus bonum jus foviſſet pro immiſſione obtinenda etiam ex hoc capite.

Cum enim, poſita hac permutatione, prædium *di Peragna*, tanquam hæreditarium Angeli, fuerit ſubrogatum in locum

cum dictæ Domui Fideicommiſſariæ, ſicut Galgano, ex propria perſona ad dictum fideicommiſſum evocato, debuiſſet concedi immiſſio ſuper domo, ad ipſum ſpectante, pari jure illa concedi debet ad prædium prædictum, in locum Domus Fideicommiſſariæ ſubrogatum.
1 *Rota in rec. dec.545. n.1. & 3. par.18. & dec.435. n.1. par.19. & in Romana Fideicommiſſi de Marsiliis 23. Junii 1698. §. Poſito, coram Reverendiſſimo D. Molines.*

Haud relevante, quòd ex inſtrumento conſtet, Domum prædictam fuiſſe venditam Confraternitati pro certo pretio ſcutorum 500., non traditam pro obtinenda ceſſione hæreditatis. Quoniam, licèt ex lectura inſtrumenti appareat, Fratres de Cappuccinis vendidiſſe Domum Confraternitati, tamen titulum venditionis fuiſſe ſimulatè appoſitum, contractui reſultat ex validiſſimis conjecturis, inferiùs recenſendis, quæ unitæ cum cauſa ſimulandi, probant ſimulationem.
2 *Spad. conſ.171. n.6. lib.3. Altograd. conſ.5. num.14. lib.1. & conſ.21. num.40. lib.2. Gratian. diſcept.255. num.4. & diſcept.479. num.59. Paſtell. expedit.87. num.11. Caren. reſol. 22. num.1. Maroct. diſcept.40. n.5. Capyc. Latr. conſult.70. num.8. & conſult.137. num.61. Dominus noſter Palm. Nep. allegat.8. n.37. & allegat.75. num.1. Rendin. collect.42. n.21. num.1. Trenchedin. conſult.37. num.2. & ſeqq. lib.1. Mars. Medic. examinat.20. num.31. & ſeqq. Milanen. dec. Sicil. 9. num.131. lib.2. Belmont. dec.95. num.4. Rot. coram Pamo dec.158. n.3. Cavaler. dec.406. n.1. Coccin. dec.408. n.4. Merlin. dec.13. num.4. & dec.835. n.1. Dunozet. Jun. dec.339. num.8. & dec.861. num.15.*

Cauſa autem ſimulandi deſumitur ex eo, quòd cum plures adeſſent creditores, qui moleſtare poterant Angeli hæreditatem, ad evitandas hujuſmodi creditorum moleſtias potuit ſimulari, domum fuiſſe venditam, & hæreditatem liberè, nulloque recepto pretio ceſſam: talemque cauſam ſe eximendi à moleſtiis creditorum, eſſe approbatam à Doctoribus pro arguenda
3 da ſimulatione, tradit *Rota coram Coccin. dec.943. num.14. & 20. Buch. dec. 49. num.1. Ottobon. dec.191. n.7. Dunozet Jun. dec.91. num.7. dec.1168. n.5. in rec. dec.13. n.2. & dec.673. n.4. par. 19. & in Aſculana Pecuniaria 4. Maji 1685. §. Rurſus, coram Floren.*

Hanc ſimulandi cauſam concomitantur plures conjecturæ, & quidem vali-
4 diſſimæ, quando in hac materia, difficilis, immò difficillimæ probationis, tanquam ea, quæ ſolet ſecretò tractari, admittuntur indicia, conjecturæ, & præſumptiones, etiam leves. *Spad. conſ.171. n.7. lib.3. Altograd. conſ.5. n.15. lib.1. & conſ.21. n.42. lib.2. Stephan. reſol.9. n.7. Maſſol. Triſmegiſt. Legal. ration.45. n.33. Gratian. diſcept.153. n.4. & diſcept.479. n.60. Franciſc. Palm. conſult.17. num.1. & conſult.18. n.1. Maroct. diſcept.40. n.9. & 28. Capyc. Latr. conſult.70. num.17. Cyriac. controv.219. num.79. & ſeqq. Ciarl. controv.9. num.19. Trenchedin. conſult. 37. n.10. lib.2. Palm. Nep. allegat.75. num.1. & ſeqq. Mars. Medic. examinat.20. num.32. Belmont. dec.95. num.17. & 18. Sperell. dec.27. num.1. & 79. Rot. Lucen. apud Merlin. dec. 70. num.14. & apud Andreol. controv. 266. num.3. 7. & 13. Rota coram Coccin. dec.943. n.11. Pentanger. dec.21. n. 18. Merlin. dec.724. num.5. Dunozet. Jun. dec.7. num.16. Emerix Jun. dec.449. n.4. in rec. dec.741. ſub num.6. part.9. dec.65 n.14. part.8. & dec.148. n.3. par. 16. & dec.13. num.8. & dec.673. num. 7. part.19., & in Aſculana Pecuniaria 4. Maji 1685. §. Nec deſiſtimabat, coram Floren. Peruſina Annuitatis 17. Maji 1700. §. finali, coram b. m. Jacometto, & in Peruſina Pecuniaria 25. Januarii 1700. §. Quod autem, coram Eminentiſſimo Domino meo Cardinali Caprara.*

Prima itaque conjectura deſumitur, ex quo Confraternitati relicta fuit totius hæreditatis medietas, ut in §. 18. *Teſtamenti*, cum hoc, quòd detractis ſcutis quatuor, erogaret in piis operibus, à Te-
5 ſtatore deſignatis, medietatem tertiæ partis uſusfructus, *ut in §. 10. & §. 19. ejuſdem Teſtamenti*. Hoc autem emolumentum, quod detractis oneribus Confraternitas retrahebat à Teſtamento Angeli, imperceptibile eſt fuiſſe à Confratribus liberaliter ceſſum, nullo recepto æquivalenti, cum maximo damno, & evidenti præjudicio ejuſdem Confraternitatis, quando ad præſumendam ſimu-

6 lationem, nedum hujuſmodi prodigalitates, ſed ſola pretii modicitas plurimum confert. *Farinacc. de Simulat. quæſt. 62. n. 195. Rot. coram Bichio dec. 49. n. 26. & dec. 69. n. 10. Emerix dec. 1268. n. 7. & in d. Aſculana Prætenſæ 4. Maji 1685. §. Pro ſecunda, coram Floren.*

Secunda elicitur conjectura ex confeſſione Victorii, unius ex Ceſſionariis, qui occaſione nonnullarum controverſiarum, inter ipſum, & Vincentium fratrem exortarum, proprio charactere exaravit folium, in quo faſſus eſt, pro obtinenda ceſſione fuiſſe traditam venerabili Confraternitati S. Michaelis Archangeli domum ſcutorum 500., eique
7 ulteriùs exburſata etiam ſcuta 30. circitèr. Quæ confeſſio urgentiſſimam præbet ſimulationis demonſtrationem, in ſpecie *Vermigliol. conſ. 372. n. 8. Farinac. de Simulat. d. quæſt. 162. n. 116. De Angel. de Confeſſ. tom. 1. lib. 2. quæſt. 75. n. 6. & ſeqq. R. P. D. meus Corradin. de Prælat. q. 9. num. 28. Tondut. reſol. 179. num. 9. Cyriac. controv. 671. num. 6. Franciſc. Palm. conſult. 17. n. 2. Gratian. diſcept. 878. num. 2. & 3. Paſtell. expedit. 87. num. 18. & 19. Tranchedin. conſult. 37. num. 3. lib. 1. Palm. Nep. allegat. 8. num. 44.* Dominus, & olim Collega meus *Conſtantin. ad Statut. Urb. annotat. 26. num. 82. Rot. cor. Bich. dec. 49. num. 4. & ſeqq. Peutinger. deciſ. 3. num. 10. & 16. & dec. 31. num. 32. Merlin. dec. 331. num. 2. & dec. 363. num. 8. Buratt. dec. 733. n. 1. & 2. Rojas dec. 472. n. 7. Dunoz. Jun. dec. 339. num. 4. dec. 357. num. 11. & dec. 366. n. 10. Emerix Jun. dec. 7. num. 3. in rec. dec. 354. n. 2. & ſeqq. par. 18. & dec. 13. num. 17. par. 19. & in Farfen. Bonorum 27. Novembris 1690. §. His autem, cor. clar. mem. Card. Caccia. Romana Domus 18. Februarii 1698. §. Tales autem, & ſeq. coram Lancetta, & 30. Januarii 1699. §. Neque, coram dell'Olmo. Romana Fideicommiſſi 29. Aprilis 1701. §. Nam & ſartim, coram Eminentiſſ. D. meo Cardinali de la Tremoille, & in Ariminen. Manutentionis, & Redditionis rationis 17. Martii 1706. §. Attenta, cor. Molines.*

Præcipuè quia confeſſio emanavit in ſcriptura, exhibita coram Arbitro, & ſic in actu ſerio, & proportionato, & tempore non ſuſpecto, quo caſu defertur confeſſioni partis ſuper ſimulatione, etiamſi hoc intereſſum fuiſſet alteri jus quæſitum. *De Angel. de Confeſſ. d. tom. 1. lib. 2.*
8 *quæſt. 75. num. 34. Maſſol. Triſmegiſt. Legal. ratioc. 45. num. 18. & ratioc. 50. n. 48. Rot. in Romana Conſor. 27. Januarii 1687. §. final., & in d. Farfen. Bonorum 27. Novembris 1690. pariter §. final., cor. clar. mem. Card. Cacciæ.*

Tertia depromitur conjectura ex Fide jurata Rev. D. Andreæ Caſtellucci, qui per viginti quinque annos circitèr exercuit in dicta Confraternitate officium Correctoris, aſſerentis, domum, de qua agitur, non fuiſſe venditam à Dominis de Cappoccinis Confraternitati, ut legitur in Inſtrumento, ſed traditam pro reportanda ceſſione dictæ hæreditatis; qui teſtis, licèt ſit unicus, tamen cum ſit Sacerdos, & omni exceptione major, in hac materia difficilis probationis admittitur, ut de teſte uni-
9 co in ſpecie ſimulationis *Franciſcus Palm. conſult. 17. n. 7. Sabell. reſol. 48. n. 13. Maſſol. Triſmegiſt. Legal. d. ratioc. 45. num. 15. Tranchedin. conſult. 37. num. 18. lib. 1. Bondin. collect. 5. num. 48. lib. 1. D. meus Palm. Nep. d. allegat. 8. num. 44. Rot. cor. Merlin. dec. 714. num. 37. Peutinger. dec. 21. num. 27. & dec. 451. num. 7. Dunozet. Jun. dec. 703. num. 11. in rec. dec. 596. num. 7. par. 19.* etiamſi deponat de audi-
10 tu, in ſpecie *Sabell. d. reſol. 48. num. 14. Maſſol. Triſmegiſt. Legal. d. ratiocin. 45. num. 15. Tranchedin. d. conſult. 37. num. 16. lib. 1.*

Maximè quando ab aliis conjecturis, & circumſtantiis, ejus dictum adminiculatur, quo caſu eo magis teſtis, etiam
11 unicus, ſimulationem probat, in terminis *Rota coram Merlin. dec. 835. n. 11. Ottobon. dec. 191. n. 16. & in Perruſina Pecuniaria 25. Januarii 1700. §. Aliis, in fine, coram Eminentiſſimo D. meo Cardinale Caprara.*

Quarta eruitur ex actuum contextualitate, dum eadem die 22. Septembris 1653., quo fuit facta venditio domus Confraternitati, fuit etiam facta ceſſio DD. de Cappuccinis, & uterque contractus fuit celebratus mediante organo eorundemmet Deputatorum, in eodem loco, coram eodem Notario, & teſtibus, quæ actuum contextualitas inducit præſumptionem, quòd domus fuerit tradita propter ceſſionem, & ceſſio facta propter traditionem domus,

&

& ſic quòd unus contractus fuerit cum altero correſpectivus, omneſque ad
12 eumdem finem geſtos fuiſſe, in individuo *Cyriac. controv.* 219. *n.* 68. *Farinac. de Simulat. quæſt* 162. *n.* 146. *Rot. coram Ottobono dec.* 191. *num.* 9. *&* 10. *Merlin. dec.* 835. *n.* 7. *Penninger. dec.* 319. *n.* 6. *in rec. dec.* 673. *n.* 11. *par.* 19. *& in Perusina Pecuniaria* 25. *Januarii* 1700. §. *Quòd autem, coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Caprara, & in Perusina Donationis* 27. *Maji* 1700. *in principio, coram b. m. Jacometto*, ubi plures concordantes, *& in d. Farfen. Bonorum* 9. *Junii* 1704. §. *Conjectura, coram R.P.D. Scotto*.

Potiſſimè quia Confraternitas non habebat pecunias pro facienda emptione prædicta, ex quo creſcit vis argumenti, quòd domus fuerit eidem tradita propter ceſſionem, non propter pretii exburſationem. Et quamvis replicaretur, eleemoſinam hanc fuiſſe Confraternitati traditam à pia Perſona, attamen occultatio nominis ejuſdem Perſonæ, à qua dicti Deputati adeò inſigne
13 beneficium receperant, auget robur ſimulationi, quæ deſumitur ex cautelis, & actibus inſolitis, & inveriſimilibus, ut de actibus, & cautelis inſolitis *Burgus. Cavalcan.* olim hujus noſtri Tribunalis Auditor, *dec.* 2. *n.* 21. *par.* 2. *Rot. coram Ottobono dec.* 191. *n.* 13. *in rec. dec.* 13. *num.* 21. *& dec.* 596. *n.* 10. *par.* 19. *& in Aſculana Pecuniaria* 4. *Maji* 1685. §. *Depremitur, coram Florez*, & de inveriſimilitudine *Cyriac. controv.* 219. *n.* 76. *Rot. coram Dunozet. Jun. dec.* 703. *n.* 12. *Ottobon. dicta dec.* 191. *n.* 11. *&* 12. *Emerix Jun. dec.* 91. *n.* 8. *& dec.* 449. *n.* 6. *in rec. dec.* 13. *n.* 13. *& dec.* 596. *n.* 17. *& dec.* 673. *num.* 9. 10. *&* 13. *par.* 19. *& in ſæpe citat. Aſculana Pecuniaria* 4. *Maji* 1685. §. *Emergit, coram Florez*.

Et fortiùs ſi ponderetur, quòd nomen Perſonæ piæ fuit ſecretò retentum, quia re vera iſta non aderat in rerum natura, ut patet ex quo, vigore præcepti ejuſdem piæ Perſonæ, penſiones octo annorum, immediatè decurrendorum poſt venditionem, impendi debebant à Deputatis in uſus, ſibi verbaliter communicatos, ut legitur in eodem Inſtrumento & nihilominus, ſecuta venditione, penſiones prædictorum octo annorum impenſæ non fuerunt à dd. Deputatis in aliquos uſus, ſed domus dicto tempore fuit gratis inhabitata à DD. de Cappuccinis, ſignum evidens, quòd hæc permanentia in domo pro dicto tempore fuit conventio, in ceſſione, & permutatione ſtabilita, nam alias ſi verè factum ſe habuiſſet, ut refertur in Inſtrumento, Confraternitas non potuiſſet Cappuccinis permittere uſum domus abſque ſolutione penſionis, dum iſta, attento præcepto facto à dicta Perſona pia, erogari, & impendi in certos uſus debuiſſet. Ac propterea, ſi aſſertiva, quòd pia Perſona tradiderat pecunias, pro emptione neceſſarias, fuit merum figmentum, ex hoc inſurgit fortiſſimum argumentum, ſimulationis comprobativum, nam ſi ex una parte Confraternitas carebat pecuniis, cum quibus poſſet domum emere, & ex alia non debebat hæreditatem, à qua conſiderabile commodum retrahebat, dimittere, & cedere, non recepto æquivalenti emolumento, eo magis dicendum eſt, illos contractus, eadem die, in eodem loco, coram iiſdem Notario, & teſtibus celebratos, fuiſſe correſpectivos, & unum factum propter alium; ita enim
14 evitatur quælibet repugnantia, quarum maxima conſiſtit in eo, quòd Confraternitas pro emptione facienda potuerit exburſare pecunias, quas cum de eo tempore non haberet, illorum confeſſata receptio, tanquam à probabili-
15 tate penitus diſſona, ſimulationis, non veritatis, dicitur habere ſubſtantiam. *Menoch. præſumpt.* 12. *num.* 82. *lib.* 3. *Rota cor. Merlino dec.* 419. *n.* 5. *&* 6. *& dec.* 714. *num.* 27. *Celſ. dec.* 142. *num.* 3. *& dec.* 255. *num.* 7. *Priol. dec.* 144. *n.* 3. *& poſt Salgad. in Labyrinth. Creditor. dec.* 22. *num.* 6. *& ſeqq. & in rec. d. dec.* 596. *num.* 15. *par.* 19. *tom.* 2.

Pro quarta conjectura ponderabant Domini pactum in eodem Inſtrumento, quòd omnes expenſæ Gabellarum, rogitus, & ſimiles, quæ aſcendebant ad conſiderabilem ſummam ſcutorum 60. ſolvi totaliter deberent à venditoribus; Cumque onus ſolvendi hujuſmodi expenſas, ex ordinationibus hujus Civitatis, pro medietate ſpectaret ad emptorem ex injuncto tali onere venditoribus, in-
16 ſurgit valida ſimulationis præſumptio. *Pariſ. conſ.* 54. *num.* 71. *lib.* 2. *Ambroſin.*

Re-

Regun. q.80. num.18. & ſeqq. lib.3. Capell. de Simulat. quæſt.7. num.41. Maſſal. Triſmegiſt. Legal. ratioc.50. num.18. Burgum. Cavalcan. dec.2. n.8. & 9. part.2. Rot. cor. Seraphin. dec.1154. num.5. in rec. dec.63. n.10. par.8.

Quæ omnes conjecturæ, etſi de per ſe aliquam pati poſſent difficultatem, attamen plenè, & concludentèr ſimulationem probant, ſi ſimul jungantur, prout fieri debere in hac materia, tradunt in terminis *Bert. conſ.51. ſub n.53. & 84. Spad. conſ.39. ſub num.5. & con-*
17 *ſil.115. num.19. lib.1. Capyc. Latr. conſult.70. num.28. & conſult.137. num.64. Merend. diſcept.40. num.13. & 14. Cyriac. controv.119. num.81. Gratian. diſcept.155. n.4. & diſcept.479. num.61. Bondon. collect.42. num.36. lib.1. & collect.43. ſub num.161. lib.2. Paſcell. expedit.87. n.21. Maſſal. d. ratiocin.50. num.33. D. meus Polina Neap. allegat.75. n.56. Tranchedin. conſult 37. num.11. lib.1. Rot. cor. Merlin. dec.714. n.32. & dec.835. in fin. Dunozet. Jun. dec.7. n.16. in rec. dec.261. num.12. par.11. dec 126. n.39. par.12. & dec.596. num.18. par.19. & in Aſculana Pecuniaria 4. Maji 1685. §. final., cor. Floren.*

Nec contra prædicta quidquam urget præcedens Deliberatio ſecreta, & publica, in quibus per Conſultorem expoſitum fuit, Confratribus valdè incommodam reddi exactionem redituum hæreditatis Angeli Cappuccini, & adimplementum onerum, & obligationum, in ejus teſtamento injunctorum, atque ob id cum fuerint inventi filii Adriani de Cappuccinis, qui in omnibus, & per omnia ſubingrederentur in locum Confraternitatis, ſe expediens ducere, eiſdem hæreditatem prædictam cedere cum omnibus oneribus, & honoribus, ex quo inferebat Bertonus, quòd cum tam in Capitulo ſecreto, quàm publico, fuerit expreſſa cauſa Ceſſionis,
18 nempè difficultas exactionis, & adimplementi onerum, Confraternitati injunctorum, hinc probatum remanet, Ceſſionem factam non fuiſſe propter donum traditionem, factam eidem Confraternitati.

Quoniam propoſitio, facta in Capitulo Confratrum, erat neceſſaria pro habendo conſenſu, collegialitèr requiſito ad effectum faciendi validè Ceſſionem: cumque de tali conſenſu, & deliberationibus Capitularibus fuerit facta mentio in inſtrumento Ceſſionis, & per extenſum etiam legantur regiſtratæ in fine illius, hinc emergit, quòd non poterant Deliberationes, quæ erant antecedens neceſſarium pro ſtipulando inſtrumento Ceſſionis, celebrato in ſeque-
19 lam illarum, continere cauſam diverſam ab expreſſa in eodem inſtrumento: ac proindè, ſicut expreſſio, facta in inſtrumento Ceſſionis hæreditatis, non tollit ſimulationem cautæ, propter quam deventum fuit ad hæreditatis dimiſſionem, ita nec illam tollere poteſt præcedens Deliberatio: Actus enim, qui ſimulationem perneceſſe præcedunt, vel
20 qui in ſequelam commiſſæ ſimulationis proveniunt, non ſunt ad excludendam ſimulationem allegabiles, in individuo *Altograd. conſ.21. num.55. lib.2. Rot. cor. Emerix Jun. dec.1168. num.5. in rec. dicta dec.23. num.18. par.19. & in d. Perusina Pecuniaria 15. Januarii 1700. §. Neque, cor. Eminentiſs. D. meo Caprara, & in Fanfan. Bonorum 9. Junii 1704. §. ſinali, cor. R. P. D. meo Sacrip.*

Minus obeſſe viſum fuit, quòd in Inſtrumento Ceſſionis juraverint contrahentes, omnia in eo contenta eſſe vera, & non contravenire, quo caſu ſimulatio, extra reatum perjurii, non poteſt allega-
21 ri. *Franc. quæſt.831. n.54. Capyc. Latr.* qui plures alios refert, *conſult. 114. n. 21. & ſeqq. Rot. in rec. dec. 75. n. 39. par. 11.*

Objectum enim, & Auctoritates in contrarium adductæ, procedere poſſent quando in promptu de ſimulatione non
22 doceretur, ut ſe explicat idem *Capyc. Latr. d. conſult.114. n.22. Rot. d. dec.75. n.39. par. 12.*, Sed quando, ut in caſu noſtro, concurrunt conjecturæ, ex quibus reſultat plena, & concludens probatio ſimulationis, tunc juramentum non obſtat, cum enim iſtud ſequatur naturam principalis Contractus, eo ipſo quòd iſtius nulla eſt ſubſtantia, & tanquam conſenſu carens, non eſt obli-
23 gatorium; ita ex deficientia conſenſus nihil operari poteſt juramentum, in individuo *Parſ. conſ.34. num.35. & ſeqq. lib.1. Menoch. lib.3. præſumpt.129. n.8. Paſcell. d. expedit. 87. n.8. & ſeqq. Cavalcan. dec.1. n.37. dec.13. n.49. & dec. 32.*

32. n.69. & 70. lib.2. Rot. in rec. dec. 11. n.18. & ſeqq. uſque ad fin. par. 7. & d. dec. 63. n.33. & ſeqq. par.8. & dec. 673. n.2. & 3. par.19. & in Aſculana Beneficii, ſeu Abbatiæ 22. Junii 1701. §. Quidquam non refragante, coram Muto.

Signantèr quia hodiè ſimulatio non allegatur à Victorio, & Vincentio, qui juramentum prædictum præſtiterunt, ſed à Reverendo D. Galgano, ab iſtis cauſam habente, adverſus quem
24 reatus perjurii non tranſit, ut proſequitur in individuo Rota d. dec.63. num.36. par.8. rec., repetita poſt Zacch. de Obligat. Cameral. dec.208. n.37.

Et ita utraque &c.

Senen. Pecuniaria.

Veneris 7. Septembris 1708.

ARGUMENTUM.

Socio in redditione rationis eſt bonificandum quidquid ab ipſo geſtum, & in utilitatem ſocietatis converſum: Nec non expenſæ factæ pro expeditione novi Miniſtri ultra Salariatos ad dirimenda negocia ſocialia, ſtante Conſociorum ratificatione. Creditum quoque Societati quæſitum ex ſchedula *Pagherò*, alicui ceſſa, ſeu girata, contra Giratarium pro ſumma exacta, & Largitiones veriſimiles, & fieri ſolitæ Miniſtris pro faciliori negotiorum expeditione, & quæ alia bonificari debeant, vel non.

SUMMARIUM.

1 *Socius Conſocium obligat, & bona Societatis circa id, quod ab ipſo geſtum eſt, & converſum in Societatis utilitatem.*

2 *Conſtito res proviſas ad commodum Societatis, ſteriſſe paratas pro Societatis indigentiis, quibus ſuppletum fuerit, ſatis verſio probatur.*

3 *Præcipuè ſi talis verſio quoad partem eſt in confeſſo apud Partes.*

4 *Inter expenſas neceſſarias Societatis connumerantur ſumma ſoluta pro Miniſtro expedito ad negotia Societatis. Et ſi ſit obligatus celebrare Miſſas, & accedere ad Chorum, debet ei bonificari totum id, quod amiſit pro punctaturis Chori, & celebratione Miſſarum*, ibidem.

5 *Expenſa, facta pro communi negotio Societatis, debent ab omnibus Sociis æquè perſolvi.*

6 *Expenſæ pro Miniſtri expeditione, facta ab uno ex Sociis citra neceſſitatem, quia Societas aliorum Salariatorum opera tuta erat, non bonificantur.*

7 *Etiamſi ille, qui acceſſit ad locum ubi litigabatur, reportaverit victoriam.*

8 *Declara, niſi ex communi omnium approbatione per eundem geſtorum, uſque communi opera ejuſdem, conſtet de præſumpto mandato, ſeu ratificatione.*

9 *Socius exgravatur in redditione rationis per ſchedulam* Pagherò, *favore Societatis ab alio factam.*

10 *Schedula* Pagherò *habet vim pecuniæ numeratæ.*

11 *Et probat creditum Socii contra dictam ſchedulam exarantem.*

12 *Vigore Giratæ, ſeu ceſſionis Schedulæ* Pagherò, *dominium pecuniæ, in ea contentæ, dicitur tranſlatum in Giratarium.*

13 *Giratarius dictæ Schedulæ per ſubſecutam exactionem remanet debitor Girantis pro ſumma exacta.*

14 *Socius, qui dictam Schedulam giravit, remanet exgravatus, quaſi pecuniam ſolviſſet.*

15 *Verba, exprimentia deſtinationem pecuniæ mutuatæ in commodum Societatis, appoſita in recepta mutuantis, probant talem deſtinationem.*

16 *Hæc deſtinatio probatur ex verbis* diſſetto &c. *prolatis a Sociis.*

17 *Largitiones veriſimiles, & ſolita fieri Miniſtris pro facilitanda expeditione negociorum ſocialium, bonificantur, quamvis non juſtificentur cum receptis.*

18 *Socius, utens re communi in propriam utilitatem, remanet debitor partis Conſocii.*

19 *Fortiùs ſi Conſocius pro re paritèr communi ſuit debitor conſtitutus.*

20 *Inter Socios commoda æqualitas eſt ſervanda.*

21 *Socio traditum ex cauſa utilium, bonificari non debet, niſi utilia probentur.*

22 *Utilia negotii Socialis debent probari.*

23 *Nec probantur ex Calculo, facto ſine ſcientia, & approbatione Conſociorum.*

24 *Maximè ſi Socius veriſimilitèr retinet Libros Societatis, eoſque oſtendere recuſat, nam tunc præſumptio ſtat, quòd utilia non ſint, qualia prætenduntur.*

25 Nec

25 *Nec ſufficiunt ad utilitatem demonſtrationem probationes confuſæ, ſed requiruntur claræ, & conſpicuæ.*

26 *Et quæ debeant probari ad oſtendendum valorem Piſcium, & ex quibus æſtimatio pretium variatur. late.*

DECISIO XLVII.

TErminato affictu Lacus Caſtrionis, quem à S. Celſitudine Regia, uſque de anno 1695 obtinuerat Nob. D. Hieronymus Griſonius, cum fidejuſſione, & principali obligatione Nob. D. Auguſti Gori Panellini, coactus fuit iſte perſolvere Scriptorio S. Regiæ Celſitudinis conſiderabilem ſummam affictus, pro qua cum condemnari à Rota obtinuerit eundem Griſonium, Hæreditatem jacentem Nob. D. Alexandri Burgheſii, & Joſephum Taſſum, Socios admiſſos pro certis ratis, excepit Griſonius, ſe perſolviſſe ſuam ratam Scriptorio, totumque debitum ſpectare Hæreditati jacenti dicti D. Burgheſii, & Joſepho Taſſo; ſed replicantibus iſtorum Defenſoribus, ſolutiones factas fuiſſe à Griſonio ex pecuniis communibus, ipſumque remanere debitorem Sociorum, aſſumpta fuit inter iſtos rationum redditio, electiſque Peritis, iſti retulerunt, Griſonium remanere debitorem Hæreditatis prędictę in *libris* 6639. 11. 2. & Taſſum in *libris* 1848. 12.

Credidit Griſonius, plures partitas, in dicta Peritorum relatione ad ſuum debitum poſitas, eſſe ſubducendas, & plures alias poni debere ad ſuum creditum, unde coram Rota petiit, prædictas partitas detrahendas, & reſpectivè augendas eſſe, aliiſque pluribus ad juſtitiæ trutinam revocatis, obtinuit Griſonius, plures ex eis ſibi bonificari debere, ut in Sententia.

Primò enim ſubducta fuit à debito D. Griſonii partita *librarum* 367, quia conſtitit DD., hanc quantitatem Griſonium impendiſſe in emptione vini pro Societate, ſicque ex ejuſdem Societatis effectibus tale debitum perſolvi debet. Socius enim Conſocium, & Societatis bona validè obligat, quando aliquid ab 1 illo geſtum eſt, quod in commoditatem Societatis ulum, & utilitatem converſum probatur *l. jure ſocietatis §1. ibique Gloſſ. & Scribentes ff. pro ſocio. Rom. conſ 29. n. 24. lib. 5. Crovett. conſ. 119. n. 12. Menoch. conſ. 375. n. 4. & 32. & de Præſumpt. lib. 3 præſumpt. 55. n. 3. Gratian. diſcept 904. n. 5. Stacham de Intereſſ. lib. 2. tit 8 quæſt. 2. n. 1. & 9. Altimar. de Nullit. Contract. tom. 4. rubr. 1. par. 2. quæſt. 25. n. 180.*

Non obſtante, quòd non probetur, totum hoc vinum fuiſſe erogatum in utilitatem Societatis, quia cum illud fuerit tranſportatum ad locum *detto l' Abbadiolo*, ubi aderant miniſtri Societatis, & Piſcatores, qui vino indigebant, & talibus indigentiis fuerit abundè ſuppletum, verſio in Societatis com- 2 modum probata dicitur, ut in ſubjecta noſtra materia tradit *Bald. conſ. 125. column. ultim. lib. 3. Menoch. conſ. 375. ſub n. 18 & 29. & lib 3 præſumpt. 55. n. 8. Stacham. de Intereſſ. d. lib. 2. tit 8. quæſt. 2. n. 5. Fylic de Societat. cap. 31 n. 30. & 34. Altimar. de Nullit. tom. 4. rub. 1. par. 2. quæſt 25. n. 181.* Maximè quia in præſenti hypotheſi eſt in confeſſo inter Partes, pro valdè conſiderabili quanti- 3 tate Vinum ceſſiſſe in utilitatem Societatis, ex quo inſurgit præſumptio, quòd reſiduum etiam pro ſervitio Societatis inſervierit. *Gratian. diſcept. 904. num. 6. Burgaro Cremitern dec. 11. num. 24. circa medium, part. 1. Rota cor. Emerix Jun. dec 1121. num. 8.* & optimè in *Romana Pecuniaria 2 Decembris 1701. §. Secundarium, in fine, cor. Muto, & in Romana. Fideicommiſſi de Quadris 18. Maji 1705. §. Quod autem, in fine, coram Rev. D. meo Molines.*

Secundò ſubducenda venit ab ejuſdem Griſonii debito partita *librarum* 80. 30. & 18., ſolutarum D. Advocato Griſonio, Fratri Hieronymi, tempore, quo permanſit in Civitate Florentię; altera *librar.* 120., & alia *librarum* . . . ſo- 4 lutarum pro celebratione Miſſarum, & punctaturæ Chori Eccleſię B. Mariæ de Provenzano, in qua habet Dignitatem Primiceriatus, quia dum ipſe acceſſit ad Civitatem Florentiæ, ibique ferè per menſem commoratus eſt pro intereſſe, & negociis Societatis, expenſæ, in hanc 5 cauſam factæ, debent ab omnibus Sociis

com-

communitèr perſolvi. *Rubei. de Succeſſor. cap.17. n.1. & ſeqq. D. Conſtant. ad Stat. Urb. annot.30.num.105. & ſeqq.* ubi multiplicitèr explicat. *Rot. cor. Dunozet. Jun. dec.23. num.3. & dec.374. num.1. & Bononien. Expenſarum 15. Junii 1703. §. Nec juſtitia, & 18. Aprilis 1704. §. Deſcendendo, coram R. P. D. Omanno, & in eadem ſuper Relaxatione novi Mandati 15. Junii 1703. §. Annumerant, & 18. Aprilis 1704. §. Juſte, cor. Eodem.*

Non relevante, quòd D. Advocatus iverit, & permanſerit Florentiæ cum ordine, & mandato ſolùm Hieronymi fratris, non aliorum Sociorum, & abſque ulla neceſſitate, cum negotia ab ipſo geſta expleri potuerint per Miniſtrum, qui à Societate ibi retinebatur ſalariatus, vel per Procuratorem, quo caſu nec actione mandati, nec actione
6 utili negociorum geſtorum poteſt Hieronymus expenſas à Conſociis repetere, ut firmavit *Rot. cor. Celſo dec.80.n.11. & 12. & in rec. dec.658.num.11. & 12. part.19.* & magiſtralitèr diſcuſſo articulo in *Bononien. Expenſarum 14. Februarii 1698. §. Mitt, & per tot. & §. Non obſtante*, ubi etiamſi per eum, qui acceſſit ad
7 locum, ubi agitabatur lis, fuerit reportata victoria: *cor. R. P. D. meo Priolo, & 5. Decembris ejuſdem anni §. Neque ideo, cor. R. P. D. meo Scotto*, & recedendo à præcedenti contraria Deciſione, dictum fuit in *Bononien. Expenſarum ſuper relaxatione novi Mandati 18. Aprilis 1704. §. Reſpectu, & per tot.* ubi explicat contrarios, *cor. R. P. D. Omanno*.

Quoniam cum Nob. D. Alexander Burgheſius ſolverit ex pecuniis Societatis punctaturas, quibus ſubjacere debebat D. Advocatus tempore abſentiæ ipſius; omneſque Socii ordines, contra Piſcatores ab ipſo obtentos, acceptaverint, uſi ſint, & ab eis commodum habuerint, ex his, & aliis circumſtantiis præſumi debet mandatum Sociorum, vel ratificatio acceſſus ad Civitatem Florentiæ, & permanentiæ in ea factæ, quæ mandato æquivalet, & operatur,
8 quòd expenſæ, in hanc cauſam ſolutæ, non poſſint amplius à Sociis impugnari. benè *Rot. in ſæpè cit. Bononien. Expenſarum 15. Junii 1703. §. Nec relevat, & 18. Aprilis 1704. §. Pariformiter, cor. Omanno.*

Succedit partita librarum 470. quam eſſe detrahendam à debito Griſoni petit Rota cenſuit, docuit enim ipſe, ſimilem ſummam fuiſſe de ejus ordine perſolutam Simoni, & Pammio Plazzæ ad inſtantiam Iſac Gallichi, qui favo-
9 re Griſoni exaravit Schedulam *Paghero*, ſolvibilem intra menſem Junii, tunc currentem, pro quo obligavit omnia bona præſentia, & futura. Hæc enim
10 Schedula habet vim pecuniæ numeratæ. *De Luc. de Credit. diſc.25. num.1. & ſub num.6. diſc.78. ſub num.8. diſc.123. num.10. & in Summa n.136. Altimar. de Nullit. Contract. rub.1. ſoll.24.13. n.87. tom.3. Marady. in Praxi Praeſentat. Inſtrumenti cap.10. n.2. Anſald. de Commerc. Diſc. General. n.172. & ſeq. & num.177. in fine, & num.181.* D. & olim Collega meus *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.12. ſub num.11. verſ. talis Schedula, & n.19. Rot. in rec. dec.378. num.16. junct. num.9. verſ. manet ſubſiſtit. par.17. Caſenaten. Spolii 25. Junii 1700. §. Tertia non minor, cor. Mato*, cum aliis pluribus adductis in meo Tractat. *De Paghero, tom.1. quæſt.9. num.2. & ſeqq. & eadem quæſt.9. art.1. ex num.1. & art.2. num.3. & ſeqq.* & probat Creditum D. Griſoni con-
11 tra Gallichum in ſpecie *R. P. D. Anſald. de Commerc. & Marcat. Diſc. General. n.170. Rot. in rec. dec.533. num.3. part.18.* aliaque plures, relati in *Romana ſeu Senen. Pecuniaria 26. Auguſti 1707. §. Mortuum, cor. Me*, nunc impreſſa *dec.18. n.1. & ſeqq.*

Cumque ex poſt talis Schedula fuerit à Griſono ceſſa, & girata Nob. D. Alexandro Burgheſio, ſicut virtute talis giratæ, & ceſſionis, dominium pecuniarum, & crediti, in *Paghero* contenti, fuit à Griſono abdicatum, & transla-
12 tum in dictum D. Burgheſium Giratarium. *Scoppa ad Pignatell. conſ.8. n.10. tom.1. Sanfelic. dec.157. n.8. Manfredi. ad Capyc. Latr. dec.196. n.14. & ſeqq.*, ubi pluries ita judicatum refert in Sacro Conſilio Neapolitano, & longè poſt hæc ſcripta in lucem edita Deciſio *Rotæ Florentinæ in Florentina Pecuniaria 22. Decembris 1710. §. Et jure, §. Quorum cor. Me, inter Deciſ. Florentinas hujus primi Voluminis dec....* ubi latiùs explicatur. ita per ſubſecutam exactionem,
13 ab eodem D. Burgheſio factam, illæ, ad cujus manus pervenerunt pecuniæ, in *Paghero* contentæ, remanſit illarum de-

bitor, & de eis locis rationem reddere
re tenetur, non autem Griſonus, qui
poſt ceſſionem, & gratam prædictam,
haberi debet, ac ſi pecuniam verè, &
14 realitèr ſolviſſet. *Manſrella ad Capyc.*
Latr. d. obſervat 196. num.15. Samſolec.
d. dec.157. num.6. aliique in præcedenti
§. *citati*.

Non impugnabatur partita *libr.54.*
nec alia *libr.14.*, quas ſubtrahi à ſuo
debito prætendebat Griſonus pro diminutione
pretii Piſcium, facta P Raffaelio,
unde deſcendentes DD. ad aliam
partitam *libr. 70.*, iſta paritèr detracta
fuit ab ejuſdem Griſoni debito, Conſtitit
enim, quantitatem hanc, immò majorem,
fuiſſe de ordine Griſoni ſolutam
Becarino, eo quia iſte tantundem
præcedentèr mutuaverat eidem Griſono,
& D. Alexandro Burgheſio pro emendo
15 frumento neceſſario pro Societate, ut
legitur in recepute præfati Becarini,
ibi — *afferma aver ricevuto &c. per confimil
ſomma, accomodata da me al prefato
Signor Girolamo Griſoni, e Nob. Signor
Aleſſandro Borgheſi, quale diſſero valerſene
valere per comprar Grano per detto
Negozio* — Verba enim illa *diſſero valerſene
valere &c* probant deſtinationem
pecuniæ mutuatæ in commodum Socie-
16 tatis, factam à dictis Conſociis, ex traditis
per *Bondon. collect. 7. numer. 63. & collect.
29. num. 130. lib. 1 Rot. in rec. dec 147.
num. 1. verſ. apparebat ſiquidem, part.
11. & in Urbinaten. Pecuniaria 11. Decembris
1701. §. Sed etiam, coram Eminentiſs.
D. meo Cardinali de la Tremoille.*

Et demùm defalcari meruit à debito
Griſoni partita *librarum*..... pro
largitionibus factis Miniſtris Scriptoris,
ad effectum obtinendi diverſa Reſcripta,
& facilitandi celerem expeditionem negocii
Quia hujuſmodi expenſæ, tamquam
veriſimiles, ſolitæ fieri, & de
quibus reportari non ſolet documentum,
bonificari debent, etiamſi illarum
ſolutio, mediante recepute, aut alia ſi-
17 mili probatione, juſtificata non remaneat,
ut in ſpecie ſimilium largitionum
*Rot. poſt Zacch. de Salar. deciſ 43.
num. 12. in rec. dec. 212. n. 9 par. 8. Romana
Multiplicarum ſuper expenſis 3. Aprilis
1699. §. Obſtnet, cor. D. meo Molines,
impreſſa penes Torr. Variar. Jur. quaſi. tomo
3. Miſcellan. par. 2. tit. 13. dec. 3. num. 7.
& ſeqq. fol. 219.* ubi concordantes. *Romanam.
Expenſarum 15. Junii 1703. §. Minuſque,
cor. Omnium, & 18. Aprilis 1704.
§. Prout neque, cor. Eodem, & ſuper Relaxatione
nova Mandati 18. Aprilis ejuſdem
anni §. Juſta, cor. Eodem.*

Diſſimilem tamen ſortem Griſonus
expertus eſt reſpectu partitæ *libr. 314.*,
ab ipſo receptarum in tot Piſcibus pro
ſervitio ſuæ domus, quia Socius, utens
re communi, ab eaque percipiens commodum,
remanet debitor partis Conſociis,
eique ſolvere debet pretium, &
18 correſpondere pro rata utilitatis, qua
ex tali uſu Socius privatur. *l. adbuc §.
Si communis ff. pro ſocio*, aliique relati
*per Torr. Variar. Jur. quaſi. tom. 3. tit 13.
deciſ. 18. n. 13. fol. 343. De Marin. Reſolut.
Jur. lib. 1. cap. 319. ſub n. 3. verſ. Limitatur
ſecundò. Rot. noſtra apud Marc.
Medic. dec. 98. n. 6. Rot. Romana coram
Emeric Jun. dec. 757. n. 1. & in rec. dec. 37.
n. 7. & 18. par. 18.*

Fortiùs quia Joſeph Taſſus, pro certa
rata etiam Conſocius, fuit conſtitutus
debitor Societatis de *libris 136.*, ex
quo ipſe acceperat tot Piſces, ad dictam
quantitatem aſcendentes. Undè
ſi non licuit aliis Sociis Piſces, non re-
19 fuſo pretio, ſibi appropriare pro uſibus,
& neceſſitatibus propriis, ita nec licitum
eſſe debet Griſono, ut omnimoda
ſervetur inter Socios æqualitas, & ut
20 ipſi ad imparia judicentur. *R. P. D. meus
Anſald. de Commerc. deciſ 37. num. 10. Rot.
in rec dec 189. n. 3... par. 17.*

Cenſuimus paritèr detrahi non debere
à debito Griſoni partitas *librar.* 2190.
360. & 1100., quas poni non potuiſſe
à Calculatoribus ad ejus debitum prætendebatur,
ex quo ipſe has ſummas
dedit Seccono, & Bardano, pro utilibus
eiſdem debitis ad formam conventionum,
initarum in Apoca Societatis Piſcium
Maris cum eo contractæ *die 1.
Junii 1697.*, & diſſolutæ *die 17. Junii*
21 1698., immò augendum eſſe ejus debitum
ad ſummam *librar*... quia cum
Griſonus hanc ſummam dederit Bardano,
& Seccono pro utilibus, eidem
22 bonificari non debet, niſi utilia probentur.
*De Angel. de Meliorament. art. 6.
n. 3. & 4.* ubi concordantes. *Rot. coram
Arguell. dec. 26. n. 32. & in rec. dec. 97. n. 10.
par. 15.*

Abſ-

Abſque eo quòd talis probatio utilium, & lucrorum, factorum in dicta Societate, deſumi poſſit ex calculo à Griſono exhibito, iſte enim tamquam factus abſque ſcientia, & approbatione Nob. D. Alexandri Bargheſii, & Joſephi Taſſi Conſociorum, contra ipſos
23 non probat, eiſque non præjudicat *Michalor. de Fratrib. par. 2. cap. 18. n. 5. in fine Rot. dec. 59. num. 23. poſt Urceol. de Tranſact.*

Potiſſimè quia Griſonus, qui ſolidavit computa cum dictis Bardano, & Saccono, libros ab iſtis, & à Duccio confectos penès ſe veriſimilitèr retinuit, ad effectum certiorandi Conſocios de geſtis in d. Societate, & pro obtinenda ab eis approbatione præfati calculi, & ſolidationis ab ipſo factæ, quos cum pluriès conventus exhibere recuſaverit, contra ipſum urget præſumptio, quod à contentis in libris utilia à Griſono præ-
24 tenſa excludantur, ut in propria noſtra materia *Rot. coram Bich. dec. 224. ex n. 11. & n. 17.*

Nec relevat, quod poſſit hodie Griſonus præfata lucra aliundè juſtificare, ponendo ſub oculis Dominorum pecunias perventas in manibus Sacconi, & Bardani, & expenſas ab iſtis factas; ſiquidem ad hunc effectum quidquam prodeſſe non poſſunt partitæ Piſcium tranſmiſſorum ad Civitatem Florentinam, & Senenſem, extractæ ex libris Temperani, Picchianti, & Vivi, in utraque Civitate Miniſtrorum Societatis; nam licèt in eis deſcribatur qualitas, & quantitas Piſcium, tamen ex
25 hoc ſciri non poteſt ſumma ſoluta à Bardano Piſcatoribus pro illorum emptione, cum eadem ſpecies Piſcium capta cum ligno vulgò dicto *Palamido*, cariori pretio ematur ab Affictuariis, minori ſi fuerit apprehenſa cum diverſo ligno dicto *la Tartanella*, & omnium inferiori, ſi cum alio ligno dicto *Tartana*. Rurſus ex partitis à dd. libris extractis dignoſci non poteſt, quantitas Piſcium vulgò detto *di Fortuna*, qui viliori pretio emuntur, nec diſtinguntur Piſces capti à Piſcatoribus in ea parte Maris, in qua Affictuarii habent privativam piſcandi, qui nedum minùs ab ipſis emuntur, ſed eidem debita eſt tertia pars illorum abſque ulla pretii ſolutione, & demum in dictis libris deſcripta non eſt qualitas Piſcium venditorum à Bardano in loco dicto *l' Abbadiola* propè mare, ubi ipſe permanebat; Ac proinde cum à dd. partitis nihil certi circa utilia reſultare poſſit, non poteſt Griſonus bonificatio-
26 nem ſub dd. utilium prætextu prætendere, ſed ei incumbit onus probationes undique concludentes, & conſpicuas adducere *De Angel. de Melioramen. artic. 7. n. 1.* ubi concordantes *Rota in rec. deciſ. 239. n. 15. part. 12.*

Et ita utraque &c.

Senen. Prætenſi Gravaminis.

Mercurii 26. Septembris 1708.

ARGUMENTUM.

Curator Dementi deputandus non debet eſſe eidem ſucceſſurus ab inteſtato, quamvis agatur de filia erga Matrem, ſi eſt nupta, & ſic Cura remaneret apud Virum, ſed Cura relinqui debet Matri, quæ per longum tempus benè eam exercuit, præcipuè ſi concurrat Judicium paternum, qui eidem Minori in teſtamento paterno deputata fuerit Curatrix, juxta quod Judex ſemper debet arbitrari. Judex differens decretare, & neſciens ſe à difficultatibus extricare, quando dicatur gravare, & poſſit appellari.

SUMMARIUM.

1 *Indigens Tutore, aut Curatore, non eſt committendus ei, qui eſt ab inteſtato ſucceſſurus ex ratione, de qua,* ibi.

2 *Suſpicio machinationis, & inſidiarum vitæ ejus, cui ſuccederetur ab inteſtato, ceſſat in Filia erga Matrem.*

3 *Limita, ubi Filia eſt ætate minor, & nupta, undè cura, & cuſtodia remanere deberet apud Virum.*

4 *Et Perſonam educandam juxta voluntatem mariti, cui tenetur obedire, non juxta propriam deberet tractare.*

5 *Nec ſuſpicio inſidiarum, ceſſans in filia reſpectu Matris, eò magis creſcit in ejus Viro, & Socero extraneis, aſpirantibus ad bona, mediante uxore, & nuru.*

6 *Et tali caſu ſuſpicio urget contra Perſonam, & contra bona*

7 *Si longo tempore educata fuerit penes aliquem, & benè tractata, apud eum relinquenda eſt, nec exponi debet incertitudini, & periculo, quod malè tractaretur à Genero.*

8 *Senior Mulier, & ſolita aſſiſtere infirmo, aptior præſumitur ad continuandum in ejus Cura.*

9 *Maſculus ad dictum effectum reputatur habilior, quàm Fœmina.*

10 *Pater deputans in Curatricem, aut Adminiſtratricem Uxorem filiis ſuis, ex alio matrimonio ſuſceptis, præſumitur velle eoſdem dementes tradi in educatricem eidem, maximè ſi pro aliquo tempore apud eam permanſerunt, & optimè fuerunt tractati.*

11 *Judex enim, cujus arbitrio remiſſa eſt deputatio Curatoris, debet ſequi præſumptam Patris voluntatem.*

12 *Et non debet puella relaxari penes Conjunctam, quæ nupſit, etiamſi id petat puella, quæ ſit adulta.*

13 *Semper autem attendi debet, quod veriſimiliter faceret Pater, ſi viveret.*

14 *Etiam reſpectu filii mentecapti.*

15 *Et perſona, quæ eſt incapax ad gerendam Curam, non poteſt alium ad dictum effectum nominare.*

16 *Nec poteſt Judex Curatorem dictum deputare, ſi in loco adſit Statutum Electionem Curatoris devolvens primò teſtamentariis Curatoribus, dein legitimis, & ſubinde Dativis, niſi in alterum defectum.*

17 *Decernere Curatorem Pupillo, aut Dementi non valet Judex, niſi cauſa cognita.*

18 *Statutum Senen.* rubr. 155. *de Officio, & Auctoritate Judicis Curiæ Placiti &c.* diſt. 4., *quid diſponat.*

19 *Judex differens pronunciationem ob novarum exceptionum oppoſitionem, non dicitur gravare, nec quando adeſt legitimum aliquod impedimentum.*

20 *Diſdicta non poteſt à Judice proviſionaliter ordinari, pro inveſtiendis pecuniis ad majorem fructum, quando Intereſſati, & ii, ad quos ſpectat perceptio fructuum, ſe opponunt.*

21 *Damnum proveniens ratione inſtantiæ, dilatæ ad ultimum momentum temporis, Parti debet imputari, non Judici, qui diſtulit decretare.*

22 *Quando ex Dilatione Judicis in pronunciando præjudicium emergit, Judex dicitur gravaſſe, & datur Appellatio.*

23 *Quod non procedit, ubi Dilatio provenit ex novarum exceptionum examine, dilatio fuit brevis, & non conſtat de præjudicio, vel iſtud provenit à procraſtinatione Actoris.*

24 *Sed ſolùm procedit, quando Judex, eadem re per plures vices conſiderata, noluerit ſe determinare.*

DECISIO XLVIII.

VT pecuniæ D. Catharinæ Vieri, à Venerabili Hoſpitali S. Mariæ Scalarum hujus Civitatis retentæ ſub annuo intereſſe duorum cum dimidio pro quolibet centenario, in alia negotia impliciaret, D. Joannes Baptiſta Magnonus nomine Hieronymæ ejus uxoris, & filiæ dictæ Catharinæ, ſubſtetit huic tanquam dementi deputari Curatorem D. Nicolaum Magnonum Actoris Patrem, ad effectum faciendi diſdictam, pro obtinenda ſortis ſcutorum 1100. reſtitutione.

Annuit huic inſtantiæ D. Judex Ordinarius, ſed habita de his notitia à D. Antonio Vieri fratre dictæ Catharinæ, oppoſuit in actis nullitatem præfatæ deputationis, conteſtataque lite, inſtitum hinc inde fuit coram eodem Judice pro deputationis prædictæ confirmatione, vel revocatione, eoque die 13. Septembris voluntatem ſuam differente ad alium diem, renovarunt Partes inſtantiam ſub die 15. ejuſdem, iterumque dilata à Judice pronunciatione, cum conceſſione ſuperſedoriæ, Joannes Baptiſta Magnonus ſe gravatum dixit ab hac pronunciatione, petiitque exgravari conſilio DD. Auditorum Rotæ; mihique negotio delato, ſuper hoc prætenſo gravamine percunctavi Dominos meos, & uniformiter cenſuimus, non eſſe locum expoſitioni gravaminis.

Nullum enim Judex intulit Magnono gravamen, differendo pronunciationem ſuper confirmatione, vel revocatione deputationis Curatoris; Prima enim vice, qua ipſe diſtulit declarationem ſuæ voluntatis, petierat Magnonus ſub die 12. & 13. Septembris, declarari tàm curam bonorum, quàm cuſtodiam Catharinæ dementis debere manere, vel penes Hieronymam, & ejus virum, vel penes alium perſonam ab ipſa deputandam, quæ inſtan-

tia

tia non erat juri conſona, cum educatio Perſonæ, quæ ob dementiam vel ob pupillarem ætatem Tutore, aut Curatore indiget, non ſit committenda ei, qui eſt ab inteſtato ſucceſſurus, prout erat Hieronyma nupta, & quæ ſimul cum Viro curam, & educationem expoſcebat, ne propter cupiditatem acquirendi bona, inſidietur vitæ illius, qui alimenta recipere debet *l. 1. ff. ubi Pupill. educ. debeat, & l. finali C. eodem tit. Montanus de Tutel. cap. 32. regul.*
1 *9. num. 259. & ſeqq. fol. mihi 128. Menoch. de Arbitrar. caſ. 165. num. 15. Surd. de Aliment. tit. 4. quæſt. 13. n. 30. & ſeqq. Afflict. dec. 183. num. 5. Grammatic. dec. 55. num. 4. in fine. Peregrin. dec. 28. n. 7. Rot. noſtra apud Mart. Medic. deciſ. 62. ſub num. 17. num. 23. & ſeqq. & in Addit. in 1. conſ. num. 8. Rota coram Merlin. dec. 812. num. 1. & ſeqq. in rec. dec. 208. n. 15. & ſeqq.* ubi de educando mentecapto, *& deciſ. 255. numer. 6. & ſeqq. par. 6.*

Non obſtante, quod in perſona Hie-
2 ronymæ filiæ ceſſet erga Catharinam Matrem hujuſmodi ſuſpicio inſidiarum; Quoniam hoc procederet, ſi Hieronyma eſſet ſui juris, & inſtetiſſet ſibi curam, & cuſtodiam Catharinæ, & bonorum decerni, ſed cum ipſa ſit ætate minor, reperiatur nupta Joanni Baptiſtæ Magnono, & inſteterit curam,
3 & cuſtodiam Perſonæ, & bonorum, manere debere penes ipſam, ejuſque virum in his terminis ſicut Catharina Mater non poſſet ab ea juxta proprium voluntatem, & affectum filialem educari, ſed in hoc teneretur obedire Marito, cui ſubjecta eſt, & juxta li-
4 bitum illius Matrem tractare, *Rota noſtra apud Mart. Medic. d. dec. 62. num. 19. & ſub num. 63.*, ita reſpectu ipſius Mariti, & Soceri Hieronymæ, ab ipſa pro d. cura nominati, Catharinæ penitus extranei, non ceſſat, immo fortior evadit ſuſpicio machinationis, & inſidiarum, ut ipſi bona, mediante perſona uxoris, & nurus reſpectivè, acquirant, ut
5 proſequitur *Rota noſtra apud Mart. Medic. d. dec. 62. num. 14. 31. & 34. & in Addit. ſeu conſ. 1. ibidem impreſſo ſub n. 11. verſic. e la ragione è, & conſ. 2. ſub n. 3. verſic. quatenus vero*, ubi, quòd nedùm ſuſpicio urget contra perſonam,
6 ſed etiam contra bona; ideòque ab utraque repelluntur, & alios plures citat, *& num. 4. Fontanell. de Pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 8. par. 12. num. 14. Peregrin. dec. 18. n. 4.*

Præcipuè in præſenti, in quo adeſt Fulvia Mater dictæ Catharinæ, & Antonius Vierius ejus frater, apud quos multis ab hinc annis reperitur, cum magna exemplaritate, charitate, ſervitute, & ſumptibus educata, & tractata, ac propterea apud eos, apud quos huc uſque fuit optimè educata, permanere debet, nec tradendo illam
7 aliis, exponenda eſſe incertitudini, quòd poſſit, ab ipſis malè tractari, ut in ſpecie tradunt *Corn. conſ. 198. num. 10. lib. 1.* optimè *Rota noſtra apud Mart. Medic. ſæpe citat. dec. 62. n. 8. 10. & ſeq. & ſub n. 35. & in Addit. conſ. 1. ſub n. 11. verſ. addatur, & num. 12. Montan. de Tutel. cap. 32. regul. 9. n. 255. & ſeqq. fol. mihi 128. Amend. ad Franch. dec. 350. n. 1. Sacrum Conſilium Neapolitanum apud Grammat. dec. 55. n. 5. in fine Rot. coram Seraphin. dec. 1557. n. 4. verſic. & poſtremò.*

Accedente præſertim duplici circumſtantia, quarum altera deſumitur ex majori aptitudine Fulviæ, & Antonii, educandi, & gubernandi Catharinam: Prima enim uti Senior, & quæ per plures annos Catharinæ præbuit aſſiſtentiam, majori prudentia, & experientia prædita præſumitur in gubernando, &
8 cuſtodiendo mente, & corpore infirmam, ut in propria noſtra materia obſervat *Decian. reſponſ. 8. n. 14. lib. 2. Rota noſtra apud Mart. Medic. d. dec. 62. n. 1. & ſeqq. & in Addit. conſ. 1. n. 3.*, Et ſecundus uti maſculus, & aſſuetus ejuſdem Catharinæ gubernio, magis idoneus re-
9 putatur, quam fœmina ob minorem ætatem, & fragilitatem ſexus imbecillis, & parum habilis, in ſpecie *Rota noſtra apud Mart. Medic. d. dec. 62. n. 7.*

Altera circumſtantia eruitur ex præſumpta voluntate Joannis Baptiſtæ de Vieriis Patris dictæ Catharinæ, qui cognoſcens illam eſſe debilis Judicii, in ejus ultimo teſtamento eam ſpecialitèr commendaverit amori, auxilio, & curæ Fulviæ ejus uxoris, & matris reſpectivè, ibi — *raccomandando di più il detto Signor Teſtatore la detta Signora Caterina ſua figlia, quanto ſa, e può all' altre ſue figlie*

glia-

gliolo, perchè l' amino, e ſe ne portano bene, e l' ajutano di quello, che potranno, e ſpecialmente la raccomando alla d. Signora Fulvia ſua Conſorte, che ſe ne è portata ſempre bene – & confiſus in fide, prudentia, gubernio, & optimis qualitatibus dictæ Fulviæ, eamdem deputavit Tutricem, Curatricem, & legitimam adminiſtratricem communium filiorum, & bonorum, ac effectuum hæreditariorum, ut in eodem teſtamento §. *Item ſapendo*. Si itaque Pater his in nixus titulis erga Fulviam uxorem, ipſam elegit in Curatricem, & adminiſtratricem bonorum communium filiorum, eique ſpecialitèr commendavit Catharinam, licèt ſuam ex altero matrimonio filiam, ex hoc elicitur, quòd ſi prævidere potuiſſet, illam

20 evaſuram inſanæ mentis, eique per plures annos ſummo cum amore, gubernium, auxilium, & pleniſſimam ſervitutem ab Antonio Fratre, & Fulvia Matre præſtitum fuiſſe, non Perſonæ extraneæ à Hieronyma Nepte deputandæ, ſed Fulviæ, & Antonio cohabitantibus, educationem Catharinæ demandaſſet, quod & facere debet Judex, cujus arbitrariæ determinationi remittitur, de-

21 cernere, apud quem permanere debeat Perſona, quæ ali debet, *l. pœnultima ff. ubi Pupill. educar. deb. l. 1. & 2. C. eodem Bald. conſ. 487. in principio lib. 2. Mantan. de Tacit. cap. 31. regul. 9. n. 130. fol. mihi 127. Surd. de Alimentis tit. 4. quæſt. 13. num. 2. & ſeqq. Menoch. de Arbitrar. caſu 168. n. 2. & conſ. 62. num. 15. Rocca diſput. 184. n. 1. Sanfelic. dec. 103. n. 9. Franch. dec. 350. n. 1. Tapp. dec. 51. n. 3. Seſſe dec. Aragon. 188. n. 1. lib. 3. Franciſc. Marc. dec. 131. par. 1. Maſtrill. dec. 230. n. 10. Peregrin. dec. Patavin. 28. num. 1. Marc. Medic. examinat. 38. n. 1. & dec. Senen. 61. ſub n. 22. verſ. & ad illud, & in Addit. ad dec. 61. conſ. 2. num. 1. Alexandr. ad Romam. dec. 8. num. 10. Rot. coram Merlin. dec. 811. n. 7. in rec. dec. 155. n. 2. & ſeqq. par. 6. & apud Baldaſſ. ad Roman. Dociſ. & Rer. Judicat. tit. 4. dec. 21. num. 3. & in Romana Tutela 20. Februarii 1702. §. Cum enim, coram Reverendiſſimo D. meo Molines*, ubi, quòd nec debet relaxari

22 penes conjunctam, quæ nupſit, etiamſi puella adulta ſit, & declaret velle penes eam manere, & inter præcipuas circumſtantias ſemper attendere debet id,

23 quod veriſimilitèr feciſſet Pater, ſi viveret *l. 1. ff. ubi pupill. educari debeat. Burgum. Cavalcan.* olim hujus inclytæ Rotæ Auditor *de Tutor. n. 304. Surd. de Aliment. d. tit. 4. quæſt. 13. n. 2. & ſeqq. & n. 35. Mantan. de Tacit. cap. 31. regul. 9. num. 134. fol. mihi 127. Rota noſtra apud Marc. Medic. d. dec. Senen. 61. num. 8. & ſeqq. & ſub n. 18. verſ. quo ſtante in fine, & n. 21. & d. dec. 61. n. 4. Rot. cor. Merlin. dec. 811. n. 10. & apud Baldaſſ. De-*

24 *ciſ. & Rer. Judicat. tit. 4. dec. 21. num. 3. & ſeqq.*, & in terminis mentecapti, eſt *Text. in l. ſi furioſo 16. ibique Gloſſ. & Scribentes communiter ff. de curator. furioſ. Cabedus dec. Luſit. dec. 99. ſub n. 7. par. 1.*, & quòd pupillo, vel dementi eſt utilius *Bald. d. conſ. 487. in fine lib. 3. Mantan. de Tacit. d. cap. 31. regul. 9. ſub n. 143. fol. mihi 128. Theſaur. quæſt. 16. n. 1. lib. 3. Rocca diſput. 184. n. 3. & ſeqq. & num. 12. Rota noſtra apud Marc. Medic. d. dec. 61. n. 18. & 20. & dec. 61. num. 8. & 14. Rota in rec. dec. 389. num. 2. & dec. 604. n. 1. par. 5. dec. 155. num. 2. par. 6. & dec. 12. n. 12. par. 8.*

Nec adhærere debebat Judex inſtantiis Hieronymæ, Nicolaum Socerum nominare prætendentis, reſiſtente diſpoſitione, nedum Juris communis, quo inſpecto, licitum non eſt filiæ, vel alteri ſimili perſonæ, quæ non eſt capax curæ,

25 & adminiſtrationis bonorum, alium ad hunc effectum nominare, ſed etiam Statuti Civitatis Senen. *Rub. 174. de Curatore Furioſi, & Prodigi, diſtinct. 1.*, curam hujuſmodi Perſonarum, priùs teſtamentariis curatoribus, deìn legitimis, & ſubindè dativis, deferentis, quo caſu

26 locus non eſt curatori dativo, niſi in aliorum defectum, ut in terminis ſimilis Statuti *Mantan. de Tacit. cap. 16. ſub n. 17. verſ. ideo multò magis*.

In illarum itaque difficultatum neceſſario examine, mirum non eſt, ſi Judex incontinenti pronunciare non potuit, ſed ſuam voluntatem diſtulit ad primam diem juridicam, ut interim poſſet recognoſcere, pro qua parte illæ haberent ſacti, & rationis aſſiſtentiam, quod & facere muneri ſuo incumbebat, cum ipſi permiſſum non ſit decernere, apud quem

27 educari debeat demens, vel pupillus, niſi cauſa cognita *l. ſi diſceptetur 5. ff. ubi Pupill. educari debeat. Bald. d. conſ. 487.*

in

in princip. lib. 5. Surd. de Aliment. tit. 4. quæſt. 13. n. 1. Madio. ex comment. 38. n. 1. & Addit. ad deciſ. 63. conſ. 2. in princip.

Minùs deſumi poteſt gravamen ex eo, quòd die 25. Septembris, ad quam Judex ſuam voluntatem diſtulit, non pronunciaverit, ſed iterum ad alium diem pronunciationem diſtulerit. Quoniam id proceſſit, non quia Judex non fuiſſet hoc intermedio tempore de juſtitia Cauſę inſtructus, pro decernendo ſuper jam petitis, ſed quia novæ factæ fuerunt in Actis oppoſitiones, à Judice conſiderandæ, ſignantèr, quòd obſtabat defectus Juriſdictionis, ex quo prætendebatur, Judicem privativum Mulierum, & Pupillorum, tam agendo, quàm excipiendo, eſſe Magiſtratum, quando agi-
28 tur de dandis, vel deponendis tutoribus, & adminiſtratoribus Pupillorum, & Viduarum, ex diſpoſitione *Statuti in Rub.* 255. de Officio, & Auctoritate Judicis Curię Placiti, & Sapientum Pupillorum, & Viduarum *diſtinct.* 1., & quòd à Magiſtratu Pupillorum fuiſſet jam deputatus Curator perſonæ, & bonis Catharinæ, ut latiùs videre eſt in compariſtione diei 25 Septembris. Quæ novæ exceptiones novâ indigebant diſcuſſione, à Judice facienda, proindè jure meritò ipſe ſuper his novis exceptionibus, potuit, immò
29 debebat ſuam voluntatem differre, abſque ullo gravamine, quod nunquam conſiderari valet, quando aliquod legitimum concurrit impedimentum. *Contor. Var. par. 3. cap. 11. num. 247. & ſeqq. Zaul. ad Stat. Forum. lib. 3. rubr. 7. numer. 23. & ſeqq.*

Neque obſtat, quòd ſaltem Judex pronunciare, & concedere debuiſſet facultatem faciendi diſdictam. Nam, ultra quòd ſi obſtitiſſet voluntas Partis, vel Juris diſpoſitio, quas expendere debebat Judex, non poterat ipſe huic proviſionali petitioni adhęrere, urget reſponſio, quòd donec erat dubium, an Judex haberet juriſdictionem, & an Curator, & adminiſtrator bonorum jam eſſet deputatus à Magiſtratu Pupillorum, non poterat Judex dictam facultatem impartiri, quia ſecuta diſdicta, ſequi etiam potuiſſet fortis reſtitutio contra voluntatem Antonii, qui ſibi, & Catharinæ magis expediens reputabat habere inveſtimentum totum, & promptam fructuum exa-
ctionem, licèt cum annuo intereſſe
30 moderato, quàm quærere augumentum fructuum cum periculo amiſſionis capitalis, & expendendi in quotidianis litibus pro exactione fructuum, quod eidem facere fuiſſet permiſſum, dum fructus ibi ex decreto Magiſtratus ad ipſum pro alimentis Catharinæ ſpectabant, nec durante illius vita ſuper illis Hieronyma aliquid prætendere poterat, ſicque nullum ex hoc ei reſultabat detrimentum.

Et in omnem caſum, dato etiam, quòd hoc potuiſſet afferre aliquod damnum Mageono, illud derivaſſet ex ipſius culpa, qui tamdiù diſtulit inſtare coram Judice pro habendis opportunis declarationibus, & decretis, reſtringendo ſe ad ultimum momentum temporis, quo expirabat facultas diſdictam faciendi;
31 proindeque hoc prætenſum damnum, ex ſua culpa, & negligentia proveniens, ſibi imputare, & obeſſe debet, non aliis. *cap. damnum de reg. Jur. in 6. Caball. conſ. 64. n. 60. lib. 2.*

Atque hinc non obſtant Auctoritates *Salgadi de Regia Protect. par. 2. cap. 1. n.*
32 *118. & ſeqq.*, & aliorum, adductæ ad probandum, quòd quando ex dilatione Judicis in pronunciando aliquod provenit præjudicium, tunc Judex differendo dicatur gravare, & à dicta dilatione poſſit appellari.

Quoniam illæ, vel procedunt, quando revera aliquod adeſt præjudicium, non quando illud, ut in caſu noſtro, conſiderari non poteſt, & ſi quod adeſt, provenit ex negligentia, & procraſtinatione Actoris. Vel quando ſumus in re clara, ſuper qua Judex per plures
33 vices neſcivit ſe extricare, non verò quando diverſis vicibus fuerunt adductæ diverſæ exceptiones, & Judex non ſuper iiſdem, ſed ſuper novis exceptionibus, qualibet vice propoſitis ſemel tantùm ſuam voluntatem diſtulit ad breve tempus. Permiſſum enim eſt Judici congruum tempus capere pro audiendis Partibus, & ponderandis difficultatibus, hinc indè propoſitis, antequam deveniat ad Cauſæ definitionem, nec ex hoc dicitur inferre gravamen, niſi
34 per plures vices eadem re conſiderata, ex negligentia, vel ex imperitia, vel ex tarditate in judicando, neſciverit ſe determinare, ex traditis per *Contor. Va-*

rior.

riar. lib.1. cap.17.n.69. & par.3. cap.12. ex n.246. & pluribus ſeqq. De Luc. de Juriſdict. diſc.68. num.7. & ſeqq. Zaul. ad Statut. Faventiæ lib.3. rubr.7. num.14. & 15. Dominus, & olim Collega meus *Conſtantin. ad Statut. Urbis annot.52. n.492. Senatus Pedemontanus apud Oſaſch. dec.12. n.6. Rot. diverſor. dec.514. n.4. & 5. par.1.*

Et ita utraque &c.

Senen. Solutionis Æſtimi.

Veneris 28. Septembris 1708.

ARGUMENTUM.

Receſſus à Conventionibus ſemel factis nunquam præſumitur, ſtantibus præcipuè circumſtantiis, in Deciſione recenſitis. Solutio facta dici debet in cauſam magis Debitori proficuam, quæ re integra ab eo valet declarari, non attentis contrapoſitionibus Partitarum, alitèr factis coram Procuratore, ad id mandatum non habente.

SUMMARIUM.

1 *Apoca, trino teſte, Guarantigia, & Juramento munita ad terminos* Statuti Senenſis, *celeritèr executioni demandatur.*

2 *Solutio Æſtimi, & Collectarum, quæ fructibus imponuntur, ſpectant ad Conductorem, non ad Locatorem; quidquid ſit de Collectis, impoſitis perſonæ pro rebus.*

3 *Receſſus à Conventione ſolvendi Æſtimum, facta in contractu, non probatur, niſi concludentiſſimis, & indubitatis juſtificationibus.*

4 *Vel niſi concurrentibus actibus, omninò cum tali Conventione incompatibilibus.*

5 *Præcipuè dum prætenſus receſſus non fuit in ſcripturam redactus, prout veriſimilitèr à diligenti fieri debuiſſet, quando de obligatione per ſcripturam conſtabat.*

6 *Et fortiùs ſi Judex, vel Arbiter, qui prætenditur pro receſſu declaraſſe, in ſcriptis ſententiaverit ſuper pluribus minimi momenti exceptionibus, & de iſta, quæ eſſet inter maximas, nihil dixit, & Pars pro ea non inſtetit.*

7 *Per ſubſequens Inſtrumentum non intelligitur receſſum à conventis in Apoca, præcedentèr confecta, ſi in inſtrumento adſit præſervativa.*

8 *Receſſus à Conventione non poteſt prætendi, ex quo Conductor alteri accollaverit onus ſolvendi Æſtimum, in ſe primo loco aſſumptum, ſi hoc provenire potuit ex quo accollans ſit Clericus, & ad Æſtimum non obligatus; & viceverſa ab hac accollatione plura utilia recepit à Conductore.*

9 *Immò ex hoc deducitur argumentum contrarium, excluſivum receſſus.*

10 *Ad evitandum abſurdum, verba, & actus interpretari debent pro non receſſu à conventis.*

11 *Sicut de Jure interpretatio capienda eſt pro non receſſu.*

12 *Receſſus non arguitur, ex quo Locator reimburſaverit Conductorem de Æſtimo ſoluto, ſi iſte fuit gravatus pro duplici debito, ad quorum alterum tenebatur Locator.*

13 *Et tali caſu probari deberet in Locatore ſcientia, quòd Conductor ſolviſſet ſolùm pro debito Æſtimi, non pro alio.*

14 *Quæ ſcientia excluditur in declaratione facta per debitorem, & quando.*

15 *Re integra, etiam ex intervallo poteſt Debitor declarare, in quam cauſam ſolverit.*

16 *Solutio dicitur potiùs facta in extinctionem debiti proprii, quam alterius.*

17 *Solutio cedit in cauſam, magis Debitori proficuam, & in quam veriſimilitèr ſolviſſet.*

18 *Et proindè non poteſt cedere in extinctionem debiti, quod quis putat non debere.*

19 *Solutio cenſetur facta in extinctionem debiti antiquioris potiùs, quàm recentis.*

20 *Contrapoſitio Partitarum ſolutionis operatur, ut ſolutio cenſeatur facta in extinctionem illius debiti, contra quod apponuntur, & non aliorum.*

Declara ut n.24. & ſeqq.

21 *Sive Partitæ fuerint adnotatæ per modum extinctionis debiti, ſive ſimplicis contrapoſitionis.*

22 *Poſt factam contrapoſitionem non licet Debitori ſe declarare, in extinctionem cujus debiti ſolverit.*

23 *Etiam quando Contrapoſitio ſit facta, non per modum ſolutionis, ſed per viam ſimplicis Crediti, & Debiti di Dare, e Avere.*

24 *Sed hoc procedit, quando contrapoſitio facta*

eſt

eſt præſente debitore, aliàs ſecus, & num. ſeqq.

25 *Solutio facta per Procuratorem, ſi à Creditore ponatur in cauſam, quam Debitor veriſimiliter non elegiſſet, Debitori non præjudicat.*

26 *Ad declarandam mentem Debitoris ſolventis per Procuratorem, in quam cauſam ſolvat, requiritur mandatum ſpeciale.*

27 *Procuratori non eſt permiſſum ſolvere in cauſam diverſam ab ea, pro qua habet mandatum limitatum.*

DECISIO XLIX.

IN ſequelam reſolutionis, captæ ſub die 8. Auguſti proximè præteriti, de qua in alia mea Deciſione Nobb. DD. Petrus Boninſignius, & Comes Nicolaus Piccolomineus, curarunt, Poſitiones, datas à Bertono, tranſmitti Reverendiſſimo D. Horatio Piccolomineo de Aragona, Vicario Generali hujus inclytæ Civitatis, una cum Literis hortatoriis, ad hoc ut dignaretur reſponſiones, Poſitionibus dandas à Patre Joanne Griffolo, recipere, illaſque ad noſtram Curiam remittere: quibus adimpletis, renovarunt inſtantiam Actores pro condemnatione Bertoni ad ſolutionem Æſtimi, iſtoque adhuc acritèr reluctante, fuit hodie à nobis ad Æſtimi ſolutionem condemnatus.

Ex reſponſionibus quippe datis dictis Poſitionibus, recognovit Bertonus, ſe in æquivoco laboraſſe, & idealem eſſe ſuam pretenſionem probandi, quòd poſt exaratam Apocam locationis Anni 1690. fuerit declaratum, ſeu conventum, onus ſolvendi dictum Æſtimum Loca-
1 toris incumbere, ac propterea, non probata hac poſteriori declaratione, firma remanet ejus obligatio illud ſolvendi, contracta in Apoca præfata, quæ tamquam trino teſte, & juramento munita, nec non etiam guarantigiata, debet celeritèr executioni demandari, ex diſpoſitione *Statuti Senenſis Rub.* 7. de Cauſis executivis, & quæ via executiva, intentari poſſunt, *diſtinct.* 2., de quo *Petrus Caballus conſ.* 54. *ex n.* 1. *lib.* 2.

Potiſſimè quia cum dicto pacto expreſſo, in Apoca convento, concordat etiam Juris diſpoſitio, qua cautum eſt, ſolutionem Æſtimi, & Collectarum, quæ
2 fructibus imponuntur, ſpectare ad Conductorem, non ad Locatorem, quidquid ſecus dicendum foret in Collectis, impoſitis perſonæ pro rebus, juxta receptam Theoricam *Bartoli in l.* 1. *poſt medium Cod. de Annon. & Tribut. lib.* 10. *Jaſon. conſ.* 109. *num.* 3. *lib.* 1. *Soccin. Sen. conſ.* 119. *num.* 2. *lib.* 1. *Pacion. de Locat. cap.* 34. *§.* 1. *n.* 30. *Peregrin. de Fideic. artic.* 4. *n.* 67. *& artic.* 50. *n.* 18. *Rot. in rec. dec.* 300. *n.* 1. *par.* 14.

Non obſtat, quòd licèt mediantibus Poſitionibus Bertonus non probaverit conventionem, aut declarationem præfatam, poſſit tamen illam juſtificare aliundè: Quoniam probationes ad oſtendendum fuiſſe receſſum à Contractu, deberent eſſe concludentiſſimæ, cum in contrarium ſtet Juris præſumptio, qua attenta, nunquam cenſetur à Contractu receſſum, niſi id ſpecificè, & claris lite-
3 ris fuerit expreſſum. *Dec. conſ.* 195. *n.* 3. *verſic. ſed tamen prædictis. Paul. de Montepico conſ.* 61. *ſub num.* 17. *& ſeqq. Surd. dec.* 288. *n.* 39. *Rot. cor. Pratinger. dec.* 384. *n.* 8. *Coccin. dec.* 1711. *n.* 5. *&* 6. *Merlin. dec.* 636. *num.* 20. *in rec. dec.* 250. *ex n.* 16. *par.* 6. *dec.* 35. *n.* 5. *par.* 14., vel niſi con-
4 currant actus, omninò pugnantes, & incompatibiles cum exiſtentia, & duratione conventionis. *Pacion. de Locat. cap.* 58. *n.* 10. *Surd. dicta dec.* 288. *n.* 40. *Rot. cor. Nunc. dec.* 43. *n.* 8.

De qua literali conventione, & declaratione, nedum doctum non fuit in præſenti, ſed potiùs conſtitit de maxima inveriſimilitudine in contrarium. Inveriſimile enim prorſus apparuit, Bertonum, Forenſibus negociis addictum, pati voluiſſe, ſe remanere debitorem Æſtimi vigore Apocæ, in qua tale onus in ſe aſſumpſit, & novam conventionem, ſeu declarationem, per quam dicta ſua obligatio, & debitum tolle-
5 batur de medio, contentus fuerit reportare verbalitèr, & abſque eo quòd redigeretur in ſcriptis, ex qua inveriſimilitudine excludi receſſum, firmat *Rot. coram Gregor. dec.* 156. *num.* 5. *Coccin. dec.* 1711. *n.* 7.

Præcipuè quia coram Fiſcali Galeot-

no, qui prætenditur hanc declarationem feciſſe, plures, & multiplices prætenſiones, etiam res minimas concernentes, fuerunt ea poſt à Partibus hinc inde deductæ, & ab ipſo de anno 1693. per ſententiam terminatæ, abſque eo quòd, vel in Actis, vel in Sententia, mentio ulla facta fuerit de hac aſſerta declaratione, & tamen ſi illa vera fuiſſet, non amiſiſſet Bertonus inter alias ipſius prætenſiones, ad enervandas vi-
6 res Apocæ illam recenſere, nec rem indeciſam, & in ambiguo reliquiſſet. *Rot. in rec. d. dec. 250. ſub num. 11. parte 6.*

Ηis poſitis, argumenta, quæ ex parte Bertoni afferebantur pro inducendo receſſu à conventione Apocæ, tanquam æquivoca, & nihil concludentia, eidem prodeſſe non potuerunt ad intentum: Et ſanè nihil concludit, quòd in Inſtrumento celebrato die 31. Martii 1693. occaſione ingreſſus in Religionem Patris Joannis Griffoli, iſte ceſſerit Nob. D. Alexandro Griffoli, ejus Patruo, uſumfructum Prædiorum *di Moretto*, *e Bandite*, cum onere ſolvendi Æſtimum, quod onus Patruo non injunxiſſet, ſi ad illius ſolutionem Pater Griffolus non fuiſſet adſtrictus, ſed tale onus ad Bertonum ſpectaſſet. Siquidem in ſupracitato Inſtrumento Pater Griffolus non injunxit onus D. Alexandro ſolvendi Æſtimum dictorum Prædiorum, ſed alterius Prædii *di Pometo*, ut patet ex § *Quarto, che al detto Signor Aleſſandro* ejuſdem Inſtrumenti, immò illud, reſpectu Prædiorum *di Moretto, e Bandite*, voluit firmum remanere debere penes Bertonum, dum in eodem Inſtrumento ſpecificè convenit, quòd per celebrationem ipſius, nullum intelligeretur illatum præjudicium Apocæ locationis Prædiorum *di Moretto, e Bandite*, ut in § *Primo, che non s'intenda fatto alcun pregiudizio &c.* Cumque,
7 ut dictum eſt, in dicta Apoca Locationis adeſſet literale pactum, quòd ſolutio Æſtimi fieri deberet à Bertono, ex hoc ſubſequenti Inſtrumento non poteſt argui receſſus à pacto contento in Apoca, cum illud potiùs confirmet perſeverantiam in præcedenti conventione. *Rot. coram Ansalt. d. dec. 43. num. 7. Peutinger. d. dec. 384. num. 9.* & magis in ſpecie *coram Merlin. dec. 792. n. 15.*

Prout nihil concludit, quòd in alia Apoca locationis dictorum Prædiorum anno 1694., inter Alexandrum Griffolum, & Bertonum exarata, fuerit expreſsè conventum, Æſtimum eorundem Prædiorum ſolvi debere ab Alexandro Locatore, quod onus in ſe ipſe non aſſumpſiſſet, ſi illius accollatio à Bertono in Apoca 1690. facta, per ſubſequentem declarationem ſublata non fuiſſet. Quoniam tale pactum nullum gravamen inferebat Alexandro, qui tanquam Clericus non tenebatur ad ſolutionem Æſtimi, & viceverſa ipſe correſpectivè ad hoc onus, à quo liberavit Bertonum, plura pacta ſibi utilia, & favorabilia in eadem Apoca appoſuit, & ſignantèr, quòd Bertonus ſolveret
8 anticipatè de ſemeſtre in ſemeſtre ſcuta 110. annua, quòdque anticipatè etiam ſolveret ſcuta 50, eidem bonificanda in annuo affictu trium annorum pro rata, & quòd in Feſtivitate Omnium Sanctorum tradere deberet Locatori regalia, præſtari ſolita à Colonis unde cum aſſumptio oneris ſolvendi Æſtimum fuerit ab Alexandro facta correſpectivè, & longè, latèque recompenſata ab aliis conventionibus ſibi favorabilibus, in eadem Apoca adjectis,
9 ex hoc potentiſſimum deſumitur argumentum pro excludendo receſſu, nam aliàs ſi præceſſiſſet aſſerta declaratio, Bertono favorabilis, & receſſiva à conventione anni 1690., tantam recompenſationem in Apoca anni 1694. Bertonus Alexandro non dediſſet, cum iſte nullum in ſe onus in dicta ſecunda Apoca accollaſſet, nihilque favore Bertoni egiſſet, ad quod abſurdum evi-
10 tandum capienda eſt interpretatio excluſiva receſſus, prout de Jure etiam verba, & actus taliter interpretari debent, ad hoc, ut quantum poſſibile eſt
11 receſſum non inducant. *Rot. coram Merlin. d. dec. 792. n. 14.*

Sic etiam prodeſſe non potuit Bertono recurrere ad obſervantiam, ex eo deſumptam, quòd Nob. D. Hortenſia Griffoli ſolverit Æſtimum dictorum Prædiorum pro annis 1690. 1691. & 1692., quod certè non feciſſet, ſi debitum præfatum non ſpectaſſet ad Bartholomæum Griffolum, & Joannem

com-

communem filium, ſed tale onus penes Bertonum vigore Apocę anni 1690. remanſiſſet. Siquidem ſolutiones non fuerunt factę à D. Hortenſia ſed à Bertono, & licèt ipſa reimburſaverit eundem Bertonum de quantitate ſoluta Duanę, nomine Bartholomęi Griffoli ejus mariti, tamen cum Miniſtri Duanę gravaverint Bertonum, tamquam poſſeſſorem Bonorum ejuſdem Bartholomæi, pro debito Prædiorum *di Moriccia*, *e Banditə*, & pro alio Iſabellę
12 de Simonis, auctricis Bartholomæi, probari deberet in Domina Hortenſia ſcientia, quòd ſolutio à Bertono facta non fuerat pro debito Bartholomęi,
13 tanquam ab Iſabella cauſam habentis, & pro aliis debitis ejuſdem, ſed pro Æſtimo Prædiorum *di Moriccia*, *e Bandite*, decurſo, nedum ante, ſed etiam poſt accollationem factam à Bertono, ſine qua ſcientia non poteſt dici, Dominam Hortenſiam, reimburſando Bertonum, ratificare voluiſſe ſolutionem etiam pro rata, à Bertono accollata. *Rota. conſ. 91. num. 10. lib. 1. Rot. coram Pamphil. dec. 8. num. 4. & dec. 299. num. 5. & 8. Coccin. deciſ. 1799. num. 20.*

Quæ probatio ſcientiæ tantum abeſt quod concurrat in caſu noſtro, ut potius excluſa remaneat ex depoſitione ejuſdem Dominæ Hortenſiæ, quæ ſtatim, ac habuit notitiam, quod Bertonus ſolverat Æſtimum, pro parte ad Bartholomęum, & pro parte ad ipſum ſpectans, ſub ſuppoſito, quòd ſtante aſſerta declaratione Fiſcalis Galeotti, totum ſpectaret ad Bartholomęum, medio ejus juramento coram Notario, & Teſtibus expreſsè proteſtata eſt, Galeottum numquam talem declarationem feciſſe, immò plures dixiſſe, firmam remanere debere conven-
14 tionem Apocæ anni 1690., ipſamque numquam ſcientiam habuiſſe ſolutionis factæ à Bertono pro debito, à ſe accollato, eumdemque ſub ſuppoſito quòd ſolviſſet debitum, ad Bartholomęum ſpectans, reimburſaſſe, ſtante autem D. Hortenſiæ ignorantia, licitum eidem eſt hodie, re quoad ipſam integra, declarare, ſolutiones cedere debere pro extinctione debitorum, ad Bartholomęum ſpectantium, quam declarationem, re integra, poſſe fieri à debi-
15 tore, etiam ex intervallo poſt ſolutionem, juxta *theoricam Joannis de Imola in l. 1. num. 8. ff. de ſolut.* tradunt *Gratian. diſcept. 224. num. 67. Rot. coram Bich. dec. 306. ſub num. 45. verſic. his accedit. Emerix Sen. dec. 152. num. 4. inter diverſ. deciſ. 679. num. 7. part. 1. & in Romana Terraticaria 11. Januarii 1700. §. Cæterùm, coram Reverendiſſimo D. meo Molines Sacræ Rotæ Decano.*

Nullatenus relevante reſponſione, quòd Bartholomęus Griffolus fuerit ſolùm hæres Iſabellæ de Simonis ejus matris pro tertia parte trium quartarum, ſicque pro hac rata ſolùm teneretur ad debitum Æſtimi, quod non aſcendit ad libras 414. ſ. 1. quæ fuerunt ſolutæ Magnificæ Duanæ. Quoniam debitum, ex cauſa Æſtimi contractum à Bartholomęo Griffolo pro Prędiis *di Moriccia*, *e Bandite*, à die, qua ceſſavit in ſolutione, uſque ad diem confectæ Apocæ Locationis cum Bertono, aſcendebat ad libras 389., quę junctę cum eo, quod ipſe debebat tanquam hæres anomalus Iſabellæ de Simonis pro tertia parte trium quartarum, debitum ipſius longè excedebat ſummam ſolutam, ut ex calculo ad partes dato.

Minùs obeſſe valet ſolutio facta pro Æſtimo anni 1693.; quia cum Bartholomęus Griffolus, cujus nomine fuit facta ſolutio, eſſet debitor Æſtimi, & ex pluribus aliis titulis, & cauſis, ſolutio potiùs in cauſam debiti proprii, quàm
16 alterius à Bertono accollati, facta dici debet, *ad Text. in l. & magis 4. & l. cum ex pluribus 97. ff. de ſolut. Bald. in l. 1. ante fin. verſic. & magis nota ff. eodem. Gratian. d. diſcept. 224. num. 17. & diſcept. 951. num. 40. 44. & 46. De Angel. de Confeſſ. tom. 1. lib. 2. quæſt. 67. num. 11. Medic. examinat. 15. num. 13. & ſeq. Rot. coram Pentinger. dec. 217. num. 3. & 4. & dec. 321. num. 18. Ottobon. dec. 242. num. 19. Priol. dec. 185. n. 3. & dec. 220. num. 5. & 6. Cerr. dec. 412. num. 7. in rec. dec. 74. num. 2. part. 9. & dec. 101. num. 3. part. 13.*

Idque procedit, etiamſi de tempore
17 ſolutionis fuiſſet dubium, an pro Æſtimo Prædiorum *di Moriccia*, *e Bandite*, poſt exaratam Apocam Locationis anni 1690., Pater Griffolus eſſet debitor

nectue, quia cum ſolutio cedat in cauſam, Debitori magis proficuam, in quam veriſimiliter debitor ſolviſſet *Gratian. d. diſcept. 224. num. 82. & 95. & diſcept. 962. num. 46. De Luc. de Credit. diſc. 45. num. 8. Medices dict. examinat. 15. n. 41. & 42. & in Addit. ad Eundem num. 19. Rot. coram Ottholono dec. 192 num. 9. Merlin. dec. 507. num. 5. & 7. Emerix Jun. dicta dec. 47. num. 8. & in Romana Pecuniaria 11. Januarii 1700. §. Neque ſperanda, coram Reverendiſſimo Molines;* nunquam poterit cenſeri facta in cauſam debiti incerti, & ad quod quis credit non teneri, veriſimilitudini quippe repugnat, aliquem velle ſolvere id,
18 quod ſe debere non putat. *l. 1. ff. de ſolut.*, in individuo *Gratian. d. diſcept. 224. num. 80. & ſeqq. Mart. Medic. d. examinat. 15 num. 41. & ſeqq. & in Addit. ad Eundem num. 17. & ſub num. 25. in fine, & in Addit. ad dec. 15. num. 3. Rot. Samm. apud Eundem dec. 27 num. 15. Rot. coram Merlin. dec. 742. num. 1. & ſeqq., & in Romana Pecuniaria 17. Maji 1700. §. Hinc propterea, coram Reverendiſſimo D. meo Molines, & in Eadem ſuper negotio principali 25. Februarii 1701. §. Addebatur, coram R. P. D. meo Anſaldo, & 27. Junii ejuſdem anni §. Minùs ſubſiſtit, poſt medium, coram Muto.*

Maximè quia debitum Æſtimi, ex prædictis aliis cauſis reſultans, erat antiquius, pro cujus extinctione, potiùs
19 cenſetur facta ſolutio, quàm pro diſſolutione debiti, magis recentis. *l. 1. l. in his, l. cum ex pluribus, & l. creditor §. Valerianus ff. de ſolut. Gratian. diſcept. 103. num. 13. Angel. de Confeſſ. tom. 1. lib. 2. quæſt. 57. ſub n. 4. Magon. dec Florent. 39. num. 10. Mart. Medic. d. examin. 15. num. 34. 40. & ſeqq. & dec. 15. n. 1. & in Addit. ad Eundem n. pariter 1. dec. 26. num. 17. & 18 & dec. 17. num. 11. & ſeqq. Sard. dec. 186. num. 5. Muta dec. Sicil. 93. num. 5 Rot. coram Bich. dec. 262. num. 13. & dec. 306. n. 30.*

Neque obſtat aſſerta contrapoſitio Partitarum ſolutionis, facta in libris Magnæ Duanæ, debito Æſtimi Prædiorum *de Morteſe, e Bandite*, decurſo etiam poſt confectam Apocam locationis cum Bertono, quæ contrapoſitio operatur, ut ſolutio in extinctionem
20 hujus debiti, & non aliorum debeat referri, ut proſequuntur *De Angel. de Confeſſ. tom. 1. lib. 2. d. quæſt. 67. num. 6. Mart. Medic. cit. dec. 15. num. 36. Muta allegat. dec. Sicil. 93. num. 6. & 7. Addens. ad Pamphil. dec. 445. num. 10. Rot. cor. Cavaler. dec. 165. num. 1. Bich. citat. deciſ. 306. num. 31., & dec. 319. num. 10. in rec. dec. 50. num. 7. part. 17.* nulla habita conſideratione, an partitæ dati, & ac-
21 cepti fuerint adnotatæ per modum extinctionis debiti, vel ſimplicis contrapoſitionis ſub titulo *di dare, e d' avere*, quia utroque caſu importat extinctionem debiti, cui facta fuit contrapoſitio, adeout poſt dictam contrapoſitionem
22 licitum ampliùs non ſit Debitori, declarare voluntatem ſuam. *Rot. in rec. dec. 693. n. 5. par. 2. & poſt Merlin. de Pignor. dec. 88 n. 7. 17. & ſeqq.* ubi reprobat contrarios.

Quoniam, quidquid ſit, an quando per modum ſolutionis, in ipſa contrapoſitione adnotatæ, ſed per viam ſimplicis crediti, & debiti *di dare, & avere*, Partitæ fuerunt in libris deſcriptæ; ex hac ſimplici contrapoſitione inducatur extinctio, & compenſatio debiti cum credito, adeout non ſit ampliùs in poſſe debitoris ſolventis ex poſt declarare,
23 in quam cauſam malit cedere ſolutionem in proprium creditum tranſcriptam, quod ex originali Theorica *Joannis de Imola in l. 1 n. 8. ff. de ſolut.* ex profeſſo negant *Alexander conſ. 85. n. 3. lib. 3. Menoch. conſ. 121. n. 43. Gratian. d. diſcep. 224. n. 21. ubique De Luc. n. 10* latè *Burſat. de Compenſat. cap. 3. quæſt. 12. n. 9. & per tot.* plenè *Gattiera eodem Tractatu lib. 3. cap. 6. num. 43. & ſeqq. uſque ad fin. Mart. Medic. d. examinat. 15 n. 28. & 29.* ubi explicat dictam deciſionem *693. par. 2. rec. Sard. dec. 117. n. 10. & dec. 186. n. 8. & quibique Hodierno n. 2. Magon. dec. Florent. 39. n. 9. Rot. in dicta Romana Pecuniaria 17. Maji 1700. §. His ſic conſtitutis, coram Reverendiſſimo D. meo Molines, & in eadem ſuper Negotio principali 25. Februarii 1701. §. De cætero, & §. Circa, coram R. P. D. meo Anſaldo, & 27. Junii ejuſdem anni §. Minùs, coram Muto.*

Satisfecit in præſenti reſponſio, quòd quæſtio hæc cadere poſſet, quando contrapoſitio facta fuiſſet à Magnifica Duana, præſente debitore, ſed cum in caſu,

de

24 de quo agitur, ſolutio facta fuerit non à Patre Jo. Griffolo, ſed à D. Hortenſia per interpoſitam perſonam Procuratoris, ſeu Miniſtri, talis ſolutio Patri Joanni præjudicare non potuit. ſolutio enim, quæ non fit à debitore per ſe ipſum, ſed per interpoſitam perſonam Procuratoris, ſi ponatur à Creditore in cauſam,
25 quam veriſimilitèr non elegiſſet ipſemet Debitor, ſi ſolviſſet, huic non præjudicat, ut in ſpecie advertit *Caſtrenſ. in l. 1. in fin. verſic. propter hoc ego fateor ff. de ſolut. Ger. Spin. conſ. 23. n. 9. optimè Gratian. d. diſcept. 224. n. 37. Rot. coram Bich. dec. 306. n. 42. & dec. 423. n. 35.*

Deficiente enim iſto caſu debitoris conſenſu, & Procuratoris mandato ad ſolvendum, quod ſpeciale requiri ad declarandam voluntatem debitoris, ſolvendi potiùs in unam, quàm in aliam cau-
26 ſam, tradit *Gratian. d. diſcept. 224. n. 39.*, immò concurrente mandato præſumpto pro ſolutione debiti magis antiqui, & non alterius, quod debitor tranſtulerat in Bertonum, permiſſum non erat Miniſtro ſolvere in cauſam diverſam ab ea, pro qua habebat mandatum limitatum, ut proſequitur in ſpecie *Ger. Spin. d. conſ. 23. num. 8. & ſeqq. Gratian. diſcept. 224. n. 38. & ſeqq. Marc. Medic. examinat. 15. n. 31.*

Cætera tamquam levioris ponderis, vel ſublata ex ſuperiùs deductis, ulteriori reſponſione non indigent.

Et ita utraque &c.

Senen. Locationis ſuper Refectione Damnorum.

Veneris 28. Septembris 1708.

ARGUMENTUM.

Ad quid teneatur Conductor, & quomodo uti debeat re conducta. Quomodo fiat æſtimatio damni, in re locata illati per Arborum inciſionem, & de illius liquidatione: An damnum illatum à Colono in re Conducta, præſumatur illatum ſcientia, & permiſſione domini Conductoris. Quas Arbores poſſit incidere, & ſibi appropriare Conductor, & ad quem effectus id poſſit ſpectare.

SUMMARIUM.

1 *Conductor, incidens arbores, & damnum in Prædio conducto inferens, tenetur ad refectionem, & ſolutionem quantitatis, eidem damno æquivalentis.*
Amplia n. 5. & ſeqq.
2 *Conductor tenetur ſylvam, & arbores cuſtodire.*
3 *Et curare, nè alii illas cedant.*
4 *Locatori ſufficit probare, rem eſſe damnificatam, ut præſumatur, damnum negligentia, & facto Conductoris, obveniſſe.*
5 *Conductor tenetur reficere damnum, etiam à Colono illatum.*
6 *Amplia etiam ab aliis perſonis.*
7 *Conductor eo magis ad refectionem damnorum tenetur, ſi in Conductione ad id ſpecificè ſe obligavit.*
8 *Nec tenetur reficere tantum damna, quæ vidit inferri, ſed alia quæcunque.*
9 *Et ſtante obligatione, ſufficit minor culpa, præſertim ſi damnum ſit conſiderabile.*
10 *In æſtimatione damni per inciſionem arborum, reſpiciuntur, ultra valorem ligni, fructus, qui percipi potuiſſent attento dubio eventu circa majorem, vel minorem eorum perceptionem, & poſſibilem arborum exſiccationem, vel diuturnam illarum durationem.*
11 *Damnum probatur ex relationibus Peritorum, judicialiter, & concorditèr electorum, contra quas ſi non ſit reclamatum, plenam fidem merentur, nec valent ampliùs impugnari.*
12 *Conductor non tenetur ad refectionem damni, ſi ſit ſolùm in culpa leviſſima.*
13 *Nec culpa evitatur ex quo Conductor prohibuit Colonis inciſionem, niſi retinuerit cuſtodem, eoſque compulerit ad damni emendationem.*
14 *Sicut non evitatur culpa, ſi non fecit ea, quæ debebat, & quæ alii facere conſueverunt pro conſervatione Bonorum.*
15 *Sylvas cuſtodire poſt locationem, non ſpectat ad Locatorem, ſed ad Conductorem.*
16 *In rebus propriis negligentia non punitur.*
17 *Conductor, ut excuſetur à culpa, tenetur uti re conducta, ſicut faceret diligens homo, non ſicut dominus, qui ſit negligens in re ſua.*
18 *Scientia damni illati in ſylvis, probatur in Con-*

Conductori, ex frequentibus inciſioni- bus, & publica lignorum tranſportatione ad vendendum.

19 *Et ex quo tales actus fuiſſe notos aliis hominibus Loci.*

20 *Ex quo famulus Conductoris, reprehendit Colonos vendentes ligna, & Carbonem.*

21 *Prohibitio, & reprehenſio ſupponunt precedentem ſcientiam contraventionis.*

22 *Item probatur ſcientia ex Epiſtolis ſuper inciſionibus conſcriptis Conductori.*

23 *Scientia dicta non excluditur à depoſitione famuli benè affecti erga Dominum.*

Amplia, ut n. 25. & 26. & 27.

24 *Teſtis familiaris favore Domini non probat.*

25 *Teſtis ſibi contrarius, & mendax non probat,* & n. 26.

27 *Judex pro inducenda ſcientia attendere debet conjecturas, non autem credulitatem, & opinionem Teſtis Mendacis.*

28 *Conductor ſciens Arboribus per Colonum inciſis, præſumitur permiſiſſe, & ratificare voluiſſe Inciſionem.*

29 *Conductor non poteſt ſibi appropriare Arbores veteres, & modicum fructum afferentes.*

30 *Nec ſiccas, & vi ventorum evulſas, cum ſpectent ad Locatorem, & proprietarium, non ad Conductorem, aut uſufructuarium.*

31 *Auctoritates in contrarium refelluntur.*

32 *Si Teſtes ſint diſcordes circa valorem, liquidatio fit per valorem medium inter infimum, & ſupremum.*

33 *Licet Conductori Arbores incidere pro conſervatione, & reaptatione Bonorum ſibi locatorum,* & n. 36.

Et quantitas neceſſaria probari debet à Conductore n. 36.

34 *In Controverſiis parvi momenti, & quæ non ſine magno diſpendio extricari poſſunt, Judex poteſt æquum temperamentum ſumere, & ſuper quantitate controverſa arbitrari.*

35 *Valor expenſarum pro reparatione Fundi Conducti per Peritos determinari valet.*

37 *Conductori juxta prudentis Judicis arbitrium eſt aliquid bonificandum, ſi tempore Inciſionis Arborum, aliquid pro reparatione fundi impenderit.*

38 *De Auditoribus Rotæ Florentiæ, eorumque diſtinctis muneribus. Quomodo ſoleant Auditores ad hujuſmodi munus promoveri, & quomodo fuerit electus Auctor, & quo die ceperit poſſeſſionem, aliaque plura, de quibus* ibidem.

DECISIO L.

V[illegible]ctorum, quàm ſub die quarta Maji, & 17. Septembris anni præteriti reportarunt Nobb. DD. Petrus Boninſegnius, & Comes Nicolaus Picc[illegible]neus Ceſſionarii Patris Joannis Graffoli pro dimiſſione prædiorum *delle Moriccie, e Bandite* in locationem retentorum à Perexcellenti D. Jacobo Antonio Roſſi *Bertoni*, ex rationibus, de quibus in *dec* 8. 9. *&* 11., ſuperiùs impreſſis: præbuit præſentis Controverſiæ motivum, nam Actores prædicti, recuperatis Bonis præfatis, egerunt contra eumdem Bertonum pro refectione damnorum ob inciſiones arborum, & vitium devaſtiones, ſecutas ſuper dictis Bonis tempore durantis locationis prædictæ, inſtructoque judicio, & factis opportunis probationibus, in hodierna Audientia deciſum fuit Bertonum teneri ad ſolutionem ſcutorum 146. lir. 1. pro dictorum damnorum emendatione.

Ex acceſſu ſiquidem Peritorum, & eorum, teſtiumque ſubindè examinatorum depoſitionibus, conſtitit Bertonum plures arbores inciſiſſe, & damnum in vitibus intuliſſe, ac proindè ad illius refectionem, & ad ſolutionem quantitatis eidem damno æquivalentis
1 debet adſtringi. *Anſald. conſ.* 55. *ſub n.* 21. *Petrus Caball. Conſil. crimi.* 30. *ſub n.* 9. *lib.* 2. *Poſt. reſol.* 136. *num.* 10. 11. *&* 12. *Borgnin. Cavalcan. deciſ.* 44. *numer.* 71. *part.* 1. *Rota noſtra apud Marc. Medic. deciſ.* 46. *num.* 4. *& dec.* 47. *ſub num.* 11. *verſ. quia tamen, & num.* 12. *Rota cor. Dunnet. Jun. dec.* 1008. *num.* 8. *& ſeqq. & in Romana Inciſionis Arborum* 1. *Junii* 1695. *coram R. P. D. meo Priolo, &* 25. *Junii* 1696. *coram Reverendiſs. D. meo Molines Decano. Hortana Caſalis ſuper Fructibus* 3. *Aprilis* 1699. *§. finali, coram bo. me. Pu. Melevitana Damnorum, & intereſſe* 15. *Februarii ejuſdem Anni, &* 9. *Decembris* 1701. *§. Bare, §. Ex quibus, & §. Nec pra-*

prædicta, coram eodem, & *in Hortana Sylvarum ſuper concruſamentis 4. Junii 1701. §. Siquidem, coram Reverendiſs. Molines*.

Non obſtat, quòd damnum non fuerit à Bertono illatum, ſed à Colonis, vel ab aliis, cumque non probetur ipſius ordo, vel culpa, ad illud
reſarciendum condemnari non poſſit;
2 Quoniam cum Conductor debeat Sylvam, & arbores cuſtodire. *Anſald. d. conſ.55. num.44. Poſth. reſol.136. num.62. Reginell. de Arbor. cap.15. num.35. Paccion. de Locat. cap.29. num.10. 31. & 65. Rot. Diverſor. dec.241. num.1. part.1. Da-*
3 *nubet. Jun. dec.1008. num.6. & ſeqq.* & curare ne alius illas cedant *Poſt. d. reſol.136. n.63. Paccion. de Locat. d. cap.29. num.31.*, ſufficit Locatori oſtendere rem eſſe damnificatam, ut devaſtatio, ac inciſio arborum in re locata contingens
4 ex negligentia, & facto Conductoris obveniſſe præſumatur *Bonac. conſ.53. numer.13. 14. 15. & 33. Anſald. d. conſ.55. n.45. Poſt. d. reſol.136. num.66. Carpan. ad Statut. Mediol. tom.1 cap.371. num.18. & ſeqq. Reginell. de Arbor. cap.15. n.35. Paccion. de Locat. cap 29. n 64. & 65. De Luc. ad Gratian. diſcept.132. numer.10. Gob. conſult.5. num.68. Borgnin. Cavalcan. d. dec.44. num.72. lib.1. Rot. in d. Melevitana damnorum, & intereſſe 9. Decembris 1701. §. Inciſiones, coram bo. me. Pio*, & conſequentèr ad illius refectionem conductor tenetur; ut in ter-
5 minis inciſionum factarum à Colono *Rota noſtra apud Mart. Medic. dec.90. numer.4. Rot. in d. Melevitana damnorum 1701. §. Inciſiones*, & de Inciſionibus factis ab aliis perſonis *Carpan. ad Sta-*
6 *tut. Mediol. tom.1. cap.375. ex num.18. Paccion. de Locat. cap.29. n.11. Borgnin. Cavalcan. d. dec.44. num.72. lib.1. Rot. Diverſ. d. dec.241. n.1. part.1.*

Maximè quia in Apoca Locationis, Bertonus ſpecificè ſe obligavit colere bona locata ad uſum boni, & diligentis Patris Familias, eaque diligentèr manutenere, & conſervare, ac arbores non incidere, permiſſa ſolum eidem facultate potandi, & diramandi; quo caſu vigore hujus ſpecialis obli-
7 gationis, eo magis ad damnorum refectionem eſt compellendus *Barbat. conſil.53. num.13. & ſeqq. Paccion. de Locat. d. cap.29. n.30. & 31.*, ubi, quòd illo caſu nedum tenetur ad damna, quæ
8 Conductor vidit inferri, ſed ad alia quæcumque *Reginell. de Arbor. cap.15. ſub n 35. Pecch. de Servit. tom.3. quæſt 63. n.4. Zanl. ad Statut. Faventin. lib.3. rub.18. num.9. Rot. coram Dunozet Jun. dec.1008. num.11. Emerix Jun. deciſ.955. num.5.*, & minor culpa ſufficere debet, præſer-
9 tim quando damnum eſt conſiderabile. *Cyriac. contr.229. num.17. Paccion. de Locat. cap.29. n.49. & cap.34. num.40. & ſeqq. & num.47. & ſeqq. De Angel. de Confeſſ. tom.2. quæſt.6. num.10. Rota noſtra apud Martium Medic. dec.46. n.9.*

Quòd autem in præſenti damnum fuerit conſiderabile, & magnum, reſultat ex quo juxta uniformes relationes Peritorum, valor arborum inciſarum in prædio *della Moreccia*, recognitum fuit aſcendere ad libras 160. 10., & potuiſſe ab eis percipi quolibet anno per ſpatium 15 annorum ſextaria quindecim glandis, habita ratione ad dubium eventum, tam circa majorem, vel minorem perceptionem fructuum, quam circa poſſibilem arborum exſiccationem, vel diuturniorem
10 illarum durationem, prout fieri debere in ſubjecta materia æſtimationis damni in arboribus illati, plenè firmavit *Rota noſtra in Senen. æſtimationis arborum 30. Junii currentis Anni §. Non obſtat, & ſeqq. & ferè per totam, coram Me*, inter ſuperiùs impreſſas deciſ.......

Et quo ad prædium *della Bandita* longè majus fuiſſe damnum reſpectu proprietatis arborum, elicitur ex prima Peritia in actis exiſtente, & reſpectu fructuum earumdem ex ſecunda, in qua ambo Periti retulerunt, fructus prædictos potuiſſe aſcendere ad ſextaria centum annua, quæ per annos 15., quibus veriſimiliter durare poterant præfatæ arbores, conſtituunt quantitatem ſextariorum 1500.. Nec hujuſmodi Peritorum Relationes poſſunt à Bertono de exceſſu redargui, nam cum ipſi fuerint judicialitèr, & de conſenſu partium electi, inter ſe omninò concordes, & ab eis
11 non fuerit reclamatum, plenam fidem merentur, nec poſſunt amplius impugnari, ut in ſubjecta materia tradit *Rot. coram Dunozet. Jun. dec.1008. num.14.*

&

& 13. & in Romana Aſſectus ſuper liquidatione damnorum 4. Junii 1704. §. Licet, & §. finali, coram Muto, aliiſque relati in d.Summ. *Æſtimationis Arborum 30. Junii proximè præteriti §. Fundamentum, coram Me*, nunc impreſſa *dec.* . . . .

Nec obeſſe viſum fuit, quòd ex teſtibus, noviter à Bertono examinatis, eruatur ipſum reiteratè, & per plures vices prohibuiſſe Colonis, nè ligna inciderent in prædiis controverſis, ob quas prohibitiones prætendebatur, ipſum non fuiſſe in aliqua culpa, vel ad ſummum inciſiones provenire potuiſſe ex 12 ejus culpa leviſſima, de qua non tenetur Conductor. *Roland. à Valle conſil.95. num.14. lib.2. Pacion. de Locat. d. cap.19. n.41. & ſeqq. & cap.54. n.45. Joſeph. Ludovic. dec. Peruſin.25. num.13. Oſſervat. Puteus* olim hujus noſtri Tribunalis Auditor, apud *Magon. dec. Florentin.111 num.11. Surd. dec. 87. n.7.*

Quoniam ad evitandam culpam ſatis non eſt prohibitio, Colonis facta, ſed dum Bertono innoteſcebat inciſionem, & venditionem lignorum, & carbonis fieri à Colonis, non obſtante aſſerta prohibitione, ad illam impediendam retinere debebat cuſtodem ſylvarum, ut ex Apoca diei 5. Decembris 1698. annis præcedentibus practicaſſe probatur, eoſque compellere ad damni emendationem, prout illud contra Colonum, 13 qui vites, & ſepes damnificaverat, æſtimari curavit, quod cum non fecerit, defecit in eo, quod ipſemet, & omnes alii in loco facere conſueverunt, & 14 conſequenter à culpa, & negligentia non evaſit immunis, ut proſequitur *De Angel. de Confeſſ. tom.2. quæſt.6. num.12. & ſeqq. Cappc. Latr. conſult. 135. num.31. & 49. Pacion. de Locat. d. cap.19. n.35. & ſeqq. Rota noſtra apud Marinum Medic. dec.46. num.8. Oſſervat. Puteus apud Magon. d. dec. Florentin.* 111. n.13.

Haud relevante, quòd Nob. quondam Alexander Griffolus, nunquam cuſtodem in dictis ſylvis retinuerit. Quia hoc non probatur in *facto*, & probatum Bertono non proficeret, quia Alexander utrumque ex dictis Prædiis, cum nemoribus, aliiſque pertinentiis, locavit Bertono, unde non 15 ad ipſum, ſed ad Conductorem ſpectabat, ſylvas, & nemora cuſtodire, ut dictum eſt ſupra *num.2. & ſeqq.* Fortiùs reſpectu Prædii, & ſylvarum *della Mericcia*, quæ cum jure proprio ad eumdem Alexandrum ſpectarent, poterat ille illis uti, & abuti ad ſui libi-16 tum, ex quo in rebus propriis negligentia eſt impunita; ſed non ſic eſt reſpectu Bertoni, qui cum eſſet dictorum Prædiorum, & ſylvarum Conductor, illas diligentèr cuſtodire tenebatur, cum Conductor debeat eſſe diligens in re conducta, eaque uti, ſicut faceret quilibet diligens homo, non ſicut faciebat dominus, qui non erat 17 diligens in re ſua, in ſpecie *Bald. conſil.148. in fine lib.2. & conſ. ſeq. in principio Pacion. de Locat. cap.50. num.46. & 47. Petch. de Servit. tom.3. quæſt.63. n.5. De Angel. de Confeſſ. tom.2. quæſt.6. num.8. Rot. coram Gregor. deciſ.528. numer.16.*

Scientia autem Bertoni eſt innegabilis, tum quia agitur de inciſionibus quotidianis, & arbores inciſæ, & carbones ab ipſis confecti, tranſportabantur ad vendendum una, vel duabus vicibus pro qualibet hebdomada ad loca vicina, ex qua inciſione frequenti, & ſucceſſiva, publicaque tranſportatione, ſcientia arguitur, ut de actibus haben-18 tibus tractum ſucceſſivum *Rota coram Buratt. dec.604. n.8. Bich. dec.135. n.17. poſt De Luca in de Dominio. dec.45. n.4. & inter deciſ. Lucen. Diverſor. recollectas per Dominum Palm. Nepot. dec.390. numer.23.* & de actibus publicè, & palam geſtis *Gabriel. conſ.169. n.17. lib.2. Altograd. conſ.97. n.77. lib.2. Cyriac. contr. 333. n.7. Manſ. conſult.39. num.41. conſult.148. num.19. & conſult. 271. n.23. Rota Senen. apud Mart. Medices dec.64. n.6. Rot. in rec. dec.533. num.4. par.1. & dec.461. num.8. par.4. tom.1. & cor. Bich. dec.135. n.17.*

Tum quia dictæ inciſiones, confectiones carbonis, & venditiones, erant notæ aliis hominibus dicti loci, ut deponit primus teſtis *ſuper Interrogatorio* 13. unde inveriſimile eſt, Bertonum, & Bar-19 taluccium ejus famulum, dumtaxat ignoraſſe id, quod omnibus aliis notum erat. *Manſ. conſult.* 271. n.23. ubi concordantes. *Maſcard. de Probationib. concluſ.*1231. *num.3. tom.3.*

Tum etiam quia idem Bartaluccius

pla-

pluries reprehendit Colonos, ut ſe ab-
20 ſtinerent à vendendis lignis, & carbo-
ne, ut ipſemet deponit *ſuper Interroga-
torio* 88., quæ prohibitio, & reprehenſio,
21 ſupponit præcedentem ſcientiam con-
traventionis, ut conſideranti patet.

Tum demum quia ſuper dictis inci-
ſionibus, factis ab ipſius Colonis, &
Proceſſu ob hanc cauſam contra ipſos
fabricato, plures Bertono ſcriptæ fue-
runt epiſtolæ à Nob. quondam Ale-
22 xandro Griſolo; ex quibus plena,
& indubitata ſcientia inciſionum
reſultat. *Manſ. conſult.* 343. *n.*19. *Rota
in recent. dec.*217. *n.*1. *par.*3. *& dec.*183.
*n.*1. *par.*19.

Abſque eo quòd in contrarium
urgere poterit depoſitio ejuſdem
Bartolucci, aſſerentis, Bertonum non
habuiſſe ſcientiam dictarum inciſio-
num, & venditionum. Primò quia
Bartoluccius à teneris annis fuerit edu-
23 catus in domo Bertoni, & ob affectio-
nem, quam contraxit erga dominum,
ei inſervivit, & inſervit pro alimentis,
abſque ullo ſalario, ſicque eidem, ad
favorem Bertoni deponenti, non eſt
24 fides præſtanda. *Rot. in rec. deciſ.* 301.
*num.*12. *par.*11 *& dec.*131 *num.*7. *& 8.
part.*15 *poſt Conſtantin. ad Statut. Urb.
dec.*23. *n.*23. *& in Romana Permutatio* 21.
Januarii 1700. *§. Teſtes, coram Eminen-
tiſſimo D. meo Cardinali Caprara*.

Secundò quia Teſtis prædictus, in plu-
ribus depoſitionibus, factis favore Ber-
toni, detegitur mendax, & contrarius;
ipſe enim *ſuper Interrogatorio* 94., *& ſeq.*
deponit, tempore quo Bertonus, ejuſque
Familia permanebat in Caſtro Podii
Sanctæ Ceciliæ, pro uſu proprio nun-
quam incidere feciſſe arbores in ſylvis
Prædii *delle Bandite*, *ad Interrogatorium*
98. *& ſeqq.* reſpondit, fuiſſe à Bertono
confectas trabes ex arboribus tantùm
exſiccatis, & vi ventorum evulſis. In
Interrogatorio autem 114. *& ſeqq.* aſſe-
rit, Bertonum conceſſiſſe licentiam Pa-
tribus Cappuccinis Montis S. Sabini
incidendi ligna in Prædio *della Caſanuo-
va*, non autem in ſylvis Prædii *delle
Bandite*. Et tamen tertius teſtis con-
trarium in omnibus de directo deponit,
ut videre eſt in *reſponſionibus ad eadem
Interrogatoria*; cujus contrarietatis, &
25 mendacii ratione, nullam facit probatio-
nem, ut de teſte mendace *Salycet. in l.
nullum num.*1. *Cod. de Teſtibus*. *Farinac.
de Teſt. quæſt.*67. *§.*3. *n.*58. *& ſeqq. Maſ-
ſa. de Confiſcat. quæſt.*10. *num.*59. *Rot. in
rec. dec.*81. *n.*16. *par.*18. *& in Romana
Dotis, & Lucri* 10. *Decembris* 1703.
26 *§. Præſertim, coram Muto*, & de teſte, alii
contrario *cap. inſtra ibiq. Butrius num.*5.
*Abbas n.*3. *de teſtibus*. *Farinac. de Teſti-
bus quæſt.*65. *num.*1. *Medic. deciſ. Senen.*
95. *n.*21 *Rot. in rec. dec.*413. *n.*11. *par.*18.
& in dicta Romana Permutatio 1700. *§. Te-
ſtes, coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali
Caprara*.

Tertiò quia, cum ipſe moveatur ad id
aſſerendum ex ratione falſa, & minùs
concludenti, & ex actibus ab eodem
recenſitis eruatur ejuſdem Bertoni
ſcientia, ſtandum non eſt ipſius credu-
litati, & opinioni, ſed conjecturis, ex
27 quibus Judex dignoſcere debet, an
ſcientia probetur. *Manſ. conſult.* 371.
*num.*19. ubi plures concordantes. *Sord.
dec.*211. *num.*10. *Gratian. deciſ.*4. *n.*40.
*Rota Senen. apud Mart. Medic. dict. de-
ciſ.*64. *n.*4. *& 5.*

Fortiùs prædicta procedunt, ponde-
rando, quòd Bertonus lignis inciſis plu-
riès uſus eſt pro coquenda fornace cal-
cis, ad effectum ædificandi domum in
proprio Prædio *detto la Caſanuova*, &
pro uſu ſuæ domus, combuſtionis, ſci-
licèt, confectionis tabularum, & tra-
bium, quas etiam transportare fecit ad
Caſtrum Podii Sanctæ Ceciliæ, ibique
retinuit, & retinet, ut fatetur primus
teſtis *ſuper Interrogatorio* 85. 98., & ſu-
per *Interrogatorio* 103., & tertius Teſtis
ſuper Interrogatorio 94. *& ſequent.* 98.
99. *&* 100., & Lorus Peritus *ſuper Inter-
rogatoriis Aſſorum in reſponſione ad deci-
mum tertium*. Ex quo deſumitur, ipſum
ſcientèr permiſiſſe Colonis inciſiones,
vel illas ex poſt ratificare, & approbare
28 voluiſſe, prout in terminis uſus inciſio-
num ſimilium, obſervat in ſpecie *Rom.
conſ.*206. *n.*32. *in fine lib.*1. *Natta conſ.*
477. *num.*9. *verſ. & idem eſt dicendum*.
*Anſald. conſ.*55. *num.*13. *Gob. conſult.*3.
*ſub n.*68. *Leonell. dec. Ferrar.*77. *num.*15.
*Rot. in dicta Meleviſtana Damnorum, &
Intereſſe* 9. *Decembris* 1701. *§. Inciſiones,
in fine, cor. bo. me. Pio*.

Nec relevat, quòd de ordine, & per-
miſſione Bertoni fuerint ſolùm inciſæ,
&

& conſumptæ arbores veteres exſicca-
tę, & vi ventorum evulſę. Quoniam
Periti non æſtimarunt damnum hujuſ-
modi arborum, ſed aliarum vireſcen-
tium, fructiferarum, & quę, habita ratio-
ne ad dubium eventum, per annos 15.
durare potuerant, iiſque tantùm con-
ſideratis, retulerunt, damnum aſcen-
dere ad ſextaria quindecim annua in
Prædio *delle Moricce*, & ad annua ſex-
taria centum glandis in uno *delle Bandi-
te*: Et tamen, quatenus etiam valorem
arborum veterum, exſiccatarum,
& quę vi ventorum fuerunt evulſę, con-
ſideraſſent, adhuc conqueri non poſ-
ſet Bertonus, cum neque arbores ve-
teres, & modicum fructum afferentes,
29 poſſit ſibi appropriare Conductor, ut
cæteris relatis *Rota in Hortana Sylva-
rum 15. Februarii 1701. §. Non obſtante,
coram Muto, & in eadem ſuper Conceſſio-
ne ſ. m. Innocentii VIII 4. Junii 1703. §.
finali, coram Reverendiſs. D. meo Molines,*
ſicut nec ſiccas, & vi ventorum, aut
fulminis evulſas, cum iſtę non ſpectent
30 ad Uſufructuarium, & Conductorem,
ſed ad Proprietarium, & Locatorem.
*l. Proculus 13. §. Si arbores ff. de uſufr.
Gratian. diſcept 21. num. 1. & ſeqq. ubi-
que de Luca, num. pariter 1. & ſeqq. Car-
pan. ad Statut. Mediol. tom. 2. cap. 381.
num. 10. & 11. Lagunez de Fructibus
part 1. cap. 3. num 14. cap. 6. num. 31. &
ſeqq. Gall. de Fruct. diſput. 3 artic 5. nu-
mer. 25 Chriſtin. ad Leg. Municip. Me-
chlin. tit. 15. artic. 4. & dec. Belgic. 129.
lib. 2. Borgnin. Cavalcan. dec. 44. num. 72.
verſic. nec arbores ſiccas, tom. 1. Rota no-
ſtra apud Mart. Medic. dec. 90. num. 12.
Rot. in d. Melevitana Damnorum, & In-
tereſſe 9. Decembris 1701 §. Non ſubſi-
ſtente, coram bo. me. Pio, & in citata Hor-
tana Sylvarum 1701. §. Non obſtante, co-
ram Muto.*

Parvipenſa auctoritate *Gratiani dicta
diſcept. 21. num. 2. & ſeqq. ubique De Luc.*
31 *ſub num. 3 & 4.*, oppoſitum firmantium
in arboribus, vetuſtate demortuis,
quia contra eos ſtat communis opi-
nio Doctorum, & ſententia Sacræ
Rotę.

His poſitis, damnum illatum à Ber-
tono Prædio *delle Moricce*, aſcendit, reſ-
pectu proprietatis arborum, ad ſcuta
21. lir. 6. ſol. 10., & reſpectu fru-
ctuum ad ſextaria 15. glandis pro quo-
libet anno; illud verò cauſatum in
glande Prędii *delle Bandite*, aſcendit ad
ſextaria centum annua, in totum con-
ſtituentia quantitatem ſcutorum 146.
lir. 2. ſol. —. habita conſideratione to-
tius temporis 15. annorum, & valutato
pretio glandis in ſolidis ſex pro quolibet
ſextario. Cum enim teſtes circa valorem
glandis fuerint diſcordes, non alitèr de-
veniri poterat ad liquidationem, quàm
32 capiendo valorem medium, nempe in-
ter ſupremum, & infimum. *Pacion. de
Locat. cap. 19. num. 140.* ubi concordan-
tes. *Rota coram Seraphino deciſ. 1245. nu-
mer. 7.*

Minimè refragante, quòd cum plu-
res arbores inciſę fuerint pro ſervi-
tio dictorum Prædiorum *de Moricce*, *e
Bandite*, nempe pro reſarciendis Do-
mibus, pro faciendis reparationibus,
prope foſſatum Sanitatis, & flumen
Foenną, pro arneſiis eorumdem Præ-
diorum, turatis, & capannis, ſaltem
eidem bonificari, & à ſuo debito de-
trahi debeat totum id, quod in prę-
dictis uſibus fuit erogatum, cum tales
inciſiones fecerit lege permittente. Li-
citum enim eſt Conductori, arbores im-
punè incidere pro reparatione fundi,
33 & refectione bonorum locatorum. *l.
arboribus 13. ff. de uſufruct. Menoch. con-
ſil. 13 num. 17. Carpan. ad Statut. Mediol.
cap. 400. num. 1. Molin. de Primogenit.
lib. 2. cap. 12. num. 6. Fulgin. de Emphyt.
tit. de Variis Caducis. quæſt. 2. numer. 63.
& 64. Gall. de Fruct. diſput 3. art. 5. nu-
mer. 24. & diſput. 26. art. 2. ſub num. 6. De
Luc. ad Gratian. diſcept. 152. num. 11. Ro-
ta noſtra apud Mart. Medic. deciſ. 47. nu-
mer. 7.*

Siquidem pro reaptanda domo Prę...
dii *delle Bandite*, toto tempore Affictus
nulla trabes poſita fuit, & una tantum
trabes pro illa Prædii *di Moricce*, & ali-
quæ tabulæ, & planę, ut deponit pri-
mus teſtis *ſuper Interrogatorio 56. &
ſeqq.*, & ſecundus *ſuper 44.* Sed cum à
teſtibus non ſpecificetur quantitas li-
gnorum, quæ neceſſaria fuerunt pro di-
ctis reaptationibus, nec tempus, quo il-
la facta fuerunt, parum pro reſarcien-
dis dictis domibus erit bonificandum
Bertono, cum Periti æſtimaverint dam-
num, reſultans ex inciſionibus arborum
Præ-

Prædii *di Moriccie* in ſex tantum ultimis annis, & in tribus annis ante dimiſſionem factam à Bertono reſpectu Prædii *delle Bandite*, intra quod tempus modica ligna veriſimile eſt fuiſſe pro dictarum domorum reaptatione conſumpta, cum de tempore, quo fuerunt relaxata dicta Prædia à Bertono, domus eſſent valdè deterioratæ, & ferè dirutæ, ut uniformitèr deponunt Periti, adeout neceſſe habuerit D. Petrus Boninſignius, pro illis reducendis in ſtatu habitabili à Colono, impendere libras 1300. ſ. 8. Sed nos mitiùs agentes cum debitore, & ad lites obtruncandas, cenſuimus, detrahendas eſſe à debito Bertoni pro lignaminibus, erogatis in his reaptationibus, libras quinque annuas per ſpatium ſex annorum reſpectu Prædii *di Moriccie*, & reſpectu alterius *di Bandite* libras paritèr quinque annuas per tres annos. Quando enim ob involutas, & ambiguas probationes, controverſiæ, non ita de facili, & non niſi cum magno diſpendio extricari poſſunt, permiſſum eſt Judici, ad lites extinguendas, præſertim ubi agitur de paupere regno, aliquid æquum, & rationabile temperamentum amplecti, & ſuper quantitate, quæ in controverſiam cadit, arbi-
34 trium interponere, ex notatis per *Dec. conſ. 445. n. 1. & 2. Rot. coram Dunozet. Sen. dec. 111. per tot. & in Romana Reſtitutionis in integrum 15. Junii 1703. §. Quod verò, & §. Prædictis, coram R. P. D. meo Ominana*, & dictum fuit in alia *Deciſ. Senen. Locationis ſuper liquidatione, inter has Partes edita 21. Junii 1707. §. Deficiente, coram Me*, inter hactenus impreſſas *deciſ. 14. numer. 4.*

Pro impediendo autem damno, derivante ab aquis fovei Sanitatis, & fluminis Foennæ. Quoad primum, prope Prædium *delle Moriccie* exiſtens, primus, & tertius teſtis *ſuper Interrogatorio 51.* concordant, reparationes, ſeu ſteccatas, factas fuiſſe per quatuor vices, & fuiſſe conſumptos pro qualibet refectione 60. ſtecconos, & 100. faſcinas: proindèque cum locatio Bertoni duraverit per 17. annos, facta congrua repartitione intra ſex ultimos annos, concluſum fuit, conſumi, & erogari potuiſſe in faciendis repagulis
35 ſtecconos 90. & faſcinas 150. quorum valor poterit mediantibus Peritis determinari. *Pacion. de Locat. cap. 19. n. 66. Rot. poſt Conſtantin. ad Statut. Urbis deciſ. 169. num. 10.* ubi concordantes, *& in rec. deciſ. 378. num. 8. par. 19.*

Quo verò ad Flumen Foennæ, ſitum prope Prędium *delle Bandite*, teſtes, à Bertono examinati, non deponunt de tempore, quo factæ fuerunt, nec de quantitate lignorum, pro qualibet illarum reſtauratione neceſſariorum, immò dicunt ſcire, fuiſſe refectas ſteccatas fluminis, ſed omnia alia ignorare. Ideò decretum fuit, ſubducen-
36 dum eſſe à fructibus dicti Prædii totum id, quod reddere poterant Arbores, quas Bertonus probabit tempore trium ultimorum annorum fuiſſe conſumptas in refectione repagulorum.

Prout detrahi debere cenſuimus à valore arborum Prædii *delle Moriccie* totum id, quod probabitur erogatum in arneſiis, capannis, & turatis ejuſdem Prædii, & ad ratam, ac proportionem valoris arborum, in proprietate, ſeu ſubſtantia Bertono bonificandi, minuendi erunt fructus, calculati à Peritis in annuis ſextariis quindecim glandis; tandemque deductionem faciendam eſſe decrevimus circa fructus Prædii *delle Bandite*, cum reſpectu damni, cauſati in proprietate, ſeu ſubſtantia arborum ejuſdem Prædii, concorditèr æſtimati in prima Peritia in ſcutis 138. 3. 10. nulla à nobis capta fuerit reſolutio, ex quo adhuc eſt ſub Judice, an illarum pretium ſpectet ad Communitatem Podii S. Ceciliæ, dominam directam, vel ad Nob. D. Petrum Boninſignium Emphyteotam.

Verum tamen eſt, quòd licèt deductio prædicta pro turatis, ſteccatis, aliiſque uſibus hujus Prædii, fieri debeat pro eo, quod conſumptum fuit intra tres ultimos annos; nihilominus, cum Periti non deponant abſolutè, omnes inciſiones factas fuiſſe intra terminum trium ultimorum annorum, ſed majorem illarum partem, hinc, cum ex hoc eliciatur, aliquas etiam arbores fuiſſe ante ultimum triennium inciſas, & ante di-

ctum

ctum tempus probetur, Bertonum feciſ-
87 ſe ſteccatas, tuatas, capannas, aliaque
ſimilia, pro iſtis etiam erit Bertono ali-
quid juxta prudentis Judicis Arbitrium
bonificandum.

Et ita utraque &c.

Hæc fuit ultima deciſio, à Me extenſa in Rota Senenſi, quia Sereniſſimus Dominus Noſter, ſumma ejus Clementia, me elegit unum ex tribus Auditoribus ultimarum Ap-
88 *pellationum Rotæ Florentinæ, quod rariſſimè evenire ſolet, adeout modernis temporibus nulla alia adſit memoria conceſſionis hujuſmodi gratiæ, quàm* Joſepho Urceolo, & Petro Paciono, *quos fuiſſe viros doctiſſimos fama prædicat, & ſcripta demonſtrant: Ferè enim omnes, qui eliguntur ad Auditoratum hujus inclytæ Rotæ, ſolent priùs exercere in dicta Rota munus Judicis Quarteriorum S. Joannis, & S. Mariæ Novellæ, deindè illud Judicis Quarteriorum S. Spiritus, & S. Crucis, & poſtea aſcendunt ad ſuperiorem gradum Trium Judicum Secundarum Appellationum, qui propriè conſtituunt Rotam, cum alii duo Auditores Rotæ, qui ſunt Judices Quarteriorum, gerant figuram Judicis Ordinarii, & ab eorum ſententiis appellatur ad Tres Judices Secundarum Appellationum, juxta ea quæ de iſtis Judicibus diſcurrendo narrant* Mandoſius de Inhibition. quæſt.71. num.18. & ſeqq. Scaccia de Sentent. gloſſ.5. quæſt.1. num.3. & ſeqq. & gloſſ.7. quæſt.1. num.1. & ſeqq., & alibi paſſim.

Tenor autem Epiſtolæ, mihi tunc ſcriptæ ab Illuſtriſſimo Domino meo Petro Matthæo Maggio, *in Signatura Libellorum Supplicum Sereniſſimi Domini Noſtri Gratiæ, & Juſtitiæ Primo Conſiliario, & Proauditore Cameræ, eſt qui ſequitur.*

Illuſtriſſimo Signor mio Padrone Colendiſſimo.

Riguardando S. A. R. il buon ſervizio, preſtato da V.S. Illuſtriſſima in coteſta Ruota di Siena, unito alla ſua dottrina, & integrità, l' ha eletta per uno de' tre Giudici delle Seconde Appellazioni di queſta Ruota, e queſta mattina ne è ſeguita la dichiarazione col ſolito decreto del Magiſtrato Supremo. Godo, che ſia ſtata reſa queſta giuſtizia al merito di V. S. Illuſtriſſima, che ad ogni ſuo comodo potrà portarſi quà ad eſercitare la nuova ſua Carica, e raſſegnare alla Reale Altezza Sua la ſua obbedienza. Tanto devo accennarle in eſecuzione delle mie incumbenze, mentre fo a V.S. Illuſtriſſima devotiſſima reverenza.

Di V.S. Illuſtriſſima.

Devotiſſimo, & Obligatiſſimo Servitor Vero
Pier Matteo Maggio.

Quo accepto nuncio, cœpi colligere ſarcinas, & omnia incumbentia Auditoribus diſcedentibus curavi peragere quàm citiùs potui, & concernentia obligationem, convenientiam, & cæremonialia, adamuſſim explevi uſque ad diem 23. Octobris, qua diſceſſi à Civitate Senenſi, & me contuli ad Florentinam, ad exercendum munus Auditoris illius Rotæ, cujus poſſeſſionem accepi more ſolito die Veneris 26. ejuſdem menſis, anni 1708.

JACOBI de COMITIBUS
NOBILIS ASCULANI
J. U. AC SAC. THEOLOGIÆ DOCTORIS

Olim in Alma Urbe Advocati, poſtea Excelſæ Rotæ Senenſis *pro interim* Auditoris, exinde in Ampliſſima Rota Florentina ex numero Trium Ultimarum Appellationum Auditoris,


Et modò

REGIÆ CELSITUDINIS
SERENISSIMI MAGNI ETRURIÆ DUCIS
IN SIGNATURA LIBELLORUM SUPPLICUM GRATIÆ, ET JUSTITIÆ, CONSILIARII.

DECISIONES
INCLYTÆ ROTÆ FLORENTINÆ

Amplectentes materiam Canonicam, Moralem, Civilem, Criminalem, Feudalem, & Miſtam, cum unico Indice Rerum, ac Verborum locupletiſſimo, in Calce Operis adjecto.

Tomus Primus
PARS SECUNDA.



LUCÆ MDCCXIV.
Typis LEONARDI VENTURINI.
DE SUPERIORUM LICENTIA.

DECISIONES

INCLYTÆ ROTÆ FLORENTINÆ

JACOBI DE COMITIBUS

SERENISSIMI MAGNI ETRURIÆ DUCIS

AUDITORIS.

ARGUMENTUM.

Ad limitationem celebris Theoricæ Cumani in *l. cum ita §. In Fideicommiſſo ff. de legat.2.* plures afferuntur conjecturæ pro inductione perpetui Fideicommiſſi, inter quas illa oneris perpetui, deſcendentibus in infinitum perſonaliter injuncti, cum ſubſequenti hæreditatis privatione in caſu non implementi, urgentiſſima demonſtratur. Vocatis hæredibus, & ſucceſſoribus, quando intelligi debeat de hæredibus ſanguinis, vel bonorum.

SUMMARIUM.

1 *Bona fideicommiſſaria non remanent obnoxia debitis, per hæredem gravatum contractis.*

2 *Sub nomine deſcendentium veniunt tam maſculi, quàm fœminæ.*

3 *Vocatio deſcendentium, per verba tractum temporis importantia, dicitur per fideicommiſſariam, non per vulgarem.*

4 *Tractum ſucceſſivum importat clauſula* ordine ſucceſſivo, *quæ non levem præbet conjecturam pro ſubſtitutione fideicommiſſaria inducenda.*

Contra num.6.

Declara n.7. & ſeqq.

5 *Item clauſula* deſcenſivè.

6 *Ex vocatione,* ordine ſucceſſivo *facta, neceſſariò non infertur ad Fideicommiſſum, ſed poteſt intelligi de ordine ſucceſſivo per vulgarem.*

7 *Declara hoc procedere, vel quando nullibi conſtat Teſtatorem voluiſſe ordinare fideicommiſſariam ſubſtitutionem, vel ejus mens ſucceſſioni per fideicommiſſum repugnat.*

8 *Secus ubi Teſtator uſus eſt nomine collectivo, aliiſque verbis, & conjecturis, ad oſtendendam ſubſtitutionem ordinatam, non tantum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam.*

9 *Eo magis clauſula* ordine ſucceſſivo *fideicommiſſariam importat, ſi non eſt poſita inter primo vocatum, & deſcendentes, ſed fuit adjecta poſt deſcendentium vocationem.*

Et important fideicommiſſum, etiamſi Teſtator uſus ſit verbis directis n.12.

Et fortiùs, ſi cum directis adhibuit etiam verba communia n.10. & 11.

10 *Verba inſtitutionis* eſſe voluit, *dicuntur communia.*

11 *Si in inſtitutione alicujus, & ejus deſcendentium, adhibita fuerint verba directa, & communia, congrua congruis referendo, directa ad inſtitutionem, communia ad ſubſtitutionem fideicommiſſariam referuntur.*

13 *Ex onere perpetuo, injuncto hæredibus, & ſucceſſoribus, eruitur voluntas Teſtatoris ordinandi perpetuum fideicommiſſum, recedendo à Theorica* Cumani in l. cum ita §. In Fideicommiſſo ff. de legat.2.

14 *Præcipuè quando tali onere fuit nominatim gravata certa perſona, & ejus*

deſcendentes, nec ſimpliciter onus fuit bonis infixum.

15 *Authoritates in contrarium adducuntur.*

16 *Et latè declarantur*, uſque ad n.23.

22 *Onus perpetuum, deſcendentibus injunctum, quidquid ſit, an ſufficiat pro conjectura ad inducendum Fideicommiſſum, pro jam inducto prorogando ſatis valet.*

23 *Faciliùs enim inducitur Fideicommiſſum in diſpoſitivè vocatis per collectivum, quam illud inducatur in poſitis in conditione.*

24 *Tale onus perpetuum fortiùs convincit perpetuitatem Fideicommiſſi, & excluſionem vulgaris quoad deſcendentes vocatos, ſi unitum fuit cum honore perpetui Iurispatronatus.*

25 *Si pœna privationis, ob non implementum oneris injuncti, fuit omnibus ſucceſſoribus in infinitum impoſita, omnes neceſſariò præſupponuntur gravati, & honorati.*

26 *Et receditur ex hac circumſtantia à* Theorica Cumani.

27 *Eoque magis Fideicommiſſum* perpetuum inductum dici debet, *& receſſum à dicta* Cumani Theorica, *ſi in dicto caſu non adimplementi, omnes ſucceſſores gravati reperiuntur, hæreditatem alicui tertio reſtituere.*

28 *Et ſi obligatio reſtituendi fuit de tota, & integra hæreditate, quæ aliàs in caſu ſimplicis vulgaris potuiſſet alienari in partem, vel in totum, nec poſſet tota in perpetuum à contravenientè reſtitui.*

29 *Et quando ſufficiat ad hunc effectum recedendi à* Theorica Cumani, *quòd onus, privatio, & gravamen, ſit injunctum* hæredibus, & ſucceſſoribus & n. ſeqq.

Sub appellatione hæredum, & ſucceſſorum, *veniunt non ſolum hæredes ſanguinis, ſed etiam honorum, & extranei* n.29.

30 *Teſtator, onerum oſtendens voluntatem, ut onus perpetuum, ab eo demandatum, adimpleatur, illud impoſuiſſe dicendum eſt hæredibus ſanguinis, per Fideicommiſſum vocatis, quando aliàs filii poſſent alienare bona, & eluſoriam evaderet tale onus.*

31 *Præcipuè dum in principali parte teſtamenti vocavit filios, & deſcendentes, quia nominando in altera hæredes, & ſucceſſores, dicendum pariter eſt, intellexiſſe de deſcendentibus.*

32 *Item appellatione* hæredum, & ſucceſſorum, *veniunt ſolùm hæredes ſanguinis, ſi alias magis dilectus eſſet plus gravatus minùs dilecto.*

33 *Item ſi in linea unius ex vocatis ſpecificè vocavit illius deſcendentes, non ex hoc declaratur, quòd etiam in linea alterius deſcendentes vocare voluerit.*

34 *Adducuntur, & declarantur Authoritates contrariæ.*

35 *A' diſpoſitis in caſu contraventionis, quando arguatur ad ſimilem diſpoſitionem in caſum mortis, & quando non* numeris ſeqq.

36 *Pœna privationis, injuncta ſucceſſoribus in infinitum, ſupponit eorum vocationem in infinitum.*

37 *Teſtator poteſt in ea parte, in qua contravenientibus pœnam imponit, ſicut in quacunque alia Teſtamenti parte, declarare ſuam voluntatem circa extenſionem, vel durationem Fideicommiſſi.*

DECISIO I.

Celebris, & famigerata olim quæſtio inter *Cumanum in l. cum ita 33. §. In fideicommiſſo ſub n.4. ff. de leg.2. & in l. Gallus 29. §. Quidam recte, num.7. & 8. ff. de liber. & poſthum.* aſſerentem, vocatos per nomen collectivum cenſeri per vulgarem duntaxat, non autem per fideicommiſſum ſubſtitutos, & *Caſtrenſem in d. l. Gallus §. Quidam recte n.9. ff. eod.* oppoſitum ſentientem, communi DD. calculo, & Tribunalium judicatis favore primi jam terminata, ob prætenſam contrariam voluntatem Ludovici Cencii Teſtatoris, anſam dedit judicialis controverſiæ, in Curia Aretina exortæ inter Nobiles Dominos de Saracinis, & Caſolis Actores ex una, immiſſionem petentes ex cauſa relevationis, ex debitæ ab Equite Hieronymo de Appollonius, & Nobiles Dominos Mariam Annam, ac Equitem Alexium de Albergottis Conjuges Reos conventos, Partibus ex altera, in poſſeſſione controverſorum Bonorum

ſe

ſetueri prætedentes ex cauſa Fideicommiſſi, à præfato Ludovico ordinati, & per obitum dicti Hieronymi ad favorem Mariæ Annæ ipſius filiæ purificati: votique compotes effecti Actores coram Dom. Commiſſario Aretino, ab ejus Sententia D. Maria recurſum habuit ad Supremum Magiſtratum, Cauſaque nobis ad referendum commiſſa, unanimitèr retulimus, non eſſe dandam immiſſionem Actoribus, & Sententiam Dom. Judicis à quo eſſe revocandam.

Cum enim D. Maria Anna non ſit hæres Hieronymi Patris, & bona, de quibus agitur, poſſideat ex titulo Fideicommiſſi Ludovici Cencii, ad ejus favorem purificati, nullum jus adverſus illa competit Creditoribus, quibus obnoxia non ſunt bona Fideicommiſſi pro debitis ab hærede gravato contractis. *Neguſant.* olim hujus
1 inclytæ Rotæ Auditor, *de Pignor.* 4. *memb.* 3. *par. princip. num.* 123. *Rot. cor. Rob. deciſ.* 649. *num.* 1. *Zarat. deciſ.* 12. *num.* 28. *in rec. deciſ.* 441. *num.* 12. *part.* 19. *& poſt De Luc. de Fideic. deciſ.* 68. *num.* 1.

Quòd autem Maria Anna ad Fideicommiſſum, de quo agitur, ſit vocata, liquidò conſtat, ex quo Ludovicus Cencius hæredem inſtituit –
,, *Equitem Petrum Franciſcum de Ap-*
,, *pollonijs, dictique Dom. Equitis Pe-*
,, *tri Franciſci hæredis filios, ac deſ-*
,, *cendentes legitimos, & naturales or-*
,, *dine ſucceſſivo, in ſtirpes, & non in*
,, *capita*; Cumque D. Maria Anna ſit Equitis Petri Franciſci, hæredis inſtituti, ex Hieronymo filio Neptis,
2 proculdubio venit ſub nomine deſcendentium, quorum appellatione tam maſculi, quàm feminæ continentur, *ad Text. in l. cognoſcere* 56. *§. ult. ff. de verb. ſignif. & l. ult. C. de ſuis, & legit. Torreſc.* inclytæ olim hujus noſtræ Rotæ Auditor, *conſ.* 96. *num.* 35. *lib.* 2. *Rot. in recent. deciſ.* 371. *num.* 2. *part.* 11. *deciſ.* 30. *num.* 1. *part.* 14. *& poſt De Luc. de Fideic. deciſ.* 22. *num.* 1. *& in Mantiſſ. pariter de Fideicom. deciſ.* 25. *n.* 8. *& deciſ.* 26. *num.* 22.

Nullatenus relevante, quòd deſcendentes fuerint vocati per vulgarem, & ſic in primo admiſſo eorum ſubſtitutio expiraverit. Quoniam deſcendentium vocatio, non per vulgarem, ſed per fideicommiſſariam facta
3 dicitur, quoties in Teſtamento concurrunt verba, tractum temporis ſucceſſivi importantia, ut explicat idem *Coman. in d. l. cum ita §. In fideicommiſſo num.* 4. *ff. de leg.* 2. & declarando ejuſdem Theoricam, tradunt *Beniel. conſ.* 6. *n.* 41. *Manſ. conſult.* 66. *num.* 9. *lib.* 1. *Altograd. controv.* 33 *num.* 10. *& ſub num.* 38 *Seraph. Meſſan. apud Palm. Nep. alleg* 49. *num.* 6. *Caſtald. conſult.* 147 *num.* 1. *Bordon. collect.* 30. *num.* 167. *verſ. niſi in vocatione, lib.* 1. *& collect.* 33. *num.* 122. *tom.* 1. *Rodolphin. alleg.* 105. *num.* 13. *Molin. de Primog. lib.* 1 *cap.* 5. *num.* 27. *§. His tamen non obſtantibus, & ſeqq. De Luc. de Fideicomm. diſc.* 53. *num.* 15. *& diſc.* 91. *num.* 12. *Torr. de Primog. Ital. part.* 2. *quæſt.* 34. *num.* 5. *& Var. Jur. Quæſt. tom.* 3. *Miſcell. part.* 2. *tit.* 12. *quæſt.* 76. *num.* 4. *fol.* 198 *Senat. Mant. apud Surd. dec.* 346. *ſub num.* 22. *Senat. Delan. apud Greivell. dec.* 18. *num.* 54. *& ſeqq. Rot. Januen. poſt Torr. de Primogen. dec* 17. *num.* 40. *& ſeqq. Rot. Roman. coram Arguell. dec.* 81. *num.* 6 *&* 12. *Ubald. Sen. dec.* 22. *num.* 4. *& dec.* 313. *num.* 1. *Emerix Jun. dec* 538. *num.* 4. *&* 5. *& dec* 1134. *num.* 4. *inter diverſ. dec.* 379. *num.* 10. *part.* 1. *& deciſ.* 495. *num.* 2. *part* 4. *& in recent. dec.* 143. *num* 10. *part.* 1. *dec.* 168. *num.* 9. *part.* 5. *dec.* 280. *num.* 5. *part* 10. *dec.* 226. *num.* 3. *&* 4. *part.* 16. *dec.* 339. *num.* 4. *& dec.* 355. *num.* 7. *part.* 17. *& dec.* 176. *n.* 4. *part.* 18. *& in Romana Fideicommiſſi* 21. *Februarii* 1684. *§. Exiſtentia, cor. Bevencaſa, Lucana Beneficii* 7. *Maji* 1694. *§. Neque applicatur, coram Molines, Peruſina ſeu Cortonen. Bonorum ſuper re judicata* 5. *Maji* 1700. *§. Nec placuit, cor. Jacomotio; Romana Juriſpatronatus* 13. *Junii* 1705. *§. Clarius, &* 14. *Decemb. ejuſdem anni §. Idemque, coram Molines, & in Fanen. Fideicommiſſi* 22. *Junii* 1705. *§. Proſtant ſecunda, coram Omanne.*

Prout concurrere in præſenti hypotheſi patens eſt ex pluribus conjecturis, quarum prima reſultat, ex quo Teſtator ſpecificè vocavit Petrum Franciſcum, ejuſque filios, & deſcendentes ordine

dine

dine ſucceſſivo, quæ clauſula cum idem importet, ac ſi poſt Petrum Franciſcum ad ſucceſſionem invitati fuiſſent ejus filii, & poſt iſtos alii deſcendentes de uno in alium uſque ad ultimum, hinc ſequitur, quòd quoties illa appoſita legitur in Teſtamento, elicitur ex hoc non levis conjectura, quòd fuerit vo-
4 litus tractus ſucceſſivus, & ſubſtitutio deſcendentium non per vulgarem, ſed per fideicommiſſariam facta dicitur, ut in ſpecie ejuſdem Theoricæ *Comm* tradunt *Parıſ. conſ. 11. num. 29. & ſeqq. & n. 37. & ſeqq. lib. 3. Roſa conſult. 42. num. 12. Bondon. Collect. legal 50. n. 117. num. 1. Samminat.* in alia Cauſa Florentina *contr. 101 num. 3. Simon. de Pret. de Interp. ult. vol. lib. 3. interp. 3. dub. 2. ſolut 9. num. 13 fol. mihi 381. & dub. 4. ſolut. 2 num. 4. fol. 332. in Veneta impreſſ. Fuſar. de Subſtitut. quæſt. 382. num. 57. & quæſt. 479. num. 91. De Luc. de Linea Legal. part. 2. artic. 15 ſub num. 16. §. Regens Galeoti propè fin. verſ. & reſpondet, & ad Franch. deciſ. 633. ſub n. 13 Rot. coram Urald. d. dec. 313. num. 3 repet. in rec. dec. 212. num. 3. part 4 & inter diverſ. dec. 491. n. 1. part 4. & in Reatina Fideicommiſſ. 22. Martii 1700 §. Et ne ambigi, coram R. P. D. Anſaldo, & in Bonon. Fideicommiſſorum de Herculanis 13. Junii 1701. §. Et ſanè, cor. Mato*, & de ſimi-
5 li clauſula *deſcenſivè*, in his terminis *Simon. de Pret ubi ſupra interp. 2 dub. 1. ſolut. 5. ſub num. 46. circa med. verſic in ſimili ſpecie, fol 239. in Veneta Impreſſ. Rota in Romana Juriſpatronatus 13. Junii 1705 §. Clariora, & 14. Decembris ejuſdem anni §. Ejuſdem, coram Molines.*

Reſponſione non attenta, quòd ex vocatione, facta ordine ſucceſſivo, neceſſariò non inferatur ad fideicommiſ-
6 ſum, & receſſum à *Comm* Theorica, cum intelligi poſſit de ordine ſucceſſivo per vulgarem, ut in puncto tradunt *Caſtald. conſult. 74. num. 2. Rodolphin. alleg. 150. n. 16. Balducc. in ſuis allegat. impreſſ. inter Dec. & Res judicat. tit. 3. de Legat. & Fideicom. dec. 6. n. 31. Rota noſtra apud Urceol. dec. 19. num. 13. Rot. cor. Royas dec. 87. ex num. 12. poſt Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. dec. 225. ſub num. 10. verſ. nec relevat, & ſeqq.* Objectum enim procederet, vel quando nullibi conſtaret, Teſtatorem fideicommiſſariam ſubſtitutionem ordinare voluiſſe, vel ejus mens ſucceſſioni per fideicommiſſum repugnaret, & in his
7 terminis loquuntur Authoritates, in oppoſitum allegatæ, ſecus verò, quando Teſtator uſus eſt nomine collectivo, quod de ſui natura aptum eſt recipere interpretationem pro fideicommiſſo, & alia verba, & conjecturæ hunc aſſumptum famulantur, tunc enim dicendum eſt, clauſulam prædictam appoſitam fuiſſe ad denotandum, deſcendentes nedum per vulgarem, ſed etiam
8 per fideicommiſſariam, Petro Franciſco, ejuſque filiis ſubſtitutos fuiſſe, ut declarant in terminis hujus Theoricæ *Pariſ. d. conſ. 12. num. 30. & ſub n. 37. & ſeqq. lib. 3. Hieron. Pappon. conſ. 134. num. 22. Fuſar. de Subſt. cit. quæſt. 382. ſub num. 58 verſ. & quæreres etiam. Rota diverſ. d. dec. 491. num. 1. part. 4. & cor. Ubald. cit. dec. 313. num. 8. repet. in rec. dec. 212. num. 8. par. 4. tom. 2.*

Præcipuè quia clauſula illa *ordine ſucceſſivo*, poſita non eſt inter Petrum Franciſcum, & ejus deſcendentes, quo caſu cum denotare poſſet ſolùm ordinem ſucceſſivum inter primum nominatim vocatum, & ipſius deſcendentes vocatos per collectivam, ſubſtitutio deſcendentium dici poſſet vulgaris, ſed adjecta fuit poſt vocatio-
9 nem deſcendentium, in quibus terminis importat proculdubio ſubſtitutionem fideicommiſſariam inter deſcendentes ipſos collectivè vocatos, ut benè diſtinguendo firmat in his terminis *Fuſar. conſ. 71. num. 4 & de Subſtit. d. quæſt. 382. ſub num. 58. verſ. ſed tamen advertendum eſt. Rodolueſc. conſ. 10. num. 12. cum ſeqq. Bondon. d. collect. 50. n. 117. verſ. mox in vocatione, lib. 1. Rot. cor. Royas dec. 87. num. 11. 12. & 13. in objecto relato.*

Quidquam non refragante, quòd Teſtator uſus fuerit verbis directis, ibi — *„ heredem inſtituit, fecit, nominavit, ac „ eſſe voluit Petrum Franciſcum de Apol„ lonius, deſtuque Petri Franciſci heredis „ filios, ac deſcendentes, &c.* — quia cum verbis directis Teſtator addiderit etiam
10 communia, qualia ſunt — *eſſe voluit* —, de quibus in individuo hujus Theoricæ *Altidan. reſol. 80. num. 10. & ſub numer. 14. Andreol. contr. 99. ſub num. 27.*

§. *Ac-*

§. *Accedat illus*. *Manſ. conſult. 66. n. 5. tom. 1.* *Cenſal.* olim hujus inclytæ Rotæ Auditor, *alleg. 13. n. 29.* *Rot. coram Ubald. Sen. d. deciſ. 31. num. 7.* *Arguell. d. dec. 54. n. 61. & inter Diverſ. d. dec. 495. num. 2. verſ. nec dicatur, par. 4.* congrua congruis debet fieri relatio, adeout reſpectu Petri Franciſci, hæredis instituti, verba directa importent inſtitutionem, & reſpectu filiorum, & deſcen-
11 dentium ejuſdem, verba communia fideicommiſſarium inducant, ut in individuo hujus Theoricæ *Cenſal. d. alleg. 13. num. 18. & ſeqq.* *Rot. cor. Arguell. d. dec. 54. n. 60. & ſeqq. & inter Diverſ. dec. 495. ſub n. 2. §. Nec dicatur, par. 4.*, & egregiè in *Romana Fideicommiſſi 16. Novembris 1695. §. Hinc non obſtat*, & *20. Junii 1699. §. His itaque, coram D. Card. Caprara*, & *9. Maji 1701. §. Secus autem, coram Molines*, & in fortioribus terminis quando adſunt ſola verba di-
12 recta, ad limites ejuſdem Theoricæ proſequitur *Andreol. controv. 368. num. 17. in fin. De Luc. ad Gratian. diſcept. 774. n. 6. verſ. & magis attenta*. *Rot. coram Ubald. Sen. d. dec. 31. n. 5. inter Diverſ. dec. 379. n. 11. par. 1. in rec. dec. 649. n. 3. & ſeqq. par. 4. tom. 3.*

Secunda deſumitur conjectura ex eo, quod Teſtator, poſt factam ſubſtitutionem filiorum, & deſcendentium hæredis instituti ordine ſucceſſivo, illos gravavit in perpetuum, in infinitum, & uſque ad finem Mundi, annuo onere celebrationis Miſſarum, ibi -- *gravans*
„ *dictum D. Equitem Petrum Franciſcum*
„ *hæredem antedictum, ejuſque hæredes,*
„ *& ſucceſſores in infinitum, ad dandum,*
„ *ſolvendum, & exburſandum quolibet*
„ *anno in perpetuum, & uſque ad finem*
„ *Mundi, ſcuta 25. Eccleſiæ S. Philippi*
„ *Nerii, cum quibus ſcut. 25 celebrari*
„ *debeant tot Miſſæ in perpetuum, & in*
„ *infinitum ut ſupra, ſecundum declara-*
„ *tionem faciendam ab Epiſcopo Aretino,*
„ *qui conſtituet numerum Miſſarum pro*
„ *qualibet hebdomada celebrandarum per*
„ *Cappellanum, ſemper, & in perpetuum*
„ *eligendum pro celebratione dictarum*
„ *Miſſarum a ſupradicto D. ejus hærede,*
„ *ab ejus ſucceſſoribus in infinitum, &c.* --
Ex gravamine enim in perpetuum, in infinitum, & uſque ad finem Mun-
13 di, injuncto hæredibus, & ſucceſſoribus in infinitum, demonſtratur voluntas Teſtatoris ordinandi Fideicommiſſum perpetuum, & ſucceſſivum, & recedendi à Theorica *Commun.*, juxta originalem doctrinam *Ancharan. conſ. 27.*, quam, limitando *Commun.* Theoricam, ſequuntur *Fuſar. conſ. 14. n. 37. & pluribus ſeqq.* *Marzar.* olim hujus noſtræ Rotæ Auditor, *conſ. 40. num. 6. verſ. quoto ſecundum*. *Haldan. ad Roman. obſer. 16. num. 10.* *Cenſal. d. alleg. 13. num. 23. & ſeqq.* *Manſ. dict. conſult. 66. num. 8. tom. 1. & conſult. 131. num. 18.* *Bondon. collect. 33. num. 115. lib. 2.* *Paulut. diſſert. 24. num. 24.* *Simon. de Praet. de Interp. ult. volunt. lib. 3. interp. 3. dub. 1. ſolut. 9. num. 13. fol. 181. in Veneta impreſſ.* *Barbat. de Fideic. part 1. cap. 10. num. 104. verſ. ſexta conjectura*. *Peregrin. Tract. quaeſt. 3. n. 141.* *De Luc. de Fideicom. diſc. 218. num. 4. verſ. quarto quod noviſſime fuit* alter *De Luc. de Legat. Legal. par. 1. art. 15. num. 17. & ſub num. 19. §. Non obſtant.* *Burell. de Ult. Volunt. dec. 2. num. 188. & ſeqq. 219. 367. 393. verſ. tertia conjectura, & duob. ſeqq. & num. 712.* *Rot. coram Arguell. dec. 16. num. 16. & ſeqq. & dec. 54. num. 33. & ſeqq.* *Emerix Jun. dec. 558. num. 10. & dec. 599. num. 3. in rec. dec. 346. num. 23. part. 11. & dec. 581. n. 6. part. 19.* *d. Romana Fideicommiſſi 21. Februarii 1684. §. Secundò quia, coram Bencavalo*; *d. Lucana Beneficii 7. Maji 1694. §. Neque applicatur, coram Molines*, *Romana, ſeu Firmana Fideicommiſſi de Baratti ſuper exiſtentia Fideicommiſſi 13. Junii 1699. §. Perpetuitatem*, & *10. Januarii 1700. §. Data perpetuitate, coram Priolo*; & in *Verulana Abbatia 23. Aprilis 1706. §. In præſenti, coram Card. Caprara.*

Potiſſimè quia onus prædictum non fuit appoſitum ſuper bonis ſimpliciter, & indeterminatè, quod tamquam reale, & ipſis bonis infixum, à quocumque eorum poſſeſſore impleri poſſet, nec in his terminis à gravamine ad Fideicommiſſum infertur, ſed nominatim injunctum fuit Petro Franciſco, ejuſque deſcendentibus, cui cum ab illis præcipuè ſatisfieri debeat, taliſque ſatisfactio haberi non poſſit, niſi gravatis emolumentum, & commodum
14 relinquatur; hinc communiter receptum eſt inter DD., quòd ex onere

per-

perpetuò certis perſonis, & deſcendentię injunctio, favore perſonarum gravatarum, dicatur ordinatum Fideicommiſſum, ut in terminis Theoricę Comunis diſtinguit *Faſar. de Subſtit. d. quæſt 381 num.64. & 66. & quæſt.479. num.60. Torr. de Primogenit. Italiæ part.2. quæſt 34. num.8. Florentina Fideicommiſſorum de Alle 11. Januarii 1708. §. Quinta dimanat, coram D. meo Bellarm. Rota coram Arguell. d. deciſ.54.n.33. & in recent. dec.465 n.35. 36. & 37. par.14. & in d. Romana Fideicommiſſi 21. Februarii 1684. §. Secundò quia, coram Benincaſa.*

Non obſtantibus in contrarium allegatis Authoritatibus *Rodolphen. allegat.9.*
15 *num.12. & allegat.130. num.18. Caſtill. Controv. lib.4 cap.9. n.9. Amoſtan. de Cauſ. Piis tom.1. lib.2. cap.7. num.25. Torr. de Major. part.1 quæſt.36. num.10. Samm. contr.33 num.59. & Rota Lucen. apud eum contr.55. num.17. & ſeq. Rota in Romana de Foſſanis, impreſſa poſt. conſ.97 Giovagn. num.22 lib.1. & in rec. deciſ 385. num 45. part.9. dec 401. num.7. & 8. parte 12. dec.200. n.10. & 11. & dec.383. num. pariter 10. & 11 par.15.*

Quoniam illę loquuntur, vel quando onus fuit indeterminatè, & impersonaliter injunctum, ut ſpecificè tra-
16 dit *Rodolphen. cit. alleg.9. num.7. & 12.* & diſtinguendo contrarios conciliat *Faſar. de Subſtit. d. quæſt.381. n.66. Rota in rec. d. dec 465 num.36. & 37. part.14. & in ſæpè laudata Romana Fideicommiſſi 21. Februarii 1684. §. Secundò quia, cor. Benincaſa*, vel in Majoratibus Hiſpanię,
17 in quibus duriùs proceditur, quàm in Fideicommiſſis, ut ſe declarat *idem Amoſtan. d. lib.2. cap.7. num.21. in fin.* & tradit *Rota in rec dec.407. num.10. part.9.* ubi concordantes adducit. Vel loquuntur, quando onus non eſt per-
18 petuum, ſed primo tantùm hæredibus injunctum, ut videre eſt apud *Torr. de Primogen. tom.1. d. quæſt.36. num.21. & ſeqq. & d. dec 401. n.8. part.12.*, in objecto allegatos. Vel quando iſta conjectura nullis aliis circumſtantiis, & ad-
19 miniculis fulcitur, ut apud *Amoſtan. de Cauſ. Piis tom.1. d. lib.2. cap.7. num.25. & 26. & in d. Romana de Foſſanis apud Giovagn. conſ 97. n.22. lib.1. & d. dec.385. num.45. par.9.* Aliis autem conjecturis concurrentibus, ut in caſu no-
20 ſtro, omnes admittunt, quòd onus perpetuum inſerviat pro arguenda perpetuitate Fideicommiſſi, ut explicat *Caſtill. Controv. lib.4. cap.9. n.9. & ſeqq. & num.80. Amoſtan. d. cap.7. num.25. & 26. Rot. in rec. dec.407. num.15. & ſeqq. parte 9 & deciſ.1. num.86. part.10.* Vel demum loquuntur in quæſtione, à noſtra longè extranea, an ſcilicet filii in conditione poſiti cenſeantur vocati, &
21 in hac claſſe reponendę ſunt Authoritates *Sammarc. d. controv.33. n.59. Rota Luc. apud eum d. controv.55. num.17. & 28. & Romana in d. Romana de Foſſanis poſt conſ.97. Giovagnon. num.22. & in rec. cit. dec.200. num.10. & 11. & d. dec.383. num.10. & 11. part.15.*, iſta enim quæſtio nihil commune habet cum noſtra, in qua poſita vocatione differitur, an illa per vulgarem, vel per fideicommiſſariam facta ſit, in caſibus enim in quibus conjectura gravaminis, injuncti certis perſonis, non ſufficit ad inducendam pro eis vocationem, & Fideicommiſſum, prodeſt eiſdem, ſi agatur de ſubſtitutione, & Fideicommiſſo jam inducto prorogando, ut declarando eaſdem *Deciſ. in Romana Hæreditatis de Foſſanis impreſſas*
22 *poſt conſ.97. Giovagn.*, benè diſtinguit, *Rota d. dec.200. num.11. cum dubb. ſeqq. part.15. & in ſæpè cit. Romana Fideicommiſſi 21. Februarii 1684. §. Secundò quia, cor. Benincaſa*, & quòd gravamen faciliùs operetur Fideicommiſſum in diſpoſitivè vocatis per collectivam, quàm illud inducat in poſitis in con-
23 ditione *Faſar. d. conſ.14. ſub num.63. verſ. hos Doctores allegare nolo.*

Idque eo faciliùs procedit, quia ultra prædictum onus perpetuum, accedit in præſenti hypotheſi etiam honor Juriſpatronatus, & eligendi Cappellanum, à Teſtatore ſemper, & in infinitum ejus hęredi, ac illius ſucceſſoribus reſervatus, quę reſervatio operatur, ut eo faciliùs Fideicommiſſi perpetuitas arguatur, ex eo quòd non eſt veriſimile, Teſtatorem voluiſſe perpetuò conſervari honorem illum in ſucceſſoribus hæredis inſtituti, nudum, & jeju-
24 num, ac ſine ullo emolumento Fideicommiſſi, illudque, ſecuta hæredis aditione, ſtatim extingui, remanente

ju-

Jurepatronatus apud vocatos in perpetuum, & in infinitum, ut in puncto advertit *Rota in rec. dec. 1. num. 12. par. 10. repet. cor. Arguell. dec. 18. numer. 89. & in Comerinen. Fideicommiſſi 13. Febr. 1703. §. His accedit, cor. Dom. Cardin. Caprara.*

Tertia conjectura, immò veriùs patens demonſtratio reſultat, ex quo Teſtator Equitem Petrum Franciſcum de Appollonius, ejuſque hæredes, & ſucceſſores in infinitum, qui etiam pro una vice tantùm deficerent in ſolutione dictorum ſcut. 25. pro celebratione Miſſarum, ipſo facto, & abſque alia declaratione, hæreditate privavit, omnique jure, & commodo illius, ibi — *cum declaratione tamen, & conditione, quòd ſi dictus Dom. Eques Petrus Franciſcus de Appollonius, vel ejus hæredes, & ſucceſſores in infinitum, ut ſupra deficeret, ſeu deficerent, etiam pro una vice tantùm, & ſic per unum tantùm annum in ſolutione dictorum ſcut. 25. Rectori Eccleſiæ prædictæ S. Philippi, pro celebratione Miſſarum prædictarum, tali caſu nunc pro tunc ipſe D. Eques Petrus Franciſcus, vel ejus hæredes, & ſucceſſores, qui deficerit, ſeu deficerent in ſolutione prædicta, etiam pro una vice tantum, ut ſupra, cadat, & cadant reſpectivè ab hæreditate d. D. Teſtatoris, & ab omni jure, & commodo hæreditatis prædictæ cecidiſſe intelligantur ipſo facto, & abſque alia alia declaratione* — quæ diſpoſitio patentèr oſtendit, Teſtatorem conſideraſſe tractum temporis ſucceſſivi, cum evenire potuerit, quòd in ſolutione dictæ annuæ præſtationis deficerent, nedum primi adeuntes, ſed ſucceſſores ulterioris gradus remotiſſimi, quo caſu ſi ille, qui ex ſucceſſoribus in infinitum onus ſibi injunctum non adimplevisset, ab hæreditate Teſtatoris ſtatim, & abſque alia declaratione cadere voluit, in neceſſarium antecedens emergit, omnes ſuc-
25 ceſſores in infinitum fuiſſe ad illam vocatos, & per Fideicommiſſum ſubſtitutos, cum privatio præſupponat habitum, & præcedentem emolumenti acquiſitionem, ut optimè firmant *Cyriac. contr. 96. n. 30. cum ſeqq. contr. 207. n. 30. & ſeqq. & contr. 302. num. 45. & 46. Simon de Præt. de interp. ult. volunt. lib. 3. interp. 3. dub. 1. ſolut. 12. ſub num. 10. verſ. ulterius, ubi Teſtator, ſolmib 295. col. 1. in Venet. impreſſ. Manſ. conſult. 197. num. 14. Rota Lucenſ. apud Magon. dec. 59. num. 9. Rot. coram Bich. dec. 605. num. 1. & ſeqq.*, & in præciſis
26 terminis Theoricæ Cumani *Palm. Nep. allegat. 389. num. 15. De Luc. de Fideic. diſc. 91. num. 5. verſ. ſecundo in præcedenti. Torr. Var. Jur. Queſt. tom. 3. Miſcell. par. 2. tit. 12. quæſt. 76. n. 13. & 14. fol. 199. Rota cor. Arguell. dec. 54. num. 25. & plurib. ſeqq. in rec. dec. 368. num. 14. par. 18. & in Romana, ſeu Firmana Fideicommiſſi de Baratiis ſuper Fideicommiſſo 15. Junii 1699. §. Sed ſupradicta, coram Priolo.*

Creſcitque hujus demonſtrationis efficacia, ex eo quòd Teſtator hac expreſſione non contentus, ulteriùs progreſſus eſt, & contravenientem privatum gravavit hæreditatem reſtituere Equiti Franciſco Albergotto, ejuſque deſcendentibus, & quidem totam, ac integram, & abſque ulla diminutione, ibi — *ipſamque hæreditatem totam, ac integram, & abſque ulla diminutione, tali caſu non adimplementi, ut ſupra reſtituere teneatur, & teneantur reſpectivè D. Equiti Franciſco de Albergottis, vel ejus hæredibus legitimis, & naturalibus* —, ſi enim is, qui in quodcunque tempus etiam longiſſimum contravenisset, fuit gravatus reſtituere, ſignum evidens eſt, quòd vocati ſuccedere non debebant per vulgarem, ſed hæreditas ad omnes in infinitum pervenire debebat de uno in alium, ex quo
27 omnes in caſu contraventionis erant gravati illam reſtituere, ut in terminis Theoricæ Cumani *Maſſol. Triſmegiſt. Legal. reſolut. 80. num. 102. Boſell. de ult. volunt. d. dec. 2. n. 225. Rot. cor. Ubald. Sen. ut. dec. 22. ſub n. 10.* multoque magis dum talis reſtitutio fieri debebat de hæreditate tota, ac integra, & abſque aliqua diminutione, quæ pariter excludit vulgarem, qua poſita, cum primus, vel alii vocati ante contravenientem, potuiſſent hæreditatem in totum, vel in partem diſtrahere, illa non
28 poſſet tota à contravenienti in perpetuum reſtitui D. Equiti Albergotto, vel ejus hæredibus, ut firmat *Rota in rec. deciſ. 684. n. 11. & 12. par. 18. & in*

dicta Cameriom. Fideicommiſſi 13. *Februarii* 1703. §. *Emergit alia, cor. Dom. Card. Caprara*, & in puncto pro limitanda Theorica *Cameri*, firmat *De Luc. de Fideic. diſc.* 93. *n.* 8. *verſ. ſexta ex anima*. *Rot. coram Arguell. dicta dec.* 34. *num.* 21. & *in dicta Romana, ſeu Firmana Fideicommiſſi de Bovattis ſuper Fideicommiſſo* 15. *Junii* 1699. §. *Accedit tertiò, cor. Prioli.*

Haud relevante, quòd onus perpetuum, privatio, & gravamen de reſtituendo, vel inducere non poſſint Fideicommiſſum inter deſcendentes, cum ipſis talis pœna, taliſque gravaminis injuncta non fuerint, ſed hæredibus, & ſucceſſoribus, quorum appellatione nedùm hæredes ſanguinis, ſed bonorum
29 etiam, & extraneos venire, in præciſis terminis tradit *Sammar. controv.* 33. *num.* 56. 57. & *ſeqq.* vel ad ſummum ex dicta privatione, & gravamine, reſultare poſſet Fideicommiſſum in caſu contraventionis, à quo non infertur ad illud in caſu obitus.

Quo enim ad primam objecti partem, illa ceſſat, ex quo in concreto caſus noſtri ſub nomine *hæredum*, & *ſucceſſorum*, venire solùm hæredes ſanguinis, & deſcendentes Equitis Petri Franciſci Apolloni, hæredis inſtituti, illoſque gravatos, & privatos fuiſſe, ſuadet, tum voluntas Teſtatoris conſervandi hæreditatem totam, ac integram, & abſque ulla diminutione ad hoc, ut in caſu contraventionis illa reſtitui poſſet Equiti Franciſco de Albergottis, & enixum deſiderium celebrationis Miſſarum in perpetuum,
30 & uſque ad finem Mundi, cum adeò rigoroſa pœna privationis impoſita contravenienti, etiam pro una vice tantùm, quod aſſequi veriſimiliter non poſſet, ſi onus, privatio, & gravamen non fuiſſet impoſitum deſcendentibus, quia iſti, quatenus non eſſent per Fideicommiſſum gravati, poſſent bona Teſtatoris diſtrahere, & ſic annua celebratio Miſſarum in perpetuum, aliaque omnia in Teſtamento diſpoſita, evaderent eluſoria, tamquam dependentia à ſimplici conditione, & caſu, quo filii, & deſcendentes Petri Franciſci bona non alienaſſent, quod eſt omninò improbabile, ſed potiùs credendum eſt Teſtatorem, ſubſtituendo Petro Franciſco hæredi ejus filios, & deſcendentes ordine ſucceſſivo, eumdemque Petrum Franciſcum, ejuſque hæredes, & ſucceſſores, in infinitum gravans, & privans reſpectivè, intellexerit de hæredibus, & ſucceſſoribus in Fideicommiſſo, qui alii eſſe non poterant, quàm filii, & deſcendentes, procedentes ordine ſucceſſivo, & in ſtirpes ſubſtituti, adſtipulante ad hoc etiam regula, quòd ſicut in principali Teſtamenti parte fuerant vocati filii, & deſcendentes Petri Franciſci, ita etiam præſumendum ſit, quòd facta deindè mentione de ejuſdem hæredibus, & ſucceſſoribus, intellexerit de ſolis deſcendentibus, quos in parte Teſtamenti magis principali vocaverat, ut firmat
31 *Caſtreuſ.* olim in hac inclyta Civitate Auditor egregius, *conſ.* 114. *num.* 4. *lib.* 1. & benè obſervant *Fuſar. de Subſt. q.* 339. *num.* 36. 37. & 66. *Roſtr.* hujus noſtræ Rotæ olim Auditor, *in l. cum Avus, lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 11. 12. & *ſeqq. Card. de Luca de Donat. tom.* 2. *diſc.* 1. *ſponſal.* 15. *n.* 21. & *dec. Sard.* 17. *num.* 43. *Rodulphus, conſ.* 68. *ſub num.* 5. *Rota divers. dec.* 406. *num.* 1. *part.* 3. & *in rec. dec.* 106. *num.* 1. & *dec.* 169. *num.* 4. *part.* 5. & *dec.* 67. *n.* 5. *par.* 13.

Tum quia aliàs ſequeretur abſurdum, quòd Teſtator gravamen, & pœnam privationis injunxiſſet Petro Franciſco hæredi inſtituto, & magis dilecto, necnon hæredibus, & ſucceſſoribus extraneis, filiis autem, &
32 deſcendentibus ejuſdem Petri Franciſci, reſpectu ipſius minùs dilectis, & reſpectu hæredum extraneorum magis dilectis, injungere noluerit. Tum quia in linea Equitis Franciſci de Albergottis, ſecundo loco vocata, & ſubſtituta, ſpecificè vocavit ejuſdem Equitis
33 Franciſci deſcendentes, undè ex clara diſpoſitione in hac parte Teſtamenti, eo magis argui poteſt quid in alia Teſtamenti parte diſponere voluerit, ut in præciſis noſtris terminis *Fuſar. de Subſt. d. quæſt.* 339. *num.* 36. & 37. *Rota in recent. d. deciſ.* 171. *num.* 8. & 9. *part.* 12.

Neque in contrarium urget autho-
34 ritas *Sammar. d. controv.* 33. *num.* 56. & 57., quia in caſu *Sammar.* non

con-

concurrebant conjecturæ pro reſtrictione verbi *ſucceſſores* ad ſolos deſcendentes, immò aderant conjecturæ in contrarium.

Quod verò attinet ad aliam partem objecti, illud pariter inſubſiſtens detegitur: quidquid enim ſit, an procedere poſſet, ſi vellet deſumi argumentum, quòd Teſtator voluerit aliquid diſponere in caſu mortis, ex eo quòd illud idem diſpoſuerit in caſu contraventionis, vel delicti, in quibus terminis loquuntur Auctoritates, quæ in oppoſitum allegabantur; illud certè locum habere non poteſt in præſenti hypotheſi, in qua prætenditur, Teſtatorem præciſè diſpoſuiſſe in caſu obitus, dum enim ipſe voluit, quòd deficientibus hæredibus, & ſucceſſoribus in infinitum in annua præſtatione prædicta, privati remanerent hæreditate, illaque tota, ac integra reſtitui deberet Equiti Albergotto, hæc diſpoſitio neceſſario ſupponit eorumdem ſucceſſorum vocationem, & tran-
36 ſitum bonorum de uno in alium in caſu obitus, ad hoc ut iiſdem privari poſſet ille ex ſucceſſoribus, qui contraveniret, ipſeque poſſet bona indiminuta reſtituere, ut benè in noſtris terminis firmat *Rota Rom. deciſ. 306. num. 19. part. 12. & dicta deciſ. 568. num. 14. part. 18. Rot. noſtra in dicta Florentina Fideicommiſſorum de Alle 11. Januarii 1708. §. Abſque ea quòd, & ſeq., coram Dom. meo Bellutio.*

Nec iſto caſu aliqua fit illatio, vel extenſio de Fideicommiſſo in caſu delicti ad caſum obitus, nec ullum deſumitur argumentum de uno caſu ad alium, ſed ſolum dicitur, Teſtatorem in ea parte Teſtamenti, in qua de contraventione diſponitur, ſufficientèr expreſſiſſe ſuam voluntatem circa tranſlationem hæreditatis per obitum unius in alium ſucceſſorem ſubſtitutum, quod nihil implicat, cum Te-
37 ſtator poſſit in ea, ſicut in quacunque alia Teſtamenti parte, declarare ſuam voluntatem, quòd Fideicommiſſum durare debeat in ulterioribus vocatis, iſtique in eo comprehenſi ſint, ut proſequitur *Rota dicta dec. 306. numer. 20. & 21. part. 12.*

Et ita utraque, &c.

ARGUMENTUM.

Hypotheca expreſſa, deficiens in Contractu, à Juramento non ſuppletur; Et ſi contractus fuit geſtus per Procuratorem, pro hypotheca conſtituenda non ſufficit Mandatum Procuræ continens plenam, & liberam facultatem &c. Pœna, Compromiſſo adjecta, ad coercendum partes à reclamando, expirat reiterato Compromiſſo, immò ſtante juſta cauſa reclamandi; ejus exactio omninò abiit in deſuetudinem. Quando talis pœna conſtituta dicatur, vel potiùs facta obligatio abſoluta ad ſummam determinatam, & quando diſpoſitio dicatur pœnalis, vel non. Sententia non parit hypothecam. Vitium litigioſi non contrahitur ſuper re Debitoris, dum lis agitur in perſonali.

SUMMARIUM.

1 *Sententia canonizans Creditum, non afficit Poſſeſſorem non citatum, qui ante litem motam rem emerat.*

2 *Juramentum, adjectum obligationi generali, hypothecam generalem ad ſpecialem reducit.*

Juramentum habet vim ſpecialis expreſſionis, & facit valere actum omni meliori modo, quo valere poteſt, ibidem.

3 *Juramentum in Contractu, in quo appoſita non ſit bonorum obligatio, ligat ſtrictiùs Contrahentes circa promiſſa quo ad perſonalem, ſed vim non habet addendi hypothecam non expreſſam.*

Obligatio bonorum non expreſſa, volita non præſumitur ibid.

4 *Juramentum tribuit actionem perſonalem tantùm.*

5 *Auctoritates in contrarium explicantur, & nn.6. 9. 10. 11.* & 12.

7 *Contrahentium conſenſus præſumitur in iis, quæ neceſſaria ſunt ad actus validitatem, non quando agitur de ſupplendis iis, ſine quibus actus poteſt ſubſiſtere, nam in iſtis poſitivus illorum conſenſus eſt neceſſarius.*

8 *Juramentum dat vires obligationi intra ſuos limites, & non ampliat ad ea, quæ concernunt ſubſtantiam, & conſenſum, & quæ non habent connexionem cum expreſſis.*

9 *Generalis bonorum obligatio, & hypo-*

theca vigore juramenti evadit ſpecialis.

11 *Inter conjecturas pro inducenda hypotheca recenſetur juramentum.*

12 *Hypotheca ex conjecturis, mentem contrahentium oſtendentibus, æquiùs deſumitur, quàm ex Clauſulis Inſtrumentorum.*

13 *Procuratori non dicitur data facultas apponendi hypothecam ex Clauſula, in Mandato adjecta* -- cum plena, libera, & abſoluta poteſtate &c.

14 *Clauſula* cum plena, libera &c. *non operatur univerſalem poteſtatem ultra negotium expreſſe demandatum.*

15 *Maximè in iis, quæ requirunt mandatum ſpeciale, & individuum.*

Clauſula cum plena, libera &c. *in mandato non extendit facultatem ad compromittendum ſub pœna*, ibid.

16 *Ex compromiſſo, per Procuratorem ſtipulato, non oritur hypotheca in bonis Principalis, ſi Procurator, habens facultatem hypothecandi, ea uſus non eſt.*

17 *Et dicitur ea uti noluiſſe, ſi expreſſè bonorum Principalis obligationem non adjecit, ſed uſus ſolùm fit verbo* obligamus, *quod non directum ad bona, ſed relatum ad perſonas, nunquam inducit hypothecam.*

18 *Pro pœna, Compromiſſo adjecta, hypotheca competit; ſed ſi fuit deventum ad novum compromiſſum, illa ampliùs peti, & exigi non poteſt*, ibidem, & n. 19.

19 *Pœna conventa in caſu receſſus à Compromiſſo, & laudo, per prorogationem Compromiſſi expirat.*

20 *Pœna, adjecta in Compromiſſis, de conſuetudine hodiè ampliùs non exigitur, quando adeſt juſta cauſa reclamandi, quamvis ſuccumbat in Cauſa.*

21 *Secluſa tamen juſta cauſa litigandi, talis praxis, quæ indiſtinctè ab aliquibus probatur, non eſt tuta.*

22 *Contrarium tenentes, etiam in Cauſis Domini Florentini, referuntur.*

Et quando conventio in Compromiſſo facta, dicatur pœnalis, vel non, n. 23. & ſeqq. *ubi latè.*

23 *Quando injunctum eſt certum onus, & in caſu non adimplementi privatur non implens emolumento, vel aliquid ab ejus patrimonio diminuitur, diſpoſitio dicitur pœnalis.*

24 *Et adducuntur Auctoritates in terminis præcepti non reclamandi à Laudo Arbitrorum.*

25 *Diſpoſitum cauſa coërcendi hæredem, vel contrahentem ad aliquid faciendum, vel non faciendum, in pœnam dicitur adjectum.*

26 *Quando aliquid permittitur, & in caſu contrario adimitur per verba adverſativa, diſpoſitio dicitur pœnalis.*

27 *Amplia etiamſi verba concipiantur per modum conditionis.*

28 *Præcipuè quando conditio eſt poteſtativa.*

30 *Obligatio ad ſummam determinatam facta in Compromiſſo, non valet dici facta pro ſecuritate crediti alterius ex Compromittentibus, ſi creditum impugnatur, & inſubſiſtens prætenditur, ſed tantum ad reclamationem à Laudo refrænandam, & in pœnam.*

Et ex quibus oriuntur turbiditas, & inſubſiſtentia crediti n. 29.

31 *Ad dignoſcendum, an diſpoſitio ſit pœnalis, nec ne, unicè inſpicitur veriſimilis mens contrahentium.*

32 *Pœna excluditur, quòd obligatio ſit aſſecurativa crediti, ſi iſta fuit correſpectiva, & reciprocè facta.*

33 *Obligatio, quæ eſt pœnalis reſpectu unius ex Contrahentibus, talis dici debet & reſpectu alterius, ut eadem obligatio, eadem forma concepta, diverſa judicetur natura.*

34 *Et dicitur correſpectiva, & reciproca, ſi in fine unius apocæ ſe ſubſcripſerunt, & obligarunt ambo Compromittentes, etiamſi in altera apoca unus tantum ſe obligavit.*

35 *Error reiteratæ confeſſionis Judicialis debet oſtendi per probationes evidentiſſimas, & non per æquivocas, & minùs concludentes.*

36 *Sententia poſt ejus executionem transfert jus reale, & parit hypothecam, ſicut ante.*

37 *Vitium litigioſi, in re per tertium poſſeſſa non inducitur, quando intentatur perſonalis, ſed ſolùm per actionem realem.*

DECISIO II.

AD extinguendas reciprocas prætenſiones, exortas inter D. Nicolaum Carolum Berſanum Mercatorem Londinenſem, & Jo: Stephanum, & Jo. Antonium de Fortis, fuit initum quoddam prætenſum Compromiſſum in perſonam trium Mercatorum Londinenſium, quorum Sententię, & Laudo ſtare ſe obligarunt Contrahentes ſub obligatione ſolvendi libras bis mille ſterlinas.

Die 16. Septembris anni 1701. Arbitri præfati promulgarunt Laudum, in quo inter cætera declararunt Berſaſanum Creditorem DD. de Fortis, pro Mercibus tranſmiſſis, in libris ſterlinis 2346. 10. 2., iſtoſque ad illarum ſolutionem condemnarunt, quatenus intra tres menſes non exhibuiſſent computum quantitatis retractę à venditione dictarum Mercium.

Reclamarunt adverſus hujuſmodi Laudum DD. de Fortis, & poſt diverſas altercationes fuit de conſenſu utriuſque Partis initum novum Compromiſſum in Civitate Liburni, inſtructoque Judicio coram Judicibus Compromiſſariis, iſti revocarunt Laudum latum in Civitate Londini, eumdemque Berſanum condemnarunt in ſumma, & quantitate, in eodem Laudo contenta; ſed obtenta contra hanc Sententiam delegatione à dicto Berſano, obtinuit in Rota canonizzari ſuum Creditum, & condemnari DD. de Fortis ad illius ſolutionem.

Pro executione hujus Sententię, ſuique Crediti conſecutione, intentavit Berſanus immiſſionis Judicium ſuper Domo, à dd. de Fortis vendita D. Garzię Rodriguez, & de præſenti ab iſto poſſeſſa Cauſaque Nobis ad referendum à Magiſtratu Supremo delegata, concordibus ſuffragiis retulimus, immiſſionem non eſſe concedendam.

Quidquid enim ſit de Credito Berſani, ex dicta Sententia Rotali reſultante, quæ tamquam obtenta non citato dicto Rodriguez, in quem præcedentèr titulo venditionis domus prædicta tranſlata fuerat, prætendebatur iſtum
1 non afficere, ex traditis per *Bartolum in l. creditores num. 33. verſic. tertio caſu C. de pign. Mangil. de Evict. quæſt. 99. n. 9. & ſeqq. & quæſt. 198. n. 14. Sebaſtian. de Tert. Venunt. ad Conſ. part. 2. cap. 3. inſpect. 2. n. 26. Rot. Bonon. apud Urceol. conſult. 77. n. 8. & 9. Franch. dec. 524. ibique De Luc. ſub n. 4. verſ. ſi tamen. Rota noſtra inter dec. diverſ. recollect. per Palma Nep. deciſ. 304. n. 1. & ſeqq.*

Motivum reſolutionis ſtetit in defectu hypothecę, quę reſultare viſa non fuit ex mandato Procurę, à DD. de Fortis facto in perſonam Jacobi Antonii Migliorucci, Londini commorantis, in quo fuit appoſitum Juramentum, & clauſula cum plena, libera, & abſoluta poteſtate, pleno, libero, & abſoluto mandato. Quo enim ad Juramentum, licèt quando iſtud adjectum eſt obligationi generali, hypothecam generalem ad ſpecialem reducat, cum habeat vim ſpecialis expreſſionis, & fa-
2 ciat valere actum omni meliori modo, quo poteſt, in ſpecie *Torret.* olim hujus inclytę Rotę Auditor, *conſ. 31. n. 14. lib. 2. Sadarin. reſp. 47. num. 11. Amat. reſol. 3 n. 39. Theſaur. quæſt. forenſ. 74. n. 3. lib. 2.*, ubi, quòd ita fuit judicatum in Senatu Pedemontano. *Capyc. Latro conſult. 16. n. 12. Altogr. controv. 95. ſub numer. 36. & 37. Tranchedin. conſult. 49. numer. 35. tom. 1. Urceol. conſult. 22. n. 25. & conſult. 26. num. 28.* plenè *Paulus. diſſert. 30. num. 21. & ſeqq. & num. 26. & plur. ſeqq. uſque ad fin. & diſſert. 71. n. 29. Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. lib. 3. cap. 1. n. 62. Pacian. de Locat. cap. 61. num. 109. Jovius de Solemnit. in Contract. Minor. gloſ. 19. §. 1. num. 25. Hodiern. ad Surd. deciſ. 56 n. 2. & dec. 225. num. 5 & 6. ſignanter in fin. verſic. quidquid dixerit. Peregrin. dec. 136. num. 12. Deciſio Vicarii Lucen. inter recollectas per Palm. Nep. deciſ. 388. num 11. Rot. Peruſin. in deciſione impreſ. poſt 2. vol. conſ. Torreti. numer. 43.*

Quando tamen nulla præceſſit generalis bonorum obligatio, & hypotheca, ſed in contractu ſimplicitèr appoſitum fuit Juramentum, tunc iſtud habebit quidem vim obligandi Jurantem ſtrictiùs, ſemper verò hæc obligatio ver-

verſari debebit circa ea, quæ à Con-
trahentibus promiſſa fuerunt, & ſic
quoad perſonalem, non quoad bono-
rum obligationem, & hypothecariam,
circa quam nullum fuit initum pactum,
nullumque partes conſenſum præſtite-
runt, ac proindè in his terminis Jura-
mentum ampliare non poſſe obligatio-
nem perſonę etiam ad bona, quę tam-
3 quam non expreſſa, volita non præſu-
mitur, firmant in ſpecie *Mantic. de Ta-
cit. lib. 11. tit. 3. num. 22.* ubi reprobat
contrarios. *Tranchedin. d. conſult. 49. n. 35.
lib. 1. Theſaur. quæſt. forenſ. 85. n. 7. verſic.
verùm, lib. 1 & quæſt. 81 num. 11. & 12.*
ubi rejicit contrarios, *lib. 2.* & diſtin-
guendo unum caſum ab alio, plenè,
& magiſtralitèr *Merlin.* olim hujus
inclytæ Rotæ Auditor, *de Pignor. lib. 2.
tit. 3. quæſt. 100 in princ. & per tot.*
Et quòd Juramentum ſolum tribuat
actionem perſonalem, & ex iſta dum-
4 taxat jurans obligetur *Del Bene de Jura-
mento cap. 1. dubitat. 47. n. 7. Caſtropal.
Oper. Mor. par 3. tract 14. diſputat. 2.
punct. 12. num. 3. verſ. neque obſtat. De
Luc. ad De Marinis miſcell. 212. num. 4.
lib. 1.*

Quidquam non refragante contraria
auctoritate *Caphal. conſ. 41. num. 18.
5 verſ. ex quibus refertur, & ſeqq. Pacific.
de Salvian. inſpect. 4. cap. 1. numer. 9.*,
Quia *Caphal.* rejicitur à *Mantic. de Ta-
cit. d. lib. 11. tit. 3. num. 22. & Pacific.*
ſe habet relativè ad *Sard. conſ. 331. ſub
num. 11. verſ. & hoc procedit*, qui hoc
dicit in objecto, & poſtea contrarium
reſolvit, ut *num. 18. verſ. verumtamen
prædictis omnibus minimè obſtantibus, &
ſeqq. & n. 33.* Rurſus *Pacific.* loquitur
incidentèr, non diſcuſſo, nec examina-
to articulo, & contra communem, &
veram opinionem DD., & ob id repro-
batur à *Merlin. de Pignor. d. lib. 2. quæſt.
100. n. 1. & ſeqq.*

*Gratian. diſcept. 37. num. 23. & 24. &
Sard. dec 115. n. 10. & 11.* tanquam
6 perperam, & ſine lege, & auctoritate
loquentes, rejiciuntur paritèr à *Merlin.
ubi ſupra*, & ſcripta per *Sard. d. de-
ciſ. 115.* cum quo remiſſivè pertran-
ſit *Gratian.*, ad ſummum admitti poſ-
ſent, quando ageretur de ſupplendis
iis, quæ neceſſaria ſunt pro actus
7 validitate, in iſtis enim præſumitur
Contrahentium conſenſus, qui dum
voluerunt contrahere, cenſebatur
etiam voluiſſe facere ea omnia, ſine
quibus Contractus non ſuſtineretur;
Recipi autem non poterunt, quando
agitur de ſupplendis iis, ſine quibus
actus ſuſtineri poteſt, niſi conſtet de
poſitivo Partium conſenſu, cum Ju-
ramentum addat vinculum obligatio-
ni intra ſuos limites, ſed eam non
augeat, nec ampliet ad res, quæ con-
cernunt ſubſtantiam, & conſenſum,
& quæ non habent connexionem cum
expreſſis, ut diſtinguendo tradit idem
8 *Sard. d. conſ. 331. num. 33. Addent. ad
Seraphin. de Privileg. Juramen. Privil.
70. num. 1. in fin. Mantic. de Juramento
part 4. effect. 9. num. 14. & 15. effect. 16.
per tot., & effect. 146. num. 3. & 4.,
Gutier. eod. Tract. part. 1. cap. 2. ſub
num. 14.*

*Seraphin. de Privileg. Juram. privil.
158.* ſe fundat in Auctoritatibus, lo-
quentibus in caſu, quo præceſſit gene-
9 ralis bonorum obligatio, & hypothe-
ca, quæ vigore Juramenti evadit ſpe-
cialis, ut eum explicat *Merlin. de Pign.
d. lib. 2. quæſt. 100. num. 1. & 5.*, aliàs
ejus opinio, generalitèr, & indiſtinctè
accepta, periculoſa eſt, & ſpecificè re-
probatur per *Theſaur. dicta quæſt. forenſ.
85. num. 7. lib. 1. & quæſt. 81 num. 11. &
12. lib. 2.*

*Altimar. de Nullit. Contract. tom. 3.
rubr. 1. quæſt. 5. num. 90.* generalitèr lo-
10 quitur, & non diſcuſſa materia per-
tranſit cum *Gratian. Sard.*, & *Rot.*
mox referenda, undè in caſibus, &
terminis, in quibus iſti loquuntur,
debet intelligi.

*Rot. in recent. deciſ. 313. num. 4. par.
11 10., & deciſ. 358. num. 40. part. 19.* lo-
quitur in caſu, quo ex conjecturis
conſtet de mente Contrahentium pro
inducenda hypotheca, inter quas con-
jecturas etiam Juramentum recenſet,
& in his terminis paritèr intelligi de-
bet *Scipio Rovit. in ejus Append. im-
preſſa poſt ſuam deciſionem 48. num. 39.
§. Quartum, & ultimum, in fin. in im-
preſſione Neapolitana Anni* 1699. Omni-
12 que Jure admittendum venit in hoc
caſu, quòd ex Juramento oriatur hy-
potheca, quia hæc potiùs ex mente
Contrahentium venit deſumenda, quàm
ex

ex clauſulis, & verbis, in Contractibus adjectis. *l. creditor la primo §. Poſt diviſionem ff. qui potior. in pignor. habeant. Card. Spad. conſ.54. num.35. & 36. Omnes. de Contract. tom.2. tract.10. de Hypothec. quæſt.56. num.11. Merlin. de Pignor. lib.1. tit.2. quæſt.94. ſub n.5. & 9. Anſald. de Commerc. diſcurſ.55. num.38. Altimar. de Nullit. Contract. tom.3. rubr.1. dicta quæſt.5. num.65. fol. mihi 75. in Veneta impreſſione. Rot. in recent. d. dec.313. num.1. & ſeqq. part. 10. dec.364. num.14. & dec.448. n.11. part.14.*

Minùs deſumi poteſt tributa Procuratori facultas apponendi hypothecam, ex clauſula, in mandato adjecta, cum
13 plena, libera, & abſoluta poteſtate, pleno, libero, & abſoluto mandato: Quia cum Miglioruccius in Apoca mandati Procuræ fuerit conſtitutus Procurator ad exigendum, & de exacto quietandum, & in caſum retardatæ ſolutionis à Debitoribus fuerit ei tributum mandatum ad lites pro dictis exactionibus curandis, ſubſequens amplitudo clauſularum *cum plena, libera, &c.* reſtringitur ad contenta in Mandato, & ad ſupra expreſſa, nec operatur univerſalem poteſtatem ultra
14 negocium demandatum, & commiſſum. *Surd. conſ.160. num.34. & ſeqq. Theſaur. quæſt. forenſ.1. num.10. & ſeqq. lib.4. Epiſc. Rocc. diſput.102. num.10. & ſeqq. Barboſ. clauſ.35. num.47. & ſeqq. Galen. de Procurat. part.2. cap.4. num.48. Merlin. de Pign. lib.2. tit.3. quæſt.101. num.13. Rot. in rec. dec.64. num.15. & 16. part.17. ubi concordanter.*

Præcipuè, quando ſumus in materia, quæ requirit mandatum ſpeciale & individuum, prout eſt illa compromittendi ſub pœna, ad quem effectum
15 operandum, multo minùs clauſulæ prædictæ poſſunt extendi, ut de Compromiſſo *Barboſ. de Clauſul. uſufrequent. d. clauſ.35. num.27.* & de materia pœnali *Merlin. de Pignor. lib.2. tit 3. d. q.101. num.19. & 31. Barboſ. d. clauſ.35. n.42. Mantic. de Tacit. lib.7. tit.16. numer.34. Galen. de Procurat. part.3. cap.5. num.1. Rot. Diverſ. dec.38. num.1. part.4. & in rec. dec.13. n.2. part.4. tom.1.*

Cæterùm, dato etiam per hypotheſim, quòd clauſulæ prædictæ *cum libera &c.* & Juramentum, in Mandato Procuræ appoſita, tribuere potuiſſent Miglioruccio facultatem compromittendi cum hypotheca bonorum conſtituentis, adhuc cum dictus Procurator Compromiſſum inierit in perſonam trium Mercatorum Londinenſium, nec in dicto Compromiſſo bona DD de Fortis obligaverit, in hac parte uſus non fuit facultate ipſi tributa, & conſequenter, nec Berſanus à Procuratore, ad id conſtituto, ullam ad ſui
16 favorem contractam prætendere poteſt hypothecam, ut in ſpecie tradunt *Merlin. de Pignor. d. lib.2. tit.3. quæſt.101. num.45.*, & poſt plures, quos refert, *Rot. cor. Duran. dec.247. n.4.*

Quod autem Miglioruccius uti noluerit facultate hypothecandi bona Conſtituentium ad favorem Berſani, ex eo patet, quòd in Compromiſſo ſpecificam obligationem bonorum non appoſuit, neque illa reſultat ex verbis — *obligamus nos, & utrumque noſtrum &c.* — ad ſolutionem librarum bis mille monetæ Angliçæ, cum verbum *obligamus,*
17 quando non eſt directum ad bona, ſed refertur ad perſonas, nunquam inducat hypothecam. *Oddus conſ.100. num.95. verſ. quartus defectus. Fachin. conſ.31. ſub n.3. verſ. ſed licèt, lib.3. Palm. Sen. conſ.99. num.30. Gaet. de Credit. cap.2. tit.7. n.1463. & ſeqq. Altimar. de Nullit. Contract. tom.3. rubr.1. quæſt.5. ſub num.73. & 74. fol. mihi 75. in Veneta Impreſſione.*

Maximè quia obligatio prædicta facta fuit pro ſolvenda pœna dictarum librarum bis mille, quæ pœna, cum tunc petita non fuerit, ſed concorditèr deventum ad novum Compromiſſum, hinc inſurgit, quòd quatenus etiam pro ea competiiſſet hypotheca, ut tra-
18 dunt *Mant. de Tacit. lib.11. tit.3. n.19. Pacifi. de Salvian. inſpect. 3. cap.4. num.758. & 759.*, quos reprobato *Merlino*, contrarium ſentiente, ſequitur *Altimar. de Nullit. Contract. tom.3. rubr. 1. d. quæſt.5. num.81. fol.76.* illa amplius peti, & exigi non poſſet, ut in fortioribus terminis, quod per prorogationem Compromiſſi expiret pœna, in eo adjecta, *Blanc. de Comprom. quæſt.7. num.57. & 58. Caſta de Retrotract. cap.8. inſ.29. n.10. & 11. in fine.*

At-

Attenta præcipuè recepta conſuetudine, ſecundum quam hujuſmodi pœnæ, in Compromiſſis adjectæ, hodie in praxi ampliùs non exiguntur, quando is qui ſuccubuit potuit habere juſtam cauſam reclamandi à Laudo, quamvis non obtineat in Cauſa. *Lanfranc. de Oriano de Arbitris part. ult. num.62. in fin. Petrus Jacob. à Monte Peſſulano ad. Tract. num.11. verſ. item*
20 *eſt notandum. Marta Var. Reſ.7. num.5.* & pluribus relatis *Senat. Burdegalen. apud Boerium dec 184. n.13. Senat. Delph. apud Gravell. dec.1. num.10.* Prout concurrere in caſu præſenti patens eſt ex eo, quòd poſt initum novum Compromiſſum produit Sententia favorabilis dictis de Fortis, quidquid prætermittendo ab hac circumſtantia dicendum fuiſſet de praxi univerſali non exigendi pœnas, in hujuſmodi Compromiſſis adjectas, de qua teſtatur *Menoch. controv.57.*
21 *n.5 Maſſin. de Confiſ. quæſt.12. n.77. & 78.*, ubi, quòd per plures annos, quibus præſidavit Tribunalis, nunquam vidit talem pœnam exactam. *Conciol. ad Stat. Eugub. lib.1 rubr.27. & num.44. & rubric 61. num.6.* ubi videtur ſubdubius. *Carol. de Alex. ad Conſult. Capyc. Latr. obſervat 151. num.17. Tapia deciſ. Sacri Conſilii 32.*, cum hæc praxis, & conſuetudo non ſit pacifica, & contra
22 eam inſurgat *Mauſ.*, qui loquitur de hac conſuetudine in Civitate Florentiæ, *conſult. 188. num.1. & ſeqq. & num.9. & plur. ſeqq. Sabell.* qui ſcripſit in Cauſa Domini Florentini, *reſol.35. n.41. & 42. Conciol. Reſolut. Crimin. V. Pœna reſolut.4. ex num.6.* apud quos alii concordantes.

Nec dubitari valet, quin conventio ſolvendi libras bis mille fuerit pœnalis, quia DD. de Fortis ſe obligant obſervare Laudum, & in caſu non adimplementi, & contraventionis fuit conventum, teneri ad ſolvendas dictas libras bis mille, quæ in his terminis deberi ob contraventionem, & pro pœna cenſuimus, ex quo ubi injungitur alicui certum onus, & ſi illud non impleat, privatur emolumento, vel aliquid diminuitur à patrimonio non implentis, tunc ademptio,
23 & diminutio dicitur in pœnam contraventionis, & diſpoſitio eſt pœnalis, ut poſt *Aretin. in L. Titia 134. ſub n.3. ff. de V. oblig.* firmant *Rodoanſc. conſ.19. num.10. 11. & 12. Dominus meus Palm. Nep. alleg.5. num.36. Mauſ. conſult.338. ſub numer.23. Maſſin. de Confiſcat. d. quæſt.12. n.41. & ſeqq. Peregr. de Fideicommiſſ. art.11. ſub num.91. Torr. Quæſt. Jur. tom.2. Miſcell. par.1. quæſt.33. tit.12. num.15. & 17. & de Primog. tom.2. quæſt.13. num.18. Tartagl. de Reformat. Statutor. art.62. §.13. num.303. Rot. Senen. in deciſ. extenſa per Herculanum Maſſin. apud Palm. Nep. alleg.370. n.79. repetita apud Mauſ. conſult.68. ſub n.15. verſ. non igitur, tom.9. Rota noſtra apud Urceol. de Tranſact. quæſt.28. ſub num.16. Rot. Rom. coram Bichio dec.131. num.4. & ſeqq. repetita in rec. dec 101. part.9. & in Romana Hæreditatis de Raſpolis 13. Junii 1704. §. Diſpoſitionem, cum pluribus ſeqq. coram Molines, nunc impreſſa poſt De Lucam de Fideic. in Miſcellanea dec.83. ex num.41.* & in ſubjecta
24 materia præcepti non reclamandi ab Arbitrorum Laudo *Rot. in Corallinem. Bonorum 28. Novemb. 1704. §. Eoque magis, cor. Caſſarell.*

Unicus enim finis obligandi Contrahentes in dicta quantitate ad favorem alterius, fuit, ut ipſi ob timorem ſolvendi ſummam prædictam, impellerentur ad obſervantiam Laudi, quod pœnam importat. Eſt enim indubitata regula, quòd quidquid ſit cauſa
25 coercendi hæredem, vel contrahentem, ut ille aliquid faciat, vel non faciat, in pœnam dici debet diſpoſitum. *§. final. Inſtit. de legat.* ibique Scribentes. *Rodoanſc. conſ.19. n.16. Dominus meus Palm. Nep. alleg.368. n.11. Rodulphin. alleg.71. num.46. & 47. Torr. Quæſt. Jur. tom.2. Miſcell. par.1. quæſt.33. tit.12. num.27. Galganett. de Cond. & Demonſtr. par.1. cap.99. n.3. Senat Mantuanus apud Sord. dec.7. n.9. Rot Senen. in d. deciſ. extenſa per Hercul. Maſſin. apud Palm. Nep. d. allegat.370. num.47. & ſub n.81. Rota noſtra apud Urceol. de Tranſact. quæſt.28. num.17. Rot. Rom. in d. Romana Hæreditatis de Raſpolis 13. Junii 1704. §. Cæterùm, cor. Molines apud De Lucam ubi ſupra d. dec.83. n.49.*

Potiſſimè quia expreſſè conventum fuit, quòd in caſu obſervantiæ Laudi, obligatio nullum habere deberet

eſſe-

effectum, in caſu vero contrario, mediante adverſativa, ad dictam ſolutionem contraveniens adſtringitur, ibi, *allora*) nempè in caſu obſervantiæ) *queſta obbligazione deve eſſere nota, altrimenti da rimanere in piena forza*; Quando autem aliquid permittitur, & in caſu contrariæ conditio-
26 nis adimitur mediantibus verbis adverſativis, diſpoſitio ſemper dicitur pœnalis. *Gabr. conſ.105. num.7. lib.1. Palm. Nep. alleg.368. n.7. & ſeqq. & n.14. Seraphin. Maſſin. de Confiſcat. d. quæſt.22. num.47. Tartagl. de Reſerv. Statut. d. art.62. §.13. n.304. & 305. Torr. Quæſt. Jur. tom.2. Miſcell. par.1. quæſt.33. tit. 22. num.16. Senat. Mantuan. apud Surd. d. dec.7. num.7. & dec 232. num.9. Rot. Rom. cor. Bichio d. dec.132. n.9. & 10. repetita in rec. dec.101. par.9.*

Quod procedit etiamſi verba ſint
27 per modum conditionis concepta. *Redenaſc. d. conſ.19. num.10. & 12. Palm. Nep. d. alleg.368. ſub n.14. & 16. & 24. Tartagl. de Reſerv. Statut. d. art.62. §.13. n.306. & ſeqq.* præſertim quando conditio eſt poteſtativa, pendens à voluntate, & arbitrio implere debentis,
28 quæ pœnalem diſpoſitionem importat, cum gravamen cenſeatur appoſitum in pœnam inobedientiæ, & contraventionis. *Redenaſc. conſ.19. n.9. Dead. conſult. 8. n.10. Torr. de Primog. tom.2. quæſt.50. n.71. & 81. dalli de more ſuo Dominus noster Palm. Nep. d. alleg.368. num.12. Rot. Senen. apud Eundem in deciſ. extenſa per Hæredem Maſſin. allegat 370. n.50. Senat. Mantuan. apud Surd. d. deciſ.232. num.12. & ſeqq. uſq. ad fin.*, ubi, quòd conditio poteſtativa habetur loco præcepti. *Rot. Rom. in d. Romana Hæreditatis de Reſpolis 13 Junii 1704. §. Cæterum 34.*, ubi plures concordantes, *coram Molines, impreſſa poſt De Luca in Marſiſſ. de Fideicom. d. dec.85. n.50.*

Minimè refragante, quòd obligatio ſolvendi dictas libras bis mille facta fuerit à DD. de Fortis pro ſecuritate crediti, quod contra ipſos habebat Berſanus in quantitate, coram Arbitris liquidanda, non autem in pœnam contraventionis. Quoniam obligationem prædictam pœnalem fuiſſe reſultat ex ſuperiùs deductis, nec potuit fieri pro ſecuritate crediti prætenſi à Berſano, quia DD. de Fortis nunquam falſi fuerunt ſe debitores ipſius, ſed immò ſemper impugnarunt creditum Berſani, prætendentes, illum eſſe ipſorum debi-
29 torem, ut patet ex mandato Procuræ, facto ab iiſdem de Fortis in perſonam Migliorucci, cujus vigore aſſerebat coram nobis Berſanus fuiſſe initum controverſum Compromiſſum, in dicto enim mandato Procuræ Miglioruccius conſtituitur Procurator ad exigendum ſummas debitas à Berſano, eumque de exactis quietandum, cum facultate in caſu retardatæ ſolutionis eum in quocunque Tribunali conveniendi, & realitèr, & perſonalitèr executare faciendi, tum ex inſtantiis ab iiſdem de Fortis factis ante, & poſt, & ſignantèr in comparitione coram Gubernatore Liburni die 21. Januarii 1701., in qua ad impediendam executionem Laudi, de illius aperta injuſtitia exceperunt, aſſerentes, ſe eſſe liquidos Creditores Berſani Petiarum 2070. 16. 5., & reliquati quatuor Ballarum Serici, Tum demum ex Sententia, & Laudo lato in Civitate Liburni, in quo Berſanus fuit declaratus debitor DD. de Fortis.

Si itaque DD. de Fortis non fatebantur ſe debitores Berſani, ſed prætende-
30 bant eſſe creditores illius, impoſſibile eſt, quòd voluerint promittere libras bis mille pro ejus credito, quod ipſi adeſſe in rerum natura prorſus negabant, ſed potiùs dicendum eſt, quòd cum ageretur inter Mercatores, ad obtruncanda litigia convenire voluerint executionem Laudi, abſque eo quòd reclamatio, & reductio illius peti poſſet, ita arguendo à veriſimili mente, quæ unicè inſpicitur pro dignoſcen-
31 do, an diſpoſitio ſit pœnalis, nec ne, ut per *Text. in l.1. ff. de his quæ pœnæ nomine*, proſequitur *Mant. dict. conſult. 338. ſub num.13. & ſeqq. Rodulphin. allegat.71. num.47. Palm. Nep. alleg. 367. ſub num.15. & 20. d. alleg 368. num. 3. & alleg 369. num.25. Torr. Quæſt. Juris tom.2. part.1. Miſcell. d. quæſt.33. tit.22. n.23. Maſſin. de Confiſcat. d. quæſt.22. ſub num.57. Rot. de Incompatib. part.3. cap.1. num.16. Tartagl. de Reſervat. Statutor. d. art.62. §.13. n. 308. Senat. Mantuan. apud Surd. cit. deciſ.7. num.12. & d. deciſ.232. num.16.*

S ſ Rot.

Rot. Senen. in deciſ. compilata per Herm. Maſſon. apud Palm. Nep. cit. alleg. 370. num. 68. & 69. & ſub num. 76. Rot. noſtra apud Urceol. de Tranſact. d. quaeſt. 28. ſub num. 24. Rot Rom. in rec. deciſ. 47. ſub num. 5. part. 3. & coram Bich. d. deciſ. 132. n. 21. & in cit. Romana Haereditatis de Roſpolis 13. Junii 1704. §. Caeterùm 34. coram Molin. apud De Luca in d. deciſ. 85. n. 48., & in propria materia praecepti ſtandi arbitrorum ſententiae *Rot. in d. Cavallicen. Bonorum 3. Julii 1705. §. Attamen, coram Caffarello.*

Et clariùs comprobatur aſſumptum reflectendo, quòd obligatio ſolvendi dictas libras bis mille, fuit reciproca, ut ingenuè faſſus eſt Berſanus in ejus confeſſione, in fine dicti Compromiſſi emiſſa, & in Actis pluries producta, ibi -- *Simigliante ed eguale „ obligazione eſſendo anche ſtata fatta, „ firmata, e ſigillata dal predetto Nic- „ colò Carlo Berſani verſo degli detti „ Signori Gio. Steſano, e Gio. Anto- „ nio Forti per ſcrittura ſeparata, & „ in tutto corriſpondente al tenore della „ preſente, e da detto Signor Berſani con- „ ſegnata al Signor Jacopo Antonio Mi- „ gliorucci, come Procuratore di detti „ SS. Forti l' iſteſſo giorno decimo nono „ del meſe di Giugno 1701. ſtile d' In- „ ghilterra*

Ex hac enim reciproca, & correſpectiva obligatione, incaleſcit argumentum pro poenalitate, nam ſi Ber-
32 ſanus aſſerit, dictos de Fortis ſe obligaſſe ſolvere libras bis mille pro ſecuritate ejus crediti, quod erat certum, & indubitatum, ipſe, qui nullum debitum cum dictis de Fortis habere praetendebat, illorum favore cum reciproca promiſſione librarum bis mille ſe obligare non debuiſſet, quod cum fecerit, ſicut reſpectu ipſius obligatio non poteſt dici aſſecurativa crediti illorum de Fortis, ſed poenalis, talis etiam dicenda erit reſpectu dictorum de Fortis, nè eadem obligatio, eodem modo, & forma concepta, diverſae
33 naturae, & qualitatis judicetur, ut in ſpecie, ad arguendam poenalitatem diſpoſitionis, ponderat *Palm. Nep. d. allegat 368. num. 39. & 40.* benè *Rot. in d. Romana Haereditatis de Roſpolis 13. Junii 1704. §. Secundo quia 35. coram Molin. poſt de Luc. de Fidecom. in Mantiſſa d. dec. 85. n. 52.*

Haud refragante, quòd haec confeſſio, emiſſa à Berſano, ſit erronea, dum in Proceſſu originali in lingua Anglica confecto, poſt obligationem illorum de Fortis, non legatur alia
34 Berſan., quia cum ambo ex Contrahentibus ſuam obligationem fecerint in fogiis diſtinctis, & ſeparatis, illaque Berſani remanſerit penes Migliorucium Procuratorem Londinenſem, ut fatetur ipſemet Berſanus in verbis mox relatis, ex eo quòd per extenſum non habeatur in fine obligationis factae à Fortis, & non producatur à Rodrigoez, qui eſt Tertius, non poteſt dici probatus error adeò clarae, & reiteratae confeſſionis Judicialis, qui non
35 probationibus aequivocis, & minùs concludentibus, ſed undique indubitatis, & evidentiſſimis deberet oſtendi *L. cum de indebito 25. ff. de probat. De Angel. de Confeſſ. tom. 1. lib. 3. quaeſt. 20. num. 31. 34. & ſeqq. Rota in rec. dec. 194. num. 11. part. 18.*

Et demum hypotheca oriri non valet à ſententia, ad favorem Berſani emanata, quia quamvis ſententia, quando fuit executioni demandata, & per eam capta bonorum poſſeſſio, transferat jus reale, & pariat hypothecam, tamen ante illius executionem nullam de jure hypothecam tribuere,
36 firmant *Bartol.*, & *alii in l. reſcriptum ff. de poſſ. Cyriac. contr. 130. num. 7. Ab Eccleſ. obſerv. 33. ſub n. 11. part. 2. Theſaur. Quaeſt. For. lib. 1. quaeſt. 85. num. 3. & ſeqq. & num. 8.*, ubi, quòd ita fuit judicatum in Senatu Pedemontano. *Manſ. conſult. 113. num. 29. Tapp. Var. Reſol. tit 303. cap. 3. in fin. Neguſant.* olim hujus inclyti Tribunalis Auditor, *de Pignor. 2. membr. 3 par. ſub num. 5. & 30. Gaz. de Credit. cap. 2. tit. 8. num. 3189. & 3190. Urceol. de Tranſact. quaeſt. 65. ſub num. 16. §. Compertis ergo. Sola ad Decreta Ducis Sabaudiae gloſſ. 4. lit. D. Aegid. Magiſtr. inter ſua Arreſt. cap. 32. de Sabbaſt §. Uſu veniſſe*, ubi, quòd ita fuit judicatum Decreto Ampliſſimi Pariſienſis Senatus. *Rot. March. apud Thomat. dec. 99. num. 10. & plur. ſeqq. Rot. Bonon. divers. dec. 72. num. 12. Se-*

nat.

nat. Dolan. apud Grivell. dec.27. n.10. & 11. Rota Lucan. apud Conſal. dec.87. num.6.

Probata deficentia hypothecæ, facilius oſtenditur inſubſiſtentia prætenſionis retractandi venditionem Domus, tamquam affectæ vitio litigioſi; quoniam cum Berſanus egerit contra illos de Fortis actione merè perſonali, nullum ſuper Domo controverſia in-
37 duci potuit vitium litigioſi, iſtud enim ſolùm contrahitur per actionem realem, non quando judicialis controverſia in actione perſonali mota fuit. *Bald. in Authen. litigioſa, num.1. C. de litigioſ. Franc. Palm. conſult.13. n.19. Carlin. controver.121. num.41. Manſ. conſult.217. num.10. & ſeqq. Peregrin. de Jur. Fiſc. lib.4. tit.6. ſub num.10. & 11. Menoch. præſ.97. num.15. lib.2. Seraphin. Maſſin. de Confiſc. quæſt.20. num.41. & ſeqq. Intriglial. deciſ.39. num.9. Add. ad Baratt. dec.133. lit. B. Rot. coram eod. dec. 166. num.10. & dec. 204. num.2. Coccin. dec.1573. num.5. in rec. dec.158. num.2. & 3. part.14. repertata dec.330. num.3. & 4. ead. part.14. dec.354. num.11. part.16. dec.91. n.2. & dec.198. n.1. & ſeqq. part.17. & dec. 427. num.16. part.18.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Locator Operarum ad certum tempus, certa mercede conventa, eamdem conſequitur tantùm pro tempore, quo eaſdem præſtitit, etſi ſe exhibuerit ſemper promptum eaſdem præſtare, ſed ob Principis mandatum ſupervenium Conductor eis uti non potuerit, quia impedimentum accidens in re, aut perſona Locatoris. Quòd ſi in minori quantitate, & pro minori tempore fuerunt præſtitæ, Judici remittitur minus ſalarium arbitrari.

SUMMARIUM.

1 *Conſtito de Credito, aliiſque requiſitis, datur Creditori Immiſſio, ſeu Aſſecuratio.*

2 *Promiſſum correſpectivè ad operationem certi temporis, debetur tantùm pro tempore, quo fuit operatum.*

3 *Exhibens ſe promptum adimplere onus in ſe ſuſceptum in præſtando operas, debet conſequi ſibi correſpectivè promiſſa.*

Etiamſi ex caſu fortuito, vel ex facto Principis, operas præſtare non potuerit n.4. & ſeqq.

Declara ut n.6. & ſeqq.

4 *Factum Principis æquiparatur caſui fortuito, ſeu facto tertii.*

5 *Caſus autem fortuitus, ſeu factum tertii, ſemper cedit damno Conductoris, non Locatoris operarum.*

6 *Cùm diſtinctione tamen, an infortunium accidat in perſona, aut re Conductoris, vel Locatoris, ut hoc ſecundo caſu cedat ipſius damno.*

7 *Et quid in Advocato, & Procuratore.*

8 *Principis mandatum præſumitur procuratum ab eo, cui affert utilitatem.*

Decl. ut infra n.11.

Maximè, ſi ipſe illud non notificavit, nec recurſum habuit ad Principem n.9. & 12., *ubi declaratur*, & n.17. & ſeqq. *ubi pariter declaratur latè.*

9 *Si impedimentum obveniat facto Principis in re conducta, tenetur Conductor, ſive rerum, ſive operarum, recurrere, & remotionem procurare*, & n.10.

Decl. ut n.12. & num.17. & ſeqq., *ubi latè.*

11 *Ordinatio Principis ſi emanavit motu proprio, expreſſa cauſa publicæ utilitatis, non valet dici procurata ab eo, qui indirectè commodum ſentit.*

12 *Obligatio Conductoris denunciandi caſus contingentes circa rem, vel operas conductas, non intrat in notoriis.*

13 *Et omiſſio talis denunciationis non facit deberi mercedem Locatori pro re conducta, quæ eſſe deſiit.*

14 *Prout nihil obeſt omittenti denunciationem talis omiſſio, conſtito, quòd denunciatio non erat profutura.*

15 *Sicut non obſtat, ſi caſus provenit ex culpa alterius.*

16 *Caſus, contingens in ſequelam culpæ, imputatur ei, qui culpam commiſit.*

17 *Ut Principis ordinatio Locatorem afficiat, debet Conductor recurrere, & remotionem procurare.*

18 *Decl. ubi ea foret omninò injuſta, ſecus ubi juſta ſit, aut ſaltem juſtitia ſit in ambiguo, quia hoc caſu excuſatur, ſi non recurrat.*

19 *Deciſiones* 32., & 33. poſt Zacchiam de Salar. *in contrarium allatæ, explicantur*, & n.20. & 21.

20 *Locans operas pro Appaltu in uno loco, ſi Princeps transferat Appaltum ad alium lo-*

locum, & ibi accedat locator pro operando, ei debetur ſalarium, etiamſi non operaverit.

21 *Conductor tenetur ob non remotionem impedimenti, ſi caſus acciderit in re, aut perſona ipſius; ſecus ſi in bonis vel perſona Locatoris.*

22 *Laboranti, & ponenti nomen, & induſtriam pro obtinendo appaltu, deinde aliis ceſſo, debetur merces, etiam poſtquam Principe Appaltatores dimiſit, & uni ex iis illum inſolidum conceſſit, & quæ ſint circumſtantiæ conſideranda, tam pro augumento, quàm pro diminutione hujus ſalarii, &* n. 26. & 29.

23 *Procuratori, ſeu Mandatario, pro miniſterio requirente tractum ſucceſſivum debetur ſalarium.*

24 *Maximè ſi mandatum ſit onroſum, & difficile.*

25 *Proxenetæ, ſeu Mediatori, debitum eſt ſalarium, licèt non conventum.*

27 *Ratione periculi, quod ſubit mutuans nomen in Negotio, licita eſt conventio de certo lucro.*

28 *Et à minori, vel majori periculo regulatur lucrum pro recompenſatione.*

30 *Diminutio Mercedis promiſſæ ob diminutionem periculi dependet à Judicis arbitrio.*

31 *Ubi Locator operarum non potuit eaſdem præſtare juxta conventionem, ex culpa Conductoris, Salarium promiſſum conſequi debet.*

32 *Etiamſi merces promiſſa ſit ſub expreſſa conditione præſtationis operarum.*

33 *Quia eo caſu opera habentur pro actualitèr præſtitis.*

34 *Stante relevantia deductorum in Judicio executivo, non valet denegari probationum admiſſio, remiſſa tamen eorum inſpectione ad Judicium ordinarium.*

DECISIO III.

Obtinuerunt uſque de anno 1690. Domini Andreas Mandinus, & Aloyſius Marciani Appaltum manutentionis Regiarum Triremium Regni Neapolis, per annos ſeptem duraturum, qui incipere deberent à die captæ à præfatis Conductoribus poſſeſſionis, iidemque Regia Camera ſe obligavit ſubminiſtrare ad effectum prædictum, pro toto tempore Appaltus, ducatos 105. mille quolibet anno, utque oneri, in ſe aſſumpto, facilius ſatisfacerent Andreas & Aloyſius prædicti, ſcripturam accomanditæ ex poſt celebrarunt cum Conſalvo Andrea Angioleto, Gilio de Gaſtines, aliiſque, in qua ſtabilita fuit certa quantitas, à quolibet ex ſociis in hac negociatione ponenda, quæ inſervire deberet pro capitali, ad hoc ut magis utilitèr, & cum minori impenſa fieri poſſent ſuis congruis loco, & tempore proviſiones, pro dictis Regiis Triremibus neceſſariæ.

Adveniente hoc interim tempore incipiendi Appaltum, die 20. Aprilis anni 1691. præfatus Dominus Andreas Mandinus, mediante publico inſtrumento declaravit, omnia uſque ad dictum tempus ab ipſo geſta, tam pro conſecutione Appaltus, quàm pro illius utiliori progreſſu, expleviſſe ad commodum, & requiſitionem prædicti Conſalvi Angioletti, ſeſeque habuiſſe, & habere in præſenti nudum nomen, cum quo pro explendis in futurum obligationibus cum Regia Camera, aliiſque actibus neceſſariis, continuare promiſit uſque ad terminationem Appaltus, & viceverſa recepti beneficii, & laboris memor Conſalvus, pro illius, & futurorum recompenſatione, promiſit, durante Appaltu, ducatos 400. annuós Mandino quolibet menſe perſolvere.

In iſtorum executionem cœpit ſui muneris exercitium Conſalvus: verùm cum in progreſſu Appaltus exortæ fuerint plures controverſiæ inter

ſo-

ſocios prædictos, pro quibus ſedandis evaſit inutilis quælibet cura, & diligentia, hinc Excellentiſſimus Dominus Regni Prorex providè agnoſcens, quòd omne regnum in ſe diviſum deſolabitur, & omnis domus diviſa contra ſe non ſtabit, præcepit diſſolutionem ſocietatis præfatæ, quòdque in futurum Appaltus currere deberet ſub ſolo nomine Angioletti, cum directione tamen Joſeph Teroni.

Talis ordo Proregis motivum præbuit Angioletto recuſandi annuam ſolutionem, promiſſam Mandino: unde poſt lapſum plurium annorum judicialitèr conventus ab Antonio Mandino, Andreæ hoc interim defuncti filio, & hærede, paſſus fuit pro reſiduali credito Scut. 1500., ab ipſo prætenſo, immiſſionem, ſeu aſſociationem ſuper quibuſdam domibus pro ejus crediti ſatisfactione, à quo judicato reclamante Angioletto, Cauſaque Nobis tribus Judicibus ultimarum appellationum devoluta, fuit confirmatum judicatum de partibus, juxta modum inferiùs ſubnectendum.

Juſta ſiquidem viſa fuit ſententia in parte, in qua concedit immiſſionem, ſeu aſſociationem Actori, conſti-
1 tit quippe de credito, & de aliis requiſitis ad hunc effectum neceſſariis, & proinde eadem immiſſio, ſeu aſſociatio venit concedenda. *Rot. in rec. deciſ.621. n.1., & deciſ.771.n.1. part. 18. poſt. Pacifi. de Salvian. Interdict. dec. 5.n.8. & dec.13. num.3.*

Hanc tamen immiſſionem Rota cenſuit non eſſe concedendam pro tota ſumma reſiduali *ſcut.* 1500.,
2 quia cum Mandinus non mutuaverit nomen, nec periculo ſubjectus fuerit per totum tempus, quo duravit Appaltus, meritò tota merces, correſpectivè etiam ad hoc tempus promiſſa, eidem perſolvi non debet, ad *textum in l. penult. in fin. C. de erogat. milit. annon. & in l. 1. C. de re milit. Alexand. in l. dum ſ. ultim. num.33. ff. de off. Aſſeſſor. Surd. conſ.42 n.10. Nogarol. allegat.8.num.7. in fin. Pacion. de Locat. cap. 50. n.64. & 69. Berſan. de Ultim. Volunt. cap.2. quæſt.40 num.6. Caſareg. de Commerc. diſc.22 ſub n.22. & 23. Rot. cor. Cavier. deciſ.1341. num.1. & ſeqq. & poſt Zacch. de Salar. deciſ.65.num.10., & deciſ.69. num.31.*

Non obſtat, quòd cum Mandinus promptus fuerit, etiam poſt emanatum ordinem Proregis, mutuare nomen Angioletto, obligationes, aliosque actus neceſſarios facere cum Regis Miniſtris, cæteraque omnia explere, ad quæ ſe in inſtrumento obligaverat, ſequatur, quòd cum per ipſum non ſteterit, quo minus muneri ſibi injuncto ſatisfecerit, eidem annua præſtatio pro toto tempore Appaltus debeatur, non ſecus ac ſi ſuum nomen uſque ad
3 finem præſtitiſſet, aliaque onera in ſe accollata adimpleviſſet, ut per textum *in l. qui operas 41. ff. locati*, tradunt in terminis locationis operarum *Dec. conſ. 70. ſub num.1. prope fin. verſ. ex quibus omnibus. Natta conſ.452. n.1. Aldobrandin. conſ.5. num.15. lib.2. Gail. obſer.44. num.12. & 13. lib.1. Pacion. allegat 163. num.8. & de Locato cap.50. n.2. & ſeqq. Altimar. de Nullit. Contract. tom.4. rub.1. par.2. quæſt.17. num.234. & ſeqq. Greivel. deciſ. Dolana 84. num.1. Rot. poſt Zacchiam de Salar. dec 32. num.3. & plur. ſeqq., & dec.33. num.7. & ſeqq. & dec.132. num.1. Cavaler. dec.310. n.1. inter diverſorum dec.839. num.2., & ſeqq. part.4. repetit in recent. deciſ.330. num.1. part.1. & deciſ.165 ſub num.3. part.2.* nec eidem obeſſe poſſit ſupervenjens ordo Proregis, quia ſive factum
4 ipſius æquiparatur caſui fortuito, ut firmat in his terminis *Rot. Lucenſ. apud Magon. deciſ.69. num.18. Rot. Rom. poſt Zacchiam de Salar. dec.33. num.17. repetit. coram Zarat. dec.14.*, ſive facto tertii, ut in puncto tradunt *Zacchia de Salar. quæſt 103. num.6. Pacion. de Locat. cap.18. num.46. Rot. poſt eumdem Zacchiam cit. dec.32 num.10. & ſeqq.*, cedere debet damno Conductoris operarum, non Locatoris, per quem non ſtetit, quominus ſuas operas præſtaret, ut de caſu fortuito in terminis locationis
5 operarum *Carot. de Locat. part.4. tit. de remiſſ. merced. num.181 fol.194. Rot. poſt Zacch. de Salar. dict. deciſ.132. num.3.*, & de facto tertii *Pacion. de Locat. cap.18. ex num.33 aliique ſuperiùs citati.*

Etenim cum caſus evenerit ſuper nomine, & operibus Mandini, qui illas locavit Angioletto, ipſi, cui infor-

tu-

tantum accidit, nocere debet, non alius;
recepta enim eſt in hac materia diſtin-
ctio, quòd, aut caſus contingit in re,
vel perſona Conductoris operarum, &
iſte tunc de ſuo infortunio conqueri
debet, integramque mercedem ſolvere
tenetur, aut contingit in perſona, vel
re locatoris, ut in caſu, & tunc ſo-
lùm pro tempore operationis, & ſer-
vitii præſtiti recognitio convenien-
ter debebitur, & non ultra, ita
6 in ſpecie diſtinguit *Gloſſ. in l. ſi
uno 17. §. Item cum quidam V. per-
ſonas, circa medium, verſ. cum autem
quis operas ſuas locat, vel rem, & ope-
ram ff. locat. ubique communiter Scriben-
tes. Zacch. de Salar. quæſt.19. num.24.
quæſt.22. num.15 & 16. & quæſt.103.
num.6. & 7.* ubi de caſu, eveniente ex
facto Principis. *De Luca de Tutor. diſc.
18. num.3. & 4. Pacion. de Locat.cap.50.
num.8. & ſeqq., & ſub num.55. Caſa-
reg. de Commerc. d. diſc.22. num.23.* qui
num.24. dicit, quòd contrarium ſpe-
7 ciale eſt in Advocato, & Procuratore.
*Gerónd. diſt. deciſ. Dolana 84. num.8.
Rot. poſt Zacch. de Salar. dec.31. n.7. &
dec.132. num.5.*

Minus obſtat, quòd cum ordo
Proregis attulerit utilitatem Angiolet-
8 to, ab ipſo præſumi debeat procuratus.
*Rot. apud Garzium de Beneſic. part.6. cap.
2. ſub num.127. verſ. non obſtat quod ja-
ra, & cor. Dunozet. jun. dec.482. n.1.*
Maximè quia ipſe ordinem prædictum
non notificavit Mandino, qui procu-
rare potuiſſet illius revocationem, nec
ad Proregem recurſum habuit, eum
exorando pro ejuſdem ordinis mode-
ratione, prout facere tenebatur, ex fir-
9 matis in terminis Locationis *per Cyriac.
contr.114. num.16. & ſeqq., & contr.
466. num.7. Gratian. diſcept.354. n.10.
Larrea alleg. Fiſcal.18. num.13. & ſeq.
Pacion. de Locat. cap.29. num.19. &
cap.46. num.33. Torr. Variar. Jur. Quæſt.
tom.1 part.1. tit.13. quæſt.14. ex n.19.
& ſeqq. & num.31. Rot. Lucenſ. apud
Magon. diſt. dec.69. num.12. ubique Ad-
dent. lit. C. Senatus Pedemontanus apud
Theſaur. dec.108. num.1.* & in terminis
Locationum Operarum *Rot. poſt Zacch.
10 de Salar. diſt. dec.32. num.8. & 9. & d.
dec.33. n.19.*

Quoniam præſumptio, quòd præce-
ptum, & juſſus Superioris, cenſeatur pro-
curatus ab eo, qui habet commodum,
& intereſſe, procedit ſolùm in caſu,
quo præceptum principaliter tendit ad
gratificandum, vel liberandum à dam-
no illum, in cujus commodum, & uti-
litatem cedit, ſed cum in præſenti hy-
potheſi motus proprius Proregis ema-
naverit ob publicam utilitatem,
& pro recto, ac meliori ſervitio
Suæ Regiæ Majeſtatis, in his ter-
minis, ſtante expreſſione cauſæ, quæ
movit animum Proregis ad removen-
dos conſocios, & tollendum de me-
dio nomen Mandini, non eſt locus
præſumptioni, quòd talis ordinatio
prodierit ad inſtantiam Angioletti,
qui in eo habet intereſſe, & utilita-
tem, niſi probetur, illum revera hujuſ-
11 modi mandatum procuraſſe, ut benè
diſtinguit *Cardinal. De Luca de Locat.
diſc.42. ſub n.9. verſ. & licèt, cum ſeqq.
& num.11.*

Nec omiſſa denunciatio dicti ordinis
quidquam obeſſe poteſt Angioletto;
Tum quia cum ageretur de facto publi-
co, & notorio, concernente Appaltum,
admodum conſpicuum octo triremium,
pro quo Regia Camera quolibet anno
Appaltatoribus ducatos 105. mille ſub-
miniſtrabat, non eſt in culpa Angiolet-
tus, ſi de eo Mandinum non certiora-
vit; Conductor enim facta notoria Lo-
12 catori denunciare non tenetur. *Gra-
tian. diſceptat.557. num.11. Caroc. de Lo-
cat. par.4. tit. de Remiſſ. Merced. quæſt.8.
num.95. Pacion. de Locat. cap.29. num.18.
& 29.*

Tum etiam quia cum mediante or-
dine Proregis de medio ſublata fuerit
Accomandita, & Appaltus in perſonam
Mandini factus ceſſaverit, omiſſa de-
nunciatio operari non poteſt, quòd An-
gioletus teneatur ad ſolvendam merce-
dem pro re, quæ eſſe deſiit, & qua am-
13 pliùs uti non poteſt Conductor. *Burſatt.
conſ.309. num.15. Gratian. diſcept.354.
num.19. & ſeqq. Caroc. de Locat. tit. de
Remiſſione Mercedis, dicta quæſt.8. n.98.
in fin. Pacion. de Locat. cap.46. n.103.*

Tum demum quia ordo emanavit
ex cauſa diſcordiarum, quæ exortæ
fuerunt inter Socios, à Mandino aſſum-
ptos, & quæ adhibitis diligentiis extin-
gui non potuerunt, unde etiam facta
de-

denunciatione prætenſa, & habito re-
curſu ad Proregem, iſte ordinem non
revocaſſet, cum ſtante admiſſione in
ſocietate, & ad participationem perſo-
narum, cum quibus fuit facta Accoman-
dita, ſemper duraſſet motivum, contro-
verſiarum productivum, & factum Man-
dini, qui licèt cum Regia Camera no-
mine proprio contraxerit, & Appal-
tum ſibi ſtipulari obtinuerit, illum ta-
men declaraverat ſimulatè accepiſ-
ſe, nec pro ſe ipſo retinere velle;
& conſequentèr, dum denunciatio,
& recurſus ad Superiorem prodeſſe
non potuiſſet, illius omiſſio pro con-
ſequenda mercede Mandino ſuffraga-
24 ri non valet, ut in his terminis tra-
dunt *Burſatt. d. conſ.309. num.14. Me-
noch. conſ.146. num.17. Boſſ. de Remiſſ.
Merced. num.51. verſic. arbitror tamen,
& num.53. verſic. denunciatione verò.
Caroc. de Locat. tit. de Remiſſ. Merced.
quæſt.8. num.98. verſic. declaratur uno.
Gratian. d. diſceptat.354. num.10. &
num.33. verſ. unde etiam. Turre Vatsar.
Jur. Quæſt.tom.3. Miſcellan. part.2. tit.
12. quæſt.67. num.11. Pacion. de Locat.
d. cap.19.num.27. & ſeqq. & d. cap.46.
num.104. Caſareg. de Commerc. diſc.
19. num.10. Rot. in recent. deciſ. 119.
num.9. part.15.*

Imo cum ex hac declaratione Man-
dini, ſe habuiſſe ſolùm nudum nomen
25 in Appaltu, nomine proprio ſtipulato,
aſſumptione ſociorum facta ab eodem
Mandino inſcio Prorege, emanave-
rant rixæ, ac tumultus, & mandatum
Proregis pro Appaltus diſſolutione,
iſtud dicitur proveniſſe ex culpa ejuſ-
dem Mandini, ac proinde ipſe tene-
tur de caſu, qui in ſequelam culpæ
26 evenit, ut tradit *Cyriac. ſubjectis alle-
gatus, citat. controv. 214. n.13. & 24.
ubi plures refert.*

Prout non obſtat, quòd Angiolet-
tus recurſum non habuerit ad Prore-
gem pro dicti ordinis revocatione, ut
facere neceſſe erat ex iis, quæ firmant
eædem *dec.32. & 33. poſt Zacch. locis
ſupra citatis*: nam cum motus proprius
Proregis non poſſit dici omnino inju-
27 ſtus, in quibus terminis loquuntur
*Pacion., aliique citati in §. Minùs ob-
ſtat*, ſed vel innixus rationi, & juſti-
tiæ, prout lex præſumit, vel ad ſum-
mum negari non poſſit, quia hoc re-
maneat in ambiguo, hæc ſola dubie-
tas excuſat Conductorem ab onere re-
currendi, & exorandi Principem pro
ordinis revocatione, ut obſervat in
18 noſtris terminis *Lancellot. Gall. conſ.13.
num.15 & 18. Pacion. de Locat. cap.17.
n.38. Rot. poſt Zacch. de Salar. d. dec 33.
num.10.*

Neque urgent ſæpe allegatæ Deciſio-
nes in contrarium *la 32. & 33. poſt Zacch.
19 de Salar.* Quoniam ultra quod in *dictis
deciſ.* plures aderant facti circumſtan-
tiæ, à noſtro diverſæ, & ſignantèr
quòd Conductor noluerat uti ope-
ribus Locatoris in loco, ubi ex or-
dine Superioris tranſlata fuerat The-
ſaureria, ad quem acceſſerat Locator
operarum, & operas præſtare ſe obtu-
20 lerat, qua accedente circumſtantia,
graviori onere premebatur Conductor
pro ſe eximendo ab integrali ſalarii
præſtatione; urget reſponſio, quòd in
dictarum Deciſionum hypotheſi caſus for-
tuitus evenerat in re Conductoris ope-
rarum, in quibus terminis, cum infortu-
nium de jure cedere debeat damno
ipſius, ut dictum eſt, & firmat eadem
*Rota poſt Zacch. de Salar. d. deciſ.32. nu-
mer.13.* non mirum, ſi ut excutere poſ-
ſit onus ſolvendi integrum ſalarium, à
21 lege ejus oſſibus infixum, opus eſt, ut
adhibeat diligentias recurrendi ad Prin-
cipem pro obtinenda ordinis circum-
ſcriptione; ſed non ſic eſt, quando ca-
ſus fortuitus accidit in perſona, &
bonis Locatoris, quia cum tunc, ut præ-
dictum eſt, illud cedere debeat damno
ipſius, nec Locator ab eodem petere
poſſit ſalarium, niſi pro rata temporis,
quo inſervivit, opus non habebat An-
giolettus alias adhibere diligentias,
cum à Jure redderetur exemptus ab
integrali ſalarii ſolutione.

Firmata ex his prima reſolutionis
parte circa debitum mercedis in gene-
re, deſcendentes Domini ad quantita-
tem, exiſtimarunt iſtam deceni poſſe
pro tribus ex quinque partibus annuo-
rum ducatorum quatuor centum, de-
curſorum à die prima Januarii 1693.
ab Incarnatione, cum enim Appaltus
duraverit à die prima Aprilis 1692.
uſque ad totum menſem Decembris
1693., quo ſupervenit ordo Proregis,
pro

pro iſto tempore indubitatum eſt in-
tegram mercedem deberi Mandino,
qui ad formam ſuę obligationis operas
conventas præſtitit, & pro dicto tempo-
re uſque ad finem ſeptennii Appaltus,
cenſuerunt Domini ſolvendam eſſe an-
nuam mercedem, à principio conven-
tam pro toto tempore, licèt non pro
tota ſumma, nam cum etiam poſt ema-
natum ordinem ſtet firmum, quòd An-
gioletttus recepit beneficium conſecu-
tionis hujus inſignis Appaltus circa gu-
bernationem octo Triremium, mediante
22 opera, induſtria, laboribus, & bona
fama Mandini, cujus perſona erat Re-
giis Miniſtris nota, tamquam publicus
per plures annos negociator in Civi-
tate Neapolis, firma etiam manere de-
bet annua præſtatio, pro dicti benefici,
& laboris recompenſatione conventa,
& in ſingulos annos diſtributa, loco il-
lam recipiendi unica præſtatione in
principio Appaltus, mediante aliqua
congrua remuneratione, prout fieri de-
bebat, & de Jure Mandinus, qui per
plures annos pro aſſecutione hujus
Appaltus laboravit, prætendere poterat,
ſive conſideretur uti Procurator, &
Mandatarius, cui ſalarium debitum eſt
quando mandatum unico actu, & bre-
23 vi tempore non expletur, ſed habet
tractum ſucceſſivum in miniſterio, &
operationibus *Valenzuel. conſ. 179. n. 46.
& 61. Eſcobar. de Ratiocin. cap. 37. n. 47.*
& reprobato *Galeno de Procurat.*, *De
Luca ad Eundem part. 4. cap. 5. num. 11.
Altimar. de Nullit. Contract. tom. 5. par. 3.
quæſt. 31. num. 926.*, ubi, quòd hoc eo
24 magis procedit, ſi mandatum ſit onero-
ſum, & difficile, ſive uti mediator,
& proxeneta, cui etiam abſque ulla
25 conventione ſalarium deberi, eſt *Text.
in l. 1. & 3. ff. de proxenet. Stracca de
Proxenet. part. 1. ultime part. numer. 16.
Zacch. de Salar. quæſt. 83. ex num. 4. Rot.
poſt Eum deciſ. 68. num. 1.*

Non tamen integralitèr, ſed fa-
cta aliqua diminutione dictę annuę pręſ-
tationis, in ducatis 400. annuis promiſ-
ſę, ex eo quòd, poſt emanatum ordi-
nem Mandinus fuit liberatus, nedum
26 ab onere conficiendi obligationes, in-
ſtrumenta, alioſque actus neceſſarios
cum Regia Camera, ſed etiam à peri-
culo, cui ſubjectus erat ob dictam no-
minis mutuationem, propter quam
remanebat obligatus, & directè con-
veniri poterat à Regiis Miniſtris, cu-
jus obligationis, & periculi vigore li-
cita fuit à principio conventio certi
lucri, cum quo poſſibile periculum
27 remaneret compenſatum. *Palm. Neap. al-
legat. 16. num. 1. & ſeqq.* & pluribus re-
latis *Rot. poſt Zacch. de Salar. deciſ. 19.
n. 9. & 10.* dictęque mercedis major, &
minor quantitas, & recompenſatio, à
majori, vel minori periculo regulatur.
28 *Torr. in ſua dec. impreſſa in tom. 1. Var.
Jur. Quæſt. 11. quæſt. 4. n. 37. fol. mihi 355.
Rot. poſt Zacch. de Salar. d. dec. 19. nu-
mer. 10.*

Iſtamque quantitatem, diminuenda
pro toto tempore poſt emanatum ordi-
nem Proregis, decretum fuit aſcende-
re ad duas ex quinque partibus, ſicque
mandatum, ab hęredibus Mandini pe-
titum, & à Judice à quo obtentum,
cenſuit Rota reformandum, & redu-
cendum eſſe ad tres ex quinque parti-
bus. Conſideratum quippe fuit bene-
ficium conſecutionis Appaltus, ab An-
gioletto reportatum mediantibus la-
29 boribus, diligentia, & optima fama
Mandini, nedum eidem attuliſſe burſa-
lem utilitatem ab eo derivantem, ſed
aliam quoque, reddendi nempe eum-
dem notum Regiis Miniſtris, propter
quod ipſe habilitabatur ad contrahen-
dum cum illis, prout eventus docuit,
dum facto hac occaſione experimen-
to ſuæ habilitatis, & qualitatis, Prorex
ipſi Appaltum abſque aliorum ſocio-
rum participatione conceſſit. Pro
quibus utilitatibus veriſimile eſt plus
fuiſſe in principio Appaltus, & in ta-
xatione annuę mercedis conventum,
quàm pro periculo omnino incerto,
& quod de facili forſan non eveniſſet,
dum Appaltatores nihil ſolvere tene-
bantur Regiæ Cameræ, ſed ab iſta re-
cipere debebant quolibet anno ducat.
205. mille pro faciendis opportunis
proviſionibus, pro quarum adimple-
mento certis ſtatutis temporibus, Mi-
niſtri, qui ad invigilandum pro eis de-
putati erant omnia viſitare, & reco-
gnoſcere debebant, adeout difficile eſ-
ſet in hoc fraudare Regiam Cameram,
& fortiùs quia proviſiones anticipatæ
fieri debebant cum pecuniis, ad hunc

prę-

præciſum finem poſitis in Accomandita, & Mandinus etiam deſtitutus non erat neceſſarius cautelis pro ſui relevatione.

Quibus omnibus conſideratis, ſupradicta diminutio juſta, & congrua nobis viſa fuit in caſu, de quo agitur, in quo cum non habeamus legem, præſcribentem certam quantitatem, iſta arbitrariæ Judicis determinationi reſervatur, ut firmat in ſpecie *Pacion.*, egre-
30 gius olim hujus noſtræ Rotæ Auditor, *de Locat. cap.50. num.99. Menoch. de Arbitr. caſ.223. num.12. De Luca de Tutor. dict. diſc.18. num.18. Rot. apud Zacch. de Salar. dec.12. n.3.*

Verùm quia ad effectum obtinendi majorem diminutionem allegabat Angiolettus, nihil pro conſequendo prædicto Appaltu laboraſſe Mandinum, & è converſo iſte aſſerebat, ordinem Proregis pro ipſius remotione fuiſſe ab Angioletto procuratum, ac proindè cum ipſe continuare non potuerit in Locatione ſuarum operarum uſque ad finem Appaltus, ex culpa ejuſdem Angioletti, ſibi ſalarium, & merces conventa pro toto tempore debeatur, ut in
31 terminis locationis operarum *Caſtrenſ. in l. ex conducto 16. §. Item cum quidam num.4. prope fin. ff. locat. Caroc. de Locat. part.4. tit. de remiſſ. merced. n.151. verſ. addo, quòd ſi operarius, fol.193. & num.182 fol. mihi 194 De Luc. de Tutor. diſc.18. num.8. Pacion.* qui plures citat, *de Locat. d. cap.50. num.2. & ſeq. & num.53. & 54.* ubi etiam ſi merces pro-
32 miſſa ſit ſub expreſſa conditione præſtationis operarum, & *allegat.163. num.9. & 10. Zacch. de Salar. quæſt.22. num.8. & ſeqq.* ubì pariter etiamſi ſit conditionalis, *& ſub num.14. & q.103. num.4. Rot. poſt Eund. dec.31. ſub n.13. & dec.132. num.12. coram Buratt. dec.5. num.9. & dec.79. num.9. ibique Adden. num.14. Cavaler. dec.520. n.1. in recent. dec.330. n.3. part.1.*, iſto enim caſu cum operæ habeantur pro actualitèr
33 præſtitis, remiſſioni mercedis locus non eſt, ut proſequitur *Pacion. de Locat. d. cap.50. num.101.*

Hinc agnoſcentes in hoc Judicio privilegiato retardari non poſſe pro dicta ſumma executionem mandati jam relaxati, judicatum de partibus juxta modum, ſuperiùs expreſſum, confirmavimus, reſervantes jura utrique Parti faciendi coram Nobis ſuper prædictis opportunas probationes in proſecutione Judicii ordinarii; cum enim materia utrinque deducta ſit relevans, & conferat ad intentum, facultas ſuper ea examinandi teſtes, & congruas pro-
34 bationes faciendi, denegari non valuit. *Rot. in recent. dec.636. num.1. part.18. dec.23. num.3. dec.219. num. paritèr 3., & dec.376. num.1. part.19. tom.1. coram Anſaldo dec.35. num.6. & in Baren. Juris funerandi ſuper remiſſoria 2. Julii 1706. §. Quoties, coram Priolo.*

Et ita utraque &c.

A R G U M E N T U M.

An, & quando renunciatio, per Mulierem dotem recipientem ampliſſimis verbis facta ad Fideicommiſſum quoque ignoratum extendatur, latè, ſoudèque diſcutitur, & ex pluribus circumſtantiis, in Deciſione cumulatis, pro affirmativa reſolvitur.

S U M M A R I U M.

1 *Renuncianti, ad jura, & bona renunciata non datur ampliùs regreſſus.*
2 *Nec immiſſio, cum ei obſtet renunciatio.*
3 *In Rota Florentina Cauſa examinantur magna cum maturitate, juſtitia, & zelo.*
4 *In renunciatione generali non venit Fideicommiſſum ignoratum.*
5 *Declara niſi conſtet de voluntate contrahentium, quòd renunciatio etiam ignorata comprehenderet.*
6 *Renunciatio, facta ad finem ſubveniendi indigentiis Domus, comprehendit etiam Fideicommiſſum, ſi aliàs non haberetur effectus.*
7 *Nec verificari poteſt in legitima, dote, & legato, ſi ab iſtis renuncians ſit per Statutum excluſa, & à legato per conditionem non purificatam,* & numer. ſeqq. uſque ad num.15.
8 *Statutum Florentinum* lib. 2. rubr. 130. *feminas excludens a ſucceſſione, eas quoque excludere cenſetur à legitima, ejuſque ſupplemento.*
9 *Femina, vi præfati Statuti ſemel à ſucceſſione excluſa, ampliùs ad eandem non reintegratur.*
10 *Legatum, & diſpoſitio facta ſub conditio-*

ne victoria litis, ea non ſecuta, evaneſcit.

11 *Nec ſufficit conditionem in parte adimpleri.*

12 *Præcipuè ubi conditio fuit appoſita cum verbis reſtrictivis, & reſolutivis.*

13 *Dictio* tali caſu *reſtrictiva dicitur, & limitativa.*

14 *Prout Clauſula,* & non aliàs, alitèr, nec alio modo, *quæ alteriùs adimit conſenſum ab actu.*

15 *Et quidem uſque ab initio.*

16 *Refertur diſpoſitio Statuti Volaterrarum circa taxam Dotium.*

17 *Item renunciatio comprehendit Fideicommiſſum ignoratum, ſi fratres pauperes ſupra vires dotem longè exceſſivam ſorori renuncianti conſtituerint, nam id cenſetur feciſſe in recompenſationem renunciationis omnium Jurium poſſibilium.*

18 *Item comprehenditur Fideicommiſſum ignoratum, ſi renunciatio ſit realis, & ampliſſimè concepta per pactum de non petendo,* & n.20.

19 *Renunciatio realis, ampliſſimè concepta per pactum de non petendo, & Aquilianam ſtipulationem, renunciantem tollit de medio, ac ſi non eſſet in rerum natura.*

21 *Ex verbis generaliſſimis, in renunciatione adhibitis, præſumitur in genere de omnibus cogitatum.*

22 *Ex qua cogitatione in genere facta, extenditur renunciatio etiam ad Fideicommiſſum, quod dicitur ignoratum.*

23 *Prout ex præſervatione certæ rei duntaxat, renunciando deinde omnibus aliis rebus, & juribus* niuna eccettuata, *quia omnia præter illam comprehenduntur, & ſic etiam ignorata.*

24 *Voluntas deliberata, quòd renunciatio etiam incogitata comprehendat, deducitur ex geminatis declarationibus, omnibus prætenſionibus renunciandi, & præter certam ſummam ſe nihil aliud conſequi velle.*

25 *Præſertim addita dictione* aliis, *quæ extendit renunciationem ad diverſa ab omnibus expreſſis.*

26 *Et ſtantibus dictionibus* tam, & quàm, & maximè, *quæ ſtant augmentativè, & ampliativè.*

27 *Fortiùs ſi verba ampliativa non valent extendi niſi ad Fideicommiſſum, quod dicitur ignoratum.*

28 *Renunciatio, facta omnibus aliis prætentionibus, non verificatur in juribus, renuncianti competentibus indubitati, ſed in turbidis, & incertis.*

29 *Idcircò talia verba dici debent appoſita ad renunciandum Fideicommiſſis ignoratis, ſi ſint litigioſa, cum de aliis juribus certis non poſſent intelligi.*

30 *Verba ampliſſima, in eodem Inſtrumento renunciationis ſemel accepta pro comprehenſione etiam incogitatorum, ſic & debent accipi in alia parte.*

31 *Ubi renunciatio expreſſim ampliata eſt ad cogitata, & incogitata, in dubium non revocatur, Fideicommiſſum quoque ignoratum comprehendi.*

32 *Lim. niſi talis Clauſula ampliativa ſit appoſita in executivis.*

Decl. ut infra n.34. & ſeq.

33 *Et multò minus ſi adjecta fuerit promiſſioni de non contraveniendo, quia non valet operari circa Fideicommiſſum ignoratum, non comprehenſum in diſpoſitiva.*

34 *Clauſulæ illæ dicuntur in executiva parte Contractus appoſitæ, quæ exiſtunt poſt Clauſulam* quæ omnia &c. *in fine Inſtrumenti.*

35 *Et licèt ſic fuerint appoſitæ, non parùm deſerviunt in dubiis ad declarationem diſpoſitivæ.*

36 *Promittens non contravenire renunciationi ex quacunque cauſa cogitata, & incogitata, etiam in parte contraventionali repellitur à vindicatione Fideicommiſſi, quod prætenditur incogitatum.*

37 *Renunciatione expreſſim facta* l. de his ff. de tranſact. *beneficium ab ignorantia deriviens cenſetur recuſatum.*

38 *Beneficio, favore ignorantium inducto à* l. de his ff. de tranſact., *validè renunciatur.*

39 Dictæ Legi *renunciare non eſt neceſſe pro validanda renunciatione jurium, de quibus expreſsè fuit facta mentio.*

40 *Imò ſufficit renunciatum fuiſſe teſtamentum, & diſpoſitionem in eo contentam.*

41 *Ex tali namque renunciatione deſumitur ſcientia intellectualis ſufficiens, abſque eo quòd verba Teſtamenti exprimantur viſa, & lecta.*

42 *Solemnis renunciatio* d. l. de his ff. de tran-

Tranſact. *ne ſit ſuperflua dici debet cogitatum de diſpoſitionibus aliorum Teſtamentorum pratèr ennunciata.*

43 *Ex Juramento, & Judicis certioratione, creditur renunciantem ex animo deliberato de omnibus Juribus cujuſcumque generis cogitaſſe, & ſe ſpoliaſſe.*

44 *Etiamſi ſit Mulier major tamen 25. annis, cui non prodeſt allegare ignorantiam, ubi cum Judicis certioratione, & Juramento renunciavit diſpoſitioni* d. l. de his.

45 *Renunciatio facta cuicumque hereditati, quæ poſſet competere, complectitur quamcumque hereditatem, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato obventuram, & tam liberam, quàm vinculatam.*

46 *Idemque extenditur etiam ad Jura ignorata, & cauſam, & titulum de futuro tribuentia.*

47 *Præcipuè ſecuta ratificatione dictæ renunciationis, per intereſſe prætendentes, pro eorum Deſcendentibus.*

48 *Eoque magis ignoratum Fideicommiſſum debet comprehendi, dum ratificatio facta nomine Deſcendentium, ad aliud referri non poterat.*

49 *Ratificatio facta relativè ad Inſtrumentum, non valet plus continere, quam ipſummet Inſtrumentum.*

50 *Lim. ſi referens non pendet ſimplicitèr à relato, ſed à voluntate quoque referentis, qui plus quam in relato potuit, & voluit conſiteri.*

51 *Stantibus verbis univerſalibus renunciationis aptis comprehendere quoque Fideicommiſſum ignoratum, qualibet ambiguitas tollitur ex clara declaratione intereſſe habentium.*

52 *Teſtis contractui interveniens non ſolum declarare poteſt verba dubia Inſtrumenti, ſed etiam conventionem non adjectam probare.*

53 *Et concurrentibus adminiculis, vel præſtito juramento in ſupplementum, plenè probat.*

54 *Specificatio facta in ſecunda renunciatione, ſatis oſtendit, quid in prima fuerit comprehenſum.*

55 *Declaratio jurata facta per renunciationem poſt motam litem, & diſcuſſam cauſam non attenditur circa id, quod dici debet in renunciatione comprehenſum.*

56 *Taciturnitas renunciantis veriſimiliter habentis ſcientiam Fideicommiſſi, quod prætenditur in renunciatione non comprehendi, inducit obſervantiam pro comprehenſione.*

57 *Puella ſponſa præſumuntur de tempore Matrimonii conſcia Fideicommiſſorum in domo exiſtentium, quando ſuper illis adeſt celebris lis, quia de omnibus ſolent inquirere, & perſcrutari.*

58 *Quæ ſcientia eo magis reſultat ex amplitudine verborum renunciationis.*

59 *Et ex conjunctione Sanguinis.*

60 *Obſervantia ſimilis depromitur ex ſcientia, & patientia, quod renunciatarii utantur aliis juribus renuncianti competentibus, & in renunciatione non expreſſis.*

61 *Ad videndum quid fuerit in renunciatione comprehenſum, multum attenditur obſervantia.*

62 *Obligans ſe de proprio ad obſervantiam, & manutentionem per alterum promiſſorum, in caſu inobſervantiæ remanet adſtrictus ad intereſſe.*

63 *Unde ſi maritus in ratificatione renunciationis factæ ab uxore, renunciet Fideicommiſſis etiam ignoratis, tenetur ad obſervantiam talis renunciationis, etiamſi Uxor illis non renunciaverit.*

DECISIO IV.

IN ultimo cum quo deceſſit Teſtamento Michael Angelus Medices, ſibi hæredem univerſalem pro medietate inſtituit Angelam ſuam & Bernardino fratre Neptem, & pro alia medietate Lucretiam ſororem *cui ſubſtituit omnes ejus filios, & filias legitimos, & naturales ſuccedentes de uno in alterum ad invicem, & in infinitum activè, & paſſivè, ordine ſucceſſivo, vulgaritèr pupillariter, & per Fideicommiſſum.*

Secuto obitu Lucretiæ relictis poſt ſe Alexandra Nupta Cæſari Aquilano, & Camillo filio maſculo, iſte poſſeſſionem dictæ medietatis bonorum Fideicommiſſariorum appræhendit, illaque ipſius vita durante retinuit, poſt

cujus mortem ſucceſſit Claudius filius,
& ſucceſſivè ipſius filii maſculi, nempe
Bartholomęus, ex poſt Religionem
Monachorum Benedectinorum in-
greſſus, Camillus, & Jo Nicolaus;
itoque prædefuncto relictis quatuor
filiabus fęminis, ab ipſo, & Camillo
fratre hæredibus in Teſtamento ſcri-
ptis, adverſus eaſdem, tamquam poſ-
ſeditrices bonorum ſubjectorum Fi-
deicommiſſo præfato, judicium in-
ſtituit coram ſupremo Magiſtratu Vir-
ginia earum Amita, nupta Equiti Ale-
xandro Minuccio, ſuper immiſſione
vigore *l. fin. Cod. de Edict. D. Adr. tol-
lend.* Cauſaque Nobis ad referendum
commiſſa, concordibus ſuffragiis in
hodierna audientia retulimus, immiſ-
ſionem non eſſe concedendam.

Fundamentum denegandi immiſſio-
nem, à Virginia petitam, præbuit re-
nunciatio, ab ipſa occaſione matrimo-
nii facta favore Abbatis Camilli, &
Equitis Jo Nicolai fratrum, eorum-
que hæredum, & ſucceſſorum, quæ
1 operatur, ut eidem ad Bona, & Jura re-
nunciata non ſit ampliùs dandus re-
greſſus *l. quæritur 14. §. Si Venditor ff.
de ædilit. edict. & l. poſt quam 4. Cod. de
pactis. Noguerol. allegat. 6. num. 2. Rot.
coram Durano dec. 121. num. 3. Cerr.
dec. 616. num. 1. Priol. dec. 164. num. 2.
Emerix jun. dec. 581. num. 2. in rec. dec.
146. num. 2. & 3. & dec. 271. num. 1. part.
13. & poſt Torr. de Pactis Futur. Succeſſ.
dec. 120. num. 2.* & immiſſio, ſtante re-
nunciatione, concedi non poſſit, in
2 ſpecie *Rota coram Cerr. dec. 537. n. 1.
& dec. 616. num. 1. Emerix Sen. dec. 60.
num. 1. & dec. 81. num. 1. in rec. dec. 149.
num. 1. & dec. 351. n. pariter 1. part. 12.
& poſt Torr. de Pactis Futur. Succeſſ. d.
dec. 120. n. 1. & 2.*

Non obſtat, quòd Fideicommiſſum,
de quo agitur, non potuerit in contro-
verſa renunciatione comprehendi, vel
quia tempore factæ renunciationis de
eo notitiam non haberet Virginia, vel
quia illud nondum eſſet ad ipſius favo-
rem purificatum, vel demum ex quo, da-
ta in omnem caſum illius comprehenſio-
ne, renunciatio eſſet lęſiva, cumque ſu-
per qualibet ex dd. oppoſitionibus acri-
tèr inſiſterent Defenſores Virginię, ut
illarum inſubſiſtentia clarius appareat,
utque omnibus innoteſcat, quanta cum
maturitate, juſtitia, & zelo, Cauſæ in
hac ſuprema Juſtitiæ ſede examinentur,
& decidantur, juxta antiquam laudabi-
lem conſuetudinem, à majoribus no-
3 ſtris obſervatam, de qua *Roſtc.* eximius
olim hujus noſtri Tribunalis Auditor,
*in l. cum Avus lib. 2. cap. 18. num. 16. ff.
de condit. & demonſtr.*, operæ pretium
duximus ſingula objecta ſeparatis in-
ſpectionibus diluere, ut ſic iis ſublatis,
juſtitia reſolutionis in aperto rema-
neat.

Aſſumendo itaque examen primi Ar-
ticuli, licèt regula ſit, quòd in re-
4 nunciatione generali non veniat Fidei-
commiſſum ignoratum, ut ex origina-
li theorica *Bart. in l. qui Romæ §. Duo
patres, n. 19. ff. de verbor. obligat.* tra-
dunt *Michalor. de Fratribus par. 3. cap. 41.
num. 22. & ſeqq. Manſ. conſult. 743. n. 10.
Sanfelic. deciſ. 202. ex num. 31. Rot. poſt
De Luca de Fideicom. in Mantiſſ. dec. 76.
num. 1.* & alii paſſim, illa tamen non
procedit, quoties conſtat de voluntate
renunciantis illud comprehendendi,
tunc enim renunciatio normam deſu-
mit ab eo, quod conſtat fuiſſe volitum
à contrahentibus, ut in ſpecie, quòd
5 ex voluntate partium renunciatio ex-
tendatur ad jura ignorata *Bartol. in l.
Aurelius 22. §. Cojus, num. 11. ff. de liberat.
legat. & in l. ſi de certa 31. n. 5. Cod. de
tranſact. Caſtren. in l. quam Tuberonis §.
ſunt quædam, in fine ff. de pecul. & in l.
de his, num. 4. ff. de tranſact. Imola in l.
qui hominem 17. ſub num. 3. ff. de acceptil.
Alexand. conſ. 42. ſub num. 8. lib. 1.
Natta conſ. 410. num. 9. & 10. Parisius
conſ. 142. num. 62. & ſeq. Bero. conſ. 102.
num. 1. & 8. lib. 1. Marchebrun. conſ. 66.
num. 118. Surd. conſ. 267. num. 12. & ſeq.
Cyriac. controv. 118. num. 50. 51. 52. 53.
& 54. Gallerat. de Renunciat. tom. 1. lib. 3.
cap. 9. num. 15. verſ. porrò in generali,
& num. 16. Urceol. de Tranſact. quæſt. 81.
ſub n. 19. & n. 23.*

De hac autem voluntate in caſu, de
quo agitur, ſufficientèr conſtare viſum
fuit Dominis ex pluribus circumſtan-
tiis, quarum prima reſultat ex cauſa
finali ipſius renunciationes, expreſſa à
Virginia, quæ ſpecificè declaravit, &
proteſtata eſt, devenire ad renunciatio-
nem cauſa ſublevandi fratres, eorum-
que

que

que indigentiis, & calamitatibus ſubveniendi, ibi -- *e ſapendo quanto detti ſuoi Signori fratelli ſiano gravati, e ſtracati per la lite graviſſima, che per molti anni, tanto detto Signor Decano, e Claudio, quanto eſſi, hanno ſoſtenuta co' Luoghi Pii di Colle, che anche non è terminata, e delle ſpeſe quaſi infinite per detta lite da loro fatte, e debiti perciò contratti, e per quello ſaranno obligati fare nell' incertezza della fine della lite, onde meritano da lei eſſer riguardati, e compatiti &c. renunziò, e renunzia &c.* -- talis autem finis haberi non poteſt, ſi in renunciatione prædicta non fuiſſet comprehenſum Fideicommiſſum controverſum, cum ex eo nec ullum commodum in ærumnarum ſolatium Fratres reportaſſent, nec ullum amoris, & benevolentiæ teſtimonium erga ipſos Virginia oſtendiſſet, hinc ut aſſequatur

6 finis, à Renunciante volitus, neceſſariò dicendum eſt, renunciationem comprehendere debere etiam bona Fideicommiſſo ſubjecta. *Urceol. de Tranſact. d. quæſt.* 81. *n.* 10.

Reſponſione non attenta, quòd intentio Virginiæ verificari poſſit in renunciatione legitimæ ſibi debitæ in bonis Patris, dotis maternæ, & legati

7 ſcutorum quinque millium, ei à Franciſco Patruo relicti. Quoniam cum Statutum Florentinum *lib.* 2. *rub.* 130. excludat fœminam congruè dotatam à ſucceſſione hæreditatis Paternæ, ac Maternæ, Virginia dotem, & hæreditatem matris petere non poterat, nec

8 minus ſupplementum legitimæ in bonis Patris, quatenus fuiſſet debitum, quia ſtante Statuto excluſivo fœminarum à ſucceſſione, eaſdem cenſetur excludere à legitima, ejuſque ſupplemento. *Bald. in Auth. res quæ, num.* 9. *&* 16. *Cod. commun. de legat. Soccin. Sen. conſ.* 188. *num.* 17. *& ſeq. lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 93. *num.* 12 *lib.* 3. *Capol. conſ.* 5. *n.* 42. *Honded. conſ.* 10. *num.* 16. *& ſeq. lib.* 1. *Menoch. conſ.* 71. *num.* 25. *& ſeq. Gabriel. conſ.* 11. *num.* 5. *&* 19. *& conſ.* 140. *n.* 13. *&* 19. *lib.* 1. *Peregrin. de Fideicom. artic.* 38. *num.* 21. *Theſaur. quæſt. forens.* 4. *n.* 4. *lib.* 4. *Baſtus de Dote cap.* 13. *num.* 78. *& ſeq. De Luca de Dote diſc.* 144. *num.* 37. *&* 41. *& diſc.* 155. *num.* 16. *Torr. de Poſt. Fœm. Succeſſ. in Montiſ. cap.* 8. *num.* 9. *Gobius de Jure Inteſt. Succeſſ. obſer.* 54. *num.* 22., ubi, quòd Florentiæ hæc quæſtio per Reformationem fuit ſopita. *Rota coram Emerix Jun. dec.* 822. *num.* 15. *&* 26. *& in rec. dec.* 9. *num.* 1. *& ſeq. part.* 6., & ſemel à dicto Statuto excluſa propter exiſtentiam maſculorum, ampliùs ad ſucceſſionem non redintegratur, etiam ſi maſculi ex poſt ſine

9 filiis decedant, ut in ind viduo hujus noſtri Statuti *Decian. reſponſ.* 1. *n.* 126. *lib.* 2. *Gob. de Jure Inteſtat. Succeſſ. obſervat.* 38. *ſub n.* 1.

Nullum pariter commodum, & ſublevamen fratribus afferebat renunciatio legati ſcut. 5000., à Franciſco Patruo facti eidem Dominæ Virginæ, quia iſtud non fuit purum, ſed ſub conditione, quatenus ſcilicèt in lite, tunc temporis indeciſa, vertente cum Locis Piis Civitatis Colli, fratres de Berzighellis ſententiam favorabilem reportaſſent pro integra legitima ſcutorum 26. mille, immuni ab omnibus prætenſis imputationibus, deſignatis in Teſtamento Claudii Uſimbardi, ibi -- *detto Signor Franceſco Berzighelli, diſſe aver vegliante una lite in Conſorteria con il Sig. Claudio ſuo Fratello contro l'Eredità del comune loro Avo Claudio Uſimbardi per conſeguire la legittima in ſomma di ſcudi 26. mila, netti dall' imputazioni deſignate da detto Signor Claudio nel ſuo Teſtamento, e per gli frutti decorſi, e da decorrere, e ſapendo d' aver ragione, e ſperando per giuſtizia d' averla ad ottenere, perciò ſotto la condizione di tal vittoria, e così nel caſo, che in effetto conſeguiſſe con detto ſuo fratello gli detti ſcudi 26. mila con effetto, netti, & immuni da dette imputazioni, in tal caſo, e non altrimenti, nè in altro modo, per una ſola volta di tali effetti laſcia &c. alla Signora Virginia ſcudi 5. mila, oltre la dote, che le dovrà dare ſuo Padre* -- unde cum ſub die 28. Junii 1680. & ſic ante renunciationem, lata fuiſſet ſententia declarans, in legitimam ſcut. 26. mille faciendas eſſe imputationes pro ſumma ſcutorum 2810. 4. quas dictus Dom. Claudius Uſimbardus in ſuo Teſtamento fieri demandavit, adeout eidem DD. de Berzighellis non fuerint conſecuti cum effectu integram ſummam ſcut. 26. mille, immunem ab imputationibus volitis à d. Dom. Claudio

dio, & cum à ſententia principali de
die 2. Septembris 1678. favore DD. de
Berzighellis lata, jam per loca Pia Col-
lis fuiſſet obtenta reviſio, ſequitur quod
defecta conditione Victoriæ, & conſe-
cutionis integræ ſummæ ſcut. 26. mille,
ſub qua factum fuit legatum, diſpoſitio
10 pro non facta habeatur *Caſanat. conſ 4.
n.46. & ſeq. Ramon. conſ.18. n.16. Ger.
Spin. conſ.12. num.37 & ſeq. Altograd.
conſ.46. n.12. & conſ.60. n.49. lib.1. Fa-
ſar. conſ.195. n.73. & ſeq. Roſa conſul.42.
num.11. & ſeq. Urceol conſult.82. n.37.*
nec ſufficit conditionem pro parte
11 adimpleri *l. ſi fundus 56. ff. de condition.
& demonſtration. Honded. conſ.34. num.8.
& conſ.60. n.14. & 15. lib.1.* plenè *Cy-
riac. controver. 546 n.66. & ſeq. Pere-
grin. de Fideicom. art.16. n.118.*, & in
ſimilibus terminis *Mandell. Alba conſ.
739. num.1. & ſeq. Altograd conſ.93. nu-
mer.31. & ſeq. & conſ.95. num.63. lib.1.*

Additis præſertim verbis reſtrictivis,
12 atque reſolutivis ibì -- *in tal caſo, e non
altrimenti, ne in altro modo* -- quæ re-
movent quemlibet diſponentis con-
ſenſum, omnemque extenſionem exclu-
dunt, ut de dictione *in tal caſo*, quòd
13 ſit reſtrictiva, & limitativa *Aſtolin. re-
ſolut.36. num.8. Rota noſtra inter recol-
lect per Palm. Nep. dec.364. num.11.* &
de clauſula *non aliàs, nec alio modo*
quòd importet conditionem, & adimat
14 conſenſum ab actu *Altogr. conſ.60. n.18.
& ſeq. lib.1.* pleniſſimè *Barboſ. de Clauſu-
lis clauſ.81. num.2. & per tot. Mart. de
Clauſul. par.1. clauſ.75. & par.3. clauſ.51.
Altimar. de Nullit Contract. tom.6. q.36.
num.336. fol. mihi 28. Capyc. Latr. de-
ciſ.108. num 62. Rota cor. Celſ. dec.322.
num.10. Anſald. dec 50 num.5.* ubi, quòd
15 reſolvit actum uſque ab initio, in *rec.
deciſ.109. ex n.5 par.9. deciſ.146. n.9.
& 10. part.13. dec.213. num.7. part.19.
& poſt Torr. de Pact Futur. Succeſſ. d.
dec.120. n.7 & ſeq.*

Secunda circumſtantia ex eo reſul-
tat, quòd cum fratres de Berzighel-
lis ultra ſcuta 800. pro extra dotalibus
ſorori tradita, dotem ſcutorum 5. mil-
le eidem conſtituerint, & effectivè per-
ſolverint, longè, latèque ſuperantem,
nedùm vires Patrimonii, & legatum ei
relictum à Patre in ſcutis 3. mille
pro dote, & toto eo quòd præten-
dere poſſet, ſed etiam quantita-
tatem præſcriptam à Statuto Civitatis
Volaterrarum, ubì D. Virginia fuit
16 nupta, taxante Dotes pro fœminis in
ſcutis 1400. ut teſtatur *Manſ. conſult.
743. n.1.* nec non ſolitum utriuſque Fa-
miliæ. Ex hac Dotis exceſſivæ conſti-
tutione, facta à Fratribus ære alieno
oppreſſis, & gravatis, eruitur fortiſſi-
mum argumentum comprehenſionis
Fideicommiſſi controverſi in renuncia-
tione, cum aliàs fratres qui pro ſol-
17 venda hac Dote, pecunias ſub graviſ-
ſimis uſuris accipere coacti fuerunt,
tantam Dotem non dediſſent, nec
adeo eximiam prodigalitatem erga ſo-
rorem oſtendiſſent, niſi recompenſatio-
nem ab ea obtinuiſſent mediante re-
nunciatione Fideicommiſſi, de quo agi-
tur, aliorumque jurium, quę renuncian-
ti quomodolibet competere poſſent,
ita quodammodò pro Dote ſoluta, &
recepta, tranſigendo ſuper omnibus
aliis juribus, & pretenſionibus poſſi-
bilibus *Torr. de Pact. Futur. Succ. lib.2.
cap.10. num.23. & ſeq. & in Mantiſſ.
cap.11. num.10. & 11. Rocca diſput.56.
num.14. & 15. Rota coram Priolo deciſ.
164. num.9. in rec. dec.351. num.3. &
ſeq. part.12. deciſ 146. num.7. & ſeq.
part.13. dec.653. num.13. & 14. part.19.
& poſt Torr. de Pact. Fut. Succeſſ d. deciſ.
120. num.6. & in Mantiſſ. dec.3. n.13. &
dec.7. num.13. & poſt de Lucam de Legat.
dec.33. ſub n.18.*

Tertia circumſtantia elicitur ex am-
plitudine verborum, & qualitate re-
nunciationis, agitur enim de renun-
ciatione reali, in qua Domina Vir-
ginia, recepta certa quantitate, nempe
ſcutis 5000. pro dote ſe tollit de medio,
& remittit omne reſiduum, quod ei
poſſet ex quacumque cauſa competere,
nulla excepta, ut in capitulis matri-
monialibus, ibi -- *la Signora Virginia
loro ſorella farà ſolenne renunzia à favo-
re de i ſuoi Signori Fratelli loro Eredi,
e ſucceſſori di tutto quel più poteſſe com-
peterſele, oltre le ſuddetti ſcudi 5000.
tanto per le ragioni di legittima, quanto
per ogni altra dependenza* -- Idemque
clariùs reperitur in renunciatione,
ibi -- *ſi è concordato, che la Signora Vir-
ginia debba fare ſolenne renunzia di tut-
to il reſto che ſopra gli ſcudi 5. mila poſ-*

ſa

ſa pretendere, tanto per il Legato di ſcudi 5. mila, fattole dal Rev. Signor Decano Berzighelli ſuo Zio, quanto per il legato di ſc. 3. mila, fattole dal Signor Claudio Berzighelli ſuo Padre, come d' ogn'altra pretenſione, che poteſſe avere, ti di legittima, come di qualſivoglia altra dependenza, niuna eccettuata &c. & turſus ibi — *renunzio, e renunzia ogni reſiduo tanto di detti Legati, quanto di legittima, e d' ogn' altra coſa, che ſopravanzaſſe a detta ſomma di ſcudi 5. mila, dichiarandoſi di eſſere, e volere eſſer tacita contenta, e ſatiſfatta di detta Dote ſolamente di ſcudi 5 mila, conſtituitale da detti Signori fratelli, ne intendere di volere da eſſi pretendere altro per detti legati, e legittima, ed ogn' altra pretenſione, rimettendoli liberamente tutto quello, e quanto, che di più de detti ſcudi 5. mila poteſſe per detti legati, legittima, e per ogn' altra cauſa da loro pretendere, anche per pactum de non petendo, per l' Aquiliana ſtipulazione, ed accettilazione &c facendoli di tutto ampla, ed ampliſſima quittanza, e liberazione perpetua, generale, e generaliſſima, in ogni miglior modo.* Si enim in Capitulis Matrimonialibus conventum fuit, quòd prædicta Virginia renunciabit toti eo, quod ultra ſummam ſcutorum 5000. ei competere poſſet, tam ratione legitimæ, quàm ratione cujuſcunque alterius dependentiæ, ſi tam in proœmio, quàm in diſpoſitiva renunciationis reiteratè, & verbis magis amplis, & prægnantibus repetiit, ſe, exceptis ſcutis 5000., omne reſiduum, tam ex cauſa legatorum, quàm legitimæ, & cujuſcunque alterius dependentiæ, & prætentionis, quę ſupra dicta ſcuta 5000. habere poſſet, nulla prorſus excepta, remittere velle, ſeſeque tacitam, & contentam de dote ſcutorum 5000. dumtaxat declaravit, donans propterea, & remittens totum id, & quantum ultra dictam quantitatem ſcutorum 5. mille poſſet à Fratribus prętendere occaſione legatorum legitimę, & cujuſcunque alterius cauſę, faciens ob id amplam, & ampliſſimam quietantiam, & liberationem perpetuam, generalem, & generaliſſimam, etiam per pactum de non petendo, & Aquilianam ſtipulationem:

Ex his omnibus ſatis ſuperque apparere dicitur de voluntate Virginiæ, renunciandi etiam Fideicommiſſo ignorato, id enim denotat, tum qualitas renunciationis realis, & liberatio ampliſſima, ac pactum de non petendo per Aquilianam ſtipulationem, & ſubſequentem acceptilationem, cum enim renunciatio realis hoc modo concepta excludat renunciantem omni caſu, & ab omni ſucceſſione etiam
18 de futuro, & poſſibili, efficiatque, ut habeatur pro mortua, perinde ac ſi nun-
19 quam in rerum natura extitiſſet: *Merlin. Pignatiel. controverſ. 5. num. 3. 10. & ſeq. uſque ad num. 15. tractat. 1. ubique Scoppa in Scholiis num. 15. & ſeqq.* ubi plures allegat. *Mart. de Succeſſ. Legali part. 4. quæſt. 11. art 14. ex num. 99. & 105. Capyc. Latr. conſ. 76. num. 45. & ſeq. Torr. de Pactis cap. 6. num. 11. in Montiſſ. Caſtald. conſult. 186. num. 9. & 10.*, taliter renuncians excluſa cenſeri
20 debet à Fideicommiſſo, etiam ſi de eo ſcientiam non habuerit. *Mart. conſ. 116. num. 9. & ſeq. & conſ. 139. num. 18. & de Succeſſ. Legal. d. part. 4. quæſt. 11. art. 14. ex num. 99. & ſeq. Palm. Nep. alleg. 278. num. 16.*

Tum prægnantia, & generaliſſima verba renunciationis, quæ ſicut faciunt præſumere de omnibus fuiſſe in genere cogitatum *Hondod. conſ 40. n. 31.*
21 *& ſeq. lib. 1. Caſtill. Controverſ. lib. 4. controverſ. 41. num. 42. & 43. Gallerat. de Renunciat. lib. 4. cap. 2. num. 19. Urceol. de Tranſact. quæſt. 81. ſub num. 19. Rot. in rec. dec. 714. ſub num. 7. part. 2.* ita ex hac cogitatione, in genere facta, educitur, quòd ob amplitudinem, & generalitatem verborum in re-
22 nunciatione ſit comprehenſum etiam Fideicommiſſum, non obſtante allegata ignorentia. *Alexand. conſ. 41. ſub num. 8 & ſeq. lib. 1. Portius conſ. 142. num. 35. Rom. conſ. 151. num. 10. lib. 2. De Amic. conſ. 11. num. 16. Decian. d. reſponſ. 11. num. 11. lib. 3. Menoch. conſ 335 num. 41. & conſ. 401. n. 110. Surd. conſ. 267. n. 6. Ciriac. diſcept. 60. num. 5. Caſtill. Controv. lib. 4. d. cap. 41. num. 42. & 43. Cyriac. controv. 128. num. 50. & ſeq. Gratian. diſcept. 568. n. 31. Altogr. reſolut. 113. num. 14. & 15. Palm. Nep. allegat. 152. ſub n. 18. Caſtald. conſult. 42.* num.

nu. 8. *Conciol.* olim hujus noſtri Tribunalis Auditor, *d. allegat.* 31. *num.* 34. *in fine. Pacion. allegat* 93. *num.* 17. *Urceol. de Tranſact. d. quaſt.* 81. *ſub num.* 18. ubi reprobat *Fontanellam*, in contrarium allegatum. *Galleras. de Renunciat. lib.* 4. *cap.* 2. *ſub num.* 25. *num.* 27. *in fin. n.* 29. *§. Illud verò*, *§. Minus quoque*, *& §. Non obſtat. Torr. de Pactis Fut. Succeſſ. lib.* 2. *cap.* 38. *ſub num.* 106. *verſ. & pariter. Altimar. de Nullit. Contract. tom.* 3. *rub.* 1. *ſect.* 1. *quaſt.* 9. *num.* 27. *Schetin. de Pact. Succeſſ. par.* 3. *ſect.* 4. *quaſt.* 2. *num.* 25. *& num.* 37. ubi paritèr rejicit *Fontanellam. Manfredi. ad Capyc. Latr. dec.* 2 *num.* 37. *Pannell. dec.* 7. *adnotat.* 1. *num.* 28. *Novar. dec* 228 *num.* 2. *Rota Lucen. apud Conſal. dec.* 7. *num.* 39. *Sac. Conciſtor. Regni Sicil. apud Gaurbam dec.* 84. *num.* 16. *Rot. poſt Merlin. de Pignor. dec.* 100. *n.* 10. *&* 12. *poſt Ansaldi de Jur. & Oneribus Cleric. dec.* 29. *num.* 16. *poſt Salgad. in Labyr. Credit. dec.* 25. *numer.* 13. *& dec.* 26. *num.* 7. *in rec. d. dec.* 714. *num.* 3. *part.* 2. *& dec.* 21. *ſub num.* 7. *par.* 11. *& in Romana Tranſactionis* 22. *Februarii* 1701. *§. Etenim prætenſus, circa medium, coram D. Cardinal. Caprara*, *& in Romana Renunciationis* 23. *Junii* 1706. *§. Obſtare magis, cor. Molines*.

Tùm declaratio ipſius Dominæ Virginiæ, ſe eſſe tacitam, & contentam dote ſcutorum 5000. dumtaxat, omneque reſiduum, quod eſt ultra prædictam dotem ſcutorum 5000., renunciare, & remittere velle, præſervatio enim alterius certæ rei, & quantitatis, verbis limitativis, & reſtrictivis *dumtaxat* facta, & abſtenſio ab omnibus aliis rebus, & juribus, quomodolibet competentibus ex quacunque dependentia, *niuna eccettuata*, operatur, ut præſcindendo à re exceptuata, omnia alia in-

23 cluſa in renunciatione cenſeantur, ut proſequitur *Urceol. de Tranſact. d. q.* 81. *num.* 20. *in fine*, & tradit *Rot. dec.* 219. *n.* 28. *part.* 11. *& d. dec.* 653. *n.* 17. *par.* 19. *confirmata poſt Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. in Manuſc. cit. dec* 7. *num.* 16. *verſ. tam ex conventione*, *poſt De Luc. in Conflict. Legal. dec.* 23. *n.* 18. *in Manuſc.*

Præcipuè quia renuncians, non contenta talis expreſſionis, factæ in Capitulis matrimonialibus per tot tantaſque vices, idem exprimere, & repetere voluit in proœmio, totoque contextu renunciationis, ut in proœmio, ibi — *ſi è concordato debba fare la Signora Virginia ſolenne renuncia di tutto il reſto, che ſopra gli ſcudi* 5. *mila poſſa pretendere, tanto per il legato, come d'ogn' altra pretenzione, che poteſſe avere, ò di legitima, come di qualſivoglia altra dependenza, niuna eccettuata* —, & in diſpoſitiva, ibi — *rinunzia ogni reſiduo, tanto di detti legati, quanto di legittima, e di ogn' altra coſa, che ſopravvanzaſſe a d. ſomma di ſcudi* 5. *mila &c. nè volere, nè intendere di voler pretendere altro per detti legati, e legittima, e per ogn' altra pretenzione, rimettendoli tutto qualſiſia quanto, che di più di ſc.* 5000 *poteſſe per d. legati, legittima, e per ogni altra cauſa da loro pretendere* — Geminatio enim verborum, quibus renuncians uſa eſt ad oſtendendum, ultra ſcuta 5. mille ſe nihil aliud conſequi, & prætendere

24 velle, oſtendit ipſius enixam, & deliberatam voluntatem, nihil ulteriùs ex cauſa etiam incogitata prætendendi, in ſpecie *Donau. reſponſ.* 11. *n.* 11. *lib.* 3. *Marcabrun. citat. conſ.* 66 *n.* 333. *Altimar. de Nullit. Contract. tom.* 3. *allegat. rub.* 1. *quaſt.* 9. *ſect.* 1. *n.* 24. *&* 27. *Schetin. de Pact. Succeſſ. d. par* 3. *ſect.* 4. *quaſt.* 2. *numer.* 37. *verſ. item ex geminatione*, ubi concordantes.

Conſiderata præſertim dictione *altra*, ibi — *ad ogn' altra pretenzione, ad ogn' altra coſa, per qualſivoglia altra dependenza, niuna eccettuata, e per ogn' altra cauſa* — quæ ampliat renunciationem ad cauſas, res, & prætentiones, diverſas à legatis, legitima, & dote materna, quæ fuerunt in Inſtrumento ex-

25 preſſæ, ut in propria materia, de qua agitur, obſervat *Alexander d. conſ.* 11. *ſub num.* 10. 11. *&* 14. *lib.* 2. *Natta conſ.* 546. *num.* 10. *& ſeq. Ruin. conſ.* 41. *n.* 6. *lib.* 5. *Marta d. conſ* 116. *ex n.* 3. *Menoch. conſ.* 335. *n.* 18. *& ſeq. Marcabr. d. conſ.* 66. *num.* 117. *&* 328. *Hondod conſ* 49. *n.* 28. *& ſeq. lib.* 1. *Altograd. conſ.* 66. *num.* 9. *& ſeq. & conſ.* 68. *n.* 43. *lib.* 1. *in Veneta impreſſione. Gratian. d. diſcept.* 568. *à n.* 33. *uſque ad* 38. *Conciol. citat. alleg.* 31. *numer.* 23. *&* 34. *in fine*, ubi, quòd comprehendit etiam ignorata *Epiſc. Rocc. citat. diſput.* 56. *num.* 38. *& ſeq. & n.* 61. *verſ. potiſſimùm. Fuſar. de Subſtitut. quaſt.* 593.

nu-

*num.*144. *Caſtill. d. controv.*42. *n.*33. *& ſeq. lib.*4. *Urceol. de Tranſact. citat. quæſt.* 81. *n.*14. *& ſeq. & n.*18. *& ſeq. Altimar. de Nullit. Contract. tom.*3. *rub.*1 *d. quæſt.* 9. *ſect.*1. *n.*66. *&* 67. *Pacumell cit. dec.*7. *adnot.*1. *n.*31. *Rota cor. Coccin. dec.*1568. *num.*15. *& ſeq. Dunoz. Jun. dec.*725. *ex n.*11. *Corr. dec.*616. *n.*5 *& ſeq. & dec.*641. *n.*3. *in rec. dicta dec.*714. *n.*4. *&* 5 *par.*2. *& citat. dec.*753. *n.*8. *&* 9. *par.*19. *& in Romana Renunciationis* 8. *Junii* 1705. §. *Secundo dignoſcebatur, coram Molines, &* 25. *Junii* 1705. §. *Secundo ſubſequentur, coram Eodem.*

Maximè quia rebus, & juribus in renunciatione expreſſis, adjecta fuit dictio
26 *tam*, & *quàm*, *ſicut*, & *maxime*, quas dictiones ſtare augumentativè, & ampliativè, ex pluribus *Rota deciſ.* proſequitur *Urceol. de Tranſact. d. quæſt.* 81. *ſub n.*17. *Rot. coram Corr. dec.*641. *n.*4. *in fine*; *poſt Torre de Pa ſtis Futur. Succeſſionis in Mantiſſ. dec.*3. *n.*4. *dec.*7. *n.*5. *& in Romana Renunciationis* 8. *Junii* 1705. §. *Secundo dignoſcebatur, coram Molines.*

Et clariùs, attento quòd verba prædicta ampliativa in alio verificari non poſſunt, quàm in renunciatione Fideicommiſſi, tunc enim ad evitandam ſuperfluitatem illud neceſſariò comprehendere debet, ut generalitèr de comprehenſione Fideicommiſſi, quando ver-
27 ba renunciationis non ſunt in alio verificabilia *Pert. conſ.* 142. *ſub num.* 35. *Alexgrad.* qui plures refert, *d. conſ.*66. *numer.* 11. *&* 12. *& citat. conſ.* 68. *num.*47. *lib.*1. *Gratian. d. diſcept.*568. *num.*19. *Rocc. citat. diſput.* 36. *num.*62. *Conciol. allegat.*31. *num.*15. *& ſeq. & n.*23. *Rot. in rec. dicta dec.*714. *ſub n.*1. *& ſub num.*7. *part.*2. *& dec.*598. *num.*1. *part.*3.

Quidquam non refragante, quòd verba præfata apponi potuerint pro comprehendendo jure præſentandi ad Canonicatum in Cathedrali Collis, vigore Inſtrumenti tranſactionis inter DD. de Uſimbardis dictæ Virginiæ competente: quia cum Inſtrumentum prædictum ſpecificè comprehendat in activo Patronatu fœminas, & Virginia renunciaverit etiam omnibus præ-
28 tentionibus, ibi, *per ogni altra pretenzione* — quæ verificatur ſolùm de juribus turbidis, & incertis, ex traditis per *Manſ. conſult.*170. *num.*23. *Bonden. collect.*27. *num.*18. *&* 19. *tom.*2. ubi plures concordantes. *Anſald. in Addit. dec.*29. *num.* 29. *Rot. coram Durano dec.*71. *num.*4. *& in rec. deciſ.*80. *num.*12. *part.*12. prout turbidum, & dubium erat jus ſuccedendi in dicto Fideicommiſſo reſpectu fœminarum, cum quibus ſuper hoc puncto tunc aderat lis, adhuc pendens indeciſa: hinc cum verba hæc, ſalva ratione recti ſermonis, ad aliud referri non poſſint, quam ad Fideicommiſſum ignoratum, illud ex illarum vi, & efficacia in renunciatione dici debet comprehenſum, ut benè in ſpecie comprehenſionis Fideicommiſſi ignorati *Rovere. dec.*332. §. *Pro cujus dubii*, ubi ad pro-
29 poſitum examinat, quando verba generalia, ſalva recta ſermonis ratione, poſſint, nec ne, referri ad ignorata. *De Marra in Obſervat ad Eamdem dec. num.*2. ubi plures refert. *Marta de Succeſſ. Legal. part.*4. *citat. quæſt.* 21. *art.*14. *num.*95. *&* 96. *Pacumell. dict. dec.*7. *adnotat.*1. *num.*30.

Augeturque vis hujus circumſtantiæ ex amplitudine verborum deſumptæ, ponderando, quòd dictio illa per *qualſivoglia dependenza*, tam in Capitulis Matrimonialibus, quàm in Inſtrumento renunciationis adjecta, in alia parte eorumdem Capitulorum appoſita fuerunt ad ſignificandum hypothecas, ex cauſa de præſenti, vel de futuro cogitatas, & incogitatas, cognitas, & ignoratas, ut in §. 6. *che quando gli effetti del prefato Signor Cavalier* — ac propterea verba illa in eum ſenſum,
30 in quem accepta fuerunt in alio §. Capitulorum Matrimonialium, debent intelligi in parte, in qua renunciatum fuit, ex regula, quòd verba in uno Inſtrumento, vel in una illius parte in unum ſenſum adjecta, in alio Inſtrumento, vel in alia ejuſdem Inſtrumenti parte, in eadem ſignificatione accipi debent. *Surd. conſ.*362. *num.*16. *&* 17.

Quarta circumſtantia eruitur ex eo, quòd D. Virginia, ad magis oſtendendam ejus voluntatem comprehendendi Fideicommiſſum ignoratum, in d. Renunciationis Inſtrumento cogitavit etiam de incogitatis — *ibi promeſſo, e pro-*

 met-

mente mantenere, ad oſſervare, ad non contradire per qualſivoglia cauſa penſata, e non penſata, quando autem renun-
31 cians cogitavit de incogitatis, tunc extra dubium eſt, ſemper in renunciatione venire Fideicommiſſum ignoratum, ut uno ore tradunt *Marchabrun. d. conſ. 66. num. 331. Bero. dict. conſ. 201. n. 3. lib. 1. Cyriac. d. controverſ. 128. num. 54. Alegrad. d. conſ. 66. ſub num. 18. verſ. tum quia, lib. 1. in Veneta impreſſione. Bellon. de Jure accreſcendi cap. 10. quaeſt. 29. num. 56. & ſeqq. Galleras. de Renunciat. tom. 1. lib. 3. cap. 9. num. 15. Torr. de Pactis Futur. Succeſſ. lib. 2. cap. 38. n. 107. & cap. 40. num. 43. Sebastin. de Pact. Succeſſ. part. 3. ſect. 4. quaeſt. 2. num. 25. Urceol. de Tranſact. quaeſt. 81. num. 18. & ſeq. Rot. dec. 273. num. 6. part. 13. rec. poſt De Luc. de Fideicomm. in Mantiſſa dec. 75. num. 13., & in Conſult. Legal. dec. 23. num. 18. & poſt Salgad. in Labyrinth. Creditor. dec. 23 n. 13. & ſeqq. & num. 19.*

Nullatenus relevante, quòd clauſula per *qualſivoglia cauſa penſata, e non penſata*, tunc poſſet inducere renuncia-
32 tionem Fideicommiſſi ignorati, quando fuiſſet appoſita in parte diſpoſitiva renunciationis, non autem in caſu præſenti, in quo nedum fuit appoſita in executiva, ac proindè nihil operari, tradunt *Michaler. de Fratribus part. 3. cap. 41. ex num. 12. Hodiern. in l. hac edictali quaeſt. 11. num. 117.*, ſed adjecta fuit in promiſſione de non contraveniendo, iſto enim caſu ſolummodo reſpicit obſervantiam, & firmitatem contractus quo ad res, & bona comprehenſa in renunciatione, quam ſub prætextu cujuſcunque cauſæ cogitatæ, vel incogitatæ, Renuncians impugnare non poteſt, ſed renunciationem non extendit ad Fideicommiſſum, quod, poſita ignorantia, non fuit in
33 diſpoſitiva comprehenſum, ex traditis per *Michaler. de Fratribus part. 3. dict. cap. 41. ex num. 22. & ſeq. Knopſchilde. de Fideicom. cap. 16. n. 127. & ſeq. & n. 241. & ſeq.*

Quoniam reſpectu primæ partis objecti, iſtud ceſſat ex facto, quia pactum non contraveniendi fuit appoſitum in parte ſubſtantiali, & diſpoſitiva, non autem in executiva, quæ incipit à clauſula, quæ *omnia, & ſingula*, in fine Inſtrumenti noſtræ renunciationis adjecta, ut ita partem executivam à ſubſtantiali diſtinguendo, punctualitèr ad-
34 vertit *Dectus conſ. 471. ſub num. 2.* quem ſequitur *Addit. ad Baratt. dec. 381. ſub num. 18. verſ. hac tamen conclusio*, & punctualiſſimè notat *Barboſa de Clauſulis clauſ. 60. num. 9.*, ubi, quòd dicuntur clauſulæ executivæ, quæ incipiunt à clauſula *quæ omnia*, ſolitæ à Notariis apponi poſt perfectum Contractum. *Marta de Clauſul. part. 4. clauſ. 20. n. 1. De Robeis in Singular. Rota Romana tom. 1. part. 4. clauſul. 393. num. 8. & ſeqq. Gratian. diſcept. 609. n. 10. & 11. Rota in recen. deciſ. 322. ſub num. part. 3.*

Et in omnem caſum, quatenus etiam dici poſſet, pactum hujuſmodi fuiſſe appoſitum in executivis, tamen ad declarandam principalem diſpoſitionem, quando hæc eſſet dubia, operari
35 deſerviret, ut ex *Bald. in l. non quia num. 30. Cod. de Fideicommiſſ. Hodiern.* in oppoſitum allegatus in *l. hac edictali quaeſt. 11. ſub num. 117.* ubi plures Doctores, & Deciſiones citat, *Cod. de ſecund. nuptiis. Mart. ſupr. citat. conſ. 116. num. 23. & de Clauſ. d. part. 4. clauſ. 20. n. 6. & 8. Barboſ. eod. Tract. d. clauſ. 60. num. 8.*

Quo verò ad aliam objecti partem, cum major, & potior pars bonorum, de tempore renunciationis poſſeſſorum à Fratribus de Berzighellis, conſiſterent in Prædiis poſitis in loco detto *Capanne*, Fideicommiſſo ſubjectis, & de illorum exiſtentia penes Fratres optimè conſcia eſſet Virginia, dum ipſa, receptis duntaxat ſcutis 5000., omne reſiduum bonorum ceſſit, & renunciavit Fratribus, in hac renunciatione omninò veriſimile eſt fuiſſe comprehenſa omnia bona, per Fratres poſſeſſa, quæ ſunt ultra ſcuta 5. mille, quæ ſibi *duntaxat* Virginia reſervavit ac propterea, ſi ea bona, quæ ſub ſuppoſito libertatis eorum cogitavit Fratribus renunciare, ex poſt habita notitia Fideicommiſſi, nunquam ad illud vocata vindicare intendit, obſtat ei promiſſio non contraveniendi ex cauſa etiam cogitata, quæ efficit, ut bona, quæ ſub ſuppoſito libertatis in renunciantes tranſlata fuerunt,

runt habita ſcientia Fideicommiſſi, non
poſſint à Virginia vindicari, cùm huic
36 titulo Fideicommiſſi, quatenùs tunc tem-
poris fuiſſet incogitatum, Virginia re-
nunciaverit, eoque ampliùs uti non
poſſit, ut in ſpecie clauſulæ non con-
traveniendi ex cauſa cogitata, & in-
cogitata, appoſitæ in parte contraven-
tionali *Marchetran. d. conſ.66. num. 331.*
Bellon. de Jure Accreſcen. cap. 10. quæſt. 29.
à num. 36. & ſeqq. ubi etiam, quòd cau-
ſa incogitata idem eſt ac futura, &
qui promiſit non contravenire ex cau-
ſa incogitata, videtur promittere, etiam
ex cauſa futura. *Rot. poſt Salgad. in La-*
byrint. Creditor. dec. 25. in princ. §. Quam
concordiam, & ex n. 11. & ſeqq. & d. dec. 26.
§. Quam concordiam, & num. ſeqq. & in d.
Romana Renunciationis 8. Junii 1705. §.
Omnemque, verſ. verum etiam, & 26. Ju-
nii 1706. §. Decimo demum, vers. Moliens.

Quinta deſumitur circumſtantia ex
ſolemni renunciatione diſpoſitionis *l. de*
37 *his ff. de tranſact.* in corpore renunciatio-
nis appoſita, quæ cùm ex capite igno-
rantiæ præſervet renunciantem à præ-
judicio, quod ei ex renunciatione ori-
ri poſſet, renunciatio beneficio, à di-
cta lege inducto, oſtendit, renuncian-
tem nolle uti privilegio, ab ignoran-
tia derivante, talique beneficio, ac
38 privilegio, renunciari validè poſſe, tra-
dunt *Bald. in l. qui jure militari ff. de*
militar. teſtament. Galleras. de Renunciat.
cent. 1. lib. 3. cap. 9. num. 15. & cent. 2. re-
nunciat. 135. ſub num. 7. Urceol. de Tran-
ſact. quæſt. 47. ſub n. 40. 41.

Maximè quia renunciatio *dictæ legis*
non erat neceſſaria pro legatis Patris,
& Patrui, quæ fuerunt in Inſtrumen-
39 to ſpecificè enunciata, cum relatione
ad Teſtamenta, in quibus relicta fuerunt,
quod ſufficit, cùm ad hunc effectum
ſatis ſuperque ſit ſcientia Teſtamenti,
& diſpoſitionis in eo contentæ ad hoc,
40 ut dicatur adimpleta forma *legis de his*
nec alia renunciatio ſit neceſſaria. *Rot.*
coram Bich. dec. 158. num. 39. & 40. repe-
tit. in rec. dec. 140. num. 41. & 42. par. 9.
ex hoc enim ſaltem deſumitur ſcientia
intellectualis, & viſio per oculos men-
tis, quæ ſuperabundat, abſque eo quòd
41 exprimatur, quòd fuerint viſa, & le-
cta verba Teſtamenti, ex doctrina *Bar-*
toli in l. de his, num. 6. ff. de Tranſact.
Surd. d. conſ. 267. num. 10. Spada conſ. 164.
n. 23. lib. 3. Peregr. de Fideicomm. art. 52.
n. 32. & 104. Fuſar. de Subſtitut. q. 595.
num. 15. & ſub num. 42. Schetim. de Paſt.
Succeſſ. part. 3. ſect. 4. quæſt. 1. num. 23.
Urceol. de Tranſact. quæſt. 47. num. 11. &
pluribus ſeqq. Rot. coram Baratt. dec. 648.
num. 4. bene coram Bich. dec. 6. n. 17. & 18.
& dicta dec. 158. num. 40. Dunozet. Jun.
dec. 325. num. 3. poſt Galleras. de Renun-
ciat. dec. 24. num. 8. & ſeq. & in rec. de-
ciſ. 206. num. 8. & dec. 140. num. 36. & ſeq.
par. 9. poſt De Luc. de Legatis dec. 18. n. 7.
& in Mantiſs. ſuper Conſtit. Legal. de-
ciſ. 23. num. 12. & ſeq.

Undè nè renunciatio beneficio *d. l.*
adeò ſolemniter facta, ſuperflua, & ſine
effectu remaneat, neceſſariò dicendum
eſt, Virginiam ſciviſſe, vel cogitaſſe,
quòd adeſſe poterant alia jura, ex di-
verſis Teſtamentis reſultantia, ad quæ
42 renunciatio prædictæ *legis de his* trahi,
& referri debet benè *Rot. coram Bich.*
dec. 480. num. 16. & 17. repetit. in rec. de-
ciſ. 319. n. 16. & 17. par. 11.

Superaccedente præſertim Juramen-
to, & certioratione ei facta à Judice,
quæ cùm faciant præſumere omnia ani-
mo deliberato, & cum matura refle-
xione facta fuiſſe, ex hoc eruitur, quòd
de omnibus, & quibuſcunque cauſis,
quarum vigore jus aliquod Virginiæ
competere potuiſſet, fuerit cogitatum
43 ſaltem in genere, & conſequenter in
renunciatione comprehenſæ. *Hondod.*
conſil. 49. n. 33. lib. 1. Altograd. conſ. 66.
ſub num. 18. §. Tam quia moveatur, verſ.
& adhuc magis, lib. 1. Gabriel Commun.
Opinion. lib. 6. de Regul. Juris concl. 4.
num. 11. Merlin. olim hujus noſtri Tri-
bunalis Auditor, *de Legit. lib. 3. tit. 1.*
quæſt. 16. n. 14. Addent. ad Seraph. de Pri-
vileg. Juramen. privileg. 26. num. 3. idem
Seraph. privileg 118. num. 3. Fuſar. de
Subſtit. quæſt. 594. num. 15. Torr. de Paſt.
Futur. Succeſſ. lib. 1. cap. 38. n. 108.

Non obſtante, quòd renunciatio facta
ſit à muliere, quia quotiès mulier eſt
major 25. annis, & fuit à Judice ſpecifi-
cè certiorata de proviſione legis, jurata
renunciatio, ſpecialitèr facta, eidem
44 obeſt ad hoc, ut defectum ſcientiæ alle-
gare ampliùs non poſſit. *Gabriel. Comm.*
Opinion. lib. 3. de Emption. & Vendit.
concl. 1. n. 83. & 94.

Voluntati Virginiæ ex Capitulis Matrimonialibus, & ex Instrumento renunciationis deſumptæ, & ſtipulatur, & favet Apoca ratificationis Equitis Alexandri, & Petri de Minuccis, ipſi enim in ea ingenuè fatentur, ſe habere plenam, & perfectam notitiam renunciationis, à dicta Virginia factæ legato Patris, & Patrui, dotis Maternæ, & hæreditatibus, quæ ei poſſent obvenire à quacunque Perſona, immò occaſione conſtitutionis d. dotis ſcutorum 3000., ita de eorum conſenſu, & voluntate fuiſſe conventum cum DD. de Berzighellis, cumque renunciatio hæreditatis cujuſcunque perſonæ, quæ Virginiæ poſſet competere, importet dimiſſionem hæreditatum, tam ex Teſtamento, quàm ab inte- 45 ſtato, quæ in futurum deferri poſſent, quarum notitiam, nec habebat, nec habere poterat renuncians, & tam quæ nulli vinculo ſuppoſitæ ſunt, quàm Fideicommiſſo ſubjectæ *Alteg. ad. Sen. conſ. 66. n. 6. lib. 1. Altogr. Jun. controv. 84. num. 21. & ſeq. Joſeph Ludoviſ. olim* hujus noſtræ Rotæ Auditor, *dec. Lucen. 40. n. 6. & ſeq. Rot. cor. Emerix Jun. deciſ. 1050. num. 10. verſ. ac relativè*, hunc ex vi dd. verborum cenſetur Renuncians voluiſſe in renunciatione comprehendere etiam jura ignorata, & cauſam, & titulum de futuro tribuentia. 46 *Mart. d. conſ. 139. n. 17. Scherrer. de Pact. Succeſſ. par. 3. ſect. 4. quæſt. 2. num. 23. Torr. de Majorat. par. 2. quæſt. 47. n. 53. & ſeq. Rot. in Herrana Succeſſionis 27. Novembris 1705. § Rurſus, coram Omanno, & in Romana Renunciationis 8. Junii 1705. § Quarto loco, coram Molines, & 25 Junii 1706. § Fortiùs, cor. Eodem.*

Poſtremò quia iidem de Minuccis renunciationem approbarunt, ratificarunt, & emologarunt, etiam pro intereſſe deſcendentium d. Matrimonii in 47 perpetuum, quod cum aliud eſſe non poſſet, quàm illud promanans ex dicto Fideicommiſſo Michaelis Angeli Medicæ, in quo jure proprio, & uti deſcendentes, filii Virginiæ ſuccedere poterant, ſequitur, quòd d. Fideicommiſſum, ad quod unicè referri poterat ob- 48 ligatio deſcendentium, fuerit in renunciatione comprehenſum. *Mart. conſ. 116. n. 5. & conſ. 139. n. 17. Scherr. de Pactis par. 3. ſect. 4. quæſt. 2. ſub n. 32. Rot. in d. Romana Renunciationis 25. Junii 1706. § Hæc autem, & § Quibus, coram Molines*, & conducit *Maſtrilla. d. conſ. 66. n. 239. Palm. allegat. 178. n. 10. Rota deciſ. 189. n. 10. confirmata dec. 375. par. 15. rec.*

Minùſque relevat, quòd Apoca ratificationis, uti relativa ad Inſtrumentum 49 effectivæ renunciationis, factæ à Virginia, non poſſit plus continere, quàm in ipſa renunciatione fuerit expreſſum; Tum quia quando referens non pendet à relato ſimpliciter, ſed etiam à voluntate referentis, qui facultatem diſponendi habet, & plus in relato continetur referenti non repugnans, tunc ma- 50 gis referens, quàm relatum attenditur. *Surd. conſ. 419. num. 23. & 24. Amat. reſolut. 41. num. 13. Magon. dec. Lucen. 98. n. 12. Marcus Antonius Amatus* olim hujus noſtri Tribunalis Auditor, *dec. Marchiæ 49. n. 11. Rot. Rom. apud Merlin. dec. 931. n. 9.*

Tum etiam quia cum Minuccii aſſerant, ſe de contentis in renunciatione eſſe plenè informatos, & conventiones cum Berzighellis fuiſſe de ipſorum conſenſu, & voluntate in ea appoſitas; certumque ſit, in renunciatione adhibita fuiſſe verba ampla, & generalia, apta comprehendere etiam Fideicommiſſum controverſum, ſi quæ ex univerſalitate 51 verborum reſultare potuiſſet ambiguitas, hanc declarationem, & interpretationem recipere deberet à clara aſſertione DD. de Minuccis, ut in fortioribus terminis, quòd Teſtis, qui intervenit Contractui, & Inſtrumento, poſſit ne- 52 dum declarare verba dubia, ſed immò probare conventionem, in Inſtrumento non adjectam, *Tuſchus* inclytæ, hujus noſtræ Rotæ Auditor, *de Clauſ. Codicillar. quæſt. 145. num. 1. & ſeq. Rota coram Peutinger. dec. 568. n. 4. Bich. dec. 18. n. 9.* ubi agebatur de probando animo Renunciantis, includendi Fideicommiſſum in renunciatione. *Emerix Jun. dec. 880. n. 4.* & nominatim ex prædictis relato, plenè in *Romana Cambiorum 27. Februarii 1693. § Quod autem, & per tot., coram Dom. meo Molines*, ubi, quòd præſertim concurrentibus adminiculis, vel præ- 53 ſtito juramento in ſupplementum, plenè probat, *confirmata de anno 1694. pariter per tot. coram Eodem*, & de ſpecificatione ſa-

ſacta in ſecunda renunciatione, quòd inſerviat ad declarandum, quæ jura fuerint comprehenſa in prima, *Rot.* poſt
54 plures quos refert, *in dicta Romana Renunciationis* 1705. §. *Et in hunc ſenſum*, *&* 23. *Junii* 1706. §. *Denique*, *coram Domino meo Molines*; non attenta contraria declaratione, in Actis medio juramento facta à dicta Virginia, quia cum illa facta fuerit, nedum poſt prætenſam purificationem Fideicommiſſi ad ipſius favorem, ſed etiam poſt motam litem, & diſcuſſam Cauſam, ſicque re ampliùs non integra, in nulla conſideratione ha-
55 beri valuit. *Rota in dicta Romana Renunciationis* 8. *Junii* 1705. §. *finali*, *coram Molines*.

His omnibus accedit obſervantia, deſumpta ex duplici facto. Primo quia Virginia per plures annos poſt ſecutum matrimonium, & donec vixerunt Fratres optimè informati de geſtis tempore renunciationis, nunquam excitavit præ-
56 tentionem ſuccedendi in Fideicommiſſo, de quo agitur, licèt illius verſimiliter intra dictum tempus ipſe, & ejus vir notitiam habuerint, nedum quia celebris, & nota erat antiqua lis, & prætentio quam ſuper illis habebant Domini de Aquilanis, deſcendentes à Lucretia hærede in Teſtamento ſcripta per medium fœminæ, majorem partem Patrimonii Domus Berrighellæ abſorbens. Verùm etiam quia, occaſione matrimonii, ſolent Sponſi diligentiſſimè inveſtigare facultates, & patrimonia conſanguineorum Sponſæ, ipſæque mulieres, quæ maritum
57 exoptant, quantitatem Dotis, quam Parentes, vel Fratres dare poſſunt, etiam inquirere, & perſcrutari ſolent, ut in his terminis obſervat *Marta d. conſ.* 139. *num.* 10. *in fine*.

Juncta præcipuè amplitudine verborum, & conjunctione ſanguinis, ex quibus præſumi ſcientiam, de primo teſtantur in ſpecie *Angel. in l. fratres n.* 4. *ff. de pact. Mart. d. conſ.* 139. *num.* 15.
58 *Gratian. d. diſcept.* 568. *num.* 44. *Altogr. d. reſolut* 123 *num.* 17. *Pamnol. dict. decſ.* 7. *advert.* 1. *num.* 35 *Rota in rec. dict. dec.* 714. *num.* 7. *in fine*, *part.* 2. *dec.* 598. *num.* 3. *in fine*, *part* 3 *poſt De Luc. de Legat. dec* 33. *n.* 12. & de ſecunda, in his terminis tradunt *Rum. conſ.* 50. *num.* 17. *lib.* 1. *Mart. d. conſ.* 116. *num.* 18. *& de Succeſſ. Legal. part.* 4. *quæſt.* 11. *art.* 14. *ſub num.* 110. *Sped. conſ.* 50. *num.* 45. *lib.* 1. *Staiban. reſolut.* 28. *num.* 2. *Schot-*
59 *tin. de Pact. Succeſſ. part.* 3. *ſect.* 4. *q.* 2. *num.* 34. *Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. in Mantiſſ. cap.* 18. *ſub num.* 33. *&* 34. *ver. Bich. dict. dec.* 6. *num.* 19. *& ſeq. & poſt De Luc. de Legat. dict. diſc.* 33. *num.* 11.

Altera circumſtantia, ex qua deſumitur obſervantia, ex eo emergit, quòd eadem Virginia, durante vita Abbatis Camilli, & Equitis Nicolai Fratrum, nunquam præſentavit ad Jus Patronatus Canonicatuum Cathedralis Collis, quamvis illorum vacatio ipſi, ejuſque viro nota fuerit, ut ex epiſtolis ſcriptis fratribus de Berrighellis ab Equite Minuccio pro obtinenda præſentatione ad favorem perſonæ, ſibi gratæ, & ſignanter ſub diebus 19. Septembris, 13. Auguſti, 23. Januarii, & 23. Februarii anni 1695. Permiſſio autem Virginiæ, quòd Fratres, tam nomine proprio, quàm uti renunciatariis ipſius, præſentarent ad Jus Patronatus ſpectans tam maſculis, quàm fœminis ſuæ Familiæ, non vigore Teſtamenti aut aliorum Jurium, in renunciatione enunciatorum, ſed vigore Tranſactionis Dominorum de Ubribardis, cujus in renunciatione nulla unquam fuit facta mentio, oſtendit, eamdem renunciationem generalitèr, & generaliſſimè, ut ſupra dictum eſt conceptam, comprehendere etiam Jura, in dicta renunciatione non expreſſa, & ex aliis Teſtamentis, & Contractibus, in ea nullo modo enunciatis, derivantia, adeout in ſubſtantia totum id, quod eſt ſupra ſcuta quinque mille, quomodocunque,
60 & qualitercunque proveniat, à ſe abdicare, & dimittere voluerit. Hanc autem obſervantiam, quammaximè prodeſſe pro declarando quid fuerit in renunciatione comprehenſum, in ſubjecta materia, de qua agitur, tradit
61 *Rota in recen. diſc.* 31. *num.* 14. *&* 15. *part.* 14. *& poſt Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. dec.* 41. *num.* 6. *&* 7.

Et in omnem caſum, cum Apoca ratificationis DD. de Minucci importet renunciationem fideicommiſſi, etiam ignotam, quatenus etiam talis non fuiſ-
62 ſet mente Virginiæ, adhuc ipſi, qui cor-

Voluntati Virginiæ ex Capitulis Ma-
trimonialibus, & ex Inſtrumento renun-
ciationis deſumptæ, adſtipulatur, & fa-
vet Apoca ratificationis Equitis Alexan-
dri, & Petri de Minuccis, ipſi enim in
ea ingenuè fatentur, ſe habere plenam,
& perfectam notitiam renunciationis, à
dicta Virginia factæ legato Patris, & Pa-
trui, doti Maternæ, & hæreditatibus,
quæ ei poſſent obvenire à quacunque
Perſona, immò occaſione conſtitutionis
d. dotis ſcutorum 5000., ita de eorum
conſenſu, & voluntate fuiſſe conven-
tum cum DD. de Bertighellis, cum-
que renunciatio hæreditatis cujuſcun-
que perſonæ, quæ Virginiæ poſſet com-
petere, importet dimiſſionem hæredita-
tum, tam ex Teſtamento, quàm ab inte-
45 ſtato, quæ in futurum deferri poſſent,
quarum notitiam, nec habebat, nec ha-
bere poterat renuncians, & tam quæ
nulli vinculo ſuppoſitæ ſunt, quàm Fi-
deicommiſſo ſubjectæ *Altog. ad. Sca.
conſ.66. n.6. lib.1. Altogr. Jun. controv.
84. num.11. & ſeq. Joſeph Ludovic. olim
hujus noſtræ Rotæ Auditor, dec. Lucen.
40. n.6. & ſeq. Rot. cor. Emerix Jun. de-
ciſ.1050. num.10. verſ. ac relatrod*, hinc
ex vi dd. verborum cenſetur Renun-
cians voluiſſe in renunciatione com-
prehendere etiam jura ignorata, & cau-
46 ſam, & titulum de futuro tribuentem.
*Mart. d. conſ.139. n.27. Sebaſtian. de Pact.
Succeſſ. par.3. ſect.4. quæſt.2. num.15.
Torr. de Majorat. par.1. quæſt.47. n.53.
& ſeq. Rot. in Hortana Succeſſionis 27.
Novembris 1705. § Rurſus, coram Omma-
ne, & in Romana Renunciationis 8. Junii
1705. § Quarto loco, coram Molines,
& 25. Junii 1706. § Fortius, cor. Eodem.*

Potiſſimè quia iidem de Minuccis re-
nunciationem approbarunt, ratifica-
runt, & emologarunt, etiam pro inte-
reſſe deſcendentium d. Matrimonii in
47 perpetuum, quod cum aliud eſſe non
poſſet, quàm illud promanans ex dicto
Fideicommiſſo Michaelis Angeli Medi-
ces, in quo jure proprio, & uti deſcen-
dentes, filii Virginiæ ſuccedere pote-
rant, ſequitur, quòd d. Fideicommiſ-
ſum, ad quod unicè referri poterat ob-
48 ligatio deſcendentium, fuerit in renun-
ciatione comprehenſum. *Mart. conſ.116.
n.5. & conſ.139. n.27. Sebaſt. de Pactis
par.3. ſect.4. quæſt.2. ſub n.31. Rot. in d.
Romana Renunciationis 25. Junii 1706.
§. Hac autem, & §. Quibus, coram Mo-
lines*, & conducit *Maſcharn. d. conſ.66.
n.239. Palm. allegat.178. n.10. Rota de-
ciſ.187. n.10. confirmata dec.373. par.15.
rec.*

Minùſque relevat, quòd Apoca ratifi-
cationis, uti relativa ad Inſtrumentum
49 effectivæ renunciationis, factæ à Virgi-
nia, non poſſit plus continere, quàm in
ipſa renunciatione fuerit expreſſum,
Tum quia quando referens non pendet
à relato ſimpliciter, ſed etiam à volun-
tate referentis, qui facultatem diſponen-
di habet, & plus in relato continetur
referenti non repugnans, tunc ma-
50 gis referens, quàm relatum attenditur.
*Surd. conſ.419. num.23. & 24. Amat.
reſolut.41. num.13. Magon. dec. Lucen.98.
n.12. Marcus Antonius Amatus* olim hu-
jus noſtri Tribunalis Auditor, *dec. Mar-
chia 49. n.11. Rot. Rom. apud Merlin. dec.
431. n.9.*

Tum etiam quia cum Minuccii aſſe-
rant, ſe de contentis in renunciatione
eſſe plenè informatos, & conventionem
cum Bertighellis fuiſſe de ipſorum con-
ſenſu, & voluntate in eo oppoſitam;
certumque ſit, in renunciatione adhibi-
ta fuiſſe verba ampla, & generalia, apta
comprehendere etiam Fideicommiſſum
controverſum, ſi qua ex univerſalitate
51 verborum reſultare potuiſſet ambigui-
tas, hanc declarationem, & interpreta-
tionem recipere deberet à clara aſſer-
tione DD. de Minuccis, ut in fortiori-
bus terminis, quòd à Teſtis, qui intervenit
Contractui, & Inſtrumento, poſſit ne-
52 dum declarare verba dubia, ſed immò
probare conventionem, in Inſtrumento
non adjectam, *Torreterr* inclytæ, hujus
noſtræ Rotæ Auditor, *de Clauſ. Cedul-
lar. quæſt.145. num.1. & ſeq. Rota coram
Pratinger. dec.368. n.4. Bich. dec.18. n.9.*
ubi agebatur de probando animo Re-
nunciantis, includendi Fideicommiſſum
in renunciatione. *Emerix Jun. dec.880.
n.4.* & terminis ex prædictis relato, ple-
nè *in Romana Cambiorum 17. Februarii
1695. § Quod autem, & per tot., coram
Dom. meo Molines*, ubi, quòd præſertim
concurrentibus adminiculis, vel præ-
53 ſtito juramento in ſupplementum, plenè
probat, *confirmata de anno 1694. parvis
per tot. coram Eodem*, & de ſpecificatione
ſa-

facta in ſecunda renunciatione, quòd inſerviat ad declarandum, quæ jura fuerint comprehenſa in prima, *Rot.* poſt
54 plures quos refert, *in dicta Romana Renunciationis* 1705. §. *Et in hunc ſenſum*, & 15 *Junii* 1706. §. *Denique*, *coram Domino meo Molines*, non attenta contraria declaratione, in Actis medio juramento facta à dicta Virginia, quia cum iſta facta fuerit, nedum poſt prætenſam purificationem Fideicommiſſi ad ipſius favorem, ſed etiam poſt motam litem, & diſcuſſam Cauſam, ſicque re ampliùs non integra, in nulla conſideratione ha-
55 beri valuit *Rota in dicta Romana Renunciationis* 8 *Junii* 1705. §. *finali*, *coram Molines*.

His omnibus accedit obſervantia, deſumpta ex duplici facto. Primo quia Virginia per plures annos poſt ſecutum matrimonium, & donec vixerunt Fratres optimè informati de geſtis tempore renunciationis, nunquam excitavit præ-
56 tenſionem ſuccedendi in Fideicommiſſo, de quo agitur, licèt illius verſimiliter intra dictum tempus ipſa, & ejus vir notitiam habuerint, nedum quia celebris, & nota erat antiqua lis, & prætenſio quam ſuper illis habebant Domini de Aquilanis, deſcendentes à Lucretia herede in Teſtamento ſcripta per medium ſeminæ, majorem partem Patrimonii Domus Berzighella abſorbens. Verùm etiam quia, occaſione matrimonii, ſolent Sponſi diligentiſſimè inveſtigare facultates, & patrimonia conſanguineorum Sponſæ, ipſæque mulieres, quæ maritum
57 exoptant, quantitatem Dotis, quam Parentes, vel Fratres dare poſſunt, etiam inquirere, & perſcrutari ſolent, ut in his terminis obſervat *Marta d. conſ.* 139. *num.* 10. *in fine*.

Juncta præcipuè amplitudine verborum, & conjunctione ſanguinis, ex quibus præſumi ſcientiam, de prima teſtantur in ſpecie *Angel. in l. frater n.* 4. *ff. de pact. Mart. d. conſ.* 139. *num.* 25.
58 *Gratian. d. diſcept.* 368 *num.* 44. *Altobon. d. reſolut.* 113. *num.* 17. *Pamphil. dict. deciſ.* 7. *admit.* 1. *num.* 33. *Rota in rec. dict. dec.* 714 *num.* 7. *in fine*, *part.* 2. *dec.* 598. *num.* 3. *in fine*, *part* 3 *poſt De Luc. de Legat. dec.* 33. *n.* 12. & de ſecunda, in his terminis tradunt *Rom. conſ.* 30. *num.* 17. *lib.* 1. *Mart. d. conſ.* 116. *num.* 18. & *de Succeſſ. Legal. part.* 4. *quæſt.* 11. *art.* 14. *ſub num.* 110. *Spad. conſ.* 30. *num.* 45. *lib.* 1. *Staiban. reſolut.* 18. *num.* 1. *Schot-*
59 *tin. de Pact. Succeſſ. part.* 3. *ſect.* 4. *q.* 2. *num.* 34. *Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. in Monteſ. cap.* 28. *ſub num.* 33. & 34. *ver. Bich. dict. dec.* 6. *num.* 19. & *ſeq.* & *poſt De Luc. de Legat. dict. deciſ.* 33. *num.* 11

Altera circumſtantia, ex qua deſumitur obſervantia, ex eo emergit, quòd eadem Virginia, durante vita Abbatis Camilli, & Equitis Nicolai Fratrum, nunquam præſentavit ad Jus Patronatus Canonicatuum Cathedralis Collis, quamvis illorum vacatio ipſi, ejuſque viro nota fuerit, ut ex epiſtolis ſcriptis fratribus de Berzighellis ab Equite Minuccio pro obtinenda præſentatione ad favorem perſonæ, ſibi gratæ, & ſignanter ſub diebus 10. Septembris, 13. Auguſti, 23. Januarii, & 13. Februarii anni 1695. Permiſſio autem Virginiæ, quòd Fratres, tam nomine proprio, quàm uti renunciatarii ipſius, præſentarent ad Jus Patronatus ſpectans tam maſculis, quàm fœminis ſuæ Familiæ, non vigore Teſtamenti aut aliorum Jurium, in renunciatione enunciatorum, ſed vigore Tranſactionis Dominorum de Ubaldinis, cujus in renunciatione nulla unquam fuit facta mentio, oſtendit, eamdem renunciationem generaliter, & generaliſſimè, ut ſupra dictum eſt conceptam, comprehendere etiam Jura, in dicta renunciatione non expreſſa, & ex aliis Teſtamentis, & Contractibus, in ea nullo modo enunciatis, derivantia, adeout in ſubſtantia totum id, quod eſt ſupra ſcuta quinque mille, quomodocunque,
60 & qualitercunque proveniat, à ſe abdicare, & dimittere voluerit. Hanc autem obſervantiam, quammaximè prodeſſe pro declarando quid fuerit in renunciatione comprehenſum, in ſubjecta materia, de qua agitur, tradit
61 *Rota in recen. deciſ.* 32. *num.* 14. & 15. *part.* 14. & *poſt Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. dec.* 42. *num.* 6. & 7.

Et in omnem caſum, cum Apoca ſatiſfactionis DD. de Minucci importet renunciationem fideicommiſſi, etiam ignorati, quatenus etiam talis non fuiſ-
62 ſet mens Virginiæ, adhuc ipſi, qui con-

correſpectivè ad hanc promiſſionem, receperunt Dotem ſcutorum 5000., ſeſeque pro obſervantia, & manutentione omnium in dicta ratificatione contentorum de proprio obligaverunt, tenerentur ad intereſſe favore DD. de
63 Berzighellis, qui alias adeò magnam, & exceſſivam dotem non dediſſent, ex notatis per *Straibau. reſolut. 28. num. 59. & ſeq. Seraphin. Maſſin. de Confiſcat. Bonor. quaeſt. 45. num. 47. De Luc. de Credit. diſcurſ. 124. num. 9. & ſeq. & de Dote diſcurſ. 62. num. 7. Gob. de Succeſſ. ab Inteſt. obſer. 50. num. 11. & ſeq.* D. & olim Collega meus *Conſtant. ad Statut. Urbis annot. 51. num. 52. & ſeq.* & ex celebri Deciſione *in Aſculana Dotis 23. Februarii 1579. cor. Blanchett.*, firmavit eadem *Rota coram Cavaler. dec. 64. num. 1. & 2. Pamphil. dec. 25. num. 1. & per tot. & in alia Aſculana Dotis coram Celſo inter ſuas deciſione 22. num. 7. & in Aſculana Renunciationis in rec. deciſ. 150. n. 8. & ſeq. part. 12. repetita coram Cerro dec. 363. n. 15.*

Et ita omiſſis aliis, tamquam levioris ponderis, vel plenè ſublatis à Scribentibus pro Pupillis, ad quos DD. in reliquis remiſſivè ſe habuerunt, reſponſum fuit, utraque Parte acritèr informante &c.

A R G U M E N T U M.

Fideicommiſſum comprehendi in renunciatione, facta à muliere nubente, recepta dote, quamvis, nondum de tempore renunciationis purificatum, luculentèr oſtenditur.

S U M M A R I U M.

1 *In renunciatione, licèt generali, non venit Fideicommiſſum nondum purificatum.*

2 *Diſtinctio refertur inter Jura futura habentia cauſam de futuro, & habentia cauſam de praeterito, ad videndum, quae in generali renunciatione comprehendantur.*

3 *Fideicommiſſa conditionalia, tamquam in ſpe probabili radicata, dicuntur in praeſens deberi, veniuntque in generali renunciatione.*

4 *Etiamſi renunciatio reſtricta foret ad Jura, uſque in praeſens competentia.*

5 *Fortiùs ſi ulteriùs renunciatio concepta eſt verbis ampliſſimis, puta quia dictum fuerit — ex quacumque cauſa, & dependentia.*

6 *Immò ex vi dictorum verborum generalium, & ex aliis omnibus, & quibuſcumque, e nemo excettuata, etiam Jura habentia cauſam de futuro comprehenderentur.*

7 *Eoque magis, ſi renunciatio quoque ſit extenſa ad omne Jus,* quod poſſet competere, *quae ſunt verba de futuro.*

8 *Verbum* poſſet, *non videtur tamquam de futuro jura futura comprehendere, ubi refertur ad verbum* praetendere.

9 *Sed ubi renunciatum fuerit Juribus, quae poſſent competere, vel poſſent haberi, ſatis dicitur referri verbum futurum ad Jura, & res.*

10 *Et quando verbum* poſſet *refertur ad Jura, & res, tunc renunciatio ad res, & jura de futuro ſe extendit.*

11 *Eo magis etiam Fideicommiſſum purificandum dici debet in renunciatione comprehenſum, ſi in alio renunciatio non eſt verificabilis, & dos data aequivalet renunciationi Fideicommiſſi.*

12 *Ut Jura de futuro in Renunciatione comprehenſa dici debeant, conſtare debet de certioratione renunciantis, contra* num. 15.

13 *Certioratio de vi, & importantia clauſularum praegnantium, aptarum Fideicommiſſum quoque purificandum comprehendere, praeſumitur, ſtante aſſertione Notarii, certiorationem Judicis in celebratione Contractus interveniſſe, ſuper importantia inſtrumenti, de iis, quae à muliere agebantur, & in quibus poterat ſibi praejudicare.*

14 *Notario atteſtanti de certioratione, à Judice facta, credi debet, quidquid ſit ſi teſtaretur de certioratione facta à ſe ipſo.*

15 *Certiorationis defectus non obſtat, quia renunciatio comprehendat quidquid eſt apta comprehendere.*

16 *Mentio facta in Inſtrumento, quòd mulier fuerit generalitèr certiorata, non prodeſt, niſi conſtet de certioratione ſpeciali.*

17 *Lim. ubi agitur ſubſtinenda renuntiatione quo ad Jus incertum, & eventuale, quia talis ſpecialis certioratio non requiritur.*

18 *Ver-*

18 *Verba de futuro renunciationis, facta per mulierem, comprehendere valent ad ſummum Jura competitura maſculis extantibus, non eis deficientibus.*

19 *Stante tamen verborum amplitudine, & univerſalitate, & concurrente realitate renunciationis, etiam in defectum maſculorum renunciatio ſubſiſtit, nec illis defectis mulier habet regreſſum.*

20 *Maximè ſi renunciatio fuit facta favore aliquorum, eorumque hæredum, nam tunc illi, primis prædefunctis, admittuntur ad bona renunciata.*

21 *Et fortiùs ſi renunciatio concepta fuit per viam donationis irrevocabilis, nam ſine dubio mulier à regreſſu debet perpetuò excludi.*

22 *Auctoritates, in contrarium allegatæ, explicantur.*

23 *Stricta facienda eſt interpretatio in materia renunciationis, adeout in dubio futura non comprehendantur.*

24 *Lim. ubi verba ſint adeò univerſalia, ut congruè ad jura tantùm de præſenti referri non valeant.*

25 *Nec non in renunciatione correſpectiva, & oneroſa, in qua latior, & benignior admittitur interpretatio.*

DECISIO V.

OStenſa, ex deductis in antecedenti Deciſione, comprehenſione Fideicommiſſi, in renunciatione, de qua agitur, non obſtante allegato defectu ſcientiæ illius in Virginia, minoris relevantiæ apud Dominos apparuit aliud objectum, an prædictæ comprehenſioni obſtet qualitas Fideicommiſſi purificandi ſuper quo formitèr aſſumpto examine, cenſuimus, pro illius comprehenſione reſpondendum.

Licèt enim Virginia allegaret pro ſe regulam, in Jure receptam, quòd in renunciatione etiam generali non veniat Fideicommiſſum, nondum purificatum, de qua *Peregrin. de Fideic. art.52. n.31. Marcian. diſput.41. n.30. & ſeq. Rot. poſt*
1 *Torre de Pact. Fut. Succeſſ. dec.62. n.4. & poſt Conſtant. ad Stat. Urb. dec.131. num.18.*

Celebris tamen, & æquè recepta est in hac materia diſtinctio, quòd aut agitur de jure futuro, habente omnino cauſam de futuro, quale eſt jus ſucceſſionis, quod defertur ex lege
2 per mortem alicujus, & iſtud non venit in generali renunciatione: aut agitur de jure debito, & acquiſito ex cauſa de præterito, prout ſunt legata, & fideicommiſſa conditionalia, obligationes, inveſtituræ, aliaque ſimilia, promanantia ex diſpoſitione hominis, vel conceſſione Principis, & cum iſtorum legitima ſit ſpes, & à Jure approbata, tanquam in ſpe probabili radicata, dicuntur in præſens deberi, & veniunt in generali renunciatione, quamvis pendeant ab aliquo futuro
3 eventu. *Marcabrun. conſ.66. num.139. & 176. Bardellon. conſ.12. num.7. & ſeq. Brun. conſ.38. num.12. & conſ.39. num.6. Surd. conſ.308. num.29. & 30. Buttaferr. conſ.54. num.81. & 84. Altograd. conſ.66. num.17. lib.1. & conſ.8. num.33. lib.2. Aſtulcin. reſol.113. n.5. & 6. Peregrin. de Fideicom. art.52. ſub numer.31. & numer.35. Olea de Ceſſ. Jur. tit.3. quæſt.10. num.13. & ſeq. Torre de Pact. Futur. Succeſſ. lib.3. cap.140. num.24. & 25. Rota apud Manſ. conſult.364. num.50. & in recen. dec.187. num.5. & dec.373. num.8. part.15. deciſ. 653. num.11. & 12. part.19. repetita dec.3. & confirmata dec.7. num.6. poſt Torre de Pact. Fut. Succeſſ. in Mantiſſa, & poſt Conſtantin. ad Stat. Urb. dec.131. num.20. & in Romana Renunciationis 25. Junii 1706. §. Adverſus, cor. eod. Molines.*

Idque procedit, etiam ſi renunciatio reſtricta fuiſſet ad jura, uſque in præſens competentia, cum fideicommiſſa etiam conditionalia, tanquam conſiſtentia in jure quærendo, quod dicitur ad rem, cujus ſpes eſt probabilis, dicantur nunc, & de præſenti deberi, in ſpe-
4 cie *Brun. d. conſ.38. num.12. & ſeq. & conſ.39. n.4. & 5. Surd. citat. conſ.308. n.29. & 30. Altograd. d. conſ.66. n.17. in fin. lib.1. Torre de Pact. Futur. Succeſſ. lib.2. d. cap.40. n.26. Rota in rec. cit. dec. 653. n.11. part.19.*

Potiſſimè verò in caſu noſtro, in quo renunciatio concepta eſt verbis amplis, & prægnantibus, ibi — *tutto quel più & c.*

tut-

tutto il reſto &c., ogni altra dipendenza, &c. ogni altra cauſa, &c. ogni altra pretenſione &c. qualſivoglia altra dipendenza, niuna eccettuata. Quæ verba generalia indubium eſt comprehendere
5 etiam bona, ex Fideicommiſſo nondum purificato debita renuncianti. *Sanſeverin. contr. 99. n. 18. Torre de Pact. Fut. Succeſſ. lib. 2. d. cap. 40. n. 29. & de Primogen. Ital. tom. 2. quæſt. 50. num. 22. Rota poſt Eum de Pact. dec. 63. n. 5. repetita in recent. dec. 401. ex n. 11. par. 13. & deciſ. 187. n. 7. & ſeqq. par. 15.*, ubi, quòd comprehendit etiam omnem modum, & caſum acquiſitionis ex cauſa de præſenti, vel de præterito quomodocunque provenientem, *& in Romana Renunciationis 25. Junii 1706. §. His tamen, coram Molines*

Immò ſtantibus talibus verbis, comprehendi in renunciatione etiam jura
6 futura ex cauſa de futuro competentia, de verbis *ex quacunque cauſa*, *Roman. conſ. 22. n. 3. Port. conſ. 141. n. 20. Altograd. d. conſ. 66. n. 18. §. Secundo reſpondetur, verſic. non enim verificarentur, lib. 1. in Veneta Impreſſione. Rocca diſput. 55. ſub n. 18. Cyriac. controv. 662. n. 36. Palm. Nep. alleg. 67. n. 44. & alleg. 152. num. 10. Conciol. alleg. 31. ſub num. 34. Gallerat. de Renunciat. lib. 4. cap. 2. ſub num. 32. verſ.* Et ideo verba generalia. *Sebaſtian. de Pact. Succeſſ. part. 3. ſect. 4. quæſt. 1. ſub num. 18. Panimoll. dec. 7. adnotat. 3. num. 5. & 6. Rota coram Emerix Jun. dec. 581. num. 11. & in rec. dec. 714. num. 5. part. 1. & dec. 142. num. 4. part. 5. Romana Renunciationis 25. Junii 1706. §. Surdus, coram Molines, & §. Decimo demum* de verbis *omnibus, & quibuſcunque Manſ. conſult. 400. num. 114. Palm. Nep. alleg. 152. n. 10.* & de verbis *niuna eccettuata Panimoll. d. dec. 7. adnot. 1. num. 19. Rota poſt De Luc. de Legat. dec. 33. ſub n. 17.*

Et fortiùs quia in noſtra renunciatione adſunt etiam verba, tempus futurum denotantia, dum in Capitulis Matrimonialibus conventum fuit, quòd Virginia renunciare deberet *a tutto quel più, che poteſſe competerle &c.* & in ipſa renunciatione &c. *tutto il reſto, che ſopra gli feudi 3. mila poſſa pretendere &c. come d'ogni altra pretenſione, che poteſſe avere &c., tutto quello, e quanto che di più di detti feudi 3. mila poteſſe per detti legati, legittima &c. ed ogni altra cauſa da loro pretendere*; verbum enim illud *poſſet*, denotat tempus futurum, & toties geminatum, ac repetitum, oſtendit entiam voluntatem contrahentium jura futura comprehendendi, prout in ſpecie verbi *poſſet*, in renunciatione
7 appoſiti, ex theorica *Bart. in l. qui Romæ §. Duo fratres, ſub num. 19. ff. de verbor. obligat.* tradunt *Soccin. Sen. conſ. 34. n. 5. lib. 4. Port. d. conſ. 141. ſub n. 21. 27. & 48. Marcabrun. citat. conſ. 66. n. 130. & ſeq. num. 141. & num. 322. Surd. dicto conſ. 267. num. 25. & ſeq. & num. 36. Mandel. Alba conſ. 12. num. 17. Beau. d. conſil. 38. num. 12. Menoch. conſ. 401. n. 105. Altobon. reſol. 113. num. 11. Palma Nep. d. allegat. 67. num. 56. & num. 61. & ſeq. & alleg. 278. num. 17. & 18. Torre de Pact. Futur. Succeſſ. d. lib. 2. cap. 38. num. 104. & ſeq. & cap. 40. num. 31. Cyriac. controv. 662. num. 18. & 61.* plenè *Sebaſtian. de Pact. Succeſſ. par. 3. ſect. 4. quæſt. 1. num. 18. Rota coram Priol. dec. 164. num. 7. Buratt. dec. 226. ſub n. 7. Coccin. dec. 1568. num. 18. in rec. dec. 351. num. 11. part. 12. & dec. 653. num. 4. part. 19. repetita poſt Balduc. ad Roman. dec. 12. num. 4. conſil. tom. 4. poſt Torre de Pact. Futur. Succeſſ. dec. 120. num. 5. & in Mantiſſa poſt Eundem dec. 7. num. 8. & ſeq. & in Romana Renunciationis 8. Junii 1705. §. Omnimodque, coram D. Molines, & 1706. §. Albo magis, coram Eodem Hortana Succeſſionis 27. Novembris 1705. §. Univerſitatem, cor. Omanna.*

Non obſtante, quòd verbum *poteſſe* referatur ad actum verbi *pretendere*,
8 quo caſu ad jura de futuro non extenditur, *ex Soccin. Sen. conſ. 151. n. 32. lib. 2. Peregrin. de Fideicom. art. 52. ſub num. 32. Fuſar. de Subſtit. quæſt. 593. numer. 122. Rot. poſt Conſtant. ad Stat. Urb. dec. 231. n. 15.* Objectum enim viſum fuit Dominis non applicari præſenti hypotheſi, in qua verbum *poſſet* ad res, & jura refertur, & in Capitulis Matrimonialibus, ibi - *di tutto quel più poteſſe competerle, tanto per le ragioni di legittima, quanto per ogni altra dipendenza* — in renunciatione, ibi, *come d'ogni altra pretenzione, che poteſſe avere, sì di legittima, come di qualſivoglia altra dipendenza, niuna eccettuata*, — & rurſus

ſue in ratificatione, ibi — *ad ogni altra pretenſione per la Dote materna, credità, ò altro, che poſſa competere da qualſivoglia perſona* — Quando autem verbum *poſſet* refertur ad jus, vel ad res, prout
9 refertur in caſu noſtro de ſe patet, & tradit etiam *Surd. conſ.*561. *ſub num.*9. tunc cum operetur extenſionem ejus, ad quod refertur, ad res, & ad jura
10 de futuro ſe extendit, ut diſtinguendo firmant eædemmet Auctoritates in objecto allegatæ, ſignantèr *Socin. Sen. d. conſ.*251. *num.*22. *lib.*2. *Peregrin. de Fideicom. art.*51. *ſub num.*33. *Fuſar. de Subſtit. d. quæſt.*593. *num.*111. & benè diſtinguendo, & contrarias Auctoritates concludando *Rot. poſt Torre de Pact. Futur. Succeſſ. in Mantiſſa d. dec.*7. *num.*9. *& ſeq.*

His accedunt aliæ circumſtantiæ, quòd nempè aliàs renunciatio redderetur eluſoria, cum non ſit in alio jure verificabilis, & dos data æquivalet renunciationi Fideicommiſſi, de quo agitur, cæteræque, in præcedenti deci-
11 ſione enumeratæ, de quibus *Marchebreu. d. conſ.*66. *ex num.*143. *&* *n.*225. *Surd. d. conſ*267. *num.*31. *& ſeq. Mart. conſ.*25. *num.*32. *cit. conſ.*116. *num.*5. *&* 8. *& conſ.*139 *num.*12 *Gratian. diſcept.*346. *num.*12. *Altogr. d. reſol.*113. *ex num.*7. *Cyriac. d. contr.*662 *num.*63. *Palm. Nepotiana allegat.*278. *num.*12. *&* 13. *Peregrin. de Fideicom. art.*52 *num.*32 *Sebeſtian. de Pact. Succeſſ. par.*3. *allegat. ſect.*4. *quæſt.*1 *num.*19. *&* 20. *Altimar. de Nullit. Contract. tom.*3. *rubr.*1. *quæſt.*9 *ſect.*1. *num.*42. *Rota apud Manſ. conſult.*364. *num.*51. *poſt Balduc. ad Roman. dec.*10. *num.*6. *tom.*4. *repetita in rec. d. dec.*653. *par.*19. *& poſt Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. in Mantiſſa dec.*3. *& in confirmatoria poſt Eundem dec.*7. *num.*13. *cor. Emerix Jun. dec.*381. *num.*22. *cum aliis in Romana Renunciationis* 8. *Junii* 1705. §. *Adſtipulante, coram Reverendiſſimo Domino meo Molines*.

Minimè relevante, quòd Virginia non fuerit certiorata de juribus ſibi competentibus vigore Fideicommiſſi, de quo agitur, quæ certioratio omni-
12 nò neceſſaria eſt ad hoc, ut in renunciatione comprehendantur tam jura, & Fideicommiſſum purificatum, quàm purificandum, ut in ſpecie tradunt *Oddus in repetit. l. qui Romæ* §. *Duo fratres ff. de V. obligat. quæſt.*1. *art.*5. *num.*55. *impreſſa poſt Tract. de Prohib. Alienat. Fideicom. Rain. conſ.*130. *n.*7. *in fin. lib.*2. *Bursat. conſ.*75. *num.*113 *& ſeq. Sebeſtian. de Pact. Succeſſ. par.*3. *d. ſect.*4. *quæſt.*1. *ſub num.*30. *verſ. & verba, & ſeq. Conſilium Neapolit. apud Capyc. Latr. dec.*2. *num.*42. *Rota cor. Pentinger. dec.*286. *n.*7. *& ſeq. & cor. Bich. dec.*119. *num.*1. *& ſeq.*

Quoniam in præſenti hypotheſi conſtat, mulierem ſeriò, & diligentèr fuiſſe à Judice certioratam de omnibus in inſtrumento contentis, & de illius importantia, ibi — *conſtituita perſonalmente la medeſima Signora Virginia Bonaghelli davanti all' Eccellentiſs. Signor Girolamo Tonzetti, alla medeſima in queſta parte deſerviente in luogo di ſuo legittimo mundualdo, in vigore del benigno reſcritto del Sereniſſimo Gran Duca noſtro Signore, ed avendo il d. Signor Girolamo, come eſſo aſſerì con ſuo giuramento, per più di un giorno avanti alla celebrazione del preſente Inſtrumento, viſta, letta, e maturamente conſiderata la minuta di eſſo, & eſſendoſi tutti, eccetto che la d. Signora Virginia, in eſecuzione della nuova Riforma del dì* 12. *Agoſto* 1678. *certiorata, munita, ed avvertita, inſieme con me Notaro infraſcritto, dell' importanza dell' infraſcritto Inſtrumento, e di quello facevano, e di quanto ſi poteva pregiudicare; Aſſerendo d. Signora Virginia eſſere beniſſimo informata di tutto, e del contenuto ſoddetto &c.* — in his enim terminis, in quibus Notarius teſtatur, mulierem fuiſſe adamuſſim, & ſpecificè certioratam à Judice de importantia Inſtrumenti renunciationis, de iis, quæ ab ipſa agebantur, & de iis, in quibus ſibi poterat præjudicium
13 inferre vigore renunciationis, neceſſariò ſupponi debet, quòd fuerit etiam monita, & inſtructa ſuper verborum univerſalitate, atque de eorum vi, ac efficacia; quòdque Virginia, quæ minorem prætergreſſa ætatem medio juramento uniformitèr faſſa eſt, ſe de omnibus optimè fuiſſe à Judice certioratam, & diſpoſitioni *l. de his*, & omnibus, & ſingulis, quæ ultra dotem ſcut. 3. mille ipſi quoquo modo, & cauſa cogitata, & incogitata, nulla excepta,

competere potuiſſent, renunciavit, conſideraverit omnia jura, ſibi poſſibilitèr competentia ſuper bonis, à Fratribus poſſeſſis, illaque ob pinguem receptam dotem dimittere voluerit ac proinde in his circumſtantiis, vel dici debet, mulierem ſufficientèr certioratam à Judice, optimè informato de vi, & importantia clauſularum, cum credatur Notario
14 atteſtanti de certioratione, facta à Judice, vel ab alio. *Roman. in l. ſtipulatum n.41. ff. de V. O. Gallerat. de Renunciat. tom.2. cent.1. renunciat.62. n.19. verſ.1. ſed quid ſi inſtrumentum, in fin. & verſ.1. ut autem tollatur*; quidquid ſecus forſan dicendum eſſet, ſi atteſtaretur de certioratione facta à ſe ipſo, maximè ſi non eſſet informatus de re, ſuper qua mulierem monere debebat, in quibus terminis loquuntur oppoſitę Authoritates.

Vel non oſtare defectum certioratio-
15 nis, firmat *Caſtrenſ. in l. ult. in fin. C. ad Senatus C. Velleian. Surd. conſ.37.n.3. Cyriac. d. contr.128.n.118. & ſeq. Adden. ad Seraphin. de Privileg. Juram. privil.16. num.3. idem Seraphin. privil.63. num.3. & 5. ibi Adden. n. pariter 3. & ſeq. & privil.118. num.4. Caſtald. conſult.42. num.9. Molin. de Primogen. lib.2. cap.3. num.22. Fontanell. de Pact. nupt. quaeſt.10. n.46. Cancel. d. allegat.31. n.49. Fuſar. de Subſtit. q.394. n.25. Langlaei dec.13. q.6. in fin. & dec.14. q.2. ſub n.11. verſ. quod procedit Maſtrill. dec.63. num.10. in fine. Conſil. Neapolit apud Capyc. Latr. dec.98. num.46. & ſeq. Rota in recent. dec. 140. n.7. part.11. & dec.171. n.6. part.13.*

Haud relevante, quòd non ſufficiat mentio certiorationis, factę in renunciatione, niſi in individuo exprimatur
16 de qua re fuerit mulier certiorata, ex notatis per *Menoch. conſ.990. num.13. & ſeq. Hodier. in l. hac edictali, quaeſt.11. n.116. Maſcard. de Probat. concluſ.283. n.2. & ſeq. De Luca ad l. femina q.100. num.4. & ſeq. C. de ſecund. nupt. Altograd. controv.23. num.3. Langlaei d. deciſ.14. num.3. Rota coram Buratt. deciſ.120. num.11.*

Siquidem cum non ageretur de jure certo, quod Virginiae competeret de tempore Contractus, ſed de incerto, quod à futuro eventu pendebat, praemorientium nempe omnium Fratrum abſque filiis maſculis, & ultimi ex eis etiam ſine feminis, non erat neceſſaria individua, & ſpecialis certioratio, ut dixi agendo inter jus certum, & incertum, ac eventuale *Kellender. de Renunciat. quaeſt.4. num.12. & ſeq. Borri-*
17 *glon. de Succeſſ. cap.2. theorem.39. ſub n.3.* & conciliando diſſidentes opiniones *Torr. de Primogenit. tom.1. quaeſt. 48. num.35. & 36. fol. mihi 339. & de Poſt. Futur. Succeſſ. lib.2. cap.40. n.31. & plur. ſequent.* ubi punctualitèr examinat Auctoritates, in objectio allegatas.

Minus obſtat, quòd quatenus etiam in renunciatione praedicta fuiſſent comprehenſa jura de futuro, hoc intelligi deberet de juribus futuris, quae competerent renuncianti extantibus maſculis, nec poſſet extendi ad jura de futuro, eidem renuncianti competentia, maſculis deficientibus, ex fir-
18 mata in individuo per *Rot. in rec. deciſ. 323. num.9. & dec.714. à n.1. ad 4. par.4. num.3.* Quandoquidem ubi concurrunt verba ampliſſima, & univerſalia, accęditque realitas renunciationis, nec etiam in defectum maſculorum mulier renuncians, dote recepta, ad bona renunciata
19 habere poteſt regreſſum. *Surrn. Sen. conſ.34. num.3. lib.4. Pariſ. conſ.26. n.44. lib.3. Altimar. ad Rovit. conſ.42. n.21. & 36. lib.2. Camarat. reſponſ.2. art.4. num.165. & ſeq. lib.2. Merlin. Pignatel. controv.5. num.2. & ſeq. contor.1. ibiq. Scoppa in Scholiis. Capyc. Latr. conſult.77. num.45. Paton. alleg.14. num.12. & 13. Torr. Variar. Jur. Quaeſt. tom.2. tit.6. q.4. n.8. & ſeqq.*

Fortiùs quia Virginia renunciavit tam favore Equitis Joannis Nicolai, & Camilli Fratrum, quàm haeredum, & ſucceſſorum eorumdem, ac propterea negari non poteſt, quin praedefunctis fratribus, bona renunciata tranſeant ad ipſorum filias feminas, in renunciatione ſpecificè comprehenſas, ut egregiè in noſtris terminis conſide-
20 rat *Torr. Variar. Jur. Quaeſt. tom.2. tit.6. d. quaeſt.4. n.13. cum quatuor ſeqq.* ubi plurimos allegat, *& de Poſt. Futur. Succeſſ. lib.2. cap.15. num.55. & 56. Sanſon. controv.99. n.19. & ſeqq. & n.47. & ſeqq. Palm. Nepos alleg.153. num.81. & 82. Caſtald. conſult.42. num.4. & 6. Mart. de Succeſſ. Legal. part.1. quaeſt.14.*

ar-

artic.1. n.11. & ſeqq. Rot. dec.271. n.4. part.13. rec.

Et clariùs conſiderando, quòd renunciatio fuit concepta per viam donationis inter vivos, & irrevocabilis,
21 ibi — *rimettendole liberamente per pura, mera, e irrevocabile donazione inter vivos tutto quello, e quanto &c.* quo caſu receptiſſimum eſt, ad bona, juraque renunciata, nullum regreſſum renuncianti competere, ut ultra mox citatas Auctoritates, diſtinguendo tradunt *Conciol. allegat.31. num.42. & alleg.50. num.32. & ſeqq. Epiſc. Rocca diſp.194. num.18. Spadaẓz. Theat. Vidnil. diſquiſ. 67. num.151. & ſeqq. Rot. coram Penzinger. dec.174. num.1. & ſeqq. dec.68. n.4. & ſeq. dec.434. num.1. & ſeq. dec.458. num.1. & ſeq. & dec.477. num.1. & 5. part.13. rec. & poſt Torr. de Paſt. Futur. Succeſſ. dec.48. n.2.*

Nec contrarium ſuadent Deciſiones in objecto allegatę, quia in caſu dd. Deciſionum tales facti circumſtantiæ non concurrebant, renunciatio facta fuerat favore maſculorum tantùm, non erat concepta per viam donationis, nec
22 verbis adeò pręgnantibus, immò verbis ſubdubiis, & cum dictione *forſan*, & agebatur de excludendis extraneis, ut pręcisè declarando eaſdem Deciſiones, obſervat eadem *Rota apud Manſ. dict. conſult.364. num.55. & 56. & in rec. dec.271. n.7. part.13.*

Et demum non obſtat, quòd in materia renunciationis, ſtricta facienda ſit interpetratio, & minùs læſiva renuncianti, adeout in dubio pro non comprehenſione bonorum futurorum in ea
23 ſit judicandum. *Rot. in rec. dict. dec.523. n.6. & ſeq. & d. dec.724. n.3. & 4. part.4. tom.3.*

Tum quia quando verba renunciationis ſunt adeò univerſalia, ut congruè ad jura de præſenti reſtringi non valeat, interpretatio capienda eſt, ut etiam futura comprehendat. *Peregrin. d. conſ.142. num.65. & 66. Mart. dict. conſ.25. num.32. & 36. Bran. conſ.43. in*
24 *fine. Panzirol. conſ.62. num.13. Altograd. controv.3. num.38. Rot. poſt Gilian. ad Stat. Peruſin. dec.96. num.14. coram Cerro dec.616. num.11. & 12. dec.10. n.7. & 8. poſt Baldacc. ad Ramen. tom.4. & in rec. dec.669. n.6. in fine, part.2. & in Hortana Succeſſionis 27. Novembris 1705. §. Minuſque, coram Omanna, & in Romana Renunciationis 8. Junii 1705. §. Quoniam, & 23. Junii 1706. §. Quin immò, cor. Reverendiſſimo Domino meo Molines.*

Tum etiam quia ubi non agitur de renunciatione gratuita, ſed oneroſa, & correſpectiva, latiorem, & benigniorem intelligentiam favore renunciatariorum recipere debet. *Palm. Nep. d. al-*
25 *legat.67. num.46. Rota in rec. allegat. dec.653. n.14. part.19. repetit. poſt Torr. de Paſt. Futur. Succeſſ. in Mantiſſ. dec.3. & confirmata dec.7. n.2.3. & 4. poſt Eundem.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Teſtes, qui proponuntur examinandi in limine expeditionis Cauſæ, non debent admitti ad Cauſam retardandam, præcipuè ſtante Capitulorum irrelevantia, quæ ſatis arguitur ubi probari prætendatur læſio in renunciatione, ſi clarè conſtat, renunciantem congruam dotem recepiſſe, immo ſupra dotem congruam habuiſſe quoque ſufficientem recompenſationem jurium renunciatorum. Dotis congruitas undè deſumatur incidenter oſtenditur, & quòd læſio à muliere dotata non poſſit allegari.

SUMMARIUM.

1 *Facultas examinandi teſtes, petita in limine expeditionis Cauſæ, & imminentium Feriarum, præſumitur artificioſa ad protrahendam Cauſam.*

2 *Potiſſimè ſtante longa Cauſæ diſcuſſione, qua pendente, nunquam fuerint producti Articuli.*

3 *Et ſtante Capitulorum irrelevantia, & improbabilitate.*

4 *Læſio reſpectu Mulieris renunciantis recepta Dote, non dimetitur ex quantitate bonorum, quibus renunciatur, ſed ex ſola dotis incongruitate.*

5 *Ex dos, per renunciantem recepta, congrua præſumitur, ſi conformis eſt judicio paterno.*

6 *Item congruitas dotis ſatis arguitur ex commenſuratione cum legitima.*

7 *Item ex ſolito Familiarum ſponſi, & ſponſæ, quia nunquam majores dotes datæ fuerint, aut reſpectivè receptæ.*

8 *Extat Statutum Volaterris, ut dotes non poſſint excedere taxam ſcutorum 1400.*

9 *Ex qualitate loci, multoque magis ex ejuſdem Statuto, taxante dotes, deſumitur congruitas dotis.*

10 *Nec ad eam excludendam conſiderantur bona, & hæreditates, à quibus mulier eſt excluſa, vel quæ de tempore dotationis ſunt omnino incerta, & n. 15.*

11 *Proximitas gravati, & non gravantis debet attendi in diſpoſitionibus fideicommiſſariis.*

12 *Etiamſi fiat tranſitus de maſculis ad fœminas, ſi non variatur linea, ſed fœmina ſit filia ultimi gravati.*

13 *Dotis congruitas, vel incongruitas mulieri debet de tempore præciſo dotationis.*

14 *Et læſio in ea eſt probanda per allegantem de tempore contractus geſti.*

15 *Ad læſionem renunciationis mulieris dotatæ concludendam, non attenditur jus incertum, & eventuale, in renunciatione comprehenſum.*

16 *Renunciatio, facta à muliere dotata ex juſto laudabili motivo domus ſublevandæ, non valet de læſione redargui.*

17 *Præcipuè ubi agatur de renunciatione jurata.*

18 *Sufficiens recompenſatio juris incerti, & eventualis, renunciati à muliere dotata, reputatur etiam res minima, quæ de præſenti recipiatur, & referuntur exempla tradentis obolum, vel ſextantem pro integro fideicommiſſo, & n. 19. & 20.*

21 *Item aliud exemplum renunciantis ſcuta biſcentum mille, & ultra, pro ſcutis 25. mille.*

22 *Dos congrua, à renunciante accepta quaſi pretium proventuum omnino futurorum ſucceſſionum ſatis renunciationem ſalvat à læſione.*

23 *Et maximè ſi iſta conſtituta ſit ultra quantitatem, à Statuto præſcriptam.*

24 *Eoque magis, ſi dos recepta dignoſcatur excedere valorem bonorum renunciatorum.*

25 *Vel ſi mulier in actu renunciationis dotem recepit liberè, & in pecunia, & ſi non renunciaſſet coacta fuiſſet litem ſuſcipere in ſe, expectare illius exitum, bona ſtabilia in caſu victoriæ recipere, illaque fideicommiſſo ſubjecta, & n. 16. 27. 28. 29. & 30.*

26 *Solutio præventiva eſt magis conſiderabilis, quàm cum dilatione.*

27 *Et magis conſiderabilis, quæ fit in pecunia numerata, quàm ea, quæ fit cum traditione ſtabilium.*

28 *Bona litigioſa minus valent, quàm libera.*

29 *Et minus fideicommiſſaria, quàm libera.*

30 *Fideicommiſſum minuit valorem in ſexta parte.*

DECISIO VI.

AGnoſcentes Defenſores Virginum, arduam eſſe provinciam evertere fundamenta, in præcedentibus Deciſionibus deducta, excitarunt prætenſionem reſciſſionis renunciationis, ſaltem ex capite læſionis, petentes admitti Capitula in Actis producta, ad effectum examinandi teſtes pro illius probatione: Sed & in hoc ultimo objecto eandem ſortem experti ſunt, nam Rota à Me etiam ſuper hoc puncto ſub congruo dubio conſulta: Domini mei dixerunt *Capitula non eſſe admittenda*.

Quoties enim facultas examinandi teſtes petitur in expeditione Cauſæ, & in ipſomet limine ferendæ ſententiæ, & imminentium feriarum, præſumitur artificiosè petita ad protrahendam, & æternandam Cauſam, & conſequenter
1 concedi non debet. *Rodolphin. in Prax. par. 1. cap. 12. n. 111. Rot. coram Gregor. dec. 356. n. 8. Coccin. dec. 1896. n. 6. & dec. 1983. n. 5. Pamphil. dec. 83. n. 4. & 16. Buch. dec. 142. n. 1. & dec. 232. n. 17. in rec. dec. 555. n. 9. & deciſ. 590. n. 14. par. 5. dec. 306. n. 2. par. 6. dec. 344. num. 20. par. 11. & dec. 261. n. 10. par. 17. & in Pampilonen. Decimarum ſuper remiſſoria 28. Januarii 1704. §. Remiſſoria*, ubi plures concordantes, *& §. Cæterum, coram Muto*.

Potiſſimè quia diù antea fuit inter has Partes acritèr concertatum, & per plures menſes ante in voce, & in ſcriptis deductum fuit motivum prætenſæ læſionis, abſque eo quòd unquam Capitula producta fuerint, & inſtitum in Actis pro licentia examinandi teſtes; quo caſu eo magis creſcit ſuſpicio ad hoc, ut Capitula, ſeu Articuli veniant
2 reiciendi. *Rota coram Gregor. deciſ. 276. num. 3.*

num.3. *Hieque Addem. lit.B. Duran. deciſ.462. n.2. Cavaler. dec.87.n.1. Caravaz deciſ.1811. n.11. & dec.2128. num.19. Bichon dec.263. n.6. in rec. dec.381. n.10. & ſeq. par.4. tom.1. dec.112. n.5. par.6. dec.306. n.7. par.8. dec.625. n.1. par.18. & in Pampilonen. Decimarum ſuper Remiſſoria 28. Januarii 1704. §. Poſſiſſime, & 25. Aprilis ejuſdem anni §. Præcipue, coram Muto, & in Faventina Beneficii ſuper Remiſſoria 12. Decembris 1704. §. Improbabilitas, coram Eodem.*

Portiùs quia materia articulata eſt improbabilis, & prorſus irrelevans,
3 quod operatur, ut Capitula non ſint admittenda, ut de improbabilitate *Rot. coram Bichon deciſ.66. num.15. & 16. Ansald. dec.57. n.14. in rec. dec.56. n.4. par.19. in Pampilonen. Decimarum ſuper Remiſſoria 28 Januarii 1704. §. Non obſtantes, & 25. Aprilis ejuſdem anni in princ. coram Muto, & in dicta Faventina Beneficii ſuper Remiſſoria 12. Decembris 1704. §. Materia, & §. Improbabilitas, coram eodem*; & de irrelevantia *Rota coram Gregor. dec.184. num.3. & 4. Bichon dec.263. n.16. Ottobon. dec.45. n.11. in rec. dec.233. num.1. par.18. & in Ilerden. Juris mulctandi ſuper Remiſſoria 23. Februarii 1703. §. Examinetis, cor. Muto. Nerutanen. Dotis ſuper Remiſſoria 7. Maji 1703. §. Fortiùs, cor. Omnino. Bononien. Fideicommiſſi de Bonoſiis ſuper Remiſſoria 6. Junii ejuſdem anni §. Licet, coram Lancetta dicta Pampilonen. Decimarum ſuper Remiſſoria 28. Januarii 1704. §. Materia, cor. Muto, & in dicta Faventina Beneficii 1704. §. Materia, & §. Damgeri, cor. Eodem.*

Improbabilitas autem, & irrelevantia reſultat ex quo probari contenditur, bona exiſtentia in loco *detto Capannole*, quibus renunciavit Virginia, aſcendere in totum ad ſcuta 30. mille, vel 35. mille, quorum ſexdecim articulatur eſſe Fideicommiſſo ſubjecta, & reſidualia eſſe libera: verùm admiſſa etiam per hypotheſim hac ideali probatione (cujus ex parte Virginiæ nullus dabatur fumus, & in contrarium plures adducebantur probationes, convincentes integrum patrimonium, ex bonis liberis, & Fideicommiſſariis conflatum, non excedere ſcuta 20. mille circitèr) adhuc illa ad effectum probandæ læſionis non prodeſſet; cum enim Virginia renunciaverit, congrua recepta dote, de læſione conqueri non poteſt, nec ex hoc capite prætendere reſciſſionem renunciationis, quia læſio in muliere, propter dotem renunciante, non conſideratur reſpectu bonorum, quibus renunciat,
4 ſed ſolùm ex dotis incongruitate, adeout ſi dos congrua ſit, læſionem allegare non valeat, quamvis pinguiſ renunciaverit hæreditati, ut tradunt *Card. Anton. Puteus*, olim hujus noſtræ Rotæ Auditor emeritus, dein Archiepiſcopus Piſarum *in ejus conſil. impreſſo poſt Conſil. Sfortiæ Oddi num.17. Baldus. ad Roman. conſ.2. n.46. Michaelor. de Fratrib. par.3. cap.12. n.90. & ſub num.91. Kollembec. de Renunciat. quæſt.42. n.45. Torre de Pact. Fut. Succeſſ. in Monitiſſa cap.3. num.18. 20. & 24. & cap.23. n.31. & Var. Jur. quæſt. tom.2. tit.6. quæſt.5. num.12. & 15.*, ubi, quòd hoc procedit in muliere majori. *Epiſcop. Rocca diſput. 109. num.25. Palm. Nep. allegat. 313. num.23. & allegat.314. num.69. Urcioli conſult. 48. n.46. Pacion. alleg. 14. n.44. Dec. Rom. apud Manſ. conſult.445. n.18. repetita poſt Torre de Primogen. deciſ.37. num 14. & apud Palm. Nep. allegat.199. num.19. coram Cerro deciſ. 399. num.7. in recent. dec.291. n.18. par.6. dec.150. num.12. & 31. par.11. dec.171. num.9. & dec.354. num.12. par.13. dec.358. n.25. par.17.*

De congruitate autem dotis in caſu noſtro dubitari non valet, attento judicio patris, qui Virginiæ dotem pro omni eo, quod prætendere poſſet in ejus bonis, in ſcutis 3. mille legavit, cum enim lex præſumat, patrem optimum conſilium capere pro filia, dos ab eo conſtituta ſemper congrua præſumitur,
5 ut in propria materia renunciationis, ad effectum excludendæ læſionis *Pignatel. d. controv.3. n.4. cent.1. Palm. Nep. dicta allegat.314. n.31. Pacion. d. allegat. 14. num.43. Merlin. de Legitima lib.3. tit.1. quæſt.12. n.3. Torre de Pact. Fut. Succeſſ. in Monitiſſa cap.1. n.5. cap.3. num.3. & cap.4. n.1., & generalitèr Caſtrenſ. conſ. 273. n.1. lib.1. Manſ. conſult.640. n.3. & ſeqq. Conſtant. ad Stat. Urb. adnot.35. num.23. & ſeq. Rota Bononien. apud Barzonem deciſ.29. n.24. & 26. Senat. Pedemontan. apud Theſaur. dec.192. n.2. Rota*

Ja-

Januen. apud Baldas. Dec. & Ror. Judic. tit. 4. de Dote dec. 19. num. 33. Rot. Senen. in Senen. Dotis 8. Octobris 1707. §. Probata, coram Me inter impreſſas *dec. 24. n. 13. Rot. Romana coram Cavaler. dec. 298. n. 4. in rec. dec. 375. n. 1. par. 15. & deciſ. 541. num. 10. & ſeq. par. 18. & in Romana Augumenti Dotis 22. Junii 1701. §. fin. cor. Molines, & in Maceraten. Fideicommiſſi 16. Martii 1703. §. Quoad quantitatem, coram Eodem, & in Fulginaten. Succeſſionis, & Dotium 15. Januarii 1704. §. Dominis, cor. Lancetta, & 30. Januarii 1705. §. Ætas, coram Eodem & in Romana Dotis, & Legitimæ 22. Martii 1706. §. Conſtat, coram Priolo.*

Maximè quia juſtitia hujus judicii paterni convincitur: Tam ex quantitate legitimæ, Virginiæ competentis, quæ etiam ſi bona libera conſiſterent in quantitate, ab ipſa articulata, aſcendere non poſſet ad ſcuta 3. mille compenſatio autem dotis cum legitima, eſt una ex circumſtantiis, quibus illius congrui-
6 tas arguitur. *Alegrad. conſ. 5. n. 18. lib. 1. Baſſ. de Dote cap. 13. n. 13. Palm. Nep. alleg. 126. n. 30. Rot. cor. Carr. dec. 639. n. 12. in recent. dec. 192. n. 19. part. 10. dec. 204. n. 18. & ſeq. par. 13. & in d. Romana Dotis, & Legitimæ 22. Martii 1706. §. Fortiùs, cor. Priolo.*

Quàm ex ſolito Familiæ; nunquam enim in Familia Beteghella, immò nec in illa Fratrum de Minuccis, datæ, nec receptæ fuerunt dotes, hanc ſummam excedentes, quæ eſt paritèr urgentiſſima circumſtantia, ſatis congrui-
7 tatem oſtendens. *Michelor.* olim hujus noſtræ Rotæ Auditor, *de Fratrib. par. 3. cap. 3. num. 22 Merlin. de Legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 13. ſub num. 9. verſ. & Judex in hoc, & ſub num. 10. Rot. in rec. dec. 41. num. 5. par. 4 tom. 1. & in Romana Dotis & Legitimæ 22. Martii 1706. §. Ætas, & ſeq. coram Priolo.*

Quàm etiam ex qualitate loci, ubi Virginia nupta fuit, in Civitate enim Volaterrarum dos non poteſt excedere ſummam ſcutorum 1400., ita diſponente ejuſdem Civitatis Statuto, de quo
8 *Manſ. conſult. 743. n. 1.* ex conſuetudine autem, & qualitate loci, & ab eo, quod fuit determinatum à Statuto, dotis congruitatem deſumi tradunt, dd. primo *Cabal. conſ. 79. num. 22. lib. 1. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 2. num. 36. Conſtant. ad Stat. Urb. adnot. 35. num. 18. & adnotat. 39. n. 255. Senat. Pedemont. apud Theſaur. d. dec. 191. n. 1. Conſil. Neapolit. apud Grammatic. dec. 101. num. 69. Rota Romana cor. Bo-ras dec. 193. ſub num. 5. in recent. dec. 213. num. 2. part. 11. & dec. 417. n. 7. part. 14. & in d. Romana Augumenti Dotis 22. Junii 1701. §. Vindicata, & §. Qualitas, coram Molines, & in dict. Maceraten.*
9 *Dotis 2. Martii 1705. §. Deſcendendo, coram Lancetta, & in citat. Romana Dotis, & Legitimæ 22. Martii 1706. §. Fortiùs, & §. Demum, coram Priol. aliiſque relatis per Rot. Senen. in d. Sen. Dotis 8. Octobris 1707. §. Signanter, coram Me,* nunc impreſſa *dec. 24. num. 14.*, & de quantitate præſcripta à Statuto *Conſtant. ad Stat. Urb. d. adnotat. 39. n. 255. verſic. dos autem, Rot. in recent. dicta dec. 192. num. 32. par. 10. & in citata Fulginaten. Succeſſionis, & Dotium 30. Januarii 1705. §. Ætas, coram Lancetta.*

Minimè relevante, quòd Virginia nedum renunciaverit hereditati paternæ, ſed etiam legato ſcutorum 5. millium, à patruo eidem relicto, dotibus maternis, & Fideicommiſſo, quod hodie articulabatur aſcendere ad ſcuta 15. millia, vel 16. millia, quoniam nulla fuit inter Dominos hæſitatio, quòd Virginiæ non
10 deberetur, nec legatum patrui, nec dos materna, ut probat prima hujus Cauſæ Deciſio §. *Reſponſione non attenta*, & ſeqq. inter impreſſas *in 4. num. 7. & ſeqq.*

Reſpectu verò Fideicommiſſi, aut D. Virginia prætendit ſe ſubſtitutam deficientibus maſculis, & cum tres eſſent fratres, in juvenili ætate exiſtentes, ad hoc, ut ejus favore purificaretur ſubſtitutio, neceſſe erat, ut omnes fratres ſine filiis maſculis decederent, & quòd ultimus ex eis etiam decederet ſine fœminis, cum quibus, quatenus extitiſſent, concurrere non potuiſſet Virginia, tanquam remotior ultimo gravato, cujus proximitas in fideicommiſſariis diſpoſitionibus attenditur, juxta receptam opinionem Doctorum, &
11 Tribunalium, de qua *Caball.* inclytæ olim hujus Tribunalis Auditor, *conſ. 114. num. 2. & 3. lib. 2. Riccard. apud*

Fo-

Fuſar. conſ. 169. ſub num. 125., ubi, quòd ſic opinio eſt recepta Florentiæ, *ubique Rota noſtra n. 20. prope finem. Rodolphin. alleg. 113. n. 13. & 18. & allegat. 114. n. 3. Epiſcop. Rocca diſput. 3. num. 37. & ſeq. & diſput. 194. num. 112., & ſeqq.* plenè *Sommat.* in alia Cauſa Florentina ſcribens *controv. 103. n. 19. & plur. ſeqq. Urceol. conſultat. 12. num. 7. & ſequentib., & Rota noſtra apud Eundem dec. Florentin. 48. num. 14. Addent. ad Pamphil. deciſ. 306. n. 9. Rota Romana coram Cerrino dec. 1666. n. 16. Buratt. dec. 107. n. 1. & ibi Addent. lit. B. & dec. 682. num. 1. Cavaler. dec. 465. num. 2. Cerr. deciſ. 190. num. 13. Ottobon. dec. 21. n. 1. & ſeqq. & dec. 45. num. pariter 1. & ſeqq. Emerix Jun. dec. 1136. n. 1.* & plenè *in Romana Fideicommiſſi Vannetta, & Pontiana 9. Aprilis 1689. §. Ex ſuis, & ſeq. & 13. Martii 1693. per tot. cor. Molines, & in Volaterrana Primogenituræ 16. Novembris 1703. §. Ex juris, & ſeq. coram R. P. D. meo Caſſarellâ.* Idque procedit, etiamſi fiat tranſitus de uno genere perſonarum ad aliud, nempe de maſculis ad fœminas, quia etiam iſto caſu, quando non agitur de faciendo tranſitu ad aliam lineam, ſed de continuatione Fideicommiſſi in filio ultimi gravati, quæ illius capax ſit, nunquam recurritur ad dimetiendam proximitatem à Fideicommittente, donec fœmina, ab ultimo gravato progeni-

12 ta, illiuſque deſcendentes non deficiunt. *Caballus d. conſ. 124. n. 16. & ſeqq. lib. 2. Peregrin. conſ. 30. n. 3. lib. 1. & conſ. 42. in fine, lib. 5. De Luca de Fideicom. diſc. 23. n. 9. & 10. & in Summa ſub n. 232. Torr. de Primogen. tom. 1. cap. 12. n. 16. & 17. ſolio mihi 93. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. diſcept. 493. ſub n. 6. verſ. quoniam hæc opinio, & de Luca Legal. artic. 11. n. 23. & 24.* plenè *Sommat. d. contr. 103. n. 32. & ſeqq. Palma Nepot. alleg. 93. n. 6. & ſeqq. alleg. 154. n. 3. & alleg. 146. n. 35. Rota Romana* plenè, & magiſtraliter *dec. 319. à n. 13. uſque ad num. 23. part. 15.*, ubi plurimos congerit, & dicit hoc eſſe indubitatum, *dec. 18. n. 148. part. 18. & dec. 326. num. 5. & 6. par. 19. & in d. Romana Fideicom. Vannetta, & Pontiana 9. Maji 1689. §. Minus altera, & 13. Martii 1693. cor. Molines, & in d. Volaterrana Primogenituræ 1703. §. Concluſio, cor. Caſſarella.*

Quo ſtante, cum ad arguendam congruitatem, vel incongruitatem dotis,
13 conſiderari debeat tempus præciſum dotationis *Nogarrol. allegat. 6. n. 39. Urceol. conſult. 48. n. 48. Torre de Pact. Futur. Succeſſ. in Mantiſſa cap. 2. num. 10. & 11. cap. 3. n. 12. cap. 4. n. 22. & cap. 11. num. 23. Conſtant. ad Statut. Urb. d. adnotat. 39. n. 163. Baldus. ad Roman. conſ. 1. num. 48. & ſeq. Amat. reſol. 23. num. 3. D. meus Palm. Nep. allegat. 313. num. 14. & allegat. 314. num. 30. Rota coram Cerr. dec. 399. num. 4. Burh. dec. 366. num. 17.*, prout læſio ab allegante de tempore
14 actus, & contractus geſti, eſt concludentèr juſtificanda, ut in his terminis firmant *Cyriac. d. contr. 662. num. 66. Altograd. d. contr. 3. num. 43. Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 3. num. 19. & in Addit. ſub num. 19. verſ. quod ſemper. Conſtantin. ad Statut. Urb. allegato adnotat. 35. n. 36. & ſeq.* ubi plures refert, & reprobat contrarios, *& d. adnotat. 39. num. 162. Rot. coram Cerro cit. dec. 399. num. 4. & ſeq. & in recent. dec. 191. numer. 29. par. 6.*

Nulla dotis incongruitas, nec læſio deſumi poteſt à renunciatione juris, de tempore dotationis adeò incerti, in eo enim ratione eventualitatis læſio enor-
15 miſſima ad effectum reſcindendi renunciationem conſiderari non valet, in ſpecie *Pancirol. conſ. 61. in fin. Peregrin. conſ. 52. in fin. lib. 5. Fuſar. conſ. 95. n. 25. & ſeq. & de Subſtit. q. 587. n. 19. Cyriac. contr. 662. n. 67. Nogarrol. alleg. 6. n. 39. & ſeq. & num. 58. & ſeq. Coppi. Loer. conſult. 77. num. 30. De Marin. alleg. 41. n. 11. Afflict. controv. 14. n. 30. Palm. Nep. allegat. 313. num. 16. & 17. & d. alleg. 314. num. 70. Michaler. de Fratrib. part. 3. cap. 11. num. 89. & 90. Paccan. allegat. 14. num. 44. & ſeqq. Caſtill. Controv. lib. 3. cap. 2. num. 65. & ſeq. Urceol. de Tranſact. quæſt. 94. num. 40. Torre de Pact. Futur. Succeſſ. in Mantiſſa cap. 2. num. 10. & cap. 3. num. 11. & 21. & cap. 13. num. 53. Scoppa ad Gratian. deciſ. Marchiæ 117. num. 10. Pantaull. dec. 7. adnotat. 3. n. 14. Rot. Romana apud Manſ. conſult. 445. num. 18. repetita poſt Torre de Primogen. dec. 37. num. 14. poſt de Lucam de Legat. dec. 33. num. 18. coram Merlin. dec. 174. num. 6. Cerr. dec. 363. num. 17. & 18. & dec. 399. num. 3. & ſeqq. Ottobon. dec. 182. n. 23.*

*num.*15. *poſt Salgad. dec.*100. *num.*31. *coram Emerix Sen. dec.*60. *n.*5. & *ſeq.* & *cor. Emerix Jun. dec.*619. *num.*12. & 13. *in recent. dec.*74. *num.*23. *part.*5. *dec* 291. *num.*18. *part.*6. *dec.*23. *num.*35. & *dec.*150. *num.*11. & 12. *part.*11.

Signantèr quia renunciatio facta fuit ex laudabili motivo ſublevandi Fratres ab anguſtiis, quibus premebantur, & ad hoc ut poſſent ſuccumbere expenſis neceſſariis in lite, quam habebant cum locis Piis Civitatis Collis; quando enim renuncians movetur ex juſta, & laudabili cauſa ad renun-
16 ciandum, ei permiſſum non eſt renunciationem de læſione redarguere. *Altograd. d. conſ.*5. *num.*85 *lib.*1 *Urceol. cit. conſult.* 48. *n.*40. *Palm. Nep. d. allegat.*314. *n.*71. ubi plures citat. *Molin. de Primogen. d. lib.*2 *cap.*3. *ſub n.*18. *verſ. hanc autem*, & *num.*34. *Torre de Pact. Fut. Succeſſ. in Mantiſſa, relato cap.*2. *n.*23.
17 *Rota dec.*87. *num.*16. *poſt De Luc. de Fe-*
doc. preſertim ſi ſit jurata. *Urceol. d. conſult.*48. *n.*37.

Ceterùm ſi qua in hac renunciatione, non obſtante juſtitia cauſe, & incertitudine jurium renunciatorum, conſiderari poſſet læſio, illa nihilominus allegabilis non eſſet, attento quòd Virginia pro hac ſpe, quam habere poterat, recepit augumentum dotis in ſcutis bis mille, & ſcuta 800 pro extradotalibus, quod eſt ſufficiens pro recompenſanda renunciatione ſpei omnino incertæ, & eventualis, in his enim juribus incerti eventus, minima
18 quantitas æquivalere poteſt maxime quantitati incertæ, & ſperatæ, adeout tradens obulum, mille, immo integrum
19 Fideicommiſſum recipere poſſit, ut dixit *Bald. in l.*1. *ibique Purpurat. n.*14. aliique Scribentes *C. de pact. Fuſar. d. conſ.*93. *num.*21. & *de Subſtit. d. q.*587. *num.*19. benè *Rota in rec. dec.*434. *n.*21. & *ſeq. par.*13., & de ſextante, dato Fideicommiſſario ab herede gravato ſub
20 ſimplici conditione *ſi ſine filiis deceſſerit*, eſt *textus in d. l.*1. *C. de pact.* & tradit *Fuſar. dict. conſ.*93. *num.*21. & *de Subſtit. quæſt.*587. *num.*19. *Rot. in rec. d. dec.*434. *num.*24. *part.*13. & de ceſſione, ſeu renunciatione fideicommiſſi ſcutorum biſcentum millium, & ultra, facta
21 pro ſolis ſcutis 25. millibus *Urceol. de Transact. d. quæſt.*94. *n.*50. ubi plures refert Rotæ Romane Deciſiones. *De Luca de Regal. diſc* 30. *num.*10.

Quo poſito, eo minùs Virginia, quæ congruam dotem recepit, poteſt de læſione excipere, cum iſto caſu congrua dos, ei aſſignata, dicatur preventivum pretium, & emolumentum omnium futurarum, & incertarum ſucceſſio-
22 num. *De Luca de Renunciat. diſc.*5. *num.*10. *Palm. Nep. d. alleg* 314. *n.*71. *verſ. preterquam. Epiſcopus Rocca diſput.* 109. *num.*23., & in terminis ſimilis renunciationis propter dotem promiſſam
23 ultra ſummam, à Statuto præſcriptam, quòd redargui non poſſit de læſione *Rota coram Cerro d. dec.*399. *n.*8.

Si verò Virginia prætendit ſe fuiſſe vocatam in Fideicommiſſo una cum maſculis, & multo minùs deduci poteſt læſio, quia cum Michael Angelus Medices Fideicommittens, duos tantùm nepotes reliquerit, Camillum nempè, à quo renuncians deſcendit, & Alexandram, à qua deſcendunt Aquilani, illud fuiſſet in duas partes dividendum, & pro medietate ſpectaſſet ad deſcendentes Alexandre, pro alia verò medietate ad Virginiam, ejuſque tres fratres maſculos, ſicque etiam ſi Fideicommiſſum pro medietate conſiſteret in ſcut. 8 mille, virilis portio Virginie eſſent ſolùm ſcuta bis mille, cumque ipſa receperit augumentum dotis ſcut. 2. millium, & alia ſcuta 800. pro extradotalibus, patet ocularitèr, minus importare bona renunciata eo, quod
24 ipſa à Fratribus in recompenſationem renunciationis facte fuerit conſecuta, ac proinde omnis prætextus læſionis excluditur *D. meus Palm. Nep. d. allegat.*313 *n.*15.

Clariùs ſi ponderetur, quòd ipſa virilem portionem conſequi non potuiſſet, niſi poſt longam, incertamque litem, pro ſimultanea vocatione cum maſculis ſubeundam, quæ uſque de anno 1628. cum Aquilanis coram Supremo Magiſtratu pendet indeciſa, unde ſi ipſa ex renunciatione nedum recepit majorem quantitatem, quàm à victoria litis conſequi poſſet, ſed illam habuit de tempore dotationis, in pecunia numerata, & abſque ullo vinculo, quando ſi litem ſuſcipere voluiſ-

ſet

ſet, iſtius exitum expectare debebat,
25 & in caſu victoriæ conſequi ſcuta bis mille in bonis ſtabilibus, vinculo Fideicommiſſi, & reſtitutionis ſubjectis; hinc ad evidentiam elicitur, quòd un-
26 dique ex hac renunciatione reſultarunt commoda, & utilitates Renunciantis, ut de commodo reſultante ex præventiva ſolutione *Molin. de Primog. lib. 1. cap. 4. num. 32. Lupus de Uſur. comment. 2. §. 5. num. 133. verſ. additur. Cancer. Variar. par. 3. cap. 15. num. 137. Poſt. reſol. 129. n. 8. Paulucc. diſſert. 36. art. 3. ſub num. 35. in fin. Rot. in Recent. dec. 251. num. 3. part. 11. & dec. 351. num. 14. parte 12.*, de ſolutione in pecunia nume-
27 rata, quòd ſit magis conſiderabilis, quàm traditio ſtabilium *Rota coram Durano dec. 41. n. 1. & 2. in recent. dec. 192. num. 37. par. 10.* de bonis litigioſis, quòd
28 minùs valeant, quàm libera *Randenſ. reſp. 7. num. 8. lib. 1. Lupus de Uſuris Comment. 2. §. 5. num. 130. Poſt. de Subbaſt. inſpect. 60. num. 71. Rot. poſt Eam dec. 19. nu-*
29 *mer. 12.*, & de onere Fideicommiſſi, quòd valdè diminuat rei valorem *Cravet. conſ. 435. num. 17. Randenſ. reſp. 7. n. 2. & ſeqq. lib. 1. Conſtant. ad Statut. Urb. adnotat. 46. n. 117.*, ubi, quòd diminuit
30 valorem in ſexta parte. *Rot. coram Priol. dec. 78. num. 6. & ſeq. & in recent. dec. 264. num. 5. par. 11.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Exhibitioni Scripturæ non eſt locus, non probata ejuſdem exiſtentia, nec ſufficit, quòd in alio Judicio, cum Sententia terminato, reperiatur producta. In materia dividua reſponſio mendax ad aliquas Poſitiones non inducit in falſitatem aliarum. In hoc exhibitionis judicio proponitur praxis non deveniendi ad Juramentum in litem, niſi poſt gravatoriam, & reaggravatoriam, inutiles repertas.

SUMMARIUM.

1 *Exhibitioni locus non eſt, non probata exiſtentia Scripturæ apud exhibere debentem.*

2 *Ex productione, in Judicio aliàs facta, & decreto obtento, reſultat exiſtentia Scripturæ.*

Declara num. ſeq.

3 *Probata exiſtentia Scripturæ de uno tempore, non poteſt inferri ad aliud.*

4 *Quia talis exiſtentia ad effectum, de quo agitur, probari debet de tempore motæ litis, vel paulo ante.*

5 *Nec ſufficit probatio exiſtentiæ per quindecim menſes ante, & multo minùs per quatuor annos,* & n. 6. & 7.

8 *Contraria auctoritas Sacræ Rotæ explicatur procedere, quando concurrunt adminicula pro conſervatione.*

9 *Contra obligatum conſervare, non eſt neceſſe probare exiſtentiam Scripturæ de tempore motæ litis.*

10 *Non dicitur obligatus conſervare creditor vigore Scripturæ, ſi eam in Judicio produxerit, & vi ejuſdem obtinuerit decreta pro crediti conſecutione.*

11 *Nec talis obligatio conſervandi reſultat ex particulari intereſſe illius, qui Scripturam ſemel retinuiſſe probatur, ſed debet probari, vel obligatio conſervandi, per ipſum facta, vel quòd à Lege adſtringatur ad conſervandum.*

12 *Convictus de mendacio in reſponſione ad aliquas Poſitiones, etiam in aliis mendax præſumitur.*

13 *Et talis præſumptionis vigore transfertur in reſpondentem onus probandi veritatem reſponſionum.*

14 *In contrarium ſtant plures Auctoritates, quæ referuntur.*

15 *Declar. dictam regulam procedere tantùm poſſe, quando Poſitiones continent materiam individuam, ſecus verò ſi contineant res, & actus dividuos, & ſeparatos.*

16 *In dividuis pœna non egreditur delictum, nec extenditur ad rem, in qua non fuit commiſſum.*

17 *Probatio, deſumpta ex mendacio reſpondentis ad Poſitiones, ad ſummum dici poteſt præſumptiva.*

18 *Ad effectum exhibitionis requiruntur probationes undequaque plenæ, & concludentes.*

19 *Et præſumptivæ, tamquam inſufficientes, non admittuntur.*

20 *Juramento in litem ad effectum exhibitionis non eſt locus, niſi poſt gravatoriam & reaggravatoriam, Reus in ſua contumacia perſiſtat.*

DECISIO VII.

NOn eſſe locum exhibitioni Scripturæ, de qua agitur, Rota cenſuit, deficiunt enim requiſita, & ſignanter exiſtentia Apocæ penes [illegible], qua non probata,
1 exhibitioni locus non eſt. *Gratian. diſcept. 162. num. 6. Paſcell. annot. 62. n. 1. Rondan. collect. 4. num. 151. & collect. 24. à num. 14. lib. 2. Rot. Marchiæ apud Thomat. dec. 152. num. 7. Rot. Rom. cor. Coccin. dec. 63. num. 1. Cavaler. dec. 542. num. 1. in rec. dec. 257. n. 4. & 5. par. 11. dec. 415. num. 19. part. 13. & in Neapolitana, ſeu Januen. Laudi 19. Junii 1682. §. In diſputatione, in fin., cor. Albergato.*

Non obſtat, quòd exiſtentia probata remaneat ex eo, quòd Franciſcus Apocam controverſam aliàs in Judicio produxerit, ſuper illa calculaverit creditum dotis, & fructuum, ad formam calculi ſuper ea facti, decreta in Judicio obtinuerit, & majorem dotem petitam exegerit, ex qua productione in Judicio facta, aliiſque actibus, ſuper dicta Apoca geſtis, manifeſtè reſultat illius
2 exiſtentia, ex traditis in ſpecie per *Rot. in rec. dec. 69. n. 1. & dec. 111. n. 25. par. 19.*

Quoniam hujuſmodi productio facta fuit de Anno 1689. in Judicio diverſo, & Apoca, producta eodem anno, à Franciſco fuit recuperata, ſicque ab exiſtentia de eo tempore inferri non poteſt ad exiſtentiam de anno 1703., quo fuit mota præſens lis, in ſpecie *Cavaner. conſ. 51. n. 4. & ſub n. 8.*
3 *verſ. tum quia*, ſed præciſè probari debebat, Apocam penes Franciſcum extitiſſe tempore motæ litis, vel paulo ante. *De Luc. de Regal. diſc. 151. n. 5. Paron. de Edit. Inſtrument. tit. 5. reſol. 15.*
4 *n. 16. & 17.*, ubi, quòd non ſufficit probatio exiſtentiæ per quindecim menſes ante. *Urſill. annot. 62. n. 5. & 6. Gratian.*
5 *diſcept. 162. num. 6. Paſcell. annot. 13. num. 14. & annot. 62. num. 3. Rondan. collect. 4. num. 151. lib. 2. Palm. Nep. alleg. 21. num. 14. Rota Lucen. apud Enm alleg. 12. num. 2. & ſeqq. & alleg. 147. n. 16. Rot. Bonon. apud Poſth. dec. 78. num. 1. & 4.*, ubi, quòd non ſufficit exiſtentia
6 quatuor annorum ante litem. *Addent. ad Buratt. dec. 178. num. 11. Rot. cor. Cavaler. dec. 82. num. 3. & dec. 542. num. 1. Coccin. dec. 63. num. 3. Merlin. dec. 111. num. 11. in recen. decſ. 259. num. 6. par. 1.* ubi de exiſtentia quindecim men-
7 ſium ante litem. Et contraria Auctoritas Rotæ in *Faventina Redditionis Rationis ſuper Exhibitione Librorum 17. Martii 1706. §. Alterum, cum ſeqq. cor.*
8 *Caſſarello, nunc impreſſa penes Calderon. poſt reſol. 96. ſub n. 80. & ſeqq.* non obeſt, quia ibi agebatur de præſumenda exiſtentia de tempore motæ litis Librorum, pro quorum conſervatione concurrebant adminicula.

Quidquam non refragante, quòd Franciſcus teneretur Apocam conſervare, ex quo erat Creditor reſidui dotis non exacti, undè ſubinferret concluſio,
9 quòd ſtante obligatione conſervandi Apocam, non ſit neceſſe probare exiſtentiam de tempore motæ litis. *Paron. de Edit. Inſtrument. tit. 5. reſol. 19. n. 7. in fin. De Luc. de Judic. diſcur. 28. n. 5. Rot. cor. Cerr. dec. 243. num. 11. Dunnozet. Jun. dec. 555. n. 3. & 4. poſt Albet. de Inventar. in Judic. dec. 41. n. 34. & 35. in rec. dec. 113. n. 3. & ſeqq. par. 17. & deciſ. 105. n. 2. & ſeqq. par. 18. Romana Primogenituræ de Caſarinis 9. Maji 1701. §. Neque exhibitio, & 3. Februarii 1702. §. Nec refert, coram dell' Olmo, & 14. Aprilis 1704. §. Reſpectu enim, cor. Lancetta, & in dicta Faventina Redditionis rationis ſuper exhibitione Librorum 17. Martii 1706. §. Nec juvat, & ſeqq. coram Caſſarell., hodie impreſſa apud Calderon. d. reſol. 96. num. 81. & ſeqq.* Tum quia neceſſitas conſervandi non benè deſumitur ex eo, quòd Franciſcus eſſet Creditor reſidui dotis ſcutorum 1700. una cum fructibus, quia cum pro illo jam in Judicio egerit, & decreta obtinuerit à Parte acceptata, & executioni demandata mediante ſolutione, id quod ſupererat poterat ſuſcipiendo mandatum in ſequelam dictorum decretorum exigere, abſque eo quòd indigeret aliâ productione Apocæ matrimonialis, quam, ſemel facta productione in Judicio, quæ ſuum habuerat effectum con-
10 ſumatum, non tenebatur Franciſcus ampliùs cuſtodire, benè *Alex. in l. ſi quis ex argentariis 6. §. Prætor ait, ſub*

num.

num.14. verſ. & per hoc patet reſponſio ff. de edend. Caſan. d. conſ.31. n.7.; Tum
etiam quia ad hoc, ut locus ſit actioni
ad exhibendum contra eum, qui tene-
tur conſervare Scripturam, ſatis non
eſt intereſſe particulare, quod ille, qui
probatur ſemel retinuiſſe Scripturam
in ea habet, ſed requiritur, quòd ra-
tione obligationis, ſuper hoc par-
ticulariter factæ, vel ratione offi-
cii, & publicæ utilitatis, à lege ad-
21 ſtringatur ad conſervandum Scriptu-
ras, vel Libros, prout eſt Mercator,
Notarius, Argentarius, vel ſimiles, in
quibus terminis loquuntur omnes Au-
ctoritates, in objectio relatæ.

Minùs obſtat, quòd Franciſcus in
reſponſione ad Poſitiones, plures ex eis
mediante juramento negaverit, in qui-
bus cum fuerit detectus mendax, &
perjurus, talis etiam dici debeat in aliis,
continentibus exiſtentiam penes ſe,
22 & conſervationem Apocæ ſcutorum
1700., ex regula, quòd convictus de
mendacio in reſponſione ad aliquas Po-
ſitiones, mendax quoque præſumatur
in aliis, talíſque præſumptionis vigore
transferri debeat in eum onus proban-
23 di veritatem reſponſionum, aliàs de-
beat ad favorem Actoris condemnari,
juxta Theoricam Caſtrenſ. in conſ.301.
lib.2. quam in noſtris terminis ſequun-
tur Natt. conſ.59. n.16. & ſeqq. Cra-
vett. conſ.181. num.9. verſ. quarto dico.
Voſtr. in Prax. lib.5. cap.14. n.25. Fu-
man. ad Stat. Urb. lib.1. rub.68. n.131.
Pigaut. ad Stat. Ferrar. tom.1. rub.47.
n.69. Gratian. diſcept.109. n.3. & 4. Ca-
pue. in Prax. tom.1. par.2. cap.2. art.3.
num.13. Addon. ad Craſſum de Tortura,
& Iudic. par.1. in Obſervat. ad cap.34.
n.17. & 18. Scopp. ad Gratian. dec.217.
num.1. & ſeqq.

Etenim quidquid ſit de veritate præ-
dictæ Theoricæ, quam, reprobato Ca-
24 ſtrenſ. & Natt., acritèr impugnant An-
dreol. contr.204. num.1. & ſeqq. & per
tot. De Luc. ad Gratian. deciſ. Marchia
217. num.1. & ſeri per tot. Conſtant. ad
Stat. Urb. adnot.8. num.404. & 405.
Rot. Bononien. apud Scopp. deciſ.91. ſub
n.17. verſ. tertium objectum, & pluri-
ſeqq. Illa admitti forſàn poſſet, quando
verſaremur in re individua, & quæ ſe-
parari non poteſt; non verò quando,
ut in caſu noſtro, reſponſiones cadunt
ſuper rebus, & factis dividuis, quorum
25 unum eſt diſconnexum, & ſeparatum
ab alio, in his enim terminis cum
Franciſcus deliquerit ſolùm in Poſitio-
nibus, quas indebitè negavit, in iſtis
ſubintrare poterit pœna, à legibus ſtatu-
ta, non in aliis, in quarum reſponſione
non probatur fuiſſe commiſſum perju-
rium, pœna enim in his, quæ diviſionem
patiuntur, delictum non egreditur, nec
extenditur ad rem, in qua illud non
26 fuit commiſſum, ita in ſpecie diſtinguit
Andreol. d. contr.104. num.1. & ſeqq.
Pigaut. ad Stat. Ferrar. tom.1. rub.47.
n.69. Conſtant. ad Stat. Urb. d. adnot.8.
num.407. Gratian. d. diſcept.109. n.42.
& 43. & dec. Marchia 217. num.14.
& 15. De Luc. ad Eam ſub num.1.
& 2.

Multoque minùs recipi poteſt Theo-
rica præfata, ponderando, quòd pro-
batio deſumpta ex quo negans Poſitio-
nes veras, in cæteris etiam reputari de-
beat mendax, illéque haberi pro con-
27 feſſatus, ad ſummum dici poſſet præſum-
ptive, ut obſervat Andreol. d. contr.104.
num.7. Gratian. d. dec. Marchia 217. n.10.
ibique Scopp. num.5. & De Luc. num.1.
proindeque non ſufficit ad hoc, ut pro-
bata dici poſſit exiſtentia de tempore
motæ litis penes Franciſcum, cum ad
effectum, de quo agitur, requirantur
28 probationes undequaque plenæ, &
concludentes. Palm. Nep. dicta alleg.11.
num.15. Rot. Lucen. ibidem alleg.12. n.4.
Anſald. de Commer. diſc.73. num.4. Rot.
Bononien. apud Poſth. dec.78. num.1. Rot.
noſtra apud Palm. Nep. inter deciſ. Lucenſ.
Diverſor. dec.328. n.64. Rot. Rom. Di-
verſor. dec.141. n.1. par.4. cor. Merlin.
dec.369. n.1. & 3. & dec.709. n.2. Bich.
dec.160. n.11. & in Romana Redditionis
Rationis 4. Martii 1689. §. Primo, cor.
Rondinino, & præſumptivæ, tamquam
29 inſufficientes, non admittantur. Caſan. d.
conſ.31. ſub n.4. Gratian. diſcept. 262.
num.8. Palm. Nep. alleg.11. n.15. Rot.
Lucen. apud Eundem alleg.12. n.4. & ſub
num.8. Rot. noſtra inter deciſ. Lucen. Di-
verſor. Recollect. per Palm. Nep. dec.328.
num.64. Anſald. de Commerc. d. diſc.73.
n.4. Rot. Rom. coram Eodem dec.6. n.5.,
& cor. Merlin. dec.369. n.3. & ſub n.10.
& dec.709. n.2. Bich. dec.160. num.11.

apud Poſth. de Manteni. dec.60. n.2.

Quibus ita conſtitutis non fuit opus diſſerere ſuper modo, & remediis coactivis ad exhibitionem. Ceterùm quando huic locus eſſe debuiſſet, inclinabant Domini pro coactione Franciſci mediante gravatoria, non autem juramento in litem; hujuſmodi enim juramento locus non eſt, niſi poſtquam effecta inutili gravatoria, & reaggravatoria, Reus in ſua contumacia perſiſtit,
20 adeout Actori nulla alia ſpes, nec remedium ſuperſit, quàm juramenti in litem pro eo, quod intereſt ſcripturas non exhiberi, ut articulo ad partes diſcuſſo, plenè firmatum fuit per *Rot. in dicta Romana Primogenitura de Caſarenis ſuper Exhibitione 14. Aprilis 1704. §. Minuſque, & ſeq. coram Lancetta, & in Romana Cambii ſuper Exhibitione 11. Maji 1708. §. finali, coram Priolo.*

Et ita utraque &c.

A R G U M E N T U M.

Donatio, ad Familiæ conſervationem facta, ſub conditione prolis, intra determinatum tempus ſuſcipiendæ, dicto tempore elapſo, & prole deficiente, ipſo Jure reſolvitur.

S U M M A R I U M.

1 *Donatio, facta ſub conditione, intra certum tempus purificanda, puta prolis ſuſcipienda, ea non purificata, reſolvitur, & datur regreſſus Donanti ad bona donata,* & num.17. & 18.

Et iſta conditio refertur tam ad primum, quàm ad ſecundum matrimonium, cum ſolum inſpiciatur, an lapſum ſit tempus præfixum n.2.

2 *Conditio, generaliter, & indefinitè concepta, complectitur omnes caſus, in quibus contingat illam non evenire.*

3 *Dictio* ita tamen, *uti declarativa, & explicativa, determinat omnia præcedentia, & ſic tam primum, quàm ſecundum matrimonium, etiam ſi eſſent capita ſeparata.*

Præcipuè quando ſubſtantialis ratio diverſitatis aſſignari non valet, ibidem.

Et fortiùs ſi adhibitum ſit verbum accaſandoſi, *quod ad primum matrimonium propriè refertur, & ſecundum cum verbo* di nuovo *expreſſum ſit* n.4.

4 *Dictio* di nuovo, *importat actus reiterationem.*

5 *Si conſtet contrahentes loqui voluiſſe de primo matrimonio, terminus, appoſitus reſolutioni donationis, de eo debet intelligi.*

6 *A proprietate verborum, præcipuè in contractibus, recedendum non eſt.*

7 *Donator intelligi debet in una parte Donationis accepiſſe verbum* accaſandoſi *de primo matrimonio, ſicut in eundem ſenſum in cæteris accepit.*

8 *Maximè ſi id etiam ſuadeat diſcretivus modus loquendi.*

9 *Non obſtante quòd verbum* accaſandoſi *ſit magis proximum diſpoſitioni factæ de ſecundo, quàm de primo matrimonio.*

10 *Quia relatio fit ad orationem, quæ magis congruit, non attenta majori, vel minori proximitate.*

11 *De primo etiam matrimonio intelligitur verbum illud, & reſolutio donationis, poſt certum tempus conventa, ſi donatores ad eam devenerunt pro conſervatione, & propagatione Familiæ, qui finis utrique matrimonio communis eſt.*

12 *Nec cauſa finalis poteſt dici matrimonium, & expenſæ, quæ pro illo occurrunt, ſed filiorum procreatio, & matrimonium, conſideratum dumtaxat pro medio ad filios aſſequendos.*

13 *Præcipuè ſi non fuerit conſideratum certum, aut determinatum matrimonium, ſed in genere.*

14 *Et ſi fuerit facta donatio, ut meliùs Donatarius nuberet, & condecentiùs ſe ſubſtentare poſſet.*

15 *Quamvis verba ſint appoſita in proœmio donationis, quia cauſa, quæ de ſui natura eſt impulſiva donationis, non poteſt effici finalis ex eo quòd expreſſa ſit in proœmio.*

16 *Cauſa matrimonii expreſſa in donationibus, in dubio non præſumitur finalis, ſed impulſiva.*

17 *Si in prima donatione reſoluta, voluta fuit reſcriſſio donationis ob non ſuſceptos intra certum tempus filios, ſive ex primo, ſive ex ſecundo matrimonio, de utroque pariter matrimonio loqui voluiſſe Donantes in ſecunda donatione dicendum eſt.*

18 Ve-

18 *Voluntas expreſſa in teſtamento, vel alia diſpoſitione revocata, bene inſervit pro declaranda voluntate dubia in ſecunda.*

19 *Et contraria Auctoritates, in quibus terminis procedant*, & n. 20.

21 *Poſita ſucceſſionis deficientia pro conditione reſolutionis donationis, aequè comprehenditur caſus, tam quo filii non naſcantur, quàm quo nati decedant.*

22 *Donatio facta ſub conditione procreationis filiorum intra certum tempus, tempore elapſo, & filiis non ſuſceptis, reſolvitur, non obſtante quòd coniuges ſint adhuc iuvenes, & apti filios procreare.*

23 *Quando enim aliquid intra certum tempus demandatur, tempore elapſo, & implemento non ſecuto, ipſo jure intrat reſolutio.*

24 *Et contraria, procedunt, ubi dicta conditio fuit indefinitè appoſita, quo caſu non dicitur defecta, donec valet eſſe ſpes prolis ſuſcipienda.*

DECISIO VIII.

AD aſſequendam conſervationem propriæ Familiæ, Domini Stephanus, & Sebaſtianus de Sacchettinis uſque de anno 1691., titulo meræ, liberæ, & irrevocabilis donationis inter vivos, donarunt eorum bona D. Equiti Auguſtino de Sacchettinis alteri fratri, contemplatione matrimonii, ab ipſo contrahendi; utque facilius exoptatus finis haberi poſſet, præfixerunt Donatario terminum duorum annorum ad matrimonium contrahendum, quo non adimpleto, vel non ſecuta à prima, vel ſecunda uxore, ſuſceptione ſobolis maſculinæ intra decennium, voluerunt donationem reſcindi debere, & haberi, ac ſi facta non eſſet.

Defecit in adimplemento primæ conventionis D. Eques Auguſtinus, nulloque intra biennium ab ipſo contracto matrimonio, deventum fuit à dictis Fratribus de anno 1694. ad ſecundam donationem, in qua conceſſo eidem ampliori termino quatuor annorum ad uxorem ducendam, expreſsè ſe declararunt, quòd in caſu, quo ſtatum coniugalem amplecteretur dictus D. Donatarius, & poſt decennium à die contracti matrimonii filios maſculos ſuperſtites non haberet, reſoluta intelligeretur Donatio, & bona reverterentur ad Donantes, ad effectum ut ipſi poſſent matrimonium contrahere, liberoſque ſuſcipere pro conſervatione, & propagatione Familiæ de Sacchettinis. Suſcepta autem uxore in termino, in ſecunda donatione aſſignato, cum dictus D. Auguſtinus ex ea filios non habuerit intra decennium, inſurgit D. Sebaſtianus, unus ex dictis Donantibus, declarari donationem fuiſſe reſolutam, factoque in nos compromiſſo ad formam Statuti, Rota cenſuit eſſe locum reſciſſioni donationis.

Donatio enim facta fuit ſub pacto reſolutivo, & expreſſa conventione reverſionis bonorum, quatenùs intra decennium filios maſculos Donatarius non haberet, unde cum caſus evenerit, dum elapſis jam decem annis, nulli ex matrimonio, ab Equite Auguſtino contracto, ſuperſunt filii, donatio dicitur re-
1 ſoluta, & debet eſſe liberum Donantibus ad bona donata conſequi, & habere regreſſum, ut per *Text. in l.1. in fin. & l.2. §. fin. ff. de donation.* in puncto donationis firmat *Rota coram Celſo deciſ.167. n.8. & in recent. dec.44. num.3. part.17. & inter impreſſas ad ornatum Card. De Luc. de Donation. dec.14. n.3.*

Haud relevante, quòd conditio non exiſtentiæ filiorum intra decennium, fuerit immediatè appoſita poſt ſecundum matrimonium, ſicque tunc ſolùm importare potuiſſet reſolutionem donationis, quando D. Eques Auguſtinus, per obitum primæ uxoris, tranſitum feciſſet ad ſecunda vota, & ab uxore, ſecundo loco ſuſcepta, intra decennium filios non habuiſſet, non verò quando, ut in præſenti, adhuc ſuperſtite prima uxore, lapſum eſt decennium, nullis ſuperſtitibus filiis: Huic enim obiecto reſiſtit littera donationis, cauſa finalis ipſius, & mens expreſſa in præcedenti donatione.

Et ſanè reſiſtit littera donationis, in ea enim poſt factam mentionem, tam primi, quàm ſecundi matrimonii, per verba utrumque complexiva, ſub-

di-

dicitur — *ſalvamente, che accaſandoſi, e non*
» *avendo dentro al termine di anni dieci*
» *prole, e ſucceſſione maſcolina, e vo-*
» *lendo alcuno de' Signori Donatori pigliar*
» *moglie ad effetto di aver prole, e tira-*
» *re avanti la Caſa, allora, & in tal*
» *caſo s'intenda reſoluta la preſente do-*
» *nazione* — ſub his enim verbis, genera-
liter, & indefinitè conceptis, & non
magis referibiliter ad ſecundum, quàm
ad primum matrimonium, utrumque
indiſtinctè complecti debet, cum in
utroque evenire potuiſſet, quòd D. Au-
2 guſtinus donatarius per decennium ſte-
tet in matrimonio, & ex eo filios maſ-
culos ſuperſtites non haberet, ut be-
nè ad rem *Rot. poſt De Lucam de Fidei-
com. dec. 76. num. 1. & ſeqq. dec. 77. num. 4.
& 5. & ſub num. 10. §. Neque obſtat, &
n. 11. & dec. 78. n. 4. & 9.*

Maximè quia hunc mentis concep-
tum explicarunt contrahentes median-
te dictione *ſalvamente che*, hæc enim di-
ctio *ſalvamente che*, latinè *ita tamen*, uti
declarativa, & explicativa, determinat
3 omnia præcedentia, etiam ſi eſſent ca-
pitula ſeparata, quando, prout hic,
congrua, & ſubſtantialis ratio diverſi-
tatis aſſignari non valet. *Rota Bononien.
apud Poſthium dec. 59. num. 137. & n. 144.
& ſeqq. Rota Rom. cor. Baratto dec. 161.
num. 13. & 14. Merlin. deciſ. 897. n. 5.*

Et tertiùs attento rigore, & pro-
pria ſignificatione verborum, juxta
quam verbum *accaſandoſi*, quo uſi fue-
runt Donantes, potiùs convenit primo,
quàm ſecundo matrimonio, illudque
ſemper in aliis partibus donationis ap-
poſitum fuit pro ſignificando primo
matrimonio, ut in §. *E perche la preſente
donazione*, nunquam verò pro ſecundo,
quòd ubi voluerunt exprimere, provi-
dè addiderunt dictionem *di nuovo*,
» ibi — *in detto caſo detto Signor Agoſti-*
» *no debba procurare di nuovo di acca-*
» *ſarſi* — quæ dictio *di nuovo* importat
4 actus reiterationem. *Barboſ. de Diction.
Uſufrequent. dict. 246. num. 3. Rot. Januen.
apud Baldaſ. Dec. & Rer. Judicat. tit. 3.
de Legat. dec. 46. ſub n. 19.*

Proindeque, ſi proprius verborum
ſignificatus, uſus, & conſuetudo con-
trahentium, & diſcretivus modus lo-
quendi, in utroque caſu oſtendunt, ver-
bum *accaſandoſi*, magis propriè ad pri-
mum, quàm ad ſecundum matrimo-
5 nium referri, terminus decennii, appo-
ſitus reſolutioni donationis, utrumque
matrimonium qualificare debet, ita
ſuadente tam proprietate verborum,
à qua præcipuè in contractibus rece-
6 dendum non eſt *l. quicquid adſtringen-
da, ibique Scribent. ff. de verbor. obligat.
l. 3. §. De illo ff. pro ſocio*, cum aliis ple-
na manu congeſtis *per Addent. ad Rot. in
recent. dec. 199. n. 79. & ſeqq. par. 8. Ro-
ta ipſa coram Merlin. dec. 367. num. 89.
& 90.*, quàm uſus loquendi Donatoris,
qui in eum ſenſum, in quo accepit ver-
bum *accaſandoſi* in aliis partibus dona-
7 tionis, in illa, de qua agitur, etiam acce-
piſſe dicendus eſt, *ut ex Theor. Bartol.
in l. fin. ff. de reb. dub. Caſanat. conſ. 15.
num. 6. & conſ. 47. num. 60. Rodomaſc.
conſ. 53. num. 39. Altograd. conſ. 13. n. 31.
lib. 2. Torre Quæſt. Juris tom. 1. tit. 4. de
Legat. quæſt. 6. num. 18. Rota Bononien.
apud Berz. deciſ. 73. num. 14. Rota Ro-
mana coram Emerix Jun. deciſ. 594.
num. 15. & dec. 963. num. 3. Anſald. dec. 50.
num. 17. & in recent. dec. 98. num. 19. par-
te 17.*, & in puncto donationis *Gerard.
Mogul.* inclytæ olim hujus noſtræ Ro-
tæ Auditor, *conſ. 1. num. 102. Epiſcop.
Rocca diſputat. 107. num. 60.* quam de-
mum diſcretivus modus loquendi, à
8 quo validum deſumitur argumentum.
*l. unic. §. fin. C. de caduc. tollend. Hon-
ded. conſ. 91. num. 13. & ſeqq. lib. 1.
Tondut. reſolut. civil. 87. num. 7. Rot.
coram Emerix Jun. dec. 963. num. 6.*

Idque etiam ſi verbum *accaſandoſi*
ſit magis proximum diſpoſitioni factæ
de ſecundo, quàm de primo matrimo-
nio, nam quando magis congruit, ut
relatio fiat, tam ad orationem magis
remotam, quàm ad magis proximam,
9 tunc ad id, quod congruentius eſt, fie-
ri debet, non attenta majori, vel mi-
nori proximitate orationis. *Cephal.
10 conſ. 399. num. 10. Cravett. conſ. 348.
num. 21. Sard. conſ. 431. num. 64. Caſa-
nat. conſ. 36. num. 20. Venturin. conſ. 21.
num. 9. lib. 1. Torre Quæſt. Juris tom. 1.
tit. 4. de Legat. quæſt. 6. num. 4. 35. &
36. Epiſcop. Rocca diſputat. 41. num. 40.
Rota in recent. deciſ. 138. num. 4. part. 3.,
& dec. 129. n. 1., & ſeqq. part. 17.*

Huic interpretationi, deſumptæ à li-
tera donationis, conformis redditur

illa

illa elicita ex cauſa finali, ob quam ad donationem deventum fuit; ita enim unicè fuit, ut Eques Auguſtinus donatarius commodiùs poſſet uxorem ducere ad effectum, ut filios procrearet, quibus mediantibus Familia, & Domus de Sacchettinis conſervaretur, & propagaretur; hic autem finis non aſſequeretur, ſi reſolutio conventa in caſu non exiſtentiæ filiorum intra decennium, ſecundum tantùm, non primum matrimonium reſpiceret, quia data primæ uxoris longiſſima vita, D. Eques Auguſtinus poſt mortem illius non eſſet aptus Filios cum alia uxore procreare, multoque minùs alii Fratres donantes, qui poſt primæ uxoris obitum expectare debuiſſent decennium, præfixum reſolutioni donationis, quatenus intra illud Filios maſculos Auguſtinus ex ſecunda uxore non ſuſcepiſſet, ſicque, ut finis procreationis filiorum, & conſervationis Familiæ haberi poſſit, dicendum eſt, conditionem utrique matrimonio fuiſſe adjectam, nè aliàs inutile remaneat votum conſervandę Familiæ, & eluſoria reddatur diſpoſitio ad hunc effectum, & ob hanc finalem cauſam
11 tam ſedulò facta, contra textum in *l. ſi quando, in princip. ff. de legat. 1., & l. 2. §. Si igitur C. commun. de legat. Sard. conſ. 171. num. 47. Bellon. Jun. conſ. 90. num. 13. & ſeqq. Rota coram Gregor. dec. 338. num. 5. Celſ. dec. 349. num. 11. Otthobon. dec. 73. n. 18.*

Reſponſione non attenta, quòd cauſa finalis donationis fuit matrimonium & recompenſatio expenſarum, onerumque in eo ferendorum: quoniam prima, & principalis cauſa donandi, in intentione Domini Sebaſtiani donatoris, fuit procreatio filiorum pro conſequenda conſervatione Familiæ, & manutentione Domus, quæ cum ſine matrimonio haberi non poſſit, illud proindè à Donante conſideratum, tamquam medium neceſſarium ad aſſequendum finem volitum,
12 non dicitur cauſa finalis, in qua quieverit animus Donatoris, ſed efficiens, & impulſiva. *Covar. Variar. Reſolut. lib. 1. reſolut. 10. num. 2. Rota coram Otthobon. dec. 99. num. 16. & ſeqq. ubi plures refert.*

Potiſſimè, quia donatio prædicta facta non fuit contemplatione alicujus certi, & determinati matrimonii, ſed conſideratum fuit matrimonium in genere, ab Equite Auguſtino contrahen-
13 dum, quo caſu matrimonium nunquam dici cauſam finalem, probant *Alexand. conſ. 7. ex num. 12. lib. 1.* ubi rationes hujus diſtinctionis adducit. *Gratian. diſcept. 297. n. 1. & diſcept. 984. num. 14. ibique De Luca n. 5. §. Aliud dubium. De Marin. reſolut. 338. num. 10. lib. 1. Coccin.* olim hujus noſtræ Rotæ Auditor, *allegat. 75. num. 33. & ſeqq. Molin. de Ritu Nuptiarum lib. 3. cap. 12. numer. 22. Fontanell. de Pact. Nupt. clauſ. 4. gloſ. 1. num. 17. & ſeqq. & num. 35.*, ubi, quòd ita fuit deciſum in Regia Audientia, *& gloſſ. 9. part. 1. num. 31. Michaelor. de Fratrib. part. 1. cap. 20. n. 13. & ſeqq.* ubi rationes adducit. *Rota Lucen. apud Andreol. contr. 166. num. 41. Maſtrill. deciſ. 111. num. 4., & ſeqq. Larrea dec. Granaten. 33. ſub num. 23. Menoch.* hujus diſtinctionis Anteſignanus, *dec. Aragonie 20. num. 11. & ſeqq.* ubi pariter adducit rationes. *Rota Romana coram Merlin. dec. 329. num. 12. in recent. dec. 218 n. 10. part. 6. & dec. 314. num. 6. 8. & ſeqq. part. 13. poſt Conſtant. ad Statut. Urb. dec. 153 n. 11.*

Et præcipuè de donatione facta, ut melius Donatarius nubere, & conde-
14 centiùs ſe ſuſtentare poſſet *Menoch. conſ. 43. num. 8. Gabriel. conſ. 57. num. 9., & ſeqq. & num. 11. lib. 2. Sard. conſ. 361. num. 18 Rota Bononien. apud Baron. dec. 25. ſub num. 82. Rota coram Buratto deciſ. 914. num. 7. & ſeqq. Merlin. d. deciſ. 329. num. 10. & dec. 391. num. 3. in rec. dec. 17. num. 10. & deciſ. 314. num. 7. part. 13.*

Idque procedit etiamſi verba ſupradicta, ut decentiùs nubere poſſet, fuerint appoſita in proœmio donationis, quoniam illa, quæ de ſui natura eſt cauſa impulſiva donationis, non evadit finalis, ex eo quòd in proœmio appo-
15 ſita ſit. *Burſat. conſ. 151. num. 21. Tiraquell. in Tractat. ceſſante cauſa &c. limitat. 1. n. 66.*

Certoque certiùs prædicta locum habere debent, adſtipulante Juris præſumptione, ſecundum quam cauſa matrimonii, in donationibus expreſſa, in dubio finalis non præſumitur, ſed
16 tantum impulſiva. *Oldrad. conſ. 5. n. 1.*

Me-

Moroit. conſ.45. num.8. & 9. Negaſant. Jan. quaſt.501. num.14. Contiol. alleg. 75. num.33. Molin. de Ritu Nuptiar.lib.3. quaſt.12. num.8. Senat. Mantuanus apud Surd. dec.322. num.24. Mota dec. Sicilia 25. num. 1. Rota cor. Merlin. d. dec.229. num.5. & 6. & d. dec.392. n.2.

Et demum hęc omnia comproban-
tur ex expreſſa conventione reſolutio-
nis, in prima donatione anni 1692.
appoſita, caſu quo D. Eques Auguſtinus
non habuiſſet filios ex quacunque uxo-
re, ſive prima, ſive ſecunda, quæ cla-
rè expreſſa voluntas in antecedenti, li-
17 cèt reſoluta donatione, optimè de-
ſervit, & eſt omnino attendenda pro
conjectura deſignante voluntatem do-
nantis etiam in ſecunda; ex teſta-
mento enim, vel alia diſpoſitio-
ne, quamvis revocata, deſumi ad-
18 minicullum pro arguenda diſponen-
tis voluntate, tradunt *Cravett. con-
ſil.113. in fin. Menoch. conſ.434. num.4. Torrett. conſ.1. num.157. lib.2 & conſ.17. num.25. & 31. lib.3. Epiſcop. Rocca diſputat.42. num.44. Caſtill. Controv. lib.5. cap.108 num.18. & ſeqq. Joſeph. Ludovic. concluſ.58. column. alt. verſic.* declara
primo, quòd licèt. *Senatus Cathalaunus apud Fontanell. dec.89. num.7. & ſeqq. Conſilium Matinen. poſt Torre de Primogenit. dec.6. num.14. & 38. tom.3. Rota coram Arguel. dec.11. num.9. in recent. dec.149. num.21 part.16. & inter impreſſas ad ornatum Card. De Luca de Fideicom. dicta dec.76. num.4. d. dec.77. ex num.7. & numer.10. & d. dec 78. num.10.*

Non obſtantibus iis, quæ ex *deciſione Rotæ noſtræ* in oppoſitum dixit *Rot. Senen. in Senen. Immiſſionis 7. Septembris 1708 §. Atque bene, coram Me*, nunc im-
preſſa *dec.45 num.14.* quia ultra quòd
dicta deciſio loquitur ad effectum ſub-
ſtinendi tranſactionem, pro quo ſuffi-
cit oſtendere rem eſſe dubiam urget
reſponſio, quòd contraria procedunt,
vel quando ex eo ſolùm, quòd aliquid
fuit diſpoſitum in primo Teſtamento,
19 vel donatione revocata, argui vellet
fuiſſe etiam diſpoſitum in ſecundo:
non verò quando, prout hic, deduci-
tur ſolùm pro conjectura, & admini-
culo declarativo. Vel quando revo-
catio primę diſpoſitionis facta fuit ex
mutata voluntate diſponentis circa
diſpoſita in ea, non quando, ut in caſu
præſenti, prima donatio reſoluta fuit,
quia Eques Auguſtinus intra biennium
præfixum uxorem non duxit, in his
enim terminis, cum ſecunda donatio fa-
cta fuerit ex alia cauſa, quàm revocandi
20 contenta in prima, voluntas explicata in
prima donatione reſoluta, optimè in-
ſervit pro declaranda ſecunda donatio-
ne in partibus, in quibus involvit dubie-
tatem. *Honded. conſ.78. n.126. lib.2. Mantic. de Conject. lib.4. tit.20. num.4. in fine. Menoch. de Præſumpt. lib.4. præſump. 176. num.9. Colleg. Ferrarien. apud Rimnald. Junior. conſ.114. num.31. Conſilium Matinen. apud Torre de Primogenit. tom.3. dec.6. ſub num.38. Rota noſtra poſt eumdem de Primogenit. dec.1. ſub num.41. Rota Romana poſt De Lucam de Teſtam. dec.11. num.15. & dec.12. n.8. & ſeqq. coram Emerix Jun. deciſ.1101. num.9. & 10.*

Probato ex his, terminum decennii
fuiſſe appoſitum utrique matrimonio,
ad impediendam donationis reſolutio-
nem; obeſſe non valuit, quòd Eques
Auguſtinus aliquos filios ſuſceperit,
quòdque tam ipſe, quàm ejus uxor
ſint in ætate apta ad aliorum procrea-
tionem, prima enim objecti pars ceſ-
ſat ex quo, cum Donantes principali-
tèr conſideraverint ſucceſſionis defe-
ctum, iſte æquè comprehendit caſum,
quo filii non naſcantur, ac ſi nati de-
cedant, quia in utroque verificatur
21 ſucceſſionis deficientia, ſeu non exiſten-
tia. *l.3. §.1. ff. de uſufruct., & quemadmodum caveat, & l. unic. §. Cum triplici C. de rodac. collend. ibique Scribent. Rotæ in recent. dec.12. num.10., & ſeqq. part.10. dec.196. num.15 part.11. & dec.358. n.13 part.15.*

Prout ceſſat etiam ſecunda, quia
cum reſciſſio donationis conventa fue-
rit, quatenus intra decennium Eques
Auguſtinus filios non haberet, dicto
22 tempore elapſo, nullis ſuperſtitibus li-
beris, factus fuit locus reſolutioni do-
nationis. *Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ.6. gloſſ.3. part.4. num.10. Gratian. diſcept 137. ſub num.... ibique De Luca num. paritèr 10. idem Gratian. diſcept. 254. num.13 & 31. Peregrin. de Fideicom. art.2. n.13. & 14.* ex regula,
quòd quando aliquid faciendum, vel
im-

implendum demandatur intra certum determinatum tempus, ſi implementum non ſequatur in tempore determinato, intrat ipſo jure conventa reſolutio. *l. ſi quis major C. de tranſact. Natta conſ. 479. num. 12. Cephal. conſ. 118. num. 9. & ſeqq. & num. 17. Cyriac. controv. 639. n. 23. & 24. Sammar. controv. 165. num. 5. Urceol. de Tranſact. quaeſt. 88. n. 14. & ſeqq. Rot. coram Royas dec. 266. num. 12. in rec. dec. 130. n. 14. & 15. part. 12.*

Et contraria procedunt, quando conditio, ſi matrimonium non contraxerit, vel filios non ſuſceperit, non eſt limitata, nec reſtricta ad certum tempus, ſed indefinitè appoſita, quae numquam purificata dicitur, donec poteſt eſſe ſpes, & poſſibilitas, quòd matrimonium contrahatur, vel filii ſu-
24 ſcipiantur, & in his terminis loquitur *Conſilium Neapolit. apud Franch. dec. 169. num. 14. Rota coram Merlin. d. deciſ. 229. n. 21. & ſeqq. & n. 27. & citata dec. 392. ex num. 18. uſque ad fin.*, & diſtinguit *Peregrin. de Fideicomm. art. 29. num. 9. & ſeqq. & n. 13. & ſeqq.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Immiſſus ex Salviano ad ſe ſatisfaciendum ex fructibus, non tenetur Creditori poſteriori, pecuniam debitam offerenti pro eo à poſſeſſione dimittendo, cautionem praeſtare de reſtituendo, & quando ad id poſſit compelli.

SUMMARIUM.

1 *Salvianiſta non tenetur recipere pecuniam ab offerente, niſi liberè tradatur, & abſque ulla cautione de reſtituendo.*

2 *Maximè ſi liberè poſſideat.*

3 *Quia immiſſus liberè ex Salviano in poſſeſſionem ad effectum ſe ſatisfaciendi ex fructibus, non debet fieri deterioris conditionis per oblationem conditionatam eo, quod eſſet, ſi in poſſeſſione continuaret.*

4 *Sic coactus rem dimittere ex Statuto Retractus, & recipere pretium, non valet arctari ad promiſſionem de reſtituendo pretium.*

5 *Auctoritates in contrarium refelluntur, & declarantur, ut procedant, vel quando Creditor inſtat pro ſubhaſtatione rei, non verò quando à Poſſeſſore, vel poſteriore creditore offertur pecunia: vel in caſu concurſus creditorum: vel quando creditor obtinuit bona debitoris ſub conditione, quòd ſtare debeant loco cautionis de reſtituendo prioribus, & potioribus, vel in aliis caſibus, de quibus* n. 6. 7. 8. & 9.

10 *Quando agitur de haereditate ſuſpecta, & debitis involuta, creditor debet praeſtare cautionem de reſtituendo.*

Decl. num. ſeqq.

11 *Contra, quia quando debitor communis non eſt decoctus, nec efformatus eſt concurſus Creditorum, & creditor ſuccedens in haereditate, vel re particulari, favore alterius obligata, vult Creditorem poſſidentem dimittere, tenetur liberè ſolvere pecuniam.*

12 *Nec ſufficit decoctionis poſſibilitas.*

13 *Creditor poſſidens vigore Salviani, ut ex fructibus ſatisfiat, ſi antequam ſatisfactus ſit, recipiat moleſtias à Creditore anteriori, tenetur praeſtare cautionem de reſtituendo eo, quod recepit poſt dictas moleſtias, & de ratione* n. 14.

15 *Creditor enim immiſſus ex Salviano, debet cavere de reſtituendo creditori poſteriori, pecuniam offerenti, quidquid, ſi in poſſeſſione continuaſſet, percipere non potuiſſet.*

16 *Et hoc modo Creditor immiſſus non locupletatur cum aliena jactura, & beneficium juris offerendi, favore Creditoris poſterioris conceſſum, in ejus odium non retorquetur.*

DECISIO IX.

PRO conſecutione poſſeſſionis domus, ſuper qua Domino Comiti Strozzae conceſſa fuerat immiſſio in Sententia diei 14. Septembris proximè praeteriti, egit iſte adverſus Dominum Marchionem Philippum Squarcialupum, offerendo eidem creditum ſcutorum mille, pro quo ipſi conceſſa fuerat retentio, donec ex fructibus, & penſionibus ſe de illo ſatisfaceret. Verùm quia oblatio non fuit libera, ſed cum conditione, quatenus Dominus Marchio praeſtaret cautionem de reſtituendo, ideò dubitatum fuit, an ipſe

compelli poſſet ad hanc cautionem præſtandam, Cauſaque diſcuſſa, hodie reſolutum fuit non teneri.

Regula enim aſſiſtit Domino Marchioni, quòd nempe Salvianiſta non tenetur recipere ab offerente pecuniam, niſi iſta tradatur libera, & abſque ulla
1 obligatione de reſtituendo, ut tradunt *Arias de Meſa Var. Reſolut. lib.1. cap.16. n.17. & ſeqq. Merlin. de Pignor. lib.4.tit. 1. quaſt.34. num.1. & ſeqq. & num.6. & tit.2. quaſt.82. num.71. Card. De Luc. de Credit. diſc.33 num.16. & diſc 34. n.6. Carol. Ant. de Luca ad Gratian. diſcept. 795. num.2. verſ. quia obtulerunt, & in Obſervat. ad dec. Vincentii de Franch. dec. 427. ſub n.5. verſ. confutatur ex his. Rota cor. Merlin. dec.834. num.8. Duran. dec.421. num.10. Rojas dec.458. n.6. poſt Paciſic. de Salvian. Interdicto deciſ.276. ſub num.1. & num.4. in recent. deciſ.118. num.14. 16. & ſeqq. part.10. & poſt Salgad. Labyrint. Credit. dec.214. n.1. & 2. in ultima impreſſione 1701. & in Cornetana Juris offerendi ſuper prætenſis exceſſu, & attentatis 11. Junii 1703. §. Nec obſtat, & ſeqq. coram Scotto, & 28. Aprilis 1704. §. Quatenus, & ſeqq. & §. Prout pariter, & ſeqq., cor. D. Anſaldo.*

Potiſſimè, quia Dominus Marchio jam actualitèr poſſidet, & qui-
2 dem auctore Prætore, abſque ulla dictæ cautionis obligatione, & ſicut ſi in ſua poſſeſſione continuaret, liberè ab ipſo percipientur fructus, & penſiones domus, & abſque aliqua cautione ſatisfactionem ſui crediti conſequeretur, ita ſi Dominus Comes Stroza vult eum invitum, & reluctantem à poſſeſſione expellere, non poteſt dictam cautionem exigere, cum oblatio non debeat efficere creditorem, cui offertur, deterioris
3 conditionis, illumque obligare ad id, ad quod adſtringi non poteſt, ſi immiſſionem obtineret, vel continuaret in poſſeſſione jam adepta, ut proſequitur in ſpecie *De Luca ad Gratian. d. diſcept. 795. num.2. verſ. quia obtulerant, & ſeq. Rot. poſt Paciſic. de Salviano dicto deciſ.276. num.1. & ſeqq. cor. Durano dicta dec.421. num.10. Rojas citat. deciſ.458. n.7. coram Bichio dec.321. repetita in rec. dec.118. num.17. & ſeqq. par.10. & poſt Salgad. in Labyrint. Creditor. d. dec.214. num.1. & 2. in ultima Veneta impreſſione anni 1701., & in citata Cornetana Juris offerendi, ſuper prætenſis exceſſu, & attentatis 11. Junii 1703. §. Et ratio differentia, cor. Scotto, & 28 Aprilis 1704. §. Eaque, coram Anſaldo.*

Unde ex hac ratione ſimilem cautionem præſtare non tenetur is, qui compellitur vigore Retractus rem reſtituere, cum invitus cogatur pecunias recipere, & bona dimittere, ſicque æquum non eſt, ut ſit in damno, ejuſque conditio fiat deterior, prout accideret, ſi privaretur commodo ſuæ poſſeſſionis,
4 & una ſimul arctaretur ad inveniendum fidejuſſorem, ut in his terminis, cæteris relatis, exemplificant *Arias de Meſa lib.1. Variar. Reſolut. cap.16 ſub num.34. De Luca ad Gratian. d. diſcept.795. num.3. verſ. ideò in ſimili. Rot. poſt Paciſic. de Salvian. dec.119. n.5., repetita dec.176. num.5. poſt Eumdem cor. Bichio d. deciſ. 321. repetita in rec. d. dec.118. num.11. par.10. & in d. Cornetana Juris offerendi 28 April. 1704. §. Idemque procedit, cor. R.P.D. meo Anſaldo.*

Non obſtantibus Auctoritatibus *Paciſic. de Salvian. Interd. inſp.5. cap.1. numer.40. verſ poſſet. Sebaſtian. de Jure offerendi par.1. cap.2. ſect.3. num.11. Borgnin. Cavalcan. dec.3. num.38. part 1.*
5 Quia *Paciſic. de Salviano*, nominatim reprobatur *à Merlin. de Pignor. d. lib.4. quaſt.34. num.1. & ſeq. & num.7. in fin. & à De Luca ad Gratian. d. diſcept.795. ſub n.4. verſ. Caterùm Paciſicus, & ſeq. Sebaſtian.* autem *de Jure offerendi, & Borgnin. Cavalcan.* locis mox relatis, tanquam perperam loquentes, expreſſè rejiciuntur per *Arias de Meſa Variar. Reſolut. lib.1. d. cap.16 n.17. De Lucam ad Franch. dec.427. ſub n.5. verſic. confutatur ex his. Rotam in relata Cornetana Juris offerendi ſuper prætenſis, exceſſu, & attentatis 28 April 1704. §. Verum coram R.P.D. meo Anſaldo*, & ulteriùs
6 *Sebaſtianus* ſe fundat in diſpoſitione *text. in l. Procuratoris 5. §. Tributio, & l. illud 7. in princ. ff. de tribut. act.*, qui loquuntur in actione tributoria, & inter Mercatores, ut explicat *Rot. coram Durano dec.421. n.11 & 13. poſt Paciſic. de Salvian. Interdict. d. dec.276. num.1. in rec. d. dec.118. num.15. par.10. & in*

di-

dicta Cornetana Juris offerendi 28. Aprilis 1704. §. Quatenus, cor. Anſaldo.

Iſtæque, & aliæ ſimiles Auctoritates procedere ſolùm poſſent, vel quando Creditor inſtat ſubhaſtari bona debi-
7 toris, non verò quando ei pecuniæ à poſſeſſore, vel poſteriore Creditore offeruntur, quas invitus vinculatas recipere non tenetur *Arias de Meſa Variar Reſol. lib. 1. d. cap. 16. num. 32. & 34. De Luc. de Credit. d. diſc. 54. num. 12. alter De Luca ad Gratian. d. diſcept. 795. num. 3. verſ. quæ confirmantur. Rota cor. Bichio d. dec. 321. repetita in recent. d. dec. 218. num. 20. & ſeqq. part. 10.*, vel
8 in caſu concurſus Creditorum, ut declarando proſequitur *Merlin. de Pignor. d. lib. 4. quæſt. 34. num. 8. de Luca ad Gratian. d. diſcept. 795. ſub num. 2. verſic. & contrarie procedunt. Rota coram Durano d. dec. 421. num. 13. in recent. citat. dec. 118. num. 15. par. 10. & poſt Salgad. in Labyrint. Credit. d. dec. 224. num. 3. & ſeqq. juxta ultimam Venetam impreſſionem anni 1701. & in d. Cornetana Juris offerendi 11. Junii 1703. §. Non poteſt, & ſeqq. coram Scotto, & 28. Aprilis 1704. coram Anſald.* Vel demum quando Creditor obtinuit bona communis debitoris ſub expreſſa lege, quòd ſtare debeant loco cautionis de reſtituendo prioribus, & potioribus, quo caſu is, qui dimittere vult creditorem poſſidentem, non tenetur exponere pecuniam liberam, ſed ſicut creditor poſſidebat bona affecta vinculo reſtitutionis favore Creditorum
9 anteriorum, ſubjectaque periculo evictionis, ita ſub eodem vinculo recipere debet pretium, quod ſubrogatur loco bonorum poſſeſſorem, ut latè reſpondit *Rota in ſæpe citata Cornetana Juris offerendi ſuper prætenſis exceſſu, & attentatis 11. Junii 1703. §. Nam Dominus, & pluribus ſeqq. coram R. P. D. meo Scotto, & 28. Aprilis 1704. §. Adhuc qualibet, & ſeqq. & §. Quapropter, & ſeqq. coram Anſaldo.*

Minùs obſtat, quòd ubi agitur de hæreditate ſuſpecta, & debitis involu-
10 ta, tunc ſtante hac ſpeciali circumſtantia, locum eſſe dictæ cautioni, dixerit *Merlin. de Pignor. d. lib. 4. tit. 1. q. 34. per tot. De Luca de Credit. d. diſc. 54. numer. 18. & 19.* Quia quotiès communis debitor non eſt decoctus, & eſſormatum non fuit creditorum concurſus ſuper bonis ejuſdem, in quibus terminis loquuntur & procedunt Auctoritates, in objecto allegatæ, ſed creditor ſuccedens in hæreditate, vel aliqua re debitoris, vult illam liberare à nexu, & obligatione, ſuper ea ad favorem alterius conſtituta, illo caſu, ut creditorem dimittere poſſit, eumque à poſſeſ-
11 ſione expellere, neceſſe eſt ut ſolvat pecuniam liberè, & abſque ulla cautione, ut benè firmat idem *Merlin. ubi ſupra d. quæſt. 34. num. 8. & 9. Rot. poſt Pacific. de Salvian. interd. dec. 219. repetita d. dec. 276. ex num. 1. & num. 7. poſt Eundem coram Cerro. dec. 1041. num. 2. & ſeqq. & num. 5. poſt Salgad. in Labyrint. Credit. d. dec. 224. num. 5.*, ubi, quòd non
12 ſufficit ſola poſſibilitas, *in ultima Veneta impreſſione anni 1701.*

Verum tamen eſt, quòd ſi poſſidens vigore Salviani non potuiſſet ſe ſatiſfacere de toto ſuo credito, caſu quo in poſſeſſione permanſiſſet, quia ante-
13 quàm fructus ſufficientes percipere potuiſſet, ſupervenitſſet creditor anterior; tunc pro reſtitutione ejus, quod ex fructibus non percepiſſet creditor immiſſus, propter ſupervenientiam moleſtiarum creditoris anterioris, cautio deberet præſtari, ea ratione, quia licèt creditor retinens pignus, & ex fructibus ſemetipſi ſolvens, non ſubjaceat moleſtiis pro fructibus perceptis, amit-
14 tit tamen ſuum creditum pro rata illa, pro qua adhuc non eſt ſatisfactus, advenientibus moleſtiis creditoris anterioris, & avocatione bonorum, ſicque pro iſta rata cavere tenetur, ut benè conſiderat *Sebeſtian. de Jure offerendi d. part. 2. cap. 2. ſect. 3. ſub num. 11. verſ. qui tamen id intelligunt, cum præſtandam eſſe cautionem*, ubi adducit *Bergam. Cornelium de Uſufruct., & alios.*

Oblatio enim crediti, facta poſſeſſori, non debet eum reddere melioris conditionis, nec operari, ut ipſe ſit in lucro, ſed ſi in aliquibus caſibus non potuiſſet conſequi integralem ſatisfactionem, æquum, & juſtum eſt, ut
15 aliquo ex eis adveniente, ſe obliget reſtituere eam partem pecuniæ, quam ſi in poſſeſſione continuaſſet percipere non potuiſſet; hoc enim modo creditor dimiſſus cum aliena jactura non

In-

locupletatur, & beneficium juris offerendi, favore creditoris poſterioris à
26 lege conceſſum, in ejus odium non retorqueatur, ut benè conſiderant ſupracitatę dec. *Rota in Cornetana Juris offerendi ſuper prætenſis exceſſu, & attentatis* 11. *Junii* 1703. §. *Præterea, coram R.P.D. meo Scotto, &* 28. *Aprilis* 1704. §. *Et ob id proſequendo, & ſeqq. cor. R.P.D. meo Anſaldo.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Executio ſententiæ, condemnantis ad ſummam determinatam, reſervata facultate liquidandi, & deducendi credita in excomputationem, non debet retardari per deductionem creditorum, quæ addenda præſumuntur calculo ſemel facto, & à Partibus approbato, pro quo eſt validiſſima præſumptio, ut omnes partitas deducendas contineat, & in quibus, & in caſibus non poſſint addi calculo partitæ, quæ bonificari prætenduntur, latè.

SUMMARIUM.

1 *Sententia, condemnans ad ſummam determinatam, reſervata facultate deducendi exactiones factas in ejuſdem diminutionem, dicitur liquida, & exequibilis, licèt ſecus ſit, ubi condemnet ad id, quod facto calculo deberi apparebit, vel ad reddendam rationem certæ quantitatis.*

2 *Etiam ſi ſit ſententia Arbitrorum.*

3 *Facto ſemel calculo, in eo omnes partitæ diſpunctæ, & comprehenſæ cenſentur; & ratio ritè, & rectè fuiſſe diſpuncta creditur, donec contrarium probetur.*

4 *Et ſi Partes acquieverint calculo, reſultat confeſſio debiti, & crediti, contenti in eodem calculo.*

5 *Et ad infringendam talem confeſſionem requiruntur probationes urgentiſſimæ, & ſuperlativæ.*

6 *Magiſque ſtandum eſt calculo, approbato per ſententiam, à Partibus non impugnatam, donec de non comprehenſione aliquarum Partitarum concludentèr probetur.*

7 *In calculo conſideratum dici debet, quod non niſi cum dolo, errore, & nimis ſupina oſcitantia à pluribus perſonis, de materia informatis, omiſſum dici poſſet, & quod variare feciſſet totum ſtatum negocii, & creditorem feciſſet evadere debitorem.*

8 *Conſtito præcipuè de diligenti cura intereſſe habentis, deducendi ſummas minores, earumque bonificationem obtinendi.*

9 *Maximè ſi plures in calculo fuerunt bonificatæ partitæ, abſque ulla expreſſione proventientiæ.*

10 *Multiplicitas ſolutionum, & debitorum non præſumitur.*

11 *Et cenſentur conſiderata in calculo, & bonificata cum expenſis factis, de quibus in calculo non fuit datum creditum, & debitum,* & n. 13.

12 *Partita ſemel bonificata, & in creditum poſita, ampliùs calculari non debent.*

14 *Socius, in calculo non conſitentur debitor alicujus ſummæ, ad ejus manus perventæ, non poteſt ejuſdem, alibi tranſmiſſæ, creari creditor.*

15 *Qui debuiſſet creditor creari in calculo, ſi dixiſſet, non præſumitur tacendo voluiſſe jactare ſuum.*

16 *Poſſibilitas, & veriſimilitudo comprehenſionis, ſufficiunt ad præſumendum, Partitas comprehenſas fuiſſe in calculo, maximè contra illum, cui incumbit onus probandi contrarium,* & n. 17.

19 *Exactiones effectuum Societatis, per ſocium factæ, non poſſunt compenſari cum credito, ad eumdem uti tertiam perſonam ſpectante, ex ratione, de qua ibi,* & num. ſeq.

Et quando quis dicatur creditor uti tertius, & non uti ſocius n. 18.

20 *Compenſatio debiti alieni cum credito proprio, non datur, nec è converſo.*

21 *Creditum, & debitum ejuſdem perſonæ, formalitèr diſtincta, non ſunt compenſabilia.*

22 *Unde debitum ex cauſa Societatis, non eſt compenſabile cum credito nomine proprio, & particulari.*

23 *Socius, qui bona ſocialia adminiſtraverit, donec non fuerit reddita ratio, non poteſt dici debitor, nec creditor.*

24 *Quando creditum, & debitum non ſunt liquida, non datur compenſatio.*

25 *Etiam finita Societate, donec non ſint ſaldata computa, non intrat compenſatio.*

26 *Laudum intelligi, & interpretari debet ſecundum Juris diſpoſitionem.*

27 *Facultas, conceſſa à Judice, compenſandi cum debito pecunias perventas ad manus Creditoris ex effectibus ſocietatis,* in-

intelligi non poteſt de exactionibus factis durante Societate, & ante redditas rationes, ſed de exactionibus factis poſt terminatam Societatem.

28 *Ex exactionibus factis terminata Societate, dimitti prius debent creditores, & reſiduum, ſi quod ſupereſt, dividi inter ſocios, vel pro utilibus, vel pro reſtitutione capitalium.*

29 *Executio ſententiæ, condemnantis in certa quantitate, cum reſervatione imputandi credita deducenda, non valet retardari per credita, variis exceptionibus obnoxia.*

30 *Præcipuè ſi ob negligentiam, & culpam Partis, nimium liquidationem differentis, incerta redditur imputatio Partitarum controverſarum.*

DECISIO X.

VSque de anno 1628. DD. Jo: Antonius Invrea, & Octavius Zenochius, contraxerunt Societatem circa duo negocia, conſiſtentia in Proviſione panis pro Exercitu Regis Hiſpaniarum in Statu Mediolani, & in Hoſpitatione militiæ Præſidii Arcis Alexandriæ, in eaque particeps fuit pro medietate dictus D. Jo: Antonius, & pro alia medietate Octavius, qui pro indigentiis ejuſdem plures pecuniarum ſummas nomine proprio ad cambium accepit, eaſque ſucceſſivè cambio dedit rationi, & Societati prædictæ, in qua ſibi etiam in ſocium, ſeu participem aſſumpſit Dominum Joannettinum Marialanum pro duabus quintis partibus.

Terminata de anno 1631. Societate prædicta, ambo Socii, nempè DD. Jo: Antonius Invrea, & Octavius Zenochius, produxerunt die 20. Octobris ejuſdem anni in actis Notarii Cangialangę duos Calculos, in quorum altero adnotata fuerunt omnia debita Societatis, aſcendentia ad ſc. 190815. auri marcarum, & in altero deſcripta fuerunt credita, & effectus, ad dictam Societatem ſpectantes, prędictoſque Calculos ex poſt, nempè die 23. Decembris ſubſequentis, approbavit Joannettinus pro ſuo intereſſe, & pro rata ſuæ participationis, quam habebat.

Stabilito debito, & credito Societatis, D. Jo: Antonius ceſſit Octavio Conſocio omnia jura, ſibi ex cauſa dictarum negociationum competentia; & vice verſa pro dictæ ceſſionis pretio Octavius dedit in ſolutum D. Jo: Antonio aliqua nomina debitorum, & pro reſiduo promiſit ſolvere intra quinquennium ſc.33451. 17. 7. auri marcatum.

Verùm quia in promiſſa ſolutione defecit, D. Jo: Antonius Invrea egit de anno 1636. contra Joannettinum, Octavii debitorem, factoque inter eos, Compromiſſo de anno 1638., fuit promulgatum Laudum, in quo declaratus fuit debitor Joannettinus in ſumma ſc. 25848, pro duabus quintis partibus debiti dictarum negociationum, aſcendentis in nundinis Auguſti anni 1631. ad ſcuta 129143 juxta Calculum, ab Andręa Celle exaratum, hac tamen adjecta reſervatione favore Joannettini, & Vincentii Patris, in ſolidum ab Arbitris condemnati, deducendi ſcilicet à ſumma debita omne, & totum id, quod conſtiterit exactum à Jo: Antonio Invrea, vel ab Octavio ex bonis ſocialibus, ibi -- *Che a conto di eſſi ſi debba accettare, e per conſeguenza da eſſi dedurre, ſiccome ſin d' ora deducono tutto quello, e quanto, che degli effetti delli negozi ſuddetti in eſſi conſterà nell' eſecuzione di queſto Lodo eſſer veramente pervenuto, ò in d. M. Gio. Antonio, ò in d. Ottavio, ò in altri in loro nome, e di loro ordine, e conſenſo* --

In executionem hujus facultatis, Joannettino reſervatæ, obtinuit iſte detrahi à ſuo debito ſc.1904. 8. 2. auri marcarum, pro exactionibus, in majori ſumma factis poſt annum 1631., à Petro Celle non bonificatis, ſed ad evitandam reliquatus ſolutionem, opponentibus hæredibus ejuſdem debitoris, ſibi bonificari debere plures alias exactiones, factas ab Octavio Zenochio ante annum 1631., exorta fuit ſuper hoc puncto controverſia, eaque indeciſa pendente coram Magnificis Auditoribus Rotæ Januenſis, fuit petitum votum noſtri Auditoris, mihique ne-

negocio de more delato, conſulti DD. an controverſæ exactiones, de anno 1619. factæ, ſint in caſu, de quo agitur, bonificandæ, & omnium DD. exquiſitis ſuffragiis, concorditèr Rota reſpondit, *illas non eſſe bonificandas*.

Moti ſumus ad ita reſpondendum ex eo quòd ab Hæredibus Joannettini doctum non fuit, exactiones controverſas non fuiſſe à Perito, & ab Arbitris bonificatas, prout eis incumbit onus plenè, & concludentèr juſtificandi contra Zenochium, & Invream, ab eo cauſam habentem. Cum enim ex Calculo, à Celle exarato, & ex ſententia Arbitrorum conſtet, Zenochium eſſe creditorem, & debitum, pro duabus quintis partibus ſpectans ad Joannettinum, aſcendere ad ſc.15848.12.6., dicitur ſufficientèr probatum creditum ad effectum exequendi contra eundem, non obſtante quòd in Laudo fuerit reſervata facultas debitori deducendi totum id, quod conſtiterit exactum ab Octavio, vel Jo. Antonio Invrea, vel ab aliis eorum nomine, & de eorumdem conſenſu, quia donec probentur exactiones, ſententia dicitur certa, liquida, & exequibilis pro ſumma, & quantitate in ea ſpecificata, licèt ſecus eſſet, ſi Judex, nulla expreſſa quantitate, condemnaſſet ad eam ſummam, quæ facto Calculo deberi conſtabit, vel ad reddendam rationem certæ quantitatis,
2 nam prima iſta ſententia non diceretur liquida, donec non fuerint facta calcula, vel reddita ratio, ut *ex Gloſ. in l. 2. ff. de in diem addict. & ex Theorica Bartol. in l. Judex poſt quam. 55. numer. 6. ff. de re judicat.* tradunt *Soccin. Sen. in l. Pecuniam 36. num. 10. ff. ſi certum pet. Surd. conſ. 38. num. 15. Anchard. in l. 1. tit. 21 lib. 4. Recopil num. 45. Rebuff. de litter obligat. art. 2. gloſ. unic. num. 31. Cancer. Variar. Reſolut. part. 1. cap. 3. num. 69. & ſeqq. & part 3. cap. 17. num. 499 & ſeqq. Scaccia de Appellat. cap. 2. quæſt. 17. limit 9. num. 30.* plenè *Mascard. de Ratiocin. cap. 13. num. 18. 19. Lancellott. de Attent. part 1. cap. 4. limitat. 18 numer. 3. & ſeqq. Tepat. Variar. Sentent. tit. 279. cap. 3. verſic. Inſtrumento ſi fuerit promiſſa certa quantitas. Seraphin. de Privileg. Juram. privileg. 77. num. 8. & 48. Fulvi. de Societat. cap. 31. n. 67. & 71. Galganet. de Condition. & Demonſtrat. part. 2. cap. 1. quæſt. 88. n. 10. Bertazzol. de Clauſulis clauſ. 38 gloſ. 2. num. 1. Cyriac. controv. 180. n. 42. & ſeq. uſque ad num. 48. Andreol. contr. 136. num 4. & ſub num. 5. in fine verſic. & in nostro caſu. Gratian. diſcept. 183 num. 32 uſque De Luc. à num. 9. ad 13. & ad Franceum dec. 292. numer. 4. Urſill ad Afflict. dec. 105. num. 7. Rot. Lauren. apud Carmanum. dec. 2. n. 37.* plenè *Senatus Mantuanus apud Mantic. dec. 66. num. 1. & per tot. & num. 14.* ubi explicat contrarios. *Senatus Luſitanus apud Cabedo deciſ. 62. num. 6. & 7. lib. 1. Sacrum Conciſtorium Regn. Siciliæ apud Giurbam deciſ. 60. numer. 17. & ſeqq. Conſil. Neapolitanum apud* Grammaticum *dec. 58. num. 11. Rot. Januen. apud Carrer. dec. 49. num. 8. & ſeqq. & dec. 83. n. 1. & per tot.* Et in terminis ſententiæ Ar-
2 bitrorum *Soccin. Sen. in l. quibus diebus §. Quidam Titio, in fin. ff. de condit. & demonſtr. Dec. conſ. 618. n. 5. Lancr. conſil. 73 ſub num. 12. Mascar. de Ratiocin. d. cap. 33. num. 19. Seraphin. de Juram. d. privil. 77. num. 48. Senat. Mantuan. apud Mantic. d. dec 66. num. 8.*

Non obſtante, quòd heredes Joannettini jam docuerint de pluribus exactionibus, factis ab Octavio uſque de anno 1629. quia reſervatio facta in Laudo, intelligi non poteſt de dd. exactionibus, de anno 1629. factis cum Andreas Celle Peritus, ad hunc effectum, electus partitas debiti, & crediti, ad utramque negociationem ſpectantes, uſque ad annum 1631. diligentèr calculaverit, & detrahendo plures partitas, in præcedenti Calculo deſcriptas, creditum Zenochii contra Societatem ad ſola ſc. 129143. 2 8. auri marcarum reduxerit, & pro quinta parte, ad Joannettinum ſpectante, illum debitum firmaverit in ſc. 15848. 12. 6., hinc inſurgit præſumptio, quòd omnes exactiones factæ ante d. annum 1631., in præfato Calculo, & ſolidatione fuerint bonificatæ, rationes enim ſemel calculatæ, ritè, & rectè diſpunctæ cenſentur, donec rem alitèr ſe ha-
3 bere fuerit probatum. *Mascar. de Ratiocin. cap. 41. n. 18. Rot. Lauren. apud Conſol. dec. 60. n. 2. Rot. Rom. coram Pamphil. dec. 161. n. 10., & antiquis coram*

Du-

Duran. dec.319. n.10., & in recent. dec. 188. n.6. part.9. & dec.128. n.3. part.10. & poſt Conſtantin. ad Statut. Urbis dec. 101. n.5.

Potiſſimè quia Andreas Celle fuit de conſenſu Partium electus, & ipſius Calculus non impugnatus, ex quo reſultat quædam ſociorum acquieſcentium confeſſio ſuper veritate debiti, & crediti, & ſolidationis, in Calculo contentæ.
4 *De Angel. de Confeſſ. tom.1. lib.2. quæſt 74. num.1. Rot. poſt Manen. de Recogn. dec.6. n.5. coram Merlin. deciſ.26. num.8. Bich. dec.177. num.1. Ottobon. dec. 152. num.7. & dec.169. num.7. & 8.* Taliquе confeſſione attenta, eo magis hæredes Joannettini gravantur onere concludentiſſimæ probationis ſuper non ſecuta bonificatione dictarum exactionum ad infringendam propriam confeſſionem, contra quam urgentiſſimæ, & ſuperlativæ requiruntur juſtificationes, ut proſequitur
5 *Rota coram Duran. d. dec.319. num.19. & 22. & poſt Conſtantin. ad Statut. Urbis citata dec. 101. n.6.*

Superventa præſertim abſque Partium reclamatione ſententia Arbitrorum, debitum Joannettini in ſupradicta ſumma canonizzante, & ſupradictum Calculum approbante, quæ ſententia, à Partibus non impugnata, fortiùs operatur, ut Calculo prædicto ſtandum ſit, donec contrarium pro non comprehenſione controverſarum exactionum
6 concludentèr probetur. *De Angel. de Confeſſ. tom.1. lib.2. d. quæſt.74 num.6. Rot coram Ottobon. deciſ.126. num.13. & ſeqq. & in recent. deciſ.184. num.2. part.2.*

Eoque magis incaleſcit pondus hujus validiſſimæ præſumptionis, deſumptæ ex prædicto Calculo, ſi ponderetur, ut fas eſt, quòd exactiones, quas hodie hæredes Joannettini bonificari prætendunt, non ſunt exiguæ quantitatis, ſed aſcendunt ad ſc. . . . . . & longè latèque ſuperant creditum ſc.12943. 2. 8. Eſt autem omnino inveriſimile, quòd Peritus, qui omnia credita, & debita utriuſque negociationis calculare profeſſus eſt, omiſerit partitam exactionum relevantiſſimam, quæ totum ſtatum Calculi variare faciebat, cum ea hodie bonificata, Zenochius evadat debitor Societatis, eaque in Calculo non poſita, remaneat creditor dd. ſc. 12943. 2. 8. Quodque plus urget, error Periti fuiſſet confirmatus ab Arbitris, qui Calculum approbarunt, ab Octavio, qui ſciens controverſas exactiones, illas doloſe occultare voluiſſe dicendum eſſet, & ab ipſomet Joannettino, qui optimè paritèr conſcius dd. exactionum, paſſus fuit ſe condemnari in ſumma ſc. 25848. 12. 6., abſque eo quòd in his diſputationibus, & diſcuſſione partitarum, unquam ab ipſo excitata fuerit prætentio bonificationis dd. exactionum, cum quibus totum debitum extinguere, & ſolidare potuiſſet. Quæ omnia fortiſſimum præbent argumentum, quòd exactio-
7 nes prædictæ fuerint in Calculo, prout juris erat, conſideratæ, ad evitandam repugnantiam, & præſumptionem doli, erroris, & ſupinæ oſcitantiæ in tot perſonis, optimè de materia informatis, ut tradunt *Menoch. conſ.1207. num.7 & 8. & ſub num.11. verſic.5. urget magis. Rota coram Duran. d. dec.319. n.6. 13. & ſeqq. Coccin. dec.715 num.14. Emer. Sen. dec.152. n.3. & 5.*

Creſcitque in immenſum vis hujus noſtri aſſumpti, reflectendo, quòd poſt exhibitum Periti Calculum, & emanatum Laudum Arbitrorum, Joannettinus inſtetit à ſuo debito detrahi partitam ſc.1904., vigore reſervationis, contentæ in Laudo, pro exactionibus factis in majori ſumma poſt annum 1631., & pro reſiduo paſſus eſt contra ipſum relaxari Mandatum, cujus ſumma fuit ſucceſſivè aucta mediante declaratione, facta in alio Laudo, ſubſequentèr lato; ac proindè, ſicut fuit diligens inveſtigando, & reperiendo exactiones factas poſt annum 1631., & pro rata ad ſe ſpectante bonificationem ab Judice obtinendi, ita, & multo magis illam obtinere curaſſet pro controverſis exactionibus longè majoribus, & de per ſe ſolis ſufficientibus pro extinctione totius debiti. Hæc autem obſervantia, & diſcretiva, eo validiùs oſtendit ipſummet debitorem recognoviſſe exactiones, de quibus agitur, fuiſ-
8 ſe jam bonificatas, aliàs illas deduxiſſet, nec pro reſiduo debiti Mandatum relaxari, multoque minùs debitum

bitum augeri permiſiſſet, ex notatis
in terminis comprehenſionis partitæ in ſolidatione, vel contractu, per
*Menoch. d. conſ. 1207. numer. 13. verſ.
ſexto omnem, & ſeqq. Rot. cor. Pamphil.
dec. 27. n. 10. & dec 646. num. 5. Duran.
d. dec. 319. n. 7. & 8. Peutinger. dec 429.
num. 7. poſt Conſtantin. ad Statut. Urb.
citata dec. 101. n. 11. & ſub n. 18. verſic.
& præſens, & ſeq.*

Hæc, quæ de per ſe ſatis clara ſunt,
adhuc clariora redduntur ex alia facti
circumſtantia, reſultante ex quo in Calculo plures poſitę fuerunt exactiones,
factę ante annum 1631. pro diminuendo Credito Zenochii, excedentes ſummam ſc. 200000., abſque ulla expreſſio-
9 ne provenientię illarum, & poſitę
etiam fuerunt expenſę, factę pro ſervitio Societatis in genere, & in ſumma
indefinita, abſque particulari illarum
ſpecificatione. unde veriſimile eſt, vel
quòd in dicta ſumma ſc. bis centum
mille incluſę fuerint etiam exactiones,
de quibus agitur, & ob id Peritus illas particularitèr non bonificavit, Arbitri indiſtinctè Calculum approbarunt, & Joannettinum debitorem ad
formam Calculi in ſumma ſc 35848.
declararunt, Partesque Calculo, &
Laudo acquieverunt, aſſiſtente ad id
etiam regula, quòd multiplicitas ſolu-
10 tionum, & debitorum, non præſumitur, ut in puncto ad effectum comprehendendi partitam in ſolidatione
jam facta *Rot. Lucen. apud Cornauan.
dec. 7. num. 7. & ſeqq. & deciſ. 119. n. 4.
& ſeqq. Rot. Rom. coram Pamphil. dec. 27.
num. 2. & d. dec. 646. n. 5.*

Vel quòd controverſę exactiones
compenſatę fuerint cum expenſis, uſ-
11 que tunc factis pro Societate, & ex
hac ratione non fuerint poſitæ in debito Zenochii, tanquam jam compenſatę,
& bonificatę cum expenſis Partitę
enim ſemel bonificatę, & in creditum
poſitę, amplius calculari non debent,
12 ut in puncto pro deneganda bonificatione petita vigore reſervationis factę
in ſententia *Rot. Lucen. apud Merlin.
deciſ. 92. num. 2. verſic. Ac etiam quia.*

Præcipuè quia in eodem Calculo
legitur, Zenochium tranſmiſiſſe Joannettino, Alexandriæ commoranti, pro
indigentiis Societatis, ſc. 890339., nec
iſtę ſummę ponuntur à Perito ad ejuſdem Zenochii creditum Quod alia ratione factum dici non poteſt, quàm
ex quo Peritus noluerit creare creditorem Zenochium pro dicta ſumma ſc.
890339., Alexandriam tranſmiſſa, quia
illa erogata fuerant in expenſis ibi neceſſariis, & ſicut in Calculo non fuit con-
13 ſtitutus debitor illarum pecuniarum, ad
ejus manus perventarum, ita nec creari
poterat creditor d. ſummæ, Joannettino
tranſmiſſæ Alioquin ſi ipſi eſſet dandum debitum exactionum controver-
14 ſarum, conſtituendus etiam eſſet creditor præfatæ ſummæ, Alexandriam
tranſmiſſæ, eidemque non bonificatæ
in calculo, nè aliàs Societas cum jactura ſocii locupletetur, ut in propria
materia, de qua agitur, obſervat *Newman. conſ. 96. n. 14. Menoch. d. conſ. 1207.
ſub n. 16* & Zenochius non opponendo,
quòd ei poneretur in creditum pecuniæ, Alexandriam tranſmiſſæ, dicendum ſit, voluiſſe jactare ſuum, ut per
15 *textum in l. cum de indebito 25. ff. de
probation.* proſequitur *Newman. d. conſ.
96. n. 15. Menoch. citat. conſ. 1207. ſub
n. 13. Rot. coram Duran. d. dec. 319. n. 13.
Cerrin. d. dec. 725. n. 14.*

Nec contra prædicta quidquam urget, quòd in calculo Cellę, controverſæ exactiones deſcriptæ non reperiantur. quia ex hoc non infertur, illas
non fuiſſe à Perito conſideratas, &
bonificatas, nam cum in d. calculo fuerint poſitæ exactiones, excedentes ſummam ſcutorum biſcentum mille abſque
expreſſione provenientiæ, & fuerint
etiam poſitæ plures expenſę, de quibus
non fuit Zenochius conſtitutus creditor, & poſſibile, immò veriſimile ſit, exactiones, de quibus agitur, fuiſſe incluſas
in d. ſummę ſcutorum 200. mille,
vel fuiſſe tacitè compenſatas cum expenſis, à Zenochio factis, hæc ſola poſſibilitas, & veriſimilitudo
ſufficit ad præſumendam illarum
comprehenſionem, maximè contra
16 hæredes Joannettini, quibus incumbit onus probandi, exactiones
prædictas in calculo, & ſolidatione
comprehendi non potuiſſe, ut de poſ-
17 ſibilitate ad effectum probandi comprehenſionem *Rota Lucen. apud Cornatan. d. dec. 7. n. 4. & ſeqq. Rot. Romana*

poſt

poſt Conſtantin. ad Statut. Urbis cit. deciſ.102. num.32. & de veriſimilitudine *Menoch. d. conſ. 1207 ſub n.13. verſ. & ſubjungit. Rot. coram Cerrin. cit. deciſ.715. n.4. & ſeqq. & num.14. & ſeqq. aliiſque ſuperius citatis.*

Cæterùm dato etiam per hypotheſim, quòd in Calculo Andreæ Cellæ, controverſæ exactiones non fuiſſent bonificatæ, adhuc cum ſolidatio Computorum inter Octavium Zenochium, & Joannettinum, in qua iſte fuit declaratus debitor dd. ſc.23848, non proveniat ex cauſa redditionis rationis, ab Octavio factæ, tanquam uno ex ſociis, Adminiſtratoribus Societatis, ſed dicta ſolidatio reſpiciat creditum, quod Octavius habebat uti tertius contra rationem prædictam, ut patet, tam ex quo Peritus Cellæ Calculum efformavit cum inſcriptione *Conto d'Ottavio come eſtraneo*, quàm ex quo Octavius
18 in eodem Calculo creatur creditor pro qualibet feria fructuum pecuniarum, quas ipſe uti tertius ad cambium dederat Societati, quàm etiam ex quo Calculum prædictum contineret computa, quæ tanquam tertius Octavius habebat cum ratione, non tanquam ſocius, deponunt plures Mercatores Scripturales, hinc eruitur, quòd debitum Octavii, proveniens ab exactionibus effectuum Societatis, ab ipſo uti ſocio de anno 1629. factis,
19 non poſſit compenſari cum credito, ad eumdem, uti tertiam perſonam ſpectante, ea ratione quia ſicut non datur compenſatio debiti alieni cum credito
20 proprio, nec è converſo. *l.1. & 2. & l. in rem ſuam ff. de compenſation. l. ejus C. eodem. Altograd. conſ.59. num.30. lib. 1. De Luc. de Credit. diſc.47. num.5 Salgad. Labyrint. Credit. part.3 cap.6 §.Unico, num.17. & 19. De Luc. ad Gratian. diſcept.948. num.1. & ſeqq. & ſub num.7. Rot. coram Gregor. dec.366. num.2. ibique Adden. num.7. in recent. dec.427. n.10. part.19.*

Ita nec dari poterit, quando creditum, & debitum eſt in eadem perſona, quæ tamen formalitèr ſit duplex
21 & diverſa, nam tunc debitum, quod illa habet ex cauſa Societatis, non eſt
22 compenſabile cum credito eidem ſpectante nomine particulari, & proprio. *Berſat. conſ.106. ſub num.2. verſ. De Credito enim. Altograd. d. conſ.59. n.19. & ſeqq. lib.1. Palm. Nep. allegat.287. num.17. Gratian. diſcept.948. num.3. ibique De Luc. num.4 Salgad. Labyrint. Credit. d. part.3. cap.6. §. Unico, num.19. De Luc. de Credit. d. diſc.47. num.5. 7. & 8. & ſeqq. Altimar. de Nullit. Contract. tom.4. rub.1. part.2. quæſt.25. num.165. & tom.7. rub.1. part.5. quæſt.45. num.7. Gutierrez de Compenſat. lib.1. quæſt 30. num. 16. Berſan. eodem Tract. cap.3. quæſt.13. num.24. Rot. Januen. de Mercat. dec.26. num.30. Rot. Rom. coram Cavaler. dec.38. num.4. 5. Dunozet. Sen. dec 238. num.5. in recen. dec.29. num.24. part.9. dec.427. num.10. & 11 part.19. & in Bononien. Pecuniaria 14. Decembris 1699. §. Maleaque, coram Eminentiſſimo Domino meo Cardinali Caprara.*

Eoque magis quia debitum, quod prætenditur reſultare ab exactionibus effectuum Socialium, factis ab Octavio durante Societate, & ſic uſque ad an-
23 num 1631., non eſt clarum, & liquidum, ſed potiùs turbidum, immò omnino incertum. Cum enim Octavius, tanquam unus ex Sociis bona ſocialia adminiſtraverit, donec non fuerit reddita ratio, non poteſt dici debitor, nec creditor. *Altimar. de Nullit. Contract. tom.4. rub.1. part.2. quæſt.25. num.137. & num.251. Rot. Januen. apud Belmont. dec.52. num.4. Rot. Rom. coram Dunozet. Senior. citata dec.238. n.7. Bich. deciſ.226. n.1.*; & conſequentèr hoc medio tempore, ex quo debitum
24 ipſius non eſt certum, & liquidum, compenſationi locus non eſt. *l. final. C. de compenſat. Alexand. conſ.93. n.1. lib.4. Surd. dec.184. num.6. Rot. coram Bich. dec.23. num.19. & ſeqq. Emerix Sen. dec.64. num.6. & 7. Emerix Jun. dec.155. num.6. & dec.511. n.8. in rec. dec.255. num.35. & ſeqq. part.9.* non obſtante quòd ſit terminata Societas, quia uſque dum non appareant ſolidata computa, nunquam intrat com-
25 penſatio. *Berſan. de Compenſat. cap.3. quæſt.9. num.8. Altimar. de Nullit. contract. tom.4. rub.1. part.2. quæſt.25. num.147. & num.160. Rot. coram Seraph. dec. 1214. ſub num.1. verſic. Et hoc dixerunt locum etiam habere, finita Societate.*

Aa a At-

Atque hinc non obſtat, quòd in Laudo anni 1638. reſervata fuerit Joannettino facultas contraponendi debito dd. ſc.25848. totum id, quod ex effectibus Negociationum prædictarum conſtiterit ad Octavii manus perveniſſe. Quia cum Laudum intelligi, & interpretari debeat ſecundum Juris diſ-
26 poſitionem *Cyriac. controv.350. num.17. Surd. dec.93. num.26. Rot. coram Coccin. dec. 1142. num.6. & ſeqq. in recent. dec.69. num.9. part.18.* ſequitur, quòd facultas
27 compenſandi cum debito pecunias, perventas ad manus Creditoris ex effectibus Societatis, intelligi non poſſit de exactionibus factis durante Societate & ante redditam rationem, nam cum dari poſſit caſus, quòd illæ omnes fuerint erogatæ ab Octavio in expenſis, & indigentiis Societatis, donec id mediante redditione rationis clarificetur, non poteſt dici, ipſum retinere in ma-
28 nibus pecunias Societatis, cum ſuo credito compenſabiles, ſed non ſic eſt in exactionibus, factis poſt terminatam Societatem, quæ cum dicantur bona ſocialia, in eſſe exiſtentia, ex eis priùs dimitti debent creditores, & reſiduum, ſi quod adeſt, dividi inter ſocios, pro utilibus, vel pro reſtitutione Capitalium. *Altimar. de Nullit. Contract. tom.4. rub.1. part.2. quæſt.15. num.613. & ſeqq. Senat. Cathalan. apud Fontanell. de Pact. nuptial. clauſ.4. gloſ.9. part.2. num.63. in fin. Magon. deciſ. Lucen. 1. num.13. & 17. Rot coram Bich. d. deciſ.126. num.2.*

Ex quibus liquido conſtat, exactiones, de quibus agitur, vel fuiſſe bonificatas Joannettino, ejuſque hæredibus, vel non eſſe cum credito Zenochi compenſabiles, & tamen quatenus etiam res foret aliquo modo dubia, in hac dubietate retardari non poſſet executio Laudi, in certa quantitate Joannettinum condemnantis, ex eo quòd in eo fuerit declaratum, imputari debere in creditum ſc.25848. exactiones ab Octavio factas, cum talis reſervatio intelligi debeat de exactionibus, nullam exceptionem admittentibus, ſecus ſi illæ aliquam exceptionem patiantur, &
29 diſcuſſione indigeant, ut in ſpecie ſententiæ, condemnantis in certa ſumma, cum reſervatione, condemnationem modificante *Cephal. conſ.769. num.5. Cancer. var. reſolut. part.2. cap.3. n.72. & part.3. cap.17. num.499. ſeqq. Niger de Exception. cap.1. §.2. num.11. Sacrum Conſiſtorium Regn. Siciliæ apud Giurb. d. deciſ. Sicil.60. num.17. & ſeqq. & num.23. & apud Milanenſ. deciſ. Sicil. 10. num.72. lib.1. Senat. Cathalan. apud Peguer. deciſ. Cathalan. 181. num.4. & ſeqq.*

Maximè poſt lapſum adeo diuturni temporis, dum ab anno 1638., quo fuit promulgatum Laudum, uſque ad præſens, nec Joannettinus, nec ejus hæredes, pro extenuatione debiti, in d. Laudo canonizzati, curarunt obtinere à Judice declarationem imputationis controverſarum exactionum, ſicque ſi ob eorum negligentiam, & culpam, hodie incerta redditur prætenſa imputatio, non eſt retardanda executio Laudi, aliàs culpa debitoris in non liquidan-
30 do ſuas prætenſiones, ſibi opitularetur, & impediret nè ſolveret reliquatum, ut proſequitur in ſpecie *Cephal. d. conſ.769. num.7.* benè *Giurb. d. deciſ. Sicil. 60. ſub n.17. 18. & 33.*

Et ita, omnibus Dominis ſuffragantibus, reſponſum fuit.

ARGUMENTUM.

Deſcendentia, & Legitimitas ex quibus comprobatur.

SUMMARIUM.

1 *Identitas perſonæ non excluditur ex quo duplex habens nomen, nunc nomine ſimplici, nunc compoſito nuncupetur.*

2 *Quia retinens duplex nomen, æquè valet uno, ac altero denominari.*

3 *Concordantia nominis Patris, & Avi, loci originis, habitationis, & exercitii, exuberant ad probandam perſonæ identitatem.*


4 *Filiatio, ſeu deſcendentia, rectè probatur ex patris teſtamento, ubi aliquem filium vocavit.*

5 *Nec non in Civitate Florentiæ ex Fidibus Decimarum, concurrentibus adminiculis.*

6 *Diviſiones, confeſſiones, & aſſertiones Conjunctorum, in actibus proportionatis*

ferè

ſeriò emiſſę, probant deſcendentiam.
7 *Præcipuè ſi proveniant à conjunctis ſatis proximis, qui non præſumuntur jura proximitatis ignorare.*
8 *Deſcendentia probatur ex pluribus ſimul junctis, quamvis illa, ut ſingula, non probarent.*
9 *Et ſufficiunt duæ demonſtrationes.*
10 *Denominatio, quòd Joſeph E. G. ſit filius Henrici, non concludit ipſum non eſſe filium E. G. Franciſci, ſi hoc probatur aliundè, & probetur plures adfuiſſe eodem tempore, cum eodem nomine Joſephi.*
11 *Nec confeſſio Procuratoris in hac materia nocet Principali.*
12 *Maximè in committendo.*
13 *Et fortiùs ſi emanaverit in diverſo Judicio ab eo, in quo prætenditur præjudicium inferre.*
14 *Et ſi emanaverit ſuper re, quæ non ſit in confitentis poteſtate.*
15 *Et detegatur erronea.*
16 *Perſonarum, filiorumque pluralitas non præſumitur.*
17 *Identitas perſonæ non probatur juſtificationibus, loquentibus de Familia ſimplici, quando talis perſona eſt de Familia, habente cognomen cum adjuncto.*
18 *Sed hoc non procedit ſi per longam annorum ſeriem, perſonæ Familię ſimplicis concordent cum perſonis, habentibus cognomen cum adjuncto, cum nominibus Genitorum, Fratrum, cum locis originis, domicilii, & qualitatibus perſonarum.*
19 *Conſtito ex pluribus demonſtrationibus de identitate perſonæ, ea non tollitur ex uſu promiſcuo Cognominis, nunc cum adjuncto, & nunc ſine illo.*
20 *Immò nec tollitur ex diverſitate.*
21 *Receptus in conſobrinum à filiis fratris, ſicut ab eodem ſtipite deſcendit, ita, & de eadem Familia dici debet.*
22 *Probatur paritèr filiatio, & deſcendentia ex fide Baptiſmatis, notorietate, & publica voce, & fama.*
23 *Legitimitas abundè comprobatur ex diviſionibus cum filiis, indubitatè legitimis, factis pro æquali.*
24 *Filius naturalis, deficiente legitima prole, duas tantum uncias habere poteſt, quibus etiam caret, illa exiſtente.*
25 *Matrimonium probatur ex obligatione filiorum reſtituendi dotem eorum Matri.*
26 *Probatur quoque ex fide matrimonii.*
27 *Stantibus probationibus pro matrimonio, legitimitas probata dicitur.*



DECISIO XI.

PErpetuæ durationi Familiæ, & Agnationis ſuæ, ſedulò incumbens Jacobus de Prævidonibus, uſque de Anno 1673. univerſalem ſibi ſcripſit hæredem Joſephum filium, cui Filios, & deſcendentes maſculos ex maſculo in infinitum ſubſtituit, qualitate maſculina pluries, plurieſque in omnibus Teſtamenti partibus repetita, iſtorumque maſculorum ultimo, abſque maſculina ſobole extremum diem claudenti, filias fęminas eorundem maſculorum priùs, & ſubſidiariè propriam, nomine Eliſabeth, ſingularum vita durante tantùm, ad ſucceſſionem invitavit ſubſtitutis verò omnibus deficientibus, Joannem Petrum Prævidonum fratrem ſuum, cum tota ejus deſcendentia maſculina, in perpetuum vocavit; quorum ultimo filias fęminas immediatas, iſtiſque non exiſtentibus, maſculos ex maſculo, earumdem in infinitum ſucceſſores fecit; iſtiſque proximiorem agnatum, de uno in alium uſque ad ultimum; poſtremo autem Juvenem, ſorte extrahendum, omneſque ejus deſcendentes maſculos ex maſculo, & ſemper ac linea maſculina iſtorum deficeret, alium extrahi debere voluit in perpetuum, adeoût aſſumpto per omnes vocatos, extra agnationem exiſtentes, Cognomine, & Armis Teſtatoris abſque mixtura, ejus agnatio non antea finem haberet, quàm terreſtris hujus globi machina diſſolveretur.

Verùm quia variabilis rerum humanarum conditio mutationem ſuam in noſtra etiam conſilia diffundit: hinc paucis elapſis annis, Joſepho Religionem Cappuccinorum ingreſſo, totaque ejus linea, & deſcendentia vocata jam extincta, Jacobus operę pre-

tium

tium duxit novam exarare diſpoſitionem, in qua pro ſuæ Agnationis perpetuitate ſibi plus æquo blandiens, Joannem Petrum fratrem primo loco, deindè Didacum alterum fratrem, & ſucceſſivè Agnatum proximiorem de uno in alium uſque ad ultimum, cum tota deſcendentia maſculina per maſculos uniuſcujuſque ex vocatis, in infinitum ſuccedere juſſit, iſtiſque omnibus extinctis, Juvenes ſorte extrahendos, repetita circa eos, eorumque deſcendentes maſculos, perpetuitate, & qualitatibus, in primo Teſtamento volitis.

Mortuo deindè Teſtatore, & una ſimul extincta deſcendentia maſculina, ac agnatione Joannis Petri, & Didaci, factoque caſu vocationis proximioris agnati, grave exarſit diſſidium inter Joannem Franciſcum Prævidonum, & Carolum, ſuper majori cujuſque proximitate, & Eliſabeth Jacobi filiam, ſuccedere prætendentem, ob non probatam à prædictis conjunctionem cum Teſtatore, ob inefficaciam, & nullitatem ſecundi Teſtamenti, & ob incurſam à Carolo caducitatem. Cauſaque favore ejuſdem Caroli per ſententiam, & tranſactionem terminata, contra illam de nullitate oppoſuit Eliſabeth, ob non ſolutam Gabellam, & voti compos effecta in hac parte, ſimulque recognito, bonum jus aſſiſtere Carolo in meritis, ſuper prædictis favore ejuſdem pronunciavimus.

Deſcendentia enim Caroli à Franciſco de Prævidonibus, à quo provenit etiam Jacobus fideicommittens, remanet probata, ex quo Franciſcus communis ſtipes, tres ſuſcepit filios, Joannem Petrum, Baptiſtam, & Joſephum, id enim convincit Inſtrumentum diviſionis Anni 1565., in quo ipſi tamquam fratres, & filii, ac hæredes Franciſci Patris, bona paterna inter ſe pro æquali diviſerunt, ibi — *Idcirco Baptiſta filius quondam, & hæres pro tertia parte Franciſci Careſſi de Prævidonibus, habitantis loci Cremonæ, Joannes Petrus filius quondam, & hæres pro una tertia parte dicti Franciſci Careſſi, & Procurator Joſephi ſimiliter filii quondam, & hæredis pro alia tertia parte dicti Franciſci &c.* — cum hoc tamen, quòd Apotheca, una cum avviamento, in Civitate Florentiæ a patre exercita, remanere deberet indiviſa, & in communi. Item aliud Inſtrumentum Anni 1573. in quo *Petrus, & Joſeph fratres, & filii olim Franciſci Jacobi de Prævidonibus de Magnanis de Cremona Status Mediolani, ad præſens Florentiæ commorantes, conſtituunt eorum Procuratorem, Baptiſtam eorum fratrem carnalem, & filium dicti Franciſci de Prævidonibus, ad exigendum ab eorum Debitoribus quodcumque creditum, ad ipſos conſtituentes ſpectans* — nec non aliud Inſtrumentum Anni 1588. in quo *Magiſter Joſeph de Prævidonibus, filius quondam Magiſtri Franciſci de Cremona, habitator de præſenti in Urbe Florentia, ſuo, & nomine Joannis Petri, & Baptiſtæ ejus Fratrum, pro quibus de rato, vendit quædam Bona, exiſtentia in Dominio Mediolani*. Et quamvis ſecundo ex dictis Inſtrumentis obiiciatur aliqua diverſitas, dum in iſto unus ex Patribus vocatur *Petrus*, & in primo, & ultimo *Joannes Petrus*, tamen hoc nihil alterat, quia cum in omnibus Inſtrumentis concordet nomen Patris, & quantitas, ac nomen aliorum Fratrum, locus originis, & habitationis, & qualitas perſonæ, artem exercentis, denominatio ſemel facta cum nomine ſimplici, & aliis vicibus cum nomine compoſito, diverſitatem Perſonæ non oſtendit.
1 Quando enim non agitur de mutatione nominis, ſed de omiſſione partis illius, identitas Perſonæ non excluditur ex denominatione, uno, vel altero modo facta, cum habens nomen compoſitum, vel duplex, poſſit æquè
2 benè nuncupari nomine ſimplici, & unico, ac duplici, & compoſito, ut benè in puncto firmant *Jo. de Anania conſ. 17. n. 10. Venturin. conſ. 30. n. 65. & ſeq. lib. 2. Cravett. conſ. 342. n. 8. lib. 3. Hieronymus Papon. conſ. 58. ſub num. 45. Rot. coram Coccin. dec. 1591. in 2. n. 16. & pluribus ſeqq. repetit. apud Veroian. de Jurepatr. lib. 4. cap. 10. n. 33. in Gerunden. Expenſarum 18. Junii 1706. §. Adverſus, & ſeq. cor. Reverendiſs. D. meo Caffarello* Almæ Urbis Gubernatore.

Hoc idem comprobatum remanet ex facto, concordato inter Eliſabeth,

&

& Carolum, in quo ingenuè fatentur, filios Joannis Petri, & Joſephi de Prævidonibus, eſſe inter ſe fratres conſobrinos, ex quo citra dubium eruitur, eoſdem Joannem Petrum, & Joſephum fuiſſe inter ſe fratres carnales, Et reſpectu Joſephi, à quo deſcendit Carolus colligans, etiam ex alio Inſtrumento anni 1575., in quo *Magiſter Joſeph quondam Franciſci Jacobi de Prævidonibus de Cremona Status Mediolani, ad præſens magnans in Civitate Florentiæ* conſtituit Procuratorem Bonaccurſium Arrigonum de Cremena, pro capienda poſſeſſione aliquorum bonorum, à dicto Conſtituente emptorum. Concordantia autem nominis Patris, & Avi, loci originis, habitationis, & exercitii, identitatem perſonæ oſtendit. *Alexan. conſ.108. ſub num.3. lib.7. Manſ. conſult.341. ex n.14. tom.4. conſult.57. num.9. tom.10. Rota coram*
3 *Cerro. dec 1017 num.32. & ſeqq. Emer. Jun. dec.803. num.4. in rec. dec.614.n.10. & ſeqq. part.4. tom.3. dec.224. num.8. & ſeqq. part.10. & deciſ.171. num.11. part.17.*

A' duobus ex dictis fratribus deſcendunt tam Jacobus fideicommittens, quàm Carolus colligans. Primus nempe mediatè à Petro, ſeu Joanne Petro originem ducit, ut non controvertitur, & probatum remanet ex
4 ipſius Teſtamento anni 1673. ibi — *il Signore Jacopo del q. Giuſeppe del già Gio. Previdoni &c.* & ex alio Teſtamento Anni 1680., ibi — *conſiderando con la prudenza Criſtiana il Signore Jacopo del q. Giuſeppe del già Gio. Pietro Previdoni*, & ex fide Decimarum, quæ junctis adminiculis, in hoc Regali Dominio filiationem, ſeu deſcendentiam probat;
5 ut de teſtamento *Rot. coram Zarat. dec.59. n.5. & ſeqq.* ubi adducit concordantes: *poſt de Luc. de Fideicomm. in Manuſſa deciſ.62. num.1. & in Florentin. Juriſpatronatus 11. Martii 1703. § Quod verò, coram Caprara*, & de libris Decimarum Florentiæ *Rota coram Dunoz. Jun. dec.14. num.3. & ſub num.7. verſ. deſcendentia, & num.8. & dec.17. num.2. repetita in recen. dec.84. num.3. & 8. & dec.90. num.2. part.5. coram Bonan. dec.358. in fine, ubique Addit. litt.B. & in rec. dec.432. n.1. part.14. & poſt Venun. de Juriſpatronat. dec.65. n.3.*

Et ſecundus, nempè Carolus, à Joſepho quondam Franciſci deſcendit. Iſte enim tres ex Joanna Arrighi de Prævidonibus, ejus legitima uxore, ſuſcepit filios, Philippum, Nicolaum, & Joannem Baptiſtam, ut patet ex lectura Inſtrumenti diviſionis, celebrati anno 1611., in quo æqualitèr ab ipſis bona paterna dividuntur, & inſimul ſe obligant ad reſtitutionem dotis Joannæ communis matris. Ad idem conducit aliud Inſtrumentum Anni 1609. in quo *Philippus filius quondam Joſephi Careſii de Prævidonibus, habitator Cremonæ Ducatus Mediolani, ſuo, & nominibus Joannis Baptiſtæ, & Nicolai fratrum ſuorum, pro quibus de rato*, promittit libras 800. Sancio Arrigono, pro dote Franciſcæ filiæ Joſephi, & dictorum fratrum ſororis, nupræ dicto Sancio. Et id ipſum comprobat Inſtrumentum ſecundæ diviſionis, celebratum die 6. Februarii 1613. inter Nicolaum, & Joannem Baptiſtam, ibi — *idcircò Joannes Baptiſta, & Nicolaus fratres de Prævidonibus filii quondam Joſephi Careſii, ambo habitatores Cremonæ, Ducatus Mediolani &c.* —, & in eodem Inſtrumento poſt medium § *Item pacto*, enunciantur primæ diviſiones, factæ in Civitate Florentiæ, & Philippus, alter eorum frater nuncupatur, ibi — *item pacto, quod ad omnia debita, per ipſos fratres facta poſt diviſionem, inter eos factam cum Philippo pariter eorum fratre in Civitate Florentiæ* — Itaque omnia circa dd. diviſiones, obligationes dotium, & conſanguinitates, quòd nempè Philippus, Nicolaus, & Joannes Baptiſta ſint inter ſe fratres carnales & reſpectu Franciſci, & Joſephi, filiorum Joannis Petri, ſint conſobrini conſtat ex facto concordato relativè ad plura alia Inſtrumenta publica, ſuperiùs non enunciata *Proc. fol.180.*, in quo ulteriùs Partes explicitè fatentur, Philippum eſſe filium Joſephi, Franciſci, Jacobi de Prævidonibus. Ex his autem diviſionibus, confeſſionibus, & aſſertionibus, in actibus ſeriis, & proportionatis emiſſis, & quidem de tempore non ſuſpecto, nempè longè ante quàm fuiſſet conditum controverſum Fideicommiſſum, deſcendentiam,

&

& fraternitatem plenè probatam rema-
6 nere, firmant *Calderon. reſolut.91.n.12.*
Gratian. diſcept.869. ex num.31. Rota
Ferrarien. apud Balduc. Dec. & Rer. judi-
cat. tit.3. dec.22. num.6. Rota Romana
cor. Pamphil. dec.443. num.4. & 5. Bich.
dec.79. num.8. Cavaler. dec.575. n.4. in
rec. dec.168. n.12. & dec.472. n.38. par-
te 14. & in Aſculana Beneficiorum 1698.
cor. Caprara, nunc impreſſa poſt de Luc.
de Jurepatronat. in Mantiſſa dec.9. ſub
n.2. §. Verum, & in alio dec. apud Calde-
ron. reſolut.45. n.51. & in d. Feſſanen. Ju-
riſpatronatus 1703. §. Quod verò, coram
Eminentiſs. D. meo Cardinali Caprara,

Maximè quando hujuſmodi confeſ-
ſiones, & aſſertiones, emanarunt à fi-
liis, fratribus, aliiſque ſimilibus con-
ſanguineis, qui gradus, & rationes
7 adeò proximę conſanguinitatis, ignora-
re non poſſunt. *Nat. conſ.108. num.3.*
Calderon. reſolut.91. num.12. Genua de
Verbor. Enunciat. lib.2. quæſt.4. n.16. Rot.
cor. Cerro. dec.147. ſub num.1. & cor.
Manzaned. dec.661. n.1. & 10.

Rurſus utraque deſcendentia, tam
Philippi à Joſepho, quam Joſephi à
Franciſco quondam Jacobi, probata
remanet ex Fide nativitatis ejuſdem
Philippi, qui dicitur natus à Joſepho
di Franceſco Magnano, juncta Fide matri-
monii ejuſdem Philippi cum Cathari-
na quondam Lucę Cappelli, in qua di-
citur *Filippo di Giuſeppe Previdoni Ma-*
gnano, nec non matricula Artis fa-
bricantium, in qua præfatus Philip-
pus *di Giuſeppe di Franceſco Magnano*,
enunciatur de Prævidonibus, & ne-
pos Joannis Petri filii Franciſci nati
ex Jacobo. Cum enim hæc omnia, ſi-
mul unita, perfectè concludant, Philip-
pum fuiſſe filium Joſephi, & iſtum na-
tum fuiſſe ex Franciſco Jacobi, pro-
bata dicitur deſcendentia, quæ ex plu-
ribus ſimul junctis reſultat, quamvis
8 ſingula ex eis de per ſe non ſufficiant,
in ſpecie *Nogarrol. allegat.25. n.91.*
& 92. Calderon. reſolut.91. n.31. De Luc.
de Fideicommiſſ. diſc.193. n.8. & 11. Ro-
ta cor. Buratt. dec.530. n. fin. & dec.725.
n.11. Ottobon. dec.251. num.18. & 19.
& in rec. dec.377. num.9. & dec.627. nu-
mer.19. par.19. & in Aſculana Beneficio-
rum 1699. coram Muto, modò impreſſa
apud Calderon. d. reſolut.91. num.45. &
in Ariminen. Fideicommiſſi 1691. apud
9 *eundem Calderon. reſolut.45. num.52. &*
53., & duabus contentatur demonſtra-
tionibus. *Manſ.* qui in alia Cauſa Flo-
rentina ſcripſit *conſult.57. n.9. tom.10.*
Rota coram Pamphil. deciſ.317. num.3.
& coram Emerix Jun. dec.803. n.4.

Haud relevante, quòd Joſeph prędi-
ctus fuerit filius Henrici q. Georgii
de Prędonibus, non Franciſci Proavi
Jacobi fideicommittentis, & quòd in
Uxorem duxerit Chriſtinam Paga-
noni, non Joannam Prævidoni. Quo-
niam in rerum natura duo fuerunt
Joſephi, unus fuit filius Franciſci, à
quo deſcendit Carolus, ut ſupra ple-
nè probatum eſt, & iſte matrimonium
contraxit cum Joanna de Prævidoni-
bus, ut patet ex facto concordato, in
quo Philippus, Nicolaus, & Joannes
Baptiſta, filii Joſephi, ſe obligant reſti-
tuere dotem Joannæ Henrici de Prę-
vidonibus, eorum matris. *Proc. fol.*180.
t. Alius fuit Joſeph, à quo deſcendit
Nicolaus, & Joannes Franciſcus, ut
ex fidibus Baptiſmatis *Proc. fol.*205. *t.*
& iſte fuit filius Henrici q. Georgii
de Prævidonibus, & frater Joannæ,
nuptæ d. Joſepho q. Franciſci, ut pro-
batur ex Inſtrumento dotali *Proc. fol.*
207. *& ſeqq.* Ex hac autem perſonarum
& nominis duplicitate, ſublatum rema-
10 net æquivocum, quòd Joſeph fuerit
filius Henrici, & Franciſci, & uxo-
rem duxerit Joannam Prævidoni, &
Chriſtinam Paganoni.

Minùs urget, aliàs ex parte Caroli
fuiſſe admiſſum in Judicio, quòd Joan-
nes Franciſcus Prævidonus eſſet ejus
conſobrinus. hoc autem cum non
eveniat, ſi ipſe eſſet filius Philippi filii
Joſephi q. Franciſci de Prævidonibus,
ſed adamuſſim accidat, ſi idem Carolus
diceretur filius Philippi q. Joſephi
Henrici de Prævidonibus, Exindè in-
ferebant Scribentes pro Eliſabeth, Ca-
rolum non à Joſepho q. Franciſci,
communis ſtipitis cum Teſtatore, ſed à
Joſepho q. Henrici, nullam cum Teſta-
tore conſanguinitatem habentis, pro-
venire.

Quia cum ex ſuperiùs deductis cla-
rè probatum ſit, Carolum eſſe filium
Philippi, filii Joſephi, filii Franciſci,
communis ſtipitis cum Teſtatore,
obſ-

obeſſe non poteſt dicta confeſſio, in Judicio emiſſa, nihil enim magis tritum in Jure noſtro, quàm quòd confeſſio
11 Procuratoris Principali non noceat. *l. Certum 6. §. Sed an, & ipſas ff. de confeſſ. Ripa in l. 2. n. 12. ibique Decius num. 10. Cod. de edend. Maranr. de Ordine Judicior. par. 6. art. 10. num. 58. Rota in rec. dec. 64. n. 19. & dec. 355. n. 18. par. 17. dec. 9. num. 27. & ſeq. dec 47. num. 3. & ſeqq par 19.* Ma-
12 ximè in committendo *Rota coram Gregor. dec. 75. n. 1. & 4. in rec. dec. 32. n. 10. par. 17. dec. 331. n. 12 & dec. 199. num. 1. part. 18.*, & quando fuit facta in alio Judicio, nam tunc prejudicium non
13 infert in diverſo. *Abbas in cap. per inquiſitionem, num. 12. in medio, de electìon. Ripa tit. de Procurat. reſponſ. 3. num. 3. fol. mihi 53. Honded conſ 66 num. 74. & 75. lib. 1. De Angel. de Confeſſ. tom. 1. lib. 1. quaeſt. 7. effect 5. num. 7. Rec. collect. dec. 3880. verſ. item quod, part 8. Sac. Conſilium Neapolitanum apud Afflict. deciſ. 83. num. 4. in fine apud Franch. dec. 60. num. 6. & 7. Rot. coram Puteo dec. 343. num. 8. lib. 2. & coram Buratt. dec. 46. num. 10.* & quando non fuit facta ſuper re, quæ ſit in poteſtate confi-
14 tentis. *De Angel. de Confeſſ. tom. 1. lib. 3. quaeſt. 1. num. 3. Rota coram Achill. de Graſſis dec. 4. de Confeſſion. coram Pyrus dec. 351. num. 3. ſecundum impreſſionem Lugdunen. coram Coccin. dec. 84. num. 7. & dec 318. num. 4.* & erronea detegitur. *De Angel. de Confeſſ. tom. 1. lib. 3. q. 1.*
15 *ſub num. 5. in fine. Gratian. diſcept. 3. num. 9. & diſcept. 113. num. 50. Rot. dec. 1. de Confeſſ. in antiquis coram Verall. deciſ. 350. in fine lib. 3. Bich. deciſ. 169. num. 14. & in recen. deciſ. 47. num. 3. part. 19.*

Fortiùs quia Carolus non poteſt deſcendere à Joſepho quondam Henrici Prævidoni, mediante Philippo iſtorum filio, dum non probatur, prædictos alium habuiſſe filium, quàm Nicolaum, & pluralitas filiorum, & perſonarum
16 non præſumatur. *Natt. conſ. 235. n. 3. & 4. Rota coram Bich. dec. 79. num. 11. & in Bononien. Fideicommiſſi de Griſonibus 8. Martii 1705. §. Minùſque, coram Omanna.*

Prout non relevat, quòd cum plures reperiantur Familiæ de Prævidonibus, & illa Fideicommittentis habeat adjunctum *de Careſiis*, non poſſint adduci ad deciſionem hujus Cauſæ juſtifica-
17 tiones, & documenta, quæ continent ſimplicem denominationem de *Prævidonibus* abſque adjuncto *de Careſiis*. Quoniam in facto concordato, & in aliis actibus, in quibus Familia, de qua agitur, ſolùm denominatur *de Prævidonibus*, refertur longa perſonarum ſeries, quæ adamuſſim concordat cum perſonis, expreſſis in aliis actibus, in quibus Familiæ prædictæ adjicitur aliud cognomen *de Careſiis*, & tam Inſtrumenta, referentia unicum cognomen, quàm alia, utrumque ex eis exprimentia, concordant in loco originis, & domicilii, & in qualitate perſonarum
18 artem exercentium. Cumque ſit ferè impoſſibile, quòd poſſint dari duæ Familiæ diverſæ, in quibus per quatuor deſcendentias concordent nomina genitorum, illa plurium fratrum, & loca originis, domicilii, & qualitas perſonarum. Hinc ſequitur, quòd ab expreſſione unius, vel utriuſque Cognominis facta, excluſa dici non poſſit Familiæ identitas, quando enim ſumus in perſona, quæ habet plura Cognomina, vel Cognomen cum adjuncto, & adſunt demonſtrationes, identitatem
19 ſuadentes, iſta ſublata non remanet ex uſo promiſcuo utriuſque Cogno-
20 minis, immò nec ex illius diverſitate, juxta theoricam *Bartol. in conſ. 179. num. 1. verſ. praeterea vos, lib. 1. Anania conſ. 17. num. 10 Rota in rec. dec. 32. n. 5. part. 13. dec. 93. num. 18. part. 17.* & optimè *deciſ. 112. num. 12. & 13. part. 19.*

Quin immò eo ipſo quòd conſtat, Joannem Petrum, & Joſephum fuiſſe fratres carnales, & filii Joannis Petri, à quorum ſecundo immediatè natus eſt Jacobus Teſtator, cum filiis d. Joſephi, à quorum primo natus eſt Carolus, ſe ſe vocaverunt fratres conſobrinos, ut ex facto concordato, ſicuti Jacobus erat de Familia Prævidona Careſia, ità de eadem dici debet Carolus, ab eodem ſtipite deſcendens, & tertio conſanguinitatis gradu viciſſim
21 conjunctus *Rot. apud Calderon. dicta reſol. 45. num. 21.*

Et demùm, quòd Carolus, qui hodier-

nam

eum litem ſubſtinet, ſit filius Philippi
quondam Joſephi de Previdonibus,
juſtificatum remanet ex Fide Baptiſ-
matis, ex publica voce, & fama, & ex
22 notorietate. *Rota coram Celſ. dec.109.*
num.3 & dec.347. n.2. Royas deciſ.159.
num.4. Corr.dec.294. n.2. in rec.dec.121.
num.4. par.16. dec.24. num.10. dec.44.
n.3. & dec.212. n.6. part.19. tom.1. &
dec.505. n.18. dec.590. n.1. & dec.627.
num.9. & ſeqq. par.19. tom.2.

Oſtenſa ex his deſcendentia Caroli
à Franciſco communi ſtipite, faciliori
methodo probatur graduum legitimi-
tas; Tales enim fuiſſe filios Franciſci,
23 à quibus deſcendunt Jacobus Fidei-
committens, Eliſabeth illius filia, ho-
die nupta D. Benedicto Tognono, &
Carolus, cum ea litigans, liquido con-
ſtat ex diviſionibus inter dd. tres fi-
lios Franciſci pro æquali factis: Quan-
do, ſi Joſeph, à quo Carolus prove-
nit, fuiſſet filius naturalis Franciſci,
deficiente legitima ſobole, eidem
tantum duæ unciæ debitæ fuiſſent, ea
verò exiſtente, nihil prætendere poſ-
24 ſet. *Auth. licet Cod. de naturalib. liber. &*
novell.89. quibus modis naturales effi-
ciantur ſui cap. illud tamen 3. §. Si quis
autem. Oinot. Inſtitut. de heredit. quæ
ab inteſt. deferunt. tit. de ſucceſſion.
liberorum naturalium tantùm, num.9.
fol. mihi 224. Altolin. reſolut.73. ex n.45.
Peregrin. de Jure Fiſci lib.3. tit.18. ſub
num.1. Merlin. de Legit. lib.1. tit.2. q.4.
ſub num.1. verſ. ab inteſtato autem.
Barry de Succeſſ. lib.18. cap.1. num.17.
Rota in rec. dec.500. ex n.12. part.18.
& ex diviſionibus æqualibus conſtat
paritèr, filios Joſephi legitimos, & na-
turales fuiſſe, ac ulteriùs, cum proba-
tum ſit, Joſephum fuiſſe uxoratum,
dum Philippus, Nicolaus, & Joan-
25 nes Baptiſta ejus filii ſe obligant re-
ſtituere dotem Joannæ eorum matri,
ut in facto concordato §. *A Niccolò*
Proc. fol.180. prout de matrimonio
Philippi ejus filii, & patris Caroli, cum
Catharina de Cappellis, doctum fuit
26 ex fide matrimonii, in actis exhibita:
His ſtantibus probationibus matrimo-
nii, probata etiam dicitur legitimitas,
27 ut per *textum in l. miles 11. §. De-*
functo ff. de adulter. l. filium quem
definimus 6. ff. de his, qui ſunt ſui, vel
alieni jur., aliaque jura, firmat *Gaill.*
obſervat.97. num.1. & ſeqq. lib.2. Rota
coram Coccin. dec.1759. num.14. Zarat.
dec.72. num.5. & in rec. dec.668. ſub n.18.
part.19. tom.2. Faventina Beneficii 3.
Julii 1702. §. finali, coram Reverendiſſimo
D. meo Molines, & in Bononien. Fidei-
commiſſi de Griſonibus 8. Martii 1705.
§. Tantùm, coram R. P. D. meo Omaa-
na.

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Teſtamentum, ultimo loco factum, debet at-
tendi, etiam pro revocatione primi, inter liberos
confecti, habentis implicitam de jure derogatio-
nem futuris omnibus diſpoſitionibus, conſtito de
clara voluntate Teſtantis primum abolendi: & ex
quibus talis voluntas deducatur, latè.

SUMMARIUM.

1 *Ex pluribus teſtamentis ultimum dero-*
gat primo, & præ omnibus attendi
debet.

2 *Ubi Teſtamentum primum eſt inter libe-*
ros, ut per ultimum revocetur, vi-
detur dicta revocatio requiri expreſ-
ſa.

3 *Contra, ubi conſtat de voluntate Teſta-*
toris, quòd ultimum teſtamentum
prævaleat primo, non obſtantibus clau-
ſulis derogatoriis, vel expreſſis, vel
à lege ſubintellectis.
Et ex quibus talis voluntas colligatur
n.9. & ſeqq. *ubi latiſſimè.*

4 *Clauſula à Teſtatore appoſita, vel à le-*
ge ſubintellecta in primo Teſtamento,
de cæterorum derogatione, quid impor-
tet.

5 *Conſtito in ultimo Teſtamento de ultro-*
nea voluntatis mutatione, ceſſat præ-
ſumptio violentiæ, & importunita-
tis.

6 *Derogatoria, tacitè à lege ſubintellecta,*
tacitè quoque revocatur.

7 *Et faciliùs tollitur, quàm derogatoria*
expreſſa.

8 *Cum ſit minoris potentiæ.*

9 *Enixa voluntas agnationem conſervandi,*
deſumitur ex pluries repetita vocatio-
ne maſculorum ex maſculo, & n.12.

10 *Nec non ex vocatione fœminarum agna-*
tarum, earum vita durante, & maſ-
culis non exiſtentibus, & n.13.

13 *Et ex vocatione cognatorum, & extraneorum cum onere aſſumendi cognomen, & Arma Teſtatoris abſque mixtura,* & n.14.

14 *Poſita Teſtatoris voluntate Agnationem conſervandi, juſtiſſima cenſetur cauſa revocandi teſtamentum, mors civilis, vel naturalis, hæredis inſtituti.*

15 *Subſiſtente cauſa mutandi primum teſtamentum, ceſſat omnis ſuſpicio ſeductionis, & importunitatis, in ſecundo conficiendo.*

16 *Et non obſtante Clauſula derogatoria ad ſequentia, in primo appoſita, etiam ſine expreſſa primi revocatione, ſecundum attenditur.*

17 *Undè etiam teſtamentum inter liberos, nova cauſa ſupervenientè, revocatur per ſecundum, ſine ſpeciali derogatoria ad præcedens.*

18 *Cenſetur Teſtatorem voluiſſe recedere à priori teſtamento, & hæredis inſtitutione in eo facta, ſi hæredem, in priori inſtitutum, in ſecundo nominavit, eique fecit legatum particulare,* & n.19.

20 *Cautela, in ſecundo Teſtamento adhibita, verbaque prægnantia, appoſita ad hoc, ut illud effectum omninò habeat, & executionem indubitatam, importans primi ſpecialem derogationem.*

21 *Revocatio expreſſa in ſecundo teſtamento omnium cæterarum diſpoſitionum, verbis ampliſſimis facta, importat ſpecialem revocationem primi, non obſtante clauſula derogatoria, in eo contenta, conſtito quòd unum ſolummodo teſtamentum præceſſerit.*

22 *Contraria Auctoritates referuntur.*

23 *Et declarantur procedere, ubi alia non concurrerent; ſecus ubi cum aliis conjecturis d. quoque generalis revocatio adducatur in caſu, quo unum tantùm præceſſit teſtamentum.*

24 *Verba generalia, pro oſtendenda revocatione derogatoria primi teſtamenti, vim habent ſpecialium, quando conſtat de voluntate Teſtatoris primum teſtamentum revocandi.*

25 *Multum operatur pro validitate ſecundi teſtamenti ad derogationem primi facultas, à Teſtatore in ſecundo teſtamento data, clauſulas extendendi ad ſenſum ſapientis.*

26 *Qua ſtante facultate, Notarius valet apponere etiam ſpecialem derogatoriam primi teſtamenti.*

27 *Præcipuè attenta extenſione Formularii Florentini clauſula* non obſtantibus, *ex qua habetur derogatio ſpecialis, & quomodo talis clauſula extendatur,* ibidem.

28 *Clauſulæ cæteratæ debent extendi juxta Formularium loci, ubi teſtamentum, vel inſtrumentum fuit celebratum.*

29 *Et in ſpecie de Formulario Florentino.*

30 *Ex clauſularum prædictarum extenſione ſatis habetur ſpecialis revocatio derogatoriæ, in priori teſtamento appoſitæ.*

31 *Dicitur quippe facta derogatio ſpecialis, quoties in caſſatione primi teſtamenti fit mentio clauſularum derogatoriarum.*

32 *Validum eſt ſecundum teſtamentum, etiam ſine ſpeciali derogatione clauſulæ derogatoriæ, contentæ in primo, ſi in ſecundo fuerunt inſtituti venientes ab inteſtato, & perſona, quæ in caſu deficientiæ hæredis inſtituti fuerat etiam vocata in primo teſtamento.*

33 *Pater Filia, in priori teſtamento dotata, & in incertum caſum ſubſtituta, ſi in ſecundo dotem auxerit, & vocationem omiſerit, videtur dictum augmentum certum pro incerta ſucceſſione ſubrogaſſe.*

34 *Jus incerti eventus benè compenſatur cum qualibet certa quantitate, etſi minima.*

35 *Spes prorſus incerta ſuccedendi, parum, aut nihil æſtimatur.*

DECISIO XII.

DEſcendendo ad ſecundam inſpectionem, an ſcilicet attendi debeat primum Teſtamentum, rogatum die 10. Aprilis 1673. in quo inſtitutus fuit hæres univerſalis Joſeph filius Jacobi Junioris Fideicommittentis, & certo eveniente caſu, ſubſtituta fuit D. Eliſabeth ejuſdem Teſtatoris filia, nupta D. Benedicto Tognono, vel potiùs ſucceſſio deferenda ſit vigore ſecundi Teſtamenti, exarati die 22. Auguſti 1680., in quo vocati fuerunt Joan-

Joannes Petrus, & Didacus fratres,
cum tota eorum deſcendentia maſ-
culina, & poſt eos agnatus proxi-
mior, qualis eſt Carolus, cenſuimus
ſucceſſionem ex ſecundo Teſtamento
eſſe regulandam: Ex pluribus enim
Teſtamentis ultimum derogat primo,
illudque ſolùm eſt attendendum.
1 *§. Poſteriore. Inſtit. quibus modis teſta-
ment. infirm. l. ſi quis priore 19. ff. ad
Trebell. & in l. Sancimus 27. Cod. de
teſtament.*

Non obſtante, quòd quando primum
Teſtamentum eſt inter liberos condi-
tum, irritari non poſſit per ſecundum,
niſi in iſto legatur expreſſa revocatio
primi, cum aliàs in ſecundo præſuma-
tur deficere Teſtatoris voluntas, ut
2 eſt textus expreſſus in *Auth. hoc inter li-
beros Cod. de teſtamen.* ibique Scribentes.
*Rom. conſ. 86. num. 15. in fine lib. 3. Ri-
minald. Jun. conſ. 235. num. 19. & ſeqq.
Sard. conſ. 330. n. 1. Bardellon. conſ. 44.
n. 1. & ſeqq. Graſſ. in §. Teſtamentum
q. 86. num. 5. Torr. quæſt. Jur. tom. 1.
tit. 3. quæſt. 4. num. 37. fol. 536. Bonell.
dec. 89. ex num. 1. Senatus Cathalaunæ
apud Fontanell. dec. 103. ex num. 1. &
ſeqq. Maynard. dec. Tholoſan. 19. lib. 5.
Sac. Conſil. Neapolitanum apud Fran-
chum dec. 399. n. 1. ibique de Luc. in parie-
tir 1. & ſeqq. apud Rovit. dec. 56. n. 1.
ibique Altimar. in principio. Rot. Rom. cor.
Buratt. dec. 901. num. 1. Bich. dec. 56. n. 6.
& dec. 458. n. 32.*

Quoniam quando conſtat de volun-
tate Teſtatoris, quòd ultimum Teſta-
mentum prævaleat primo, indubita-
tum eſt, quòd per ſecundum, etiam ſim-
pliciter factum, revocatur præcedens,
& quæcunque clauſula derogatoria,
in eo inſerta, vel à lege ſubintellecta.
3 *Socin. Jun. conſ. 124. ſub num. 53. lib. 1.
Odd. conſ. 89. n. 68. & ſeqq. Altograd.
conſ. 65. num. 110. lib. 2. Rovit. conſ. 93.
n. 11. lib. 1. Cyriac. controverſ. 360. n. 13.
20. & 30. Ciriach. diſcept. 22. n. 34. Fran-
ciſc. Ricc. reſponſ. 45. num. 30. & 31. lib. 1.
Miranda Controv. Jur. lib. 4. cap. 49. nu-
mer. 3. Simon. de Pratis de Interpret.
Ultimar. volunt. lib. 4. interpret. 3.
dub. 1. n. 75. 76. 88. & 100. fol. mi-
hi 466. & 468. in Veneta impreſſione.
Mantic. de Conject. Ultimar. Volunt. lib. 12.
tit. 8. n. 13. Menoch. de Præſumpt. lib. 4.
præſumpt. 166. n. 34. Mart. de Succeſſ.
Legal. part. 4. quæſt. 4. artic. 7. num. 21.
& 27. Barry de Succeſſion. lib. 10. tit. 1.
num. 18. verſ. contra, & n. 20. Dauth.
de Teſtament. in explicat. Auth. hoc inter
liberos n. 3. verſ. & ſi enim, fol. mihi 459.
Graſſ. §. Teſtamentum, quæſt. 86. num. 11.
& quæſt. 89. num. 6. Maſcard. de Probat.
concl. 1382. num. 43. Barboſ. de Legat. in
l. ſi mihi, & tibi 11. §. final. num. 12.
verſ. denique. Sac. Conſilium Neapolita-
num apud Rovitum dec. 56. n. 5. 6. & 16.
Rota Romana coram Buratt. dec. 901. ſub
num. 4. in rec. dec. 731. n. 8. par. 2. dec. 296.
num. 3. par. 17. & dec. 186. n. 2. par. 18.
& poſt De Luc. de Teſtamen. diſc. 16.
num. 9.*

Quando enim primum Teſtamen-
tum habet clauſulam derogatoriam, ſive
expreſſa ſit, ſive tacita, habet quamdam
proteſtationem, quòd Teſtator non in-
tendit mutare primum Teſtamentum,
4 & quòd ſi aliter fecerit, non faciet ex
voluntate, ſed coactus, vel inſtigatus:
unde quotiès conſtat, quòd ubi Teſta-
tor facit ſecundum Teſtamentum, illud
facit ex animi ſui voto, & quia ita vult,
& ſic quòd eum pœnituit prioris volun-
tatis, & proteſtationis, ceſſat omnis
contraria præſumptio violentiæ, & im-
5 portunitatis, ut benè explicat *Soc-
cin. Sen. in l. ſi mihi, & tibi §. In le-
gatis n. 15. ff. de legat.* 1. & optimè *Ser-
mont. Selectar. Interpret. lib. 3. cap. penult.
num. 7. aliique mox recenſiti.*

Idque præſertim admittendum eſt
in noſtro caſu, quia cum derogatoria
non ſit expreſſa, ſed tacitè à lege ſubin-
6 tellecta, certum eſt, quòd tacitè etiam
revocatur. *Mart. de Succeſſ. Legal. p. 4.
quæſt. 4. art. 7. n. 18. & ſeqq. Rot. in rec.
dec. 318. num. 9. par. 15. & dec. 194. n. 9.
part. 19. repetit. coram Emerix Jun. de-
ciſ. 358. n. 5.*, & quòd multo magis, &
7 faciliùs tollitur, quàm derogatoria ex-
preſſa. *Rom. conſ. 12. n. 12. lib. 2. Soccin.
Sen. conſ. 163. n. 14. lib. 1. Rimin. Jun.
conſ. 278. n. 68. in fine*, cum tacita dero-
gatoria minoris ſit potentiæ, quàm de-
8 rogatoria expreſſa. *Soccin. Sen. d. conſ.
163. num. 14. verſ. nec mirum, lib. 1.
Rom. cit. conſ. 12. n. 12. lib. 2.*

De hac autem voluntate Jacobi Te-
ſtatoris conſtare viſum eſt, ex quo ipſe
in utroque Teſtamento ſemper habuit

intentionem, & finem conſervandi, & propagandi ſuam agnationem, dum in illo anni 1673. primo loco inſtituit hæredem Joſephum filium, eique ſubſtituit omnes filios, & deſcendentes maſculos ex maſculo, repetita ſemper qualitate maſculinitatis ex maſculo, tam in partibus Teſtamenti diſpoſitivis, quàm in
9 conditionalibus, ultimo autem maſculo ex maſculo ſine maſculis decedenti, ſubſtituit filias fœminas dd. maſculorum, durante tamen earum vita naturali tantùm, & poſt eas Eliſabeth prædictam Teſtatoris filiam, paritèr ejus vita durante ſolummodò, dictiſque ſubſtitutis omnibus deficientibus, vocavit Joannem Petrum Previdonum fratrem ſuum, ejuſque filios, & deſcendentes maſculos ex maſculo in infinitum, quorum ultimo ſubſtituit filias fœminas maſculorum ex maſculo priùs, & poſtea Eliſabeth filiam ejuſdem Teſtatoris, dumtaxat earum vita durante, & in defectum, filios maſculos ex maſculo
20 dd. fœminarum in infinitum, & poſtea proximiorem agnatum cum ſua deſcendentia de uno in alium, & deinde Juvenem, ſorte extrahendum, ut mox dicetur, onere tam deſcendentibus fœ-
21 minarum, quàm extrahendis injuncto, quòd aſſumere deberent Cognomen, & Arma Teſtatoris abſque ulla mixtura. Hanc eamdem intentionem conſervandi Agnationem Previdonam Teſtatorem habuiſſe, oſtendunt diſpoſitiones factæ in ſecundo Teſtamento Anni 1680. Defecto enim Joſepho, ejuſque deſcendentia maſculina, ob ipſius ingreſſum in Religionem Cappuccinorum, Teſtator novum condidit Teſtamentum, in quo primo loco vocavit filios, & deſcendentes maſculos in infinitum Joannis Petri fratris, & poſtea Didaci alterius fratris, totaque linea, deſcendentia maſculina iſtorum deficiente, ſubſtituit proximiorem maſculum ex maſculo de Familia, & agnatione Previdona, ipſiuſque filios, & deſcendentes maſculos in infinitum, illiſque defectis, alium proximiorem maſculum paritèr de ipſius agnatione, & ſic de proximiore in proximiorem, donec extiterent perſonæ de dicta agnatione, quibus omnibus extinctis, ad ſucceſſionem invitavit Juvenem, ſorte extrahendum à Guardiano Societatis Doctrinæ Chriſtianæ, eumque cum tota ejus deſcendentia in infinitum per rectam lineam maſculinam ſubſtituit, cum onere aſſumendi Cognomen, & Arma de Previdonibus abſque ulla mixtura, illiuſque deſcendentibus maſculis deficientibus, alium Juvenem eodem modo eligi, & extrahi juſſit, cum eodem præcepto ſe nominandi de Previdonibus, injuncto omnibus ipſius deſcendentibus maſculis, & ſic bona prædicta tranſire debere voluit de uno in alium Juvenem eligendum, in perpetuum, & uſque ad finem Mundi.

Ex quibus omnibus reſultare enixum deſiderium Teſtatoris conſervandi agnationem, plus quàm patens eſt, & tradunt de vocatione maſculo-
22 rum ex maſculo *Rodulphus. allegat. 43. n. 14. Calderon. reſolut. 63. n. 8. Torr. Varior. Jur. Quæſt. lib. 1. tit. 2. quæſt. 16. n. 17. fol. 333. Rota noſtra inter dec. Lucen. Diverſ. recollect. per Palm. Nep. deciſ. 113. n. 5. & dec. 114. n. 6. & 11. Rota Rom. coram Emerix Jun. dec. 203 n. 11. & dec. 231. n. 13. & 21. in rec. dec. 390. n. 4. part. 3. dec. 315. n. 18. part. 9. dec. 445. num. 8. part. 18. & dec. 444. num. 11. parte 19. & poſt de Luc. de Fideicommiſ. in Montiſſ. dec. 1 num. 13 dec. 1. n. 10. & deciſ 46. n. 12.* de vocatione fœminarum agnatarum, earum vita durante tantùm,
23 & maſculis non exiſtentibus *Caren. reſolut. 128. num. 38 Trenchedus. conſult. 1. n. 40. tom. 1. Palm. Nep. allegat. 96. n. 10. & allegat. 97. n. 12 Rota cor. Cerr. deciſ. 108. num. 11. & 12.* & de vocatione cognatorum, & extraneorum in perpetuum, cum onere aſſumendi Cognomen, & Arma Teſtatoris abſque mixtura *Rodulphus. allegat. 34. num. 4. & allegat 174. n. 5. Epiſc. Racc. diſput 2. n. 39. Manſ. conſult. 718 n. 10. Sammut. controv. 87 n. 4. Torr. de Primogenit. par. 1. cap. 38. n. 417. fol. 433. Rota cor. Sub. deciſ. 287. num. 18. Prial. dec. 433. num. 21. cor. Emerix Jun. dec. 221 n. 22. in rec. dec. 433. n. 15. part. 18. dec. 232. num. 9. & dec. 646. n. 32. part 19. & poſt de Luc. de Fideicom. in Montiſſ. d. dec. 46. n. 4.*

Qua voluntate conſervandi agnationem in Teſtatore poſita, ex ea non dum eruitur veriſimilitudo mutandi primam diſpoſitionem, ſed poſitiva nec-

ceſ-

ceſſitat, dum ingreſſo poſt primum Te-
ſtamentum Joſepho Religionem Cap-
puccinorum, ſicut in iſto, totaque
ejus linea maſculina locum habere non
poterat diſpoſitio, ita effecta inutili
principali parte Teſtamenti, ad novam
diſpoſitionem neceſſariò deveniri de-
14 bebat, & quidem cum juſta, & ratio-
nabili cauſa, qualis eſt illa mortis na-
turalis, vel civilis, hæredis inſtituti,
ut promiſcuè loquentes de morte na-
turali, & civili, in ſpecie *Barbat. d.
conſ.2. ſub n.5. lib.1. Soccin. Jun. d. con-
ſil.124. num.55. & 56. lib.1. Zuntus in
reſp. pro Uxore num.889. & ſeqq. & n.
897. & ſeqq. Menoch. d. lib.4. præſum-
pt.166 ſub n.38. verſ. poteſt etiam aſſer-
ri. Simon. de Prætis de Interpret. Ultim.
Volunt. lib.4. interpret.3. dub.1 num.110.
verſ. proponit. Barry de Succeſſ. lib.10.
tit.1. n.19. verſ. nona.*

Itaque legitima cauſa mutandi pri-
mum Teſtamentum interveniente, fu-
gatur omnis ſuſpicio ſeductionis, &
importunitatis, & deventum præſumi-
15 tur ad ſecundum, quia Teſtator, re-
bus in eodem ſtatu non manentibus,
primæ diſpoſitionis pœnituerit, quo
caſu expreſſa revocatio neceſſaria non
eſt, nova enim cauſa intercedente, pri-
mum Teſtamentum cum clauſula de-
rogatoria ad ſequentia, tollitur per ſe-
cundum, etiam ſimplicitèr factum abſ-
16 que expreſſa revocatione primi latè
*Soccin. Jun. conſ.124. n.52 & ſeqq. lib.1.
Spada conſ.378. n.2. lib.2. Cancer. Variar.
Reſolut. part.1 cap.4. num.17 Menoch. de
Præſumpt. lib.4. præſumpt.165 num.37.
Mantic. de Conject. lib.12. tit.8. num.17.
Simon. de Prætis de Interpret. ultimar.
volunt. lib.4. interpret.3. dub.1. num.109.
& 110. Barry de Succeſſ. lib.10. tit.1.
num.19. verſ. nona. Rota in Rec. dec.147.
n.18. part.6.* & in terminis Teſtamen-
ti inter liberos, quòd ubi ſupervenit
nova, & juſta cauſa mutandi primum,
non requiratur in ſecundo aliqua clau-
17 ſula ſpecialis derogatoria ad præce-
dens *Barbat. conſ.2. n.5 lib.1. Old. con-
ſil.89. num.80. & 81 Ludovic. Zuntus
in ſuo reſponſo pro Uxore num.852. &
ſeqq. Menoch. de Præſumpt. d. lib.4. præ-
ſumpt.166. ſub n.62. verſ. tertia eſt.
Oldr. de Teſtament. in Explicat. Auth.
hoc inter liberos n.3. verſ. & ſi enim.*

Creſcitque vis noſtris aſſumpti, pon-
derando, quòd Teſtator ſpecificè hanc
cauſam in ſecundo Teſtamento ex-
preſſit, dum adhuc ſubdubitur, an Jo-
ſeph Religionem ingreſſus fuiſſet, &
profeſſionem emiſiſſet, eum non am-
pliùs hæredem voluit, ſed legato de-
cem unciarum argenti tantùm hono-
ravit, ibi -- *laſcið, e legò al Signor Giu-
ſeppe ſuo figliuolo, che dicaſi aver preſo l'
abito de' Cappuccini, & aver profeſſato,
caſo biſogni, e per validità del preſen-
te Teſtamento, una Guantiera d' argen-
to, di peſo d' once dieci, caſo non foſſe
profeſſo, ò eſſendo, per tutto, e quanto
egli, ò la ſua Religione, aveſſe, preten-
dere, ò conſeguire poteſſe dalla ſua Eredi-
tà per cauſa di legittima* -- Quando au-
tem in ſecunda diſpoſitione Teſtator,
poſt revocatum primum Teſtamentum,
18 nominat hæredem in eo ſcriptum, ei-
que facit legatum particulare, ab ho-
nore, & commodo Inſtitutionis rece-
dere voluiſſe cenſetur Tùm quia hæ-
redi à ſe ipſo legari non poteſt, tum
etiam quia providendo hæredi de ali-
quo, videtur recedere à toto, ut benè
19 in noſtris præciſis terminis obſervat
*Bald. conſ.22. in fine, lib.2. Spada d. con-
ſil.378. n.10. lib.2. Sac. Conſilium Nea-
politanum apud Rovit. d. dec.56. num.14.
Rot in rec. cit. dec.721. n.10. part.2. &
dec.581. n.48. part.4. tom.3. & dec.296.
n.5. & 6. par.17.*

Potiſſimè attento, quòd Teſtator
voluit ſecundum Teſtamentum omni-
nò effectum ſortiri debere, & ob id
omnia obſtacula removere curavit, &
inter cætera illud nullitatis ex capite
præteritionis, ac propterea in legato
prædicto adjecit verba *caſo biſogni, e
per validità del preſente Teſtamento*, alia-
que ampla, & prægnantia. Verba
enim, quæ demonſtrant enixam volun-
tatem Teſtatoris, quòd ſecunda diſpo-
ſitio fiat, & valeat omni meliori mo-
do, executioni mandetur omninò,
& aſſequatur effectum ſuum, adeòut
in caſu contraventionis hæres etiam
20 bonis privetur, ſpecialem paritèr de-
rogationem præſeferunt *Menoch. de Præ-
ſumpt. lib.4. d. præſumpt.166. num.47.
& 49. Mantic. de Conject. lib.12. tit. tit.8.
ſub n.19. Graſſ. §. Teſtamentum, quæſt.88.
n.10. Barry de Succeſſ. lib.10. tit.1. ſub*

num.

n.18. verſ. notatu conjectura n.19. verſ. quaſdam alias. Simon. de Praeis de Interpret. Ult. Volun. lib.4.interpret 3. dub.2. ex n.102. fol 468. in impreſſione Veneta Rot. in rec. dec.247.n.13 par.6.

Tantoque magis, quia in revocatione precedentis diſpoſitionis, verbis amplis, & prægnantiſſimis uſus eſt, eaque in proœmiali parte Teſtamenti appoſuit Quę verborum amplitudo, concurrente circumſtantia facti, quòd unum tantùm præceſſit Teſtamentum,
21 ſatis eſt pro revocatione tacitę derogatoriæ, contentę in primo. *Rovit.conſ 93. n.12. cum 2. ſeqq.* ubi adducit exempla *lib.1. & dec.56.num.10. & 11 Faber de Error. Pragmat.decad.38 error.1* & pluribus adductis Auctoritatibus, firmavit *Rota in rec. dec 318. n.11. par.13. & deciſ 194. n.10.par.19. repetit. cor. Emerix Jun. dec.388.n.6.*

Non obſtante, quòd contrariam opinionem, requiri nempè ſpecialem derogationem, etiam quando antecedentèr
22 factum eſt unicum tantùm Teſtamentum, tanquam veriorem ſubſtinuerint *Graſſ. §. Teſtamentum quaſt.89. n.5.* ubi plures refert. *Menoch. d. præſumpt.166.n.23 & ſeqq.lib.4.* Quia objectum procedere poſſet, quando ad oſtendendam voluntatem Teſtatoris pro revocatione primi Teſtamenti habentis clauſulam derogatoriam, nihil aliud concurreret: ſed quando diſponentis
23 mens pluribus aliis coadjuvatur adminiculis, adeò ut revocatio, ſupradictis verbis generalibus facta, ubi unum tantùm præceſſit Teſtamentum, pro ſimplici conjectura adduceretur, tunc ſuum operatur effectum. Quando enim apparet de voluntate Teſtatoris, quòd ordinata in ultimo Teſtamento prævaleant iis, quæ fuerunt diſpoſita in antecedenti, verba, quamvis generalia, vim
24 ſpecialis derogationis obtinent. *Rot. in rec. d. dec.247.n.7. & ſeqq. par.6.*

Augeturque pondus dd. circumſtantiarum ex quo in corpore ejuſdem Teſtamenti, pro majori illius validitate, & voluntatis Teſtatoris executione, datur facultas vocatis, toties quoties opus fuerit, eligendi Sapientem qui majorem, & ampliorem clauſularum extenſionem faceret, itaque haberi deberet, ac ſi in ipſomet Teſtamento facta fuiſſet, ibi *e che ſia lecito a ciaſcheduno di loro tante volte, quante*
25 *biſognaſſe, eleggere il Savio, quale poſſa fare maggiore, e più piena eſtenſione, acciò la volontà del detto Signor Teſtatore venga adempita per la conſervazione &c. quale eſtenſione da Savio volſe, che ſi abbia detto Signor Teſtatore per apposta, & eſteſa nel preſente ſuo Teſtamento in ogni miglior modo.* Quando autem data eſt poteſtas extendendi clauſulas ad conſilium Sapientis, tunc poſſe Notarium apponere derogato-
26 riam primis Teſtamenti, aliaſque clauſulas ſufficientes, ex quibus illud tollatur, firmant *Simon. de Praeis de interpr. ultimar. volunt. lib.4. interpret.3. dub.2. ex num.77. fol.456. Mantic. de Conject. lib.12. tit.8. num.23. Barry de Succeſſ. lib.10. tit.1. num.19. verſ. videtur ſi Teſtator.*

Signantèr in præſenti hypotheſi, in qua habemus Formularium Florentinum, cujus vigore clauſula *non obſtantibus &c.*
27 extendi debet hoc modo, videlicet — *non obſtantibus quibuſcumque verbis derogatoriis, pœnalibus, vel præciſis, in d. Teſtamento, vel alia ultima voluntate appoſitis &c.* ut in eodem Formulario *fol.306.* Ad tenorem enim Formularii loci, ubi teſtamentum, vel inſtrumentum celebratum eſt, clauſulas ceteras debere extendi, tradunt *Bald.conſ.107. in fine lib.1. Rot penes Rodolphin. alleg. 171. num.19. & coram Duran. dec.49.*
28 *num.8. Buh. dec.310. num.6. & dec.359. num.3. & in rec. dec.695. num.7. part.1.*
29 & in terminis Formularii Florentini *Gerardus Maull.* olim hujus noſtræ Rotæ Auditor emeritus, *conſ.1. n.123. & 124. Rota Florentina lib. Mor.83. fol.361. §. Præſuppoſito.*

Factaque hujuſmodi clauſularum extenſione, non eſt ambigendum, quin ſpecialitèr revocata fuerit derogatoria, contenta in priori teſtamento, ut in
30 præciſis terminis reſpondet *Spada conſ. 378. n.3. & ſeqq. lib 2. Rota coram Buh. dec 56. n.7. & ſeqq. in rec. d. deciſ.321. num.3. part.1. dec.99. num.5. & 6. & dec.180. num.1. part.13.* quia ſpecialis derogatio dicitur, quoties fit mentio in caſſatione, & revocatione, de clauſulis derogatoriis, contentis in primo Te-
31 ſtamento, in ſpecie *Spad. d. conſ.378. n.5.*

num.5. lib.1. Rot. Marchia apud Thomat. dec.138. num.8. Adden. ad Pamphil. dec. 597. num.13. Rota coram Buratt. d.deciſ. 901. n.24. Duran. dec.178. n.8. Bich. cit. dec.56. n.9. & 10. Priol. deciſ.144. n.1. in rec. cit. dec.721. n.2. & 3. part.2. dec.233. n.10. part.5. & dec.247. n.5. & 6. part.6.

Quibus omnibus non modicum addit robur inſtitutio, facta in ſecundo Teſtamento, in perſonam Joannis Petri fratris, qui alias attenta Statutaria diſpoſitione erat ſucceſſurus ab inte-
31 ſtato, & valdè dilectus Teſtatori, qui ipſum etiam in primo teſtamento poſt Joſephum filium, ejuſque lineam, ſubſtituit, cum tota ſua deſcendentia: In his enim terminis ultimum Teſtamentum, etiam ſimpliciter factum, in quo inſtituti ſunt venientes ab inteſtato, præſertim Teſtatori dilecti, prævalet primo cum clauſula derogatoria, abſque aliqua ſpeciali derogatione. *Cyriac. contr.360. num.26. & 27. Barry de Succeſſion. lib.10. tit.1. num.19. verſ. ſecunda conjectura, poſt medium. Cancer. Variar. Reſolut. part.1. cap.4. num.18. in fine. Menoch. de Præſumpt. lib.4. dict. præſumpt.166. num.42. & ſeqq. Simon. de Pratis de Interpret. ultim. volunt. lib.4. interpret. 3. dub.2. n.107. & ſeqq. fol. mihi 468. in Veneta impreſſione. Rot. in rec. dec.721. num.9. part.2. & coram Bich. dec.458. num.34. in fine.*

Minimè relevante, quòd agitur de tollenda ſucceſſione Eliſabeth, Teſtatoris filiæ, quæ licèt à Statuto excluſa, fuerit tamen à Teſtatore in primo teſtamento vocata, & reintegrata. Quia, quidquid ſit de hoc, cujus contrarium latè probare conabantur Scribentes pro Previdono; ſatisfecit reſponſio, quòd cum in primo Teſtamento Pater ei reliquerit dotem ſcutorum 800. *ſalvo quanto di ſotto*, & inferiùs eam hæredem inſtituerit, ejus vita durante
33 poſt mortem tamen Joſephi filii, & omnium deſcendentium maſculorum ipſius, nec non filiarum ex dd. maſculis naſciturarum; in ſecundo verò Teſtamento eamdem Eliſabeth non ſubſtituerit, ſed ei dotem auxerit uſque ad ſcuta 1300., ex hoc reſultat, ſecundum Teſtamentum potiùs levamen eidem, quàm præjudicium intuliſſe, cum hoc conſiderabile augumentum cenſeatur ſubrogatum in locum ſub-
34 ſtitutionis vitalitiæ, ab incerto prorſus & remoto eventu dependentis, proindèque parum conſiderabilis, minimam enim quantitatem unius Coronati, in juribus incerti eventus, æquivalere poſſe maximæ incertæ ſperatæ quantitati mille Coronatorum, dixit *Rota Roman. poſt Torre de Pactis futur. ſucceſſ. dec.160. n.15. & 16.* plenè *Rota noſtra in Florentina Renunciationis ſuper admiſſione Capitulorum, & leſione 13. Septembris 1709. §. Ceterùm, cor. me*, impreſſa *dec.6. n.18. & ſeqq.* & quòd hujuſmodi prorſus incerta ſpes ſuccedendi, parum, aut nihil æſtimetur *Torr. de Primogenit. tom.1.*
35 *cap.41. §.7. n.47. fol. mihi 762. Rota coram Coccin. dec.1564. n.24. & ſeqq. & in recen. deciſ.310. num.18. & ſeqq. part.6.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Gravamen, injunctum hæredi ſuper bonis propriis, an, & quando involvat captatoriam, à Jure reprobatam, ubi latè. Benè elucidatur articulus, an, & quando diſpoſitio captatoria, adjecta alteri ſubſtitutioni, vitietur ſola, vel influat quoque in totam diſpoſitionis ſubſtantiam. Gravatus aſſumere Cognomen alterum ſub pœna caducitatis, eam non incurrit, ſi Civis factus non fuit, ex quo ſuper hæreditate adhuc durat lis, & non habuit illius pacificam poſſeſſionem. Privato ob contraventionem Patre, non privatur Filius, nec alius ſubſtitutus.

SUMMARIUM.

1 *Diſpoſitio captatoria à Jure reprobatur.*

2 *Licitum eſt cuique hæredem ſuum gravare ad ſupponendum bona propria Fideicommiſſo, à ſe inſtituto, nec per hoc diſpoſitio dicitur captatoria.*

3 *Præcipuè ſi conſtet de optimo fine, & intentione Fideicommiſſum impinguandi, ad ſplendidiorem Familiæ conſervationem.*

4 *Prædicta procedunt, ubi gravamen adjectum ſit in bonis certis hæredis, ſecus ubi univerſalitèr in omnibus ejus bonis.*

5 *Non dicitur univerſalitèr gravatus, nec captatoria includitur in præcepto ſubjiciendi Fideicommiſſo duas tertias partes bonorum, nec in alio præcepto, quòd hæres teneatur ſubjicere Fideicommiſſo*

miſſe omnia bona, de quibus intra certum tempus non diſpoſuerit.

6 *Eoque magis excluditur, ſi præceptum, ſeu gravamen, comprehendit bona tantùm præſentia, non futura.*

7 *Bona futura nunquam veniunt ſub quavis ampliſſima diſpoſitione, niſi de iis ſpecificè dictum ſit.*

8 *Prout excluditur, ſi non comprehendat jura, & actiones.*

9 *Comprehenſa non remanent ſub bonorum diſpoſitione jura, & actiones in ſubjecta materia, quidquid ſit ad alios favorabiles effectus, latam interpretationem exigentes.*

10 *Gravamen, nominatim adjectum hæredi in caſu contraventionis, ſupponendi Fideicommiſſe omnia bona, tam præſentia, quàm futura, non intelligitur repetitum in diverſo caſu mortis.*

11 *Præcipuè ſtante Clauſula* tali caſu, *quæ coarctat diſpoſitionem ad caſum expreſſum.*

12 *Eo magis excluditur repetitio dicti gravaminis, ſi ex tali repetitione teſtamentum annullaretur, & induceretur captatoria.*

13 *Exceptio captatoria, ſi non eſt omnibus adjecta ſubſtitutionibus, non nocet ſubſtituto, in quem captatio non fuit directa.*

14 *Qui ſubſtitutus, cæteris vitiatis gradibus ſubſtitutionum, admittitur.*

15 *Conditio captatoria tam vitiat partem teſtamenti, cui inhæret, firmis ſtantibus cæteris ejuſdem Teſtamenti diſpoſitionibus.*

16 *Plures Auctoritates, contra ſentientes, referuntur,* & n. ſeqq. *explicantur,* uſque ad n. 25. *ubi latè.*

17 *Ubi captatoria vitio laborat inſtitutio correſpectiva, ad quam acceſſoriè cæteræ ſubſequuntur, omnes corruunt.*

18 *Secus ubi ſequentes ſubſtitutiones independentes omninò ſunt ab ea, quæ dicitur affecta vitio captatoria.*

19 *Et talis dicitur, ſi ſubſtitutio eſt facta per vulgarem, aut compendioſam, à qua teſtamentum poteſt initium ſumere.*

20 *Contingit quoque annullatio omnium ſubſtitutionum ex captatoria, uni adjecta, quando illa non concernit aliquam particularem diſpoſitionem, ſed influit in omnem, in teſtamento contentam.*

21 *Vel ſi captata eſt ſolùm pars hæreditatis, nam pro ea parte ſolùm irritaretur diſpoſitio.*

22 *Vel ſi agatur de annullanda diſpoſitione, facta in pœnam adjectæ conditionis captatoriæ, non impletæ.*

23 *Pœnales enim diſpoſitiones expreſſè à legibus improbantur.*

24 *Pluribus ordinatis ſubſtitutionibus per unam continuatam periodum, & orationem, captatoria, uni adjecta, influit quoque in cæterarum nullitatem.*

25 *Alia eſt quæſtio, an conditio captatoria vitietur ſolum, vel vitiet quoque diſpoſitionem, cui fuit adjecta, prout verius eſt totam vitiari.*

26 *Onus injunctum à Teſtatore, puta Cruſitatis aſſumendæ, non tenetur ſubire vocatus, ante quàm pacificè ad hæreditatem aſſumptus fuerit.*

27 *Arguitur à ſimili Fideicommiſſorum incompatibilium, quorum alterum incompatibile retinere valet uſque ad pacificam conſecutionem alterius.*

28 *Quod procedit paritèr in beneficio incompatibili, quod non vacat, niſi per pacificam retentionem alterius.*

29 *Pater, quatenus à ſucceſſione excludatur ob tranſgreſſionem præcepti, à Teſtatore injuncti, ſucceſſio devolvitur ad ejus filios, qui non per hoc excluduntur.*

30 *Pœna, incurſa per Patrem contravenientem, ad filios, ex propria perſona vocatos, non extenditur.*

31 *Et iſtis non exiſtentibus capacibus, ad alium ſubſtitutum devolvitur, non ad hæredem ab inteſtato, in teſtamento non vocatum.*

32 *Exceptio de jure tertii non valet in Judiciis allegari.*

33 *Bona devoluta ad favorem ſubſtituti poſſeſſoris per ingreſſum in Religionem incapacem, non recuperantur per tranſitum, mediante Pontificia diſpenſatione factum ad aliam Religionem capacem, nec in præjudicium poſſeſſoris de iis ampliùs diſponere poteſt Religioſus.*

DE-

DECISIO XIII.

PRobato in præcedenti Deciſione, quòd ſecundum Teſtamentum prævalere, & attendi debeat, contra illud de nullitate obiciebatur,
1 ex quo contineret diſpoſitionem captatoriam, à Jure noſtro improbatam in *l. captatorias* 70. *& l. illa autem* 71. *ff. de hæred. inſtituend.* ad plenè tradita *per Rot. poſt de Luc. de Teſtament. deciſ.* 15. *ex n.* 4. *repetita poſt Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. in Mantiſſ. dec.* 28. *& confirmata die* 9. *Aprilis* 1696. *§. Non jure, cor. dell' Olmo*. Verùm funditus examinatis Cauſæ momentis, & rationibus, ex quibus deduci prætendebatur, in Teſtamento, de quo agitur, captatoriam contineri, & ob id illud nullitatis vitio ſubjacere, pro validitate Teſtamenti reſponſio prodiit.

Cum enim Teſtator primo loco hæredem inſtituerit Joannem Petrum fratem ſuum, cumque bona ſua Fideicommiſſo in eodem Teſtamento ordinato ſupponere voluerit, nulla in hoc conſiderari poteſt diſpoſitio captatoria. Vetitum quippe non eſt Teſtatori, immò expreſsè permiſſum, de
2 Bonis hæredis diſponere, dummodò id non faciat modo à Jure improbato, juxta Textus literales in *l. Imperator* 71. *§. Si centum, & §. Cum quidam ff. de legat.* 2. *& l. unum ex familia* 69. *§. Si rem ſuam, & l. cum Pater* 79. *§. Toto ff. eod. & l. hæredem* 25. *Cod. de Fideicom.*, quod ad reiciendam ex hoc capite captatoriam, expendunt *Peregr. conſ.* 63. *n.* 1. *lib.* 4. *Menoch. conſ.* 1233. *n.* 23. *Sarment. Select. Interpret. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 7. *circa med. De Luc. de Teſtament. diſc.* 42. *n.* 9. *& ſeqq. & de Fideic. diſc.* 134. *n.* 11. 13. *& 14. & in Conſil. Legis & Ration. obſervat.* 79. *circa fin. verſ. ſive ad inſtar:* alter *De Luc. de Confident. Hæred. cap.* 114. *n.* 1. *& ſeqq. Rota apud Baldett. Dec. & Rer. Judicat. tit.* 3. *dec.* 32. *n.* 17. *& ſeqq. uſque ad fin.* & meliùs in illius confirmatoria ſub titulo *Aveniomen. Fideicom.* 19. *Januarii* 1703. *§. Suppoſito, & §. Quo verò, cor. Reverendiſs. D. meo Scotto.*

Potiſſimè quando hujuſmodi gravamen in bonis propriis hæredis, habet honeſtum, & laudabilem finem magis impinguandi hæreditatem, ad hoc ut Familia, & Agnatio Teſtatoris, & Hæredum decoroſiùs conſervaretur, cum Familiæ divitiis ſplendeſcant, & paupertate vileſcant: In his quippe terminis, in quibus diſpoſitio non procedit ex improba cupiditate occupandi bona, & hæreditates alterius, ſed ex licito inſtituto, & Reipublicæ proficuo, faciliùs permitti debet, omnemque
3 promeretur juris favorem, ac aſſiſtentiam, ut pluribus adductis exemplis, proſequitur in ſpecie *Rota in Avenionen. Fideic.* 19. *Januarii* 1703. *§. Eoque magis cor. Scotto*.

Non obſtante, quòd dictum gravamen in bonis propriis non inducat captatoriam, quando eſt particulare ſuper certis bonis, ſecus verò quando eſt univerſale, & omnia bona, ac univerſam hæreditatem inſtituti comprehendit, ut firmant *De Luc. de Confident.*
4 *Hæred. d. cap.* 114. *num.* 4. *Rot. in d. Avenionen. Fideicommiſſi* 1703. *§. Porrò, cor. Scotto*.

Objectum enim viſum fuit in facto non ſubſiſtere, & Eliſabeth prodeſſe non poſſe. Et ſanè in facto non ſubſiſtit, quia gravamen injunctum Joanni Petro, non eſt purum, ſed dependet à conditione, quatenùs ſcilicèt ipſe de ſuis bonis ante mortem Teſtatoris, vel intra tres menſes poſt illius mortem, non diſpoſuerit, ibi - *mentre però detto Signor Gio. Pietro non aveſſe per contratto fatto donazione di tutto il ſuo avanti il detto tempo di tre meſi, ò vero nel detto tempo di tre meſi &c.*, & quoad quantitatem bonorum eſt alternativum, & facultativum, dum reponit in libera facultate Joannis Petri ſubmittere Fideicommiſſo, ab eodem Teſtatore ordinato, vel omnia bona, vel duas tertias partes, ibi - *games detto Signor Gio. Pietro, volendo eſſere ſuo Erede, ad accettare in tempo di tre meſi dal giorno di ſua morte, la ſua Eredità, e donare alla medeſima tutto il ſuo, ò almeno li due terzi, non ſolo di tutti li ſuoi beni &c.* Ac proinde cum Joannes Petrus habuerit liberam facultatem diſponendi de omnibus ſuis bonis intra certum

tempus, & de tertia illorum parte
toto tempore vitæ ſuæ uſque ad mor-
tem, ſicut ex hoc gravamine non po-
teſt dici privatus facultate teſtandi,
5 ita ex hoc præcepto non poteſt dedu-
ci aliqua nullitas, ut in ſubjecta ma-
teria *De Luc. de Teſtam. diſc. 41. num. 13.*
& reſpondendo objecto proſequitur
*Rot. in d. Avenionen. Fideicommiſſi 19. Ja-
nuarii 1703. §. Parum refragante, coram
R.P.D. meo Scotto.*

Aliud verò onus, injunctum proxi-
mioribus, minus concludit, expreſsè
enim reſtringitur ad bona præſentia,
& actiones, ac jura non comprehen-
dit, eveniente quippe caſu ſucceſſionis
proximior gravatur *e vender tutti
gli ſuoi beni ſtabili, & altri effetti, per
publici inſtromenti, ne' quali deva con-
ſtare del prezzo, e non avere altri
beni, & effetti, con dovervi rinveſtire il
prezzo in altri beni, & effetti nello
Stato Fiorentino, con quelli ſottoporre
al detto, & infraſcritto Fideicommiſſo,
e ciò non facendo voglio, e voglio, che reſti
privo, ſiccome lo privò, e privo &c.*
6 Cum enim onus vendendi bona, &
inveſtiendi illorum pretium, reſpiciat
tempus apertæ ſucceſſionis favore pro-
ximioris, bona tunc temporis ab ipſo
poſſeſſa tantùm poterit comprehende-
re, non futura, de quibus Teſtator
locutus non eſt, & quæ nunquam
incluſa cenſentur in quavis de cætero
prægnantiſſima diſpoſitione, niſi de eis
7 ſpecificè mentio facta fuerit. *Peregr.
conſ. 63. num. 8. lib. 4. Gratian. diſcept.
98. num. 1. & 11. Andreol. controv. 2.
num. 1. Rodulphus. allegat. 180. num. 17.
Rota diſput. 55. num. 17. Menoc. de
Tutt. lib. 13. tit. 15. num. 9. Clarus §.
Donatio, quæſt. 19. num. 4. Torr. de Pact.
futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 5. num. 67. & de
Majorat. part. 2. quæſt. 15. num. 46. Sol.
tutt. 71. Fontanell. de Pact. Nuptial.
clauſ. 4. gloſſ. 21. part 2. num. 23. & dec.
907. num. 10. Mart. Medic. in Addit. ad
dec. 36. num. 4. & in Addit. ad examinat.
21. ſub num. 3. Senatus Mantuan. apud
Surd. dec. 133. num. 8. Senatus Pedemon-
tanus apud Theſaur. dec. 199. num. 1. &
ſeqq. Rota coram Buratt. dec. 7. num. 1.
& ibi Addit. num. 14.,* & in noſtris
terminis *Rota apud Balduc. Dec. & Rer.
Judicat. tit. 3. dec. 32. n. 22. & 23.,* &
egregiè *in d. Avenionen. Fideicommiſſi
1703. §. Et quatenus, coram Illuſtriſſimo
D. meo Scotto, nunc Almæ Urbis Guber-
natore.*

Quemadmodum comprehenſa non
remanent in dicta diſpoſitione jura, &
actiones, quæ utpote tertiam ſpeciem
inter ſtabilia, ac mobilia conſtituentia,
appellatione bonorum non veniunt,
8 quando agitur de annullando Teſta-
mento, quidquid ſecus dicendum eſ-
ſet, quando verſaretur in materia fa-
vorabili, pro ſuſtinenda nempè diſpo-
ſitione, vel illa vindicanda ab abſur-
do, vel alia ſimili, latam interpreta-
tionem verborum exigente. *Clar. §. Do-
9 natio q. 19. num. 5. ibique Addit. n. 8.
Antonius de Donation. prælud. 2. §. 7.
n. 71. & lib. 2. cap. 1. num. 4. Torr. de
Pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 5. num. 59.
Mart. Medic. in Addit. ad exam. 21. n. 36.
Senatus Luſitanus apud Gammam deciſ.
339. num. 2. Rota coram Dunozet. Jun.
dec. 658. num. 10. & 12. & in rec. dec. 311.
n. 1. part. 7.,* & in præciſis terminis
*Peregrin. d. conſ. 63. n. 7. & 8. lib. 4. Card.
de Luc. de Teſtament. in diſc. 41. num. 11.
Rota apud Balduc. Dec. & Rer. Judicat.
tit. 3. diſt. dec. 32. n. 22. & 23.* & meliùs
in illius confirmatoria *diei 19. Januarii
1703. §. Et quatenus, coram Scotto,* ubi
benè, ut ſupra, diſtinguit.

Haud relevante, quòd in alia ejuſ-
dem Teſtamenti parte proximiores
graventur ſupponere Fideicommiſſo
omne, & totum id, quod haberent
tam de præſenti, quàm in futurum:
Siquidem cum hujuſmodi onus nomi-
natim adjectum ſit ſubſtitutioni, fa-
ctæ in caſu, quo Joannes Petrus non
pareat præcepto Teſtatoris, illud nullo
modo repetitum intelligi debet in al-
tera ſubſtitutione, facta in diverſo caſu,
ſcilicet mortis, & deficientiæ d. Joan-
nis Petri, in qua dictum onus fuit di-
verſimodè adjectum, præſertim attenta
clauſula illa *in tal caſo,* quæ operatur,
10 ut onus ſit intelligendum præcisè re-
ſtrictum ad caſum, individualitèr ex-
preſſum, omneſque alii excluſi cen-
11 ſeantur. *Cyriac. contr. 381. num. 67. Al-
tograd. contr. 55. num. 41. Gratian. diſ-
cept. 275. n. 14. Rodulphus. alleg. 130.
n. 11. Roſa conſult. 17. num. 18. & 43.
Torr. de Majorat. part. 1. cap. 38. n. 529.
& part. 2.*

& part. 2. quæſt. 15. n. 50. & quæſt. 17. num. 9. Rota Senen. apud Mart. Medic. dec. 1. num. 21. Rota Rom. coram Gregor. dec. 433. num. 6. ibique Addit. num. 11. in rec. dec. 267. ſub n. 2. part. 2. dec. 310. num. 6. in fine part. 3. dec. 134. num. 6. & dec. 459. n. 4. part. 13.

Fortiùs quia ſi fieret dictionis repetitio, diſpoſitio redderetur inutilis, &
12 Teſtamentum vitiaretur, quo in caſu repetitionem numquam admitti, tradunt *Peregr. de Fideicom. art. 16. n. 37. Mantic. de Conject. lib. 10. tit. 6. num. 16. Rota Florentina apud Magon. deciſ. 84. num. 11. Rota Rom. coram Celſo dec. 331. n. 4. & 5. & in rec. dec. 207. n. 38. part. 9. & dec. 130. n. 11. part. 14.*

Cęterùm exceptio hęc, data etiam per hypotheſim illius ſubſiſtentia, opitulari non poſſet Eliſabeth nam cum Teſtator primo loco Joannem Petrum, cum tota ejus Deſcendentia vocaverit, deinde Didacum, & poſtea proximiores, quorum Deſcendentia
13 maſculina extincta, Juvenem ſorte extrahendum, totamque ejus prolem maſculinam ſuccedere voluit; data etiam nullitate inſtitutionis, & primarum ſubſtitutionum, cum ille Juvenis eligendi non habeat tale gravamen ſupponendi bona propria Fideicommiſſo, in eo nullo modo poteſt conſiderari vitium captatoriæ, ut in terminis precisis, quòd vitiata inſtitutione captatoria, vel pręcedenti ſubſtitutione pariter captatoria, admitta-
14 tur ſequens ſubſtitutus, in quem captatio non fuit directa, *Oddus conſ. 2. num. 11. Bero. conſ. 13. ſub n. 23. lib. 2. Peregr. conſ. 31. n. 16. in fine, & conſ. 32. n. 8. in fine, & conſ. 33. n. 9. lib. 5. Maſſel. Triſmegiſt. legal. ratiocin. 25. num. 18. Altolem. reſolut. 106. num. 57. Fuſar. de Subſtit. quæſt. 503. n. 41. & melius conſ. 43. n. 18. Duran. de condit. & mod. impoſſibil. part. 3 cap. 5. num. 29.*

Conditio enim captatoria vitiat ſolùm eam diſpoſitionem, cui adjicitur, nec influit in totum Teſtamentum vitiando omnes alias diſpoſitiones, in eo contentas, ſed illud, annullata tantùm diſpoſitione captatoria, in cęteris fir-
15 mum remanet, ut per *text. in l. 1. ff. de iis, quæ pro non ſcriptis habentur*, firmant *Peregr. conſ. 31. num. 17. conſ. 32. n. 5. & 8. & conſ. 33. num. 9. lib. 5. Parıſ. conſ. 38. num. 34. & ſeqq. lib. 3. Bero. conſ. 13. n. 23. lib. 2. Maſſel. Triſmegiſt. legal. ratiocin. 25. num. 14. Altolem. reſol. 106. num. 56. & 57. Marta de Succeſſ. legal. part. 4. quæſt. 11. art. 1. num. 8. Duran. de Condit. & mod. impoſſibil. part. 3 cap. 5. num. 29. verſ. unum tamen, in fine. Fuſar. de Subſtit. quæſt. 503. num. 44. De Luc. de Fideicomm. diſc. 60. n. 5. & 6.* alter *De Luc. de Confident. Hæred. cap. 91. ſub n. 114. verſ. adverſus.*

Minimè reſragantibus contrariis Auctoritatibus, firmantibus, quòd tali caſu Teſtamentum, & ſubſtitutiones
16 omnes, in eo contentę, in totum annullantur *Decian. reſponſ. 70. ex n. 19. tom. 3. Menoch. conſ. 699. per tot. Fuſar. conſ. 43. num. 14. Rodulphin. allegat. 136. ex num. 6. Scalen. de Teſtament. lib. 6. cap. 7. §. 1. num. 239. Surd. dec. 7. n. 30. dec. 68. num. 7. & dec. 218* plenè *Rot. poſt De Luc. de Teſtamentis dec. 15. num. 6. & plur. ſeqq. & coram Dunozett. Jun. dec. 915. n. 5.*

Auctoritates enim prædictę loquuntur, vel quando prima inſtitutio, aut ſubſtitutio captatoria, eſt correſpectiva, omneſque aliæ veniunt acceſſoriæ ad
17 illam, & per fideicommiſſariam, & in his terminis loquitur *Rodulphin. ubi ſupra n. 6.*, ſecus verò quando ſequentes ſubſtitutiones non ſunt correſpectivę ad primam captatoriam, ſed ab ea omnino independentes, qualis eſt illa
18 Juvenis ſorte extrahendi à Guardiano Societatis Doctrinæ Chriſtianæ, quæ de per ſe facta fuit, & nihil commune habet cum ſubſtitutione Deſcendentium maſculorum Joannis Petri, & Didaci, & Agnati proximioris, fuitque facta per compendioſam, & vulgarem expreſſam, à qua Teſtamentum, corrupto gradu præcedenti, initium ſume-
19 re poteſt. *Marta conſ. 20. n. 12. & 13. & conſ. 183. n. 32. Ger. Spin. conſ. 62. n. 33. Parım. allegat. 56. n. 6. Peregr. de Fideicom. art. 15. n. 11. Fuſar. de Subſtit. quæſt. 469. n. 1. Gratian. diſcept. 979. n. 38 & 39. Rota Marchiæ apud Eundem dec. 140. n. 7. & 8. Panimoll. dec. 8. adnot. 1. num. 20. 25. & ſeqq. Senatus Mantuanus apud Surd. dec. 37. n. 13. Rota Bononien. apud Poſth. dec. 8. num. 8.*

*& 9. Rota Rom. coram Dunozet. Jun. dec.
646. n. 11. & 10. in rec. dec. 579. num. 2.
& ſeqq. part. 4. & dec. 16. num. 8. part. 13.*
Vel quando captatoria non concernit
aliquam particularem diſpoſitionem,
20 ſed omnia contenta in Teſtamento, ut
videre eſt in *d. dec. 15. ſub. n. 8. ver-
ſic. & proximas, & ſeqq. poſt de Lu-
ca de Teſtamentis* admittens n. 11.
quòd ſi captata eſſet tantùm pars hæ-
reditatis, pro illa parte dumtaxat ir-
21 ritaretur diſpoſitio. Vel ſubſequentem
ſubſtitutionem irritant, non ex eo
quòd participet de vitio captatoriæ
22 primæ ſubſtitutionis, ſed quia facta
fuit in pœnam non impletæ conditio-
nis captatoriæ, adjectæ præcedenti
ſubſtitutioni, & in illo caſu loquitur
*Rodulphus d. alleg. 136. n. 7. & 8. &
Surd. cit. dec. 7. n. 6. verſ. verum, &
ſeqq. dec. 68. n. 8 & dict. dec. 118. in
princip. & ſub n. 1. verſ. tandem*, in qui-
23 bus terminis benè per eos ſcripta pro-
cedunt, cum pœnales diſpoſitiones ex-
preſsè à Legibus improbentur, ut in
*l. 1. ff. de iis, quæ pœnæ nomine, & l. 1.
Cod. eodem, & in §. final. inſtit. de
legat.*: ſed nos in hac hypotheſi non
verſamur, cum ſubſtitutio Juvenis
forte extrahendi facta fuerit ſolùm in
caſum mortis, & deficientiæ, non in
pœnam; vel dicunt ſolùm, quòd capta-
toria, licèt non fuerit adjecta inſtitu-
tioni, ſed ſubſtitutioni in tempus re-
motum ordinatæ, attamen vitiat talem
ſubſtitutionem eodem modo, quo vi-
tiaret inſtitutionem, ſi eidem adjecta
fuiſſet, cum in utroque caſu vigeat
eadem ratio captandæ, & coarctandæ
voluntatis Teſtatoris, nihil autem di-
cit, an afficiat, vel vitiet alias diſpoſitio-
nes, ut videre eſt penes *Dunoz. Jun. d.
dec. 925. n. 5.* Vel loquuntur quando tam
inſtitutiones, quàm ſubſtitutiones, fa-
ctæ leguntur per viam unius tantùm
periodi, & continuatæ orationis, &
poſtea adjecta captatoria conditio, quæ
cum ideo ſe referat ad omnes præce-
dentes inſtitutiones, & ſubſtitutiones,
rectè dicitur omnes illas vitiare, cum
omnes pendeant, & regantur ab una
eademque captatoria diſpoſitione, &
in hujuſmodi terminis procedunt ſcri-
24 pta per *Decian. reſponſ. 70. ex num. 19.
& ſeqq. & ſub num. 29. lib. 3. Rot.
poſt De Luc. de Teſtament. d. dec. 15. n. 7.*
vel demùm tractant ſolùm quæſtionem,
an conditio captatoria ſolùm vitietur,
& habeatur pro non appoſita, firma
remanente inſtitutione, vel ſubſtitutio-
ne, cui adjecta eſt, vel vitiet actum
cui fuit appoſita, & concludunt,
quòd non ſolùm conditio, ſed
tota diſpoſitio nulla ſit, & in-
25 totum vitietur, & hoc dicunt *Menoch.
conſ. 699. n. 10. in fine. Surd.* qui in
dicta cauſa judicavit, *d. dec. 68. num. 1.
& ſeqq. & num. 7. Fuſar. conſ. 43. ex
n. 16. Scaini. de Teſtament. lib. 6. cap. 7.
§. 5. num. 139. Rota cor. Dunoz. Jun. d.
dec. 925. n. 6. & 7*

Ex his deſcendentes ad alium arti-
culum, cenſuimus, ob non adeptam à
Previdono Civilitatem Florentinam
intra tempus præfixum à Teſtatore, ca-
ducitatem non incuriſſe, quia cum
continuò duraverit lis ſuper pertinen-
tia ſucceſſionis, non tenetur ſubire
onus aſſumptionis Civilitatis, qua aſ-
ſecuta, longè majorem decimam ſol-
vere adſcriptus erit, ſed expectare de-
26 bet terminatio litis, & quòd ipſe poſ-
ſit pacificè remanere in poſſeſſione bo-
norum, & hæreditatem abſque ulla con-
troverſia frui, ut in puncto majoratus,
aut fideicommiſſi incompatibilis, quòd
non obſtante incompatibilitate, per-
27 miſſa ſit lite pendente retentio *Roxas
de Incompatibilit. Majorat. part. 7. cap. 4.
n. 30. De Luc. de Fideicom. diſc. 13. n. 36.
& 37. Adden. ad Molin. de Primog. lib. 3.
cap. 2. ad n. 30. verſic. caeterum negativa,
& ſeq. fol. 125. Torr. de Primogen. Ital.
tom. 1. cap. 33. n. 63 & 64. fol. 143 Larr.
dec. Granaten. 52. ſub n. 19.* & in terminis
Beneficii incompatibilis, quòd prius
28 non vacet, niſi ſecundum pacificè re-
tineatur *Roxas loco citato. De Luc. de
Fideic. d. diſc. 13. n. 36. Torr. de Primog.
tom. 1. d. cap. 33. ex n. 63. Addm. ad Mo-
lin. ubi ſupra verſ. caeterum negativa,
& ſeq. Senatus Granaten. apud Larr. d.
dec. 52 ſub n. 19. Rot. cor. Dunozett. Jun.
dec. 811. num. 15. Priol. dec. 33. n. 8. & ſeqq.
Emerix Jun. dec. 5. ſub n. 6. verſ. quia, &
n. 7. & poſt de Luc. de Benefic. in Mantiſſa
dec. 10. num. 17. & 19.*

Et quatenus etiam caducitatem in-
curriſſet Carolus, aperiretur ſucceſſio
favore filiorum, ex propria perſona ad
fi-

29 fideicommiſſum vocatorum, qui nullum delictum commiſerunt: Pęna enim privationis incurſa à Patre ob contraventionem, non privat filios, ex pro-
30 pria perſona ſuccedentes. *Roland. à Valle conſ. 68. ex num. 3. lib. 4. Rezas de Incompatibilit. part. 3. cap. 1. n. 66. & par. 7. cap. 6. num. 19. D. meus Palm. Nep. allegat. 128. n. 1. & ſeqq. & alleg. 204. n. 2. & ſeqq. Torr. de Primog. part. 2. quæſt. 4. numer. 15. fol. 22. & quæſt. 53. n. 7. fol. 366. ex n. 72. & quæſt. 56. n. 16. fol. 328. Rota cor. Dunozett. Jun. dec. 142. n. 14. & 15. cor. Emerix Jun. dec. 403. num. 3. & ſeqq.*, & in illius confirmatoria *cor. Vicecomite, impreſſa apud eundem Palm. allegat. 130. n. 10. & 15.*

Quin immò etiam iſtis de medio ſublatis, bona ſpectare deberent ad Societatem Doctrinę Chriſtianę pro ele-
31 ctione Juvenis ſorte extrahendi, non ad Eliſabeth non ſubſtitutam, cujus reſpectu hæc dicitur exceptio de Jure
32 tertii, quam in Judiciis allegare non eſt permiſſum. *L. 1. Cod. de except. rei judicat. Rot. cor. Cerr. dec. 612. in fin. Zarat. dec. 35. n. 30. Ubag. dec. 104. n. 2. & 3. poſt De Luc. in Mantiſſ. de Donat. dec. 3. n. 11. de Benefic. dec. 4. n. 4. & de Jurepatronat. dec. 2. num. 23. & deciſ. 5. n. 16.*

Neque prodeſſe poteſt dictę Eliſabeth donatio, ei facta à Joſepho fratre, tempore tranſitus ad ſecundam Religionem, cujus vigore ſuccedere prætendit in bonis, de quibus agitur: Siquidem cum per ingreſſum Joſephi in Religionem Cappuccinorum incapacem, bona fuerint legitimè devoluta, & acquiſita Carolo proximiori Agnato; tranſlatio de ipſius perſona poſtea facta à Religione incapace ad capacem, mediante Brevi Pontificio, non operatur, ut re non integra poſſit recuperare bona amiſſa ob profeſſionem
33 factam in Ordine incapaci, nec diſpenſatio Apoſtolica retrotrahi in præjudicium agnatorum, quibus illa intermedio tempore fuerunt applicata, ut benè in præciſis terminis firmant *Figant. ad Stat. Ferrariæ tom. 1. rub. 143. n. 32. lib. 2. fol. mihi 143. & 144. in ſecunda impreſſione Ferrarien. Rot. cor. Buratt. dec. 510. n. 1. & ſeqq. & per tot. repetit. dec. 576. cor. eod.*

Et ita omiſſis aliis, tamquam levioris ponderis, vel plenè ſublatis ex ſuperiùs deductis, reſponſum fuit, utraque &c.

ARGUMENTUM.

Tranſactio mulieris, facta ſine Solemnitatibus Statuti, niſi clariſſimè conſtet de utilitate, non ſubſiſtitur. An, & quando Fœminæ, ſub communi Deſcendentium nomine comprehenſæ, cum maſculis debeant admitti ad ſucceſſionem Fideicommiſſi, non obſtante præſumpta, vel expreſſa Teſtatoris conformatione cum Statuto fœminarum excluſivo. Deciditur pro affirmativa in concurſu cum Maſculis alterius Lineæ, extraque caſus à Statuto determinatos, pluteſque aliæ conjecturæ pro comprehenſione Fœminarum expenduntur, contrariis reprobatis.

SUMMARIUM.

1 *Solemnitates, quas præſcribit Statutum Florentinum in Contractibus Mulierum, debent adhiberi etiam in tranſactione.*
2 *Sub nomine filiorum, & deſcendentium, non veniunt fœminæ, quoties Teſtator providerit fœminas de dote, diſcretivè de maſculis, & fœminis locutus ſit, & adſit Statutum excluſivum fœminarum propter maſculos,* & n. 3. & 4.
5 *Ut recedatur à regula, quòd fœmina comprehendantur ſub nomine filiorum, & deſcendentium, concurrere debent conjecturæ urgentes, ſpecifica, & demonſtrativa.*
6 *Qualis non eſt illa, deſumpta ab injuncto onere dotandi fœminas ex bonis Fideicommiſſi in caſum ſubſidii, nam ex hoc non infertur ad excluſionem fœminarum in omnibus caſibus.*
7 *Pro dotandis fœminis, deſcendentibus à Fideicommittente, diſtrahi poſſunt bona Fideicommiſſi.*
8 *Conjectura ſufficiens non eſt illa, deſumpta à diſcretivo modo loquendi, immò retorquetur.*
Maximè ſi in conditionali Teſtator poſuit maſculos, & fœminas n. 9.
9 *Pars conditionalis clara Teſtamenti explicat diſpoſitivam dubiam.*
10 *Quando diſcretiva locutio de maſculis, & fœminis facta fuit pro majori declaratione voluntatis Teſtatoris fœminas comprehendendi, non procedit argumentum à diſcretiva deſumptum, ſed potiùs con-*

concluſio, quòd una pars teſtamenti aliam declarat.

Declaratio Teſtatoris comprehendendi fœminas, facta in ſubſtitutione, cum qua aliam regulari voluit, cenſetur iſti ineſſe ibidem.

11 *Deficientibus, ratione conſervandæ Agnationis, aliiſque conjecturis pro fœminarum excluſione, ex ſola diſcretiva non arguitur, fœminas ſub nomine communi non remanere comprehenſas.*

12 *Conjectura, deprompta à præſumpta conformatione Teſtatoris cum Statuto, non poteſt latiùs operari, quàm ipſum Statutum, nec extendi præter caſus, in quibus intrat determinatio Statuti.*

13 *Afferuntur Auctoritates, de Statuto Florentino loquentes.*

14 *Maximè ſi Teſtator voluit ſuam diſpoſitionem regulari à Statuto, & à Legibus Imperialibus, nam tunc, ut evitetur repugnantia, ſucceſſio juxta ordinem, à Statuto volitum, intelligi debet in caſibus à Statuto expreſſis, in non expreſſis ad terminos Juris.*

15 *Contrà, quia Teſtator videtur ſe conformaſſe cum Statuto fœminarum excluſivo, quoad hoc, ut ſicut Statutum maſculos, quos vocat, præfert fœminis, ſic ipſe vocando filios, & deſcendentes in infinitum, cenſetur voluiſſe conſervationem Agnationis, dum dederat eorum illimitata ſubſtitutio.*

16 *Auctoritates hujus contrariæ concluſionis, refutantur, & declarantur.*

17 *Ad effectum excludendi fœminas à proprietate vocabuli filiorum, & deſcendentium, ratio conſervandæ Agnationis debet planè, & concludenter probari.*

18 *Fœmina in Teſtamento difficiliùs admittitur agnationis conſervatio, quia non præſumitur illa odio proſequi proprium ſexum.*

19 *Prout nunquam cenſetur volita, quotiès Teſtator in aliqua parte Teſtamenti vocavit fœminas.*

20 *Deficiente voto conſervandi Agnationem, non attenditur præſumpta Teſtatoris conformatio cum Statuto fœminarum excluſivo.*

21 *Et multò magis dici poteſt, Teſtatorem noluiſſe ſe cum Statuto conformare, quando repugnantem, & contrariam Statuto diſpoſitionem expreſſè ordinavit.*

22 *Dictio*, vel, *inter maſculum, & fœminam poſita, ſignificat ordinem, & vocationem fœminarum per poſterius, & in ſubſidium.*

23 *Quamvis in alia parte Teſtamenti adſint dictiones* tam, & quàm, *quæ utique important parificationem fœminarum cum maſculis, ſed ad effectum tantùm excludendi ſubſtitutos, non ut ſimul cum maſculis admitti debeant.*

24 *Contraria Auctoritates referuntur.*

25 *Decl. ut vocatio fœminarum in ſubſidium intelligi non debeat deficientibus maſculis totius Familiæ, ſed tantùm illius Lineæ, in quam Bona ſunt ingreſſa.*

26 *Pluribus namque vocatis, tot conſtituuntur lineæ, quot ſunt perſonæ vocatæ, & fœminæ, in qualibet linea exiſtentes, non excluduntur à maſculis alterius lineæ, quàm ejus, in qua reperiuntur.*

Maximè quando fideicommiſſum fuit ordinatum à fœmina ibidem.

27 *Et eò magis quando fideicommiſſum fuit conditum à tranſverſali, & affine.*

28 *Referuntur caſus, in quibus contraria Auctoritates procedunt.*

29 *Quando Statutum excludit fœminas propter maſculos, & Teſtator voluit ſe Statuto conformare, attenditur proximitas gravantis, non gravati.*

30 *Præcipuè quando filii, & deſcendentes non ſint in conditione poſiti, ſed diſpoſitivè vocati, & referuntur contrarii.*

31 *Pro contrario, nempe quòd etiam in dicto caſu attendatur proximitas gravati, afferuntur Auctoritates, etiam in terminis Statuti Florentini* n. 32.

33 *Conſiſto Statutum non intrare, ſilet quæſtio, an proximitas gravati, vel gravantis, in terminis Statuti debeant attendi.*

De Jure Communi, quòd proximitas gravati attendi debeat, ampliùs non dubitatur, ibid.

34 *Ampl. etiamſi agatur de tranſitu à maſculis ad fœminam, quæ ſit filia ultimi gravati.*

35 *Tranſactiones cum minoribus, vel mulieribus, abſque ſolemnitatibus Statutariis factæ, ut ſubſiſtantur, evidenter debet conſtare de utilitate, quòdque ordinem-*

tenetur ad acquiſitionem, non ad dimiſſionem bonorum.

DECISIO XIV.

IN ultimo, cum quo deceſſit, elogio Magdalena Mattei, Uxor Raphaelis Baldeſi, ſibi haeredem in Teſtamento ſcripſit Joannem Baptiſtam ... filium, eoque ſine filiis maſculis, vel foeminis decedente, vocavit Franciſcum alterum filium, & poſt illius mortem omnes ejus filios, & deſcendentes in infinitum, ſecundum ordinem ſuccedendi, praeſcriptum à Statutis, & Legibus Imperialibus decedentibus autem Franciſco, vel ejus filiis, & deſcendentibus ſine filiis, vel filiabus, ultimo ipſorum ſubſtituit Mariam Raphaelem, & Mariam Clementem Moniales, ejuſdem Teſtatricis filias, quarum morte ſecuta, voluit ſuccedere debere filios, & deſcendentes Vincentii Baldeſi, cum omnibus, & ſingulis ſubſtitutionibus, factis favore lineae, & deſcendentiae d. Franciſci, ibi — *ſuo Erede iſtituì Gio. Battiſta ſuo figlio, e ſe detto Gio: Battiſta moriſſe ſenza figli maſchi, ò femmine, ò che morendo con figli tanto maſchi, quanto femmine, eſſi moriſſero tutti ſenza figliuoli, all'ora, e in qualſivoglia di detti caſi ſoſtituì Franceſco ſuo figlio, e dopo morte di detto Franceſco, tutti i ſuoi figliuoli, e deſcendenti in infinito, ſecondo l'ordine del ſuccedere, dato dagli Statuti, e Leggi Imperiali, e mancando detto Franceſco ſenza figli maſchi, ò femmine, ò eſſi figliuoli, e deſcendenti pure ſenza figli, ò figlie, all'ultimo di eſſi ſoſtituì Suor Maria Raffaella, e Suor Maria Clemente figlie Monache, e dopo la morte di queſte, ſoſtituiſce i figli, e deſcendenti di Vincenzo Baldeſi, colle ſoſtituzioni, proibizioni, e gravezze appoſte nelle ſoſtituzioni fatte a favore della linea, e deſcendenza di Franceſco in tutto, e per tutto.*

Nulla relicta prole obierunt praefati Joannes Baptiſta, & Franciſcus, itemque admiſſis Maria Raphaele, & Clemente Monialibus, poſt illarum obitum purificatum fuit fideicommiſſum pro tertia parte favore Hyacinti, à Vincentio Seniore mediante Petro filio deſcendentis, & pro aliis duabus partibus favore Franciſci, & Vincentii Junioris, ex Raphaele altero filio ejuſdem Vincentii Senioris nepotum, cumque ex poſt deceſſerit Vincentius Junior, in ejus portione ſucceſſit Franciſcus frater, excluſo penitus Hyacinto ejus conſobrino, dicto autem Franciſco ultimo loco defuncto, relicta Maria Laura filia, nupta Petro Franciſco del Mazza, iſta de Anno 1697. devenit ad Tranſactionem, in qua medietatem bonorum, dicto Fideicommiſſo ſuppoſitorum, relaxavit Hyacinto, quam ex poſt nullam, & invalidam credens, & bona praedicta pro duabus ex tribus partibus ſibi deberi praetendens, judicium inſtituit coram Supremo Magiſtratu, Cauſaque nobis ad referendum commiſſa, uniformibus votis retulimus, Tranſactionem eſſe nullam, & bona, ac praedia *di Pian Franzeſe*, ſuppoſita Fideicommiſſo Magdalenae, ſpectare, & pertinere pro duabus tertiis partibus ad dictam Mariam Lauram Baldeſi, eique Hyacintum teneri dimittere Bona ab ipſo poſſeſſa pro ſexta parte, apud ipſum exiſtente.

Siquidem cum Laura ſit proximior Franciſco Patri, ultimo loco defuncto, eidem debita eſt ſucceſſio in ea portione, quam Pater durante ejus vita poſſedit, non obſtante ſupradicta Tranſactione, quia haec in nulla fuit habenda conſideratione, tamquam facta ſine ſolemnitatibus volitis à Statuto Florentino, quas eſſe neceſſarias, etiam
1 in Tranſactione, tradunt *Urceol. de Tranſact. quaeſt. 11. num. 8. & ſeq. & quaeſt. 12. n. 1. & ſeq. & per totum* D., & olim collega meus *Canfarone. ad Statut. Urbis annot. 44. n. 440. & ſeq. Rot. in rec. dec. 58. num. 3. part. 14. & dec. 367. num. 1. & ſeq. & num. 5. & ſeq. & dec. 623. ex num. 2. part. 18.*

Quidquam non refragatur, quod quando Tranſactio utilis eſt, ſuſtinentur etiam ſine ſolemnitatibus, quae utilitas in caſu praeſenti reſultare praetendebatur ex quo Mariae Laurae relicta ſit medietas bonorum *di Pian Franzeſe*, Fideicommiſſo Magdalenae ſuppoſitorum, quando ipſa nihil praeten-

tendere potuiſſet, quia tamquam fœmina excluſa remanebat ab Hyacinto; licèt enim fœmina ſub appellatione filiorum, & deſcendentium, in Teſtamento Magdalenę vocatorum, comprehendatur, tamen concurrentibus conjecturis in contrarium à tali regula receditur, prout concurrere in præſenti prætendebant Defenſores Hyacinti, eaſque deſumebant ex eo, quòd Teſtator de dote fœminas providit, diſcretivè de maſculis, & fœminis locutus eſt, & in Civitate Florentiæ adeſt Statutum *ſub rub.* 120. *lib.* 2. excluſivum fœminarum propter maſculos, cum quo diſponentem ſe confor-
2 mare voluiſſe præſumitur, ex quibus omnibus cenſeri excluſas fęminas, eaſque ſub communi nomine filiorum, & deſcendentium non comprehenſas, tradunt de præcepto dotandi fœminas *Gabriel. conſ.* 131. *num.* 41. *lib.* 1. *Baldus. ad Roman. conſ.* 100. *n.* 88. *Barbat. de Fideic. q.* 1. *cap.* 9. *n.* 17. *&* 36. *Peregr. de Fideic. art.* 23. *n.* 45. *Roſtic.* hujus noſtræ Rotæ olim Auditor, *in l. cum Avus lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 13. *&* 14. *ff. de condit. & demonſt. Fuſar. de Subſtit. quæſt.* 311. *n.* 95. *& quæſt.* 325. *n.* 17. *Barboſa appellat.* 94. *num.* 11. *Caren. reſolut* 118. *n.* 13. *verſ. huc etiam pertinet, & n.* 26. *Paron. allegat* 196. *n.* 21 *Rota coram Arguell. dec.* 62. *n.* 16. *& poſt De Luc. de Fideic. deciſ.* 14. *n.* 6. de diſcretiva mentione maſculo-
3 rum, & fęminarum *Roman. conſ.* 15. *n.* 15. *Baldus ad eundem d. conſ.* 100. *n.* 88. *Menſ. conſult.* 683 *n.* 13 *Caren. dicta reſolut.* 118. *num.* 27. *Peregr. de Fideicom. art.* 23. *n.* 45. *Roſtic. in d. leg. cum Avus lib.* 6. *cap.* 10. *ſub n.* 25. *verſ. unde non ff. de condit. & demonſtrat. Fuſar. de Subſt. dicta quæſt.* 311. *num.* 37. *& conſ.* 152. *n.* 1. *& ſeq. Molin. de Primog. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 55. *Cavalcan. dec.* 14. *n.* 3. *& ſeq. part.* 3. *Rot. cor. Duran. dec.* 126. *n.* 31., & in Cauſa Florentina *poſt De Luc. de Fideicom. in Miſcell. dec.* 10. *n.* 4. ubi plures citat, & de præſumpta conformatione Teſtatoris cum Statuto *Gratian. diſcept.* 664. *num.* 8. *& ſeq. Altogr. reſol.* 14. *num.* 11. *&* 12. *Paron. allegat.* 38. *num.* 12. *& ſeq. Peregrin. de Fideicom. art.* 20. *n.* 23. *& art.* 25. *n.* 53. *Mantic. de Conject. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 15 *& ſeq. & lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 4. *&* 11. *Maſcard. de Conjectur. q.* 29. *n.* 26. *Rot. coram Coccin. dec.* 583. *num.* 1. *Dunoz. Junior. dec.* 837. *num.* 3. *Emerix Jun. dec.* 810. *num.* 1. *& ſeq. in recen. dec.* 465. *num.* 11. *part.* 14. *dec.* 107. *n.* 3. *& ſeq. part.* 17 *& dec.* 174. *num.* 31 *part.* 18., *& apud Torr. Variar. Jur. Quæſt. tom.* 2. *Miſcellan. part* 1. *dec.* 3. *tit.* 12. *num.* 6. *poſt De Luc. de Fideicomm. dec.* 25.
4 *num.* 7. *& dec.* 26. *num.* 6. *& in Lucana Beneficii* 13. *Junii* 1701 *§. Secundo deſumitur, cor. Mato, & in Romana Fideicomm. de Palanquis* 18. *Aprilis* 1704. *§. Non obſtat, & 5. Decembris ejuſdem Anni §. Haud relevante*, ubi plurimi concordantes, *coram Eodem.*

Verùm hujuſmodi conjecturas, fundirus examinatas, viſum non eſt tale robur habere, ut à regula, favore fęminarum aſſiſtente, poſſet recedi, ad quem effectum conjecturæ debent eſſe non
5 æquivocæ, ſed urgentes, ſpecificæ, & demonſtrativæ, quæ mentem Judicis convincant, eumque fortitèr ſuadeant ad credendum, Teſtatricem voluiſſe à regula prędicta recedere, ut in ſpecie notant *Rodomaſch. conſ.* 53. *num.* 5. *Andreol. dict. controv.* 137. *num.* 11. *& ſeq. Marotto diſcept.* 12. *num.* 25. *Altograd. contr.* 38. *n.* 4. *Palm. Nep. alleg.* 61. *n.* 8. *&* 10. *allegat.* 62. *num.* 9. *& allegat.* 63. *num.* 13. *Calderon. reſol.* 99. *num.* 4. *Rot. apud Torre Variar. Jur. Quæſt. tom.* 2. *Miſcell. part.* 1. *tit.* 12. *dec.* 3 *num.* 5. *& in recen. dec.* 374. *num.* 4. *&* 5. *& dec.* 381. *num.* 5 *& ſeqq. & dec.* 618. *num.* 4. *part.* 18. *poſt De Luc. de Fideicomm. dict. dec.* 24. *num.* 4. *& in Interamnen. Fideicom.* 1. *Decembris* 1690. *§. Nec in præſenti, & 14. Januarii* 1691 *§. Nec in præſenti, coram Reverendiſſimo D. meo Molines, & in Romana Fideicommiſſi de ورsis* 17. *Novembris* 1698 *§. Hoc autem, & 17. Junii* 1699. *§. Et quatenus, coram Eodem, & in dict. Romana Fideicommiſſi de Palanquis* 18. *Aprilis* 1705. *§. Sufficit, coram me. Mato.*

Cujus ponderis viſę non fuerunt ſuperiùs recenſitæ conjecturæ. Prima enim, deſumpta ex injuncto onere dotandi fęminas, non ſubſiſtit, ſiquidem quidquid ſit, ſi Teſtatrix, inſtituendo filios, generalitèr præcepiſſet fęminas dotari, in caſu, de quo agitur, cum dotatio fęminarum ex bonis Fideicommiſſo ſubjectis, fuerit permiſſa ſolùm in ſubſidium,

& in

& in caſum extraordinarium, quo alia bona non adeſſent, ibi - *ſi poſſa diſporre per cauſa di dote, tanto in atto di matrimonio temporale, quanto di monacazione, mancando altri effetti*, ab hac permiſſione, & facultate diſponendi ex cauſa dotis de bonis Fideicommiſſi, certo tantùm caſu eveniente, non po-
6 teſt inferri ad excluſionem fœminarum in omnibus caſibus, aliàs in fideicommiſſis ordinatis ab aſcendentibus, nunquam filiorum, & deſcendentium appellatione fœminę comprehenderentur, cum in illis ſemper adſit facultas, bona fideicommiſſaria in ſubſidium diſtrahendi, tributa fœminis deſcendentibus pro conſtitutione earum dotium à
7 provida Legislatoris diſpoſitione *in Authen. res quæ C. commun. de legat.*, *ibique Scribentes communiter*, *& alii paſſim*.

Inſubſiſtens pariter eſt alia conjectura, deſumpta à diſcretivo modo loquendi; quoniam, ultra quod argumentum, à diſcretiva elicitum, in pluribus caſibus non procedit, immò retor-
8 quetur, quia ſicut dum maſculos Teſtator voluit, illos expreſſit, ita dum de eis ſpecificam mentionem non fecit, noluiſſe dicendum eſt, ut in ſpecie arguit *Ludovicus Bolognınus*, in hac inclyta Civitate olim Auditor, inter Conſilia *Alexand. conſ. 53. num. 17. lib. 4. & num. 25.* ſecundum quod fuiſſe judicatum ipſemet teſtatur *in Addit. ad Anianum conſ. 11. Gieruaga. conſ. 11. num. 19. verſ. non obſtat tertia conjectura lib. 2. Alexgrad. conſ. 83. ſub n. 37. & 38. lib. 1. Mantic. de Conject. lib. 11. tit. 14. n. 10. Mart. de Succeſſ. Legal. par. 4. quæſt. 31. art. 1. num. 19. Conſtantin. ad Statut. Urbis annot. 36. ſub n. 308. verſ. & conclusio habet locum. Balthaſſar. Thomaſius in ſua deciſ. impreſ. penes Manſ. conſult. 260. n. 105. & 122. Rot. Floren. apud Urceol. dec. 13. n. 73. R.P.D. meus Auſal. in Addit. ad dec. 46. num. 25. Rot. coram Dunozet. Jun. dec. 46. n. 10. & dec. 630. num. 3. 4. & 5. & in rec. dec. 67. num. 16. dec. 166. ſub n. 10. & dec. 174. n. 24.* ubi plures concordantes, *& dec. 638. n. 8. par. 18.*

Illi locus eſſe non poteſt in præſenti hypotheſi, in qua Teſtatrix in prima inſtitutione ſemper de fœminis mentionem fecit, ibi -- *ſuo Erede iſtituì Gio: Battiſta ſuo figlio, e ſe detto Gio: Battiſta moriſſe ſenza figliuoli maſchi, ò femmine, ò che morendo con figli tanto maſchi, quanto femmine, eſſi moriſſero* --, & licèt in ſecunda ſubſtitutione Franciſci vocaverit omnes ipſius filios, & deſcendentes abſque alia ſpecificatione, tamen nè aliqua oriri poſſet lis, an ſub hac verborum generalitate Teſtatrix fœminas excludere voluerit, & à regula ipſarum comprehenſiva recedere, ut de ſua voluntate, fœminarum comprehenſiva, magis certum, & indubitatum teſtimonium præberet, in parte conditionali maſculos, & fœminas poſuit, ibi -- *e mancando detto Franceſco ſenza figli maſchi, ò femmine, ò eſſi figliuoli, e deſcendenti pure ſenza figli, ò figlie, all'ultimo di eſſi ſoſt.tuì Suor Maria Raffaella, e Maria Clemente figlie Monache* - quæ conditionalis clara, inſervit ad
9 explicandam diſpoſitivam, quatenus illa aliquo modo dubia dici poſſet, ut in ſubjecta materia tradunt in ſpecie *Dominus meus Palm. Nepos all. 93. n. 24. & ſeq. Rot. apud Torr. Varior. Jur. Quæſt. tom. 1. par. 1. Miſcell. d. tit. 12. deciſ. 3. num. 22. fol. 589.*

Quoties autem diſcretiva mentio maſculorum, & fœminarum facta fuit pro majori declaratione voluntatis diſponentis, comprehendendi, tam maſculos, quàm fœminas, iſtaque declaratio fuit facta etiam in ipſamet ſubſtitutione Franciſci, ejuſque filiorum, & deſcendentium, cum qua Teſtatrix in omnibus, & per omnia regulare vo-
10 luit ſubſtitutionem filiarum, & deſcendentium Vincentii. In his terminis argumentum, à diſcretiva deſumptum, non procedit, ſed potiùs ſubintrat alia concluſio, quòd una pars Teſtamenti aliam declarat, ut in terminis præciſis, reſpondendo objecto, deſumpto ex diſcretiva, *Roman. conſ. 100. numer. 386. Andreol. d. controv. 137. n. 15. Rot. cor. Dunoz. Jun. dec. 853. n. 1. verſ. nec hujuſmodi, & n. 2.*

Maximè quia Teſtatrix, nec habuit rationem conſervandæ Agnationis, nec aliam fecit ſuæ voluntatis expreſſionem, ex qua argui poſſet, quòd ſub
11 nomine communi ſolos maſculos vocare voluerit, qua deficiente, ex ſola diſ-

cretiva locutione non infertur, ſequi-
num ſub nomine, utrique ſexui con-
gruente, non fuiſſe comprehenſam, ut
poſt *Mantic.*, quem refert, argumento
à diſcretiva elicito, reſpondet in indi-
viduo *Hodier. contro.* 11 *n.*68. *Deciſio
Lucana penes Manſ. conſul.* 260. *n.* 120.

Prout ejuſdem irrelevantiæ detegi-
tur tertia conjectura, deſumpta à præ-
tenſa conformitate Teſtatricis cum Sta-
tuto: iſta enim cum magis operari non
poſſit, quàm Statutum, ad quod refer-
tur, ſicut expreſſa Statuti diſpoſitio
trahitur ſolùm ad perſonas, & caſus
ſpecificatos, ita ad ſolos caſus expreſ-
ſos in Statuto, eſt referenda interpre-
tatio voluntatis Teſtatoris, ab eodem
12 Statuto elicienda, ſicque propter Con-
ſobrini exiſtentiam, excluſa dici non
poteſt filia ultimi defuncti, quam Sta-
tutum non excludit, ut in ſpecie tra-
dunt *Altograd. conſ.* 83 *num.* 61. *& ſeqq.
lib.* 1. *Andreol. contr.* 148 *num.* 8. *& con-
trov.* 149. *num.* 10. *Hodier. contr.* 12. *n.* 23.
Altogr. contr. 33. *num.* 44. *& contr.* 38. *n.* 6.
Provenzal. apud Rodolph. alleg. 105 *n.* 17.
& alleg. 106. *num.* 15. *Calderon. reſol.* 99.
num. 14. *Torre de Pacting. tom.* 2 *cap.* 15.
num. 72. *&* 73 *fol.* 138 *Senatus Mantua-
nus apud Surdum deciſ.* 84. *num.* 10. *Rot.
cor. Dunoz. Jun. dec.* 74. *num.* 21 *&* 23. *&
dec.* 853 *num.* 6 *Emerix Jun. dec.* 485. *n.* 3.
in recen. dec. 67 *n.* 19. *& ſeqq. & dec.* 658.
n. 10 *part.* 18. *dec.* 132. *n.* 6. *&* 7 *part.* 19.
poſt Conſtant. ad Stat. Urb. dec. 219. *n.* 14.
apud Torr. Var. Jur. Quæſt. tom. 1. *Miſcell.
part.* 2 *tit.* 22. *dec.* 3 *n.* 7. *&* 10 *fol.* 580.
*poſt De Luc. de Fideicom. in Monteſſa
dec.* 21 *n.* 15. *& in Interamnen. Fideicom.* 1.
Decembris 1690 *§. Nam cum Statutum,
&* 14 *Januarii* 1691 *§ Conformitas, cor.
Molines, & in d. Romana Fideicom. de
Palazzolis* 4. *Junii* 1704. *§. Quo verò, cor.
bo. me. Muto*, & in terminis Statuti Flo-
13 rentini *Manſ. inter Dec. Lucæ recollectas,
per Palm. Nep. dec.* 211 *ſub n.* 36. *& ſub
n.* 37. *Rodolph. alleg.* 11. *n.* 18 & in eadem
Cauſa *Rot. noſtra apud Illuſtriſſ. D. Ur-
ceol. dec.* 13 *n.* 80. *&* 81 Sacri hujus Col-
lateralis Conſilii olim Conſiliarium
meritiſſimum.

Potiſſimè quia Teſtatrix expreſsè
præcepit, ſuccedi debere ſecundum or-
dinem præſcriptum à Statuto, & Legi-
bus Imperialibus, ibi – *Tutti i ſuoi figliuo-
li, e diſcendenti in infinito ſecondo l'or-
dine del ſuccedere, dato dagli Statuti, e
Leggi Imperiali* –, Cum enim ſimul ſta-
re non poſſit ordo ſuccedendi præſcri-
ptus à Statuto, & à diſpoſitione Juris
communis, ſicut ſimul ſtare, & conjun-
gi non poteſt obſervantia legis novæ
corrigentis, & legis veteris abrogatæ,
ut evitetur repugnantia, ea capienda
eſt interpretatio, ut congrua congruis
14 referantur, adeòut ſucceſſio juxta or-
dinem, à Statuto volitum, intelligatur
in illis caſibus, in quibus Statutum diſ-
ponit, in aliis verò in quibus non lo-
quitur Statutum, ſucceſſio regulari de-
beat ad tramites Juris Communis, &
Imperialis.

Non obſtante, quòd Statutum non
adducatur in ratione authoritativa, &
tamquam cauſa præciſa, & immedia-
ta excluſionis, ſed in ratione interpre-
tativa, & conjecturali, ad aſſequendam
Teſtatricis voluntatem, quæ in hoc ſe
conformaſſe videtur cum Statuto, ut
quemadmodum illud, maſculos vocan-
do uſque ad certum gradum, ea inten-
tione eos vocat, & fœminas excludit,
ut Agnatio conſervetur in gradibus
contemplatis, ita, & Teſtatrix filios,
& deſcendentes in infinitum vocando,
15 in eis cenſeatur voluiſſe conſervatio-
nem Agnationis, donec durat eorum
illimitata ſubſtitutio *Tuſcul. conſ.* 21.
n. 13 *verſ. & hæc, in fine Socin. Jun. con-
ſil.* 168 *ſub n.* 69 *lib.* 2 *Mantic. de Conject.
lib.* 12. *tit.* 14. *n.* 16. *Rot. Bononien. apud
Cornegnan. conſ.* 82 *n.* 159 *lib.* 1 & ſuper
hoc noſtro Statuto Florentino *Altogr.
controv.* 94 *n.* 39. *De Luc.* in eadem Cau-
ſa ſcribens, *de Fideicom. diſc.* 231 *n.* 27.
verſ. & quamvis Rota noſtra in dec. de-
ſuper edita, & impreſſa *apud Palm. Nep.
alleg.* 127. *ſub n.* 82 *& in alia dec. impreſ-
ſa inter dec. Lucæ. Diverſ. recollectas per
eundem Palm. Nep. dec.* 110. *n.* 18. *& de-
ciſ.* 113 *n.* 40.

Objecti enim inſubſiſtentia commo-
ſtratur ex tot tantiſque Auctoritatibus,
& Tribunalium judicatis, ſupra in op-
poſitum adductis, contra quas allegari
16 non meretur *Altograd. & De Luc*, quia
contra ipſos ſcripſit *Rodolphus d. alleg.*
11, & juxta ſcripta per eum fuit in Rota
Florentina judicatum, & de directo
contrarium firmatum, ut in *d. deciſ.* 13.

n.80. & 81. cor. Urſol. A' deciſione verò *Rota noſtra*, impreſſa in *alleg.117. Palm. Nep.* diſſentit *Urſol.* ut in *d.dec.13.* Cauſaque ad tutrinam iterum revocata, confirmata fuit ſententia, & approbata Deciſio *cor. Urſol.* emanata, & revocata alia impreſſa *apud Palm.*, ut teſtatur ipſemet *Urſol.* in *fine d. deciſ.13.* Aliæ verò Auctoritates, & Deciſiones, loquuntur in caſu, quo concurrebant diverſæ circumſtantiæ, & in diverſis terminis.

Cæterùm in caſu noſtro deficit etiam votum conſervandæ Agnationis, dum ad effectum fœminas excludendi à regula, & à proprietate vocabuli, iſta de-
17 bet eſſe plenè, & concludentèr probata, ut in individuo tradunt *Hodiern. d. controv.11. num.30. & 31. Altograd. citata controv.38. num.8. & ſeq. Rot. noſtra apud Urſol. d. deciſ.13. n.74. Rot. coram Dunozet. Jun. dict. deciſ.46. num.14.*

Hujus generis probatio, nedum non
18 concurrit in præſenti, ſed potiùs excluditur, dum Teſtamentum fuit conditum à fœmina, quæ non præſumitur velle conſervare Agnationem, & odio proſequi ſuum ſexum, in ſpecie *Roman. d. conſ.100. num.407. Maratta diſcept. 12. ſub num.35. Calderon. reſol.99. n.12. Peregrin. de Fideic. art.25. n.18. Menoch. de Præſumpt. lib.4. præſumpt.85. n.7. in fine*, & in eo vocatæ fuerunt fœminæ,
19 exiſtentibus Agnatis de Domo Baldeſia, dum in linea Jo: Baptiſtæ priùs ſuccedere debebant fœminæ, quàm admitteretur Franciſcus alter filius maſculus Teſtatricis, & in linea Franciſci paritèr fœminæ ad Fideicommiſſum admitti debebant ante quàm ſuccedere poſſent maſculi ex linea Vincentii, quod omninò repugnat conſervationi Agnationis, quæ nunquam volita præſumitur, quoties Teſtator in aliqua Teſtamenti parte fœminas vocavit: in puncto *Roman. d. conſ.100. n.406. & ſeq. Andreol. citata controv.137. n.15. controv.139. num.12. d. controv.148. n.10. & controv.149. ſub n.8. Maratta diſcept. 12. n.91. Hodiern. d. contr.11. n.37. Manſ. conſult.330. ſub num.9. & ſeq. & inter Deciſ. recoll. per Palm. Nep. dec.212. ſub num.39. & 40. Calderon. dict. reſol. 99. num.10. Mart. de Succeſſ. legal. par.4. q.6. art.1. num.22. Rot. coram Zaraz. dec. 13. n.14. Dunoz. Jun. dec.855. n.7.*

Deficiente autem voto conſervandi Agnationem, præſumpta conformatio cum Statuto, quod pro conſervatione Agnationis emanavit, non habet locum:
20 in puncto *Cephal. conſ.45. n.15. & 16. Pedroc. conſ.5. num.161. Andreol. controverſ.138. n.15. d. controverſ.148. n.7. & d. controverſ.149. ſub num.7. & 9. Hodiern. citat. controv.11. num.14. Calderon. alleg. reſol.99. num.11. Rot. poſt De Luc. de Fideicomm. dec.24. num.5. coram Dunoz. Jun. dec.630. n.7. verſ. præſertim cum ratio, & d. dec.855. num.7.* ubi concordantes, & in citata *Romana Fideicommiſſi de Palozzoliis 18. Aprilis 1704. §. Prima conjectura, coram bo. me. Muto, & 4. Julii ejuſdem Anni §. Minus, & 4. Decembris §. Conjectura, coram eodem.*

Præterea ex alio etiam fundamento prætenſa conformatio Teſtatricis cum Statuto intrare non poteſt, quia nempe Magdalena ordinavit diſpoſitionem, omnino repugnantem, & contrariam Statuto. Quandoquidem in ejus Teſtamento Joannes Baptiſta, & Franciſcus filius maſculus, non ſimul, & ſemel vocantur, ſed unus poſt alium, & quod plus eſt, Franciſcus non ſubſtituitur immediate Joanni Baptiſtæ fratri, ſed poſt defunctos omnes illius filios, & deſcendentes, tam maſculos, quàm fœminas. Rurſus per obitum Joannis Baptiſtæ ſuccedere non debebant Clemens, & Raphaella, filiæ Teſtatricis Moniales, ſed iſtæ excludebantur à fœminis Franciſci, & deſcendentibus earum, ſolùmque admiſſæ fuerunt in ſubſidium, cum prælatione tamen reſpectu maſculorum Vincentii, quæ omnia cum ſint de directo contraria Statuto Florentino, oſtendunt, Teſtatricem noluiſſe ſe cum Statuto conformare, ſed po-
21 tiùs ab eo recedere, prout ſemper facere voluiſſe Teſtatores præſumitur, quoties diverſimodè diſponunt ab eo, quod ordinarunt Statuentes, in individuo *Cephal. conſ.137. n.16. in fine. Spada conſ.350. n.12. lib.2. Palm. Nep. alleg. 98. n.2.* ubi concordantes. *Mantic. de Conject. lib.6. tit.7. num.13. Mart. de Succeſſ. legal. part.4. quæſt.6. art.1. n.21. 22. & 23. Rota coram Dunoz.*

Junior. dec. 837. num.6.

Nec replicaſſe juvat, quòd ad ſum-
mum fęminę vocatę dici poſſint per
poſterius, & maſculis deficientibus,
dum invitatę fuerunt ad ſucceſſionem
mediante alternativa *vel*, ibi -- *e ſe
detto Gio. Battiſta moriſſe ſenza figli
maſchi, ò femmine*, & rurſus, ibi -- *e
morendo detto Franceſco ſenza figli
maſchi, ò femmine, ò eſſi figliuoli, e deſcen-
denti, pure ſenza figli, e figlie &c.* dictio
enim *vel*, poſita inter maſculum, &
22 fęminam, ſignificat ordinem. *Ruin. conſ.
149. n. 13 lib. 1 Menoch. conſ. 348. n. 5.
& 8. Rodolph. alleg. 54. num. 18. Faſar.
de Subſt. quaſt. 379. n. 16. & 27. & conſ.
261. num. 9. Rot. coram Argentl. dec 62.
num. 8. & ſeq.* Non obſtante quòd in
alia parte dictum fuerit *tanto maſchi,
quanto femmine*, ibi -- *ò che morendo con
figli, tanto maſchi, quanto femmine, eſſi
moriſſero tutti ſenza figliuoli* --, quia
licèt dictiones iſtę *tam*, & *quàm*, im-
23 portent parificationem fęminarum
cum maſculis, hæc tamen æquiparatio
procedit ad effectum tantùm exclu-
dendi ſubſtitutos, non ad inducendam
ſimultaneam vocationem fęminarum
cum maſculis, ut in præciſis terminis
tradunt *Bellon. de Jure accreſcendi cap. 5.
quaſt. 26. n. 172. & ſeqq. Paton. alegat.
38. n. 15. & ſeq.* ubi plures individua-
les Auctoritates refert. *Rota in dec. ibi-
dem impreſſa n. 26. & ſeqq.* ubi pariter
adducit plures punctuales Auctoritates,
repetita *poſt De Luc. de Fideicomm. in
Mantiſſ. deciſ. 23. n. 4. coram Emerix
Jun. dec. 810. n. 6. & ſeq.*

Quoniam quidquid ſit de hoc, con-
tra quod urgent ea, quę tradit *An-
24 dreol. ſæpè citat. controverſ. 137. ex
num. 10. controverſ 138 n 14. & ſeq.
& controverſ. 139. num. 24. & ſeqq.*,
illa vocatio in ſubſidium intelligi non
debet, deficientibus maſculis totius Fa-
miliæ, ſed illius ſolùm lineę, in qua
25 bona ingreſſa ſunt. Nam cum Teſta-
trix, poſt defectas lineas ſuorum deſ-
cendentium, ſubſtituerit filios, & deſ-
cendentes Vincentii Baldeſii, tot con-
ſtitutæ dicuntur lineæ, quot ſunt per-
ſonę vocatæ, & ſubſtitutę, nempe filii,
& deſcendentes, qui de tempore
apertę ſucceſſionis ex Vincentio Bal-
deſii reperirentur, cumque ab uno ex
dd. deſcendentibus Vincentii fuerit
26 progenitus Hyacintus, & ab alio
Franciſcus, fęminę, in qualibet ex dd.
lineis exiſtentes, non excluduntur à
maſculis alterius lineę, ſed ſolùm ab il-
lis, qui in ſua linea reperiuntur, ut
benè in individuo tradunt *Ramon. d.
conſ. 100. n. 483. & ſeq. & num. 485.*,
ubi, quòd id maximè procedit, quando
Fideicommiſſum fuit factum à fęmina,
*& n. 487. & ſeqq. Maratta diſcept. 12.
ex n. 73. & n. 86. & ſeq. Alegrad.
contr. 41. n. 47. & controverſ. 90. n. 55.
& pluribus ſeqq.* plenè *Manſ. conſult.
218. n. 1. & ſeqq. conſult. 219. num. 10.
& conſult. 220. n. 13. & ſeqq. Rodolph.
d. allegat. 54. n. 10. Roſa conſult 41. n.
14. verſ. certo adverte. Torr. de Pri-
mog. tom 2. cap. 25. n. 85. & pluribus
ſeq. fol. 139. Rota Lucre. poſt Eum dec.
56. n. 16. & 34. R.P.D. Anſald. in
Addit ad dec. 46. n. 31. Rota coram Dunoz.
Jun. d. dec. 630. n. 8. Emerix Jun. dec.
389. n. 18. in rec. deciſ. 68. ex n. 1. &
ex num. 3. part. 15.* & plenè *apud Torr.
Variar. Jur. quaſt. tom. 2. Miſcell. part. 1.
tit. 12. d. dec. 3. num. 14. & plur. ſeqq. uſ-
que ad finem, & in d. Romana Fideicom-
miſſi de Gorii 17. Novemb. 1698. §. Pon-
derabant, coram Reverendiſſimo D. meo
Molinei, & 17. Junii 1699. §. Excluſa, &
ſeqq. cor eodem.*

Iſtaque regula eo fortiùs locum ſi-
bi vindicat, quando fideicommiſſum
27 fuit conditum à tranſverſali, & multo
magis ab affine, ut proſequuntur mox
citatę Auctoritates, ſignantèr *Rota
deciſ. 68. ſub num. 1. part. 15. recen., &
apud Torr. Quaſt. Jur. tom. 2. Miſcell.
part. 1. tit. 12. d. dec 3. n. 17.*

Contrariis Auctoritatibus procedeu-
tibus, quando Teſtator expreſſit ſuum
deſiderium, ſemper, & perpetuo con-
ſervandi bona in Agnatione, vel in filiis
maſculis, fideicommiſſum fuit ordina-
tum ab aſcendente, fęminę, vel nun-
quam fuerunt vocatę, vel fuerunt
28 ſubſtitutę in tempus remotiſſimum,
vel excluſę per modum regulę, fuit
ordinata reciproca de linea ad lineam
maſculorum, nè dum inter primos,
ſed in omnes maſculos, ſucceſſivè vo-
catos, aliæque concurrunt conjecturę,
oſtendentes, diſponentem voluiſſe ſo-
lùm vocare fęminas in defectum maſ-

cu-

culorum omnium totius Familiæ, ut in præciſis terminis noſtræ quæſtionis, declarando contrarias Auctoritates, *Manſ. etiam conſultat.* 110. n. 14. *& ſeqq. Altegrad. d. controv.* 42. n. 48. *& ſeqq. Torr. de Pactis fut. ſucceſſ. tom.* 1. *diſt. cap.* 25. n. 90. *& ſeq. fol.* 139. *& num.* 99. *& ſeq. & num.* 104. *& plur. ſeqq. & num.* 129. *& ſeq. & num.* 142. *& ſeq. R. P. D. Anſald. in Adnot. ad d. dec.* 46. *num.* 21. plenè *Rot. apud Torr. Var. Jur. quæſt. tom.* 1. *Miſcell. part.* 1. *tit.* 12. *diſt. deciſ.* 3. *ſub num.* 23. §. *Hinc non applicantur auctoritates, & ſeq. fol. mihi* 590. *& in recent. dec.* 68. n. 15. *& ſeq. part* 15. *& in d. Romana Fideicommiſſi de Goris* 17. *Novembris* 1698. §. *Nec obſtat, & ſeq. coram Reverendiſſimo D. meo Molines. Romana Fideicommiſſi de Albergottis* 27. *Novembris* 1699. §. *Etenim, & final. cor. Prio, & in Spoletana Hæreditatum* 13 *Junii* 1704. §. *Hinc autem, & ſeq. cor. Omanno, & 8. Maji* 1705. §. *Minus obſtat, cor. b. m. Muto.*

Quibus ita ſe habentibus, obeſſe, non valet, quòd Hyacintus, tamquam proximior Teſtatrici, excludere debeat Mariam Lauram remotiorem, quamvis illa proximior ſit ultimo defuncto, cum in terminis Statutorum, excludentium fæminas propter maſculos, & præſumptæ conformationis Teſtatorum cum eis, attendatur proximitas,

29 non gravati, ſed gravantis, ut in ſpecie tradunt *Socin. Jun. conſ.* 168. n. 71. *& 72. lib.* 1. *Peregr. de Fideicom. art.* 10. *num* 23 *& art.* 25. n. 57. *& 58. in fin.* ubi diſtinguit *Ruſſoc. in l. cum Avus lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 124. *& ſeq. Mantic. de Conject. lib.* 11. *tit.* 14. *ſub num.* 16. *verſ. ſecundo etiam reſpondetur, & ſeqq. Andreol. d. contr.* 148. *ex num.* 3. *& ſub n.* 8 *& d. contr.* 149. *num.* 4. *Joſeph. de Roſa conſult.* 41. *num.* 17. *Caren. d. reſolut.* 118. *num.* 11. *Calderon. tit. reſol.* 99. n. 15. *Rot. Bononien. Diverſorum dec.* 18. *num.* 28. *ibique Addit.* §. *Sed quaſo,* ubi reprobat *Borgnin. Senatus Mantuanus apud Surd. dec.* 66 *num.* 12. *& 16. Rota noſtra inter dec. Lucen. Diverſ. recollect. per Palm. Nep. d. dec.* 210. *num.* 27. *& d. dec.* 213. *num.* 49. *& ſub num.* 50. §. *Aut quia,* ubi multipliciter declarat. *Rota Romana apud Paulut. poſt diſſert.* 24. *dec* 1. *num.* 16. *& ſeq. & cor. Emerix Jun. dec.* 1124. n. 7. *& ſeqq. & in recent. deciſ.* 638. *num.* 11. *part* 18.

Maximè quando filii, & deſcendentes, non fuerunt poſiti ſub conditione, ſed diſpoſitivè vocati, ut diſtinguendo inter diſpoſitivam, & conditionalem, benè in terminis proſequitur *Peregr. de Fideicom. art.* 25. *num.* 37. *& ſeq. Provenzal. apud Rodulph. d. alleg.* 105. *num.* 17. & reprobato *Barzan, alleg.* 106. *num.* 16. *& 17.* ubi plenè *Rota Bonon.* in eadem Cauſa *idem alleg.* 107. *num.* 31. *& 32.* ubi paritèr re-

30 probat *Barzian,* quidquid repellendo hanc diſtinctionem, dixerit *Rodulphus* in eadem Cauſa ſcribens, *d. alleg.* 104. *num.* 26., cum contra ipſum ſcripſerit *Provenzal.* ubi proximè, & judicaverit *Rota Bonon.*, eamdemque diſtinctionem probavit *Rota noſtra apud Palm. Nep. d. dec.* 213. n. 50.

Etenim, quidquid ſit de prædicta quæſtione, in qua contrarium, quòd nempe attendatur proximitas gravati, in

31 præciſis terminis ſubſtinent *Roman. d. conſ.* 200. n. 411. *& ſeq. & n.* 491. *Thebon Nemes conſ.* 29. n. 15. *Cephal. conſ.* 43. n. 14. *& ſub n.* 20. *& conſ.* 46. n. 16. *Ruin. conſ.* 144. *num.* 14. *& ſeq. lib.* 2. *Gironage. conſ.* 11. n. 17. *lib.* 1. *Altogr. d. conſ.* 83. *num.* 64. *lib.* 1. *Mareſcott. Var. reſol. lib.* 2. *cap.* 49. n. 14. *& lib.* 3. *cap.* 11. n. 18. *Maroc. diſt. diſcept.* 12. *numer.* 12. *& ſeq.* ubi reprobat *Surdum* contrarium tenentem, *& n.* 106. *& ſeq.* quem etiam reprobat *Hodiern. ad Emm dec.* 66. n. 3. *& ſeq. Rodulph. alleg.* 104. *num.* 24. *& ſub n.* 28. *Altogr. d. controv.* 90. *ſub n.* 37. *& ſeq. Pacion. alleg.* 196. *num.* 18. *Mart. de Succeſſ. Legal. part.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 2. *num.* 34. *& ſeq.* ubi reprobat *Surd. De Luc. de Fideicom. diſc.* 234. *num.* 9. ubi plures caſus diſtinguit. *Rot. Bononien. apud Barz. dec.* 11. *ſub n.* 7. *verſ. ad cognoſcendum, & 8. Senatus Mantuanus apud Surdum dec.* 84. *num.* 11. *relati per Rot. noſtram in diſt. deciſ.* 213. n. 48. *inter dec. Lucen. diverſ. recollect. per Palm. Nep. Rot. Romana inter diverſ. dec.* 790. n. 3. *part.* 1. *Penia dec.* 471. n. 17. *ſecundum impreſſionem Lugdunen. Gregor. dec.* 314. *num.* 15. *Emerix Jun. dec.* 437. n. 13. *& deciſ.* 485. n. 4. *& apud Torr. Var. Jur. Quæſt. tom.* 1. *Miſcel. part.* 1. *tit.* 12. *d. dec.* 3. n. 8. *& 9. fol.* 588., & in præciſis terminis Statuti

Flo-

Florentini *Soccinus Senior conſ.73. n.14.*
32 *& ſeqq. lib.4.*, & eo non relato *Rodolph. d.alleg.11. n.18. Rota noſtra apud Urceol. d. dec.13. num.80. & 81.*, & quamvis *Rodolph. in fin. d. allegat.* teſtetur, contra ſcripta per eum fuiſſe judicatum, tamen à reſolutione tunc capta diſcordavit *Urceol. ut in d. dec.13*, in eadem Cauſa emanata, & ipſius ſententia fuit ſucceſſivè in gradu reviſionis confirmata, ut videre eſt in fine dictæ Deciſionis.

Omiſſo examine hujus controverſiæ, & pluribus limitationibus, & declarationibus, à ſupradictis DD. adductis; pro opportunitate præſentis dubii reſpondebant Domini, quòd, aut quæſtio hæc promovetur ad terminos Statuti, & Statutum non intrat, ut ſuperiùs probatum eſt aut ad terminos Juris Communis, & de Jure hodie eſt inter DD. pacificum, quòd proximitas gravati,
33 non gravantis, attendatur, ex auctoritatibus congeſtis à *Rota noſtra in Florentina Renunciationis ſuper admiſſione Capitulorum, & ſeſſione 13. Septembris 1709. §. Reſpectu, coram Me*, nunc impreſſa *dec.6. n.11. & 12.*, ubi ex pluribus firmat, id quoque procedere, etiam ſi aga-
34 tur de faciendo tranſitu à maſculis ad fœminas, quando fœmina eſt filia ultimi gravati.

Conſtito ex his ſucceſſionem in bonis à Patre poſſeſſis ſpectare ad Mariam Lauram, eamque in fideicommiſſo Magdalenæ conſequi debere duas ex tribus partibus, ſublata remanet prætenſa utilitas in Tranſactione anni 1697., ab ipſa ſine ſolemnitatibus inita, in qua relaxavit bona Hyacinto pro ſexta parte, eumque pro medietate ad Magdalenæ ſucceſſionem admiſit. nam ad hoc ut Tranſactiones, cum minoribus, vel mulieribus celebratæ, abſque ſolemnitatibus Statuti ſubſiſtant, neceſſe eſt, quòd de utilitate evidentèr conſtet, & quòd Tranſactio ordinata ſit ad acquirendum, non ad dimittendum bona, penes minorem, vel mulierem exiſtentia, ut in puncto Tranſactionis *Vecel. de Tranſact. quæſt.12. n.*
35 *14. & ſeq. Rot. in recen. deciſ.547. n.7. & 8. & deciſ.613. n.16. & ſeq. part. 18.*, ubi concordantes, & generalitèr tradit *Conſtant. ad Statut. Urbis annot. 44. n.517. & ſeq.* ubi plures allegat, & benè declarat materiam.

Et ita utraque &c.

A R G U M E N T U M.

Statutum Burgæ lib.2. Rub. 13., Amitas excludens propter Nepotes ex filio, tanquam deciſivum quæſtionis inter Doctores valdè dubiæ, & controverſæ, rationabile demonſtratur. Defectus confirmationis, ejuſdem error, & inobſervantia rejiciuntur. Excluſio prædicta procedit non ſolùm quoad ſucceſſionem dotantium, ſed cæterorum quoque nominatorum non dotantium. Ubi requiritur dotationem in excluſis, ſufficit quandocunque fuiſſe dotatas, etiam poſt mortem ejus, de cujus ſucceſſione agitur. Tale Statutum ex quibus probetur fuiſſe conditum pro conſervatione Agnationis.

S U M M A R I U M.

1 *Statutum Burgæ* lib.2. Rubr.13. *excludit fœminas dotatas, nedum propter maſculos, ſed etiam propter Nepotes.*

An hoc Statutum dicatur Juris correctorium, vel declaratorium, & an exorbitans, vel favorabile n.8. & ſeq.

2 *Litteralis diſpoſitio Statuti tanquam lex debet attendi.*

3 *Error in Statuti diſpoſitione non præſumitur, ſed ab allegante debet probari*, & n.4.

5 *Originale antiquum Statuti debet attendi, non recens ejuſdem tranſumptum, & quale originale dici debeat.*

6 *Statutum, quod ad Cancellariam Reformationum tranſmittitur, debet eſſe tranſcriptum ab originali.*

7 *Si diſpoſitio Statuti ſit Legibus Imperialibus contraria, dici debet Statuentes alteraſſe diſpoſitionem Juris communis, non errorem irrepſiſſe in Statuto.*

8 *Magna fuit olim quæſtio inter Doctores, an Nepos ex filio amitam excludat, & plures auctoritates pro negativa afferuntur.*

9 *Ex ratione, quia ſexus maſculinus per filiam fœmineam non valet repræſentari.*

10 *Contra, quòd Amita excludatur per Nepotem ex filio, tenuerunt alii, quia Nepos ex filio, per repræſentationem Patris, ſexum maſculinum aſſumere dicitur, virtute ſubingreſſionis*, & n.44. & 45.

11 *Opinio Nep... con...ria verior eſt.*

12 *Ad dignoſcendum, an Statutum ſit Juris Communis correctorium, vel interpretativum legis dubiæ, attendi debet dubietas, quæ vigebat de tempore conditi Statuti.*

13 *Statutum, legem dubiam declarans, laudabile potiùs, & favorem publicum concernens, quàm exorbitans, irrationabile, & odioſum dici debet.*

14 *Statuta Status Florentini, de tempore in tempus confirmanda, confirmatione non ſecuta, non annullantur.*

15 *Et ſufficit, quòd reperiantur confirmata tempore, quo evenit caſus, in diſpoſitione comprehenſus.*

Immo ſufficit etiam confirmatio ex poſt ibidem.

16 *Statutum, ſuper quo eximius Doctor ſcripſerit, dicitur fuiſſe in obſervantia de tempore, quo ſcripſit.*

17 *Et ex obſervantia conſecutivè præſumitur per lapſum temporis confirmatio.*

18 *Statuti favorabilis, concernentis publicam utilitatem, & habentis fomentum rationis, & honeſtatis, ſufficit confirmatio in forma communi.*

19 *Confirmatio Statuti cauſa cognita, & diſcuſſis in eo contentis, dicitur facta in forma ſpecifica*, & n. 21.

20 *Maximè ſi per Magiſtratum facta fuerit ſedula rimatio Rubricarum Statuti, & approbatione non digna particulariter excepta fuerint, nam inducitur confirmatio aliarum in forma ſpecifica.*

21 *Vigore obſervantiæ centenariæ allegari valet obtenta ſpecifica confirmatio Statuti.*

22 *Statutum, in Cancellaria Communitatis, & in Archivio Reformationum Florentiæ aſſervatum, atque in libro aliorum Statutorum inſertum, præſumitur in uſu, & obſervantia.*

24 *Super variis Statutis Barga plures ſcripſerunt inſignes Doctores, qui referuntur.*

25 *Ex generali validitate, & obſervantia Statutorum Barga, arguitur ad confirmationem controverſi Statuti, in eodem Volumine inſerti, & in eadem Cancellaria conſervati.*

26 *Sententia contra Statuti diſpoſitionem deſtruit ipſius obſervantiam.*

27 *Sed non procedit, ſi Judex potuit moveri ex aliis cauſis, ob quas non intraret diſpoſitio Statuti, & non conſtet ex Actis, in quo fuerit fundata ſententia, nam tunc non excluditur obſervantia Statuti.*

28 *Excluſio perſonarum, per Statutum ordinata, non habet locum, quando perſona excludens eas voluit admittere.*

29 *Contraria obſervantia Statutorum non inducitur ex actibus facultativis.*

30 *Nec probatur ex Atteſtationibus extrajudicialibus.*

31 *Statuta, fœminarum excluſiva, habent locum in hæreditate dotantis tantùm, & non aliorum.*

32 *Lim. quando non ſimpliciter excluduntur fœminæ dotatæ, ſed ulteriùs nominantur perſonæ, à quarum ſucceſſione debent excludi.*

33 *Præcipuè ubi Statutum fuit conditum favore maſculorum, & Agnationis.*

34 *Eoque magis ſi dirigit verba in dotationem, non ad dotantes, quia ſufficit per aliquem ex nominatis fœminam dotatam reperiri.*

35 *Ceſſat excluſio fœminæ ob dotem excluſæ, ſi dotata non reperiatur de tempore mortis ejus, cui debet ſuccedere.*

36 *Declara, niſi Statutum præcipiat fœminas aliud præter dotem non poſſe petere, quia ſufficit quandocumque dotatas fuiſſe.*

Statutum Barga diſponit, fœminas dotatas debere eſſe contentas dote recepta, & qualia ſint verba Statuti numer. 36.

37 *Frater non tenetur ſororem dotare, niſi uti hæres Patris poſt ejus mortem.*

38 *Statutum cenſetur excludere à ſucceſſione fœminas, ſive ante, ſive poſt ſucceſſionem fuerint dotatæ, quando excludit ſorores, etiamſi fuerint dotatæ à fratre*, & n. 37.

39 *Fortiùs ubi Statutum favorem reſpicit maſculorum, quo caſu ſufficit maſculos eſſe paratos ad dotem præſtandam.*

40 *Statutorum excludentium fœminas propter maſculos, licèt dotationem conſiderent, finalis ratio ſemper cenſetur favor Maſculorum, & Agnationis.*

Et præcisè pro Agnatione factum fuit Statutum Florentiæ, & Barga, ibidem.

41 *Et cenſetur conditum pro Agnatione, quando propter dotem, ab uno receptam, ſe-*

fœminæ ab omnibus ſucceſſionibus remanerent excluſæ.

42 *Ex vocatione fœminæ poſt maſculos, à Statuto prædicto non tollitur Agnationis contemplatio in caſibus, quibus maſculi fœminis præferuntur.*

Et hoc tam durante maſculinitate, quàm ea finita, & vocatis fœminis agnatis, à Statuto contemplatis n.43.

43 *Neptis ex filio, dum vivit, Agnationem dicitur conſervare.*

44 *Ex vocatione fœminæ eo minùs dicitur excluſa contemplatio Agnationis, ſi agatur de nepte, & Statutum ſit conditum de tempore, quo controverſum erat, an Neptis excluderet Amitam, & reputari deberet ut maſculus,* & numer.45.

45 *Statuta ſolent ordinari ad dirimendas quæſtiones dubias, & de Jure controverſas.*

46 *Fœminæ, à Statuto excluſæ, poſſunt quandocunque dotari, etiam poſt mortem patris, ſi talis ſit obſervantia in loco.*

47 *In Terra Bargæ non extat memoria, quod fœminæ, etiam poſt mortem Patris dotatæ, exiſtentibus maſculis, aliquid receperint ultra dotem.*

48 *Et juxta talem obſervantiam, & conſuetudinem, Statutum debet interpretari, tam de jure, quàm ex alio Statuto Bargę.*

DECISIO XV.

ASpirantibus ad inteſtatam ſucceſſionem Eleonorę Bartolini, Uxoris Petri Nutini, tribus ipſius filiabus fœminis, nempè Franciſca Fęlice, Catharina Angela, & Maria Magdalena, necnon Eliſabeth, ex Alexandro prædefuncto filio nepte, prætendente iſta ſibi integram deberi hæreditatem, & filias ex Statuto Bargę eſſe ab illa excluſas, exorta fuit inter amitas, & neptem ſuper hoc judicialis controverſia, eaque ad diverſa hujus Urbis Tribunalia delata, ad obtruncanda litigia, fuit tandem à ſua Celſitudine Regia ſibi avocata, mihique commiſſa, favore præfatę Eliſabeth neptis in hodierna audientia fuit reſoluta.

Clara ſiquidem apparuit litera Statuti Bargę *lib.2. rub.13.* per hæc verba diſponentis — *Statuirono, & ordinarono detti Statutari, che niuna Donna dotata, nè ſuoi Eredi, poſſa, ò debba, oltre alla dote, a eſſa Donna aſſegnata, e data,*
1 *ò a ſuo Marito per lei ricevente, ſuccedere con Fratelli, ò Fratello, ò Nepoti, ò Nipote, ò Nepte, nè parte poſſa avere de' Beni del Padre, ò Madre loro, &c.* — Unde cum Statuentes fœminas dotatas, etiam propter Neptem, excludere voluerint à Matris ſucceſſione, & præfatæ filiæ fœminę dotatæ reperiantur, clarum eſt nos verſari in caſu Statuti, arcentis à ſucceſſione filias fœminas, cujus literalis diſpoſi-
2 tio proindè tanquam lex debet attendi. *Gratian. diſcept.418. num.2. Conciol.* olim hujus inclytæ Rotæ Auditor, *alleg.20. n.50. Conſtant. ad Stat. Urb. annot.22. num.166. Rota noſtra apud Urceol. dec.37. n.12. & apud Venturin. dec.3. n.18 Rota Romana in Romana Succeſſionis 15. Junii 1705. §. Quoad primum, coram Muto.*

Non obſtante, quòd hujuſmodi Statutum ſit erroneum, à Superiore non
3 confirmatum, nec uſu receptum quoniam error non præſumitur. *Rot. coram Buratto dec.200. num.3. in recent. dec.584. n.11. par.19. & poſt de Luc. in Mantiſſa, lib.4. dec.9. num.16. & lib.13. dec.38. numer.19.* ſed ab allegante debet plenè,
4 & concludentèr probari. *Rot. in recent. dec.584. num.10. & 11. part.19. & poſt de Luc. de Dote in Mantiſſa dec.17. n.11. & de Fideicom. dec.74. n.11.*

Quod factum non fuit in præſenti, nam ex duplici capite prætenſus error educi prætenditur, Primò nempè ex quo Statutum in ea parte, in qua de Nepte loquitur, diſcordat ab alio Statuto, penes Prætorem exiſtente, in quo tale verbum non legitur. & altero quia videtur legi, & rationi repugnans, quòd Neptis excludat Amitam. Verùm utrumque ex iſtis ad probandum errorem redditur æquivocum, immò prorſus inſubſiſtens: E ſanè inſubſiſtens detegitur primum erroris argumentum, quia cum Statutum, penes Prætorem exiſtens, ſit de recenti conſcriptum, & in eo deficiat verbum

illud

illud *Neptes*, non poteſt ex hoc redargui de errore aliud Statutum, in quo adeſt illud verbum, cum dari potuerit caſus, quòd in exemplatione Statuti verbum illud fuerit ex inadvertentia ſcriptoris omiſſum, cumque etiam Statutum, in quo tale verbum legitur, ſit longè antiquius, & per ſeculum, & ultra ſcriptum, in Cancellaria Communitatis extſtat, in fine iſtius legantur antiquiſſimæ Confirmationes, de triennio in triennium obtentæ, concordet cum alio Statuto, repoſito in Archivo Reformationum, iſtudque ab
5 illo Communitatis fuerit tranſcriptum, ſequitur, quòd illud Communitatis haberi debeat pro Originali, tum ex prædictis, aliiſque adminiculis, hic concurrentibus, tum etiam ex quo Statutum, quod ad Cancellariam Reforma-
6 tionum tranſmittitur, debet eſſe tranſcriptum ab Originali, ut teſtatur *Sabell. in Praxi Univerſali, §. Statuta n. 3. fol. mihi* 312.

Prout etiam irrelevans apparuit ſecundum; quia cum Statuta plerunque edantur pro corrigenda diſpoſitione Juris Communis, ex eo quòd illud contrarium ſit legibus Imperialibus, poteſt quidem dici in hac parte Statuentes voluiſſe Juris Communis diſpoſitionem alterare, non verò quòd
7 in Libro Statutorum error irrepſerit, cum ad hunc effectum talis debeat eſſe erroris probatio, ut poſſibilitas in contrarium excluſa remaneat. *Bondes. collect. 36. n. 62. lib. 1. Rota cor. Nunes. dec. 36. num. 12. Priolo dec. 256. num. 4. & 6. & poſt De Luc. in Mantiſſa de Fideicom. dec. 75. num. 15. & de Juripatr. dec. 33. n. 30.*

Cæterùm in præſenti hypotheſi Sanctio Statutaria exorbitans, & Juris Communis correctoria dici non poteſt; admodum enim controverſum fuit apud Majores noſtros, an neptis ex filio præmortuo amitam excluderet, quam ejus Pater excluſiſſet, ſi vixiſſet, adeout de tempore conditi Statuti iſta
8 quæſtio poſſet dici ardua, & terribilis, quæ haberet à tergo lupos, & à fronte præcipitium, ut patet ex iis, quæ etiam poſt plura ſæcula factionario more diſputarunt Doctores, pugnantibus pro negativa ob ceſſantem in nepte ex fi-
9 lio favorem ſexus maſculini, quem natura per filiam fœminam repræſentari non permittit *Hodier. contr. 23. num. 9. & 12. Coſta de Rat. Rata quæſt. 169. n. 1. & ſeqq. Mangil. de Imput. quæſt. 63.* ubi re latè examinata *ſub num. 9.* firmat, negativam eſſe magis communem, affirmativam verò veriorem, & in fine monet tenendam eſſe communem. *Rubl. de Repræſentat. lib. 1. cap. 12. num. 21. & ſeqq. Torr. Var. Jur. Quæſt. tom. 2. tit. 9. quæſt 1. num. 47. & ſeqq.* ubi plurimos refert, *fol. mihi* 291. *Urſil. ad Afflict. deciſ. 161. num. 2. De Luc. ad Franch. dec. 31. num. 6. & ad Reſolut. de Marinis molinerat. 145. ſub num. 6. lib. 2. Conſilium Neapolitanum apud Capyc. dec. 21. num. 7. & apud Capyc. Latr. dec. 4. num. 11. & ſeqq. uſque ad fin.*, ubi, quòd maxima fuit ſuper hoc inter Doctores controverſia, ibique *Manfred. num. 11. & 12.* ubi plures refert. *Senator Catalan. apud Fontanell. dec. 384. n. 19. & ſeqq.*

Pro affirmativa autem, quòd nempè amita excludatur per neptem ex filio, quia iſta non conſideratur ſimpliciter, ut fœmina, ſed de ea judicatur tanquam de maſculo, cum per Patris repræſentationem illius ſexum aſſumere dicatur virtute ſubingreſſionis, quæ conſi-
10 derari non poteſt in amita. *Rovit. conſ. 74. num. 8. & 17 lib. 1.* plenè *De Marinis reſolut. 145. num. 5. & ſeqq. lib. 2. Maros. diſcept. 12. num. 49.* abundè *Panſar. contr. 14. num. 32. & ſeqq. lib. 1.*, ubi ex profeſſo examinat. *Sabell. reſolut. 43. num. 12. & 15.* plenè *Menadous in Conſtitutione Regni Jo aliquibus, in tertio notabili, num. 84. verſ. nunc videndum, & ſeqq. & num. 118.*, ubi, quòd ſemper vidit hanc opinionem in Regno receptam. *Provenzal ad Conſuet. Neapolit. in conſuetudinem Si moriat. obſervat. 5. ex num. 1. ad 14. Gloſ. ad eamdem Conſuet. annot. 5 num. 1 & ſeqq. Molpheſ ad eaſdem Conſuetud. part. 4. de ſucceſſion. ab inteſt. quæſt. 32 num. 9. & 12. & per tot, Paſcal. de Patr. poteſt. part. 4. cap. 9. n. 20. & ſeqq. Hodierna in l. hac edictali, quæſt. 41. num. 13. C de ſecund. nupt. & ad Surd. dec. 73. num. 8 & ſeqq.*, ubi ita judicatum fuiſſe refert. *Conſilium Neapolitan. apud Franch. dec. 12. num. 9.*

Et quamvis poſt acre Doctorum diſſidium hodie in Foro, & apud Tribu-

nulla triumphaverit opinio nepti contraria, attamen ad dignoſcendum, an
11 Statutum ſit Juris communis correctorium, vel interpretativum, & declarativum legis dubiæ, attendi unicè debet dubietas, quæ ſuper hoc articulo
12 vigebat de anno 1414., quo fuit Statutum conditum. *De Luc. de Succeſſion. diſcurſ. 42. num. 5. Tortagl. de Reſervat. Statut. art. 20. num. 36. & 37.*, eaque poſita, Statutum editum pro dicta dubietate declaranda, laudabile potiùs,
13 & favorem publicum concernens, quàm exorbitans, irrationabile, & odioſum judicari debet. *De Luc. de Succeſſ. d. diſc. 42. num. 5. de Fideicom. diſc. 74. num. 10. de Emphyt. diſcurſ. 46. ſub n. 3. verſic. ubi enim. Rota poſt eum de Regular. in Montiſſe dec. 5. n. 17. & in Viterbien. Donationis 13. Martii 1690. §. Ex his, coram Herwenlt, & in Auximana Immiſſionis 15. Martii 1700. §. Poſito, cor. R.P.D. meo Anſald.*

Quo verò ad Superioris confirmationem, iſta legitur de anno 1414. per triennium, & anno 1565. uſque ad præſens de triennio in triennium renovata, non obſtante quòd prima confirmatio per triennium facta fuerit, quo tempore elapſo, nulla, & invalida Statuta remaneant, niſi obtineatur nova confirmatio, quod factum non fuit, dum à dicto tempore uſque ad annum 1565. in dictis Statutis aliæ non leguntur confirmationes. Etenim quidquid ſit, an hujuſmodi Statuta de triennio in triennium confirmanda, confirmatione non ſecuta annullentur, quod in individuo negat *Caſtreuſ.* olim in hac inclyta Civitate Auditor emeritus, *conſ. 156. lib. 2. per tot. Card. Tuſcus* paritèr in hac Civitate olim Auditor, *Practicab. concluſ. litt. F. concluſ. 402. n. 26. in fin. Sabel.* Rotæ Florentinæ olim Auditor, *in Praxi Univerſali, §. Statuta n. 3. & 4.* cum per 145. annos doceatur de præfatis confirmationibus, & intra iſtud tempus, ſucceſſio de qua
14 agitur, fuerit delata, ſufficit Statutum de tempore apertæ ſucceſſionis fuiſſe confirmatum, ut illud in caſu noſtro debeat attendi, ut in fortioribus terminis, quòd ſufficiat etiam confirmatio ex poſt, in ſpecie *Sabell. in Praxi Univerſali, dicto §. Statuta, n. 5.*

Verùm nec ſubſiſtit in facto, non fuiſſe doctum de ſucceſſivis confirmationi-
15 bus uſque ad annum 1565. poſt primam expiratam. Siquidem cum ante dictum tempus, tam *ſuper rubr. 13. lib. 2.*, quàm *ſuper rubr. 41. lib. 3.* ſcripſerit *Socin. Jun. in conſ. 1. lib. 1.*, ex hoc probata remanet dictarum Rubricarum obſervantia, ut in ſpecie, quòd obſervantia Statu-
16 ti probetur ex quo aliquis eximius Doctor ſuper illo ſcripſerit, *D. Conſtant. ad Stat. Urb. in præludio n. 110. & adnot. 22. num. 183. Rota poſt eum dec. 4. n. 6. coram Royas dec. 316. n. 6. & ſeq. & dec. 331. ſub n. 2. in rec. dec. 169. n. 8. part. 11. repetita cor. Celſo dec. 125. & in Viterbien. Donationis 22. Junii 1689. §. Objectum, coram Herwenlt., & 3. Martii 1690. §. Verùm, coram Eodem*, iſtaque accedente, conſecutivè ſuccedit etiam præſumpta eorumdem Statutorum confirmatio ex lapſu
17 temporis. *De Luc. de Servitut. diſc. 71. num. 11. & 12. Conciol. ad Stat. Eugub. in præludio num. 73. Conſtant. ad Statut. Urb. in præludio n. 85. & ſeqq. & adnot. 22. num. 173. Tortaglia de Reſervat. Statut. artic. 32. num. 20. Rota coram Durano dec. 36. num. 2. Royas d. dec. 316. n. 11. Cerr. dec. 303. num. 14. in rec. dec. 12. n. 9. part. 4. tom. 1. & dec. 5. num. 6. & dec. 101. n. 5. part. 7. & dec. 438. n. 6. part. 14. & in d. Viterbien. Donationis 3. Martii 1690. §. Defectus, coram Herwenlt.*

Et iſto caſu, in quo agitur de Statuto favorabili, & publicam utilitatem
18 concernente, ac habente fomentum rationis, & honeſtatis, ut dictum eſt ſupra n. 13., ſufficit confirmatio in forma communi. *Conciol. ad Stat. Eugub. in præludio n. 79. & ſeq. & lib. 2. rubric. 61. n. 2. 3. Tortaglia de Reſervat. Statutor. art. 8. n. 8. & artic. 32. ſub n. 26. 35. & ſeq. Conſtantin. ad Stat. Urb. in præludio n. 71. & 75. & 78. & ſeq.* ubi reprobat *De Luc. & adnot. 22. n. 174. 176. & ſeqq. Addent. ad Gregor. dec. 267. num. 14. in fine. Rota cor. Merlin. dec. 749. num. 22. dec. 818. n. 12. & ſeq. & dec. 833. n. 10. Penting. dec. 116. n. 7. Emerix Jun. dec. 1234. n. 11. in rec. dec. 51. n. 12. part. 1. dec. 217. n. 12. & ſeqq. part. 7. & dec. 42. n. 32. part. 11. & poſt Conſtant. ad Stat. Urb. dec. 4. n. 7. & 8.*

Quamvis in præſenti habeamus illum

tam in forma ſpecifica, tam veram, deſumptam ex quo confirmatio proceſſit prævio examine ſingularum Rubricarum Statuti, facta à Magiſtratu Novem Conſervatorum Juriſdictionis, & Dominii Florentini, quoties enim confirmatio Statutorum facta fuit cum præcedenti Cauſæ cognitione, & diſ-
19 cuſſione contentorum in eis, ſemper dicitur in forma ſpecifica. *Spad. conſ. 38. num. 3. lib. 1. Pacion. alleg. 152. n. 3. Jovene de Solemnit. in Contract. menor. gloſſ. 8. §. 3. num. 98. Card. de Luc. de Judic. diſcurſ. 35. n. 63. verſ. adhuc tamen. D. Conſtant. ad Stat. Urb. in prælud. n. 50. 54. & 60. Rota coram Royas dec. 258. n. 2. in rec. dec. 192. n. 3. verſ. tam etiam quia, part. 1. & dec. 93. num. 17. & ſeq. part. 10. & dec. 261. n. 4. part. 19.*

Præſertim quia Magiſtratus prædictus in ſedula rimatione Statuti, agnoſcens aliquas Rubricas non eſſe approbatione
20 dignas, illas particulariter excepit, & à confirmatis ſeparavit, quæ exceptuatio eo magis oſtendit fuiſſe volitam confirmationem aliorum. *Conſtant. ad Stat. Urb. prælud. num. 74.* omniaque diligentèr, & maturè recognita, & examinata fuiſſe, & conſequentèr ſupervenientem Confirmationem fuiſſe in
21 forma ſpecifica, ut in puncto benè *Jovene de Solemnitat. in Contract. menor. Gloſ. 8. §. 2. n. 4. & ſeqq. & §. 3. num 8. Paſqualig. Quæſt. Moral. Canonic. quæſt. 212. n. 1.*

Quam præſumptam, deductam ex lapſu trium ferè ſæculorum cum obſervantia, cujus vigore, cum licitum ſit allegare meliorem titulum de mundo, allegabilis etiam erit confirmatio, in forma ſpecifica obtenta. *Valaſc. conſult. 99.*
22 *n. 5. De Luca de Dote diſcurſ. 143. num. 51. Contul. ad Stat. Eugub. in prælud. n. 76. Rota coram Merlin. deciſ. 402. num. 3. Emerix Jun. deciſ. 589. n. 13. verſic. Confirmatio verò.*

Et demum non relevat, quòd controverſum Statutum non ſit moribus utentium receptum. Siquidem cum illud in Cancellaria Communitatis, & in Archivio Reformationum aſſervetur, & ſit in Volumine aliorum Statuto-
23 rum inſertum, ex hoc præſumitur illius uſus, & obſervantia. *Altograd. controv. 96. n. 19. Epiſc. Rota diſput. 38. n. 16. Contul. ad Statut. Eugub. in prælud. n. 47. & ſeqq. Gab. de Succeſſ. ab inteſt. obſervat. 60. n. 12. Tartaglia de Reſervat. Statut. art. 8. n. 8. & 9. art. 32. num. 40. & 41. D. Conſtant. ad Stat. Urb. in prælud. n. 95.* ubi rejicit contrarios, *& adnot. 21. num. 181. Sperel. dec. 13. ex num. 16. Rota Marchiæ apud Thomas. dec. 18. n. 10 & ſeqq. Rota noſtra apud Urceol. dec. 21. n. 11. & Romana coram Nunes. dec. 84. n. 5. coram Emerix Jun. deciſ. 1134. num. 12. poſt Conſt. ad Stat. Urb. dec. 4. n. 4. & in rec. dec. 21. num. 29. & 30. par. 9. deciſ. 169. n. 7. par. 21. & dec. 623. n. 4. & 5. par. 18.*

Ponderato præſertim, quòd ſuper d. *rubr. 13. Che le Donne dotate non ſuccedino con Fratelli, ò Nepoti, lib. 2., & rub. 41. Che le Donne dotate non moleſti i Fratelli ne i Beni del Padre, lib. 3.* ſcripſit *Socin. Jun. conſ. 2 per tot. lib. 1.* ex quo comprobatam remanere illius obſervantiam ſupra probatum eſt *num. 16.*, & ulteriùs ſuper aliis ejuſdem Statuti
24 Rubricis ſcripſerunt *Cephal. conſ. 441. num. 10. Criſpus conſil. 37. lib. 1. Caball. conſ. 127. n. 2. & ſeq. lib. 1. Joſeph. Ludovic. concluſ. 55. verſ. nam Romanus. Bruneras à Sole quæſt. 21. ſub n. 24. Manſ. conſult. 261. ex n. 45. & 51. conſult. 315. n. 10. & conſult. 316. ſub n. 10. Cavalcan. de Brachio Regio part. 4. ſub n. 34. verſic. ſed Barga cavetur. Taſch. V. Statutum concluſ. 341. n. 36. Torre de Primog. Italiæ tom. 2. quæſt. 41. ex n. 5. fol. 271. n. 13. ſub n. 29. verſ. tandem excluſo, & ſub n. 38. & n. 55.* quod convincit Statutorum generalem obſervantiam, eamque nec etiam impugnant Amitarum Defenſores. Stante autem generali validitate, & obſervantia Statutorum Bargæ, vim, & robur recipientium ab una, eademque confirmatione, ratione univerſalitatis cauſæ, validiſſimum deſumitur argumentum ad validitatem etiam, &
25 obſervantiam controverſi Statuti, in eodem Volumine inſerti, & in eadem Cancellaria conſervati. *D. Conſtant. ad Stat. Urb. in prælud. n. 111. Rota noſtra apud Urceol. dec. 21. num. 14. & Romana cor. Royas dec. 316. num. 5. Nunes. dec. 84. num. 11.*

Minimè relevante, quòd ſemel fuerit in Curia Bargæ judicatum contrarium, & admiſſa neptis ex filio maſculo una cum amita, quæ ſententia deſtruit

26 contrarium obſervantiam. *Conſtant. ad Stat. Urb. in prælud. num.100. & ſeqq. Gob. de Succeſſ. ab Inteſt. d. obſerv.60. numer.14.* Quandoquidem cum tunc temporis non fuerit allegatum, nec deductum prædictum Statutum, nec ob Actorum deficientiam dignoſci poſſit, an fœminæ tunc excluſæ fuiſſent dotatæ, nec ne, & ex quibus circumſtantiis, & rationibus Judex motus fuerit ad ita ſententiandum, ex prædicta Sententia elici nequit argumentum ullum,
27 excluſivum obſervantiæ præfati Statuti: benè in ſpecie *Rota in d. Viterbien. Dominationis 22. Junii 1689. §. Nec contrarium, cor. Herwaert, & 3. Martii 1690. §. Denique, & §. Quia eadem, coram Eodem.*

Potuit enim inter cætera dari caſus, quòd nepeis non curaverit excludere
28 amitas, ſed illas voluerit admittere ad ſucceſſionem, in quibus terminis excluſio Statutaria locum non habet. *Bald. in l. maximum vitium 4. num.11. C. de liber. præter. Caſtrenſ. in l. Titio centum 70. §. Titio genero, in fin. ff. de cond. & demonſtrat. Socin. Sen. conſ.114. n.5. lib.1. Marta de Succeſſ. Legal. part.1. q.3. art.4. num.7. Gallerat. de Renunciat. centur.2. renunt.15. num.5. Merlin. de Legit. lib.3. tit.1. quæſt.24. num.37. Michalor. de Fratrib. part.3. cap.12. num.173. Conciol. ad Stat. Eugub. lib.2. rubr.62. n.16. Gob. de Succeſſ. ab Inteſt. obſervat.57. num.1. & plur. ſeqq. Zaul. ad Stat. Faventia lib.3. rubr.17. num.13. Coſerag. ad Stat. Janua, tit. de Succeſſ. ab Inteſt. in princip. V. Maſculi liberi, num.9. & ſeqq. fol.241. & num.68. & ſeqq. fol.150. D. Conſtant. ad Statut. Urb. adnotat.39. num.88. Rota in recen. deciſ.146. num.7. part.10. coram Bichio dec.310. n.32. Cerro dec.350. n.5. & coram R. P. D. meo Anſaldo dec.22. n.22. & 23. repertis poſt Conſtantin. ad Stat. Urb. deciſ.134. num.22. & 23.*, & in terminis fœminæ Agnatæ, quæ alios vigore Statuti excludit, in puncto Statuti Florentini *Grongn. conſ.2. & conſ.3. per tot. lib.1. Gob. de Succeſſ. ab Inteſt. d. obſervat.57. n.8.* nec ex dicta Sententia, in his circumſtantiis lata, aliquid induci potuit contraria obſervantia, quæ in actibus facul-
29 tativis nullo modo cadit, ut benè ad rem ponderat *Conciol. ad Stat. Eugub. in prælud. n.58. Rota coram R. P. D. meo Anſald. d. dec.22. n.22. & 23.* prout illa
30 probari non valet ex Fidibus extrajudicialibus, benè in ſpecie *Conſtant. ad Stat. Urb. adnot. 22. ex num.185.*

Probata ex his veritate, validitate, & obſervantia Statuti Burgæ, obeſſe non valet, quòd excluſio ſaltem reſtringatur ad hæreditatem ejus, ex cujus bonis dos fuit conſtituta, ex regula, quòd Statuta hujuſmodi, fœmina-
31 rum excluſiva, habeant locum in hæreditate dotantis dumtaxat, non aliorum, ut tradunt *Ludovic. Bologn.* olim in hac inclyta Civitate Auditor, & Prætor, *conſ.38. num.3. & ſeqq. Pariſ. conſ.47. n.77. & ſeqq. lib.3. Aldobrandin. conſ.2. n.115. & ſeqq. lib.1. Peregr. conſ.27. n.6. lib.5. Ruin. diſput.37. n.8. De Luc. ad Gratian. diſcept.15. n.2. Conciol. alleg.70. num.13. & ſeqq. Manſ. conſult.397. n.17. & ſeqq.* ubi de Statuto Pontremuli. *Michalor. de Fratrib. part.3. cap.11. n.164. & ſeqq. Marta de Succeſſ. Legal. part.1. quæſt.13. artic.5. num.1. & ſeqq. Conſtant. ad Stat. Urb. adnot.39. n.106. & ſeqq. Gob. de Succeſſ. ab Inteſt. obſervat.39. n.5. & ſeqq. & n.21. Rota Marchiæ apud Thomat. dec.187. n.2. Adden. ad Pamphil. dec.630. n.15. Rot. coram Celſo dec.46. n.2. & 3. dec.66. n.2. & dec.88. n.2. cum duabus ſeqq. Peutinger. dec.37. num.2. in recen. dec.342. num.10. part.12. dec.273. n.15. part.15. & dec.35. n.1. part.16.*

Etenim cum Statutum noſtrum non ſimpliciter excludat fœminam dotatam, ſed ulteriùs procedendo nominet perſonas, à quarum ſucceſſione vult illas
32 excludi, tunc certum eſt, fœminas dotatas remanere excluſas, tàm à ſucceſſione dotantium, quàm non dotantium. *Mart. de Succeſſ. Legal. part.3. quæſt.7. art.3. num.10. & 11. Gob. de Succeſſ. ab Inteſt. d. obſervat.39. num.13. & ſeq. Thomat. Dec. Marchiæ 187. num.3. Conſtant. ad Stat. Urb. d. adnot.39. num.177. Rota poſt eum d. dec.134. num.17. & 18. cor. Pamphil. d. dec.630. num.8. ibique Adden. n.16. in rec. dec.165. n.18. par.19.*

Potiſſimè quando Statutum conditum fuit favore maſculorum, & agnationis, nam tunc propter dotem ab uno receptam, ab omnium ſucceſ-
33 ſione fœminam excluſam eſſe, tradit *Gratian. diſcept.15. num.1. & ſeqq. diſcept.258. num.26. & diſcept.651. n.13. De*

An-

Angel. de Confeſſ. tom. 1. lib. 1. q. 7. effect. 8. n. 10. Conſtant. ad Stat. Urb. d. adnot. 39. n. 194. & ſeqq. & n. 204. & 205.

Et fortiùs quando Statutum, prout hìc, dirigit verba in rem, nempe dotationem, non autem in perſonas dotantes, puta ſi ſimplicitèr dicat, quòd mulier dotata non ſuccedat patri, vel matri, tunc enim cum Statutum de nullo dotante mentionem faciat, ad hæreditatem ejus, ex cujus bonis dos conſtituta fuit, excluſio reſtringi non poteſt, ſed iſto caſu, ut mulier excluſa dicatur à Statuto ab hæredita-
34 te cujuſcunque, ſatis eſt ipſam ab aliquo ex nominatis in Statuto dotem recepiſſe. *Cart. Jun. conſ. 65. num. 2. verſic. ego tamen. Hondod. conſ. 10. n. 45. cum dupl. ſeqq. lib. 1. Manſ. conſult. 398. n. 8. verſ. prout etiam*, ubi loquitur de Statuto Pontremuli. *De Angel. de Confeſſ. d. tom. 1. lib. 1. quæſt. 7. effect. 8. num. 9. Rota in rec. dec. 321. num. 20. 21. & 22. par. 5.* ubi plures referuntur.

Sublatis exceptionibus, comprehendentibus perſonas omnium filiarum fœminarum, faciliori methodo tollitur alia, reſpiciens particularitèr perſonam
35 D. Mariæ Magdalenæ, in eo conſiſtens, quòd ipſa de tempore mortis matris dotata non eſſet, & proindè ab ejus ſucceſſione excludi non poſſet. *Gerard. Menalle conſ. 19. n. 31. & 32. & conſ. 76. num. 5. & ſeqq. Ambroſ. quæſt. famil. 33. num. 3. lib. 1. De Luca ad Gratian. diſcept. 15. n. 4. & ſeqq. Bran. ſuper Statut. excluſivum fœminarum, artic. 6. num. 22. verſ. item participiam. Campeg. eod. Tract. par. 1. num. 71. Michalor. de Fratribus part. 3. cap. 11. num. 139. Gab. de Succeſſ. ab inteſtat. d. obſervat. 39. ex n. 2. & 39. Caſareg. ad Stat. Januæ tit. de Succeſſ. ab inteſtat. in principio. V. Maſculis libere, num. 8. fol. mihi 141. De Angel. de Confeſſ. tom. 1. lib. 1. quæſt. 7. effect. 8. num. 12. & ibi Antelm. num. 20. Rota in rec. dec. 120. num. 3. & ſeqq. part. 7. & dec. 112. n. 1. part. 15.*

Quoniam cum Statutum Bargæ mandet fœminas dotatas debere eſſe contentas dote recepta, nec aliquid aliud petere poſſe, ut in *d. rub. 13. lib. 2. & rub. 41. lib. 3.* ubi diſponitur -- *Che niuna Donna dotata, e la quale dote riceuuta aurà, poſſa litigare, ò moleſtare per alcuna ragione, ò modo, fratello, ò fratelli, ne' Beni del Padre, ò Madre, ò venire alla Succeſſione, ò parte di ſucceſſione d'Eredità di ſuo Padre, ò Madre* -- fœminæ hoc modo excluſæ, ut à ſucceſſione arceantur, ſufficit quandocunque fuiſſe do-
36 tatas, etiam poſt ſucceſſionem delatam, ut in ſpecie hujus Statuti ex profeſſo examinat *Sozzin. Jun. d. conſ. 2. ſub num. 19. verſic. & licèt prædicta ſatis Juri conſona videantur, cum quatuor ſeqq. lib. 2. Gab. de Succeſſ. ab Inteſt. obſerv. 37. num. 34.*, & generalitèr tradunt *Rain. conſ. 65. ſub num. 10. lib. 3. Conſtant. ad Stat. Urb. adnot. 39. n. 320.*

Fortiùs accedente alia circumſtantia, quòd fœmina excluditur, etiam ſi fue-
37 rit dotata à fratre, qui cum non teneatur dotare ſororem, niſi ut hæres Patris, & ſic poſt mortem ipſius *Roland. à Valle conſ. 83. num. 36. lib. 1. Gratian. diſcept. 504. num. 10. & 11. Rota in rec. dec. 311. num. 13. part 10. & in Fulginaten. Succeſſionis, & Dotium ſuper hæreditate Materna 19. Junii 1705. §. Altera verò, cor. Lancetta*, ex hoc infertur, quòd ſicut fœminæ, à fratre dotatæ, poſt delatam paternam ſucceſſionem
38 fuerunt excluſæ, ita Statuentes voluiſſe excludere fœminas in aliis caſibus dicendum eſt, ſive iſtæ dotem receperint ante, ſive poſt apertam ſucceſſionem, ut benè in individuo proſequitur *Rot. in d. Fulginaten. Succeſſionis, & Dotium 1705. §. Altera verò, & §. Non obſtante, coram Lancetta.*

Certoque certiùs quia cum hujuſmodi Statuta, & ſignantèr illud, de quo agitur, excludant fœminas
39 propter maſculos, & iſtorum favorem in dicta excluſione principalitèr conſiderent, neceſſe non eſt, quòd de tempore ſucceſſionis reperiantur dotatæ; ſed ſufficit maſculos eſſe paratos eis dotem dare tempore nuptiarum. *Gabr. conſ. 15. num. 42. lib. 1. D. Conſtant. ad Stat. Urb. d. adnotat. 39. n. 224. 226. & 228. Rota poſt Eum dec. 241. n. 7. & ſeqq. & in d. Fulginaten. Succeſſionis, & Dotium 19. Junii 1705. §. Nec ſubſiſtit, & §. Abſque eo quòd, coram Lancetta.*

Nec dubitari poteſt, fœminas in præſenti fuiſſe excluſas propter maſculos, & propter Agnationem, nedum enim

hoc

hoc ſuadet generalis ratio iſtius, &
aliorum ſimilium Statutorum Italię,
quę licèt conſiderent dotationem, eo-
rum tamen pręcipua ratio regulariter
eſſe ſolet favor maſculorum, & Agna-
tionis, ut in individuo hujus noſtri
40 Statuti Soccin. Jun. d. conſ.2. num.10. &
11. & ſub n.33. & ſeqq. lib.1. Manſ. con-
ſult.315. n.20. & 21., & generaliter
de aliis Statutis Italię Cornel. ad Statut.
Eugub. lib.2. rubr.62. num.47. Zaul. ad
Stat. Faventia lib.3. rubr.27. ex n.2.
& n.9. Rota poſt De Luc. de Teſtam. dec.
36. n.8. & de Statutariis Succeſſ. reſp.1.
fol.458. col.2. in princip. & reſp.2. num.8.
& n.40. & ſeqq. ubi de Statuto Floren-
tino, & in Montiſſ. de Teſtam. dec.22.
n.5. & in d. Fulginaten. Succeſſionis, &
Dotium ſuper hereditate materna 19. Ju-
nii 1705. §. Quodque, coram Lancetta;
ſed etiam quia propter dotem, ab uno
receptam, ab omnibus hęreditatibus ex-
cluduntur, quod non eſſet rationi con-
41 forme, ſi ſola dotatio eſſet cauſa finalis
excludendi fœminas, nam iſto caſu ex-
cluſę remanere deberent ſolùm ab hę-
reditate ejus, ex cujus bonis dotem re-
ceperunt, in ſpecie Conſtant. ad Stat.
Urb. d. adnot.39. n.195. Rota in rec. dec.
341. n.21. & 22., ubi concord. part.11.
& in non relatis, benè in d. Fulginaten.
Succeſſionis, & Dotium ſuper hereditate
materna 19. Junii 1705. §. Quodque ve-
rum, coram Lancetta.

Haud relevante, quòd non poſſit di-
ci contemplata Agnatio in Statutis,
fœminas vocantibus, quia cum vocata
ſit neptis ex filio maſculo, & in defe-
ctum omnium maſculorum, à Statuto
invitatorum ad ſucceſſionem, ex hoc
42 non excluditur conſervatio Agnationis,
tam in caſibus, in quibus Maſculi ſunt
pręlati fœminis, & durante maſculini-
tate, ut in ſpecie, cęteris relatis, firmat
Caſareg. reſol.1. num.39. & 49. im-
preſſa poſt Commentar. ad Stat. Januę D.
Conſtant. ad Stat. Urb. d. adnotat.39.
num.7. & 8., ubi declarat contrarios.
Rot. in rec. dec.329. num.10. part.18.
43 quàm vivente nepte, quę in defectum
maſculorum vocatorum, donec vivit,
Agnationem conſervat. De Marin. d.
reſolut.145. num.6. lib.1. Rota in re-
cen. citata deciſ.269. num.13. & 14.
part.11., ubi plures referuntur.

Sequentèr in ſubjecta materia, in qua
cum de tempore conditi Statuti eſſet
valdè dubium, an neptis ex filio maſcu-
lo excluderet amitam, & reputari de-
44 beret uti maſculus, ut ſpecificè tradit
Menoch. in Conſilio. Reg. in ali-
quibus, in tertio notabili, num. 118. De
Marin. d. reſol.145. num.6. & 7. lib.2.
Panſut. d. contr.14. num.33. 34. & ex
num.41. & ſeqq. lib.1. & probant alię
Auctoritates ſupra citatę num.10., pro
hac controverſia evitanda jure merito
Statuentes expreſsè determinarunt,
quòd neptis, patrem repręſentando,
amitas dotatas à ſucceſſione exclude-
ret, & tanquam maſculus haberetur,
ita hanc tunc temporis dubiam quę-
45 ſtionem dirimendo, prout eſſe ſolitum
Statuentium quęſtiones in Jure contro-
verſas dirimere ex notatis per De Luc.
de Credit. diſc.161. num.15. & de
Succeſſ. diſcurſ.41. num.5. R. P. D. An-
ſald. de Commerc. & Mercat. diſcurſ.13.
num.18. D. Conſtant. ad Statut. Urb.
adnotat.36. num.1. Rota poſt diſſert.
Paulutii 40. num.34.

Et demum hac intelligentiam, quòd
fœminę attento hoc Statuto quando-
46 cunque dotari poſſint, comprobat ob-
ſervantia, & conſuetudo, juxta quam
in Terra Bargę, à tanto tempore cu-
jus initii memoria non exiſtit in con-
trarium, nunquam fœminę, etiam poſt
mortem patris dotatę, aliquid ultra
dotem conſequi potuerunt, teſte Soc-
cin. Jun. d. conſ.2. à num.24. uſque ad
47 30. lib.1., ea autem, quę uniformem
interpretationem ſemper habuerunt,
48 minimè eſſe mutanda, diſponit Text. in
l. minimè 23. ff. de legibus, & Statutum
Bargę lib.1. rubr. del Giuramento del
Poteſtà, &c. verſic. e dove lo Statuto
non parlaſſe, ſecondo le vecchie conſuetu-
dini, &c. & proſequitur in individuo
Soccin. Jun. ſæpè citato conſ.2. ex n.24. &
ſeqq. lib.1.

Et ita utraque, &c.

AR-

ARGUMENTUM.

Laudum non extenditur ad prætentiones, in eo non deciſas. Statutum Piſanum, prohibens relinqui Conjugi, quemlibet Piſis degentem, ibique bona poſſidentem obſtringit, quamvis ex privilegio Dominantis Civitatis Florentiæ civilitatem acquiſiverit. Quomodo quis ſimul ſit Civis Civitatis Subditæ, & Dominantis, & utriuſque Statutis, & privilegiis perfruatur: Et inhabilitato Marito ad diſponendum, cenſetur etiam habilitata Uxor ad recipiendum.

SUMMARIUM.

1 *Statutum Piſanum* Rubr.40., *quòd Maritus non poſſit donare, vel relinquere Uxori, vel alii, per quos ad Uxorem perveniat, ultra ſummam librarum quindecim, refertur, & latè examinatur*, & n.5. uſque ad finem.

2 *Arbiter, ſi in laudo de ſummis minoris valoris mentionem fecerit, & de ſumma majori locutus non fuerit, ſuper ea non laudaſſe intelligitur.*

3 *Sententia enim, & lauda ſunt ſtricti juris, & non poſſunt extendi ad ea, quæ verbis non continentur.*

4 *Maximè ſi ad hoc ut ſumma major comprehenderetur, fuiſſet neceſſaria reconventio, quæ facta non fuit.*

5 *Et fortiùs ſi is, ad quem ſpectabat ſumma major, tempore laudi de ea non habebat notitiam, quæ ſupervenit ex poſt.*

Et ſi laudum fuiſſet injuſtum, quatenus hanc ſummam majorem comprehendiſſet n.7.

Prout dicitur laudum, prolatum contra Statutum, quod ſit in obſervantia, ibidem.

6 *Actori, in Judicio ſuccumbenti ex defectu probationum, ex juribus de novo repertis in integrum reſtitutio concedenda eſt.*

8 *Statutum Piſanum* Rubr.40. de his, quæ à Viro in Uxorem dantur, vel relinquuntur, *eſt in viridi obſervantia, pluresque ſuper eo ſcripſerunt, qui latiſſimè referuntur.*

9 *Et hujuſmodi Statutum comprehendit etiam eum, qui eſt Civis Piſanus, & Florentinus, ſi Florentiæ habeat ſolùm Civilitatem ex privilegio, Piſis verò habeat domicilium originis, & habitationis.*

10 *Iſta enim duo domicilia potiora ſunt, & in concurſu præferuntur Civilitati quæſitæ ex jure ſpeciali.*

11 *Maximè ſi Piſis fuit factum teſtamentum, & in eo Teſtator ſe Civem Piſanum ſolum deſcripſit, & de bonis Territorii Piſani unicè diſpoſuit, cum ad regulandam ſucceſſionem Teſtatoris attendi debeant Statuta Loci, ubi teſtamentum fuit conditum, ubi ſunt poſita bona, in diſpoſitione contenta, & de quo Teſtator ſe nominavit*, & n.12. 13. & 14.

15 *Et fortiùs dum in Civitate Florentia dominante non adeſt in hoc Statutum contrarium.*

16 *Ubi adeſt Statutum particulare loci ſubjecti, nec adſit in Dominantis Statutum contrarium, illud debet attendi, ubi de Statuto Florentino, & generaliter de aliis Statutis* n.18.

17 *Statutum Florentinum non habet locum, quando Statuta Piſana de aliqua re diſponunt.*

19 *Civis ex privilegio, ut Statutis Civitatis, cui aggregatus eſt, gaudere poſſit, requiritur, ut in ea habitationem retineat, & onera Civibus impoſita ſubſtineat.*

20 *Statutum Piſanum, diſponens, quòd in caſibus omiſſis recurratur ad Jus commune, fuit conditum de tempore, quo Civitas non erat adhuc ſub ditione Florentina, ſed cum iſta pugnabat.*

21 *Et de tempore ſubjectionis tale Statutum fuit cum aliis confirmatum.*

22 *Undè pro Jure Communi, in terminis dictæ Statutariæ diſpoſitionis, accipi debet Jus Commune Romanorum, non Florentinæ Civitatis, de tempore, quo fuit condita, non imperantis.*

23 *Non obſtante diſpoſitione* legis — Urbem noſtram.

24 *Acquirens Civilitatem Civitatis dominantis, perdit domicilium loci ſubjecti, ubi de Cive Piſano, & Florentino.*

25 *De Saminiatenſe, creato Cive Florentino.*

26 *De aliis creatis Civibus Civitatis Florentiæ dominantis.*

27 *Et de Civibus aliarum Urbium.*

28 *Contra, quòd Civis ſubditæ Civitatis ex acquiſitione Civilitatis in dominantis non eximatur à Statutis Patriæ, in qua habet domicilium, & bo-*

bona, & condidit teſtamentum, ubi in terminis Piſani ſimul, & Florentini.

De Mediolanenſi, & Papienſi n.30.

29 *Et generaliter de aliis Statutis, &* num.30.

31 *Maximè ſi Civilitas ſit acquiſita ex puro privilegio, quo caſu is, qui Civilitatem acquiſivit, de tempore actus geſti declarare debet, ſe nolle uti tali privilegio, aliàs allegatio ex poſt facta, tanquam nimis ſerotina, non ſuffragatur.*

32 *Auctoritates in contrarium declarantur procedere, quando domicilium Dominantis Civitatis non eſſet quaſitum ex privilegio, & jure ſpeciali, ſed communi.*

33 *Vel quando, ultra Civilitatem, in Civitate dominanti poſſiderentur bona, fuit conditum teſtamentum, aut aliquid aliud concurrit, per quod domicilium Loci imperantis eſt potentius, vel æquale alteri.*

Data æqualitate domiciliorum, illud Loci dominantis, tanquam dignius, prævalere debet ibidem.

34 *Vel quando Civis Loci ſubditi omnimodè ſe tranſtulit ad Civitatem dominantem, & actus geſſit, ex quibus conſtet voluiſſe dimittere domicilium in loco ſubdito, & qui ſint tales actus.*

35 *Vel quando in loco ſubdito adeſt Statutum, quòd in defectum Statutorum recurratur ad illud Dominantis.*

36 *Vel quando agitur de exemptione ab oneribus, conceſſa Civibus Dominantis, qua frui debent omnes illi, qui Cives evaſerunt, quomodocunque id evenerit, ſi onera ſint perſonalia, ſecus ſi realia.*

37 *Maximè ſi privilegium exemptionis ſit amplum, & generale; ſed non procedunt, quando agitur de ſucceſſione Piſanus origine, & domicilio actum fecit uti Piſanus, in Civitate Piſana ſuper bonis ibi ſitis, & agitur de obſervando Statuto Loci ſubditi, quod ſemper attendi debet, ſive adſit aliud Statutum in Civitate dominante, ſive non,* n.41. *ubi de Piſano, habente Civilitatem Florentiæ.*

38 *Solutio collectarum fieri debet in loco, in quo bona exiſtunt.*

39 *In praxi tamen receptum eſt, quòd ad Locum majorem Provinciæ deferri debeant.*

40 *Et pro allibrando potiùs in Cataſtro Loci dominantis, quàm ſubditi, præcipuè attenditur de Jure, & non exiſtente conſuetudine particulari.*

41 *Statutum originis, & ubi bona ſunt poſita, attenditur, non autem Statutum Civitatis Dominantis.*

43 *Effectus Civis Civitatis Dominantis, non amittit domicilium Civitatis ſubditæ.*

44 *Adducuntur Auctoritates in terminis Piſani, qui obtinuit Civilitatem Florentinam.*

45 *Plura domicilia competi poſſunt, & poteſt quis frui privilegiis cujuſque loci, ubi Civilitatem obtinet.*

46 *Adducuntur Auctoritates in terminis Piſani, habentis Civilitatem Florentinam.*

47 *Aliarum Civitatum ſubditarum, & Florentinæ dominantis.*

48 *Et habentis Civilitatem Piſanæ Urbis, & alterius Loci, eidem ſubjecti.*

49 *Fortiùs ſi in Civitate dominanti ad habitandum quis non acceſſit, bona in eadem non poſſidet, & onera non ſubſtinuit, ſed omnia iſta facere continuavit in Civitate ſubdita.*

50 *Domicilium habitationis non niſi re, & facto transfertur, nec ſimplex attenditur deſtinatio ob acquiſitionem Civilitatis alterius Civitatis.*

51 *Cives Civitatis Dominantis, uti ſinguli, & ſeparatim ſumpti, nec populum repræſentant, nec domini dici poſſunt, ſed ſubditi, & privati cenſentur.*

52 *Collectivè verò ſumpti, faciunt populum, & Rempublicam repræſentat.*

53 *Unde Civis Civitatis Dominantis non poteſt conſiderari uti Dominus Civis Civitatis ſubditæ.*

54 *Nullum eſt abſurdum, quòd in eadem perſona diverſæ concurrant qualitates, & quòd diverſis reſpectibus quis poſſit eſſe ſuperior, & inferior, major, & minor.*

55 *Civis Loci Superioris, ſi bona poſſideat in loco inferiori, hujus Statutis ligatur, ejuſque ſubditus dicitur ratione bonorum.*

56 *Stante Statuto, prohibente Viro legare Uxori ultra certam ſummam, etiamſi ma-*

Maritus habilitatus dici poſſet ad relinquendum, non per hoc cenſetur habilitata Uxor ad recipiendum; ubi de Statuto Piſano.

37 *Adducuntur Auctoritates, generaliter de aliis Statutis loquentes.*

DECISIO XVI.

STatuti Piſani diſpoſitione *rubr. 40. de his, quæ a Viro in Uxorem dantur, vel relinquuntur, & è contra*, expreſsè cavetur, quòd Mari-
1 tus non poſſit donare, vel relinquere Uxori, aut aliis, per quos ad Uxorem debeat reverti, vel reverti ſit veriſimile, ultra ſummam librarum quindecim: Ad cujus Statuti cenſuram evitandam Odoardus de Roſſerminis declarationem in Codicillis emiſit, vendidiſſe ſegetes omnes ad ſe ſpectantes, & quietantiam, ſeu receputam fecit Stephano de Sanctis totius Frumenti, apud ipſum exiſtentis, ut hoc modo ſegetes, & frumentum prædictum conſequeretur D. Orietta Lanfranchi Lanfreducci, dicti Odoardi Uxor, quemadmodum in memorati Legati executionem Orietta omnes effectus prædictos ſibi appropriavit, & ex eis ſcuta 4000. retraxit.

Habita poſt aliquod tempus iſtorum omnium notitia ab Actore, deputato filiis Pupillis dicti Odoardi, inſtetit coram Supremo Magiſtratu declarari nullam diſpoſitionem præfatam, dictaque bona, & pecunias ex ipſis retractas, ſpectare ad dictos DD. Pupillos, Cauſaque nobis ad referendum commiſſa, uniformibus votis in hodierna audientia retulimus, reſtituendas eſſe Actori pecunias prædictas, ab Orietta exactas, alias verò, penes Montem Pietatis depoſitas, eidem Actori eſſe conſignandas.

Cum enim pecuniæ præfatæ proveniant ab hæreditate, & bonis Odoardi, omni Jure debentur dictis Pupillis, ejus filiis, & hæredibus. Quidquam non refragante, quòd prætentio hæc fuerit extincta, mediante Laudo, prolato à D. Commiſſario Civitatis Piſanæ: quia cum in prædicto Laudo omnia credita, & controverſiæ, etiam longè inferioris valoris, fuerint recenſita, & ſpecificè ſuper eis judicatum, & de
2 hac prætentione conſpicuæ, & conſiderabilis ſummæ ſcutorum 4000., nec verbum quidem factum fuerit, ex hoc emergit, quòd Arbiter ſuper ea laudare non intellexerit: Sententiæ enim,
3 & Lauda ſtricti juris eſſe cenſentur, nec extendi poſſunt ad ea, quæ verbis non continentur. *l. Paulus reſpondit, la ſecunda ff. de re judic. Bartol. in l. Julianus num. 5. ff. de condic. indebit. Manſ. conſult. 118. num. 17. Senatus Pedemontanus apud Oſaſch. dec. 64. num. 1. & 2. Senatus Gratianop. apud Larr. dec. 39. n. 32. verſic. verba enim. Rot. noſtra apud Venturin. dec. 51. n. 14. Rot. Roman. cor. Seraph. dec. 835. n. 6. Sa. Me. Alex. VIII. dec. 121. num. 36. & 37. Celſ. deciſ. 283. n. 7. in rec. dec. 165. n. 12. par. 7. dec. 391. n. 9. par. 18. & dec. 622. num. 9. par. 19.*

Præſertim quia Judicium, tunc temporis motum, erat meræ conventionis, à D. Orietta ſuſcitata, nec unquam
4 legitur, quòd tunc filii eam reconveniſſent, ut neceſſarium erat ad hoc, ut dicta quantitas ſcutorum 4000., à D. Orietta jam conſecuta, comprehenderetur in Laudo. Immò nec illam pro hac ſumma reconvenire poterant, dum notitia, quòd præfatæ pecuniæ provenirent à Legato Uxori facto ab Odoardo, ſupervenit longè poſt prolatum Laudum, occaſione alterius litigii, vertentis inter dictam Dominam Oriettam, & DD. de Brunaccis ipſius filios ex ſecundo Matrimonio, in quo ad ſuam intentionem probandam exhibuit in Actis Librum, quo mediante juſtificabatur, ipſam habuiſſe quantitatem prædictam ab hæreditate, & bo-
5 nis Odoardi ſui Mariti, ſicque ſi de tempore Laudi, probatione filii primi Matrimonii erant deſtituti, non poterant contra Matrem judicialiter agere, & ſi egiſſent, & in Judicio ſucum-
6 buiſſent, prout ſuccumbere debebant, ex juribus de novo repertis in integrum reſtitutio concedenda eſſet. *De Luc. de Judic. diſc. 38. ſub n. 10. & n. 11. D., & olim Collega meus Conſtant. ad Stat. Urb. annot. 6. numer. 196. Rot.*

in rec. deciſ.169. numer.1. part.9.
Certoque certiùs prædicta procedunt reflectendo, quòd ſi in Laudo
7 comprehenſa fuiſſet hæc quantitas, illud fuiſſet injuſtum, uti prolatum contra expreſſam ſanctionem Statuti Piſani *d. rubr.40. de his, quæ à viro in uxorem dantur, vel relinquuntur, & è contra*, quod Statutum eſt in viridi obſer-
Hinc ad evitandas tot lites, incommoda, & expenſas neceſſarias pro purificanda hæreditate confiſcati à debitis, aliiſque obligationibus, Fiſcus ſi dubitat, vel certò ſcit, nihil pro eo remanere poſſe, ſolet, aliquo recepto
34 *per ſtralcio*, bona ſemel agnita, & incorporata refutare, & ſe ab omnibus
35 obligationibus eximere, vel illa etiam liberè dimittere, prout facere poſſe, etiam poſtquam bona agnovit, firmant *Conſtantin. in l.* 1. *num.* 159. *C. de pœnis Fiſcal. lib.* 10. *Carena de Offic. Sanct. Inquiſit. part.* 1. *tit.* 1. §. 30. *n.* 167. *Maſſin. de Confiſcat. quæſt.* 45. *num.* 6. *& ſeqq.*

Quo verò ad Prædium, poſitum in Communi S. Nicolai *a Montagliari*, in vocabulo *Poderuzzo*, in eodem Inventario deſcriptum, & quod allegabatur habere in margine adnotationem *è chiarito Fideicommiſſo*, non probatur illud fuiſſe ſuppoſitum Fideicommiſſo Bernardi, prout DD. de Gherardis, vigore dicti Fideicommiſſi agentibus, juſtificare neceſſe eſſet, ſicut nec probatur eſſe identificè illud idem, quod fuit à Creditoribus diſtractum, licèt enim in dicto Inventario prædium iſtud denominetur *il Poderuzzo*, in adnotatione tamen marginali hæc aſſertiva corrigitur, & dicitur prædium vocari *le Caſacce al Poderuzzo*, ibi -- *è chiarito Fideicommiſſo il Podere di contro num.* 5., *benchè il d. Podere ſi chiama le Caſacce al Poderuzzo* non docetur autem ex parte DD. de Gherardis, prædium detto *il Poderuzzo*, eſſe unum, & idem cum alio prædio denominato *le Caſacce al Poderuzzo*, prout Fideicommiſſario in-
36 cumbit onus plenè, & concludentèr juſtificandi. *Rota Bononien. apud Poſth. d. dec.* 23. *num.* 46. *Rota noſtra apud Venturin. dec.* 20. *num.* 31. *Rot. coram Arguell. dec.* 19. *num.* 1. *Emerix Jun. dec.* 49. *n.* 1. *& dec.* 132. *num.* 2. *& in rec. dec.* 452.
37 *num.* 16. *part.* 19. itaut quaſi digito bona oſtendat. *Emerix Jun. d. dec.* 132. *num.* 4. *Prœl. dec.* 429. *n.* 16. *dec.* 551. *n.* 10. *part.* 19. Nec ſuffragantur demonſtrationes æquivocæ, & aliis rebus convenientes, cum ſola poſſibilitas ſuffi-
38 ciat ad identitatem excludendam. *Rota Bononien. apud Poſth. d. dec.* 23. *ex n.* 41. *& 46. Rota noſtra apud Venturin. decis.* 20. *n.* 27. *n.* 29. *& n.* 31. *Rota Rom. in rec. dec.* 60. *n.* 2. *part.* 17. *dec.* 218. *n.* 12. *&* 14 *& dec.* 406. *n.* 3. *& ſeqq part.* 18. *poſt de Luca de Teſtament. in Mantiſſ. dec.* 1. *n.* 15. præſertim contra tertium,
39 emptionis titulo poſſidentem. *Emerix Jun. dec.* 49. *n* 3. *& dec.* 617. *n.* 2. & concurrente diſcrepantia loci, ſeu voca-
40 buli, quæ identitatem excludit. *Rot. cor. Arguell. dec.* 30. *n.* 3. *& n.* 4.

Eoque magis incaleſcit onus dictæ probationis faciendæ, attento quòd Prædium *del Poderuzzo*, fuit uti liberum diſtractum in extraneos à dicto Lotterio quondam Jacobi, & de anno 1571. tranſivit ad Lucretiam Uxorem Joannis Franciſci Gherardi, de
41 anno 1589. in Antonium de Gondis, & de anno 1621 in Coſimum de Gondis, ut conſtat ex fide ejuſdem Decimæ, à dictis DD. de Gherardis productis, quod fieri non potuiſſet, ſi illud fuiſſet ſubjectum Fideicommiſſo Bernardi, cujus bona, tamquam tranſ-
42 verſalis, nec etiam ratione dotium potuiſſent diſtrahi. *De Luca de Feud. diſc.* 89. *n* 3. *Rota coram Cerr. dec.* 818. *num.* 2. *& dec.* 852. *num.* 3. *Emerix Jun. dec.* 1145. *n.* 1. *dec.* 1230. *n.* 2. *& dec.* 1291. *n.* 3. multoque minus de anno 1615. DD. de Gherardis dictum prædium mediante emptione à dicto Coſimo de
43 Gondis recuperaſſent, ſi ad illud immiſſionem vigore Fideicommiſſi Bernardi, ad quod ipſi vocati erant, petere, & obtinere potuiſſent; nemo
44 enim ſuum indebitè jactare velle præſumitur. *l. cum de indebito* 25. *ff. de probation. Rot. in rec. dec* 142. *n.* 4. *dec.* 185. *n.* 18. *& dec.* 131. *n.* 14. *part.* 19.

Non urgente, quòd ad Decimam dicti Lotterii Jacobi, alterius Jacobi de Gherardis, fuerit inter cætera bona deſcriptum hoc Prædium, ſubjungendo deinde, *i ſopradetti Beni mi ſono pervenuti da Franceſco Gherardi, e Nepoti per fideicommiſſo, e ſcorporati da gli Ufficiali di Torre l'anno* 1531., *che erano ſotto nome di Jacopo Gherardi mio Padre*. Quoniam cum hæc declaratio exprimat duas cauſas provenien-

tes

tiæ bonorum in Lotterium nempè Fideicommiſſi, & excorporationis factæ ab Officialibus Turris, & quidem diverſas quoad tempus, & quoad perſonas, dum excorporatio ſucceſſit de anno 1531., & purificatio Fideicommiſſi de anno 1589., quo obiit Julius unus ex nepotibus Franciſci Gherardi, & ob excorporationem Lotterius, tamquam filius, & creditor Banniti, habuit à Fiſco Bona in Inventario deſcripta, tam libera, quàm Fideicommiſſo ſubjecta, ab Hæredibus autem Julii ultimi gravati, ob mortem ipſius ſine filiis, habuit bona Fideicommiſſaria, ab hoc Columnello poſſeſſa, quæ ob delictum Jacobi tranſverſalis, & de alio Columnello, non poterant à Fiſco apprehendi. ſtante autem hac proventientia bonorum ex diverſis cauſis, & ignorantia qualitatis cujuslibet prædii, quænam ſcilicèt ex eis fuerint libera, & quæ Fideicommiſſo ſuppoſita, & qualia in Lotterium pervenerint

45 per mortem Julii, & quæ ob excorporationem factam à Fiſco, in hac dubietate deſcriptio præfata nihil ponit in eſſe; cum enim inter prædia, & bona libera potuerit eſſe prædium *detto il Paderuzzo*, hoc ſatis eſt, ut ex hac æquivoca deſcriptione dicatur, illud non fuiſſe probatum Fideicommiſſarium. *Torr. Quæſt. Jur. tom.1. tit.2. quæſt.34. num.3. 6. & 8. fol. mihi 372.* & in alia Cauſa DD. de Gherardis ſcribens *tom.3. Miſcellanear. part.2. tit.11. quæſt.78. numer.49. & 50. fol.188.*

Et demum quod attinet ad ſententiam, à Supremo Magiſtratu latam anno 1636., in ea declaratur, per mortem Lotterii quondam Joannis Franciſci ſine filiis maſculis, Fideicommiſſum Bernardi fuiſſe purificatum ad favorem Andreæ quondam Raphaelis: proindeque Prædium *di Poggio aſciatto*, diſtractum à Zanobio in dictum Lotterium, & ab ipſo perventum in Puellas *dell' Abbandonate*, tamquam præfato Fideicommiſſo ſubjectum, dimitti debere ad favorem dicti Andreæ ad illud vocati, conceſſa tamen dictis Puellis retentione ſuper Prædio *della Guercia*, hereditario dicti Zanobii venditoris, obligato pro evictione iiſdem debita; ſi enim pro præſtanda evictione Prædii *di Poggio aſciatto*, Fideicom-

46 miſſario dicti Bernardi, aſſignatur dictis Puellis aliud Prædium *della Guercia*, illudque in dicta Sententia aſſeritur ſpectare ad Zanobium, ex hoc excluditur, quòd pertineat ad Bernardum, & ſit Fideicommiſſarium illius: Et quatenus ad iſtum pertineret, Andreas, qui uti vocatus ad Fideicommiſſum Bernardi obtinuit immiſſionem ſuper Prædio *di Poggio aſciatto*, eoque Puellas *dell' Abbandonate* ſpoliavit, paſſus non fuiſſet condemnari ad dimiſſionem dicti Prædii *della Guercia*, favore earumdem Puellarum, pro evictione ipſis debita, ſed allegaſſet ſe illud poſſidere ex eodem titulo Fi-

47 deicommiſſi, quod cum non fecerit, & prædium ſibi avocari permiſerit, ſignum evidens eſt, quòd recognoverit illud non eſſe Fideicommiſſo ſubjectum.

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Taxa, facta contra diſpoſitionem Statuti Artis Medicorum, & Aromatariorum, ſquittinium requirentis, & extra terminum cadentis citationis, ſtante conſuetudine contraria Statuto, & ſtylo Tribunalis citationem prorogandi, ſuſtinetur. Falſitas ex rimatis, & inviſibilis prætenſo vitio, per ſolam ſuſpicionem ſæ ſtatis non concluditur, concurrentibus præcipuè adminiculis pro aſſiſtentia veritatis, & falſitatis excluſione, quarum nonnulla, contrarii reſolutis, recenſentur. Teſtes an, & quando probent in hac materia. Indicium proximum delicto quotuplex ſit, & quando probetur per unicum teſtem, vel plures requirantur.

SUMMARIUM.

1 *Taxa computa, facta per Judicem, contra diſpoſitionem Statuti, ſquittinium requirentis, & extra terminum cadentis citationis, redditur inſanabiliter nulla.*

Limita, ut num.2. & ſeqq., & num.4. & ſeqq.

Quæ limitationes, eo magis recipi debent, ſi admiſſa nullitate, immenſa ſtrages aliorum geſtorum ſequeretur, n.13.

2 *Negativa probatur ex rimationibus factis in Libris, ubi ſcriptum eſſe debebat.*

3 *Ordinamenta particularia per non uſum cenſentur abiiſſe in deſuetudinem, & co-*

eorum non obſervantia non vitiat actum.

4 Citatio intelligitur facta pro ſingulis diebus, & horis, quibus de ſtylo prorogatur, ſtyluſque prorogationis debet attendi, ubi de ſtylo dandi ſententiam poſt menſem a die citationis.

5 De ſtylo Rotæ Romanæ dandi ſententiam intra menſem à die citationis, & habito termini proſervato, qui fraternizzat cum alio citationis cum continuatione.

6 De ſtylo illam dandi per duos menſes, per ſex, & per quatuor annos poſt citationem, & n. 7. & 8.

9 De citatione generali ad totam cauſam, facta in principio litis.

10 Et talis ſtylus adeſt in Tribunali Artis Medicorum, & Aromatariorum, & quomodo.

Probaturque per centenariam, & n. 10.

11 Judex poteſt ratificationem, & recognitionem aliis demandare, vel illam de per ſe facere.

12 Centenaria facit præſumere meliorem titulum de mundo pro illam habente pro ſe, quaſcunque exceptiones tollit, & purgat vitia.

13 Judex cautè cum æquitate, & benigna interpretatione procedere debet, nè in præjudicium publici commercii maxima actorum, autè geſtorum, ſtrages ſequatur.

14 Sola ſuſpicio falſitatis in Civilibus pro falſitate habetur.

15 Debet tamen eſſe gravis, & concludens, aliàs non operatur.

16 Et debet oriri ex vitio patente in ſcriptura, ut puta ex cancellatione, abraſione, & ſimilibus.

Aliàs præſumptio favet veritati, & excludit falſitatem, ibidem.

Contrariæ Auctoritates, in quibus terminis procedant, declaratur n. 10. & ſeqq.

17 Ex vitio latente ſuſpicio non ſumitur pro falſitate, ſed debet probari per illum, qui in ea ſe fundat.

18 Si concurrant conjecturæ, quæ ſuadeant Judicem ad credendum, falſitatem fuiſſe commiſſam, etiamſi ſuſpicio ex vitio latente oriatur, poteſt ille pro falſitate pronunciare.

19 Diſtinctio, de qua ſupra n. 16., non tollit arbitrium Judicis ſuſpendendi fidem Inſtrumento, quando juſtum id facere ei videbitur, etiam ſi ſuſpicio ex vitio inviſibili promanet.

20 Suſpicio falſitatis non operatur, quando probabili fundamento caret, & contrariis conjecturis diluitur.

21 Quando pro veritate rei geſtæ adſunt conjecturæ, ſuſpicio non habetur pro falſitate, immo remanet ſublata.

22 Ampl. etiamſi conjecturæ pro veritate non eſſent validiores.

23 Maxima conjectura pro excluſione falſitatis eſt abſolutio Rei ſuper eadem falſitate, criminaliter diſcuſſa.

24 Partita Libri non poſſunt ampliùs dici falſa, quando in Judicio falſitas jam fuerit rejecta.

25 Et ſententia, indè emanata, tollit omnia indicia, & conjecturas, ſi quæ conſiderari potuiſſent pro falſitate.

26 Et facit ſtatum contra non citatos, atque in Judicio Civili parit exceptionem rei Judicatæ.

27 Altera conjectura contra falſitatem eſt, dictum Teſtium contra eum, de facto proprio, & de re, ad eorum officium ſpectante, deponentium, & num. 28. & 29.

30 Maximè ſi fuerunt inducti à Parte, quia contra inducentem plenè probant.

31 Nec poſſunt contra eos dari exceptiones, perſonam concernentes, quòd nempè deponant ad ſe exonerandum, & pro excluſione falſitatis, & delicti, ab ipſis commiſſi.

32 Tertia conjectura, falſitatis excluſiva, eſt deficientia lucri, & utilitatis conſiderabilis, ſine quibus non præſumitur.

33 Adeout modica pecunia, recepta pro mercede laboris, non faciat præſumi falſitatem commiſſam.

34 Falſitas debet plenè, & concludenter probari.

35 Et pro illius excluſione omnis poſſibilis ſumi debet interpretatio.

36 Adeout in concurſu conjecturarum prævaleant illæ, quæ excludunt falſitatem.

37 Præcipuè ſi eſtæ ſint numero, & qualitate majores, & adminiculatæ, & num. ſeq.

38 Et aſſiſtat veritati Deſcriptio in Libro publici Officii.

39 Contra quam non omnes ſuſpiciones admittantur, ſed ſolùm relevantes, & omninò concludentes.

40 Declaratio, facta per aliquem, velle uti

ali-

aliquo Inſtrumento, vel ſcriptura, donec falſitas probetur, non facit indicium falſitatis.

41 *Teſti unico, non benè materiam ſpecificanti, & deponenti de auditu ab aliquo, qui deinde diverſimodè deponat, non eſt credendum ad falſitatem concludendam.*

42 *Maximè ſi is, à quo audivit, magis veriſimilitèr deponat, & adminiculetur à Libro publico.*

43 *Suſpicio antidata tollitur, quando poſt deſcriptionem partita in Libro, fuerunt alia regiſtrata ante diem, in qua prætenditur conſcripta partita controverſa.*

44 *Teſtis unicus non probat falſitatem.*

45 *Actus, qui dicuntur indicia proxima delicto, probantur ab unico teſte omni exceptione majori, & qui deponat de viſu, & certa ſcientia, & ex n.48. ubi declaratur.*

46 *Et quando non dicatur adeſſe indicium proximum antidatæ, ſeu falſitatis.*

47 *Ad excludendam falſitatem ſufficit ſola poſſibilitas in contrarium.*

48 *Indicium proximum delicto, quotuplex ſit, & quale, & quot effectus unum, vel alterum producat*, & num. 49. & ſeqq.

49 *Indicium, reſultans ex actu valdè proximo delicto, non niſi per duos teſtes probatur.*

50 *Auctoritates in contrarium declarantur*, & num. ſeqq.

51 *Documenta, quæ in Judicio Civili faciunt ſemiplenam probationem, in Criminali faciunt indicium ad torturam.*

52 *Si contra teſtem unicum militet aliqua circumſtantia in contrarium, non probatur indicium proximum delicto.*

53 *Plures teſtes de auditu ab eodem, non faciunt majorem probationem, quàm ille.*

54 *Teſtis inſerviens, & ſalariatus, habens affectionem ad Cauſam,*

Et qui alios conquiſivit, & inſtruxit, pro examine faciendo, non probat, & n.55. & 56.

57 *Teſtis qui non fecit probationem in Judicio Criminali pro falſitate, multò minùs attenditur in Civili.*

58 *Poſt dedicta teſtificata, concluſionem in Cauſa, & in limine expeditionis ſistat, non admittitur ampliùs examen teſtium*, & n.59.

DECISIO XVIII.

PRo conſequendo Credito, quod ex cauſa Aromatariæ Morochius habebat cum Hieronymo B ſſio, coram Taratoribus Artis à Creditore fuit inſtitum pro Computi approbatione, illaque (facta quadam reductione) obtenta ſub die 23. Martii, ſucceſſivè petiit dictus Hieronymus electionem Peritorum, concorditèr faciendam ad effectum præfatum: Replicante autem Morochio de taxatione præcedentèr ſecuta, prætendere cœpit Hieronymus, illam fuiſſe nullitèr factam, & die 30. Menſis Martii exaratam fuiſſe, poſitamque in Libro publico Artis cum antidata diei 23. ejuſdem, ortaque ob id inter dictas Partes controverſia, prodiit hodie Sententia Morochio favorabilis.

Quo enim ad nullitatem: contra taxam prædictam duplex oppoſita fuit nullitas. Prima nempe, quòd cum Taratores electi ad effectum moderandi taxam Morochi, non fuerint imburſati prævio Squittinio, eorum electio ſit contra formam traditam à Statuto Artis Medicorum, & Aromatariorum, diſponente, fieri debere Squittinium perſonarum, quæ poni debeant in Buſſolo Taratorum, & ab eo ſingulis quatuor menſibus extrahi: Et ſecunda, quòd Tara facta ſit extra terminum cadentis citationis, quod paritèr cauſare nullitatem inſanabi-
1 lem, dixit *Vant. de Nullit. ex defect. citationis, num.73. Antonell. de Temp. legal. lib.4. cap.32. num.6. & 7. Barom. de Citat. quæſt.16. num.145. & ſeqq. Altimar. de Nullit. tom.2. Rubr.12. quæſt.22. num.241. Gratian. diſcept.156. num.33. & diſcept.333. num.18. & ſeqq. ibique De Luc. num.9. idem Gratian. diſcept.510. num.9. Rot. Marchiæ apud Thomat. dec. 23. num.91. Senatus Cathalaunus apud Cortiad. dec.24. num.169. Rot. in rec. dec.143. n.1. part.18.*

Neutra tamen ex dictis nullitatibus
ſubſiſtere viſa fuit. Reſpectu enim pri-
mæ illa tollitur ex eo, quòd cum fa-
cta rimatione in Filtris, in quibus hu-
juſmodi Squittinia reponi ſolent,
conſtet ab anno 1656. uſque ad præ-
ſens, nunquam fuiſſe factum Squitti-
nium pro imburſandis Taratoribus,
2 ex hoc probata dicitur negativa.
*Lotter. de Re Beneſic. lib.2. quæſt.46.
num.46. & ſeqq. Rot. noſtra apud Ven-
turin. dec.5. num.50. Rot. Romana cor.
Verall. dec.205. per tot. part.1. coram
Gregor. dec.139. num.5. Celſ. dec.76.
n.17. & dec.130. n.12. & in rec. dec.
216. n 9. & ſeq. par.6. & apud De Luc.
de Apoſtolic. Regione aſſenſu, cap.199.
§. In præſenti, & in illius confirmato-
ria, ibidem impreſſa §. Detecta autem*, qua-
rum ſecunda eſt repetita poſt *De Luc.
de Jurepatronat. in Mantiſſa dec.74.
n.21.*

A' dicto enim Anno 1656. mutata
fuit forma imburſationis, dum loco
faciendi Squittinium perſonarum, in
Buſſolo reponendarum, fuerunt imbur-
ſati illi, qui, prævio examine Collegii,
eſſent reperti vita, moribus, ſcien-
tia, aliiſque qualitatibus idonei, &
ob id approbati pro Aromatariis, quæ
imburſationes uniformitèr hoc modo
factæ per ſpatium quinquaginta, &
ultra annorum, abſque ulla reclama-
tione in facie ipſiuſmet Principis, &
Miniſtrorum, oſtendunt, loco antiqui
Squittinii, pro qualitatibus, & idonei-
tate recognoſcenda, examen fuiſſe ſub-
rogatum, illudque in deſuetudinem
abiiſſe, nec eſſe ampliùs neceſſarium,
3 ut in proximis terminis obſervat *Rota
in rec. dec.729. n.20. & 21. part.18. &
poſt de Luc. de Teſtament. dec.6.n.31.32.
& 33.*

Reſpectu verò alterius nullitatis;
licèt die 16. Februarii 1708. facta fue-
rit citatio ad comparendum intra tri-
duum, & videndum tarari computa,
& tara non intra triduum, ſed ſo-
lùm die 23. Martii expleta fuerit; ta-
men cum in Tribunali dictæ Artis
adſit ſtylus, poſt executam hujuſmo-
di citationem faciendi taram ſemper,
& quandocunque, intra dies quadra-
ginta, non poteſt illa de nullitate
redargui: Citatio enim hujuſmodi, at-
tento ſtylo illam protogante, habetur
ac ſi facta eſſet per triduum, & dein-
de pro ſingulis diebus, & horis uſ-
que ad dies quadraginta, iſtumque
ſtylum in locis, ubi viget, ſubſtineri,
4 & attendi debere, firmat in terminis
ſtyli dandi Sententiam poſt menſem à
die ſecutæ citationis *De Luc. ad Gra-
tian. diſcept. 156. ſub n.12 & in Obſer. ad
Ventrigl. in Praxi rerum Notabil. tom.1.
annot.34. num.3. & in praxi Judiciali
cap.67. num.5. Afflict. in Conſtitut. Re-
gni, incipiente Accuſatorem, in 4. notabil.
Frecc ia de Liquidat. Inſtrument. conſide-
rat.4. Altimar. de Nullitat. tom.2. rubr.
12. quæſt.11. num.251.* plenè *Rota dec.
227. num.7. & pluribus ſeqq.* ubi adducit
concordantes, & reſpondet contrariis
part.1. de ſtylo Rotæ Romanæ feren-
di ſententiam ſemper, & quando-
cunque, intra menſem à die citationis,
& habiti termini profervato in ultima
5 audientia Rotali, in qua indicuntur
vacationes generales *Scacc. de Appellat.
quæſt.14. num.11. in fine. De Luc. de Ju-
dic. diſc.34. num.26. & 27.*, ubi, quòd
hic caſus fraternizzat cum alio cita-
tionis cum continuatione, alter *De
Luc. in Praxi Judicial. cap.67. num.6.*
D. & olim Collega meus *Conſtant. ad
Stat. Urb. annot.54. num.52. & ſeqq.
Rot. in rec. dec.201. num.3. part.13. &
dec.787. num.4. part.18. & in Romana
Drogheria 24. Januarii 1689. §. Quo-
niam, coram Manuel* de ſtylo illam
dandi per duos menſes poſt, relatis
6 *Caravita, Afflicto, & Riccio*, proſe-
quitur *Altimar. de Nullit. tom.2. dicta
Rubr.12. quæſt.21. ſub num.251.* de ſty-
7 lo illam dandi poſt ſex menſes à die
citationis *Adden. ad Pamphil. deciſ.67.
num.9. verſic. ac in Inſula Melita. Rot
coram Ottobon. dec.176. num.1. & ſeqq
& dec 238. num.19. & 20. & in Mele-
vitana Bonorum 8. Junii 1682 §. Non
quidem, & ſeq. coram Urſino, & 18.
Februarii 1693. §. Nullitas, coram Eodem*
8 & de ſtylo quatuor annorum, cæte-
ris relatis *Rot. dict. dec.227. n.31 part.11.*
& de citatione generali ad totam cau-
ſam, facta in principio litis, quòd vi-
gore talis citationis poſſint fieri omnes
actus neceſſarii uſque ad ſententiam
9 incluſivè, abſque eo quòd contra il-
los nullitas ex defectu citationis op-
po-

poni poſſit. *Vant. de Nullit. tit. Qualiter Sentent. poſſit à nullitate defendi num. 111. Veſtr. in Prax. lib. 4. cap. 4. ſub num. 1. ibique Gravat. in Addition. n. 15. Ubert. de Citat. cap. 11. num. 437. Mynſinger. obſervat. 71. ſub num. 2. centur. 3. Maſcatell. in Prax. part. 7. Gloſſ. Sententiam, num. 12. Aſin. in Prax. §. 7. cap. 5. limitat. 71. ex num. 1. & ſeqq. De Luc. de Judic. diſc. 9. num. 54. & diſc. 10. num. 4. Altimar. de Nullit. d. tom. 2. rubr. 12. quæſt. 21. num. 137. & 150. Carol. Anton. de Luc. in Prax. Judicial. cap. 67. num. 9. verſ. valet autem ſententia ſine citatione. Rot. coram Seraphin. dec. 455. n. 8. verſ. ſecunda nullitas; inter Diverſor. dec. 259. num. 8. part. 2. in rec. deciſ. 20. num. 31. part. 6. & dec. 291. num. 2. & 3. part. 10. & in Avenionen., ſeu Vaſionen. Primogenituræ ſuper Proviſionali 19. Junii 1702. §. Probatur, cor. Muto.*

Quòd verò in hoc Tribunali adſit hujuſmodi ſtylus, probatum remanet ex fide Cancellarii, qui de praxi inveterata teſtatur, & ex quo exhibitis coram nobis Libris Cancellariæ, in quibus citationes, & taxæ ſolent regiſtrari cum ſuis diebus, ex eorum inſpectione recognovimus, per ſpatium centum, & ultra annorum, ſemper taxas fuiſſe factas poſt triduum, contentum in citatione, nec unquam citationem fuiſſe renovatam, niſi quando
10 taxa facta fuit poſt lapſum dierum quadraginta. Poteſt autem Judex recognitionem, & rimationem hujuſmodi, aliis demandare, & illam etiam de per ſe facere, ſi velit, ut poſt plu-
11 res, quos refert, firmavit *Rota noſtra in Romana, ſeu Piſana Fideicommiſſi de Comitibus 30. Januarii 1711. artic. 6. §. Eoque validius, coram Me,* inferiùs imprimenda.

Talique adeo diuturna obſervantia vigente, dubitandum non eſt, pleniſſimè probatum fuiſſe ſtylum hujuſmodi, & contra illius validitatem, & ſubſiſtentiam, nullam imaginabilem exceptionem eſſe proponibilem. Ea enim eſt vis centenariæ, ut faciat præſumere legem Principis, & quemcunque alium meliorem titulum de mundo, ab habente illam pro ſe excogitabilem, quaſcunque exceptiones tollat, & vitia purget, cum omne,
12 quod ſub mundiali Machina regitur, tali tempore renovetur. *Bald. in l. 1. ſub num. 6. C. de annal. exception. Rota coram Emer. Jun. dec. 286. num. 4. & dec. 1188. num. 1. in rec. dec. 152. num. 1. part. 19. tom. 1. dec. 493. num. 3. & ſeqq. dec. 494. num. 44. & dec. 574. num. 11. part. 19. tom. 2.*

Et ſi ex uno, aut altero ex dictis capitibus admitteretur nullitas reductionis computorum, à Taratoribus factæ, tota Civitas litibus involveretur, dum annullari deberent omnes taxæ ab Anno 1656. uſque ad præſens, ob non factam imburſationem Taratorum prævio Squittinio, & per ſæculum, & ultra, ob non factam reductionem computorum intra triduum à die factæ citationis. Cautè autem procedere debet Judex, & æquitativam, ac benignam capere interpretationem, juxta quam non ſequatur immenſa ſtrages actuum geſtorum, in præjudicium univerſalis ſocietatis, & publici
13 commercii, ut obſervat in ſimili *Rot. in rec. dec. 311. num. 2. part. 18. & poſt de Luc. de Teſtam. dec. 6. num. 32. & 33.* ubi concordantes, *& poſt Paulut. diſſert. 36. dec. 1. n. 14. & 15.*

Quo verò ad falſitatem, & antidatam oppoſitam contra dictam taxam; licèt ſola ſuſpicio falſitatis in Civili-
14 bus pro falſitate habeatur. *Autherant. in can. in memoriam, diſtinct. 19. Farinac. de Falſitat. quæſt. 153. num. 2. & ſeqq. & n. 15. & 20. Fabius Tamar,* olim hujus inclytæ Rotæ Auditor, *in Annot. ad dec. Rotæ Lucen. Magonis. Annot. ad deciſ. 43. litt. B. Rot. cor. Celſ. deciſ. 380. num. 14. Cerr. dec. 131. n. 40. dec. 258. n. 5. & dec. 167. n. 4. Emerix Jun. dec. 738. n. 6. & 7. & dec. 1112. num. 9. in rec. dec. 471. n. 10. dec. 561. num. 11. dec. 562. n. 14. & dec. 652. n. 2. part. 19. poſt Conſtant. ad Statut. Urb. dec. 25. n. 16. & dec. 36. n. 6. & poſt De Luc. de Regalib. in Mantiſſ. dec. 21. n. 6.*

Prædictæ tamen regulæ non procedit in præſenti hypotheſi, Tum quia ſuſpicio ad hunc effectum debet eſſe
15 gravis, & concludens, aliàs nihil operatur. *Surd. conſ. 173. n. 60.* & pluribus adductis *Altograd. conſ. 30. n. 262. lib. 1. Aſſolat. reſol. 68. n. 3. & n. 18. & reſol. 70. num. 33. & 34. Thomas. dec. 50. ex n. 421.*

Hhh 2 Co-

Caſtell. dec.135. n.15. Addon. ad Gregor. dec.546. num.17. Addon. ad Boratt. deciſ.611. ſub n.15. verſ. debent tamen. Rot. in rec. dec.412. num.5. part.1. & dec.581. n.39. & 40. par.4. tom.5.

Tùm etiam quia ſuſpicio non oritur ex vitio viſibili circa ipſam Scripturam materialem, concernente abraſionem, cancellationem, aut alterationem verborum, & caracterum ibidem, prout requiritur; ſed vitium prætenſæ falſitatis latens eſt, & inviſibile, quo caſu præſumptio aſſiſtit ve-
16 ritati in falſitatis excluſionem, cujus ſola ſuſpicio non ſufficit, ut in ſpecie diſtinguunt *Innocent. in cap.1. num.8. de fide inſtrument. Raudenſ. conſ.22. n.362. lib.1. Altograd. d. conſ.50. n.164. lib.1. Gratian. diſcept.877. n.18. Cyriac. contr.410. n.91. Capyc. Latr. conſult.4. ſub n.31. De Luc. de Judic. diſc.26. n.14. Zacch. de Obligat. Cameral. quæſt.17. n.61. & ſeqq. Boſſius tit. de Falſis num.6. Gabriel. Commun. Concl. lib.7. concl.6. n.16. & ſeq. Maſcard. de Probat. concluſ.759. n.4. & ſeqq. Manſ. conſult.179. n.11. Theſaur. Quæſt. forenſ.47. num.3. lib.1. Rot. Marchiæ apud Thomat. dec.50. n.595. & ſeqq. Senat. Aragon. apud Seſſe dec.118. num.8 poſt medium. Addon. ad Gregor. dec.546. n.27. Rota coram Cavalier. dec.105. num.10. Ottobon. dec.251. num.58. in rec. dec.421. num.15. part.1.* & quòd in vitio latente ſuſpicio non habeatur pro falſitate, ſed onus illam
17 probandi incumbat fundanti ſe in ea *Cyriac. contr.410. num.40. Menoch. lib.1. præſumpt.99. num.13. & ſeqq. & num.20. & ſeq.*

Non obſtante contraria auctoritate Rotæ in *deciſ.180. num.3. part.13.* aliorumque Doctrinarum, in oppoſitum adductarum, optimo enim *Rota*, & aliorum, ſolùm poteſt procedere, quando concurrunt conjecturæ urgentes, quæ ſuadeant Judicem ad credendum,
18 falſitatem fuiſſe commiſſam, & non adſunt adminicula veritatem ſuadentia, tunc enim poteſt Judex pro falſitate pronunciare, etiamſi illa oriatur ex vitio inviſibili. Diſtinctio quippe *Innocentii* vera eſt, ſed non tollit arbitrium Judici ſuſpendendi fidem Inſtrumento, quando id facere juſtum eidem videbitur, etiam in caſu,
19 quo ſuſpicio promanet ex vitio inviſibili, ut contrarios declarando, firmat *Reynald. Obſervat. Criminal. tom.1. cap.18. à num.68. ad 76. & ſub num.95. verſ. & ſic poteſt, fol.154. in Veneta impreſſione. Mandell. Albæ conſ.99. ex n.6. Maſcard. d. concl.740. num.6.* & ſuſpicionem non operari, quando caret probabili fundamento, & contrariis con-
20 jecturis diluitur, tradit *Cyriac. d. controv.410. n.91. aliique mox referendi.*

Quando enim pro veritate rei geſtæ concurrunt conjecturæ, tunc falſitatis ſuſpicio non habetur pro falſita-
21 te, ſed immò à veritate in contrarium remanet ſublata. *Surd. conſ.273. num.54. & ſeqq. Altograd. d. conſ.50. ſub n.302. lib.1.* ubi plures refert, & dicit procedere, etiamſi conjecturæ pro verita-
22 te non eſſent validiores. *Farinac. de Falſitat. quæſt.152. num.6. Albbim. delle refol.68. n.6.14. & 19. Theſaur. d. quæſt.47. ſub num.5. lib.1. Maſtrill. dec.310. n.19. Addon. ad Gregor. dec.546. num.17. Addon. ad Boratt. d. dec.611. ſub num.15. verſ. & quando adſunt. Rot. coram Cerr. d. dec.131. num.42. Ottobon. dec.19. numer.88. in rec. dec.179. num.40. & ſeqq. part.9. & dec.186. num.24. part.19. & poſt de Luc. de Teſtament. in Mantiſſ. dec.7. num.15.*

Prima itaque conjectura, immò potens demonſtratio, falſitatis excluſiva, deſumitur, ex quo diſcuſſa Cauſa in Judicio Criminali ſuper prætenſa falſitate, à Taratoribus commiſſa, Magiſtratus
23 octo Virorum Guardiæ, & Baliæ, contra falſitatem pronunciavit, & Inquiſitos plenariè abſolvit, Falſitas enim prætita Libri funditus diſſipatur, quan-
24 do illa fuit in Judicio rejecta. *Farinac. de Falſit. quæſt.153. n.117. Anſald. de Commerc. diſc.35. n.17. & diſc.36. n.32. Rot. coram Zarate dec.73. n.35. Ottobon. dec.19. num.85. Cerr. d. dec.131. n.38. repetit. in rec. dec.179. num.58. par.9. dec.190. n.1. & ſeqq. & dec.460. n.17. part 18.* itaque ſententia tollit omnia indicia, & conjecturas, ſi quæ
25 pro falſitate conſiderari potuiſſent. *Bald. conſ.166. n.1. & per tot. lib.2. repetit. conſ.79. lib.5. Theſaur. Quæſt. Forenſ. d. quæſt.47. n.14. ſub n.15. & ſeqq. lib.1.*, & tamquam lata in dicto Judicio cum legitimo Contradictore, facit

Ea-

ſtatum etiam contra alios non citatos,
26 & parit exceptionem rei judicatæ in
hoc judicio Civili, cum utraque Cau-
ſa tendat ad eumdem finem. *R. P. D.*
Anſald. de Commerc. & Mercatur. diſc.82.
num.28. ubi in puncto ad effectum ex-
cludendi falſitatem, & antidatam, &
poſt plures, quos refert, *Rot. in rec. de-*
ciſ.381. n.8. cum tribus ſeqq. par.16.

Secunda eruitur conjectura ex depo-
ſitione Dominici Varneſii, & Angeli
Fontanæ, qui taxationem fecerunt,
uniformitèr deponentium, illam ſub-
ſcriptam fuiſſe die 23. Martii, Qui
Teſtes cum deponant de facto proprio,
de tempore non ſuſpecto, nempe an-
te porrectam contra ipſos querelam
ſuper falſitate, de re ad eorum offi-
cium ſpectante, & pro qua ab Homini-
bus Artis fuerunt ad formam Statuti
electi, & habeant aſſiſtentiam Libri
publici, ex eorum depoſitionibus falſi-
27 tas excluſa remanet, ut de Teſtibus, ad
excluſionem falſitatis deponentibus
Altobm. d. reſol.67. n.21. Rot. coram
Cerr. d. dec.131. n.47. ubi concordantes:
de Teſtibus, deponentibus de facto pro-
28 prio *Gratian. diſcept. 626. n.7. diſcept.*
841. n.3. diſcept.910. n.5. diſcept. 912.
n.7. & ſeqq. & n.17., & de Teſtificanti-
29 bus de re, ad eorum officium ſpectante
Gratian. d. diſcept.626. n.8. diſcept.633.
n.60. diſcept.841. n.1. Senatus Mantua-
nus apud Surd. dec.70. n.13. Rot. Di-
verſor. dec.330. n.1. par.2.

Et potiſſimè quia dicti Teſtes fue-
runt à D. Hieronymo inducti, qui
30 proindè contra inducentem plenè pro-
bant. *Nangherol. alleg.29. n.80. Paitell.*
expedit.22. n.15. & 17. Concioł. alleg.60.
num.18. Manſ. conſult.668. n.4. tom.7.
conſult.60. n.60. & conſult.61. num.29.
tom.9. conſult. 82. n.12. tom.11. Palm.
Nep. alleg.60. n.4. Samuniat. contr.1.
n.46. contr.20. num.29. contr.22. n.17.
& contr.46. n.14. Rot. Bononien. apud
Monach. dec.42. n.20. Rot. Romana cor.
Celſ. dec.382. num.10. Dunozet. Jun. de-
ciſ.647. n.1. Cerr. dec.834. n.9. & in rec.
dec.318. n.17. par.12. dec.151. num.32.
& 33. part. 18. & deciſ. 409. num.4.
par.19.

Non obſtante, quòd dicti Varneſius,
& Fontana deponant ad ſe exoneran-
dum, & pro excluſione delicti, ab ipſis
commiſſi, quod non eſt permittendum.
Quoniam cum hæc exceptio concernat
perſonam dictorum Teſtium, non eſt
admiſſibilis in præſenti Judicio, in quo
31 illi fuerunt inducti, & examinati ad in-
ſtantiam D. Hieronymi, & ob id cen-
ſentur ab ipſo eorum perſonæ appro-
batæ, adeout contra eaſdem, excep-
tiones proponere non valeat. *Farinac.*
de Teſtib. quæſt.62. n.241. Paſth. de Ma-
nut. obſervat.89. ſub n.13. verſ. ex quo
conſentur producens. Palm. Nep. alleg.
29. n.13. & alleg.68. n.13. Rot. in rec.
dec.183. n.2. par.3. dec.319. num.10.
par.19. tom.1. & dec.433. n.2. par.19.
tom.2.

Tertio excluſa remanet falſitas, ex
quo Taxatores nihil aliud ſperare po-
terant, quàm emolumentum eorum
honorarii, conſiſtens in paucis libris,
quas non improbabilitèr, etiam diffe-
rendo taxationem, lucrari potuiſſent;
proindèque falſitas, dum de aliquo
32 certo, & conſiderabili intereſſe non
conſtat, non præſumitur commiſſa.
Gabriel. conſ.169. num.11. & 22. lib.1.
Cyriac. contr.637. n.47. plenè *Farinac.*
de Falſit. quæſt.153. n.207. & ſeq. Me-
noch. lib.5 præſumpt.20. n.49. De Luc.
de Judic. diſc.26. n.30. diſc.32. num.44.
& de Teſtament. diſc.2. n.11. diſc.5.
num.12. & diſc.39. n.11. Capyc. Latr.
conſult.4. n.34. Rot. Lucen. apud Conſul.
dec.19. n.56. & ſeqq. fol.186. Rot. cor.
Merlin. dec.636. n.7. Cerr. d. dec.131.
n.34. & poſt De Luc. de Teſtament. dec.1.
n.6. & 14. & in rec. deciſ. 179. num.53.
par.9., & in puncto, quòd pro modica
pecunia, debita pro mercede laboris,
33 non præſumatur commiſſa falſitas *Ga-*
briel. d. conſ.169. ſub num.21. verſ. nec
enim propter pecuniam, lib.1. Farinac.
de Falſit. d. quæſt.153. n.208.

Quibus ita conſtitutis, attendi non
merentur conjecturæ, quæ in contra-
rium ponderabantur ad demonſtran-
34 dam falſitatem; quia falſitas debet
probari plenè, & concludentèr. *Surd.*
conſ.173. n.60. Capyc. Latr. conſult.4.
ex n.27. Altobm. reſol.70. n.2. ibique
Rot. num.67. cor. Bich. dec.166. num.13.
Pamphil. dec.670. n.6. Emer. Jun. de-
ciſ.449. n.13. in rec. dec.466. num.13.
par.13. dec.48. num.5. & 6. & dec.183.
n.12. par.19. tom.1. & dec.414. num.19.
par.19.

par.19. tom.2., & ad illius excluſionem
omnis poſſibilis capienda venit inter-
35 pretatio. *Cyriac. contr.251.n.47.& contr.
637.n.11.& ſeqq. Capyc. Latr. d.conſult.
4. ex n.19. Aſtolin. reſol.67. n.16. Alti-
mar. de Nullit. Contract. tom.3. rub.1.
quæſt.9. num.13 fol.130. in Veneta im-
preſſione. Rot. Lucen. apud Conſal. dec.24.
num.11. fol.163. & apud Baldacc. ad Ra-
mon. dec.63. num.35. tom.4. Rot. coram
Pamphil. d. dec.670. num.4. & num.17.
& ſeqq. Merlin. dec.641. num.7. Prodl.
dec.68. num.8. in rec. dec 291. num.8 par-
te 12. dec.248. num.4. & dec.451. num.9.
part.18.* Adeout in conflictu conjectu-
36 rarum, ſemper prævalere deberent il-
læ pro falſitatis excluſione. *Surd. diſto
conſ.173. num.58. & ſeqq. Aſtolin. re-
ſol.68. ſub n.17. 20. & 21. & reſolut.70.
n.34. & ſeqq. De Luca de Judic. diſc.26.
n.49. Rot. Marchia apud Thomat. d. de-
ciſ.30. n.403. & 414. Rot. in recen. d. de-
ciſ.422. n.15. part 1. dec.279. num.43.
part.9. & dec.186. n.22. & 23. part.19.*
Maximè quando illæ ſunt numero, &
37 qualitate majores. *Cyriac. d. contr.410.
n.91. De Luc. de Teſtament. diſc.4.num.5.
in fine. Rot. in rec. dec.6. n.24.& 16. par-
te 13. dec.32 n.8. part.16. & deciſ.186.
num.22. part.19.*, & adminiculantur à
Libro, publico exiſtente, & conſerva-
38 to in Officio Artis, cui cum aſſiſtat
omnis præſumptio ad falſitatem exclu-
dendam *Bondon. Collect. legal.22 n.59.
lib.2.* ubi alios refert, non omnes ſuſ-
piciones contra illum attenduntur,
ſed ſolùm quæ ſunt admodum rele-
39 vantes, & neceſſariò concludentes be-
nè *Aſtolin. d. reſol.67. n.11. & ſeqq. Rot.
Marchia apud Thomat. d. dec.30. n.404.
Rot. in rec. d. dec.422. n.5. par. 1.*

Conjecturæ autem, pro D. Hierony-
mo adductæ, talis generis viſæ non ſunt.
Illa enim deſumpta ex quo, facta pro-
teſtatione ab eodem Hieronymo, quòd
Laurentius Morochius declarare de-
beret, an vellet uti taxatione, dicta
die 23. Martii facta à Peritis, quia il-
lam intendebat redarguere de falſo;
idem Laurentius reſponderit, ex ipſiſ-
met computis, & deſcriptione facta in
Libris publicis, apparere reductionem
factam fuiſſe die 23., cumque ipſe
nullum habeat fundamentum diverſi-
modè credendi, propterea declarabat,
ſe velle uti dicta taxatione, donec el
non conſtitiſſet Taxatores falſitatem
commiſiſſe. Ex hac autem reſponſio-
ne nullum indicium falſitatis deſumi
poſſe videtur, cum hæc ſit cautela, à
DD. approbata, ad effectum reſpon-
40 dendi interrogationi, an velit uti ſcri-
pturæ, vel Inſtrumento, illaque habe-
re pro veris, quando non datur ſu-
mus commiſſæ falſitatis, ut tradunt
*Gratian. diſcept.752. n.35. & 36. Poſth.
de Manut. obſer.100. n.23. Conciol. Reſol.
Criminal. V. Falſum, reſol.8. n.8. & in
Addit. n.1. Rodolphin. in Prax. part.2.
cap.4. num.85. & ſeqq. Zaul. ad Statut.
Faventi.lib.4. rubr.16. n.24. Rot poſt prim.
Vol. Conſil. Farinac. dec.1. ex n.1. & ſeqq.
ubique Addent. verſic. Subdeclara, & poſt
2. Vol dec.364. n.3. cor. Buratt. dec.532.
n.1. & 2. inter Diverſor. dec.783. n.1. &
per tot. part 4. in rec. dec.147. num.20. &
ſeqq. part.13.*

Minùs ſuffragari poſſe videntur de-
poſitiones Teſtium, ab eodem Hiero-
nymo inductorum. Joſeph enim Lullus
aſſerit die 19. Menſis Martii, occaſio-
ne eundi ad Apothecam Angeli Fon-
tanæ, alterius Taxatoris, pro habenda
reductione computi cujuſdam Mugi-
noe, ab ipſo audiviſſe, ſe conſiderare
computa dicti Hieronymi pro illis ad
juſtitiam reducendis. Verùm à depoſi-
tione hujus Teſtis non videtur erui
poſſe concludentem probationem,
prout requiritur in hac materia Ipſe
enim in ſuo dicto eſt unicus, non
ſpecificat, an computa Hieronymi ſint
illa, quorum erat creditor Moro-
chius, & deponit de auditu à Fon-
tana, qui cum examinatus de hoc ſim-
pliciter non deponat, ſed ſolùm aſ-
ſerat, dicta die 19. dixiſſe Lullo, ſe ha-
bere præ manibus computa Hierony-
mi, non ad effectum illa taxandi, ſed
pro recognoſcendo, an in taxa jam
facta adeſſet aliquis error, dum con-
tra eam Hieronymus obſtrepebat, &
reclamabat, hac diverſitate Teſtium
41 ſtante, Lullo credendum non eſt, dum
is, à quo audiviſſe ſe aſſerit, diver-
ſimodè ab ipſo deponit. *Bald. in cap.
cum cauſam 42. num.17. de teſtib. De-
cian. conſ.92. num.31. lib.2. Burſatt.
conſ.69. num.16. conſ.88. ſub num.7. &
conſ.192. num.8. Vermiglioli. conſ.159.
n.24.*

num.24. Cyriac. contr.27. num.8. Cancer. contr.116. num.36. Tritiſan. dec.49. num.10. lib.2. Rot. Lucen. apud Conſal. dec.18. num.37. & 38. dec.64. num.19. & dec 86. num.10. Rot. cor. Mantic. dec. 317 n.8. in rec. dec 289. n.9. & 10. part.17.

Maximè quia depoſitio Fontanæ eſt magis veriſimilis, dum Luſius aſſerit, dicta die 29. ſibi fuiſſe reſtitutum computum Muginot, pro quo rehabendo acceſſaret ad domum dicti Fontanæ cumque ulteriùs ſubdat, ſe credere, Computum Muginot fuiſſe regiſtratum in Libris publicis, in quibus omnia Computa regiſtrari ſolent, ut
42 *in interrogat. 18. & 22.*, & re vera illud legatur ſub dicta die 29. regiſtratum, ex hoc neceſſariò excluditur falſitas, & antidata, & probatur Computum Hieronymi die 23. non die 30. dicti Menſis, fuiſſe taratum, & regiſtratum, aliàs poni debuiſſet poſt computum Muginot, nec ante
43 deſcribi in Libro potuiſſet, ex notatis per *Rot. Marchia apud Gratian. dec.94. num.22. & ſeqq. ibique Carol. Anton. de Luc. in Scholiis, num.9. verſic. tandem. Rot. in rec.* in alia Cauſa Florentina *dec.176. n.3. part.17. coram Seraphin. dec.879. ſub num.3. verſ. tertiò adeſt regiſtratio, & ſeqq. & dec.1211. n.4.*

Alii verò Teſtes, ad probandum aſſumptum inſufficientes paritèr redduntur, eorum enim antesignanus eſt Joannes Varneſius, qui ſolùm aſſerit, die 30. Martii multa Computa fuiſſe tranſmiſſa Dominico Varneſio, ejus Nepoti, ſed cum ſubdat ſe neſcire, an inter ea adeſſet illud Hieronymi, nihil proindè concludit ad intentum: Et quamvis *ſuper tertio capitulo* teſtetur, dictum Dominicum die 30. Martii Computa ſubſcripſiſſe, nullumque aliud dicta die legatur ſubſcriptum Computum, tamen cum de hac depoſitione ipſe ſit teſtis unicus, nihil probat in
44 ſubjecta materia. *cap. in omni negotio 4. & cap. veniens 38. de teſtib. l. Juriſjurandi 9. C. eodem*, & in ſpecie *Rota cor. Peuto dec.323. ſub n.3. verſ. remanebat itaque ſolus, ſecundum impreſſionem Lugdunenſem.*

Minimè relevante, quòd cum teſtis deponat de actu, ex quo neceſſariò infertur antidata, probet, licèt ſit uni-
45 cus, ex regula, quòd actus, qui appellantur indicia proxima delicto, probantur ab unico teſte, omni exceptione majore, qui deponat de viſu, & de certa ſcientia. *Angel. in l.1. n.2. C. de quæſtion. Bran. de Indic. & Tortur. par.1. quæſt.2. num.1 & per tot. Clar. §. final. quæſt.21. n.2. Gomez. Variar. Reſol. tom.3. cap.13. n.7. Menoch. de Præſumpt. lib.1. quæſt.89. n.7. Caball. Reſol. Criminal.193. ſub n.7. Zaff. de Legitimat. Proceſſ lib.1. quæſt.45. num.6. & quæſt.47. n.7. Farinac. de Indic. & Tortur. quæſt.36. num.129. Conciol. Reſol. Criminal. V. Indicium, reſol.4. n.2.*

Non ſubſiſtit enim in facto, quòd verſemur in actu, ex quo neceſſariò deducitur antidata controverſi Computi, poteſt enim dari caſus, quòd Do-
46 minicus ſubſcripſiſſet Computum alterius perſonæ, non Hieronymi, prout ſe ignorare, an illud eſſet Hieronymi, nec nè, ſpecificè deponit ipſemet Varneſius. Haud relevante, quòd in libro non reperiatur deſcriptum aliud Computum, quia cum poſſibile ſit tarationem non habuiſſe effectum ſuum, ex quo etiam poſt ſubſcriptionem, re meliùs perpenſa, vel ex aliqua ſuperventa notitia, Peritus illam non benè factam recognoverit, deficientia deſcriptionis, tamquam æquivoca, fal-
47 ſitatem non concludit, ad quam excludendam ſufficit ſola poſſibilitas in contrarium. *Cyriac. contr.131. ex n.47. Farinac. de Falſit. quæſt.153. ex n.191. Conciol. alleg 88. n.1. & 2. & alleg.91. n.4. & V. Falſum, reſol.5. ſub n.2. Addent. ad Pamphil. dec.670. n.18. Rot. cor. Priol. dec.68. n.8. in rec. dec.451. n.9 par.18.*

Prout non ſubſiſtit, quòd verſemur in indicio proximo, dupliciter enim indicium poteſt dici proximum delicto. Primò eſt illud, quod immediatè reſpicit veritatem rei per ſenſum viſus, vel auditus, juxta ſubjectam materiam, puta, ſi inquiritur de homicidio, & teſtis dicat vidiſſe, vel ſi inquiritur de mandato, conſilio, blaſphemia, aut ſimili, & teſtis dicat hæc audiviſſe, & hujus indicii proxi-
48 mi probationem per unicum teſtem fieri poſſe firmant *Clar. §. final. q.21. num.2. verſic. breviter tu dic. Guazzin. ad Defenſ. Reor. defenſ.30. cap.30. n.2. & defenſ.31. num.4. Farinac. de Indic. dict.*

*dict. quæſt.36. num.46. Urſaya Inſtit.
Criminal. lib.4. tit.1. num.12. Conciol.
Reſol. Criminal. Verb. Indicium, reſol.4.
num.1. & ſeqq. Craſſus de Tortur., &
Indic. part 1. cap.4. num.1. & ſeqq. & in
Obſervat. ad dict. cap. num.1. & ſeqq. &
cap.93. num.4. & 5. & cap.106. num.3.
Manz. Bibliot. Aurea tom.3. ad Conſtit.
Criminal. Caroli V. artic.23. num.11. &
ſeqq. & artic.30. num.1. & ſeqq. Addens.
ad Sanfelic. dec.391. verſic. quod non eſt
opus. Peguer. dec. criminal.17. in princ.
Roer. dec.164. num.3. Senatus Pedemon-
tanus apud Oſaſch. dec. 79. num.15. Bo-
ſſiet. dec.1. num.16*, & in hoc caſu nos
non verſamur. Alio modo indicium
dicitur proximum delicto, quando
Teſtis non de ipſo delicto deponit, ſed
de actu valdè proximo ipſi delicto,
& valdè delictum inferente, & tale
49 indicium non niſi per duos teſtes
probari poteſt. *Manz. Bibliot. Aurea
tom.3. ad Conſtit. Criminal Caroli V.
d. artic.23. num.18. & ſeqq.* ubi repro-
bat contrarios, & adducit concordan-
tes. *Boſſius de Indic., ad torturam n.18.
Farinac. de Indic. & Tortur. quæſt.37.
num.41. Clar. §. final. dict. quæſt.21.
ſub num.2. verſic. aut verò teſtis non
deponit. Guazzin. ad Defenſ. Reor. dict.
defenſ.30. cap.30. num.6. & cap.31. ſub
num.1. verſ. & procedit etiam. Calderò
deciſ. Criminal.14. num.12. & dec.41.
num.12.*

Prorsùs non applicantur hypotheſi
Auctoritates prædictæ. Illæ enim lo-
quuntur ad effectum, ut ex indicio
deveniri poſſit ad torturam, & de-
clarant dicta per eos non procedere,
50 ſi ageretur de facienda plena proba-
tione, vel de condemnando aliquem.
*Zaff. de Legitimat. Proceſſ. d. quæſt.45.
num.7. Amero in Practic. Criminal. part.
1. tit.17. §.1. ſub num.6. Caball. dict. re-
ſol.193. ſub num.1. & num.6.* Illa enim
documenta, quæ in Judicio Civili fa-
ciunt ſemiplenam probationem, in
Criminali pariunt indicium ad tortu-
51 ram. *Craſſus de Tortur. & Indic. part.1.
d. cap.4. num.2.* quemadmodum illas
locum non habere, quando contra
teſtem unicum aliqua militat conje-
52 ctura, vel circumſtantia in contrarium
Maſcard. de Probat. concl.894. num.6.,
ubi plurimos refert. *Guazzin. ad De-
fenſ. Reor. dict. defenſ.30. cap.30. ſub
num.2. verſic. tamen Advocatus. Farinac.
de Indic. dict. quæſt.37. num.57. & conſ.
39. num 14. lib.1. Bajard. ad Clar. §. fi-
nal. quæſt.21. ſub n.16. in fine. Menoch. de
Præſumpt. lib.1. præſumpt.89. num.10.
Conciol. Reſol. Criminal. Verb. Indicium,
dicta reſol.4. num.8. Zanguer. de Quæſt.,
ſeu Tortura Reorum, cap.2. num.25. Zer-
rin. ad Jus Bavariæ tit.3. artic.1. in fine.
Gaſpar. Manz. Bibliot. Aurea tom.3. ad
Conſtit. Criminal. Caroli V. artic.23.
num.16. & ſeqq. & artic.30. ſub num.8.
Craſſus de Tortur. & Indic. part.1. in ob-
ſerv. ad d. cap.4. n.11.*

Pari ratione nihil probant cæteri
Teſtes de auditu à dicto Joanne, de-
ponentes de eadem ſubſcriptione, dicta
die 30. Martii facta; quia cum omnes
deponant de auditu à Joanne, nullam
majorem probationem faciunt ea, quæ
53 à dicto ipſius Joannis reſultare poſſet.
*Rot. in rec. dec.465. num.20. & dec.647.
num.51. part.19.*

Et in omnem caſum cum Joannes
ſuper primo capitulo præciſè deponat,
ſe neſcire, an die 30. Martii fuerit à
Dominico ejus Nepote ſubſcriptum
Computum Hieronymi, non poteſt ab
eo, quod Joannes obſcurè dixit,
ſuppleri id, ſuper quo ipſe ſpecificè
depoſuit, & neſcire ait: Vel pro
conciliatione teſtium ſuper hoc pun-
cto, aſſerendum eſt, Joannem, non de
ſcientia propria, quam non habere
depoſuit, ſe de auditu à Magrezza,
[quem id ſibi ſignificaſſe ait in exami-
ne formitèr facto] prædictis teſtibus
dixiſſe, Computa Hieronymi die 30.
Martii ad Dominicum perveniſſe:
Cumque Magrezza ſit ſalariatus, actua-
litèr inſerviat Hieronymo, & maxi-
mam habeat affectionem ad Cauſam,
dum conquiſivit, & inſtruxit teſtes
pro examine faciendo, nulla eidem
54 fides adhibenda eſt, ut de teſtibus
inſervientibus *Gratian. diſcept.909.
num.5. Palm. Nep. alleg.186. num.13.
Maſcard. de Probat. concl.757. num.1. &
concl.758 num.1. Rot. coram Coccin. dec.
1012. num.9. Emer. Jun. dec.1086. n.5.*
55 de teſtibus alios quærentibus, & in-
ſtruentibus *Farinac. conſ.130. num.30.
lib.1. Palm. Nep. alleg.36. n.11. Marta
Voto Piſan.117. num.1. & ſeqq. & n.9.
& ſeqq.*

& ſeqq. Rot. coram Bich. dec.34. num.8.
56 & de habentibus affectionem ad cauſam *Epiſcop. Rocc. diſput.36. num.44. & diſput.175. num.18. Samminiat. contr.2. num.42. & contr.7. num.32. Rot. in rec. dec.548.n.34.part.19.*

Maximè quia dictus Magrezza fuit examinatus in Judicio Criminali inter diverſas perſonas agitato, in quo contra falſitatem lata fuit ſententia, ac proindè eo minus probat in Judicio
57 Civili *Calderon. reſolut.86. num.3. Rodulphin. alleg.171. num.8. Ubert. de Citat. cap.15. num.174. Adden. ad Pamphil. dec.281. num.19. Rot. coram Dunozet. Jun. dec.826. num.8. Cerr. deciſ. 421. num.11. Bich. dec.220. num.21. in rec. dec.233. num.21. part.7. dec.23.n.4. part.8. dec.78. num.2. part.12. dec.42. num.7. & dec.227. num.7. part.15. & dec.395.n.1.part.17.*

Non obſtante, quod fuerit petita facultas ad effectum illum examinandi in Judicio Civili: quoniam poſt publicatum teſtium examen, didicita teſtificata, ſuper eis in voce, & in ſcriptis pluries diſputatum, poſt communicata Partibus dubia, diſtributas Advocatorum reſponſiones, & conſtitutam cauſam in ſtatu expeditionis, examen teſtium amplius permittendum non eſt, ut de licentia exami-
58 nandi petita poſt didicita teſtificata *cap. fraternitati 17. & cap. cum veniſſent 25. de Teſtibus*, poſt plures quos refert *Albit. de Inconſtant. in Judic. cap.33. num.64. & pluribus ſeqq. Rot. Jannen. apud Palm. Nep. alleg.193. num.50. Rot. in rec. deciſ.266. num.1. part.6. dec.41. num.1. part.7. dec.56. num.10. & 11. part.15. coram Bich. dec.142. num.8. & 9. Cerr. dec.503. num.9. & 10. dec.527. num.8. & ſeqq. & dec.543. n.1. & 2.* & de petita in limine ferendæ ſententiæ
59 *Ridolphin. in Prax. part.1. cap.12. n.111. Rot. coram Gregor. dec.356. n.8. Coccin. dec.1896. num.6. & dec.1983. n.5. Merlin. dec.653. n.3. Dunozet. Jun. dec.668. num.4. Pamphil. dec.83. n.4. & 16. Bich. dec.142. n.1. & dec.232. num.17. Emer. Jun. dec.80. n.3. & dec.728. n.4. in rec. dec.694. n.5. part.3. dec.555. num.9. & dec.590. n.14. part.5. dec.306. n.2. part. 6. dec.344. n.20. part.11. & dec.261. n.10. part.17. & in Pampilonen. Decimarum ſuper remiſſoria 28. Januarii 1704. §. Cæterr, coram Muto.*

Et ita utraque &c.

A R G U M E N T U M.

Fructus recompenſativi non debentur pro ſumma conflata ex fructibus recompenſativis reſidui pretii rei venditæ remanſæ ex partium conventione in manu emptoris pro ejus ſecuritate.

S U M M A R I U M.

1 *Venditor pro pretio rei venditæ, quod recepit, non poteſt fructus recompenſativos prætendere.*
2 *Fructus recompenſativi debentur tantum pro pretio, rei venditæ, non autem pro debito aliundè promanante.*
3 *Præcipuè ſi debitum conſiſtat in ſola pecunia, quæ fructus non parit.*
4 *Fructus recompenſativi, non obſtante ſolutione, integraliter debentur uſque ad ſortis extinctionem.*
5 *Simplex conventio, quod talis ſumma determinata remaneat in manu Emptoris pro ejus aſſecuratione non importat ſubrogationem ejuſdem loco pretii bonorum venditorum.*
6 *Quia non dicitur dicta ſumma ſtare taxativè, ſed demonſtrativè tantum, ut, in dubio præſumi debet.*
7 *Et Actori qui contrarium prætendit incumbit onus non æquivocè, ſed concludentèr ſuam intentionem probandi.*
8 *Maximè in materia Uſurarum in qua probationes requiruntur concludentes, prout ad delicta convincenda.*
9 *Itaut nec attendantur Partium confeſſiones, quæ facere non poſſunt de illicito licitum.*
10 *Et in dubio Judex pro excludendo periculo pravitatis Uſurariæ debeat inclinare.*
11 *Repugnat, quod, extincto debito, ſortis ſumma conflata ex fructibus recompenſativis infructifera ſubrogetur in locum pretii rei fructiferæ.*
Et de ratione num. ſeqq.
12 *Subrogatio non operatur, quando reſiſtit natura rei, & ſubjecta materia.*
13 *Nec facit reviviſcere Jura jam extincta.*
14 *Nec intrat de una re in aliam diverſæ*

Lii quæ-

qualitatis, & natura.

15 *Si venditor in uno caſu fructus pretii rei venditæ alioquin debitos convenerit ſibi perſolvi, in altero caſu, in quo indebiti ſunt, ſi non expreſſit, noluiſſe dicendum eſt.*

Et conventio prædicta ſolutionis fructuum indefinitè facta, omne tempus comprehendit, nec poteſt ad unum caſum reſtringi n. 17. & ſeqq.

16 *Argumentum à diſcretiva in pactis, & conventionibus, plurimum operatur.*

17 *Conventio ſolvendi fructus recompenſativos indefinitè, & indeterminatè concepta in caſu facti inveſtimenti, vel præſtiti fidejuſſoris, non valet reſtringi ad caſum, & tempus determinatum, antequam multiplicum certa ſumma compleretur.*

18 *Maximè ſi ex lectura inſtrumenti, conſtat de comprehenſione omnium caſuum, & temporum, & ex dictione,* ſino a tanto che, *latinè,* uſque, *omne tempus includente.*

19 *Et fortiùs ſtante dictione,* detto, *quæ repetit omnia ſuperiùs expreſſa retento themate orationis præcedentis, & ſic tam confecti, quam non confecti multiplici.*

20 *Obligatio fructuum recompenſativorum complicata cum reſervatione dominii, indeterminata dicitur ad omne tempus, prout ipſamet dominii reſervatio.*

Et ſicut reſervatio dominii reſpicit omne tempus, uſque quo reliquum pretii non fuerit ſolutum, ita etiam obligatio ſolvendi fructus ab emptore ſuſcepta, ibidem.

DECISIO XIX.

VSque de Anno 1616. bo. me. Zenobius de Adimaris, vendidit cum pacto redimendi D. Marchioni Squarcialupo de Squarcialupis, nonnulla bona poſita in Territorio Podibonſi, loco denominato, *le Cavalle*, pro pretio ſcutorum 450. ex adjecta lege, & conditione, quod in caſu, quo ob non ſecutam redemptionem, bona remanere deberent penes Emptorem, augeri deberet pretium ad alia ſcuta biſcentum, quæ tamen inveſtiri deberent in tot bonis ſtabilibus, cum præambula hypotheca ad ſavorem Emptoris.

Celebratum ſubindè fuit inter eaſdem partes aliud Inſtrumentum, in quo caſſato prædicto pacto redimendi, & facta libera venditione bonorum, cum augumento dictorum ſcutorum biſcentum, convenerunt contrahentes ex iſtis ſolvi debere venditori ſcuta centum, cum pacto quod fructus remanentium ſcutorum centum, accumulari deberent uſquequo multiplicum iterum aſcenderet ad ſummam ſcutor. biſcentum, quod remanere debebat in manibus Emptoris, pro ipſius ſecuritate.

Poſt completum de Anno 1647. præfatum multiplicum, Marchio Ludovicus de Adimaris venditoris hæres, inſtetit coram Magiſtratu D.D. Conſervatorum Legum, pro ſolutione fructuum dd. ſcutorum biſcentum à die completi multiplici, & de Anno 1667. ſententiam favorabilem obtinuit, pro fructibus tamen recompenſativis debitis ſuper ſcutis centum reſidualibus pretii bonorum venditorum, reſervatis juribus Actori pro fructibus aliorum ſcutorum centum ex annuo reinveſtimento cumulatorum, pro quibus renovata inſtantia à Moderno D. Marchione, & Abbate Smeraldo de Adimaris coram eodem Magiſtratu, cauſaque nobis ad referendum commiſſa, retulimus eſſe dandam immiſſionem eidem D. Marchioni pro ſorte ſcutorum centum, non vero pro fructibus.

Quò enim ad ſortem, illa debeti D. Marchioni de Adimaris ad formam Inſtrumenti eſt de Jure protritum, & non negabat Emptoris hæres, quo verò ad fructus, aut iſti prætenduntur tamquam recompenſativi ex æquitate *tex. in l. curabit Cod. de act. empt.* eo quia illi ſint pars reſidualis pretii bonorum venditorum, & ex hoc capite nullo modo debentur, nam cum pretium venditionis (excepta rata aliorum ſcutorum centum, ſuper qua hodiè nulla adeſt lis) fuerit in actu Inſtrumenti integrè perſolutum, & de eis

ſi Emptor reportaverit quietantiam à
Venditore, ibi -- *chiamandoſi di det-*
ta quantità a buon conto di detto
prezzo pagato, e ſatisfatto --, non po-
teſt ampliùs D. Abbas, Venditoris hæ-
res, extinctâ ſorte, illius fructus re-
compenſativos prætendere, ut in ſpe-
1 cie tradit *Card. de Luc. de Uſur. diſc.16.*
ſub num.4. verſ. & quoad juſtitiam, in
fin. diſc.17. num.16. diſc.23. ſub num.3.
verſ. nihilominus, & ſeq. & diſc.27. n.5.
§. Solidus, & de Credit. diſc.115. n.9.
fuit enim tali caſu extincta cauſa pro-
ductiva fructuum, nempè debitum pro-
veniens ex pretio rei venditæ, pro quo
dumtaxat fructus recompenſativi de-
2 bentur, non pro alio debito, aliunde
promanante. *Dec. conſ. 119. num.7. & 13.*
verſ. quarto non obſtat. Rodolph. in Prax.
part.1. cap.8. num.279. Pamurol. dec.3.
annot.3. num.33. Rot. coram Cavalier.
dec.270. num.4., & maximè ſi debitum,
3 prout hic, conſiſtat in ſola pecunia,
quæ fructus non parit, ut proſequitur
Rodolph. in Prax. part.1. d. cap.8. n.280.
Pamurol. d. dec. 3. annot.3. num.34. quid-
quid ſecus dicendum eſſet, ſi ageretur
de fructibus recompenſativis, debitis
ante receptam à creditorem ſortem,
4 qui non obſtante ſolutione, integra-
litèr debiti ſunt uſque ad ſortis ex-
tinctionem, ut rejectis diſtinctionibus
ab aliquibus adductis, *Illuſtriſſimus D.*
Conſiliarius Urceol. conſult.15. num.44.
45. Veſpignan. de Empt. & Vendit. con-
ſult.15. num.26.

Aut petuntur fructus præfati ex
quo, poſt factam ſolutionem ſcutorum
centum in actu ſecundi Inſtrumenti,
conventum fuerit, fructus recompenſa-
tivos remanentium ſcutorum centum
5 accumulari debere pro conſtituenda
iterum ſumma dictorum ſcutorum
centum, ibi -- *con patto, che i reſtan-*
ti ſcudi cento gli deva tenere in mano
tanto, che con i frutti rifacciano la ſom-
ma degli ſcudi cento sborſati, e così ſi
ridovano agli detti ſcudi dugento prezzo
di detta liberazione - quaſi quòd Par-
tes ſubrogare voluerint ſummam ſcu-
torum centum, conflandam ex annuo
fructu recompenſativo, in locum pre-
tii bonorum venditorum, adeòque
tacitè ſaltem convenerint, quòd ſors
coaleſcens ex fructibus cumulatis, de-
beret eſſe fructifera.

Et objectum in his terminis viſum
fuit deficere in aſſumpto, & non ſub-
ſiſtere in conſequentia. Et ſanè de-
ficit in aſſumpto, quia hæc ſubroga-
tio probata non remanet ex dicta con-
ventione, quæ inita non fuit favore
Venditoris, ſed Emptoris. iſte enim
ſibi cavendo, voluit, fructus reliquo-
rum ſcutorum centum accumulari
uſque quò ſcuta centum reduceren-
tur ad ſcuta biſcentum, quanta erat
ſumma pretii liberationis, promiſſę
Emptori, cujus quantitas enunciatur,
non ut ſumma accumulata taxativè
6 aſſumeret qualitatem, & titulum pre-
tii, extinctum per ſolutionem immedia-
tè præcedentem, ſed demonſtrativè
ad connotandam quantitatem deter-
minatam, ſimilem, & æquipollentem,
prout in dubio verba ſemper enuncia-
tivè, & demonſtrativè potius, quàm
taxativè cenſentur adjecta, *ad Text. in*
l. fin. §. Titia ff. de liberat. legata. Pe-
regr. de Fideic. art.16. num.110. Rot. co-
ram Emerix Jun. dec.117. num.4. in rec.
dec.107. num.9. part.4. tom.2. dec.310.
num.12. part.5. dec.320. num.11. par.10.
dec.168. num.12. part.11. dec.177. n.5.
part.19. tom.1. & dec.438. num.12. par-
te 19. tom.1.

Sufficitque verba ſupradictę con-
ventionis talem interpretationem re-
cipere poſſe ad hoc, ut D. Abbas di-
catur deficere in ſalutari, cum ipſi,
tamquam Actori, incumbat onus, non
7 æquivocè, ſed plenè, & concluden-
tèr juſtificandi ſuam intentionem, ut
per Text. in l. 2. ff. de probation. & l. Actor
Cod. eodem titulo, tradit *Rot. in rec.*
dec.233. num 6. & 7. part.16. & dec.169.
n.1. & dec 297. n.12. & 13. part.19. Po-
tiſſimè in ſubjecta materia, in qua, ob
periculum uſurarum, eo magis rigidè,
8 & rigoroſè eſt procedendum, illæque
probationes ſunt neceſſarię, quæ ad
delicta convincenda requiruntur. *Palm.*
Nep. alleg.105. n.7. Rot. in rec. dec.656.
n.1. part.5. dec.401. num.39. part.16.
& dec.569. num.5. part.19. adeout nec
etiam credatur partium confeſſionibus,
& aſſertionibus, cum non ſit in earum
9 poteſtate facere de illicito licitum, nè
alias uſurarię pravitati via aperiatur.
Palm. Nep. d. alleg.105. num.7. Epiſcop.

Iii 2 Rot.

Rocc. diſput.118. n.45. Caſareg. de Commerc. diſc.40. num.12. Rot. cor. Cerr. deciſ.360. n.11. & 13. Priol. dec.176. n.10. & 11. & dec.401. num.47. & ſeqq. parte 16. & dec.191. num.9. part.18. recent.,
10 & in dubio pro excludendo periculo pravitatis uſurariæ, Judicantis religio inclinare debet. *Rot. Bonon. apud Poſth. dec.21. num.16. Rota Romana in recen. dec.34. num.25. part.19. & poſt De Luc. de Credito in Montiſſ. dec.8. n.19.*

Non ſubſiſtit autem in conſequentia, quia dato etiam, quòd ſufficienter probata remaneret voluntas Partium pro ſubrogatione facienda, illa operari non poſſet effectum volitum; repugnat enim, quòd poſt extinctum debitum fructiferum, & quidem per viginti annos ante, neceſſarios pro complendo cumulo uſque ad quantitatem ſcutorum biſcentum, quantitas infructifera, prout eſt illa conflata ex
11 fructibus recompenſativis, ſubrogari, & tranſmutari poſſit in locum pretii rei fructiferæ venditæ, ut in fortioribus terminis *De Luc. de Uſur. diſc.16. ſub num.7. & diſc.23. ſub n.3.*, & melius *diſc.27. n.5. & 6.*

Tum quia ſubrogatio non operatur,
12 quando reſiſtit natura rei, & ſubjecta materia. *Caſtren. conſ.73. in fin. lib.1. Epiſcop. Rocc. diſput.76. n.14. Paulut. diſſert.25. n.27. Rot. in rec. dec.19. n.9. 10. & 11. part.6. & poſt Conſtant. ad Statut. Urb. dec.66. n.13.* Tum etiam quia
13 ſubrogatio non inducit reviviſcentiam jurium extinctorum. *Barboſa axiomat.112. n.6. Rot. in recen. dec.19. n.9. & 10. part.6. & dec.141. n.9. part.18.* Tum demum quia qualitas pretii, ratione cujus ſumma ſoluta erat apta fructus producere, non concurrit in ſumma, ex
14 fructuum cumulo coaleſcente, ſicque concurrente in utraque diverſa ratione, & qualitate, ſubrogatio non habet locum. *Epiſcop. Rocc. d. diſput.76. n.13. Rot. apud Arguell. dec.96. n.5. & 6. & coram Cerr. dec.143. n.9.*

Certoque certiùs prædicta procedunt, ponderando, quòd huic intellectui aſſiſtit veriſimilis voluntas contrahentium, elicita ex onere emptori injuncto, de ſolvenda reſiduali ſumma ſcutorum centum, proveniente ex pretio bonorum venditorum, una cum fructibus decurſis, quoties à venditore, vel factum fuiſſet reinveſtimentum pro tota ſumma ſcutorum ſexcentum quinquaginta, vel præſtita fuiſſet fidejuſſio de evictione, ibi -- *ſia in tal caſo ſubito tenuto detto Signor Compratore, ò ſuoi Eredi, sborſare li detti ſcudi cento, che li reſtano in mano, e tutti quei frutti, e intereſſi, che aveſſero in qual tempo fatto, e guadagnato, che così hanno fermato* -- ſi enim in his caſibus facti reinveſtimenti, vel præſtitæ fidejuſſionis, voluit Venditor Emptorem teneri reſtituere ſcuta centum, una cum fructibus, quos abſque ulla conventione ſolvere obligatus fuiſſet, tanquam debitos ex reſiduo pretii rei fructiferæ, quanto magis, ſi Partes voluiſſent poſt conflatam ſummam ſcutorum centum ex fructibus recompenſativis, in ſortem redactis, eumdem teneri ad fructus hujus ſummæ, qui ex natura
15 rei erant omninò indebiti, id expreſſiſſent, cumque hoc non fecerint, ſignum eſt, quòd pro iſta ſumma illos indebitos eſſe recognoverint, ducto argumento ab adeò ſolemni
16 diſcretiva, quæ in pactis, & conventionibus plurimum operatur. *Rot. coram Emerix Jun. dec.556. n.1.*

Nullatenus relevante, quòd promiſſio ſolvendi ſcuta centum, una cum omnibus fructibus, & intereſſe, reſpiciat ſolùm tempus ante completum ex fructibus cumulum aliorum ſcutorum centum, non poſt quoniam cum prædicta conventio ſit indefinitè, & indeterminatè concepta, omneque tempus reſpiciat, quo venditor feciſſet reinveſtimentum, vel præſtitiſſet fidejuſſorem, ibi — *dichiarando però, che ogni volta, che per detto Venditore, e ſuoi Eredi &c. ſi farà detto riſpredimento di ſcudi ſeicento cinquanta &c. ò per la medeſima ſomma ſi darà detto idoneo malllevadore &c. ſia in tal caſo ſubito tenuto &c.*, reſtringi nullo modo poteſt ad caſum quo reinveſtimentum fieret, & fidejuſſio præſta-
17 retur ante completum multiplicum ſcutorum centum, ex notatis per *Rot. Romanam cor. R. P. D. meo Anſald. dec.13. num.3. & ſeqq. & dec.23. n.4. & per Rot. Senen. in Cauſa Senen. Cambii 8. Novembris 1707. §. Tum demum verſ. etiam ſi ad indefinitè, & §. Hæc quæ de jure, coram*

Me

Me inter impreſſas *dec.*21. *n.*24. *&* 32. *&* 34.

Fortiùs quia Contrahentes utramque conditionem contradiſtinctè appoſuerunt: In §. Enim, *E tutto ſecero*, tribuitur facultas emptori retinendi in manibus ſcuta centum reſidualia pretii bonorum venditorum, nedùm pro tempore determinato, donec fieret cumulus fructuum uſque ad ſummam aliorum ſcutorum centum, ſed etiam pro tempore indefinito, donec inveſtiretur integrum pretium ſcutorum ſexcentum quinquaginta, vel præſtare-
18 tur fidejuſſio pro dicta ſumma, ut clarè denotat lectura Inſtrumenti, & dictio illa *fino à tanto che*, latinè *uſque*, in eo appoſita, cujus eſt omne tempus includere. *Nate. conſ.*461. *per tot. Barboſ. dict.*437. *n.*14. *& Rot. Senen. in dicta Senen. Cambii* 1707. §. *Et ex hac eadem facti circumſtantia, coram Me*, nunc impreſſa *dec.*22. *n.*38.

Unde cum immediatè ex poſt in ſubſequenti §. *Dichiarando però*, convenerint, quòd ſemper ac fieret *detto riſpendimento*, & præſtaretur *detto idoneo mallevadore*, ſtatim deberet Emptor ſolvere reliqua ſcuta centum una cum omnibus fructibus, patet, conventionem ſolvendi fructus ſcutorum centum, reſpicere tam tempus determinatum, quo ipſi fructus cumulari debebant, quàm aliud poſterius, quo, cumulo jam completo, fieret inveſtimentum integræ ſummæ, vel pro eadem præſtaretur fidejuſſor, ponderata dictione illa *detto*, quæ appoſita inveſtimento, non minùs quàm fidejuſſori, repetit
19 utrumque, retento themate orationis præcedentis. *Rot. coram Cerro deciſ.*839. *n.*10. *& poſt De Luc. de Uſuris dec.*17. *num.*10.

Et clariùs inſpecta alia parte Inſtrumenti, in qua Venditor ſibi reſervat dominium pro reliquatu pretii non ſoluti, & Emptor promittit ſolvere fructus recompenſativos, ibi -- *per qual reſto di prezzo non pagato, e fino che non ſi pagherà, detto Venditore ſi riſervò il dominio di detti Beni, e detto Signor Compratore promiſe pagare, come ſopra li detti ſcudi cinque per cento* -- ſicut enim reſervatio dominii reſpicit omne tempus, uſque quo reliquum pretii non fuerit ſolutum, ita obligatio ſolvendi fructus, ab Emptore ſuſcepta, dici debet
20 indeterminata ad omne tempus, nè alioquin verba illa *fino che non pagherà*, æquè determinantia reſervationem dominii, & promiſſionem ſolvendi fructus, unam ab alia difformitèr determinent, ad *tex. in l. jam hoc jure ff. de vulgar. & pupillar.* & tradita *per Rot. poſt De Luc. in Manuſſ. de Dote dec.*8. *num.*19. *& de Fideicomm. dec.*82. *la ſeconda, n.*15.

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Vaſſallus de Feudo inveſtitus cum tranſlatione dominii Palatii infeudati, tenetur ad ejuſdem refectionem, & reparationem, præcipuè, ſi ex lege Inveſtituræ tenebatur loco antiqui novum ſubrogare, expenſas tamen in caſu devolutionis, attento valore de dicto tempore devolutionis, repetit à Domino directo.

SUMMARIUM.

1 *Vaſſallus, inveſtitus de Feudo, ſi in eum res Feudalis ſit tranſlatum dominium, tenetur ad refectionem, & reparationem.*

Amplia etiamſi impenſa ſit magna, ibidem.

2 *Prout refectio, & reparatio rei Emphyteuticæ ſpectat ad Emphyteutam.*

3 *Et res uſufructuaria ad proprietarium, non ad uſufructuarium.*

4 *Et Domino, non Conductori.*

5 *Niſi ageretur de locatione ad longum tempus, quæ dominium transfert.*

6 *Onus enim reſtaurandi cum dominio indiſpenſabilitèr tranſit.*

7 *Infeudatio utile dominium transfert.*

8 *Dominium, quod uno certo caſu ad hæredes Feudatarii redire debet, in cæteris caſibus in Dominum directum videtur fuiſſe tranſlatum.*

9 *Vaſſallo ſi concedatur Palatium correſpectivè ad aliud Palatium, ab ipſo ædificandum, ſi dominium ipſius conſtet fuiſſe tranſlatum in Inveſtientem, dominium alterius Palatii, in Caſtro infeudato exiſtentis, dici debet tranſlatum in Feudatarium, ex natura correſpectivorum.*

10 *Et maximè ſi in caſu reverſionis Feudi, conventum fuit, Palatium feudale re-*

ma-

manere debere liberum penes heredes inveſtiti, ſi ipſi Palatium ædificandum voluiſſent tali caſu Domino directo relaxare, quod magis confirmat correſpectivitatem.

11 *Item cenſetur dominium tranſlatum, ſi conventum ſit, quòd donec ædificaretur Palatium, Poteſtas habitare poſſet in illo feudali.*

12 *Permiſſio, ſeu licentia aliquid faciendi, ſupponit dominium tranſlatum in eum, à quo illa obtinetur.*

13 *Verbum* teneatur, *importat neceſſitatem.*

14 *Obligatio ſuſcepta de faciendo, abſque termini præfixione, adimpleri debet quàm primum poteſt.*

15 *Obligatio reſarciendi Palatium Poteſtatis ſpectat ad eum, ad quem ſpectabat pro eodem Poteſtate Palatium ædificare, & non adimplevit,* & num. 16. & ſeqq.

16 *Dilatio, ex indulgentia concedenda obligato ædificare, non admittitur, ſi in damnum conferentis retorqueretur.*

17 *Obligatus novum Palatium ſubrogare loco antiqui, dum novum non ædificat, non valet detrectare refectionem antiqui.*

18 *Nemo debet locupletari cum alterius jactura.*

19 *Onus ædificandi, & reficiendi Palatium pro Miniſtris, & adminiſtratione Juſtitiæ neceſſarium, de Jure ad Communitatem ſpectat.*

20 *Declara hoc procedere, quando Palatium eſſet proprium Communitatis, ſecus ſi in alium dominium fuerit tranſlatum, & illud Communitas precario, & potiùs conductitio nomine poſſideret; prout non procedit, ſi ex lege Inveſtituræ talis obligatio fuiſſet tranſlata in Vaſſallum* n. 21.

21 *In Feudis mens concedentis, & Inveſtituræ tenor, tamquam lex ſervantur.*

22 *Etiamſi repugnarent naturæ Feudi.*

23 *Onus reſarciendi Palatium cum magna impenſa, non poteſt dici ſpectare ad Communitatem, quæ illud reſarcivit, quando indigebat exigua, & modica impenſa,* & n. 27 & 28.

24 *Obſervantia non ſuffragatur, niſi ſpecialiter, & in caſu præciſo probetur.*

25 *Pactum, quòd refectio Palatii ſpectet ad non dominum, tamquam Juris diſpoſitioni contrarium, ſtrictè, & ad limites verborum intelligi debet.*

26 *Et ſic, vel de refectione pro prima vice interpretari debet.*

27 *Vel reſtringi debet ad modicam impenſam.*

28 *Promittens enim aliquid propriis impenſis facere, intelligitur de ordinariis, & moderatis, non de extraordinariis & exceſſivis.*

29 *Obligans ſe facere litem propriis expenſis, intelligitur de moderatis, non de exceſſivis.*

30 *Si Vaſſallus ſe obligaverit Palatium reædificare, & reſtaurare, ipſe, & ejus heredes, in caſu non culpoſæ devolutionis, à Domino directo expenſas factas repetere poſſunt,* & num. ſeqq.

31 *Etiamſi meliorare ſe obligaverit propriis ſumptibus,* & n. 32.

33 *Expenſæ factæ in re Feudali Emphyteuticâ, & reſtitutioni ſubjectâ, repeti non poſſunt, niſi aperto Feudo, & facto caſu devolutionis ad Dominum.*

34 *Et repetuntur non omnes, ſed habita ratione ad valorem meliorationis tempore devolutionis.*

DECISIO XX.

Conceſſit uſque de Anno 1646. in Feudum Regia Celſitudo Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis Ferdinandi Secundi, Marchioni Julio de Vite . . . , ejuſque Deſcendentibus, Caſtrum Bucini, ea inter cæteras adjecta lege, & obligatione, quòd d. Marchio *Julius ſuis ſumptibus emere, vel ædificare teneatur in Caſtro Ambræ, Palatium, ſive Domum æquivalentem, ſeu æqualem illi Bucinis, in qua reſidere poſſit Poteſtas, nunc ſolitus manere Bucini, pro adminiſtranda Juſtitia civili, & mixta, cæteris viginti tribus Communibus, & ibi manere in omnibus, & per omnia, quemadmodum de præſenti habitat, & reſidet in illo Caſtri Bucinis, & quod pro tempore, quo dictus Marchio ſupraſcriptam emptionem, ſeu ædificationem in dicto Caſtro Ambræ diſtulerit, permittere debeat, quòd dictus Poteſtas, ſolitus reſidere in dicto Caſtro Bucinis, perſeveret habitare in eodem Pala-*

latio, vel Domus in omnibus, & per omnia, quemadmodum fuit ante præſentem in feudationem conſectum.

Secuta Inveſtitura, Feudique capta poſſeſſione, in ea Marchiones pro tempore pacificè ſemper continuarunt, non facta uſque adhuc emptione, vel ædificatione Palatii in Caſtro Ambræ: unde imminente ad præſens ruina alterius Palatii exiſtentis in Caſtro Bucinis in feudum, ut ſupra conceſſi, ſuper illius reſtauratione exorta fuit controverſia inter Communitatem Caſtri Ambræ, & D. Marchionem Nicolaum Vitellium, nobiſque ad referendum à Regia Celſitudine Veſtra delegata, credidimus antedictum Palatium reſarciri debere, ſumptibus præfati D. Marchionis.

Præbuit ita referendi motivum ponderatio, quod in conceſſione de qua agitur, fuit in Marchione inveſtito translatum dominium dicti Palatii Caſtri Bucinis, Qua tranſlatione ſtante, refectio, & reparatio illius ſpectat ad ipſum tamquam Dominum, ut in puncto, quod hujuſmodi impenſæ neceſſariæ refectionis ædificii ſpectent,
1 ad Vaſſallum *Schrader. de Feud. part. 2. 9. part. principal. ſect. 5. num. 13. & ſeq. fol. 483. & ſub num. 18. & ſeqq. tom. 1. Roſenthal. eodem Tract. tom. 2. cap. 10. concl. 43. num. 83. & concl. 45. num. 46., & num. 50. & ſeqq.* ubi etiamſi impenſa ſit magna *Garz. de Expenſ. cap. 11. num. 71. verſ. expedit igitur*, quòd ſpectet ad Emphyteutam habentem utile dominium *Bald. in l. 1. n. 4. ibique*
2 *Jaſon. num. 25. & ſeqq. Cod. de Jur. Emphyt. Garz. de Expenſ. cap. 15. num. 4. Schrader. de Feud. 2. part. 9. part. principal. ſect. 5. ſub num. 23. verſ. quarto namque, & num. 27. & ſeqq. fol. 484. tom. 1*, aliique relati per *Rot. in recen. dec. 193. num. 9. part. 18.* quòd ſpectet ad Dominum, & proprietarium, non
3 ad uſufructuarium *per text. in §. Finitur Inſtit. de Uſufruct.* tradunt *Grat. diſcept. 778. num. 1. Gomez. Variar. Reſolut. tom. 2. cap. 15. num. 7. Garz. de Expenſ. cap. 11. num. 13. & 19. Caſtill. de Uſufruct. cap. 56. num. 4. & ſeqq. de Luc. de Emption. diſc. 1. num. 3. ſuprema Curia Belgica apud Chriſtin. dec. 176. num. 1. & ſeqq. vol. 2.* & quòd incumbat Domino
4 non conductori *l. ex conduct. 16. ff. de locat. Cyriac. controv. 440. num. 8. & ſeqq. Garz. de Expenſ. cap. 14. num. 15. Pacion. de Locat. cap. 34 num. 1. de Luc. eodem Tract. diſc. 10. num. 1. & de Emption. diſcurſ. 1. n. 2. & 14. Turr. Var. Jur. Quaſt. tom. 3. tit. 13. definit 19. n. 1. & n. 17. & ſeq. fol. mihi 317. Rot. in rec. dec. 179. at n. 1. & dec. 181. n. 3. & n. 9. part. 17.* niſi agatur de locatione ad longum tempus, quæ cum transferat domi-
5 nium in conductorem operatur, ut apud illum, apud quem dominium utile reſidet, reſideat etiam onus domum, ſeu Palatium reſtaurandi, quòd
6 cum dominio indiſpenſabiliter tranſit, ut proſequitur *Turr. Var. Jur. Quaſt. tom. 3. d. tit. 13. definit. 19. num. 15. & 16. fol. 317.*

De tranſlatione autem dominii dubitari non poteſt, dum illa reſultat, tum ex infeudatione Caſtri, una ſimul cum Palatio Prætoris in eo exiſtente;
7 In feudatio quippè utile dominium transfert *ad tex. in cap. 1. §. res autem de Inveſtit. de rebus alien. facta. Cyriac. controv. 145. n. 41. Altograd. contr. 1. n. 19. & 20. Roſenthal. de Feud. cap. 1. concl. 6. num. 1. & ſeqq. Guardar. Conſl. Feudal. V. dominium, verſ. dominium utile fol. 69. col. 1. prope finem. Schrader. de Feud. 2. part. 9. part. principal ſect. 2. n. 29. fol. 411. tom. 1. Cappc. Inveſtitur. Feudal. V. Feudorum dominia, verſ. utile dominium fol. 168. Gamb. de Succeſſ. Feud. præl. 2. n. 37. Altimar. de Nullit. tom. 4. rub. 1. part. 1. quaſt. 19. num. 116. Rot. Senen. apud Marc. Mediceo dec. 22. num. 16. Rot. Rom. coram Merlino dec. 346. ſub n. 11. & in rec. dec 455. n. 12. part. 19.*

Tum ex eo quia, correſpectivè ad Palatium Bucinis Marchioni conceſſum, gravatur iſte onere ædificandi, vel emendi pro reſidentia Prætoris aliud Palatium in Caſtro Ambræ, cujus Dominium ab emptore, vel ædificium conſtruente abdicari debebat, & tranſire in dominium directum, ut patet ex quo in caſu reverſionis Feudi ad eundem, Palatium Caſtri Ambræ conventum fuit redire debere ad ſucceſſores Marchionis Julii inveſtiti, quoad proprietatem, & dominium, ibi — *Dictoque Feudo ad nos, ſive ſucceſſores noſtros reverſo, dicta Domus, ſive Palatium*

emen-

emendandum, vel ædificandum in Caſtro Ambra redeat quoad proprietatem, & dominium ad dicti Domini Marchionis Julii ſucceſſores, quatenus illam, vel illud pro reſidentia, & habitatione futurorum Poteſtatum relaxare, & illam Bucinii pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus retinere eiſdem non videretur — , ſtipulatio enim,
8 quod, certo eveniente caſu, dominium redire debeat ad hæredes Feudatarii, oſtendit, illud in cæteris caſibus in Dominum directum fuiſſe translatum *Manſ. conſult. 790. n. 16. §. Sic etiam, verſ. quare.*

Dataque translatione Dominii in inveſtientem reſpectu Palatii Caſtri Ambræ à Feudatario ædificandi, vel emendi, neceſſarium antecedens emergit, quod Dominium reſpectu alterius Palatii in Caſtro infeudato exiſtentis translatum fuerit in Feudatarium, ex
9 natura correſpectivorum, quæ operatur, ut qualitates uni ex correſpectivis inſitæ, in alio etiam volitæ præſumantur *Rot. cor. Coccino dec. 686. n. 12. & ſeqq. & dec. 1471. n. 69. in rec. dec. 152. n. 3.*, ubi concordantes *par. 17.*

Potiſſimè quia, quatenus Marchio Julius, ejuſque ſucceſſores voluiſſent, ſecuta reverſione Feudi, Palatium ædificandum relaxare Domino directo ad commodum Prætorum in eo reſidere debentium, iiſdem Marchionibus tali caſu conceditur facultas retinendi pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus Palatium exiſtens in Caſtro Bucinii. Si enim ex relaxatione Palatii ad diſpoſitionem, & commodum Domini directi convenitur Palatium Feudale effici liberum, & remanere debere penès Hæredes Inveſtiti, ex hoc eo magis eruitur correſpectivitas diſpoſitionum, circa
10 utrumque ex dictis Palatiis, & quod volita circa unum dare debeant normam ad dignoſcendum, quid fuerit volitum reſpectu alterius, cum non debeant diverſo jure cenſeri *l. Alumna §. Seja ff. de Alimen. legat. Gratb. dec. 83. num. 10. verſ. ideò. Rot. coram Celſ. dec. 10. num. 16. & in rec. dec. 321. num. 3. part. 17.*

Tum demum ex eo, quod donec fieret emptio, & ædificatio Palatii, conventum fuit Marchionem ſupraſcriptum *permittere debere, quod Poteſtas ſolitus reſidere in Caſtro Bucinii perſeveret habitare in eodem Palatio, ſeu Domo in omnibus, & per omnia, quemadmodum fuit ante præſentem infeudationem conſuetum.* Ex pacto autem, quod Poteſtas continuare poſſet ſuam habitationem in Palatio Caſtri Bucinii, pro tempore, quo Marchio diſtuliſſet ædificationem, infertur, quod, non paciſcendo ſuper hoc puncto, Poteſtas non potuiſſet ibi habitare, quia
11 Palatium erat infeudatum, Permiſſio quippè, ſive licentia aliquid faciendi, ſupponit dominium tranſlatum in
12 eum, à quo illa obtinetur *Rota in Hortana Sylvarum 10. Martii 1698. §. Conforme, & 25. Februarii 1701. §. Si itaque, coram Moneta,* & in eadem ſuper univerſali dominio 1. *Junii* 1703. §. *Penult. coram Reverendiſſimo D. meo Molines, & 6. Martii 1705. §. Accedit, coram Illuſtriſſimo D. meo Caffarello Urbis Gubernatore.*

Præterea ex alio etiam fundamento onus reſtaurationis Palatii ad DD. Marchiones ſpectat, quia ſcilicet Julius primus inveſtitus uſque de anno *1646.*, ſuſcepit in ſe obligationem præciſam Palatium emendi, vel ædificandi in dicto Caſtro Vallis Ambræ pro reſidentia Miniſtri in dicta Poteſtaria ad Juſtitiæ adminiſtrationem
13 neceſſarii, ut denotat illud verbum *emere, vel ædificare teneatur*, quod importat neceſſitatem *Rot. coram Merlin. dec. 253. n. 10. Celſ. dec. 231. n. 1. in rec. dec. 176. n. 2 part. 1. dec. 718. n. 10. part. 4. dec. 279. n. 19. part. 9. dec. 319. n. 16. p. 11.* Cumque adjecto tempore uſque ad præſens Marchiones adimplementum talis oneris, nec inceperint, nec perfecerint, prout longè ante perficere debuiſſent, ex quo obligans ſe ad aliquid faciendum abſque ulla præfixione termini, id quod promiſit adim-
14 plere debet quam primum poteſt, ut *per Text. in l. cum qui Kalendis 41. ff. de V. obligat. & l. omnibus obligationibus 14. ff. de Regul. Juris*, tradunt *Cyriac. controv. 165. n. 12. & 13. Manſ. conſul. 13. n. 11. & 12. tom. 1. Menoch. de Arbitrar. caſu 498. ſub n. 3.*

Hinc ſequitur, quod adventa jam die obligationis ædificandi, vel emendi Palatium, D. Marchio hodiè adſtrin-

ſtringi poteſt ad ſuam obligationem adimplendam, iſtoque adimplemento
15 ſecuto, libera remanebit Communitas Ambrę à refectione Palatii controverſi: Aut ſi idem D. Marchio deſiderat, quòd Communitas prædicta, mitiùs agendo, diutiùs differat promiſſionem ſui Auctoris ad actum redigi, hæc indulgentia eidem Communitati
16 obeſſe non debet, nec tale beneficium in ejus odium, & damnum retorqueri. *l. quod favore C. de legib. Rota coram Emerix Jun. dec.628. num.4. & in recen. dec.111. n.15. & 16. part.17.*

Et quemadmodum ſi D. Marchio ſuę obligationi ſatisfeciſſet, vel in præſens emeret, aut ędificaret Palatium in Caſtro Ambrę, ſuccumbere debuiſſet, nedum expenſę emptionis, vel ędificationis dicti Palatii, ſed etiam reſtaurationis alterius Feudalis, ſuper quo hodiè vertitur controverſia. Ita dum ex indulgentia Communitatis non
17 ſenſit onus dictę ędificationis in Caſtro Ambræ, detrectare non debet reſtaurationem Palatii in Caſtro Boccini, principalitèr deſtinati, & inſervientis
18 pro reſidentia Miniſtri ipſius Marchionis, aliàs ipſe cum alterius jactura locupletaretur, quòd non eſt permittendum, *ad Text. in l. nam hoc naturæ ff. de condict. indebit. Rot. in rec. dec.455. in fin. part.19.*

Non obſtat, quòd onus ędificandi, vel reficiendi Palatium publicum pro Miniſtris, & adminiſtratione Juſtitiæ
19 neceſſarium, ad Communitatem de Jure ſpectet: *Lucas de Penna in l. final. quæſt.8. Cod. de quibus muneribus nemini liceat &c. lib.10. Avendan. de Exequend. mandat. part.1. cap.10. num.1. & 2. verſ. Fabrica autem. Guttier. Pract. Quæſt. lib.1. quæſt.36. n.1.* ubi plures citat. *Comnol. ad Statut. Eugub. lib.1. rubr.21. n.39. Cabell. ad Ball. Bon. Regiminis. tom.1. cap.12. ſub num.12. verſ. ſed quamvis, & tom.2. cap.11. Delle opere publiche in princ. fol. mihi 83. in impreſſione Lugdunen.*, & de facto, à tempore conceſſionis uſque ad præſens, Univerſitas Ambrę ſemper refarcimenta fecerit in Palatio prędicto Caſtri Boccinii.

Etenim quoad Juris diſpoſitionem, iſta procederet quando Palatium eſſet proprium Univerſitatis Vallis Ambrę, non quando Dominium fuit in alium translatum, in eoque Poteſtas Com-
20 munitatis reſidet precario, & quaſi conductitio nomine, & ad faciendam rem gratam Marchioni, jam in mora conſtituto ad Palatium ędificandum, vel emendum in Caſtro Ambrę, in his quippè terminis, & circumſtantiis, in quibus ex mente concedentis, & tenore Inveſtituræ conſtat, tale onus Marchioni incumbere, non eſt quærendum de Juris diſpoſitione, cum in
21 ſubjecta materia mens concedentis, & Inveſtituræ tenor, tamquam lex, venit ſervandus *Manſ. conſult.99. n.9. tom.1. & conſult.110. num.33. tom.2. Gabriel de permiſſa Feud. & Emphyteuſ. alienat. quæſt.8. n.31. Rot. poſt eum dec.50. num.2. Coccin. dec.1305. num.2. & ſeq. & n.40.*
22 *& ſeq. & coram Emerix Sen. dec.52. n.8.* etiamſi repugnarent naturæ Feudi. *Fontanell. reſponſ.5. n.16. Beſcol. apud Torr. de Primogenit. tom.2. reſponſ.2. num.40. fol.487 & num.190. fol.497. Rot. coram Coccin. dec.2314. num.8. Emerix Sen. d. dec.52. n.8.*

Quòd verò Communitas Ambræ in præteritum ſemper fecerit refarcimenta, paritèr nihil alterat. Poſito enim, quòd ad ipſam tale onus non ſpectet, obſervantia eidem præjudicialis ſibi obeſſe non valet. Et ulteriùs ex eo,
23 quòd Communitas Ambræ modica refarcimenta fecerit in Palatio prædicto, inferri non poteſt, quòd hodiè neceſſitati faciendi expenſas magnas, & conſiderabiles ſuccumbere debeat, obſervantia enim, quæ ſpecialitèr, & in ca-
24 ſu præciſo non probatur, ſuffragari non valet. *Rota in Cremonen. Feudi poſt Gab. Tract. Var. d. dec.50. n.6.*

Quin immò etiam ſi adfuiſſet pactum in oppoſitum, adhuc cum iſtud, uti contrarium Juris diſpoſitioni, ſtri-
25 ctè, & ad limites verborum deberet intelligi, in ſpecie *Paulut. diſſert.75. num.25. & ſeqq. & n.27. & 30. Pacion. de Locat. d. cap.34. §.2. n.5.* onus, ſeu conventio reſtaurandi ædificium, vel interpretari deberet pro prima vice tantùm, remanente obligatione apud
26 Dominum, illud pro futuris vicibus reparandi. *Bald. in d. l. licet 8. num.9. C. locat. Alex. conſ.16. num.8. lib.4. Decius conſ.522. num.9. Pacion. de Locat. d.*

cap.34. §.2. num.7. Rot. coram Coccin. deciſ.102. num.3. verſ promittens enim reaptare Vel ad impenſam modicam deberet reſtringi, prout ſunt illę factę in præteritum, non ad alias valoris
27 conſiderabilis, qualis eſt illa, qua in præſenti Palatium indiget. *Paulut. dicta diſſert.75. n.26. & ſeqq. & num.29. & ſeqq. Paccion. de Locat. cap 34. §.2. n.13. & ſeqq.* ſemper enim promittens aliquid facere expenſis propriis, intelligi-
28 tur de expenſis ordinariis, & moderatis, non de extraordinariis, & exceſſivis, ut de obligante ſe facere litem
29 ſuis expenſis *Alex conſ.76. num.17. lib.4. Cyriac. contr.634. num.19.* aliique pluriми, relati per *Paulut. diſſert.75. num.21. & ſeqq.*

Prout non urget, quòd data etiam obligatione Vaſſalli reædificandi, & reſtaurandi Palatium, ipſe, ejuſque hære-
30 des, in caſu non culpoſæ devolutionis, expenſas factas repetere poſſit à domino directo; *cap.1. §. Si Vaſſallus tit. hic finitur lex. Cyriac. controver. 705. num.11. De Marin. reſolut.134. n.5. & ſeqq. ibique De Luca in Meliorat. n.3. & ſeqq. reſolut.184. num.5. & 6. tom.2. & reſolut 146. n.34. & 35. tom.3. De Luca de Fideicomm. diſc.269. ſub n.2. & 3. de Feud. diſc.57. n.13. & diſcur. 76. num.9. de Legitim. diſcurſ.35. n.34. Boſcol. apud eumdem de Feudis art.6. ex num.33. & ſeqq. Capyc. Inveſtit. Feudal. V. Feudorum expenſa. verſ ſi Vaſſallus ædificaſſet fol. 179. Schrader. de Feud. 2. par. 9. partis principalis, ſect.2. n.10. & n.27. fol. mihi 411. ſub n.71. & n.95. fol.428. tom.1. Roſa ad Conſuetud. Neapolit. tit. 24. n.4. fol. mihi 183. Altimar. ad Rovit. conſ.67. n.44. lib.1. & de Nullit. Contractuum tom.4. rubr.1. par. 2. quæſt.19. n.157. fol. mihi 112. in Veneta impreſſione. Gab. de Permiſſa Feud. & Emphyteuſ. Alienat. quæſt.4. n.14. & ſeqq. Ageta de Ærario tit. de Jure devolutionis §.23. quæſt.5. n.6. & 7. & ſeqq. Capyc. Latr. dec.120. n.6. ibique Graçian ſub n.17. & Manfrell. num.3. Rot. coram Merlin. dec.546. n.16.* Parvipenſo, quòd contrarium dixerit *De Luc. de Feud. in Summa n.345.* etiamſi Conductor, vel
31 Feudatarius meliorare ſe obligaverit: quia nihilominus poteſt repetere impenſum. *Roſenthal. de Feud. cap.10. concl. 43. n.84. Altimar. de Nullitat. Contract. tom.4. rubr.1. par.2. quæſt.17. n.177.*,
32 ubi, quamvis ſe obligaverit facere propriis ſumptibus. *Schrader. de Feud. 2. par.9. partis principalis ſect.2. num.71. in fin. & nu. ſeqq. fol.421. tom.1. Rot. in rec. dec.303. n.2. & ſeqq. par.16. dec.252. n.11. & ſeqq. part.17. & dec.193. n.13. par.18.*

Quoniam, quidquid ſit in uſufructuario, qui expenſas magnas, & perpetuam utilitatem reſpicientes, ſtatim poteſt repetere. Diverſimodè res ſe habet in Vaſſallo, Emphyteuta, aliiſque,
33 dominium rei ſubjectæ reſtitutionis habentibus, qui impenſas non ſtatim poſſunt repetere, ſed ſolùm aperto Feudo, ſectoque caſu reverſionis ad Dominum, ut cæteris relatis, benè in ſpecie *Schrader. de Feud. 2. par.9. partis principalis, ſect.5. n.26. & ſeqq. fol. mihi 484. tom.1. Garçias de Expenſis, & Melioration. cap.12. num.83. Amat. reſolut. 14. ex n.63.*

Et quidem non omnes, ſed habita ratione ad valorem meliorationum
34 de tempore finiti Feudi, quo reſtitutio eſt facienda, ut de Feudo, & Emphyteuſi promiſcuè loquentes, firmant *Antonin. de Amat. reſol. 14. n.63. & ſeq.*, ubi plures congerit. *Bondin. collect. 35. n.34. lib.1. Antonell. de Tempor. Legal. lib.1. cap.61. num.7. Roſenthal de Feud. cap.10. concl.43. num.90. & ſeqq. Schrader. de Feud. par.2. 9. partis principalis ſect.2. n.101.*, ubi plures refert, *fol.430. tom.1. & ſect.5. n.27. verſ. ſecundo hac concluſio, & numeris ſeqq. fol.434. & ſub n.18. §. Nec obſtat, & ſeq. tom. pariter 1. De Luca eodem Tract. diſc.27. n.2. Ageta de Ærario §.23. de Jure devolutionis, quæſt.5. n.15.* ubi plures citat. *De Luc. ad Reſolut. de Marin. meliorat.134. num.14. lib.2. De Marin. ad Revertер. dec.572. n.4. Rot. in rec. deciſ.306. n.8. par.4. tom.1.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

An, & quando inter Mercatores Literæ commendatitiæ, & hortatoriæ inducant obligationem ſcribentis, pleniſſimè diſcutitur.

Exceptio Excuſſionis inter Mercatores non attenditur, præcipuè Liburni, ubi attenditur diſpoſitio Statuti Florentini lib.2. rub.39., idem tenentis.

SUMMARIUM.

1 *Literæ commendatitia, & hortatoria, ſcribentis obligationem non inducunt.*

2 *Maximè ſi verba ſint directa ad perſonam, & non ad rem.*

3 *Literæ commendatitiæ inter Mercatores æquiparantur literis credentiæ.*

4 *Declara regulam, de qua* num.1., *procedere, quando Literæ tendunt ad generaliter commendandam tantum perſonam, ad cujus favorem ſcribuntur.*

5 *Secus quando ſcribens, tangendo certum, & speciale negocium, tranſcendit terminos puræ officioſitatis, & extollit fidem, & facultates perſonæ commendatæ, incognitæ ei, cui literæ directæ ſunt.*

6 *Et ſi iſto caſu is, cui directæ ſunt Literæ, damnificetur, agit contra ſuadentem pro damni refectione; ſecus in primo caſu.*

Quando commendatio dicatur excedere terminos puræ officioſitatis num. 8. & 9.

7 *Mercatores faciliùs ex perſuaſione obligantur.*

9 *Verba, perſuaſionem importantia, cenſeri debent appoſita pro eo, quod principaliter expreſſum eſt in Epiſtola, non autem pro eo, quod venit ſucceſſivè, & in conſequentiam.*

10 *Verba* potete effettuare, *ab aliquem commendante pro certo negotio ſcripta, non reſpiciunt potentiam naturalem, ſed ſecuritatis, & non excludunt obligationem ſcribentis.*

11 *Prout illam non excludit verbum* poteſt, *juxta ſubjectam materiam accipiendum, & interpretandum.*

12 *Prout quæcunque alia verba.*

13 *Itaut aliquando neceſſitatem importet.*

14 *De Jure communi conſilium, ſive commendatio, etiam circa certum, & determinatum negocium, obligationem non importat.*

Sed contra ſupra n.5. & ſeqq. *& Auctoritates pro præfata Theorica declarantur* n.15. & ſeqq.

16 *Et contraria opinio, tamquam verior, magiſque in Jure fundata, juribus, & pluribus Auctoritatibus comprobatur.*

17 *Immò ut commendans remaneat obligatus, non eſt neceſſe, commendationem ad certum negocium expreſſè referri, ſed ſufficit implicita, & virtualis relatio ad particulare negotium.*

18 *Unde ſi commendetur Inſtitor, ſeu Factor in aliqua Mercantia, dicitur inducta obligatio ſcribentis, quia tunc videtur commiſſum, & ordinatum, quòd Latori adhibeatur fides in illa Mercantia.*

19 *Sine dubio, concurrentibus circumſtantiis, ultra illam certi, & determinati negotii, quòd nempe tractetur inter Mercatores, & commendetur perſona incognita ei, cui Literæ ſcribuntur.*

20 *Inter Mercatores Literæ perſuaſivæ fidejuſſionem importaut.*

21 *Præcipuè dum perſona, cujus favore ſcriptum fuit, eſt incognita Commiſſionario, quia ſcribens dicitur fidem ſuam pro laudato interponere.*

22 *Auctoritates afferuntur, & oſtenditur, non requiri ad effectum obligandi verba rogatoria, ſed ſufficere perſuaſiva.*

23 *Rationem aſſignant, quia inter Mercatores Perſuaſor ſemper videtur fidejubere, & dans occaſionem damno, damnum dediſſe videtur,* & n.24.

25 *Verba etiam rogativa, deficientibus ſupradictis circumſtantiis, pro commendatitiis accipiuntur, & rogantem non obligant.*

26 *Literæ Commendatitiæ, quæ dederunt cauſam contractui, & induxerunt eum, cui directæ ſunt, ad ſequendam fidem perſonæ commendatæ, obligant commendantem, qui habetur pro auctore immediato implementi commiſſionis.*

27 *Contra, quòd ſcribens obligatus non remaneat, niſi dolosè ſcripſerit, aut Literæ mandatum contineant.*

28 *Sed prima opinio verior eſt.*

29 *Decl. hanc ſecundam opinionem procedere, ubi Literæ contineant ſimplex Conſilium.*

30 *Immò etiam in terminis puri conſilii, ubi*

ubi fuerit cauſa præciſa Contractus, quòd inducatur obligatio.

31 *Quia tale conſilium habet vires mandati, & Conſulens videtur fidem ſuam interponere pro commiſſionis effectuatione,* & num. ſeqq., *& quando dicatur eſſe cauſa contractus* ibid.

33 *Perſuaſio quando eſt nimia, & urgens, habet vim coactionis.*

34 *Ceſſante dolo Proxenetæ qui certa negotia explenda proponit, cum perſonis, quas laudat, nec mandati, nec aliam obligationem contrahit.*

35 *Ratio aſſignatur, quia verba Proxenetarum, nec dicuntur, nec recipiuntur ad finem inducendi obligationem.*

36 *At ubi non reſiſtit voluntas contrahentium, nec qualitas officii, qui effrænatis perſuaſionibus dedit cauſam contractus favore Commendati, damnum obventum reſarcire debet.*

37 *Ex voluntate contrahentium, Literæ, etiam ſimplicem, & generalem commendationem continentes, pariunt obligationem.*

38 *Voluntas deſumitur ex confeſſione, emiſſa in Computo, in quo condemnatus ſe conſtituit debitorem ſummæ, pro qua commendavit.*

39 *Et quando talis confeſſio poſſit dici ſimulata, & facta ad aliam finem, & quando non* n. 45. & ſeqq.

40 *Verba* Impegni, Impegnato, *inter Mercatores ſonant in obligationem, ſi in altera parte ejuſdem ſcripturæ in eodem ſenſu prolata ſunt.*

41 *Prout ſi ita accepta ſint in alio contractu, vel ſcriptura.*

42 *Verba dubia diſponentis in uno Contractu, declarantur per aliam diſpoſitionem, clarioribus verbis factam.*

43 *Et ex quibus excludatur, quòd verbum* impegni *poſſit intelligi* d' impegni d' onore.

44 *Verba inter Mercatores intelligi, & interpretari debent, ut adaptentur ſenſui naturali plano, & veriſimili, prout inter negociatores interpretantur.*

45 *Decoctionis ſuſpicio ceſſat in eo, cujus litteræ cambii fuerunt ab alio acceptatæ, & ſolutæ.*

46 *Ceſſante cauſa ſimulandi, ceſſat & ſimulatio.*

47 *Et conjectura tali caſu non admittuntur.*

48 *Cauſa ſimulandi ceſſat, quoties docetur de vera cauſa, quam habuerint in mente Contrahentes.*

49 *Et ad veritatem cauſæ jam probatam, adminiculandam, ſufficiunt actus, quorum ſinguli exceptiones patiuntur.*

50 *Adminiculativa probatio, actibus, qui de per ſe aliquas exceptiones patiantur, impleri poteſt.*

51 *Fidejuſſio, & obligatio probatur in eo, qui ſecuta decoctione principalis, petit tranſmiſſionem mercium, & dat modum eas dirigendi, nè capiantur à Creditoribus.*

52 *Item ab eo, qui aſſerit ſe habere intereſſe in mercibus, ſi nullum aliud habere poterat intereſſe, quàm illud fidejuſſionis.*

53 *Actus ſubſequentes declarans id, quod ſcribens in Epiſtola, præcedentèr tranſmiſſa, intellexerit.*

54 *Stante contemporanea decoctione Debitoris traditioni Mercium, Creditor, apud quem exiſtunt, ſuper iſtis gaudet prælatione quoad alios Creditores.*

55 *Verba* qui ſopra, *in Epiſtola appoſita, referri potiùs debent ad intereſſe ſcribentis, quàm ad decoctionem ſupra expreſſam, ſi verba hæc concernunt utramque, ſcribente, nempe, & eum, cui litteræ directæ ſunt, & reſpectu iſtius non poſſit intelligi de decoctione.*

56 *Mercatorum teſtimonia ſuper inducenda obligatione ex Epiſtola commendatitia, valdè deferendum eſt.*

57 *Et ſi tale teſtimonium ſit varium, & contrarium, præferri debet illud, quod eſt munitum Juris aſſiſtentia.*

58 *Pro Fidejuſſore aliquem non fuiſſe habitum, non deſumitur ex non facta deſcriptione fidejuſſionis in libro Creditoris, ſi creditor habebat Epiſtolam fidejuſſoris in manibus, cum qua tutus erat, & ſi ſtatim ac fidejuſſor ei nunciavit decoctionem, ſcripſit, ſe pro fidejuſſore ſemper ſcribentem recognoviſſe, & neque tunc in libro fidejuſſionem deſcripſerit.*

Prout non concludit omiſſio d. deſcriptionis, ſi creditori fuit promiſſa ſolutio ſtatim, quo caſu non erat opus deſcriptione in libris n. 61.

59 *Stantibus conjecturis in contrarium, ex*

non

non facta cancellatione in libro non probatur negativa ſolutionis.

60 *Sicut non probatur negativa ſolutionis, & crediti, ex non facta deſcriptione ſolutionis in libris.*

62 *Omiſſa deſcriptio fidejuſſionis non præjudicat, ſi creditor potuit credere, fidejuſſorem non remanere obligatum à principio, ſed ſolùm poſt paſſum damnum.*

63 *Scribens Literas Credentiæ, ſeu Commendatitias, non tenetur ab initio contractus, ſed tantùm poſt damnum ſecutum, ſi Commendans non ſcripſit, quòd fieret particularis contractus, ſed quòd daretur fides Latori, quia eſt de ejus voluntate informatus.*

64 *Mercatores, tamquam non callentes Juris regulas, caſus legales non diſtinguunt.*

65 *Inter Mercatores non habet locum beneficium excuſſionis, etiamſi Fidejuſſor non renunciaverit beneficio, pro ſe introducto.*

Exceptio excuſſionis eſt de apicibus Juris & in foro Mercatorum non recipitur, ibidem.

Contrarium ſentientes adducuntur, & refelluntur, ibid.

66 *Liburni, deficiente Statuto particulari, vivitur cum Statuto Florentino.*

67 *Excuſſio fidejuſſoris neceſſaria non eſt, attento Statuto Florentino* lib.2. rubric.59., *illam expreſsè remittente.*

68 *Joannes Bonſius Cardinalis, & Magnus Eleemoſinarius Franciæ, fuit Judex Florentiæ.*

DECISIO XXI.

CUpiens David Franciſcus Gaudot, Mercator Londini, in Civitate, & Portu Liburni negotia exercere, idque impoſſibile agnoſcens, ex quo ejus nominis, & perſonæ nulla in dicto Portu erat notitia, requiſivit D. Joannem Vaſſerot Amſtelodami Mercatorem, cujus olim per plures annos fuerat Inſtitor, & Alumnus, poſtea correſpondens, intimuſque amicus, ut ejus Epiſtolam, in qua requirebat duas Salmas Serici à Bernardo Senè Mercatore Liburnenſe, cum propria Epiſtola aſſociaret, eumdemque de ipſius perſona redderet certiorem.

Petitis à Gaudot annuit Joannes, utque benevolo Familiari, cujus apud ipſum magna erat protectio, efficacitèr prodeſſet, die 1. Januarii 1706., literas dedit Bernardo, in quibus commiſſionem exequi poſſe ſignificavit, utque ad id faciliùs induceretur, Davidis Franciſci perſonam, ejuſque mores, qualitates, aliaque omnia multis laudibus extulit, tutum reddens Bernardum, quòd ſi hac occaſione pro ei inſerviendo ſedulò operam ſuam impendiſſet, ex hoc optimæ, & utiles commiſſiones inter ipſos originem deſumpſiſſent, *Sum. num.1.*, ibi *Ingionta una lettera del Signor David Franceſco Gaudot di Londra, che vi domanda qualche Balle di Seta. Voi potete effettuare la ſua commiſſione. Queſto è un molto bravo Giovine Uomo, e molto ſavio. Egli è reſtato più anni da me, e mi ha dato nel corſo de' medeſimi un' intiera ſodiſfazione, come ancora dopo il ſuo ſtabilimento in Londra, che è dopo cinque anni in circa. Io li fido volentieri mille, e mille dugento lire ſterline, fa alcuni affari per il Signor Got, & altri buoni negozianti di qui, che ne ſono tutti molto contenti. Io prendo la libertà di raccomandarvi li ſuoi intereſſi, aſſicurandovi, che ſe Voi lo ſervirete bene, che ciò darà luogo a buoni affari tra di noi, il che deſidero con tutto il mio cuore, e che ſia con la ſodiſfazione degli uni, e degli altri.*

Recepta hac Epiſtola, promptum ſe exhibuit Bernardus providere Sericum, & quia non modo committentis fidem, ſed illam Joannis principalitèr ſequebatur, ideò in reſponſione facta Joanni die 22. ejuſdem Menſis Januarii, ſubjunxit, *delle quali Balle di Seta a voſtra raccomandazione noi lo ſerviremo con tutto il vantaggio poſſibile,* & inferiùs ibi. *Noi vi daremo a ſuo tempo avviſo del caricamento, che n' averemo fatto, dell' importo delle mercanzie, del nome del Capitano, e quello della Nave, ſopra la quale noi le averemo caricate, per ſervirvene all' effettua-*

mancione degl'ordini, che egli potrà avervi dato, eſſendovi in tanto molto obligato d'avervi procurato l'onore di ſua corriſpondenza, eſſendo ben perſuaſi, che ſia un' nome, al quale noi poſſiamo confidare noſtro bene, in riguardo alla relazione per lui vantaggioſa, che voi ce ne fate. Summ. n. 3.

Succeſſivè memoratus Bernardus, in executionem mandati, emit Salmas Serici, illaſque oneravit ſuper Navi detta *la gran Brettagna*, poſt cujus diſceſſum à Portu Liburnenſi, ſecuta die 16. Februarii decoctione Davidis Franciſci, illam ſub die 26. ejuſdem menſis Joannes notificavit Bernardo, cumque obligationem ab ipſo contractam probè agnoſceret, ulteriùs progreſſus eſt, monendo eumdem, ut re adhuc integra exiſtente, Salmas Serici tranſmitteret, illaſque dirigeret ad Civitatem Londini Paget, & Ranc correſpondalibus ſuis, vel ſibimetipſi in Civitate Amſtelodami, ad evitandas diſputationes cum creditoribus decocti, & interim determinaret, quid faciendum de dictis mercibus, in quibus uterque ex ipſis habebant intereſſe, exprimendo in fine, infelicem hunc eventum maximum ſcribenti attuliſſe dolorem, ob amicitiam, & propenſionem, quam ipſe habebat erga David Franciſcum *d. Summ. n. 11.*

Perventa hac Epiſtola ad manus Bernardi, ſtatim iſte in reſponſione de perſona Joannis altè conqueſtus eſt, ſe declarando, nullam habuiſſe cognitionem Davidis Franciſci, illique unicè merces tranſmiſiſſe intuitu, & contemplatione Joannis, quem unicum debitorem recognoſcere intendebat *Summ. numer. 12.*, & ob id contra eumdem actionem direxit, inſtructoque Judicio in Curia Liburni, contrarium Sententiam reportavit, cujus revocatione obtenta à Bernardo in Tribunali Conſulum Maris Civitatis Piſarum, Joannes ſupplices preces porrexit Sereniſſimo Domino Noſtro, ut dignaretur reviſionem delegare, & quatenus illi locus foret, Judices Cauſæ in meritis ultimum finem imponerent, votique compos effectus, propoſui hodiè dubium, ex viſceribus Commiſſionis depromptum, illoque ſedulo diſcuſſo, non eſſe locum petitæ reviſioni unanimitèr reſpondimus, ſed Sententiam ultimo loco latam, eſſe confirmandam.

Quamvis enim regula ſit, quòd Li-
1 teræ commendatitiæ, & hortatoriæ, quæ ut plurimum in ſimplex conſilium reſolvuntur, obligationem ſcribentis non inducant, ut de Literis commendatitiis, & hortatoriis eſt *Textus in l. ſi verò 12. §. Cum quidem ff. mandat. l. quod venditor 38. ff. de dolo l. fideicommiſſa 11. §. 2. ff. de legat. 3. & l. final. verſ. neque familiares epiſtolas Cod. quod cum eo. Burell conſ. 47. num. 17. Cephal. conſ. 437. ex num. 33. ad finem. Menoch.* in eadem Cauſa ſcribens *conſ. 179. ex num. 11. ad finem. Vinnius lib. 3. tit. 27. Inſtit. de Mandat. in princ. Caſtill. controv. tom. 4. cap. 40. num. 10. Alciat. lib. 2. Parerg. cap. 12. circa medium. Cancer. Variar. reſolut. part. 1. cap. 12. num. 31. Robert. de Commiſſ. lib. 5. cap. 28. num. 14. Gomez Variar. Reſolut. lib. 2 cap. 13. n. 5. ibique Ayllon in Addit. num. 6. Henning. de Fidejuſſ. cap. 18. num. 8. & ſeqq. Maſcard. de Probat. concluſ. 628. numer. 1. & ſeqq. & num. 9. & ſeqq. Marquard. de Jur. Mercator. lib. 2. cap. 11 n. 66.*, ubi quòd non obligant, ſi verba ſint directa ad
2 perſonam, ſecus ſi ad rem. *Genua de Script. Privat. lib. 3. tit. de Literis credent. fol 164. num. 5. & ſeqq. & tit. de Literis commendatitiis. num. 3. & ſeqq. fol. 165. & tit. de Epiſtol. ex hortatoria num. 1. fol. 167. Franciſcus Roccus de Liter. Cambii, notabil. 43. ſub num. 122. & num. 124. impreſſ. poſt 1. tom. Reſponſ. Coſta de Retractat. conſ. 6. cap. 8. numer. 6. Mevius ad Jus Lubecenſe tom. 2. lib. 3. tit. 10. art. unic num. 1. & ſeqq. fol. 216. & ſeq. Carpzov. Jurisprudent. Forenſ. part. 2. conſtit. 28. definit. 1. num. 4. & definit. 24. num. 1. & ſeqq. & conſtitutione 20. definit. 10. num 1. & ſeqq. fol. 587. Reſmer. de Libris Mercator. cap. 15 n. 6. Altimar. de Nullit. tom. 5. rub. 1. par. 3. quæſt. 31. num. 908. fol 112. Rendeaſ. de Analog. cap. 30 num. 169. R. P. D. Anſald. de Commerc. & Mercat. Diſc. General. num. 183. & num. 105. Langlaeſ dec. 13. quæſt. 4. n. 1. Carpzov. Dec. Saxon. part. 2. dec. 116. n. 1. & ſeqq. Ludovic. Dec. Lucen. 33. n. 4. & ſeqq. Carroc. dec. 46. num. 33. in fine. Senatus Burdegalen. apud Boer.*

dec.

dec.281. n.2. Koppen. Dec. German.36. n.10. part.1. Rot. in Florentina Pecuniaria 22. Decemb. 1710. §. Abſque eo quod, cor. Mo. Rot. Rom. tot.Corr. dec.804. n.2. quarum auctoritates, licèt aliquæ loquantur de literis credentię, hoc tamen non diverſificat, quia literę
3 commendatitię inter mercatores à pari procedunt cum literis credentię. *Salycet. in l.fin. Cod. quod cum eo. Maraut. in Specul. Advocat. part.6. verſ. ſin autem producuntur Teſtes, n.55. in fine, fol. mihi 353. in impreſſ. anni 1568. Franc. Roccus de Liter. Cambii notabil. 44. n.124. poſt primum Volumen Reſponſor. ejuſdem fol. mihi 288.* & de conſultivis *Textus eſt in §.Tua. Inſtit. mandat. & l. conſilii 47. ff. de regul. Juris, cap. nullus 62. de Regul. Jur. in 6. Cavalcan. ad Menoch. conſ. 221. num.57. & ſeq. Gherardus Mazoll.* olim hujus noſter Rotæ Auditor, *conſ. 26. num.6. & 7. Maur. de Fidejuſſorib. part 2 ſect 3. cap.4. ex num.1 fol.177. & ſect.7. cap.7. num.10. fol.338. Caſtill. controverſ. tom.4. d. cap.40. num.21. Mevius ad Jus Lubecenſ. tom.2. lib.3. tit. 10. artic. unic. num.1. & ſeqq. fol. mihi 216. Carpzov. Juriſprudent. Forenſ. part.2. conſtitut.18. dict. definit.24 n.3. Henning. de Fidejuſſor cap 8. num 22. & dict. cap.18 num.21. Altimar. de Nullit. Contract. tom.5. Rub.1. part.3. quæſt.31. num.910. fol. mihi 112. juxta Venetam impreſſionem.*

Hæc tamen regula locum habet, quando verba commendatitia non tendunt ad perſuadendum eum, cui commendatio facta eſt, pro explendo certo, & determinato negocio, ſed verba hortatoria, & perſuaſoria, circa generalitatem verſantur, puta ſi dictum ſit, commendatum habeas Titium amicum meum, vel dabitis plenam fidem latori quia eſt perſona fidelis, de qua poteritis confidere, vel quid ſimile: In his quippè terminis,
4 cum hujuſmodi epiſtolæ, ſcriptæ dici debeant ad faciendum verbalem honorem commendato, & ex quadam officioſitate pro ſatisfaciendo communi uſui numquam denegandi litteras laudativas perſonæ, ad cujus favorem ſcribuntur, & præſeferentes teſtimonium exiſtimationis, & obſervantię ſcribentis erga eum, ad cujus inſtantiam exarantur, nullo modo obligant commendantem, nec contra eum aliquod jus tribuunt perſonæ, cui directæ ſunt, ſi iſte improvidè, & inconſultò aliquid mutuaverit, vel quid ſimile geſſerit pro perſona commendata, & hoc ſenſu retento, loquuntur Jura, & Auctoritates, ſupra relatæ.

Diverſimodè autem ſe habet, quando literæ commendatitiæ, pro certo, & ſpeciali negocio ſcriptæ ſunt, & ſcribens, tranſcendens terminos puræ officioſitatis, ulteriùs progreditur, effuſoque ſermone fidem, & facultates extollit perſonæ commendatæ, alio-
5 quin ei, cui litteræ directæ ſunt, prorſus incognitæ. His enim circumſtantiis concurrentibus, inter Mercatores, in quibus fides requiritur exuberantiſſima, verba perſuaſiva, & hortativa obligationem inducunt, & ſi per-
6 ſuaſus damnum ſentiat, illud à perſuadente repoſcere poteſt, ut benè in individuo tradunt *Joannes Radeline inter Conſilia Univerſitatis Germaniæ conſ.47. per tot. part.2. Carpzov. Juriſprudent. Foren. part.2. conſtit.18. definit. ultim. n.7. cum duobus ſeqq. fol. mihi 374* ubi, quòd de Anno 1632. ita judicatum fuit per Scabinos Lipſienſes, ibique per extenſum refert verba ſententiæ. *Roſcuer. de Libris Mercator. cap. 25. num 10. & ſeqq. David Mevius ad Jus Lubecenſe, tom.2. lib.3. tit.10. artic. unic. num.24. & 40.*, ubi, quòd Mercatores faciliùs ex perſuaſione obligantur, *fol. mihi 218. & 219. Marquard.*
7 *de Jur. Mercat. lib.2. cap.11. num.69. Henning. de Fidejuſſor. cap.18 num.11. & 14. Raudenſ. de Analogiis, lib.1. dicto cap.30. num.270. Gherardus Molines in ſuo Libro, cui Titulus eſt, Il Coſtume, ò Legge antica de' Mercanti, poſta in giorno da Gherardo Maliner, cap.10. Delle Malleuadorie, e delle Promeſſe de' Mercanti, fol.68. & 69. in impreſſione Londini, de Anno 1656. Card. de Luc. de Credit. diſc 90. num.4. & ſeqq. & de Camb. diſc.30., num.8. Koppen. dec. Germania part 1 dec.36. n.9.*

Nec dubitari valet, quòd hujuſmodi literæ in caſu noſtro ſcriptæ ſint pro negocio ſpeciali, dum ſummoperè deſiderans Joannes Vaſſerot, David Franciſcum Gaudot, quem maximè di-

diligebat, & quem non uti amicum,
ſed loco filii habebat *Summ. n.23. in fin.*
acquirere Correſponſales, & negociationes
facere cum mercatoribus Liburnenſibus,
ſcripſit Bernardo Senè, ejus
antiquo Correſponſali, eidem tranſmittendo
epiſtolam Davidis Franciſci,
in qua ei requirebat ſalmas duas
ſerici, ſubdens, quòd poterat effectuare
commiſſionem, à dicto David
Franciſco datam; utque libentiùs annueret
Bernardus tali inſtantiæ, requirentem
multis encomiis collaudavit.
Ex hoc autem facto reſultat,
quòd commendatio facta fuit ad diſponendam
voluntatem Bernardi pro
executione commiſſionis, principalitèr
8 volita in dicta epiſtola, non verò pro
negociationibus in genere, quę veniebant
in conſequentiam, & ſucceſſivè,
poſtquam adimpleta per Bernardum
commiſſione, David Franciſcus repertus
ab eo fuiſſet punctualis, probus,
& fidelis, adſtipulante ad hoc
regula, quòd verba, perſuaſionem importantia,
cenſeri debeant appoſita pro
eo, quod principalitèr expreſſum, &
volitum fuit in Epiſtola, non pro
eo, quod venit ſucceſſivè, & in con-
9 ſequentiam: *Manſ. conſult. 777. ſub n.26. verſ. & eſt in jure.*

Minimè refragante, quòd cum Joannes
non mandaverit effectuationem
commiſſionis, ſed hoc repoſuerit in
libera facultate Bernardi, ſi iſte elegit
emere, & tranſmittere Davidi Franciſco
Salmas Serici, iſtius fidem, non Joannis
ſequi voluiſſe dicendum eſt, ac
proindè iſte ad nihil ob tale conſilium
tenetur. Quoniam verba *potere effettua-*
10 *re* non intelliguntur de potentia naturali,
ridiculum enim eſſet dicere Bernardo,
ipſum habere potentiam naturalem
ſi ſendi duas Salmas Serici Davidi
Franciſco, ſed referuntur ad potentiam
ſecuritatis, quaſi quòd Joannes dicere
voluerit Bernardo ejus Correſponſali,
poſſe tutò effectuare commiſſionem
11 circa tranſmiſſionem Serici, requiſiti à
David Franciſco abſque ullo periculo,
& præjudicio ſolutionis earum. verbum
enim *poteſt*, juxta ſubjectam materiam
accipitur, & interpretatur. *Aretin. in
l. Gallus ſub n.3. ibique Soccin. Jun. numer.30. ff. de liber. & poſthum. Mandell.
Alb. conſ.50. num.5. Caroc. de Obligation.
par.2. quæſt.10. num.11. Schrader. de Feudis
par.10 ſect.19. n.197. Cyriac. controver.548.
num.15. Rot. cor. Dunozet. Jun. dec.341.
num.5. in rec. dec.48. n.4. par.2 & poſt Albit. de Inconſtant. in Judic. dec.49.
n.35. repetit. inter dec. Lucen. Diverſor. recollect. per Palm. Nepot. deciſ.187.
n.23. & poſt De Luc. de Servitut. dec.9. n.34.* prout alia quæcunque
12 verba accipienda eſſe ſecundum ſubjectam
materiam *Alexand. conſ.16. n.5.
lib.3. Beccius conſ.181. n.40. Berò conſ.
105. num.25. lib.1. Torr. Quæſt. Jur. lib.
1. tit.4. quæſt.6. num.8. fol.672. & lib.1.
Miſcellan. par.1. tit.12. quæſt.19. n.83.
fol.550. Rot. Senen. apud Marc. Medic.
dec.20. n.30. & examin.52. n.18. Senatus
Mantuanus apud Surd. dec.43. n.16.
Rota Romana in rec. dec.369. ſub num.6.
par.1. & dec.681. num.4. par.18.* adeout
13 quandoque etiam neceſſitatem importent.
*Bartol. in l. Gallus, in principio, n.4.
ibique Alexand. n.8 Jaſon. n.15. & in repetit.
n.39. Soccin. Jun. n.30. ff. de liber.
& poſthum. Gratian. diſcept.630. ex n.3.
Cyriac. contr.548. n.15. & contr.689. n.
121. Senatus Mantuanus apud Surdum
dec.268. num.13. Hodiern. ad eundem deciſ.
232. n.8 Rot. cor. Dunozet. Jun. dec.341
n.5. in rec. dec.263. num.19. part.15.
& poſt Albit. de Inconſtant. in Judic. d. deciſ.
49. num.35. & poſt de Luc. de Fideicommiſ.
Mantiſſ. dec.85 ſub n.14.*

Paritèr non ſubſiſtit, quòd Auctoritates,
per nos ſupra relatę, fundentur
in ſolo Statuto Lubæcenſi, non autem
in aliqua Juris diſpoſitione, qua inſpecta,
ex conſilio, aut commendatione,
etiam ſi verſetur circa certum, & de-
14 terminatum negocium, obligationem
non contrahi, ſcripſit *Imola in cap. Fraternitatis,
in fine, de Cleric. non reſidentib.
Joannes Faber in §. Tua tantum, num.5 Inſtit. tit. mandat.*

Quandoquidem plures ex prædictis
Auctoritatibus, prout ſunt *Card. de Luc.
de Camb. diſc.30. n.7. & 8. & de Credit.
diſcurſ.90. ex num.4. & ſeqq. Carpzov.
Juriſprudent. Forenſ. part.2. d. conſt.18.
defini.t 14. n.7. & ſeqq. fol. mihi 374. Kopp. dec. Germaniæ 36. num.9. part.1.* nul-
15 lum faciunt verbum de Statuto Lubecenſi.
Aliæ verò Auctoritates etiam ſi
adducant diſpoſitionem Statuti præfa-

ti

ti, tamen concluſionem, & theoricam prædictam cum legibus Imperialibus, & communibus confirmant, &
ſolùm ad magis, magiſque corroborandam Juris Communis ſanctionem,
adducunt Statutum Lubecenſe, id ipſum
diſponens, & viceverſa ad oſtendendam juſtitiam Statuti Lubecenſis, uniformitatem illius cum Jure Communi
probare nituntur.

Quòd verò etiam in terminis Juris
communis, commendationes factę ſuper
certo negocio obligationem non inducant, ex *Imola*, & *Fabro*, noſtro aſſumptui non adverſatur, vel quia contra-
16 riam opinionem eſſe in Jure fundatam, & veriorem, eſt *Textus in l. qui
cumque 5. §. Sed & cum fallo ff. de inſtitor.
actione.* & tradunt *Bartol. in l. Lucius Titius 25. num. 1. verſ. quandoque ff. de fidejuſſor. Maſcard. de Probat. concluſ. 628.
num. 8. & concluſ. 1006. numer. 17. & 18.
Gamma de Script. Privat. lib. 3. tit. de Literis commendatitiis, n. 6. fol. 165. Raliant.
de Commiſſ. part. 2. lib. 5. cap. 14. num. 14.
Gomez. Variar. Reſolut. tom. 2. cap. 13. numer. 5. R. P. D. Anſald. de Commerc. &
Mercat. Diſc. General. num. 148. Rota
cor. Cerr. dec. 804. n. 2.*

Idque adeò verum reputatur, ut
neceſſarium non ſit, commendationem
ad certum negocium expreſsè referri,
17 ſed ſufficit etiam implicita, & virtualis relatio ad negocium particulare,
ut commendans remaneat obligatus.
Undè ſi commendatio ſit ſavore Inſtitoris, vel Factoris in aliqua mercantia,
obligationem ſcribentis inducit, quia
tunc videtur commiſſum, & ordinatum, quòd Latori adhibeatur fides
18 in negocio illius Mercantiæ, ut expreſsè diſponit *Text. in d. l. quicumque 5.
§. Sed cum fallo ff. de inſtitor. action.*
& docet *Bartol. in d. l. Lucius 25. n. 1.
verſ. fallit, ſi ex qualitate ff. de fidejuſſor. Franciſcus Roccus de Literis Cambii
notabil. 43. num. 122. verſ. contrarium verò judicatur, impreſſ. poſt 2. vol. reſponſor. fol. mihi 288. in ultima editione Anni 1702. Marant. in Specul. d. part. 6. V.
ſin autem producuntur teſtes, num. 55. circa medium, verſ. at ſecus ſi contrarium,
fol. 353. Maſcard. de Probat. d. concluſ.
628. num. 4. & concluſ. 1006. num. 19. Gamma de Script. Privat. lib. 3. tit. de Literis commendat. num. 10. 11. & ſeqq. & ſub
num. 19. fol. mihi 164. Stracc. de Aſſecurat. gloſ. 11. num. 34. Trentacinq. Variar.
Reſolut. lib. 3. reſolut. 18. verſ. hac concluſio. Carpzov. Dec. Saxonę part. 2. tit.
dec. 126. num. 10. & 21.* ubi per extenſum refert ſententiam latam de Anno 1646. à Scabinis Lipſienſibus.

Vel quia dicta controverſa opinio
ad ſummum poteſt procedere, quando concurreret ſola circumſtantia,
quòd ageretur de certo, & determinato negocio, ſed quando ſuperaccedunt etiam alię, quòd ſimus inter Mercatores, & quòd commendatio cadat
ſuper perſona incognita ei, cui lite-
19 rę ſcriptę ſunt, tunc nemo eſt, qui
contradicat Auctoritatibus ſupra recenſitis *num. 6. & 7.* & theoricę inductivę obligationis.

Magna enim eſt conſtituenda differentia inter hos caſus, quando enim
ultra particularitatem negocii, concurrit, quòd lis eſt inter Mercatores,
inter quos literę fuerunt ſcriptę, &
reſpectivè receptę, & quòd ad favorem perſonę incognitę exaratę fuerunt, etiamſi perſuaſorię, & commendatitię ſint, obligationem pariunt.
Qualitas enim Mercatorum operatur,
ut cum ipſis pro celeri, & libero commercio expediat, ſolutiones punctualitèr, & debito tempore fieri, nec inter eos literę aulico, & adulatorio
ſtylo confectæ, practicari ſoleant, ſed
exuberantiſſima bona fides requiratur,
perſuaſor ſemper fidejubere cenſetur,
20 ut hac ratione ponderata, concludunt
in ſpecie *Carpzov. Juriſprud. Forens. parte 2. d. conſt. 18. defin. 14. num. 8. Mevius
ad Jus Municipal. Lubecenſ. tom. 1. lib. 3.
tit. 10. d. art. nunc num. 40. fol. mihi 219.
Roſcner. de Libris Mercat. d. cap. 15. n. 11.
fol. mihi 219. Marquard. de Jure Mercator. lib. 2. cap. 11. ſub num. 69. Raudenſ. de
Analog. cap. 30. num. 270.*

Et ad idem conducit deficientia cognitionis perſonę in eo, cui literę
directę ſunt, ex tali enim qualitate
arguitur, Commiſſionarium non voluiſſe ſequi fidem perſonę commendatę,
cujus apud eum nulla erat notitia, ſed
21 ſcribentis, qui tali caſu ad facilitandum negocium fidem ſuam pro eo interponere voluiſſe cenſetur, ut in ta-

 divi-

dividuo obſervat *Card. De Luc. de Cre-
dit. diſcurſ.90. n.8.*

Minùs obeſſe valet, quòd Auctori-
tates prædictæ loquantur per verba *ro-
gationes*, quæ de per ſe obligationem
inducunt. Etenim pleræque ex Aucto-
22 ritatibus, per nos ſupra citatis *n.6. & 7.*,
loquuntur de ſimplici perſuaſione, &
ſignan èr *Marquard. de Jure Mercat. &
Commerc. lib.2. cap.11. num.69. & ſeqq.
Mevius ad Statut. Lubecenſ. tom.1. lib.3.
tit.10 artic. unic. num.24. & 40. Card.
De Luc. & Malinſ.* Aliæ verò, quæ
utuntur verbo *rogationes*, illud conjun-
gunt cum alio verbo *perſuaſiones*, &
vim non faciunt in qualitate verbo-
rum rogatoriorum: Tum quia in pro-
greſſu ſermonis ſemper de *perſuaſo*, &
perſuadente loquuntur, & in perſuaſio-
ne unicum conſtituunt fundamentum,
non in rogatione, & contra ſcriben-
tem, tamquam perſuadentem, non
tamquam rogantem, actionem tribuunt,
ut patet ex lectura. Tum etiam quia
duplicem propoſitionis ab ipſis firma-
tæ reddunt rationem, à rogatione di-
23 ſtinctam, primam nempè, quia per-
ſuaſor inter Mercatores ſemper fideju-
bere cenſetur, ut videre eſt apud *Car-
pzov. Juriſprud. Forenſ. part. 2 conſtit. 18.
definit. 24. num.8. & 9. Raleuer. de Libris
Mercator. d. cap. 15. num.11 fol. 119.* Al-
teram, quia dans occaſionem damno,
24 damnum dediſſe videtur, ut ſcribit
*Kloppen. dec. Germanica part.1. deciſ.36.
num.9.*

Tum demùm quia nec etiam natura
verbi *rogo* quidquam diverſificat. Piæ-
ſcindendo enim ab hypotheſi, in qua
rogatio facta ſit pro perſona incogni-
ta, pro certo, & determinato nego-
cio, ac inter mercatores, quo in caſu
ex adjunctu, non ſecus ac perſuaſio,
rogans, ac perſuadens æqualitèr
remanent obligati. Deficientibus dictis
circumſtantiis, verba rogativa accipiun-
25 tur pro commendatitiis, & rogantem
non obligant, ut eſt *Textus literalis
in l. ſi verò non remunerandi 12. §. Cum
quidam ff. de mandati* ibi – cum quidam
talem epiſtolam ſcripſiſſet amico ſuo,
rogo te, commendatum habeas Sexti-
lium Creſcentem, amicum meum, non
obligatur mandati, quia commen-
dandi magis hominis, quàm mandan-
di cauſa ſcripta eſt – ibique Scribentes
communitèr *Omnes de Contract. tom.2.
tract.13. diſput.44. de Mandato, ſect.1.
ſub n.20. fol. mihi 603.*

Certoque certiùs prædicta locum
habere debent, attento quòd cum
perſona Davidis Franciſci eſſet, ut di-
ctum eſt, omninò incognita Bernardo,
iſte Salmas Serici eidem non crediſ-
ſet abſque perſuaſionibus, & præce-
denti approbatione Davidis, facta à
Joanne, ut de hoc etiam clarè ſe ex-
preſſit Bernardus in ejus epiſtola reſ-
ponſiva, de qua *in Summ. n.5.* ibi – *della
quali Balle di ſeta a voſtra raccomanda-
tione noi lo ſerviremo*, & rurſus ibi –
*eſſendo ben perſuaſi, che ſe noi manco, il
quale noi poſſiamo conſidare voſtro bene,
in riguardo alla relatione per lui van-
taggioſa, che voi ce ne fate* – Epiſtolæ
autem exhortativæ, & commendatitiæ,
quando dederunt cauſam contractui,
& induxerunt eum, cui directæ ſunt,
ad contrahendum, aliàs non contractu-
rum, obligationem inducunt, eo quia
26 commendatio facta dicitur ad effectum
præciſum inducendi perſonam, in quam
illa confertur, ad ſequendam fidem
commendantis, ipſiuſque intuitu com-
miſſionem adimplendam, & ſic perſua-
ſor habetur pro auctore immediato im-
plementi commiſſionis, qui proindè de
ſubſecuto eventu tenetur, ut eſt *Textus
in l. ſi remunerandi 6. §. Si tibi mandavero,
in fine ff. mandati, & in §. Tua autem
Inſtit. eodem titul. Omnes ſuper d. §. Tua
autem, n.2. verſ. primo caſu. Vinnius
num. 4. Harprecht. n.4. & 5. Arnis. ſub
n.3. Gaſpar. Manz. ibidem ſub num.10.
& 11. Baſſetius d. lib.3. Inſtitut. de
mandato, verſ. mandatum autem contra-
hitur, fol. mihi 340. Albert. in l. ob hæc
verba 10. n.1. ff. de his, qui notantur in-
famia, & in l. 1. n.4. ff. mandati. Hou-
ring. de Fidejuſſor. cap.6. ſub num.28.
verſic. ſed vix effugere poterit. De Luc. de
Camb. diſc.30. ſub n.7. Mevius ad Sta-
tut. Lubecenſ. tom.2. lib.3. tit.10. artic.
unic. n.30. & ſeqq.*

Non refragante, quòd litera com-
mendatitia, tametſi cauſam dederit
contractui, non obliget ſcribentem,
niſi quando commendatio fuit doloſa,
27 vel Epiſtola, non ſimplicem commenda-
tionem, ſed mandatum etiam continet,
ut

ut diſtinguit *Joannes Faber in d. §. Tua tantum, num.4.& ſeqq. Inſtitut. mandat.* Etenim contraria opinio verior eſt,
28 ut patet ex Auctoritatibus ſupra proximè citatis: & *Faber* in oppoſitum adductus, non loquitur in epiſtolis com-
29 mendatitiis, ſed continentibus ſimplex conſilium, quod eſt quid minus: Et tamen in his quoque terminis, etiam puri, & ſimplicis conſilii non doloſi, ſi conſilium fuit tanti ponderis apud recipientem, ut aliàs facturus non eſſet, adeout fuerit cauſa præciſa con-
30 tractus, conſulens tenetur, ut declarando *Fabrum*, tradit *Myſinger. in d. §. Tua tantum, ſub num.3. verſ. Faber tamen, & n.5. verſ. deinde ceſſat regula.*

Ea ratione, quia quando non conſulitur, nec ſuadetur alicui verbis generalibus, puta, ut pecuniam fœneret, quo caſu cum ſit in libera facultate ejus, cui perſuaſio facta eſt, pecuniam credere, & electio perſonæ, cui credenda eſt, ſi minùs idoneo illam crediderit, ſibi imputare debet, non autem conſiliario, qui remota fraude venit excuſandus; ſed conſilium datum eſt certa deſignata perſona, puta ut pecuniam credat, vel fœneret Titio, quem conſiliarius laudavit, & approbavit, iſtoque ſuaſore, & impulſore factum eſt, quod alias is, cui conſilium datum eſt, non feciſſet, in his quippe terminis tale conſilium habet vires mandati, quia conſiliarius fidem ſuam
31 pro perſona deſignata interponere videtur ad obtinendum finem executionis commiſſionis, unicè ab eo volitum, ac proindè obligatus remanet ad totum id, quod ex malo conſilio naſci poteſt, benè *Arnoldus Vinnius Inſtit. lib.3. tit.27. de mandat. §. Tua tantum 6. n.4. V. at pecuniam Titio fœnerares*, & antea *in notis ad Rand. eod. Verb. Harpprecht. ibidem n.7. Valenzas, num.3. verſ. verum hæc ita ſunt diſtinguenda.* optimè *Brunneman. ibidem, num.5.* latè *Gaſpar. Manz. num.9. & ſeqq.* novum
32 enim non eſt, ut conſilium, perſuaſio, vel commendatio, in pluribus caſibus habeat vim mandati, & ad inſtar mandati obliget, ut ultra *Vinnium*, ſupra relatum, tradunt in ſpecie *Brunneman. Inſtit. lib.3. tit.27. de mandat. d. §. 6. num.5. fol. mihi* 182. *Marquard. de Jure Mercator. lib.2. d. cap.11. ſub n.69. verſ. & ſex elegantiſſimos. Mevius ad Jus municipale Lubecenſ. tom.2. lib.3. tit.10. d. artic. unic. n.11. fol. mihi* 217. *Maur. de Fidejuſſor. par.2 ſect 3 cap.4. n.8. & 9. fol. mihi* 178., & perſuaſio, quando eſt nimia, & valdè urgens, habeat
33 vim coactionis, ut in noſtris terminis *Maur. de Fidejuſſor. par.2. ſect.7. cap.7. n.13. & 14. fol. mihi* 338. *Henriqg. eodem Tract. cap.8. n.24.*

Similitèr non refragatur exemplum Proxenetæ, qui regularitèr certa negocia explenda proponit cum perſonis, quas laudat, & commendat, &
34 nihilominus abſolutum eſt in Jure, & in praxi, quòd ceſſante dolo Proxenetæ, nec mandati, nec aliam contrahit obligationem, ut eſt *Textus in l.2. ff. de Proxeneticis. Bald. in conſ. 360. num. 2. lib. 3. Stracc. de Mercatur. tit. de Decoctor. in rubr. quomodo procedendum ſit, in 2. par. 2. ultim. princip. n.34. & 35.*, & latè *de Proxeneticis par.3. tit. quando in negot. interven. Proxenet. n.1. & ſeqq. & ferè per totam. Marquard. de Jure Mercator. lib.1. cap.8. num.56. & 72. Hering de Commerc. Terreſt. lib.1. cap.5. de Proxenet. ex n.11. Zacch. de Salar. quæſt.83. n.8. Merlin. de Pignor. lib.4. quæſt.159. num.1. & per tot. Marta Voto Piſano 146. ex n.4. Rota in rec. deciſ.662. num.1. & ſeqq. par.4. tom.3.*

Quoniam Proxenetæ ideò non remanent obligati, quia in negocio miniſterium tantum accomodant, & ex qualitate officii notorium eſt, quòd quæcunque verba laudativa, etiam ampliſſima, nunquam ab ipſis prolata cenſentur, nec à contrahentibus cum eis intellecta ad finem approbandi perſonam propoſitam, nec ſe pro ea obligandi: Unde mirum non eſt, ſi deficiente in utraque Parte animo obligationem explendi, & recipiendi,
35 ex commendatione perſonæ incognitæ, cum qua aliàs contractum non feciſſet, Proxenetæ obſtricti non remaneant. Actus enim agentium, ultra eorum intentionem non operantur, ut per *Textum in l. non omnis, in princip. ff. de reb. credit.*, in propria noſtra materia tradit *Mevius ad Jus Municipal. Lubecenſ. tom.2. d. lib.3. tit.10. ar-*

tit. unic. num.3. & 4. fol. mihi 216. Stracc. de Proxenet.diſt. part.3. num.8. & 9. Roſentr. de Libris Mercator.d. cap. 15. num.7. Carpzov. Juriſprudent. Forenſ. part.2. conſtit.20. defin.10. n.3. fol. 587.ſed quando ſumus in perſonis, quibus non reſiſtit voluntas contrahentium, nec qualitas officii, tunc commendans, qui effrenatis commendationibus, & perſuaſionibus, approbando perſonam propoſitam, cauſam dedit contractui, & damnum intulit
36 Bernardo, illud damnificato reſarcire debet *De Luc. de Credit. citat. diſc.90. num.4. & ſeqq.* ubi reſpondet *Menochio, & Cephalo. Mevius ad Statut. Lubecenſ. tom.2. lib.3. tit.10. artic. unic. num.12. Maur. de Fidejuſſor. diſt. ſect.7.cap.7. num.15.& 16.fol. mihi* 338. *Henrieg. eodem Tractat. d. cap.8. n.25. Koppen. d. dec. Germaniæ 36. ex num.9. part.1.*

Hæc, quæ de Jure procedunt, multo fortiùs locum habere debent, attenta voluntate utriuſque contrahentis, qua concurrente, literæ, etiam ſimplicem, & generalem commenda-
37 tionem continentes, ſunt obligatoriæ, ut tradunt in individuo *Roſentr. de Libris Mercator. d. cap.15.num.8. David Mevius ad Jus Municipal. Lubecenſ. tom.2. lib.3. tit.10. dict. artic. unic. in fine, in Addit. ad num.30. verſ. alius caſus eſt, ſi ex circumſtantiis, fol. mihi 219. Sigiſmund. Finkelthaus obſerv.16.num.6.Carpzov. Juriſpruden.Forenſ. part.2. conſtit. 18. d. defin.24. num.6. fol. mihi* 574. *& dec. Saxonica part 2. dict. deciſ.136. num 16. R.P.D. Anſald. de Mercat. diſc. general. n.186.*

Iſtamque voluntatem reſultare cenſuerunt Domini ex confeſſionibus, reiteratè emiſſis à Joanne. In primis enim iſte ſub die 19. Februarii 1706. tranſmiſit David Franciſco computum
38 ſui crediti, & inter cæteras partitas, creditum conſtituentes, poſuit illam fidejuſſionis factæ Bernardo Senié. Non obſtante, quòd verbum *impegni con Senié*, non ſignificent fidejuſſionem, & quatenus hoc importaret, quòd talis confeſſio facta fuerit ſimulatè de tempore, quo timebatur decoctio Davidis Franciſci, quem hoc modo im-
39 pellere curabat Joannes, ut ſatisfaceret Bernardo.

Quandoquidem, quo ad primam objecti partem, iſta detegitur irrelevans, dum in computo tranſmiſſo, brevibus, & claris notis exprimitur, Joannem eſſe creditorem Davidis Franciſci ducatorum 270. ob fidejuſſionem, pro iſto factam favore Cailaud, & Roux, ſcutorum 1200. circiter, *delle quali ſono impegnato con Hubert, e Calandrina, e gli altri impegni verſo Senié &c. Summ. num.16.* ſi enim in Computo currenti, ad demonſtrandam quantitatem debiti Davidis Franciſci, ponuntur plures partitæ, & ſignantèr tres, ſupra regiſtratæ, & reſpectu partitæ ſcutorum 1200., verba *ſono impegnato*, nihil aliud ſignificare poſſunt, quàm *obligato*; de obligatione paritèr erga Bernardum Senié intelligi debent verba, *e gli altri impegni verſo Senié*. Verba enim in una parte ſcripturæ accepta in aliquo ſenſu, in eodem ſenſu prolata dici debent in alia ejuſdem ſcripturæ parte,
40 juxta theoricam *Bartol. in l. finali ff. de reb.dubiis*, quam ſequuntur *Alexand. conſ.60. num.114. lib.1. Rot. Bononien. apud Marc. dec 73. num.14. Rot. Senen. apud Marc. Medic. dec.1. n.58. dec.56. num.5. & dec.77. num.13. Rot. Rom.cor. Baratt. dec. 272. numer.8. Dunozet. Jun. dec.882. num.15. Emerix Jun. deciſ. 598. num.15., & in rec. dec.284. n.18. part.18.*

Hancque intelligentiam comprobant aliæ Epiſtolæ, & ſignantèr illa, de qua *Summ.n.30.*, in qua verbum *impegno* pro obligatione accipitur, ibi — *in queſto proſſimo la mia prima cura è ſtata di metterivi al coperto con tutto quello, che era al mio potere, per ſodisfare a' voſtri impegni con me*, & rurſus ibi — *ſe voi poteſſi per qualche mezzo ritirare dalla Poſta le lettere per Fiſcaux, voi ce ne troverreſte una dove io m'impegno per lire duecentocinquanta, che io vorrei bene ricevere* — ſignificatio autem, data alicui verbo, declarare debet quomodo illud accipi potuerit in alia ora-
41 tione, & contractu, cum verba dubia diſponentis in uno contractu, optimè declarentur à diſpoſitione ejuſdem in alia diverſa ſcriptura, in qua clariùs fuerunt expreſſa, ut pluribus con-
42 geſtis *Epiſcop. Rocca diſput.42. num.42. Rota poſt de Luc. de Dominio. dec.13. num.9.*

At-

Atque hinc ceſſat, quòd verbum *impegno*, intelligi poſſit de obligatione honoris, non burſali quoniam huic
43 intelligentiæ reſiſtit mens loquentium, ut ſupra oſtenſum eſt, & expreſſio certæ quantitatis, quæ non debetur per *gl' impegni d'onore*, ſed tantùm pro obligatione burſali, ſicut repoſitio dictarum partitarum in Computo currenti ad conſtituendum, & augendum creditum Joannis, quod nec conſtituere, nec augere poſſunt *gl' impegni d'onore*: ſemper autem verba, præſertim inter Mercatores, intelligi,
44 & interpretari debent, ut adaptentur ſenſui naturali plano, & veriſimili, & eo modo, quo illa inter negotiantes uſurpantur *Bartol. in l. ſi fidejuſſor §. Quidam ff. mandati. Stracc. de Mercat. part. ultima num. 1. De Luc. de Camb. diſc. 30. num. 5. Rota noſtra apud Manſ. conſult. 601. num. 12. tom. 6. Rot. Rom. cor. Ludoviſ. dec. 126. num. 7. Merlin. deciſ. 338. num. 10. & dec. 754. n. 10. Cerr. dec. 43. num. 18. in rec. deciſ. 88. num. 2. part. 2.*

Quo verò ad aliam objecti partem, non ſubſiſtit in facto, quòd die 19. Februarii Joannes Vaſſerot dubitaret de decoctione Davidis Franciſci Gaudot, dum dicta die, & die 22. ejuſdem menſis, d. Vaſſerot acceptavit, & pro honore, ut dicitur di *firme*,
45 perſolvit Litteras Cambii, ei directas à Gaudot, quod certè non feciſſet, ſi tunc temporis de ejus decoctione aliquam ſuſpicionem habuiſſet. Et quamvis præcedentèr, nempè die 29. Januarii, & 4 Februarii 1706., idem Vaſſerot ſcripſerit Bernardo, quòd ſuſpenderet tranſmiſſionem ſalmarum Serici, quatenus tempore receptæ Epiſtolæ commiſſio illas tranſmittendi effectuata non fuiſſet *Summ. n. 21.*: attamen quidquid ſit, an ordo ſuſpenſionis emanaverit ob periculum decoctionis, talis timor ex poſt ceſſavit, dum ſucceſſivè dd. litteras Cambii, à Gaudot confectas, Vaſſerot acceptavit, & perſolvit. Abſque eo quòd opus ſit indagare, an Vaſſerot dictam acceptationem, & ſolutionem fecerit, quia Franciſcus Gaudot periculum infortunii, & decoctionis, tunc evaſiſſet, vel quia ſolvens ſecurus remanebat ob fidejuſſionem ei factam à Fratre dicti Gaudot: Ex quacunque enim cauſa Vaſſerot acceptaverit, & ſolverit, ſemper erit verum dicere, quòd ſicut ex tali cauſa credebat ſe ſecurum in ſolutione literarum per *onore di firme* die 19. & 22. Februarii, ita ex eadem cauſa debebat credere, ſe eadem die 19. Februarii non indigere ſimulationibus: corruente autem motivo, ſeu
46 cauſa ſimulandi, deficit & ipſa ſimulatio, *Urceol. conſult. 9. num. 30. Paſton de Locat. cap. 10. num. 115. Rota coram Bichen dec. 603. num. 8. Celſ. dec. 195. n. 8. in recen. dec 155. num. 6. & dec. 223. n. 2. part. 18. poſt De Luc. de Feud. dec. 1. n. 7. & de Uſur. dec. 5. num. 36. & in Mantiſſa de Credit. dec. 22. num. 10. & dec. 44. n. 17.* Immò conjecturæ (quæ hic deficiunt) ad illam probandam non ad-
47 mittuntur. *Rot. coram Ottobon. dec. 238. num. 10. in rec. dec. 373. num. 23. part. 11. dec. 238. num. 8. part. 16. dec. 275. n. 20. part. 17. dec. 309. num. 14. dec. 340. n. 6. dec. 423. ex num. 1. & num. 9. & dec. 509. num. 8. & 20. part. 18. dec. 529. num. 15. & dec. 660. n. 3. part. 19.*

Eoque magis excluſa remanet prætenſa ſimulatio, quia doctum fuit de cauſa vera tranſmiſſionis talis computi, confeſſionem fidejuſſionis continentis: Prætendente enim David Franciſco, ſe eſſe creditorem dicti Joannis Vaſſerot, ut in Epiſtola huic ſcripta die 29. Januarii 1706. *Summ. n. 33.* ibi — *Voi mi dovete circa lire trecento in voſtro conto, e potevo farvi la Tratta oggi, ſe l'aveſſi voluta fare, ma non l'ho trovata a propoſito, tanto più che per la Dio grazia non ho biſogno di danaro per il preſente, non oſtante i grandi pagamenti, che ho fatto la ſettimana paſſata, e la precedente, tanto di voſtre Tratte, che di quelle di Legnan, ſe voi non mi avete rimeſſo, e che non arrivi la poſta, vedrò di prevalermi de' miei avanzi l'ordinario proſſimo, ò fra otto giorni &c.* Joannes Vaſſerot recepta hac epiſtola, aliiſque materiam pretenſi crediti adverſus eum concernentibus, dicto Davidi Franciſco Gaudot ſcribenti reſponſum dedit die 19. Februarii, tantùm abeſſe à veritate, quòd ipſe eſſet debitor Davidis Franciſci Gaudot, ut potiùs ex computo, quod incluſum

ſum in epiſtola hunc traſmittebat dignoſcere poterat ſe eſſe creditorem Gaudot conſiderabilis ſummę *Sum. n. 30.* ibi -- *voi avete viſto le Partite, che ho pagate per voi, e acciò poſſiate meglio riconoſcere quello, che vi ho domandato, toccante voſtro conto, e il mio, vi mando qui incluſo un eſtratto del voſtro conto, & una nota del mio, come io credo, che deve eſſere, voi vedrete di eſaminarlo, e dirmi ſe lo trovate giuſto, voi vedrete, che è ben lontano, che io vi debba, e voi che mi dovete conſiderabilmente, al che vi prego di aver' riguardo per non caricarmi di vantaggio. Mi ſono ſcordato di dirvi, che il Signor Eiſcaux ha fatto ſequeſtro nelle mie mani di tutto quello, che io poſſa avere, che vi appartenga, mercedè mi ha fatto citare per andare a dichiararlo con giuramento avanti li Signori Eſchevins. Io non avrò, come vedete, difficoltà per uſcire di quello, ſenza intereſſare la mia coſcienza, dicendo, che non ho niente a voi, al contrario, che voi me dovete a me, come poſſo provarlo.*

Si itaque tranſmiſſio computi facta fuit ob controverſiam, inter Gaudot, & Vaſſerot exortam, quis eorum eſſet creditor, vel debitor alterius, ex hoc tollitur prætenſa cauſa ſimulandi, quæ ſemper excluſa remanet, quoties docetur de cauſa vera, quam habuerunt in mente contrahentes, & actus
48 validè fieri potuit. *Rot. noſtra apud Magon. dec. 77. n. 16. Rota Rom. poſt De Luc. de Credit. in Mantiſſ. dec. 11. n. 8. & ſeqq. & dec. 14. n. 9.*

His accedunt aliæ confeſſiones ejuſdem Vaſſerot, emiſſæ in epiſtola ab ipſo ſcripta Simoni Blanco *Sum. n. 25.* in alia ſcripta Bernardo Senié *d. Sum. numer. 17.* & in alia ſcripta Davidi Franciſco Gaudot, de cujus lectura, & tenore deponunt Deputati ſuper concurſu in bonis dicti Gaudot *d. Sum. n. 13. & 14.* contra quas confeſſiones, & depoſitiones, licèt plura opponerent Defenſores Vaſſerot, tamen omiſſis iis, quæ adducebantur à Scribentibus pro Senié, ſatisfecit Dominis reſponſio, quòd cum ex tranſmiſſione ſupradicti
49 computi confeſſio Vaſſerot probata remaneat, iſtique actus ſucceſſivè adducantur pro adminiculo, ad hunc effectum ſufficientes ſunt, & ſuperabun-
50 dant, etiam ſi ſinguli ex eis exceptiones patiantur. *Rota cor. Corradin. 873. numer. 12. & ſeq. cor. Corr. dec. 445. n. 18. & in recen. deciſ. 285. num. 12. & 13. part 13.*

Explicitę confeſſioni Vaſſerot ſuper fidejuſſione, accedit etiam implicita, deſumpta ex epiſtola diei 26. Februarii 1706. ab eo ſcripta, in qua poſt certioratum Bernardum Senié de decoctione Davidis Franciſci Gaudot, ſubdit, quòd ſi tempore receptę epiſtolę non fuiſſet plenariè effectuata commiſſio Salmarum Serici, requiſitarum à Gaudot, mediante earum tranſmiſſione, illę dirigerentur DD. Paget, & Rane, vel ipſimet Vaſſerot, ut hoc modo evitarentur controverſię cum Creditoribus dicti Gaudot, *ut in Sum. num. 11.* Quod manifeſtè indicat, obligatum eſſe Joannem Vaſſerot pro dictis Ballis Serici, nam aliàs ſi ipſe non fuiſſet debitor illarum, Debitore decocto, remanere debuiſſent penes Bernardum Senié, cui data fuit commiſſio, ipſeque illas amplius traſmittere non debuiſſet. Unde dum Vaſſerot Bernardum requirit
51 de tranſmiſſione, ſignum eſt, quòd etiam poſt decoctionem, adhuc remanebat alia perſona obligata ad illarum receptionem, & pretii ſolutionem.

Clariùs id convincit ſubſequens pars dictę epiſtolę, in qua petit à Bernardo, ut ſcribat, quid faciendum ſit ſuper dictis Ballis Serici, pro intereſſe tam dicti Bernardi, quàm ipſiuſmet Vaſſerot, ibi -- *Voi avviſarete ciò, che converrà di fare qui ſopra per voſtro intereſſe, e li mio* -- Cumque nullum aliud
52 intereſſe habere poſſet Vaſſerot ſuper dictis Ballis Serici, quàm illud fidejuſſionis, pro Gaudot factę, hinc ex hoc facto eruitur, Vaſſerot ſemper recognoviſſe ſe pro dictis Salmis Serici obligatum fuiſſe, taleſque actus ſubſequentes, à Joanne geſti, benè influunt
53 ad declarationem ejus, quod ipſe intellexerit in epiſtola, præcedentèr ſcripta. *Cyriac. controv. 210. num. 13. & 14. Rota Bononien. apud Peſth. dec. 39. n. 48. Rot. Romana coram Priol. dec. 184. n. 9. & in rec. dec. 87. n. 19. part 15.*

Nec juvat replicatio, quòd verba illa *qui ſopra*, intelligantur de decoctione

næ, circa quam in eadem epiſtola Joannes Vaſſerot ſcripſerat, quia de decoctione facta fuit mentio in prima parte epiſtolæ, non diſpoſitivè, ſed dumtaxat narrativè, ut ſtante illius ſcientia poſſet Bernardus Seniè tranſmittere Ballas Serici perſonis, in epiſtola indicatis, nè illę pervenirent ad Decocti Creditores, ſuppoſita autem tranſmiſſione dictarum Ballarum, vel ipſimet Vaſſerot, vel Paget, & Ranc, prout magis congruum viſum fuiſſet Seniè, quòdque illę fæliciter perveniſſent ad eum, cui Bernardus Seniè direxiſſet, operæ pretium erat ſcire, quid de dicto Serico fieri debuiſſet, ſuper quo capi non poterat reſolutio, niſi audito etiam Bernardo Seniè, dum iſte
54 ſuper dictis Salmis habebat intereſſe pro obtinenda ſolutione, & quidem prælativè ad omnes, ex quo decoctio fuit ferè contemporanea, ut in ſpecie firmat *Manſ. conſult.* 10. *ex n.* 27. *conſult.* 344. *num.* 13. *& ex n.* 22. *& conſult.* 345. *ex num.* 12. *Marquard. de Jure Mercator. & Commerc. lib.* 2. *cap.* 9. *ex num.* 30. *Conſtantin. ad Statut. Urbis annot.* 30. *ex num.* 12. ubi plures refert. *Franciſc. Rocciis de Decoctor. num.* 122. *& ſeqq. impreſſ. poſt lib.* 2. *Reſponſor. ejuſdem. Hevia de Commerc. Terreſtr. lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 12. *De Luca de Credit. in Summa n.* 277. *Rot. noſtra apud Manſ. conſult.* 343. *& ex n.* 18. *& ex n.* 37. *Adden. ad Rot. Romanam in recen. deciſ.* 9. *num.* 119. *& ſeqq. par.* 3., & ſucceſſivè pro reſiduali pretio conſequendo unicum intereſſe erat Domini Vaſſerot, ſicque benè in hac parte verificatur intereſſe utriuſque, verificari autem non poterat, ſi verba illa *qui ſupra*, intelligi debuiſſent de decoctione, quia Bernardus Seniè, qui tranſmittere debebat Ballas Serici, non Debitori decocto, ſed perſonis, à Vaſſerot deſignatis, non erat creditor concurſus, nullumque ſuper eo intereſſe habebat, & conſequenter, ſicut reſpectu Bernardi Seniè verba *qui ſupra* intelligi non poterant de
55 decoctione, ita nec talem intelligentiam recipere poſſunt reſpectu Vaſſerot, cum una determinatio, plura determinabilia reſpiciens, ea difformiter determinare non debeat, contra Textum *in l. jam hoc jure ff. de vulgar.*

Et demum hęc omnia comprobat pingue teſtimonium diverſorum Mercatorum, qui ſuper caſu præciſo bis interrogati, reſponderunt, literam Joannis Vaſſerot importare fidejuſſionem ad favorem Bernardi, ſive illa de per ſe conſideretur, ſive unita cum circumſtantiis, de quibus ſupra. cui documento cum conforme ſit aliud Mercatorum Teſtimonium, redditum
56 in caſu, ſuper quo ſcripſit *De Luc. de Camb. diſc.* 30. *n.* 8. *& diſc.* 90. *num.* 7. plenè deferendum eſt in hac materia. *Marquard. de Jure Mercator. & Commer. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 65. *Card. de Luc. de Camb. d. diſc.* 30. *n.* 5. *& de Credit. d. diſc.* 90. *n.* 7. *Caſareg. de Commerc. diſc.* 10. *n.* 30. *& diſc.* 13. *dec.* 34. *Rota Januen. de Mercat. dec.* 7. *n.* 11.

Non refragante contraria depoſitione aliorum plurium Mercatorum, atteſtantium, ex litera Joannis Vaſſerot nullam contractam fuiſſe obliga-
57 tionem. Quoniam cum illi, deponentes ad favorem Bernardi, ſint muniti aſſiſtentia Juris, prævalere debent aliis, qui tali aſſiſtentia ſuffulti non ſunt. *Mieres. de Majorat. part.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 374. *&* 381. *& part.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 107. *Rot. in rec. dec.* 459. *num.* 21. *part.* 19. *& poſt De Lucam de Feudis in Mantiſſa dec.* 2. *n.* 3.

Abſque eo quòd à ſupradicta ſententia nos retrahere potuerit omiſſa deſcriptio dictæ fidejuſſionis in libris Bernardi Seniè. Etenim Bernardus nullam habebat neceſſitatem deſcribendi in libris fidejuſſionem Joannis, quia cum retineret penes ſe epiſtolam, à Joanne ſcriptam, & datam in hodierno *Sum. n.* 1., ex qua ejus reſultabat obligatio, non indigebat alia deſcriptione. Et re vera quòd iſtud fuerit motivum non faciendi dictam deſcriptionem, ſuadetur ex quo, habita ſcientia decoctionis Davidis Franciſci, ſtatim Bernardus conqueſtus eſt de perſona Joannis, cui clarè ſuam intentionem expreſſit, ſe ejus contemplatione, & intuitu fidaſſe Sericum Davidi, dictumque Joannem ſemper in debitorem recognoviſſe, ab eoque conſequi velle ſatisfactionem ſui crediti. *Summ. n.* 12. Et tamen nec de eo tempore, quo ſpe-

ſpecificè declaravit de habendo pro
unico debitore Joannem, conſtat eum
deſcripſiſſe debitorem in libris, niſi
poſt annum,* & ultra: Signum evi-
58 dens eſt, quòd ab omiſſione dictę
deſcriptionis nulla deſumi poteſt
conjectura intentionis Bernardi,
quòd non habuerit pro debitore Joan-
nem, ſicut ſtantibus conjecturis in
59 contrarium, ex non facta cancellatio-
ne in libro, non probatur negativa
ſolutionis. *Marquard. de Jure Mer-
cator. lib. 2. cap. 14. num. 62. & num. 74.
& lib. 3. cap. 9. num. 41.* prout dicta ne-
gativa ſolutionis, & crediti, non proba-
tur ex non facta deſcriptione ſolutionis
60 in libro. *Rota. conſ. 35. num. 19. lib. 1.
Pariſ. de Locat. cap. 51. num. 73. Rota
coram Baratt. dec. 10. num. 6. Zarat. dec.
53. num. 42.*

Maximè quia, attenta proficua re-
latione, & encomiis factis à Joanne,
firmitèr credere poterat, ſe ſtatim ſo-
lutionem conſecuturum à Gaudot,
ut demonſtrant Epiſtolę, ab eodem
Bernardo ſcriptæ, tam huic, quàm
Joanni, de quibus *Sum. n. 4. 8. & 9. &*
61 *ſeqq.* quo caſu nulla opus erat deſcri-
ptione, cum per ſolutionem debitum
extinctum remanſiſſet. *§. 1. Inſtit. quibus
modis tollitur obligatio, & l. non ſolven-
do ff. de negot. geſt.*

Vel etiam quia credere potuit, quòd
Joannes teneretur ſolùm in caſu, quo
Bernardus damnum paſſus eſſet, & ſic
quòd efficaciter obligatus non reman-
ſiſſet à principio, ſed ſolùm poſt ſe-
cutum damnum: prout ratione dam-
ni tantùm teneri ſcribentem literas
62 credentiæ, vel commendatitias, quan-
do commendans non ſcripſit quòd fie-
ret particularis contractus, ſed quòd
daretur fides exhibenti literas in his,
quæ diceret, quia eſt de voluntate
ſcribentis plenè informatus, firmant
63 *Bartol. in l. Lucius Titius 25. ſub n. 1.
verſ. fateor tamen ff. de fidejuſſor. Maſ-
card. de Probat. concluſ. 1006. num. 18.
Stracc. de Aſſecurat. gloſ. 11. num. 37.*
Mercatores enim caſus legales diſtin-
guere neſciunt, cum regulas Juris,
quæ eorum ſphæram traſcendunt, non
64 attingant. *Caſareg. de Commerc. diſc. 42.
num. 17.*

Prout obicem facere non valuit
omiſſa excuſſio bonorum Davidis
Franciſci. Quia illa neceſſaria non eſt
in notoriè decocto, nec quoties agi-
tur inter Mercatores, inter quos non
habet locum beneficium excuſſionis,
etiam ſi renunciatum non fuerit bene-
ficiu, ſavore Fidejuſſorum introducto,
adeout ex hoc capite potuiſſet Bernar-
dus directè pro ſolutione urgere Joan-
nem Vaſſerot, ſive quia exceptio ex-
cuſſionis eſt de Juris apicibus, & inven-
65 ta ad rigorem Juris conſervandum,
qui non recipitur in foro Mercato-
rum, ubi ſummariè, & ex æquitate
proceditur, ſive quia utilitas publica,
& præcipua fides, quam habent homi-
nes in prompta ſolutione Campſorum,
hanc exceptionem rejiciunt, ut tradunt
*Surd. conſ. 309. n. 3. Gratian. diſcept. 64.
num. 11. & 12. & diſcept. 279. num. 13.
& 45. Gail. Practicar. Obſervat. lib. 2.
cap. 27. num. 27. Caler. de Proceſſ. Execut.
part. 1. cap. 10. n. 393. Maſcarell. in Prax.
Fidejuſſor. par. 2. quæſt. 10. num. 2. & 3.
Medices de conſervand. poſſeſſ. num. 312.
verſ. ſecundò fallit. Stracc. de Mercatur.
Rub. quomodo in Cauſis Mercator. tit. de
Exception. num. 5. Gomez. Variar. Reſolut.
tom. 2. cap. 13. ſub num. 14. Roſtner. de Li-
bris Mercatorum cap. 11. num. 114. & ſeqq.
David Mevius ad Jus Municipal. Lubec.
conſ. tom. 2. lib. 3. tit. 5. artic. 1. num. 9. &
ſeqq. Neguſant. de Pignoribus part. 8. mem-
bro 1. num. 29. Henring. de Fidejuſſor.
cap. 17. n. 85. & ſeqq. Marquard. de Jure
Mercator. lib. 2. cap. 8. n. 12. & 13. R. P. D.
meus Anſald. de Commer. & Mercatur.
Diſc. General. n. 86. & 87. Sacrum Conſil.
Neapolitan. apud Franch. dec. 303. n. 4.
ibique De Luc. num. 10. in fine. Rota Peru-
ſin. apud Ludovic. dec. 45. num. 12. Sena-
tus Burdegalen. apud Boer. dec. 211. n. 15.
Senatus Pedemont. apud Theſaur. dec. 156.
num. 7. Berlich. part 2. dec. 14. num. 47.
Rota Januen. de Mercatur. dec. 78. num. 3.
& dec. 92. num. 3.* quidquid contrarium
dixerit *Marquard. de Jure Mercator. lib. 2.
cap. 11. num. 73. & lib. 3. cap. 8. ſub num. 5.
& ſeqq.* maximè dum contractus fuit
66 celebratus Liburni, ubi deficiente par-
ticulari Statuto, vivitur cum Statuto
Florentię, teſte *Rota noſtra lib. Motiv.
106. fol. 480. lib. 107. fol. 374. lib. 120.
fol. 121. §. Sed in præſenti,* per quod Sta-
tutum hæc excuſſio prohibita remanet,
ut

67 ut *in rub.59. lib.2.* & in ſpecie hujus noſtri Statuti *Ger. Spin. conſ.54. ſub n.66. & 67.* & poſt *Socinum*, quem refert, tradunt *Carroc. de Excuſſion. par.2.q.29. num.2. David Mevius ad Jus Municipal. Lubecenſ. tom.2. lib.3. tit.5. art.1. n.33. & 34. fol. mihi 98. Maur. de Fidejuſſor. part.2. ſect.6. cap.3. numer. 207. fol. mihi 303. Joannes Boſſius*, olim in
68 hac noſtra Curia Judex Celeberrimus, poſtea S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis ampliſsimus, & Regni Francorum Magnus Eleemoſinerius in ejus Conſilio inſerto apud eumdem *Maurum de Fidejuſſor. part.2. ſect.10. poſt caput 23. n.9. fol. mihi 496. Sabell. reſolut.91. ſub n.1. & ſeqq. Rota noſtra apud Venturin. dec.15. n.13. Senatus Burdigalen. apud Boerium dict. dec.221. ſub n.15.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Pro fructibus Cenſus ſub falſa credulitate ſolutis, datur indebiti repetitio, Obligatio per Procuratorem facta, nulla eſt circa id, quod excedit formam mandati, & ſatis dicitur exceſſiſſe, ubi Mandatum eſt factum ad ſe obligandum in ſolidum cum aliis, quos deinde ſe pro rata obligare paſſus fuerit. Indebiti repetitio non excluditur, quia creditor potuerit recipere ob ſui crediti veritatem, & quando. In hac materia repetitionis indebiti non excuſat, quod fructus ſint percepti, & conſumpti bona fide.

SUMMARIUM.

1 *Fructus Cenſus ſoluti ex erronea credulitate, quod ad ſolventem ſpectarent, repetuntur.*

2 *Solvens, non deducta exceptione ſibi competenti, ſolutum valet condicere.*

3 *Obligatio facta à Procuratore præter, vel contra formam mandati, eſt nulla.*

4 *Adducuntur Auctoritates loquentes de exceſſu mandati, propter obligationem inſolidum.*

5 *Obligatio nulla ob exceſſum Mandati allegari valet etiam à ſucceſſore ſingulari.*

6 *Et à reo, & poſſeſſore ad ſuam poſſeſſionem tuendam.*

7 *Obligatus in ſolidum, poteſt à Creditore compelli ad ſolvendum totum debitum.*

8 *Nec poteſt prætendere Jurium ceſſionem contra confidejuſſores pro rata obligatos, niſi pro illa rata.*

9 *Ubi duo Fidejuſſores interveniunt distinctè pro diverſis ratis, creditor recognoſcit creditum contra quemlibet, tamquam ſi quilibet de per ſe diverſam feciſſet obligationem.*

10 *Obligatus in ſolidum cum duobus, reportata à Creditore, cui totum ſolvit Jurium Ceſſione, dempta ſua rata pro recuperando reſiduo, unumquemque ex duobus habet obligatum.*

11 *Conſtituens Procuratorem pro ſui obligatione inſolidum cum aliis duobus, intelligitur, ut quilibet ex aliis duobus inſolidum ſe obligetur, non ut unuſquiſque pro rata, adeout amborum obligatio conſtituat ſolidum,* & n.13.

12 *Favore fidejuſſoris ea capienda eſt interpretatio, ut minus gravetur.*

13 *Dictio in ſolidum unumquemque ex Fidejuſſoribus obligat ad totam ſummam.*

14 *Ne clauſulæ mandato adjectæ quomtumvis ampliſſimæ poſſunt operari, ut quilibet teneatur pro rata, adeout omnes ſimul ſumpti conſtituant ſolidum, ſed illæ tanquam acceſſoriæ, & famulativæ non plus valent operari, quam in mandato fuerit dictum.*

15 *Solvens indebitum ſcienter, non valet ſolutum repetere.*

16 *Prout ſi ignorantèr ſolverit, & ignorantia procedat ex errore Juris.*

17 *Solutio indebiti ſemper præſumitur facta ignoranter.*

18 *Scientia in ſolvente nunquam præſumitur, ſed ab eam adducente, concludentèr probari debet.*

19 *Ignorantia Juris dubii, & involuti æquiparatur dubietati, & ignorantia facti.*

20 *Etſi ſolutio ex hujuſmodi ignorantia proceſſerit, indebiti repetitio non excluditur.*

21 *Solutum vigore ſententiæ definitivæ, quæ injuſta detegitur, repeti valet indebiti condictione.*

22 *Fortiùs ubi ſolutio decreta fuerit in Judicio executivo, vel ſummario, vel in quo abſque plena diſcuſſione cauſa fuit proceſſum, nam poteſt tanquam indebitum condici in Judicio plenario, & in quo formitèr merita cauſæ diſcuſſa ſint.*

23 *Ceſſat indebiti repetitio conſtito de veritate crediti quoad recipientem, qui poterat etiam à non debitore recipere.*

24 *Declara, niſi tertius ſolverit nomine Debitoris, ſciens ſe non debere, ſecùs ſi reputaverit erroneè debitum ad ſe ſpectare, & ad ſolutionem adſtringi poſſe.*

25 *Solutio facta ab aliquo tamquam Fidejuſſore ad ſe à fidejuſſoria obligatione exgravandum, cenſetur facta, non contemplatione Debitoris, ſed nomine proprio, & ad propriam obligationem eradicandam.*

26 *Etiamſi ſolutio fuerit facta nomine Debitoris non debentis, & exceptione tuti, quia ſemper poterit uti indebiti condicti.*

27 *Ubi fructus tamquam indebiti repetuntur, uti ſors conſiderantur, nec retinentur ratione conſumptionis, & bonæ fidei.*

DECISIO XXII.

IMpoſuerunt uſque de Anno 1601. DD. Laurentius, & Joannes fratres de Martellinis annuum cenſum ſcut. 250. in ſorte ſuper quodam prædio in loco dicto *l'Oliveta*, illumque vendiderunt Margharitæ de Lenzis, utque ipſis rem gratam faceret, Terentia eorum mater præfatum Laurentium conſtituit Procuratorem ad obligandum dictam conſtituentem ſimul, & inſolidum cum Franciſco de Quaratesiis, & Alexandro de Martellinis, prout eam in ſolidum obligavit Procurator una cum dd. Dominis Franciſco, & Alexandro, quorum primus pro ſumma ſcutorum 150. & ſecundus pro ſcutis 100. tantum fidejuſſores extiterunt.

De anno ſubindè 1602. iidem fratres de Martellinis dictum prædium cenſitum vendiderunt Roberto de Falconeriis pro prætio ſcutorum 1100. ſolvendo Terentię prædictæ eorum matri pro reſtitutione dotis, & ab ipſa jurium dotalium ceſſionem reportarunt, ut patet ex inſtrumentis *proc. fol.* 46. 53. & 56.

Cum autem dictus Robertus ingens debitum contraxiſſet cum Officio decimarum, uti Camerarius ejuſdem, vendidit præfatum prædium Raphaeli de Capitaniis ſub fidejuſſione Americi de Gondis, Senatoris Florentini, & Pellegrini Falcucci, qui etiam pro eodem Roberto fidejuſſerant penes dictum Officium Decimarum pro fideli Camerariatus adminiſtratione, & prætium dicti prædii officio decimarum ſolutum fuit.

Inter hæc de anno 1624. cenſus fuit ceſſus ab Angelo Acciajolo, uti procuratore Margharitæ ejus matris Reverendis Patribus Sancti Spiritus Civitatis Florentiæ, qui poſt varios Caſus de anno 1641. egerant in Curia Archiepiſcopali contra dictum de Capitaniis emptorem prædii Cenſiti, eoque pro ſui relevatione agente contra dictos de Gondis, & Falcuccis fidejuſſores, iſti metu executionis, & pro liberando dicto de Capitaniis, depoſuerunt ſummam cenſuum decurſorum pro ſolvendo dd. Patribus cum proteſtatione tamen, & animo ſe relevandi contra quos de jure, ut ex juribus datis in ſecundo Proceſſu præſentis cauſæ *fol.* 33., & ſucceſſivè alias plures ſolutiones fecerunt.

Verum quia dicti de Falcuccis pro eorum rata non ſolverunt, Patres præfati de anno 1679. egerunt in Salviano, contra quoſdam de Montis modernos poſſeſſores fundi cenſiti, ſed duas contrarias ſententias reportarunt in judicatum tranſactas, ut ex primo proceſſu præſentis Cauſæ *fol.* 58. 71. & 80. Unde ſumpta occaſione controvertendi eorum debitum DD. Vincentius, & Angelus de Gondis, Americi hæredes, ſolvere pariter recuſarunt; Sed Patres prædicti inſiſtentes pro manutentione in ſummariſſimo poſſeſſorio, agnito, à DD. de Gondis eorum malo jure, judicio ſuper manutentione renunciarunt, & propoſuerunt actionem negatoriam, in qua dictis Patribus de titulo legitimo Cenſus validi nunquam docentibus, obtinuerunt ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino meo Archiepiſcopo Florentino tunc Vicario, declarari ipſos non teneri, nec obligatos fuiſſe, aut eſſe ad fructuum Cenſus

ſui ſolutionem, ex rationibus cumulatis in ejus Motivo, ejuſdemque ſententia in ſecunda, & tertia Inſtantia confirmata fuit.

Obtentis itaque tribus ſententiis abſolutoriis, Domini de Gondis Judicium contra Patres S. Spiritus inſtituerunt pro indebiti repetitione coram Conſervatore Apoſtolico, à quo Patres prędicti ad ſoluti reſtitutionem fuerunt condemnati per ſententiam, ſucceſſivè confirmatam à Judice Delegato Apoſtolico. Sed reclamantibus Patribus, Cauſaque iterum à Sancta Sede Apoſtolica Judici Synodali delegata, de voto noſtro decidenda, concordibus ſuffragiis cenſuimus, ſententias DD. Judicum à quibus, eſſe confirmandas pro fructibus ſolutis correſpectivè ad ſortem ſcutorum 150., reformandas verò pro aliis fructibus, correſpondentibus reſiduali ſorti ſcutorum 100.

Juſtæ ſiquidem apparuerunt ſententiæ reſpectu primæ partis, nam cum DD. de Gondis ſolverint fructus cenſus, credentes eſſe debitores illorum,
1 tali credulitate erronea detecta, ſolutio, tanquam ex falſa cauſa facta, uti indebita repeti poteſt. *l. 1. & l. quod indebitum 7. ff. de condit. indebit. Dec. conſ. 350. num. 2. verſ. ſed tamen prædictis. Pacion. alleg. 119. n. 2. Rot. Florent. apud Torr. tom. 2. Quaſt. Jur. Miſcellan. par. 1. dec. 24. tit. 12. n. 52. fol. mihi 675. Rot. coram Priolo dec. 42. num. 10. Nicol. dec 2. n. 6. poſt De Luc. de Regalar. in Mauriſi. dec. 3. n. 22.*

Quòd autem DD. de Gondis non tenerentur ad ſolutionem dd. fructuum, liquidò conſtat, quia Dominus Senator Americus de Gondis, eorum auctor, non ſe obligavit in inſtrumento impoſitionis Cenſus. Et quamvis fidejuſſerit in venditione prædii *della Oliveta*, ſuper quo Cenſus fuit impoſitus, facta à Roberto Falconetio Raphaeli de Capitanis, quem ob id DD. de Gondis liberare tenebantur à moleſtiis, ei illatis à Patribus, vel mediante extinctione Cenſus, vel ſolutione fructuum illius. Tamen cum Robertus reportaverit ceſſionem jurium dotalium, ſuper fundo cenſito competentium Terentiæ de Agiis, poterant DD. de Gondis, pro venditione Roberti fidejuſſores, Prædium *della Oliveta* tueri cum dictis juribus dotalibus, longè anterioribus inſtrumento impoſitionis Cenſus, & conſequentèr fructus ſoluti, hac exceptione contra Patres non oppoſita, repeti poſſunt ex regula, quòd ſolvens non deducta exceptione ſibi competente, ſolutum condicere poteſt,
2 ut eſt textus apertus *in l. qui exceptionem 40. in princ. ibique Bartol. in Summa ff. de condict. indebit., & l. ſi non ſortem 26. §. Indebitum ff. eodem. Prichard. in §. His quoque, n. 13. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. Barboſ. Collectan. in Codic. in rub. de condict. indebit. Fulgoſ. conſ. 134. n. 4. Caren. reſol 119. num. 7. Pacion. alleg. 119. n. 16. Epiſcopus Rocca diſput. 126. n. 35. Rot. noſtra apud Torr. Var. Jur. Quaſt. tom. 2 Miſcellan. par. 1. dec. 24. num. 69. tit. 12. fol. mihi 676.*

Non attento, quòd Terentia, ante ceſſionem factam Roberto, ſe obligaverit favore Margaritæ de Lenzii, Creditricis cenſus. Quoniam talis obligatio nulla eſt, nam cum Terentia Procuratorem conſtituerit Laurentium filium, *ad fidejubendum, & obligandum dictam Dominam Conſtituentem inſimul, & inſolidum*, una cum Domino Franciſco de Quarateſis, & Domino Alexandro de Martellinis, ſequitur, quòd non obſervata à Procuratore forma, in mandato præſcripta, actus geſtus præter, vel contra formam mandati, nullitatis
3 vitio ſubjaceat. *l. diligenter 5. ff. mandat. Bald. in l. 2. n. 6. Cod. de hæred. act. alleg. Pariſ. conſ. 47. num. 45. lib. 1. Capyc. Galeot. contr. 29. n. 68. lib. 1. Cyriac. contr. 178. n. 8. & ſeqq. Caniſol. alleg. 33. n. 36. & ſeqq. Rocca diſput. 152. n. 8. Rot. Januen. de Mercat. dec. 64. n. 1. & dec. 109. n. 3. Rot. noſtra apud Urceol. deciſ. 6. n. 8. & 11. & apud Venturin. deciſ. 18. n. 1. & ſeqq. Rot. Rom. cor. Emerix Jun. deciſ. 755. in fin. & in rec. dec. 106. num. 14. par. 18. & dec. 335. num. 1. 3. 5. 10. & 15. par. 19.*, & in propria
4 noſtra materia exceſſus mandati propter obligationem in ſolidum *Rot. in rec. dec. 79. n. 14. & ſeqq. & dec. 93. n. 10. & 11. par. 6.*

Iſtaque nullitas, favore Terentię inducta, tam à ſingulari ſucceſſore, qui
5 ab ipſa cauſam habet, allegari poteſt

Senatus Montanus apud Sard. dec.163. num.7. Rot. cor. Dunozet. Jun. dec.391. num.5. & in rec. dec.613.num.17 part.19. tum etiam à Reo, & poſſeſſore, ad
6 ſuam poſſeſſionem tuendam. *Gratian. diſcept.691. num.17. & ſeqq. Senatus Pedemontanus apud Theſaur. dec.4. num.1. Rot. coram Ludoviſ. dec.415. num.3. ibique Addit. num.6. verſ. hoc autem concluſio. Rot. cor. Dunozet. Jun. dec.391. num.1. & ſeqq. & dec.395. num.3. & 4. & in rec. d.dec.613.n.18. part.19.*

Exceſſiſſe autem procuratorem mandati limites patens eſt, quia Terentia ſe obligare voluit ſimul, & in ſolidum una cum Domino de Quarateſiis, & Domino de Martelliniis, & tamen procurator eam inſolidum obligavit, cæteros vero fidejuſſores pro certis, & diſtinctis ratis, ex qua obligatione maximum reſultavit præjudicium Terentiæ, & ab ea cauſam habentibus, quia ipſa, uti obligata in ſolidum, poterat à Margarita de Lenzis compelli
7 ad ſolvendum totum debitum. *L. reos 11. ff. de duob. reis. Barboſ. clauſ.72.n.3. 6. & ſeqq.* Dominus, Concivis, & olim Collega meus *Conſtant. ad Statut. Urb. annot.44.num.360.& 361. Rot. poſt Eam dec.146. num.8. in rec. dec.267. num.23. part 17.* nec à Creditrice dimiſſa prætendere poterat jurium ceſſionem contra alios confidejuſſores, niſi pro rata,
8 ad quam ſe obligaverant, illo quippe caſu, quo plures perſonæ pro diſtinctis ratis fidejuſſerunt, Creditor fingitur duplex homo diverſus, pro duplici diverſo debito, quorum quodlibet, proprium, ac ſeparatum habet fidejuſſorem, perindè ac ſi duo diverſi Creditores diverſas ſummas cum di-
9 verſis fidejuſſoribus contemporaneè eidem debitori mutuaſſent. *De Luc. de Credit. diſcur.7. ſub num.12. alter De Luc. ad Reſol. de Marin. lib.1. mihi verò 140. ſub num.4. verſ. verum enim eſt. Rot noſtra rotæ Deciſ. Lucenſ. diverſ. recollect. per Palm. Nep. dec.384. num.8. & ſub n.17.*

Et contra verò ſi Procurator, fideliter cuſtodiendo limites mandati, obligationem inſolidum ab utroque ex Confidejuſſoribus reportaſſet, quoties Terentia ſolidum creditrici ſolvere coacta fuiſſet, ab ea etiam ceſſionem jurium pro conſequendo ſolidum contra unumquemque ex dictis Confidejuſſoribus obtinere potuiſſet, adeout
10 dempta ſua rata, pro recuperando integro reſiduo duos debitores habuiſſet. *Bart. in l. Modeſtinus, num.10. ibique Imola, num.6. Comm. num.11. ff. de ſolut. Amat.reſol.37.num.42.& ſeqq.Gratian. diſcept.381 num.1. ibique De Luc. ſub n.5 & ſeq. Gab. conſult.41. ex n.1. Honrig. de fidejuſſ. cap.17. part.3. n.28. & ſeqq. Feliciam. de Solis de Cenſ. lib.3. cap.1.n.19. Bertazzol. de Clauſol. clauſ.40 gloſſ.4. ſub num.10. Caler. de Proceſſ. Execut. part.1 cap.2. num.16. & ſeqq. Mantua de Fidejuſſ. ſect.6. cap.3. num.15. ſub mihi 315 Cancer. Var. Reſol. part.2. cap.5. de Fidejuſſ. num.31. De Luc. in Labyrinth. Ceſſion. Jurium. Via 91. ſub num.3. & ad Franch. deciſ.55. num.3. & ſeqq.* ubi adducti contrarios. *Carrer. dec.87. in fin. Magna Curia Regni Siciliæ apud Molanum. dec 1. ſub num.35. lib.1. Koppen. deciſ. Germaniæ part.1. dec.31 num.11. & ſeqq. Addit. ad Gregor. dec.190. num.3.*

Reſponſione non attenta, quòd Terentia voluerit obligationem ſolidalem reſpectu ſui ipſius, reſpectu verò alterum, nempe Domini de Quarateſiis, & Domini de Martellinis fidejuſſorum, conſideraverit obligationem inſolidum, non in ambobus ex eis, diſtributivè, & ſeparatim ſumptis, ſed in utroque ſimul, & unum conſideratis, adeout quilibet pro ratis diſtinctis interceſſiſſe dicatur, licèt utriuſque obligatio ad integram ſummam aſcendere debeat. Quoniam cum verba mandati Procuræ magis congruè
11 adaptentur ad obligationem ſolidalem omnium fidejuſſorum, illaque intelligentia ſit etiam magis conformis voluntati Conſtituentis, dum omnis veriſimilitudo ſuadet, quòd Terentia noluerit in plus ſe obligare, quàm facere deberent alii fidejuſſores, & favor ſubjectæ materiæ operatur, ut ea capienda ſit interpretatio, quæ fidejuſſori
12 utilior, & favorabilior eſt, ac minus gravoſa. *l. quidquid adſtringendæ 99. l. ſi ita ſtipulatus 126. §. Chriſogonus ff. de V. obligat. De Marin. reſol.135. num.4. lib.1. Palm. Nep. alleg.334. num.4. Gab. conſult.81. num.14. Rot. coram Peutinger. dec.137. num.1. Burb. dec.135. n.9.*

Hinc

Hinc ſequitur, quòd dicto *in ſolidum* efficiat, ut quilibet ex fidejuſ-
13 ſoribus ad totius ſummę ſolutionem teneatur. *l. reos 11. §. Cum tabulis ff. de duob. reis. Mart. de Clauſul. par. 1. Clauſul. 188. num. 1. De Luc. de Feud. diſcur. 50. num. 1. Barboſ. clauſ. 72. num. 6. & n. 13. & 14. Bertazzol. eod. Tract. clauſ. 39. gloſ. 7. ex num. 1. Rot. poſt Zacch. de Oblig. Cameral. dec. 22. n. 1. & dec. 23. num. 3. poſt De Luc. de Dot. dec. 17. num. 19. & dec. 18. num. 10. & in rec. deciſ. 79. n. 13. part. 6.*

Nec quidquam obeſſe valet amplitudo Clauſularum, de quibus in dicto mandato omnes enim Clauſulę quantumvis amplę, & generales, intelliguntur compatibilitèr cum diſpoſitis in mandato Procuræ, & tanquam acceſſorię, & famulativę ſuperiori diſpo-
14 ſitioni, ejus limites egredi non valent. *Poſth. de Manutent. obſervat. 86. ſub numer. 16. R. P. D. meus Anſald. de Commer. & Mercat. diſcurſ. 61. n. 17. Gratian. in Addit. ad dec. 79. n. 1. & ſeqq. & ſignanter num. 4. Rot. coram Seraphin. dec. 831. num. 5. in rec. dec 312. n. 5. part. 4. & deciſ. 64. n. 15. & 16. part. 17.*

Minùs refragatur, quòd Domini de Gondis, vel ſcientèr ſolverint indebitum, vel ſi ignorantèr, talis ignorantia
15 cauſata fuerit à Juris errore, ac propterea indebitè ſolutum repetere non poſſint, ut de ſolvente indebitum ſcientèr *l. 1. ff. de condict. indebit. Manſ. conſult. 86. n. 6. tom. 11. Maurus de Solut. cap. 21. ex num. 1. Rot. noſtra apud Torr. Quæſt. Jur. tom. 1. Miſcell. par. 1. tit. 12. dec. 24. n. 53.*, & de ſolvente ignorantèr, ignorantia cauſata à Juris errore,
16 ſunt textus literales *in l. 6. & 7. Cod. de condict. indebit. l. cum quis 10. Cod. de jur. & fact. ignoran. & l. error facti 9. Cod. ad legem Falcidiam.*

Siquidem cum nemo præſumatur indebitè voluiſſe jactare ſuum, & ſolve-
17 re id, ad quod non tenebatur, ſolutio indebiti ſemper præſumitur ignorantèr facta, in ſpecie *gloſ. in l. ſi de indebito 25. Verbo ignorantia, in fine ibique Bartol. ff. de probat. Venturin. conſ. 28. n. 38. & ſeq. lib. 1. Neguſant. in Sylva Reſponſorum, quæſt. 454. num. 9. & ſeqq. Maur. de Solut. cap. 21. num. 7. & ſeqq. & num. 21. Dexart deciſ. Sardinia 22. num. 30. in fin. Rot. noſtra apud Torr. Quæſt. Jur. tom. 1. Miſcellaneae. par. 1 dicta dec. 24. tit. 12. n. 56. & ſeqq. fol. 675. Adden. ad Pamphil. dec. 408. n. 6. Rot. Rom. cor. Bich. dec. 423. n. 48. Merlin. dec. 409. n. 16. & 17., & in rec. dicta dec. 143. num. 16. & 17. par. 17.*; Prout revera ignoravit, & nunquam aliquam habuit ſcientiam mandati procuræ ad fidejubendum, facti à Terentia, & Ceſſionis jurium dotalium, ab eadem factæ Roberto de Falconerijs, iſtaque ſcientia, tanquam quid facti, non præſumitur, præſertim in ſucceſſoribus, natis per ſeptuaginta circitèr annos poſt mandatum Procuræ, & ceſſionem præfatam, ſed illa debet à Pa-
18 tribus allegantibus concludentèr, & ſpecificè probari. *Rot. noſtra apud Torr. Quæſt. Jur. tom. 1. Miſcellanear. par. 1. tit. 12. d. dec. 24. n. 56. & 57. fol. 675. Rot. Rom. cor. Merlin. dicta deciſ. 409. n. 18.*

Quidquam non refragante Judicio facto coram Magiſtratu Decimarum, & Sententia, de anno 1618. ab eo lata; Quia in dicto Judicio, nec diſcuſſa, nec exhibita, nec indicata fuit ceſſio præfata, neque mandatum Procuræ, in quibus conſiſtit vis hujus Cauſæ. Et quatenus etiam indicatæ fuiſſent, adhuc cum ſuper illis caderent quæſtiones altæ, & profundæ, quæ in duabus præcedentibus Inſtantiis traxerunt quatuor peritiſſimos Judices in ſenſum DD. de Gondis proficuum, qui judicatum in totum favorabile ab eis reportarunt, hodie pro fructibus correſpondentibus ſorti ſcutorum 130., confirmatum, ſtantibus his diſpu-
19 tationibus arduis, & involutis, quæ etſi in Jure conſiſtant, dubietati, & ignorantiæ facti æquiparantur, ut in his terminis *Epiſcop. Rocca d. diſput. 126. n. 37.*

Solutio indebiti ab hac ignorantia cauſata non impedit, quin indebito detecto, locus ſit pro dicta rata repeti-
20 tioni ſummæ ſolutę, nec naturalitèr, nec civilitèr debitę. *Venturin. conſ. 28. num. 33. & pluribus ſeqq. tom. 1. Caren. reſol. 119. num. 7. Cyriac. contr. 663. n. 4. Epiſcop. Rocc. d. diſput. 126. n. 33. & pluribus ſeqq. Maur. de Solut. cap. 21. n. 13. Dexart. dec. Sardin. 22. num. 27. Rot. noſtra*

ſive apud Torr. Quæſt. Jur. tom.2. Miſcel-lanear. par.1. dec.24. tit.12. num.59. fol. mihi 675. & num.69. Rot.Rom. in rec. de-ciſ.143. ſub n.11. par.17.

Quo verò ad ſententiam, ſeu decretum dicti Magiſtratus, in eo ſolùm diſponitur, quòd fructus percepti, & percipiendi à bonis Roberti de Falconeriis, incorporatis ab Officio Decimarum, erogari debeant pro extinctione Cenſus controverſi, ex quo iſte, tanquam longè anterior credito, quod habebat Officium Decimarum ſuper bonis Roberti, olim ejus Camerarii, præcedentèr ſatisfieri debebat. Hoc autem nihil commune habet cum ſententiis præfatis, nihilque etiam operari poteſt favore PP. in vim rei judicatæ, quæ adduci deberet in terminis præciſis, & cum diſcuſſione omnium ſupradictorum jurium. Dictoque caſu nihil paritèr ſuffragari valeret, ob tres ſententias conformes abſolutorias DD. de Gondis à ſolutione fructuum Cenſus in futurum, aliaſque tres ſuper indebiti repetitione, ſolutum enim vigore ſententiæ definitivæ, quæ deinde

21 detegitur injuſta, indebiti condictione poteſt repeti. *R.P.D. meus Anſald.de Commerc. diſcurſ.12. num.16. Samminiat. controv.186. num.6. Rot. coram Dunozet. Sen. dec.276. num.10. 11., & in rec. dec.143. num.21 part.17. & poſt De Luc. de Donat. deciſ.45. n.11.*

Idque maximè procedit in ſolutione vigore ſententiæ,latę in JudicioExecutivo, vel Summario, vel in quo ſine debita Cauſæ diſcuſſione deventum fuit ad ſententiam, ut in caſu noſtro, quia in Judicio plenario, vel in alio Judicio, in quo meliùs ponderentur me-

22 rita Cauſæ, poteſt tanquam indebitum condici. *Urceol. conſult.73. num.18.Samminiat. controv.17. num.4., & 5.Adden. ad Barat. dec.592. num.9. Rot. coram eodem Barat. dec.130. num.11., & in rec. dec.395. num.6. part 5. & dec.143. n.20. & 21. part.17. & coram Dunozet. Sen. dec.276. n.11. & 12.*

Ejuſdem detegitur inſubſiſtentia, quòd cum RR. PP. ſint verè, & realitèr creditores prædicti Cenſus, potuerunt ſuum creditum à quocunque recipere, abſque eo quòd intret indebiti condictio, quæ non competit contra creditorem recipientem debitum, licèt ſolutum ab eo, qui non erat

23 debitor, juxta textum literalem in *l. repetitio 44. ff. de condict. indebit. l. de hæreditate 5.Cod.de petit.hæredit.R.P.D. meus Anſald. de Commerc. & Mercat. diſcurſ.65. num.57. Senatus Gratianop. apud Laur. dec.86. num.7. Rot. coram Rojas dec.116. num.3. Priol. dec.79. n.1. in rec. dec.343. num.3. part.9. dec.450. num.1. & 9. part.11. & deciſ.26. n.3. part.14.*

Quandoquidem jura, & Auctoritates prædictæ loquuntur, quando tertius non debitor ſolvit expreſsè nomine debitoris, ad faciendam vero debitori rem gratam, & ut ipſum ab obligatione, & vexationibus ſui creditoris liberaret, tunc enim, quia reſpectu ſui ſolvit indebitum ſcientèr, & reſpectu debitoris,pro quo ſolutionem fecit, ſolvit debitum, ceſſat condictio indebiti, & locum habet diſpoſitio textus in *d. l. repetitio*, aliorumque in objectio allegatorum. Nullo autem modo procedere poſſunt, quando is, qui non debet, exiſtimans ſe debitorem, ſuo nomine ſolvit quod alius debet, ad extinguendam propriam obligationem, & ſuum ſuppoſitum debitum, à quo per errorem putabat adſtringi, iſto quippè caſu, detecto errore, non pro-

24 hibetur condicere indebitum, ea ratione, quia pro illa obligatione, pro qua ſolvit, eſt omnino indebitum, & in his terminis procedit textus apertus in *l. ſi pœna 19. §. Quamvis ff. de condict. indebit.*; ibi -- Quamvis debitum ſibi quis recipiat, tamen ſi is, qui dat, non debitum dat, repetitio competit. Veluti ſi quis hæredem ſe, vel bonorum poſſeſſorem falsò exiſtimans, creditori hæreditario ſolverit. Hic enim, neque verus hæres liberatus erit, & id, quod dedit, repetere poterit -- *l. in ſumma 65. in fin ff. eodem* ibi -- indebitum eſt &c. ſi id, quod alius debebat, alius,quaſi ipſe debeat, ſolvat. *l. ſi à patre 5. Cod. eod. tit.*, & *l. quod ſi poſſeſſor 19. ff. de petit. hæreditat.*, & ita diſtinguendo, Leges, & Auctoritates, quæ inter ſe videntur pugnantes, conciliant *Gloſſ. in dicta l. repetitio. V. ſolutum, dicta l. de hæreditate, in princ., & dict.l. ſi à patre Ver-*

bo

bo dediſti, quam *Gloſſam* ſequuntur *Caſtrenſ. in citata l. ſi pœna §.1. ff. de Condict. indebiti*, aliique ſcribentes, *Andreol. controv.136. n.19. & ſeqq. Cyriac. controv.663. num.7. Olea de Ceſſion. Jur. in Addit. ad tit.4. quæſt.1. num.20. verſ. ſecundum quod. Henrig. de Fidejuſſ. cap.25. num.126. Moz. de Contract. tit. de Cenſu, quæ faciunt ceſſare condict. indebit. num.10. & 11. De Luc. de Hered. diſcurſ.34. n.8. verſ. alter caſus eſt*, benè *Rot. coram Cavalier. dec.460. num.2. verſ. nihilominus domini, & per tot.*, egregiè *coram Bich. dec.423. num.40. & pluribus ſeqq.* ubi declarat contrarios, *in rec. dec.479. num.4. & ſeqq. part.14.* ubi reſpondet allegatæ in objecto deciſioni *coram Priol. dec.19. n.10. & dec.188. num.1. part.15.*, & *dec.143. num.10.*, *& ſeqq. part.17.*

Unde cum in præſenti DD. de Gondis ſolverint expreſsè tanquam fidejuſſores, nomine proprio, & animo ſe liberandi à fidejuſſione, non con-
25 templatione debitoris cenſentur ſolviſſe, ut in propria noſtra materia firmat *gloſ. in l. ſi quod poſſeſſor. 34. V. ſuo nomine, verſ. ſed ſi non apparet. ff. de petit. hæred. Henrig. de Fidejuſ. d. cap.25. num.126.* optimè *Rot. coram Bich. cit. dec.423. numer.44. & ſeqq.*, & generalitèr, quòd ſolvens uti fidejuſſor dicatur ſolvere nomine proprio, quo obligatus eſt, & ad eradicandam propriam obligationem non illam debitoris principalis, *De Marinis reſolut.43. ſub num.9. poſt medium verſic. idem textus lib.1. Olea de Ceſſione Jur. tit.5. quæſt.4. num.13. Cenc. de Cenſib. quæſt.71. num.17. ſub num.18. & ſub n.19. Molin. de Contract. tract.2. diſput.548. num.3. Thomas. dec. Marchiæ 201. num.28. Rot. Rom. coram Merlin. deciſ.235. ſub n.3. verſ. nec viſum eſt obſtare, & dec.511. n.14. & ſeqq.*

Clariùs prædicta procedunt, attento, quòd dato etiam quòd ſolviſſet nomine Roberti Falconerii, adhuc cum iſte eſſet tutus exceptione jurium Terentiæ, cui ſolvit pretium fundi. Hinc inſurgit, quòd quatenus etiam DD. de Gondis ſolvere cogitaſſent, non proprio, ſed alieno nomine, utique ſolviſſent nomine non debentis, & ex-
26 ceptione tuti, quo caſu indebiti condictionem competere, in ſpecie firmant *ſupracitatæ auctoritates n.2.*

Et demùm, prodeſſe non potuit, quòd fructus prædicti fuerint percepti à Patribus in ſtatu bonæ fidei, qua concurrente excuſari debeant à fructuum perceptorum, & conſumptorum reſtitutione. Quoniam, cum in hoc judicio repetitionis indebiti, fructus principalitèr petantur, & veniant uti ſors, & titulus fidejuſſionis DD. de Gondis, cujus vigore fuerunt exacti,
27 reducatur ad non titulum, bona fides pro evitanda illorum reſtitutione non ſuffragatur Patribus, ut ſpecialiter diſponit *textus in l. indebiti 15. in princ. ff. de condict. indebit.*, ibi — Immò, & fructus, quos is cui ſolutum eſt, bona fide percepit, in condictionem venient —, & individualitèr tradunt *Cancer. Var. Reſol. lib.1. cap.2. num.66. Leotard. de Uſur. quæſt.34. n.21. Paulut. diſſert.85. ex num.43. Carol. Anton. de Luc. de Apoſtolic. Regiminæ Aſſenſ. cap. 199. ſub num.8. §. Et fructus veniunt, & ſeq.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

An, & quando obligatio Procuratoris, excedentis fines mandati, ſuſtineatur intra limites ejuſdem mandati, vel in totum ſit nulla ad explicationem *tex. in l. diligenter 5. ff. mandati*. Jura ſemel alicui ceſſa, ſi alteri deinde cedantur (etſi ſecunda ceſſio fuerit reportata per ſolutionem debiti factam ex pecuniis, vel re debitoris) nullatenùs ei proſunt, nec ad ſe tuendum in poſſeſſione. Indebitum canonizatum in Judicio pro abſolutione rei Conventi, non ſufficit ad obtinendum, ubi Reus aſſumat partes Actoris, & agat ad repetendum.

SUMMARIUM.

1 *Obligatio ad quantitatem facta per Procuratorem ultra fines mandati non annullatur in totum, ſed intra fines mandati ſubſiſtitur, ibique multiplicitèr exemplificatur.*

2 *Fortius dum concurrit tacita voluntas principalis, qui ſi ad faciendam rem gratam ei, pro quo fidejubet, pro majori obligatione mandatum dedit, fortiùs in minorem conſenſiſſe dici debet.*

3 *Procurator licet non cuſtodiat fines mandati,*

dati, ſi tamen magis utilitèr ſe obligavit, mandans remanet obligatus.

4 *Pro minori quippe obligatione dicitur habere ſimplicitam voluntatem mandantis, qui pro majori mandatum dederat.*

5 *Et quia obligatio quantitativa eſt dividua, in qua utile per inutile non vitiatur.*

6 *Excedens finem mandati, videtur agere quid diverſum à re ſibi commiſſa, & propterea malè geſtum quoad minimum, vitiari in totum.*

7 Text. in l. diligènter 5. ff mandat. *tres caſus continet, qui explicantur* num. ſeqq.

8 *Ubi exceſſus mandati verſatur circa ſubſtantiam rei, puta quia loco emendi unam rem, aliam emit, mandans nec pro ſumma demandata remanet obligatus.*

9 *Ubi Procurator ad vendendum certo pretio, minus vendiderit, nulla eſt venditio, & ſolùm ſubſtinetur, ſi mandanti ſuppleatur uſque ad pretium conſtitutum.*

10 *Quare ſi exceſſus non tendat ad agendum quid ſpecie diverſum, & mandanti res non præjudiciales, ſed utilis geſta eſt, actus ſubſtinetur.*

11 *Mandatum pro fidejuſſione ad certum tempus reſtrictum, ultra illud non valet prorogari à Procuratore.*

12 *Nec cenſus debitorem ad extinguendum poſt certum tempus, poteſt à Procuratore extinctio poſt tale tempus in facultatem debitoris reponi, ſed vide* n.14. & pluribus ſeqq.

13 *Inter Fidejuſſorem Cenſus, vel tertium, & debitorem pactum ſubſtinetur, ut intra quinquennium cogi iſte poſſit ad extinguendum.*

14 *Quando tempus dicatur adjectum obligationi mandantis ad reſtituendam ſortem debitam, vel potius conſtat debitores principales, & fidejuſſores, ut intra illud debitum extinguant,* & n.15. 18. & 19.

16 *Dictio,* una cum, *unitatem, & ſimultaneam æqualitatem importat.*

17 *Pactum in cenſu appoſitum de ſorte reſtituenda intra certum tempus, totum vitiat Contractum.*

19 *Mandatum factum ad fidejubendum, debet ita interpretari, ut non contineat pactum obligationis deſtructivum.*

20 *Indebiti repetitio non datur, ſine probationibus undique urgentibus.*

21 *Ad eam excludendam ſufficit ſola dubietas, & poſſibilitas debiti.*

22 *Jura dotalia ſemel alicui ceſſa, ejuſdem favore ſubſiſtunt, & ſi deinde alteri cedantur, ei nullatenus proſunt.*

23 *Per ſolutionem factam mulieri illius dotis, reſolvuntur Jura, & hypotheca, quas habet ſuper re mariti, licet alii præcedentèr ceſſa.*

24 *Decl. ubi debitor ſolverit ad effectum extinguendi creditum dotale, quia ſtante reſolutione debiti, hypotheca etiam favore ceſſionariorum conſtituta, reſolvuntur.*

25 *Ceſſio ſemper dicitur conditionaliter facta, quatenùs ſcilicèt nomen debitoris non diſſolvatur.*

26 *Notiſſimum dicitur, quod deficiente aliquo ex requiſitis* l.3. ff. de Novat. *extingui valet nomen debitoris, licet alteri ceſſum.*

27 *Ubi tamen ſolutio fuit facta ad reportandam Jurium ceſſionem, Jura, quæ ex placito ſolventis viva permanent, ſubſiſtunt ad favorem primi, non ſecundi Ceſſionarii.*

28 *Si tertius ſolverit ex pretio rei Debitoris ſibi vendita, ſolutio facta dicitur ex re Debitoris, nec ceſſio tranſlativa ſubſtinetur, quia reſolvitur in quietantiam.*

29 *Et talis ceſſio extinctiva reportata à ſolvente ex re Debitoris, licet non ad agendum, ad ſe tuendum prodeſſe dicitur.*

30 *Contra, quod ceſſio obtenta per ſolutionem à tertio factam etiam ex re debitoris, non reſolvatur in quietantiam, ſtante pacto in limine Contractus appoſito, de Jurium ceſſione reportanda.*

31 *Ex tali enim pacto videtur nomen debitoris ad propriam utilitatem acquiſitum.*

32 *Contrariæ Auctoritates reiiciuntur.*

33 *Obtinens ceſſionem extinctivam ſe tuetur in poſſeſſione, quia dimiſit creditorem anteriorem, quo exiſtente, poſteriores nil obtinere valuiſſent.*

34 *Decl. non operari talem dimiſſionem creditoris effectum prædictum, in concurſu alterius habentis anteriorem ceſſionem Jurium.*

35 *Quia*

35 *Quia in dicto caſu attenditur altera regula, quòd Prior ex duobus ceſſionariis ſit præferendus.*

36 *Jura quippè directa, quæ poſt primam ceſſionem ſola remanſerunt, in concurſu utilium ſunt inutilia, & efficacia.*

37 *Et conſideratur abſurdum, quòd aliàs eveniret*, & n.38.

Et adducitur dilemma, n.39.

38 *Nimium abſurdum eſt, quòd Jura, ſemel ceſſa creditori anteriori, alteri cedi poſſunt, qui deindè priorem Ceſſionarium excluderet.*

39 *Jura dotalia, ſi ſunt extincta, nemini proſunt, ſi viva ſunt, anteriori Ceſſionario prodeſſe debent.*

40 *Per tres ſententias conformes, & rem judicatam, indebitum remanet plenè comprobatum.*

Sed res judicata, quæ emanavit in Judicio, in quo quis eſt reus, non ſufficit, ſi ipſe poſtea in alio Judicio evadat actor n.41. & 42.

41 *In Judicio Actionis negatoria creditum prætenſum concludenter oſtendi debet.*

42 *Res judicata, abſolvens Reum à petitis, non ſufficit, ut reus abſolutus, aſſumens faciem Actoris pro indebiti repetitione, ex eadem obtineat.*

DECISIO XXIII.

AMplectendo ſecundam reſolutionis partem, fuimus in ſenſu pro revocatione ſententiæ. Cum enim fidejuſſio inſolidum D. de Quarateſiis, & D. de Martellinis, eſſe deberet pro ſumma ſcutorum 250., eo ipſo, quòd procurator fines mandati non ſervavit, & obligationem inſolidum non reportavit per tota ſumma, ſed D. de Quarateſiis pro ſumma ſcutorum 150., & D. de Martellinis pro ſumma ſcutorum 100. dumtaxat fidejuſſerunt, pro hac ſumma ſcutorum centum, in qua ſolidalis utriuſque obligatio concurrit, ſubſiſtere debet fidejuſſio Terentiæ: Quando enim obligatio mandantis conſiſtit in quantitate, quæ eſt dividua, non annullatur in totum, ſed in ſolo exceſſu corruit, ut ex ſententia æquitativa *Proculi*, quæ rejecta contraria *Sabinianorum* opinio-
1 ne, prævaluit, diſponit textus expreſſus in *l. præterea 3. & l. ſed Proculus 4. ff. mandat.*, ubi, ſi mandavi tibi, ut rem aliquam emeres, certo ſtatuto pretio, tuque pluris emiſti, emptio in totum non corruit, ſed mandans uſque ad ſtatutum pretium illam ſervare tenetur, ibique Scribentes omnes, & *§. Is qui exequitur 8. Inſtit. eod. tit.* ubi, ſi mandavi, ut fundum emeres, vel ut pro Titio fidejuberes uſque ad centum aureos, & procurator pluris emerit, vel in ampliorem pecuniam fidejuſſerit, ex benigniori, & æquiori ſententia uſque ad centum aureos mandans obligatus remanet, ibique tradunt Repetentes, ſignantèr *in eodem §. Is qui exequitur*, *Borcholten num.2., & 3. Ultejus ſub num.2. Vinnius n.3. & ſeqq. Harpreckt. num.9. & ſeqq. Oinot. ſub num.3. Gaſpar. Manz. num.12. & 15. & ſeqq. Connan. Comment. Jur. Civil. lib.7. cap.14. num.12. & ſeqq. Cujac. ad Paulum lib.32. Addit. in dicta l. præterea, & lib. 12. obſerv. cap.34. per tot.*, optimè *Mantic. de Tacit. lib.7. tit.15. n.18. De Luc. de Credit diſc.110. num.15.*, ubi benè diſtinguit, egregiè *Carpzov. Juriſprudent. Foren. part.2. Conſtit.19. definit.9. num.1., & ſeqq. & num.2.* ubi plures refert concordantes, & *num.13. & ſeqq. & per tot. fol. mihi* 578. ubi in fine per extenſum refert ſententiam de anno 1621., latam à Scabinis Lipſienſibus. *Linglois dec.1. quæſt. 4. n.1.*

Quod potiori jure procedere debet in caſu noſtro, in quo pro hac æquitativa opinione concurrit veriſimilis voluntas Terentiæ, deſumpta; tum ex quo in mandato procuræ, nullam aliam cauſam ſuæ fidejuſſionis expreſſit, quàm deſiderium faciendi rem gratam Laurentio, & Joanni ejus filiis, impoſitoribus cenſus, quæ ratio, & amor filiorum, ſi eam impulit ad ſe obligandum pro Cenſu ſcutorum 250., multò magis eam impuliſſet, ſi ejus fidejuſſio pro ſumma ſcutorum 100.
2 dumtaxat requiſita fuiſſet, ex notatis *per Card. de Luc. de Credit. dicto diſc. 110. num.6. Manz. in dict. §. 15. qui exequitur 8. ſub num.11. & 19.*; Tum etiam ex

quo procurator, non cuſtodiens fines
mandati, ſi tamen magis utilitèr con-
trahit pro conſtituente, quàm ha-
beret in mandatis, Contractus ſubſti-
netur, & obligatus remanet conſti-
3 tuens, juxta textum literalem *in l.
diligenter 5 §. final. ff. mandat*, ibi –
melior autem cauſa mandantis fieri
poteſt, puta, ſi cum tibi mandaſſem, ut
Stichum decem emeres, tu eum mi-
noris emeres, vel tantidem, ut tamen
aliud quicquam ſervo accederet, utro-
que enim caſu, aut non ultra pretium
aut intra pretium feciſti, & notant
ibi Scribentes, *& Aretin. in §. Is qui
exequitur, in principio. Inſtit. mandat.* ibi-
que *Borcholten. num. 3. Baſſianus verſic.
Mandati fines Valtejus ſub num. 2. Vin-
nius V. Quod ſi minoris emeris. Har-
precht. num. 12. & 13. Oinot. ſub n. 3.
Gaſpar. Manz. ibidem ſub num. 10. Lan-
glus. dec. 2. quaeſt. 4. num. 3.* prout magis
utilitèr contraxiſſe in caſu noſtro pa-
tens eſt, dum loco obligandi Teren-
tiam pro cenſu ſcutorum 250., illam
tantùm pro ſumma ſcutorum centum
validè obligavit, pro qua habere pro-
curatorem mandatum præſumptum,
& implicitam voluntatem conſtituentis
4 *Baſſet. Inſtit. lib. 3. tit. 24. de mandato
verſ. mandati fines fol. mihi 350. Val-
tejus eod. tit. §. Is qui exequitur 8. ſub n. 2.
Vinnius V. quod ſi minoris emeris. Har-
precht. num. 10. 12. & 13. Gaſpar. Manz.
ſub num. 19. Galen. de Procurat. part. 5.
cap. 3. num. 11. Urſill. ad Afflict. dec. 232.
num. 5. Langlus dec. 2 quaeſt. 4. num. 3.*;
Tum demum ex quo quoties ſumus
in re, quæ diviſionem recipit, utile per
inutile non vitiatur, in individuo pro-
ſequitur *Harprecht. in dicto §. Is qui
exequitur 8 num. 11. Aretin. ibidem, ante
num. 1. verſ. nota quod utile. Gaſpar.
5 Manz. num. 11. Cardinal. de Luc. de
Credit. dicto diſc. 110. num. 6. Carpzov.
Juriſprudentia Forenſ part. 2. Conſt. 19.
deſinit. 9. num. 16. fol mihi 379.*

Non obſtante, quòd qui non ſervat
fines mandati aliud quid agere videa-
tur diverſum ab eo, quod ei commiſ-
ſum eſt, & propterea exceſſus, etiam
in minimo, actum in totum nullum
6 reddat, ut eſt *text. in l. diligenter 5. ff.
mandat.* & tradunt *Peregr. conſ. 47. n. 45.
lib. 1. Cappe. Galeot. contr. 29. num. 68.
lib. 2. Cyriac. controv. 278. num. 8. & ſeq.
Concíol. alleg. 33. num. 56. Bondon. Col-
lect. 27. num. 19. lib. 1. Rocca diſputat.
231. num. 8. Ciarlin. contr. 8. n. 19. & ſeqq.
Rot. Januen. de Mercat. dec. 64. num. 1. &
dec. 109. num. 3. Rot. Rom. coram Cavel.
dec. 611. ex num. 19. in rec. dec. 79. n. 1.
& ſeqq. & num. 24. & 25. part. 6. & dec.
331 num. 11. part. 19.*

In præfato enim textu dictę *l. di-
ligenter*, tres caſus diſtinguuntur. Pri-
7 mus eſt, ſi datum ſit mandatum alicui
ad emendam domum Sejanam pro ſcu-
tis centum, & procurator Titianam
emerit pro majori pretio, non rema-
net obligatus mandans, neque pro
ſumma ſcutorum centum, quia exce-
8 dendo mandatum fecit quid ſpecie
diverſum ab eo, quod ei ordinatum eſt,
dum loco emendi unam domum, aliam
emit, & in hoc conſiſtit exceſſus pri-
mi caſus, in citata *l. diligenter* recenſi-
ti, ut explicat *gloſ. ibidem V. im-
pleſſe mandatum*, & notant *Scribentes
omnes ibidem*, & ultra eos *Aretin. in
§. Is qui exequitur Inſtit. de mandat. n. 1.*
ubi, quòd in caſu dictæ legis exceſſus
erat in ſubſtantia, non in quantitate.
*Mynſinger. ibidem V. quod ſi minoris,
Oinot. num. 3. & ſeqq. Cardinal. De Luc.
de Credit. d. diſc 110. n. 5.*

Secundus caſus eſt, ſi mandavero ti-
bi, ut fundum meum centum vende-
res, tuque eum nonaginta vendideris,
non ſubſtinetur venditio, ea ratione,
quia exceſſus eſt præjudicialis conſti-
tuenti, proindeque ſi procurator, vel
emptor velit ſervare indemnem, &
reſarcire damnum venditori, ſupplendo
uſque ad ſcuta centum, ſubſtinetur
venditio, ut expreſsè diſponitur in ea-
9 dem *l. diligenter §. Item ſi mandavero*,
ibi – niſi & reliquum mihi, quod deeſt,
mandato meo, præſtes, & indemnem
me per omnia conſerves – Idemque
continet tertius caſus, de quo in
§. Servo quoque, annullatur enim in
eo paritèr venditio facta à ſervo, qui
minoris vendidit, ratione præjudicii,
niſi domino indemnitas præſtetur.

Proptereaque cum in caſu præſenti
procurator non fecerit quid diverſum
ſpecie ab eo, quod in mandato con-
tinebatur, nec excedendo præjudica-
verit mandanti, ſed ei utile fecerit

pro

pro minori quantitate validè fideju-
10 bendo, fidejuſſio, modo magis utili fa-
cta à procuratore, ſuſtineri debet, ut
ſupra dictum eſt *n.3. & ſeqq.*

Minimè relevante, quod cum Te-
rentia de anno 1601. dederit manda-
tum ad fidejubendum pro reſtitutione
ſortis Cenſus intra quinquennium, &
hujuſmodi forma, in mandato preſcri-
pta, non fuerit ſervata, dum procura-
tor eam liberè obligavit abſque ulla
quinquennii expreſſione, nulla rema-
neat ejus obligatio, nec contra ipſam
peti poſſint a RR. Patribus fructus
vigore Ceſſionis, eis de anno 1624. fa-
ctæ ab Angelo Acciajolo, filio Marga-
ritæ de Lenziis creditricis Cenſus,
mandatum enim, & fidejuſſio, ad cer-
11 tum tempus reſtricta, ultra illud pro-
rogari non poteſt. *l. ſi mandavero, in
princ. ff. mandat. Carpzov. Juriſprud.
Foren. part.1.Conſtit.19.definit 2. num.1.
& per tot., & definit 5. n.1., & per tot.
& num.11. fol. mihi 576. Faber in Cod.
lib.8. tit.28. definit. 25. num.9. Galin.
de Procur. part.5. cap.5. num.86. & ſeq.
ubique De Luc. num.16. idem Galin. part.5.
cap. 3. num.20. Mantic. de Tacit. lib.7.
tit.21. num.19., & ſeqq. Rot. Januen.
apud Cartar. dec.16. num.11. Rot. Rom.
in rec. dicta dec.535. num.4. & ſeqq.
part.19. & in Romana Societatis Officii
4. Julii 1704. §. Non obſtante, coram Re-
verendiſſimo D. meo Molines.*

Etenim procuratorem in hac parte
nihil præter, vel contra mandatum
egiſſe, convincitur ex eo, quòd in in-
ſtrumento impoſitionis Cenſus legitur
pactum circa quinquennium, Non at-
tento, quòd Terentia non dederit
mandatum procuræ pro apponendo
hoc quinquennio facultativo, ut in
dicto inſtrumento fuit adjectum, ſed
illud voluerit coactivum, ut nempe ipſa
poſſet compellere principales debito-
12 res Cenſus, illorumque fidejuſſores, ad
extinguendum Cenſum infra terminum
præfixum, inter debitorem enim Cen-
ſus,& fidejuſſorem, vel tertium, ſuſtine-
13 ri hujuſmodi pacta, tradunt *Gratian.
diſcept.49. num.15. verſ. quod tamen, &
num.16. ubique De Luc. num.1. Peregr.
alleg. 145. num.1. Paolet. diſſert 19.
n.3. & n.16. Roderic. de Ann. Redit.
lib.2. quæſt.13. n.8. Conc. de Cenſ. quæſt.
60. num.52. Fontanel. de Pact. Nuptial.
clauſ. 4. gloſ.18. par.3. num.9. De Luc. de
Cenſ. diſcurſ.12. n.3. Duard. eod. tract.
§.6. quæſt.14. n.12. Sac. Conſiſtorium
Regni Siciliæ apud Giurb. dec.85. num.8.
Rot. coram Dunozet. Jun. d. dec.149.
num.5. & in rec. dec.771. num.8. & 9.
par.18.*

Objectum enim evitatur ex facto,
quia cum Terentia procuratorem con-
ſtituerit *ad fidejubendum pro dictis Lau-
rentio, & Joanne penes Dominam Marga-
ritam, & ad obligandam dictam D. Con-
ſtituentem ſimul, & in ſolidum una cum
D. Franciſco de Quaratefiis, & Domino
Alexandro de Martellinis, ad reſtitutio-
nem dictæ ſummæ, infra dictum quinquen-
nium, una cum utilibus decurrendis.* Hæc
poteſtas data procuratori, obligandi
Terentiam ad ſortis reſtitutionem, in-
telligi debet quoad Creditorem, reſpe-
ctu cujus dumtaxat, ipſa, tanquam de-
bitrix, poterat ſe obligare ad reſtitu-
14 tionem ſortis, nec poteſt cenſeri appo-
ſitum favore ipſius Terentiæ contra
debitores principales, & contra fi-
dejuſſores, quia iſto caſu totum oppo-
ſitum fieri debuiſſet, quòd nempe
procurator, ab ipſa conſtitutus, obliga-
tionem illorum de extinguendo intra
quinquennium nomine Terentiæ reci-
peret, & ad illius favorem ſtipularetur.
Fortiùs id convincit ponderatio, quòd
Terentia voluerit remanere obligata
ad reſtitutionem ſortis Cenſus, *ſimul,
& in ſolidum una cum Domino Franciſco
de Quaratefiis, & Domino Alexandro
de Martellinis;* ſicque, ſi ipſa obligari
debebat à procuratore una ſimul cum
dictis DD. de Quarateſiis, & de Martel-
linis, ecce patens, quòd iſti non de-
bebant ſe obligare ad favorem Teren-
15 tiæ pro Cenſus extinctione, ſed om-
nes tres ſimul ad favorem alterius,
nempe Creditricis Cenſus, obligatio-
nem exponere debebant, & quidem
iiſdem modo, & forma, Ita enim de-
notat dictio illa *una cum*, quæ non di-
ſjunctionem, & diverſitatem, ſed unita-
tem, & ſimultaneam æqualitatem im-
16 portat. *Pariſ. conſ 19. n.21. lib.3. Bar-
boſ. dict.430. n.3. Rot. cor. Cerro. de-
ciſ.197. n.2. in rec. dec.8. n.3. par.8. &
dec.216. n.3. par.14.*

Poſito autem, quòd Terentia ſe vo-

loerit obligare ad reſtitutionem ſortis
Cenſus favore creditricis intra certum
tempus, cum hoc pactum totam obli-
17 gationem ipſius vitiet, & contractum
nullum reddat. *De Luc. de Cenſ. diſcurſ.*
11. num.3, & alibi paſſim. Hinc me-
tiendo voluntatem à poteſtate, nè di-
catur Terentiam voluiſſe conſtituere
procuratorem ad nullitèr fidejuben-
dum, & inefficacitèr ſe obligandum
favore Creditricis Cenſus, capienda
eſt interpretatio, quòd ipſa voluerit
18 pactum quinquennii facultativè appo-
ni, prout re vera factum fuit, ad evi-
tandam forſan ſolutionem Gabellæ
majoris, quæ ex Cenſu perpetuo, &
ſine dicta limitatione temporis facto,
perſolvi debuiſſet, vel ex aliis cauſis,
latè recenſitis per Scribentes pro Con-
ventu S.Spiritus: Quælibet enim inter-
pretatio capienda eſt pro actus validi-
tate, etiamſi verba forent improprian-
19 da, ut poſt plures, quos refert, in pro-
pria noſtra materia dixit *Rot. in rec.*
dec.669. num.6. par.18.

Maximè ad evitandam indebiti repe-
titionem, & exceſſum mandati, qui
concludentiſſimè ex probationibus un-
20 dique urgentibus juſtificari debet, ut
firmat *Epiſcopus Rocca diſput.126. n.3.*
& n.16. R.P.D. meus Anſald. de Com-
merc. diſcur.66. n.19. Torr. Var. Jur.
Quæſt. tom.3. tit.13. deciſ.8. num.21.
fol. mihi 303. Rot. Marchiæ apud Sera-
phin. Maſſin. de Confiſcat. quæſt.30. ex
num.34. Rot. cor. Cerr. dec.360. n.18.
in rec. dec.38. num.1. par.5. dec.404. n.1.
par.12. dec 188. num.3. par.15. poſt De
Luc. de Uſur. dec.5. n.21. & dec.7. n.5.,
Quidquid enim dicendum eſſet, ſi ver-
ſaremur in Judicio, in quo PP. eſſent
Actores, in illo, de quo agitur, ſufficit
21 ſola verborum dubietas, & poſſibilitas
debiti. *Cyriac. controv. 263. num.11.*
Epiſcop. Rocc. diſput.126. num.4. R.P.D.
meus Anſald. de Commerc. dicto diſcur.66.
num.19. Rot. Marchiæ apud Maſſin. de
Confiſcat. d. quæſt.30. ex n.34. Rot. no-
ſtra apud Urceol. dec.10. n.24. verſ. quo
verò. Rot. Rom. coram Priol. deciſ.18.
n.8. & dec.102. n.6. Emerix jun. dec.29.
num.6. & dec.140. n.13. in rec. dec.38.
num.2. par.5. dec.74. n.10. par.9. deciſ.
404. n.5. par.11. dec.338. n.20. & ſeqq.
par.13. & dec.402. n.6. & ſeqq. par.16.
poſt De Luc. de Uſur. dec.5. n.21. & de-
ciſ.7. n.5.

Nullius paritèr ponderis detectum
fuit aliud objectum, quòd Robertus
de Falconeriis, in emptione prædii del-
la *Olmeta*, de anno 1662. facta, pretium
ſolverit Terentiæ prædictæ in extin-
ctionem crediti ſuarum dotium, & ju-
rium ceſſionem ab eadem reportave-
rit, ideoque tam ipſi emptori, quàm
ejus fidejuſſoribus, ex perſona dictæ Te-
rentiæ competat exceptio jurium dota-
lium anteriorum. Quoniam prædicta
jura dotalia fuerunt à Terentia præce-
dentèr obligata Margaritæ de Leuzis,
creditrici Cenſus, poſtea ceſſi dd. RR.
Patribus, dum de anno 1601. in exe-
cutionem mandati procuræ, ab ipſa in
perſonam Laurentii filii facti, favore
dictæ Margaritæ fidejuſſit, proindeque
in præjudicium anterioris Roberto
cedi non potuerunt: Jura quippe pri-
mo creditori obligata, & poſtea ceſſa
ſolventi dotale creditum mulieri, viva,
& integra remanent favore dicti primi
22 creditoris, cui obligata fuerunt, neque
aliquo modo proſunt poſteriori ceſſio-
nario, ut ſunt textus expreſſi *in l. ſol-*
verit 5. § Si convenerit ff. quib. mod.
pign. vel hypoth. ſolvit., ibi – aliud eſt ſi
jus obligationis vendiderit creditor,
& pecuniam receperit, tunc enim ma-
nent omnes obligationes integræ, quia
pretii loco id accipitur, non ſolutio-
nis nomine, – *& l. cum is qui 37. ff. de*
fidejuſ. l. rei pignori 10. Cod. de remiſ-
ſione pignor., & l. ſi debitor 12. Cod. de
diſtract. pignor., & egregiè probant in
puncto *Noghera. alleg.35. n.1. & ſeqq.*
uſq. ad n.14., ubi plures adducit con-
cordantes, plures ita judicatum refert,
& reſpondet contrariis optimè *Domi-*
nus meus Auditor Bonfinius in deciſ. Rot.
Lucen. inter recollect. per Palm. Neapol.
dec.339. n.11. Rot. Romana coram Rom-
bald. dec.159. n.3. & 6. & per tot. & in
rec. dec.435. n.4. & pluribus ſeqq. par.5.
& dec.352. n.1. uſque ad 9. par.19. Rot.
Florentina in Florentina Pecuniaria Bon-
tale, e Marmorea S. Quirici, & ſeqq.
coram Domino meo Auditore Bellario.

Haud relevante, quòd per ſolutio-
nem dotis, factam Terentiæ, omnia jura,
omneſque hypothecæ, ſuper dicto præ-
dio eidem competentes, reſolutæ, &
ex-

23 extinctæ remanſerint, ac propterea RR. PP. ſuffragari non poſſint, ut ſcribunt *Cencel. alleg.* 51. *ex n.* 5. *& ex n.* 8. *De Luc. ad Reſolut. De Marinis. mel... 72. ſub num.* 4. *verſ. bene verum, lib.* 1. *alter De Luc. de Dot. diſcurſ.* 85. *num.* 6. ubi concordantes. *Rot. Lucen. apud Andreol. contr.* 161. *n.* 8.

Siquidem objectum procederet, ſi Falconerius, ſolvendo dotem Terentiæ, ipſius jura dotalia extinguere voluiſſet, prout facere poterat, cum non prohibeatur debitor, nullam habens à lege, vel ab homine inhibitionem, ſatiſfacere creditori, mediante actuali ſolu-
24 tione, quæ debitum extinguit, & reſolvit hypothecas à Ceſſionario præcedenter quæſitas. *Caphal. conſ.* 189. *ſub num.* 33. *Cencel. alleg.* 51. *n.* 9. *De Luc. de Dot. diſcur.* 85. *num.* 6. *& de Credit. diſcur.* 40. *n.* 5. *Olea de Ceſſion. Jur. tit.* 8. *quæſt.* 2. *n.* 34. *Rot. noſtra in dicta Florentina Præmiatica* §. *Securitas*, ubi, quòd ceſſio intelligitur conditionaliter facta,
25 quatenus nempe nomen ceſſum non diſſolvatur, & §. *Quoniam. Rot. in rec. dicta dec.* 425. *num.* 4. *& ſeqq. part.* 5., & eſt in jure notiſſimum, quòd non interveniente aliquo ex tribus requiſi-
26 tis *l.* 3. *Cod. de novat.*, extingui poteſt nomen debitoris, licèt tertio ceſſum, & hypothecatum, ut per tex. in *l. nomen debitoris* 4. *Cod. quæ res pignor. oblig. poſſunt*, tradunt *Altimar. ad Rovit. conſ.* 69. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 1., ubi plurimos adducit concordantes. *Rot. in rec. dec.* 245. *n.* 3. 4. *&* 9. *par.* 11, & ceteris omiſſis, in individuo caſus noſtri *Rot. noſtra in dicta Florentina Præmiatica* §. *Quoniam in fine*, & §. *De cætero, coram Domino meo Auditore Bellinto.*

E contra verò accidit, quando emptor fundi ſolvens mulieri, ab ea ſimul ceſſionem jurium reportat vigore pacti, præcedentèr in limine contractus inter emptorem, & venditorem appoſiti, ut factum fuit in præſenti hypotheſi, in qua Robertus, certis ſtatutis temporibus, ſe obligavit ſolvere pretium *dummodo in actu ſolutionis prædicta Domina Terentia cedat ſua de ejus juribus dotalibus, quæ capit ſummam prædictam, pro ratione dictorum honorum, & talem ceſſionem faciat in forma juris valida per publicum inſtrumentum, & promittat talia jura eſſe penes ſe ſalva, integra, & illæſa, & nemini ceſſa, affecta, vel obligata, & alios ſcutos ſexcentos ſimiles pro reſiduo dicti pretii, ſolvere numeraverunt eidem D. Terentia, vel ejus heredibus pro dicto tempore, dummodo etiam ſimiliter in actu ſolutionis prædicta mulier primo loco cedat ſua alia jura dotalia, quæ capiant dictis florenis ſexcentum, & promittat talia jura eſſe penes ſe ſalva, & illæſa.* In his quippè terminis, in quibus emptor voluit efficacem ceſſionem jurium dotalium, quæ eſſent penes cedentem integra, & illæſa, & nemini præcedentèr ceſſa,
27 ſicque viva, & non extincta, illa prodeſſe non poſſunt Roberto, ſed creditrici anteriori, cui priùs obligata fuerant, ut proſequitur in ſpecie *Rota noſtra in d. Florentina Præmiatica* §. *In nihilo, &* §. *Quoniam, coram D. meo Auditore Bellinto. Rot. Rom. coram Rembald. d. dec.* 159. *ex num.* 3. *& num.* 6. *& in rec. ... dec.* 425. *num.* 8. 9. *& ſeqq. part.* 5.

Quidquam non refragante, quod emptor ſolvere deberet Terentiæ pretium prædii, à debitoribus dotis venditi, proindeque ſolutio, facienda ex bonis debitorum, ſuffragari non poterat Roberto pro reportanda jurium ceſſione tranſlativa, quæ in extinctivam,
28 & in quietantiam, tali caſu reſolvebatur, ut in puncto ſolventis ex pretio rei venditæ *Andreol. contr.* 348. *num.* 17. *Tondut. reſol.* 29. *num.* 7. *Amatus reſol.* 7. *ſub num.* 46. *Manſ. conſult.* 107. *num.* 18. ubi concordantes. *De Luc. in Spicilegio Genuen. Ceſſion. Jurium quæſt.* 34. *n.* 1. *&* 2. *Rot. Marchiæ apud Thomat. dec.* 185. *num.* 4. *& ſeqq. Rot. Rom. cor. Gregor. deciſ.* 68. *num.* 4. *&* 5. *Uhald. Sen. dec.* 849. *n.* 7. *in rec. dec.* 63. *num.* 4. *part.* 2. *dec.* 180. *n.* 5. *part.* 15. *dec.* 758. *num.* 1. *&* 2. *par.* 18. *& dec.* 220. *num.* 4. *&* 5. *part.* 19. *& poſt Cenc. de Cenſib. dec.* 559. *num.* 18. *& ſeqq. & poſt De Luc. de Dot. dec.* 16. *num.* 3. Taliſque ceſſio extinctiva, ad effectum excipiendi, & ſe tuendi, abſque dubio ſuffragari poterat Roberto, quamvis
29 prodeſſe non potuiſſet ad agendum, in ſpecie *Andreol. d. contr.* 348. *num.* 18. *Tondut. d. reſol.* 29. *n.* 9. *Amat. d. reſol.* 7. *n.* 47. *Carleval. de Judic. lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 55. *n.* 13. *verſ. ſi debitor, & n.* 18.

&

& ſeqq. uſque ad n.23. Veſpignan. de Empt. & Vendit. conſult.29. n.2. & 3. Olea de Ceſſion. Jur. tit.4. quæſt.2. n.15. De Luc. ad Eum in Spicilegio quæſt.51. n.4. & ſub num.15. & in Spicilegio Gemino d. quæſt.34. ſub n.5 & in Labyrint. Ceſſion. Jur. Via 66. n.1. & ſeqq. Sebaſtian. de Jur. Offeren. part.2. cap.1. ſect.7. n.16. & ſeqq. & n.30. & ſeqq. Addent. ad Barat. dec.410. n.9. & 10. Rot. in rec. dec.280. num.6. & ſeqq. part.15. dec.32. ex num.1. & dec.111. n.5. & ſeqq. par.17. & coram Emerix. Jun. dec.330. num.4.& poſt Cenc. de Cenſib. d. dec.559. num.18. & ſeqq.

Irrelevans enim detegitur prima hujus aſſumpti pars; quia ſententia, quòd Ceſſio reportata à ſolvente ex pecuniis rei emptæ vim habeat quietantiæ, vera non eſt, quando in limine contractus fuit adjectum pactum de dicta ceſſione reportanda, tunc enim emptor ad utilitatem propriam, & ut ſibi jus acquirat, ſolviſſe videtur, & quaſi nomen debitoris acquiſiviſſe,
30 ut explicando contrarias Authoritates, firmant in puncto *Tondut. reſolut. Civil.29. num.8., & reſol 32. ex n.9. & num.12., & 13. Andreol. dicta*
31 *controv.348. num.19. Manſ. conſult.107. num.30. Epiſcopus Rocca diſput.111. num.41.*, ubi plures refert. *Olea de Ceſſion. jur. tit.4. quæſt.2. ex num.1. Carolus Antonius de Luc. ad Eum in Spicilegio gemino, dicta quæſt.34. ſub n.2.,& num.4. De Luc. de Credito diſcurſ.48. n.3., & de Empt. diſcurſ. 21. num.11. Addent. ad Barat. dicta dec.410. num.8. Rota poſt D. Conſtantin. ad Stat. Urb. dec.64. num.12. & 22., & coram Ubald. Jun. dec.99. num.2. & ſeqq., & poſt De Luc.*
32 *de Dot. dict. dec.16. num.4.* Quamvis contrarium ſenſerit *Carleval. de Judic. lib.1 tit.3. diſput.35. num.13. verſic. ſed ſi debitor, & num 18., & ſeqq. uſq. ad num.23.* qui, tanquam contra communem loquens, expreſsè rejicitur à *Carol. Ant. de Luc. in Spicilegio Gemino de Ceſſion. Jur. tit. quæſt.34. n.4. in fine.*

Prout irrelevans detegitur ſecunda pars: ideò enim emptor, qui jurium ceſſionem extinctivam reportavit, ſe tueri poteſt in poſſeſſione adverſus creditores poſteriores, quia ſicut ſi ipſe ex pretio rei emptæ creditorem anteriorem non dimiſiſſet, poſteriores ſuper bonis, ab emptore poſſeſſis, nihil conſequi poſſent, ex quo ab anteriore repellerentur ita ſi pignus à Creditore antiquiore ſuis pecuniis liberavit, ei ſubveniri debet, nè pecuniæ propriæ jacturam patiatur, & adverſus poſteriores exceptione doli mali à
33 lege ſuccurritur. *Arias de Meſa Var. reſol. lib.1. cap.2. ſub num.2. verſ. ubi ſubiicit, & cap.17. num.10. & ſeqq. & num.16. De Luc. ad Gratian. diſcept.169. ſub num.5. verſic. ratione. Epiſcopus Rocca diſput.111. num.43. Olea de Ceſſion. jur. tit.4. quæſt.2. num.15. R.P.D. meus Anſald. de Commerc., & Mercat. diſcurſ. 86. num.22. Franch. dec.134. ſub n.5. & ſub num.7. ibique De Luc. num.3. Rot. in rec. dec.111 ex num.9. part.17.*

Hoc autem non evenit in præſenti hypotheſi, in qua ex juribus Roberti, qui dotem Terentiæ ſolvit, excludi pre-
34 tenduntur RR. Patres, cauſam habentes à Margarita de Lenzis, cui à Terentia præcedentèr ceſſa, & obligata fuerunt jura dotalia, proindeque in concurſu iſtius potiùs procedendum eſt cum regula, quòd concurrenti-
35 bus duobus Ceſſionatiis, prior ſecundo eſt præferendus. *Negueral. dicta alleg. 35. num.7. & ſeqq. Olea de Ceſſione Jur. tit.6. quæſt.8. ex num.7. Scraphin. Meſſin. de Confiſc. Bonorum, quæſt.31 n.126. fol.162., & num.130. Salgad. Labyrint. Credit. part.1. cap.10. ex num.46., & cap.27. num.77., & part.2 cap.4. n.41. Sac. Conſiſtorium Regni Siciliæ apud Giurb. dec.104. num.4. Rot. poſt De Luc. de Fideic. dec.6. n.10. cor. Emerix jun. dec. 419. n.5., in rec. ſæpè cit. deciſ.425. ex num.8. part.5.* Jura enim directa, quæ remanſerunt penes Cedentem, ſunt inutilia, & inefficacia, in concurſu utilium
36 in Margaritam antecedentèr tranſlatorum. *Negueral d. alleg 35. num.4.& 6. Gratian. diſcept.20. num.27. Salgad. Labyrint. Credit. part.1. cap.27. num.62. Sac. Conſilium Neapolit. apud Minadoum dec.29. in fine. Rot. Rom. in rec. cit. deciſ.425. num.12.& ſeqq. part.5. & dec.44. num.16. part.11.*

Et ſi aliàs diceretur, ſequeretur abſurdum, quòd nempè jura dotalia, & anterioritas, ſemel à muliere ceſſa, poſ-

ſet alteri cedi, & à ſecundo Ceſſiona-
rio primus repelleretur, cui contra
bona, à ſecundo ceſſionario empta,
agere permiſſum non eſſet, ex quo
juribus dotalibus anterior uti non
poſſet, tanquam extinctis, & tamen
eadem jura ſuffragarentur, niſque uti
poſſet poſterior ad excludendum cre-
ditorem, & Ceſſionarium anteriorem,
ſicque aperiretur via fraudibus, & da-
37 retur anſa fraudandi ceſſionarium an-
teriorem, & colludendi intercedem-
tem, & eum, cui poſterior ceſſio fa-
cta eſt. Eſt autem abſurdum, & Juri
repugnans, quòd Margarita, quæ
præferretur, ſi jura dotalia remane-
rent penes Terentiam cedentem, poſt-
poni debeat, ex eo quòd jura præ-
dicta tranſierunt in Robertum ceſſio-
narium, & quòd ſemel ceſſa anterio-
ritate à muliere, illa alteri cedi poſſit,
contra regulam textus in *l. nemo plus
ff. de regul. jur.* & tradita in terminis
per *Sac. Conſilium Neapolit. apud Minad.
dicta dec. 29. in princ. ibique Manac. in
Addit. in princ., & n. ultimo, & apud
Franch. dec. 478. num. 3. Dominus meus*
38 *Auditor Bonſinus in dec. impreſſa inter
Lucen. Diverſ. recollect. per Palm. Nep.
dec. 339. num. 11. Rot. Romana coram
Rembald. cit. dec. 159. n. 6., in recen. dec.
425. ex num. 9. & ſeqq. part. 3. dicta dec.
351. num. 1. & 9. part. 19.* ubi concor-
dantes *poſt De Luc. de Fideicom. dicta
dec. 6. num. 10.*, & generalitèr *Sard. conſ.
21. num. 19. & ſeqq. Manſ. conſult. 8.
num. 17. tom. 1 Salgad Labyrint. Credit.
part. 1. cap. 10. num. 47. Olea de Ceſſ.
jur. tit. 6. quæſt. 8. num. 4. Sac. Conſilio-
rum Regni Siciliæ apud Giurb. dec. 104.
num. 1., & ſeqq.*, ubi plures refert.
*Rot. coram Emerix Junior. deciſ. 419.
num. 5.*

Urget enim in hoc propoſito fortiſ-
ſimum dilemma, quòd, aut Robertus
Falconerius, ſolvendo dotem Terentiæ,
ejus jura dotalia extinxit, vel non:
Primo caſu, ſi illa extincta ſunt, nemini
proſunt, & conſequentèr remanet RR.
Patribus, à Margarita cauſam ha-
bentibus, hypotheca ſuper dicto præ-
dio *dell' Oliveto*, proveniens ex inſtru-
mento impoſitionis Cenſus, quod tan-
quam ſtipulatum die 15. Januarii 1601.,
eſt anterius venditioni factæ Roberto
39 die 29. Maji 1602. ſecundo caſu, ſi viva,
& exiſtentia ſupponuntur, ceſſionario
anteriori ſuffragari debent, non poſte-
riori. *Rot. coram Rembold. dicta dec. 159.
num 6. in rec. dicta dec. 425. num. 4. &
ſeqq. part 5.*

Et denique obicem facere non va-
luerunt tres conformes ſententiæ, re-
portatæ à DD. de Gondis, ipſos ab-
ſolventes ab ulteriori ſolutione fru-
ctuum cenſus prædicti, per quas con-
40 cludentèr probatum remanere indebi-
tum, in individuo firmat *Rot. cit. deciſ.
188. n. 4. part. 15. rec.*

Quandoquidem Judicium, tunc tem-
poris motum, in quo PP. condem-
nari inſtabant DD. de Gondis ad ſo-
lutionem fructuum, in futurum de-
currendorum, eſt diverſum ab illo, de
quo agitur. In primo enim actionis
negatoriæ, RR. PP. titulum exhibere,
41 & eorum prætenſum creditum conclu-
dentèr probare tenebantur, ut firmat
*Cenc. de Cenſ. quæſt. 90. num. 9. & ſeq. &
Deciſio Reverendiſſimi D. mei Archiepiſ-
copi*, qui tunc in prima Inſtantia judi-
cavit *§. Cum autem*, quod cum facere
non potuerint, jure merito Rei con-
venti fuerunt in dictis Sententiis de-
finitivè abſoluti, ad quam abſolutio-
nem obtinendam ſola dubietas, &
contraria poſſibilitas ipſis ſufficiebat.
In præſenti verò Cauſa, in qua, con-
verſa judiciali figura, dicti DD. de
Gondis prætendere cœperunt, RR. PP.
indebitè percepiſſe fructus in præte-
ritum, & uſque ad diem moti dicti
primi Judicii, cum effecti fuerint
Actores, ipſis incumbit onus exclu-
dendi omnem debiti poſſibilitatem,
cui dum totalitèr ſatisfacere non po-
tuerunt, fuerunt ob id Patres à præ-
tenſa reſtitutione d. indebiti liberati:
Itaque concurrente diverſitate inter
unum Judicium, & aliud, res judicata,
quæ favore DD. de Gondis jure me-
rito in primo Judicio emanavit, in ſe-
cundo pro indebiti repetitione ipſis
42 prodeſſe non valet. *Rota dec. 612.
num. 6.*, ubi plures adducit concordan-
tes, *par. 19. tom. 2. rec.*

Et ita utraque &c.

AR-

ARGUMENTUM.

Ad utiliſſimam, & quotidianam in Emporio Florentino Intraturę materiam, plura magiſtraliter deducuntur, & reſolvuntur favore Intraturam pro acquiſitione Intraturę, etiam ſuper Apotheca, conducta à Livellario locare prohibito, qui prius ſuper eam Intraturam acquiſierit, nec Domini directi conſenſus eſt neceſſarius pro acquiſitione, qui tamen præſumeretur ex longiſſimi temporis curſu. Intratura, ſive parva, ſive magna, poteſt in alium cedi, & transferri, & quomodo. Solutio penſionis ex quibus ſecura præſumi debeat, & quando ex talis ſolutionis defectu amittatur Jus Intraturę.

SUMMARIUM.

1 *Intratura Statutaria acquiritur ab Artifice exercente Artem in eadem Taberna per quinquennium.*

2 *Et Intratura, quæ vocatur magna, acquiritur, vel ex contractu, vel ex exercitio Artis in eadem Apotheca per ſpatium* 30. *vel* 40. *annorum.*

3 *Quæ Intratura magna fraternizzat cum avviamento.*

4 *Per conductionem à Livellario non acquiritur Intratura.*

5 *Maximè ſi Livellario fuit prohibita conceſſio in affictum, ſed vide* num. 14. & 15.

6 *Et fortiùs ſi Intratura fuit antea per Livellarium acquiſita, nè detur Intratura Intraturæ.*
Sed vide n. 19. & ſeqq.

7 *Intratura acquiritur etiam deficiente locatione per exercitium quinquennale alicujus Artis in aliquo loco.*

8 *Idem competat etiam Artifici, qui diſdixit, & dimiſit Apothecam, & conductioni renunciavit.*

9 *Et ſic etiam competit ei, qui à Livellario, & Conductore Apothecam habuit, etiamſi ei prohibitus ſit affictus,* & n. 10. & 11. & ſeqq.

10 *Conductor de Jure habet facultatem ſublocandi rem conductam.*

11 *Et id facere poteſt, non obſtante pacto contrario, accedente tamen licentia Locatoris, quam denegare non poteſt.*

12 *Quinquennium, quod ſufficit ad acquirendam Intraturam Statutariam in Locationibus, non dicitur longum tempus.*

13 *Et an ſit ad longum tempus Locatio per quinquennium cum hoc, quòd ſi non fiat diſdicta, cenſeatur facta relocatio per aliud quinquennium.*

14 *Ad acquirendam Intraturam non conſideratur Locatio, ſed exercitium, quo ſtante illa acquiritur, etiamſi Artifex habeat affictum ab eo, cui prohibita eſt Locatio.*

15 *Intratura acquiritur etiam in bonis Fideicommiſſariis, & Eccleſiaſticis, vel aliàs prohibitis conduci ad longum tempus.*

16 *Et acquiritur invito, & contradicente Domino.*

17 *Intraturà conceditur, ut Conductores, certi ſe non poſſe expelli, meliùs curent Mercaturæ operam dare, & avviamenta inducere.*

18 *Ceſſante exercitio Mercaturæ, & clauſa Apotheca ob non benè exercitam artem, ceſſat Jus Intraturæ, tanquam illius effectus.*

19 *Intratura poteſt de uno in alium transferre, nec iſta dicitur Intratura Intraturæ.*

20 *Jus Intraturæ alienari, cedi, & in alium transferri poteſt.*

21 *Et tranſit etiam in Creditores Concurſus.*

22 *Ampl. ſive agatur de magna, ſive de parva Intratura.*

23 *Lim. non procedere in Intratura Statutaria, quæ dicitur parva, in cujus tranſlatione Domini, & Locatoris conſenſus deficiat.*

24 *Sublim. ſi alienatio Juris intraturæ facta ſit in alium, eamdem artem exercentem, nam tunc conſenſus Domini non requiritur.*

25 *Et de ratione,* & num. ſeqq.

26 *Penes quemcunque ſit Intratura, Dominus eamdem Penſionem recipere debet.*

27 *Intratura non præjudicat Domino, quia conſiſtit in acquiſitione pretii, & fructus illius avviamenti, quod de tempore Locationis non aderat.*

28 *Avviamentum eſt pretio æſtimabile.*

29 *Sicut & Intratura.*

30 *Cujus fructus poſſunt licitè percipi.*

31 *De conſenſu, quatenùs requireretur ad effectum acquirendi Jus Intraturæ, ſolùm opponere poteſt Dominus directus.*

32 *Intraturarius æquiparatur Emphyteutæ, utili domino, vel ſuperficiario.*

33 *Longi temporis lapſus inducit præſumptio-*

ptionem conſenſus Domini directi.

34 *Sicut ex lapſu longiſſimi temporis præſumuntur intervenîſſe omnes ſolemnitates, quæ per actum ſeparatum contractus accedere poſſunt, ut eſt E.G. inſinuatio.*

35 *Ita Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione Bonorum Eccleſiæ [præſcindendo à Conſtitutione Urbana,] per lapſum 30. annorum præſumitur.*

36 *Et quando adeſt obſervantia, per triccennale tempus præſumitur derogatio Statuto, vel Conſtitutioni, moderatoriæ Dotium.*

37 *Nec non per lapſum temporis præſumitur diſpenſatio ſuper impedimentis Matrimonii.*

38 *Et ſuper obſtaculo pro obtinendis Ordinibus, Beneficio, vel Penſione:*

39 *Præſumitur etiam ex lapſu longiſſimi temporis conſenſus Ordinarii pro acquirendo Jure Patronatus, vel validanda donatione illius.*

40 *Si vigore Sententiæ, declarantis Intraturam, per aliquem agatur contra Conductores, & Dominus directus tacuerit, præſumitur iſte agnoviſſe juſtitiam petitionis agentis, & acquiſitioni Intraturæ conſenſiſſe.*

41 *Jus Intraturæ amittitur ob non ſolutionem Penſionis, & ob ſilentium 30. annorum,* & n.42.

43 *Si per lapſum 40., & ultra annorum Penſio petita non fuerit, præſumitur ſoluta.*

44 *Præſcriptio 40. annorum etiam contra Eccleſiam currit, & illius creditum extinguit.*

45 *Qui non comparuit in concurſu creditorum, & paſſus eſt bona debitoris inter creditores diſtribui, non eſt veriſimile, quòd tacuiſſet, ſi ſui crediti ſolutio non præceſſiſſet.*

46 *Solutio præſumitur ex inveriſimilitudine.*

47 *De Jure, & per diſpoſitionem Statuti Mercantiæ* lib.3. rubric.2., *in concurſu creditorum debitoris decocti, factis ſolitis citationibus, & edictis, qui non comparet intra terminum præfixum, repellitur ab ulteriori petitione ejus crediti.*

48 *Ex non comparitione creditorum in concurſu, eo magis præſumitur ſolutio, ſtante Statuto Mercantiæ, audientiam denegante non comparenti,* & n.47.

Præcipuè ſi non comparentes ſint perſonæ Eccleſiaſticæ n.49.

49 *Perſonæ Eccleſiaſticæ non præſumuntur negligentes in proprio officio, & tuitione jurium Conventus, & Eccleſiæ.*

50 *Ex facilitate conſequendi ſatisfactionem, diligentia in exigendo, & exactione majoris partis, elicitur conjectura ſolutionis,* & n.51. & 52.

53 *Et ex petitione, facta poſt mortem debitoris principalis, qui, dum viveret, poterat docere de ſatisfactione.*

54 *Maximè ſi petitio facta ſit contra mulierem minorem, de eo tempore innuptam, omniumque ignaram.*

55 *Ex non facta deſcriptione in Libris non probatur ſolutionis negativa.*

56 *Præcipue quando negativa ſolutionis à tertio allegatur, qui gravatur onere illam concludenter probandi.*

57 *Intratura amittitur, quando Dominus directus non poteſt conſequi penſionem à debitore, ſecus verò quando iſte non eſt in mora, ex ſtylo, & Praxi in Civitate Florentiæ.*

58 *Item non amittitur ex Statuto Artis Fabricantium, diſponentis, in caſu non ſolutionis penſionis ſervari debere pacta locationis.*

59 *Sicut Avviamentum non amittitur ob non ſolutionem penſionis, ita nec ammittitur Intratura, quæ eſt præmium aperitionis Apothecæ, & acquiſitionis Avviamenti.*

60 *Statuta aliquarum Artium diſponunt, ob non ſolutionem penſionis, Intratutarium privatum remanere jure Intraturæ.*

61 *Sed ab eo, quod diſponunt Statuta unius Artis, non poteſt inferri ad aliam Artem, cum in hoc unaquaque Ars habeat Statuta diverſa.*

62 *Et ideò Deciſiones emanatæ reſpectu unius Statuti, & Artis, regulam dare non poſſunt pro aliis, qui Conductoribus majorem, vel minorem favorem tribuunt.*

63 *Actus judiciales, & lis vigens, impediunt curſum præſcriptionis Intraturæ.*

64 *Refertur Statutum Artis Fabricantium ſuper appellatione à prima ſententia, & quòd ſententia in hoc cauſa lata fuerit confirmata.*

63 *Intratura hujus Cauſæ, quomodo, & in qua quantitate fuerit liquidata.*

DECISIO XXIV.

Poſtquam inſignis hæc Civitas, Mercaturæ beneficio intra breve temporis ſpatium, magna ſui nominis gloria, antiquum orbem implevit, eoque ſucceſſivè nova ipſius Civium acceſſione ampliato, tam ab antiquis, quàm à novis regionibus divitias in tam magna quantitate cumulavit, ut inter opulentiores Europæ Urbes meruerit numerari; ad conſervandum, & augendum favorem commercii, & pro alliciendis Civibus ad artificia, & negociationes ineundas, inter cæteras mercantiles Leges, laudabilitèr editas, provido conſilio decrevit, quòd Artifices, qui per quinquennium artem in aliqua Apotheca exercuerint, in ea acquirant Intraturam, nec inviti poſſint amplius à Domino ipſius amoveri, & expelli.

Huic igitur Statutariæ innixa diſpoſitioni Maria Suſanna de Paneratis, die 21. Octobris 1678 obtinuit à Magiſtratu Supremo, ex bonis Nicolai avi decocti, ſibi inter cætera bona aſſignari pro dote Intraturam Apothecæ ad uſum Lanionis, poſitæ in veteri Emporio, vulgò *Mercato Vecchio* hujus Civitatis, & in præfatæ Sententiæ executione inſtetit pro ſolutione contra Anichinum conductorem priùs, deindè contra Franciſcum Mazzinum, & ultimo loco contra Dominicum Graziosi, quo detrectante eam recognoſcere in Dominam pro dicta Intratura, fuit conteſtata lis, illaque ad præſens reaſſumpta contra Philippum Marchiſi, modernum conductorem, coram Magiſtratu Artis Fabricantium, ab eoque nobis ad referendum commiſſa, in hodierna Audientia retulimus, Intraturam præfatam ſpectare ad dictam Suſannam.

Cum enim ab anno 1637. uſque ad annum 1677., prædictus Nicolaus Lanienam in dicta Taberna exercuerit, eidem acquiſita fuit nedum Intratura Statutaria, quæ per quinquennale exercitium artis in eodem loco ab
1 Artifice acquiritur; *Jo. Bapt. Aſin. in ejus celebri Conſ. quod circumfertur, n.3. & ſeqq. Carocc. de Locat. part.7. concl.72. Neron. in Elenc. Mat. Rat. Florent. V. Intratura. Salvet. ad Statuta Florent. lib.1. rubr.73. V. naturalis obligatio, prope fin. verſic., & ſic videmus in acquiſitione Intraturæ, fol.323. Rota noſtra apud Magon. deciſ.112. num.2. & apud Urceol. dec.18. num.6. & ſeqq. & in Florentina Intraturæ 3. Decembris 1567. lib. Motuum 29. fol.70. §. Fuit lata, & in alia Florentina Intraturæ 5. Decemb. 1619. in princ. §. Neque, §. Jus autem, & §. Secundo advertendum, lib. Mot.100. fol. 243. & ſeq. & 9. Februarii 1633. §. Et mota, lib. Mot.104. fol.265. Aſſeſſor Panadorus in Relatione Anni 1633. §. Pro Juſtificatione. DD. Conſules Artis Sericæ, Relatore Domino Carneſecchi 3. Decemb. 1671. num.4. & ſub num.11. & 17. Octobris 1681. §. Nel terzo luogo, referente eodem Carneſecchio, & D. Aſſeſſor de Libris in Relatione facta huic Magiſtratui 26. Julii 1658. §. Che il Coctelo, & ſeqq. & in alia Florentina Intraturæ 4. Aprilis 1700. §. Et demum, referente D. meo Aſſeſſore Correttani* ſed alia, quæ voca-
2 tur magna, & quam deberi, vel ex contractu, vel ex uſu, poſt exercitam Artem in eadem Apotheca per ſpatium longiſſimi temporis, 30. nempe, vel 40. annorum, *Aſin. in d. ſuo Conſ. n.4. & ſeqq. Taſch. V. Intratura, concl.341. num.5. Domini Conſules Artis Sericæ 3. Decembris 1671. num.3. Relatore d. D. Carneſecchio,* ubi, quòd hæc acqui-
3 tur de Jure communi, & fraternizat cum Avviamento.

Non relevante, quòd Intratura præfata non potuerit acquiri à Nicolao, vel quia ab anno 1637. uſque ad annum 1641., & ab anno 1670. uſque ad annum 1677., non probatur, Apothecam prædictam fuiſſe locatam Nicolao: ab anno verò 1643. uſque ad annum 1663. non probatur, ei fuiſſe locatam à Patribus S. Crucis, dominis illius, ſed à Fratribus della Bella conductoribus, ſeu livellariis, quod non ſufficit ad acquirendum

jus

4 jus Intraturæ, ut firmant *Aſin. in d. ſuo Conſ. num.23. & 24. Rot. in Florent. Intratura 3. Decembris 1567. lib. Mot. 19. fol. 70. §. Fuit lata*. Vel quia dd. della
Bella, qui ad livellum acceperant Apothecam ad eorum tertium generationem, cum expreſſa prohibitione, quòd eam aliis in affictum ad longum tempus concedere non poſſent, ob
reſiſtentiam hujus pacti locare non potuerint Nicolao Pancrajo, nec con-
5 ductor, cujus locatio habetur, ac ſi facta non eſſet, Intraturam acquirere potuit. Vel demum quia, cum eandem Intraturam præcedentèr quæſiverint di-
6 cti Fratres della Bella, qui à Patribus S. Crucis Lanienam de Anno 1623. habuerant, non poterat Nicolaus iterum illam ſibi comparare, nè detur Intratura Intraturæ, contra ea, quæ firmant in ſpecie *Magiſtratus Artis Serica in Florent Intratura 16. Julii 1705. referente Aſſeſſore Martellino, n. 7. n. 14. 26. 30. & 33. Rot. noſtra die 13. Januarii 1567. lib. Mot. 29. fol. 204. §. Quod autem, & 3. Decembris ejuſdem Anni, §. Fuit lata, lib. Mot. 29. fol. 70.*

Quandoquidem reſpectu primæ partis objecti, cum Nicolaus per totum dictum tempus in præfata Apotheca artem Lanionis exercuerit, hoc ſatis eſt pro conſequenda Intratura, etiamſi locatio deficiat, cum Intratura non proveniat à locatione, ſed ab exercitio alicujus artis per quinquen-
7 nium in aliquo loco. *DD. Conſules Artis Serica die 3. Decemb. 1671. ſub num. 18. §. Primo perche, & ſeq. & n. 25. & ſub num. 26. Aſſeſſor de Libris in Relatione huic Magiſtratui 26 Julii 1658. §. Che il Chiccoli, & ſeqq. Rot. noſtra in Florent. Intratura 5. Decembr. 1619. §. Non etiam, lib. Mot. 100 fol. 244. t., & §. Jus verò avviamento, fol. 245.*, & ob id intratura competit etiam Artifici,
8 qui Apothecam diſdixit, dimiſit, & conductioni renunciavit. *Caſtren. conſ. 323. ſub n. 1. lib. 1. Rota noſtra apud Urceol. dec. 18. n. 46. Dom. Aſſeſſor Carneſecchi in d. Relatione Anni 1671. n. 14. & ſeq.* & fuit deciſum ab hoc *Magiſtratu die 16. Julii 1658.* referente *D. Aſſeſſore de Libris in Cauſa Lambardi, e Chiccoli, e PP. della Nonziata, §. Hereditate, & ſeqq.*, ubi latiſſimè.

Ex eadem ratione continuati exercitii d. Artis non obſtat, quòd per plures annos locationem Nicolaus à Condu-
9 ctoribus reportaverit, & ulteriùs objecto reſiſtit facultas, quam de jure habet conductor ſublocandi, ut in individuo firmat *Rot. noſtra in d. Florentina Intratura 3. Decembris 1567. §. Fuit lata, lib. Mot. 29. fol. 70.* & gene-
10 ralitèr diſponit *Text. in l. arme 6. & l. ne tu 32. C. de locat. l. non aliter 7. ff. de uſu, & habit. leg. l. cum in plures 63. ff. locat.*, & tradunt *Gabr. conſ. 75. n. 1. lib. 1. Leotard. de Uſur. quæſt. 11. n. 17. Pacion. de Locat. cap. 31. num. 1. & ſeq.*, ubi, quòd poteſt ſublocare, non obſtante pacto in contrarium, concurrente tamen permiſſione, & licentia
11 locatoris, quam ipſe denegare non poteſt. *Altograd. Jun. in dec. 1. num. 115. impreſſ. poſt tom. 2. ſuarum Controverſ. forenſ. Sanfelic. dec. 356. ex num. 1. ibiq. Addén. Rot. coram Seraphin. deciſ. 186. num. 17. Peutinger. dec. 1. n. 5. in rec. deciſ. 208. n. 2. part. 4. tom. 1.*

Quo verò ad ſecundam objecti partem, illud paritèr ceſſat, tum quia ad effectum acquirendi Intraturam Sta-
12 turariam ſufficit quinquennium, quod in locationibus non dicitur longum tempus. *Antonell. de Temp. leg. lib. 1. cap. 10. num. 2. & ſeq. Torr. Quæſt. Jur. tom. 3. tit. 13. deſin. 19. num. 17. fol. 327. Mantic. de Tacit. lib. 13. tit. 45. num. 13. Fuſar. de Subſtit. quæſt. 323. num. 5. Caroc. de Locat. ad long. temp. quæſt. 1. part. 2. num. 13. fol. 53. Fulgin. de Emphyt. tit. de Alienat. quæſt. 1. num. 81. Pacion. de Locat. cap. 4. num. 5. Ursinus dec. 306. n. 11. Rot. noſtra in d. Florent. Intratura 5. Decembr. 1619. §. Sed nulla ex his, lib. Mot. 100. fol. 244. & §. Unde cum jam, fol. 245. t.*, ubi, an dicatur ad longum tempus, ſi locatio ſit per quinquennium, cum hoc, quòd ſi non fiat ante finem
13 quinquennii diſdicta, cenſeatur relocata per aliud quinquennium, & *apud Urceol*, qui ejuſdem dec. tenorem refert, *d. dec. 18. ſub n. 51.*, & *apud Magon. dec. Florent. 91. n. 13.* Tum etiam quia in hac materia non conſideratur locatio, ſed exercitium, quo mediante Artifex, vel Mercator, acquirit Apothecæ populi affluentiam, & obtento hoc avviamento, in quo con-

24 ſiſtit finis Statuentium, ſtatim acquiſita dicitur Intratura, etiamſi reſiſtat pactum, à Locatore, ſeu Domino appoſitum, ut in puncto Intraturæ, quòd iſta acquiratur etiam in bonis Fideicommiſſariis, & Eccleſiaſticis, licèt
25 iſta prohibita ſint alienari, immò, & conduci ad longum tempus *Rot. noſtra apud Urceol. d. dec. 18. ſub num. 51. & lib. Mot. 11. fol. 185. & in d. Florent. Intratura 5. Decembris 1619. §. Tota igitur hujus Cauſa, & ſeqq. lib. Mot. 100. fol. 144. D. Aſſeſſor. Carneſecchi in d. ſua Relatione anni 1671. num. 9. & ſeqq. & in d. Florent. Intratura 4. Aprilis 1709. §. Nihilque demum, & ſeqq.* & decidit *Magiſtratus Practica Secreta die 16. Junii 1561. & die 6. Maji*, & adeſt reſcriptum Principis *die 30. Maji* 1697. ut conſtat *ex filcia* 15. *ejuſdem Practica fol* 433. & rurſus *in filcia* 16. *fol. 34. & 35.* Et quòd hoc jus Intraturæ acquiratur etiam invito, &
26 contradicente Domino *Rota noſtra in dicta Florentina Intratura 5. Decembr. 1619. §. Per jus verò avviamenti, lib. Mot. 100. fol. 145.*

Et demùm, quoad ultimam objecti partem, quidquid ſit an fratres della Bella prædictum jus Intraturæ acquiſiverint, data etiam tali acquiſitione, iſta nullam præbere valuit impedimentum poſteriori aſſecutioni, factæ à Nicolao, quia cum ab anno 1632. uſque ad totum Annum 1636., Apotheca prædicta fuerit clauſa, intratura, quæ conceditur ad hoc ut conductores, certi ſe non poſſe expelli, majo-
27 ri animo curent Mercaturæ operam dare, & inducere avviamenta, ut firmat *Rota noſtra apud Urceol. d. dec. 18. ſub num. 4.*, ceſſante exercitio Mercaturæ, & avviamento, & clauſa Apotheca ob non benè exercitam artem, ceſ-
28 ſat, & amiſſum dici debet jus Intraturæ, tanquam effectus illius, ex regula *Text. in cap. cum ceſſante 60. de appell. & in l. adigere 6. §. Quamvis, ff. de jure patron. Rot. noſtra apud Venturin. dec. 46. num. 2. & ſeq. & Rot. Rom. cor. Bonaz. dec. 915. num. 1. & Emer. Junior. dec. 58 num. 2.*

Et quatenus etiam Fratres della Bella tempore Locationis, factæ Nicolao, talem Intraturam habuiſſent, adhuc objectum non urgeret, cum non agatur de acquirenda nova Intratura di-
29 verſa à prima, ſed ſolùm prætendatur, Nicolaum Intraturam habuiſſe à Fratribus della Bella, iſto enim caſu Intratura Nicolai eſt illa eadem, quam prius habebant dicti Fratres della Bella, in ipſum translata, & proindè non applicatur hypotheſi concluſio de prohibita Intratura Intraturæ, ſed
30 alia regula, quòd jus Intraturæ in alium alienari, cedi, & transferri poſſit. *Angel. de Peruſ. conſ. 2. in fin. Caſtrenſ. conſil. 243. num. 2. lib. 1. Roman. conſ. 251. n. 2. Aſin. in d. conſ. num. 31. Toſc. Pract. concl. V. Intratura. concl. 341. num. 4. Salvet. ad Stat. Florent. lib. 2. rubr. 73. V. naturalis obligatio, prope fin. verſic. & ſic videmus in acquiſitione Intraturæ, fol 323. Rota noſtra apud Magon. dec. Floren. 112. num. 2. Urceol. dec. 18. num. 33. & in Florentina Intratura 23. Jan. 1567. lib. Mot. 29. fol. 204. §. Quod autem, & 3. Decemb. 1567 lib. Mot. 29. fol. 70. §. Fateor, & in alia Florentina Intratura 5. Decembr. 1619. §. Secundò advertendum, lib. Mot. 100. fol 144. t., 9. Febr. 1623. §. Et mox lib. Mot. 104. fol. 265. Carneſecchi in d. ſua Relatione, num. 4. 5. & 12., & in Relatione facta Magiſtratui Artis Serica à D. Martellino 16. Junii 1705. num. 1. & ſeqq. & num. 14.* ſucceſſivè in gradu reviſionis confirmata, & fuit deciſum in hoc noſtro Magiſtratu *die 6. Julii 1658 §. Che queſto, referente Aſſeſſore de Libris*. Et de facto Intratura, de qua agitur, ſecuto concurſu in bonis Nicolai, prævia æſtimatione in ſcutis 250., fuit adjudicata per Sententiam Magiſtratus Supremi de die 12. Octobris 1678. Suſannæ, ejus ex filio nepti pro dote: & jure merito,
31 quia jus iſtud Intraturæ tranſire etiam in creditores concurſus, in ſpecie firmat *Rot. noſtra in Florentina Intratura 9. Febr. 1623. §. Unde, lib. Mot. 104. fol 265.*

Ideoque, ſive ſimus in Intratura magna, ſive in parva, cum in terminis
32 Intraturæ parvæ loquantur *Caſtren. d. conſ. 243. num. 2. lib. 2. Socin. Sen. conſil. 287. ſub num. 1. lib. 2. Relatio facta huic Magiſtratui ab Aſſeſſore de Libris 26. Julii 1658. §. Che queſto, & Magiſtratus Artis Serica in Florentina Intratu-*

ra

re ad relationem Aſſeſſoris Martellini
26. Julii 1705. num. 1. & ſeqq. Rota no-
ſtra apud Urceol. dec. 28. num. 7. ſub n. 11.
verſ. gratis autem, & n. 12. 13. & 33.,
& lib. Mot. 32. fol. 250., & in Florentina
Intratura 5. Decembris 1619. §. Secundò
advertendum, lib. Mot. 100. fol. 244.

Non obſtante, quòd Intratura Sta-
tutaria, quæ vocatur parva, non ſit
23 transferibilis, nec ceſſibilis, ſine conſen-
ſu Domini, & Locatoris, ut firmat in
puncto *Soccin. Sen. conſ. 287. num. 3. lib. 2.*
Fulgoſ. conſ. 240. ſub num. 2. Aſin. in dicto
ejus conſ. num. 23. 30. & ſeqq., ubi diſtin-
guit inter Intraturam Statutariam, &
conventionalem. Siquidem, cum in
præſenti alienatio facta prætendatur
ab illis della Bella Lanionibus in Nico-
laum Panetajum, eandem artem exer-
centem, obicem facere non valent Au-
ctoritates in oppoſitum adductę, quæ
24 nunquam locum habere poſſunt, quan-
do alienatio, ut hic, facta fuit in alium
ejuſdem artis, ut diſtinguunt *Caſtrenſ.*
conſ. 143. num. 2. lib. 1. egregè *Aſin.* in
objecto allegatus, *d. conſ. quod circumfer-*
tur, num. 20. & ſeqq. Roman. d. conſ. 151.
ſub num. 2. Tiraquel. de Retract. lignag.
§. 26. gloſ. 3. num. 34. & decidit *Magiſtra-*
tus Artis Serica 3. Decembris 1671. nu-
mer. 18. relatore *D. Carneſecchio*.

Quando enim alienatio fit in illum,
qui eidem Arti incumbit, hæc nihil
præjudicat Domino, cui nihil deperit,
25 an Intratura ſit penes illos della Bella,
vel penes Nicolaum, qui per 40. An-
nos artem Lanionis in dicta apotheca
exercuit, & quem, finito livello, Patri-
bus S. Crucis Conductorem habere
non diſplicuit, dum eidem prædictam
26 Apothecam locarunt. penes enim
quemcunque Intratura ſit, Patres ean-
dem penſionem percipere debent. *Rot.*
noſtra in d. Florentina Intratura 5. De-
cembris 1619. §. Jus autem, lib. Mot. 100.
fol. 244. t. §. Et præcipuè, & ſeqq. fol. 245.
t. & fol. 246. Conductor autem ſolùm
27 acquirit pretium, & fructus illius av-
viamenti, quod de tempore locationis
non aderat, quod eſſe pretio æſtima-
bile, tradunt in terminis avviamenti
28 *Cephal. conſ. 318. num. 21. & 22. Urſil.*
concl. 171. n. 2. & ſeqq. De Luc. de Locat.
diſc. 29. n. 6. & de Emphyt. diſc. 69. n. 12.
Anſald. de Commerc. diſc. 99. n. 19. Pa-
cion. de Locat. cap. 29. n. 90. Tondut. reſol.
199. ex n. 8. Sabell. reſol. 100. num. 45.
Adden. ad Vot. 2. poſt dec. Rembold. n. 38.
& ſeqq. Rot. coram Coccin. deciſ. 459.
n. 1. & dec. 529. n. 9. Cavall. dec. 303. n. 9.
Bich. dec. 644. n. 18. poſt D. Conſtant. ad
Statut Urb. dec. 37. n. 12. in rec. dec. 54.
ſub n. 7. par. 2. dec. 160. n. 7. & 10. par. 9.
dec. 236. num. 2. & dec 330. n. 8. par. 13.
poſt Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. de-
ciſ. 168. n. 8. & 9. Romana Societatis 6.
Aprilis 1685. §. Tertiò quia, cor. Her-
vorault, & in Romana Drogheria 19.
Martii 1688. §. Nihilominus, coram Ma-
29 *nuel.*, & in puncto Intraturæ *Rota no-*
ſtra in Florentina Intratura 5. Decembris
1619. §. Et ideò Statutum, lib. Mot. 100.
fol. 245., & ab eo licitè percipi poſſe
30 fructus, proſequuntur *De Luc. de Locat.*
diſc. 29. n. 6. diſc. 34. n. 15. & de Emphyt.
d. diſc. 69. n. 12. Addent. ad Vot. 2. poſt
dec. Rembold. num. 40. & ſeq. Rot. coram
Cerr. deciſ. 898. numer. 1. & ſub num.
12. in recent. dicta deciſ. 236. num. 3.
4. & ſeqq. part. 13., & in Romana So-
cietatis 6. Aprilis 1685. §. Tertiò quia
cor. Hervorault.

Et in omnem caſum, quatenus iſte
conſenſus fuiſſet neceſſarius, de eo
opponere poſſet ſolùm Conventus S.
Crucis, quatenus vellet, non autem
31 Marchiſſur. *Soccin. Sen. conſ. 78. n. 8.*
lib. 4. Surd. conſ. 1. num. 84. & ſeqq. Cy-
riac. contr. 636. n. 7. Moll. allegat. 99. n. 28
lib. 2. Gratian. diſcept. 521. num. 6. ibique
de Luc. num. 6. Fulgin. de Emphyt. tit. de
Alienat. quæſt. 1. num. 7. Senator Maur.
inter dec. Lucen. diverſ. recollect. per
Palm. Nep. dec. 300. num. 25. Rot. Rom.
coram Cavall. dec. 158. ſub num. 24. Bich.
dec. 58. num. 18. & in rec. dec. 170. n. 19.
part. 9. Quæ auctoritates, licèt loquan-
tur de Emphyteuſi, attamen benè ada-
ptantur caſui noſtro, cum Intratura-
rius æquiparetur emphyteutæ, utili
domino, vel ſuperficiario, in ſpecie
32 *Angel. d. conſ. 2. in fin. Caſtren. d. conſ.*
143. num. 2. lib. 1. Fulgoſ. conſ. 240. in
princ. & num. 1. & 2. Soccin. Sen. conſ.
287. num. 3. lib. 2. & conſ. 50. num. 11. &
ſeqq. lib. 4. Tuſch. verb. Intratura, d. con-
cl. 341. num. 5. Caroc. de Locat. part. 7. d.
concl. 72. Dom. Aſſeſſor Carneſecchi in dict.
ſua Relatione num. 17. & 18. Rota noſtra
apud Magon. d. dec. 112. num. 5. Urceol. d.
dec. 28.

dec.18. num.5. & ſeqq. & ſub num.47. &
48. & lib. Mot.100. §.Quibus ſuppoſitis,
fol.243., & lib. Mot.34. fol.89. Magi-
ſtratus Artis Sericæ in Florent. Intratura
26. Julii 1705. n.29.

Cæterùm in noſtra hypotheſi non
deficit conſenſus Domini directi, elici-
tus, tum ex longiſſimi temporis la-
pſu, quo Nicolaus abſque alicujus con-
tradictione in Apotheca permanſit, qui
temporis lapſus inducit præſumptio-
nem conſenſus Domini directi. *Alex.*
33 *de Imol.* olim in hac inclyta Civitate
Judex emeritus, *conſ.113. num.10. lib.4.*
Burſat. conſ. 253. num. 21. & ſeq.
Altobell. reſol.34. num.21., ubi plures
concordantes. *Fulgin. de Emphyt. tit.*
de Alien. quæſt.1. num.192. Roſental. de
Feud. cap.5. concl.18. gloſ. E. De Luc. ad.
Tract. diſc.68. num.11. Gob. de Permiſſ.
Feud., & Emphyt. Alien. quæſt.3. n.62.
& ſeq. ubi plures refert, *& conſult.60.*
num.37. De Marin. ad Revert. deciſ.69.
num.6. & 7. Rot. Lucen. inter dec. diverſ.
recollect. per Palm. Nep. dec.348. num.9.
Senatus Mantuan. inter deciſ. ejuſdem
dec.300. num.16. Rot. coram Cerrin. dec.
75. num.11. & ſeq. Sicut ex lapſu lon-
giſſimi temporis, cum obſervantia, præ-
ſumuntur interveniſſe ſolemnitates
34 omnes, quæ adhiberi non debent in
ipſo Contractu, ſed accedere poſſunt
per actum ſeparatum, & ex interval-
lo, ut de inſinuatione *De Luc. de Do-*
nat. diſc.29. num.12. D. Conſtans ad Stat.
Urb. annot.43. num.159. & ſeqq. ubi plu-
res citat, *& num.161. Rot. coram Bo-*
nat. dec.120. num.37. in rec. dec.447. n.2.
part.1. dec.161. part.10. n.13. deciſ.151.
num.7. part.11. dec.244. num.22. part.14.
dec.50. n.9. & dec.366. n.9. part.18. poſt
De Luc. de Dot. dec.17. num.39. de Do-
nat. dec.36. num.3. de Paderinum. deciſ.20.
num.19. & dec.22. n.25. & in Mantiſſ.
de Alien. dec.21. num.5. & 6. & dec.31.
num.5. de præſumendo Beneplacito
Apoſtolico in alienationibus bono-
rum Eccleſiæ, ſpatio 30. annorum, cum
35 obſervantia (præſcindendo à conſtitu-
tione Urbani VIII., centenariam re-
quirente) *De Luc. de Feud. diſcurſ.68.*
num.11. de Alienat. diſc.1. num.83. &
ſeqq. de Donat. d. diſc.29. num.12. Do-
minus, Concivis, & olim Collega meus
Conſtans. ad Stat. Urb. annot. 44. ſub nu-
mer.18. Rot. coram Seraphin. dec.671. n.3.
& dec.792. num.1. & dec.1174. num.1.
Merlin. dec.702. num.17. in rec. dec.694.
num.5. par.1. dec.172. ex num.16. & 21.
par.8. dec.175. num.42. & ſeq. part.9.
poſt De Luc. de Donat. dec.18. num.10.
& de Conſ. in Mantiſſ. dec.4. num.6. De
derogatione Statuto, vel Conſtitutio-
36 ni moderatoriç dotium, quòd per tri-
cennale tempus præſumatur, quando
adeſt obſervantia, plenè *De Luc. de Do-*
te diſc.143. n.14. & ſeqq. de Feud. diſc.68.
ſub n.11. & de Donat. diſc.29. num.12.
Rot. in rec. dec.172. num.18. & 21. par.8.
dec.175. num.40. & ſeqq. part 9. & cor.
Royas dec.117. num.25. & in Aſculana
Dotis 27. Jan. 1681. §. fin., coram Bon-
din. De præſumenda diſpenſatione ſu-
37 per impedimentis matrimonii ex lapſu
temporis *Abb. in cap. referente, in alt. no-*
tab. qui filii ſint legitimi. De Luc. de Dot.
diſc.143. num.27. Rot. coram Verall. de-
ciſ.269. n.1. & per tot. par.1. Cavaler.
dec.123. n.5. in rec. dec.71. num.5. par.1.
& dec.647. num.49. part.19. ubi plures
referuntur. De præſumenda diſpenſa-
38 tione ſuper obſtaculo pro obtinendis
Ordinibus, Beneficio, vel Penſione,
Ancharan. conſ.117. num.2. & ſeqq. Flo-
res de Mena var. lib.3. quæſt.23. num.52.
Barboſ. de Epiſc. alleg.45. num.39. Spe-
rell. dec.173. num.40. Rot. coram Pen. de-
ciſ.192. num.3. ſecundam impreſſionem
Lugdunen. coram Gregor. dec.57. num.8.
& ſeq. & deciſ.353. numer.10. & in
recent. deciſ.43. num.6. & ſeq. part.16.
Et de præſumendo conſenſu Ordi-
narii pro acquirendo Jurepatronatus,
39 vel validanda donatione illius *Rota in*
rec. dec.206. n.9. par.13. aliique, plena
manu relati *in Majoricen. Beneficii 28.*
Novembris 1704. § Altera, cor. bo. me.
Mato, inferiùs impreſſa *dec.33. §.1. n.5.*

Tum ex quo, efformato creditorum
concurſu, factiſque ſolitis edictis,
& proclamatibus, obtinuit Suſanna ſibi
à Magiſtratu Supremo per Sententiam
adjudicari Intraturam pro ſcutis 250.,
prævia illius æſtimatione facta à Peritis,
ad hunc effectum electis: cujus Sen-
tentiæ vigore, cum ex poſt judicialitèr
egerit contra conductores, & Dominus
40 directus nunquam ſe oppoſuerit, hæc
acquieſcentia aliundè provenire non
potuit, quàm ex quo agnoverit juſtam
fuiſ-

fuiſſe inſtantiam Suſannæ, ex notatis
per *Caſtrenſ. d. conſ.143. ſub n.2. verſ.
primò quia dicta venditio, lib.1. Joannes
Baptiſta Aſin. in d.Conſ. n.35.*

Probato ex his Nicolaum acquiſiviſ-
ſe Intraturam, non obſtat, quòd illa
fuerit amiſſa ob non ſolutionem pen-
ſionis, & ob ſilentium 30. annorum,
41 & ultra, ut de ſolutione penſionis in
noſtris terminis *Fulgoſ. d. conſ.240. n.2.
prope fin. Rot. noſtra die 23. Jan.1567. lib.
Mot.19. fol.104. §. Mots quia*, & de lapſu
42 temporis, eſt *Text. in cap. ad aures 6.
de praſcript. Rot. coram Emer. Sen. dec.68.
num.2. Emer. Jun. dec.2. num.1. & dec.40.
num.9. in rec. dec 106. num.31. & dec.422.
num.11. part.19.*

Etenim ex parte Marchiſſi doctum
non fuit de omiſſa ſolutione penſionis,
immò conſtitit de contrario ex pluri-
bus. & primò ex quo per 40. & ultra an-
nos, nunquam petitum fuit à Patribus
43 Sanctę Crucis dictę penſionis reſiduum,
quæ taciturnitas, adeò diuturna, non le-
vem inducit præſumptionem ſolutio-
nis. *Cyriac. contr.614. in fin. Andreol.
controv.57. ex n.1. & ſeq. & controv.318.
num.13. Epiſc. Rocc. diſput.155. num.3.
Urceol. conſult.23. n.11. & in prima Ap-
pendice ad d. numerum, & in ſecunda
Appendice, num.1. Calderon. reſol.5. n.12.
& 13. reſol.75. n.13. & 15. Rota noſtra
apud Venturin. dec 12. num.22. & dec.16.
num.13. & ſeqq. & apud Monach. dec.2.
num.10. & ſeqq. Rot. poſt Ocam de Ceſſ.
Jur. dec.59. n.6. Rot. Rom. coram Burat.
dec.641. n.5. Ludoviſ. dec.468. n.8 &
ſeq. Pral. dec 390. n.6. in rec. dec 802.
num.2. part.18. & poſt De Luc. de Dotib.
dec.43. num.8. & in Mantiſſ. de Credit.
dec.45. num.17. & apud Calderon. reſol.
75. num.30. & ſeq. Romana Pecuniaria
ſuper juramento in litem 11. Maji 1699.
§. Tum etiam, & 14. Junii 1700. §. His
accedit, ubi plures concordantes, coram
Muto*, & præſcriptionis, quæ etiam
44 contra Eccleſiam currit, & illius cre-
ditum extinguit, quando eſt longiſ-
ſimi temporis annorum quadraginta.
*cap. de quarta 4. & cap. illud 8. de pra-
ſcript. Urceol. conſult.34. num.2. Tarncell.
de reb. Eccl. non alien. cap.18. num.15.
Rot. noſtra apud Venturin. dec.16. ſub
num.25. Rot. Rom. coram Emer. Jun. de-
ciſ.307. num.7. & dec.1264. n.9.*

Secundò, quia de anno 1678. fuit
formatus concurſus contra Bona Ni-
colai debitoris, in quo nunquam com-
paruerunt Patres S. Crucis, petendo
proprium creditum, ſed paſſi ſunt om-
45 nia dicti debitoris bona inter credito-
res diſtribui, quod eſt prorſus inveri-
ſimile quòd feciſſent, ſi ſolutio eorum
crediti non præceſſiſſet, ut deſumendo
46 argumentum ab inveriſimilitudine, in
ſubjecta materia firmant *Urceol. d. con-
ſult.23. num.17. Calderon. d. reſol.5. nu-
mer.14. & reſol.75. n.16. Senatus Man-
tuan. apud Surd. d. dec.105. num.2. Rota
noſtra apud Monach. d. deciſ.2. num.14.
& 15. Rot. Rom. in Romana Pecuniaria
ſuper juramento in litem 11. Maji 1699.
§. Specialer, in fin. cor. Muto.*

Itaque conjectura tranſit in paten-
tem demonſtrationem, ſi ponderetur
Stat. Mercantia lib.3. rub.2. diſponens,
quòd facto concurſu ſuper bonis debi-
toris decocti, factiſque ſolitis citationi-
bus, & edictis, non comparentes intra
terminum præfixum, repellantur ab ul-
47 teriori petitione eorum crediti, ut præ-
ciſè diſponit Statutum præfatum, & de
Jure diſponit *Text. in l. ſi eo tempore
6. C. de remiſ. pign.* & tradunt *Roder. de
Annu. Redit. lib.2. quæſt.17. ſub n.19.
Peregr. de Jur. Fiſc. lib.3. tit.1. n.199.
Aſin. de Execut. §.6. cap.31. num.10.
fol.149. & cap.51. n.2. & ſeqq. fol. mi-
hi 235. & Amat. reſol.11. n.2. & ſeqq.
Salgad. Labyr. Cred. par.2. cap.8. n.4.
& ſeq. Cavalcan. deciſ.17. ſub num.31.
par.1. Mut. dec.26. n.2. & ſeqq. Rot.
cor. Seraphin. dec.994. n.2. & ſeqq.* quod
eò magis reddit certam præcedentem
48 debiti ſolutionem, aliàs Patres, ſcientes
Apothecam clauſam ob decoctionem
debitoris, ſuper ejus bonis concur-
rere non omiſiſſent, nec amiſſionem
eorum crediti ob negligentiam in non
comparendo permiſiſſent, cum Eccle-
ſiaſticę perſonę præſumi non debent
ſegnes in ſatisfaciendo proprię obliga-
49 tioni, & tuitione jurium proprii Con-
ventus, & Eccleſiæ, ut firmant *Rot.
in rec. dec.809. n.18. par.1.*

Et ex hoc reſultat tertia conjectura
comprobativa ſolutionis, huic enim
non leve fomentum præbet facilitas
conſequendi ſatisfactionem ex bonis
50 debitoris, & creditoris diligentia in

exi-

exigendo, ut de habente facultatem obtinendi promptam ſolutionem *Urceol. in prima Append. ad conſult. 23. n. 12. Calderon. in reſol. 5. num. 9. & reſol. 75. num. 10. Paulut. diſſert. 34. ſub n. 29. & 30. Rot. poſt De Luc. de Donat. dec. 43. n. 9. & in Mantiſſ. de Credit. dec. 16. n. 10. d. Romana Preteniarum 1699. §. Oritur quarto, & 14. Junii 1700. §. His accedit, coram*

51 *Molo*. Et de diligentia creditoris *Andreol. contr. 57. n. 12. Urceol. conſult. 23. num. 12. & in Append. 1. ad d. conſult. 23. num. 11. Calderon. reſol. 5. num. 10. & reſol. 75. num. 11. Poſth. reſol. 22. num. 9. Caron. reſol. 108. num. 9. Gob. conſult. 68. numer. 14. & 15. Senatus Mantuan. apud Sard. dec. 105. num. 3. Sac. Conſilium Neapol. apud Franceum dec. 161. num. 11. ubique De Luc. ſub num. 3. Rot. noſtra apud Monac. dec. 2. num. 5. & ſeq. & num. 12. & apud Venturin. dec 12. num. 13. Rot. Rom. poſt Ole. de Ceſſ. Jur. dec. 39. num. 6. poſt Zacc. de Oblig. Camer. dec 125. n. 19. in rec. dec. 272. num. 11. part. 12. Romana Pretenſionis ſuper juramento in litem 11. Maji 1699. §. Secunda praemittit, coram Molo*: necnon ſolutio majoris partis.

52 *Calderon. d. reſol. 5. n. 16. Rot. cor. Ubald. dec. 456. num. 5. & dec. 775. num. 8. poſt Paulut. diſſert. 34. dec. 1. n. 18. poſt Oleam de Ceſſ. Jur. dec. 39. n. 4.*

Quarta deſumitur circumſtantia ex quo vivente debitore informato, & qui ſatisfactionem creditoris oſtendere potuiſſet, nec judicialitèr, nec extrajudicialitèr unquam ſolutio fuit petita, ſed ſolùm promota hæc inſtantia

53 poſt mortem principalis debitoris adverſus mulierem non hæredem, quæ uti creditrix Dotis, obtinuit ſibi adjudicari Intraturam, quæque de eo tempore nondum nupta reperiebatur, &

54 in minori ætate exiſtebat, & proindè omnium ignara præſumi debet. *Andreol. d. controv. 57. num. 15. Rocca diſt. diſp. 115. num. 4.* ubi dicit, hanc conjecturam eſſe validiſſimam. *Caſtald. conſult. 118. num. 2. & conſult. 121. num. 5. Urceol. d. conſult. 23. num. 16. & num. 1. in Append. .2. Calderon. d. reſol. 5. n. 12. & d. reſol. 75. num. 14. Gob. cit. reſolut. 68. num. 16. & 17. Paulut. diſſer. 31. art. 1. ex num. 10. & 27. Rot. noſtra apud Monach. d. dec. 2. num. 13. & apud Venturin. cit. dec. 16. num. 15. Rot. Sroen. apud Mart. Mod. dec. 25. num. 9. Rot. coram Pamphil. dec. 720. num. 6. Merlin. dec. 514. num. 3. Royas dec. 170. num. 16. poſt De Luc. de Donat. deciſ. 43. num. 10. & in Mantiſſ. de Credit. dec. 16. num. 11. d. Romana Pretenſionis ſuper juramento in litem, 11. Maji 1699. §. Deſcendit tertia, & 14. Junii 1700. §. His accedit, ubi plures concordantes, cor. Molo.*

Quibus circumſtantiis contraponi non meretur ſimplex, & æquivoca conjectura, deſumpta ex omiſſa deſcriptione integræ penſionis in libris prædicti Conventus. Quoniam, cum vel ex oblivione, negligentia, vel alia ex cauſa omitti potuerit hujuſmodi deſcriptio, ex hoc non probatur nega-

55 tiva ſolutionis, quæ debet concludere per neceſſe, ut pluribus adductis noviſſimè firmavit *Rota noſtra in Liburnen. ſeu Amſtelodam. Mercium 11. Septembris proximè præteriti, §. Abſque eo quòd, coram Me, inter impreſſas dec. 21. n. 60.*

Potiſſimè, quando negativa ſolutionis non allegatur ab ipſo creditore, ſed à tertio, qualis eſt Marchiſſus, modernus Apothecæ conductor, ad quem

56 Intraturæ ſolutio ſpectat, iſto enim caſu tertius, qui in dicta negativa ſe fundat, gravatur onere illam plenè, & concludentèr probandi. *Cenc. de Cenſ. quæſt. 40. num. 37. Maur. de Solut. cap. 3. De Luc. de Credit. diſc. 105. num. 11. & ſeqq. Bondon. collec. 9. 17. num. 4. lib. 1. Rot. March. apud Amat. dec. 61. ſub n. 13. & 14.*

Prætereà dato etiam per hypotheſim, quòd probaretur, Nicolaum in ſolutione penſionis defeciſſe, nihilominus talis defectus Marchiſſo prodeſſe non potuiſſet. Tum quia conductor, ob non ſolutam penſionem, tunc amittit Intraturam, quando Dominus directus illam petit, & conſequi non po-

57 teſt ob malam qualitatem, & renitentiam debitoris in ſolvendo, non verò quando iſte non eſt in mora, in hoc enim caſu Intraturam non perdit, cum in nihilo defecerit debitor, ut de ſtylo, & praxi in Intraturis hujus Urbis, deponunt teſtes, formitèr examinati. Tum etiam quia cum Statutum Artis Fabricantium *rubr. 13. cap. 8.* nil aliud in hoc caſu diſponat, quàm quòd ſerventur pacta, in locationibus appoſita, ibi —

58 *E tutto quello, che per gli Statuti de det-*

te

*ta Arte è diſpoſto a favore di conduttori,
circa il non poter eſſer rimoſſi, dichiararo-
no doverſi intendere ciò, & in tal caſo, che
detti conduttori paghino a tempo la debi-
ta pigione, altrimenti ſi debbino oſſervare
i patti, che faranno tra loro, circa il po-
ter riſolvere tali allocazioni, in difetto
de' pagamenti di detta pigione.* Hinc ſe-
quitur, quod quando Inſtrumentum
locationis non reſiſtit, privari non
debeat intraturæ conductor, cujus ope-
ra, cum apotheca affluentiam populi,
& avviamentum acquiſiverit, ſicut
iſtud non amittitur ob non ſolutam
penſionem, ita nec amitti poteſt In-
tratura, quæ eſt præmium, & recom-
59 penſatio aperitionis apothecæ, & ac-
quiſitionis avviamenti, ut reſponden-
do huic objecto in individuo *Rot. in
d. Florentina Intraturæ 1623. §. Nec
obſtat, & ſeq. lib. Mot. 104. fol. 265.*

Et in oppoſitum adductæ auctorita-
60 tes loquuntur in terminis Statutorum
aliarum Artium, ſpecificè diſponen-
tium ob non ſolutionem penſionis, pri-
vatum remanere Intraturæ tum jure in-
traturæ: cum enim unaquæque Ars
hujus Civitatis, habeat Statuta particu-
61 laria, diverſimodè de intratura diſpo-
nentia, deciſiones reſpectu unius par-
ticularitèr emanatæ, regulam dare non
62 poſſunt pro aliis, qui conductoribus
majorem, vel minorem favorem tri-
buunt, ut conſiderat *Joannes Baptiſta
Aſin. in ejus celebri conſ. quod circumfer-
tur n. 7. & ſeqq. Magiſtratus Artis Aro-
matariorum die 6. Aprilis 1653. relato-
re Dom. Pinadoro, §. Pro juſtificatione,
& Rot. in Florentina Intraturæ 5. De-
cembris 1619. lib. Mot. 100. fol. 243.*

Quemadmodum obeſſe non poteſt
lapſus temporis, quia cum die 11. Octo-
bris 1678. per Decretum Supremi Ma-
giſtratus, intratura fuerit adjudicata
Mariæ Suſannæ ad computum dotis,
& in prædicti Decreti executionem
ipſa die 15. Novembris, & 29. De-
cembr. ejuſdem Anni egerit contra
Anichinum conductorem, & decreta
contra ipſum ab eodem Magiſtratu
obtinuerit, & ſucceſſivè die 19. Fe-
bruarii 1681. inſtantias renovaverit
contra Dominicum Gratioſum, in di-
cta apotheca ſucceſſorem: hujuſmodi
actus judiciales, & lis, quæ ſemper
63 uſque ad præſens viguit, obſtaculum
præbuit, ne aliqua potuiſſet currere
præſcriptio, *l. longi temporis 2. & l.
nec bona 10. C. de præſcript. long. temp.
Rot. Januen. inter recoll. per Palm. Nep.
dec. 256. n. 10. Rota Rom. coram Priol.
dec. 15. n. 36. & dec. 32. n. 8. Emer. jun.
dec. 189. num. 18., & dec. 1170. num. 5.
& poſt De Luc. de Fideicom. deciſ. 16. nu-
mer. 10.*

Et ita utraque &c.

*Quia Statutum hujus Artis dat appel-
lationem à prima Sententia, ideo ea in-
terpoſita, & à Magiſtratu Supremo com-
miſſa cauſa duobus Judicibus, nempè DD.
64 Auditoribus Neri Badia, & Bonfinio, ab
ipſis fuit hæc ſententia confirmata, die
13. Maji 1712. Et ſuperventa poſt præ-
dictas duas Sententias, re judicata, in
iſtius ſequelam deventum fuit ad liqui-
dationem fructuum Intraturæ Apothecæ-
rum prædictarum, ad uſum Lanionis, ea-
que facta fuit in libris ſeptem pro quoli-
65 bet hebdomada, exceptis hebdomadis Qua-
drageſimæ, ut ex alia Sententia Magi-
ſtratus Supremi die 28. Septembris 1712.*

ARGUMENTUM.

In hac, & ſequentibus deciſionibus latè exa-
minatur materia filiationis, & in hac prima diſ-
cutitur, quæ conjecturæ requirantur ad proban-
dam filiationem.

SUMMARIUM.

1 *Prætendens ſuccedere in Fideicommiſſo pro
deſcendentibus maſculis legitimis, &
naturalibus ordinato, filiationem, &
legitimitatem, tamquam fundamen-
tum ſuæ intentionis probare debet.*

2 *Et quidem probationibus, & conjecturis
undique concludentibus, quando non
agitur ad effectum manutentionis,
conſecutionis alimentorum, & ſucceſ-
ſionis contra Patrem, vel ejus Hære-
des; ſed de ſucceſſione in Primogenitu-
ris, & Fideicommiſſis ad excluſionem
tertii poſſeſſoris,* & n. 7.

3 *Quando agitur de Filiatione, non principa-
litèr, ſed incidenter, nempè ad effe-
ctum ſucceſſionis, leviores ſufficiunt
probationes.*

4 *Et quando non agitur contra tertium poſ-
ſeſſorem vigore Fideicommiſſi.*

Fœminæ à Fideicommiſſo excluſæ, & vigore teſtamenti paterni poſſidentes, non dicuntur tertiæ poſſeditrices, ad effectum, ut Actori incumbat onus ſtrictius probandi, prout contra tertios poſſeſſores, ibidem.

Sed contra n.8. & ſeqq.

5 *Non dicitur incidenter deduci filiatio, quando non adducitur pro conſequendis alimentis, ſed pro ſuccedendo in Fideicommiſſo, & in Judicio petitorio, pro fundamento intentionis Agentis.*

6 *Auctoritates in contrarium allatæ* n.5. *declarantur procedere comparativè ad judicium magis principaliter motum, ſuper filiatione, quo caſu probationes etiam concludentiſſimæ requiruntur, ſi filiatio eſt principale fundamentum intentionis Actoris, & ſi agitur contra non habentem cauſam à Patre, & de maximo præjudicio, ut de avocandis bonis à poſſeſſore*, & n.7.

7 *Filiatio, etiam quando agitur ad effectum ſucceſſionis, dicitur incidenter deduci comparativè ad judicium magis principale, quod poteſt moveri ſuper filiatione, licet principaliter deducta dicatur, reſpectu ad judicium magis incidens manutentionis, alimentorum, vel ſimile*, & n.6.

8 *Fœminæ in Fideicommiſſo non ſubſtitutæ, ſi ſunt heredes ab inteſtato ultimi maſculi, & poſſident, dicuntur ad hunc effectum tertiæ poſſeditrices, & iſto caſu purificatur, cum caſu tertii ſe opponentis, tamquam ad Fideicommiſſum vocatis.*

9 *Quando agitur de avocandis bonis à Conſanguineis poſſeſſoribus, urgentiores requiruntur probationes pro filiatione, quam ſi ageretur de bonis avocandis à tertio extraneo.*

10 *Et contraria Auctoritates procedunt, quando agitur de excludendo extraneo, nullo modo Teſtatori conjuncto.*

11 *Deficientibus enim maſculis vocatis, Teſtator præſumitur voluiſſe potius diligere fœminas, ab ipſo deſcendentes, quam proriùs extraneum.*

Eis namque licet fœminis, aſſiſtit conjectura pietatis, de qua in l. cum avus ff. de Condit. & Demonſtrat. ibid.

12 *Si concurrant fortiſſimæ circumſtantiæ pro excludenda filiatione, eo magis Actori remanet onus illam patenter oſtendendi.*

13 *Nam in concurſu conjecturarum prævalent illæ pro excluſione filiationis, tamquam validiores.*

14 *Et ſi dictæ conjecturæ filiationi invicem coæquentur, ex hoc Actoris probatio eliſa, & non concludens remanet.*

DECISIO XXV.

DO ſub fundamento, quod uſque de anno 1593. Raynerius de Ceulis uxorem duxerit Clariam Roynam, & ex ea ſuſceperit filium [illegible] Franciſcum, Nicolaus ab iſto progenitus, prætendens per mortem Tiberii Junioris abſque filiis maſculis, ad ejus favorem purificatum fuiſſe fideicommiſſum à Hieronymo de Ceulis anno 1574. ordinatum, favore deſcendentium maſculorum ſuæ agnationis, ex legitimo matrimonio procreatorum, Judicium ſuper immiſſione ad dicta bona de anno 1670. inſtruxit coram R. P. D. Severolo Judice ab A.C. deputato, contra DD. Principiſſam Annam, Nuptam Domino Principi Vaino, Juliam nuptam Domino Petro Millino, & Mariam nuptam Domino Marchioni Naro, filias dicti Tiberii Junioris de Ceulis, in ejuſque teſtamento hæredes ſcriptas, & contrariam ſententiam paſſus, ex rationibus adductis in voto, tunc edito, & impreſſo *in rec. dec* 535. *part.* 14. ab ea provocavit ad Rotam, in qua diſputato dubio coram Caletajo, *an danda eſſet immiſſio*, ſub diebus 10. Februarii 1673., & 13. Julii ejuſdem anni, negativè fuit reſolutum, ut ex deciſionibus tunc editis, quarum prima impreſſa legitur *in rec. dec.* 31. *part.* 18., & ad iſtarum tenorem promulgata extitit ſententia Rotalis, primæ confirmatoria, adverſus quam iterum interpoſita appellatione à Nicolao, obtinuit in tertia inſtantia *coram Emerix Jun.* diſputari duplex dubium, tam ſuper conceſſione remiſſoriæ, ad effectum examinandi teſtes ſuper deſcendentia, & filiatione Franciſci ejus Patris, ex Raynerio prædicto, quam ſuper dubio principali, confirmationis nempè, vel in-

infirmatione Sententiæ Rotalis, & denegata remiſſoria reſpectu primi, confirmata fuit ſententia Rotalis, *ut ex deciſ. la 173. & 174. coram eodem Eminentiſſ. Jom.*, & ſucceſſivè prolata tertia ſententia, quæ tranſitum fecit in judicatum.

Pendente adhuc dicto judicio, in Urbe introducto, motum fuit aliud Florentiæ, ſuper bonis in territorio Piſano exiſtentibus, illoque poſt varios Caſus extincto, & ſucceſſivè reſtaurato, de anno 1697. fuit pronunciatum à Judice Quarteriorum S. Spiritus, & S. Crucis, aſſociationem ſuper dictis bonis fore Actori denegandam, ab eoque via ordinaria eſſe procedendum, ut *in dec. 305. inter recollect. per D. Palm. Nep.* ſed reclamante Nicolao, cauſæque momentis ad hanc Rotam devolutis, ab ea fuerunt per Regiam Celſitudinem Sereniſſimi Domini Noſtri ad ſe avocata, & tribus Judicibus delegatis commiſſa, qui ſub die 15. Aprilis 1698. definitivè pronunciarunt vigore fideicommiſſi ordinati de anno 1574. à Hieronymo de Ceulis, fuiſſe Nicolao debita bona omnia poſita in hoc Regio Dominio, eumque uti deſcendentem legitimum, & Naturalem Rayneri, fuiſſe in dicto fideicommiſſo comprehenſum.

Prolata hujuſmodi ſententia Curtius Ceulus, qui hoc interim bona præfata à Dominis, Anna, Julia, & Martia Sororibus, titulo emptionis acquiſiverat, ad repellendas moleſtias, quæ dictæ ſententiæ vigore ſibi inferri jactabantur, manutentionem ſuper bonis ab ipſo poſſeſſis, petiit coram eodem Judice Quarteriorum, Votique compos effectus ſub die 7. Maji 1698. ex rationibus de quibus in deciſione Rotæ noſtræ, impreſſa inter recollectas per eundem *Palma la 304.*, plures ſubindè exortæ fuerunt inter eaſdem Partes controverſiæ, & altercationes, ad quas omnes obtruncandas, Sereniſſimus Dominus noſter (ſub cujus felici imperio utinam Hetruria tota ſeneſceret) eo Paterno Zelo, quo egregium Principem decet, cauſam tribus Judicibus delegari juſſit, ad hoc, ut relictis tot tantiſque emergentibus, noviter excitatis, illi ſuper meritis ultimum finem imponerent.

Nos igitur, Regiis Celſitudinis Suæ mandatis parendo, examinatis funditùs probationibus, quæ ad oſtendendum Franciſcum Nicolai Patrem fuiſſe filium legitimum, & naturalem Rayneri adducebantur, recognovimus Sententiam favore filiationis ultimo loco latam, nec veritatis, neque juſtitiæ aſſiſtentia fulciri, proindeque dubio per me hodie propoſito, abſque ulla trepidatione, unanimiter reſpondimus, Sententiam DD. Judicum delegatorum eſſe infirmandam.

Juridicum quippè, & firmum hujus reſolutionis fundamentum deſumebamus ex teſtamento Hieronymi, qui inſtitutis tribus ſuis filiis, Fabio nempe, Julio Cæſare, & Tiberio Seniore, & Subſtitutis eorum filiis, & deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreatis, cuilibet ex eis ſine filiis, & deſcendentibus maſculis decedenti, ſubſtituit ſupervivientes, eorumque filios, ac deſcendentes maſculos legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio procreatos: Ac propterea Nicolaus, qui mediante perſona Franciſci aſſerti filii Rayneri à Hieronymo fideicommittente deſcendere prætendit, gravatur onere filiationem, & legitimitatem dicti Franciſci, tanquam fundamentum ſuæ intentionis, & eſſentiale hujus judicii requiſitum juſtificandi,
1 ut de filiatione probat *Gratian. conſ. 138. n. 6. & ſeqq. lib. Pacian. conſ. 2. num. 5., & 6. Lancellot. Gall. conſ. 15. n. 88., & 110. De Pont. conſ. 3. num. 1. lib. 2. Palm. Nepos alleg. 248. n. 11. Pacian. alleg. 199. n. 1. Guarb. de Succeſſ. feudal. cap. 118. gloſ. 9. n. 30. Rot. coram Gregor. dec. 223. num. 2. Cerr. dec. 827. n. 1. in rec. dec. 388. n. 2. part. 13. dec. 15. num. 7. & dec. 851. n. 19. part. 15.* de legitimitate *Cephal. conſ. 593. n. 13. Bero. conſ. 19. n. 10. lib. 2. Roman. conſ. 22. n. 14. Pacian. conſ. 150. num. 11. & 12. Alemann. ad Ruyn. conſ. 2. num. 21. & ſeqq. lib. 1. Neguzan. in Sylva reſponſorum quæſt. 167. n. 33. & latè quæſt. 196. n. 16. & ſeqq. Caſtald. conſult. 199. n. 1., & conſult. 219. n. 1. Trentacinq. Var. reſol. lib. 1. tit. de filiatione reſol. 1. ſub n. 7. verſ. his rationibus Eſcobar. de Nobilit. quæſt. 16. §. 4. n. 17. Baldus. ad Roman. d. conſ. 22. num. 49. & ſeqq.*

*ſeqq. Rot. Lucan. apud eum dec.56. n.7.
tom.4. Rot. Rom. poſt Mellium ad Ca-
ſtillum de Aliment. dec.23.num.11.* & de
utraque qualitate *Roman. dict. conſ.22.
num.24. & ſeqq. Caſtald. dict. conſult.
199. num.1. Pacian. de Probat. lib.2. cap.
26. num.59. De Luc. de Fideicom. diſ-
curſ.193. num.16. Rot. Bononien. diverſ.
dec.102. num.13. Senatus Aragonia apud
Seſſe dec.390. num.3. Rot. coram Herb.
dec.101. num.1. & 2., & in rec. deciſ.
205. num.1. part.9. & dec.214. num.3.
part.10.*

Et quidem probationibus undequa-
que plenæ, & concludentibus, rece-
pta enim eſt in hac materia apud DD.
diſtinctio, quod aut agitur ad effectum
manutentionis, conſecutionis alimen-
torum, ſucceſſionis contra Patrem,
vel ejus hæredes, aut alium ſimilem,
& probationes, ac conjecturæ qualeſ-
cumque ſint, ſufficiunt, Aut verò agi-
tur de declaranda filiatione ad effe-
ctum magni, ac perpetui præjudicii,
ſucceſſionis nempe in Primogenituris,
& fideicommiſſis ad excluſionem tertii
poſſeſſoris, & de avocatione bonorum
ab eo, in quem ex titulo oneroſo tran-
ſierunt, & in his terminis non ſuffi-
2 ciunt præſumptiones, ac conjecturæ le-
ves, & æquivocæ, ſed requiruntur va-
lidæ, urgentes, & perfectiſſimæ, ut
firmat *Baldoc. ad Roman. conſ.22. n.1.&
ſeqq. Pacian. alleg.199. n.4. Palm. Nep.
alleg.148.n.12.& ſeqq. Paſchal. de Patr.
poteſt. par.2. cap.2. n.27. Ruſtic. ad l.
cum Avus lib.2. cap.16. n.109. & ſeq.
verſ. dictaq. concluſio ff. de condit., &
demon. Pilaja ad Franceum de proteſt. con-
ſiderat.35. in addit. n.6. Borell. in ſum-
ma deciſ. tit.2. n.101. Rot. coram Priol.
dec.184. n.18. Cerr. deciſ.827. n.9. &
10. Emerix. Jun. dec 904. num.3. penes
Caſtald. conſult.199. num.27. & 35. poſt
Zacch. Quæſt. Medic. Legal. tom.2. dec.
90. n.4. poſt Mellium ad Caſtill. de Ali-
ment. dec.23. n.4., & poſt D. Conſtant.
ad Stat. Urb. deciſ.123. n.2. & ſeqq.
in rec. dec.164. n.9. par.3. dec.167. n.1.&
2. part.8. dec.114. n.1. & ſeqq. part.10.
dec.8. n.1. & 2. part.12. dec.388. n.11.
part.13. & deciſ.465. n.1. & 2. par.19.,
& in Romana ſeu Perusina Filiationis 13.
Maji 1690. §. Non obſtat, coram Cardi-
nale Caprara, Romana Laudi 4. Julii
1692. §. Non obſtat, coram eodem, Ro-
mana Juris honorifici 4. Feb. 1697. §.
Ideoque coram Urſino, Romana filiationis
4. Februarii 1699. §. Et ſane, & §. Ita
ad effectum, & ſeq. coram Muto, & 11.
Decembris ejuſdem anni §. Solida, & §.
Ejuſdem coram eodem, & 29. Aprilis
1701. §. Itemm, coram Pio, & in Car-
pentoratem. filiationis 14. Januarii 1704.
§. Conſtituta, & ſeqq. coram Molines.*

Nec obſtat, quod in caſu præſenti
non agatur de filiatione principaliter,
3 ſed incidenter, nempe ad effectum
ſucceſſionis, quo caſu ſufficiant levio-
res probationes *Rot. coram Zarat. de-
ciſ.15. n.44. & 45. ſeu rec. dec.168. n.16.
part.14.* aliique in oppoſitum adducti,
neque agatur contra tertium poſſeſſo-
rem vigore fideicommiſſi, ſed contra
filias fœminas Tiberii à Fideicommiſ-
ſo excluſas, ſolumque vigore teſta-
menti Paterni ſuccedentes, quæ non
dicuntur tertiæ poſſeditrices ad effe-
ctum, ut Nicolao agenti contra ipſas,
onus concludentiſſimæ probationis in-
4 cumbat, ex traditis per *Rot. in Roma-
na Palatii de Capranica 1665. coram
Cerr. inter ſuas deciſ.803. n.19. repetit.
in rec. dec.168. n.17., & dec.472. n.39.
part.14.*

Quoniam ad primam objecti partem
ei ſatisfacit prima deciſio hujus cauſæ
535. n.68. & 69. part 14, ubi firma-
tur ex pluribus auctoritatibus inciden-
ter agi de filiatione, quando de ea diſ-
putatur ad effectum conſequendi ali-
menta, vel quid ſimile, non vero quan-
do illa deducitur pro ſuccedendo in
fideicommiſſo, & in judicio petitorio
adducitur pro fundamento intentionis
5 agentis, & pluribus Sacræ Rotæ de-
ciſionibus relatis, hoc idem confirma-
tur in *dec 465. n.1., & 2. part 19. & co-
ram Cariſio dec.136. n.1. & 2. Cerr. de-
ciſ.827. n 8. cum duobus ſeqq.*

Auctoritates verò contrariæ intelligi
debent comparativè, ut ſcilicet filia-
tio etiam, de qua hic agitur, poſſit di-
6 ci incidens reſpectu judicii unicè moti,
pro obtinenda canonizzatione filiatio-
nis, & deſcendentiæ, nullo alio dedu-
cto, nec conſiderato illius effectu, ſed
ſive conſideretur comparativè ad judi-
cium magis principale, & ex profeſſo,
quod ſuper filiatione introduci poteſt,
ſive

ſive comparativè ad aliud magis inci-
dens, manutentionis, vel alimento-
rum, & reſpectu cujus judicium, de
quo agitur, dicitur principaliter ſuper
filiatione, ſemper verum erit, quod
quando filiatio eſt principale funda-
7 mentum intentionis actoris, agitur
contra non habentem cauſam à Patre,
qui filium recognovit, & de perpe-
tuo, ac irreparabili præjudicio, nempe
de avocandis bonis à poſſeſſore, filia-
tio concludentiſſimè probanda eſt, ut
non relato Claſſico contradictore, fir-
mant mox citatæ auctoritates *n.2.*, &
aliæ quot quot de hac materia loquun-
tur.

Quod vero agatur contra filias fe-
minas in fideicommiſſo non ſubſti-
tutas, hoc non operatur, quod non
requirantur rigoroſæ probationes;
cum enim illæ ſint hæredes ab inteſta-
to ultimi maſculi, caſus iſte ejus, qui
8 eſt hæres ab inteſtato ultimi ſubſtitu-
ti, & prætendit ſe tueri in poſſeſſio-
ne bonorum, parificatur cum caſu
tertii ſe opponentis, tanquam ad fidei-
commiſſum vocati, ut in his terminis
conſiderat *Natt. conſ.473. n.24. in fin.
Rot. poſt Zuff. de Legit. proceſſ. dec.39.
n.10., repetita in rec. dec.347. num.14.
part.11. poſt D. Conſtant. ad Stat. Urbis
dec.123. n.15.*

Et cum DD. Sorores deſcendant à
fideicommittente, & ſint ei quarto
conſanguinitatis gradu conjunctæ, li-
cet, exiſtentibus maſculis ſint perpe-
tuo à teſtatore excluſæ, illis tamen
deficientibus nihil vetat, quod ipſæ
tam ex teſtamento, quàm ab inteſta-
to potuerint ſuccedere patri ſuo, iſto-
que caſu, quoties agitur de avocandis
9 bonis à conſanguineis poſſeſſoribus, ur-
gentiores probationes requiruntur,
quam ſi ageretur de bonis avocandis
à tertio omnino extraneo, in ſpecie
*Rot. in rec. dec.164. n.9. verſ. atq. hoc
eo magis part.3.*

Contrarius auctoritatibus proce-
dentibus, quando agitur cum extra-
neo, qui non deſcendit, nec ullo mo-
do eſt teſtatori conjunctus, ut erat ca-
10 ſus deciſionum in obiecto relatarum,
eaſque explicando conſiderat *deciſio
hujus cauſæ in 535. n.13. part.14.*; &
ſumma quidem ratione, quia deficien-
tibus maſculis vocatis, teſtator po-
tius præſumitur diligere voluiſſe filias
feminas, ab ipſo deſcendentes, eiſque
11 magis favere, quam prorſus extraneo,
cum eis licet feminis, aſſiſtat conjectu-
ra pietatis, ex veriſimili teſtatoris mente
deſumpta de qua *in l. cum avus 101.
ff. de condit., & demonſt. l. cum acutiſſi-
mi 30. Cod. de fideicom.*, & tradita *per Ru-
ſtic. in eadem leg. lib.3. cap.15. n.31.
Rot. coram Pamphil. dec.100. n.11.* alii-
que plena manu relati *per Rot. Senen.
in Groſſetana, ſeu Senen. immiſſionis 15.
Aprilis 1707. in principio, coram me*, in-
ter impreſſas *dec.7. n.1.*

Tantoque magis conjecturæ prædi-
ctæ urgentes eſſe debent, & conclu-
dentes, attento quod pro filiatione
excludenda, concurrunt fortiſſimæ cir-
cumſtantiæ in contrarium, quo ſtante
creſcit Nicolao, onus magis patenter
12 filiationem oſtendendi *Rot. coram Cer-
cin. deciſ.2342. n.28. Priol dec.141. nu-
mer.17. in rec. dec.100. n.16. part.19.
& in Bononien. Juris immiſſionis 4. Feb.
1697. §. Liberatio, coram Urſino*; du-
plici quidem ratione, prima quia in
conflictu iſtarum conjecturarum, ſem-
per prævalere deberent illæ, pro exclu-
13 ſione, tanquam validiores, in ſpecie
*Franc. Rocc. d. reſponſ.52. n.21. §. Tan-
dem lib.2., Rot. coram Carillo d. dec.136.
ſub n.14.*, Altera, quia ad ſummum illæ
invicem conquaſſarentur, quo caſu
cum Nicolaus ſit actor, eique incum-
14 bat onus probandi, ex his eliſa, & non
concludens remaneret ejus probatio in
ſpecie *Cyriac. Contr.601. ſub n.44. de-
ciſ. Januen. inter recollectas per Palm.
Nep. dec.178. num.37., ubi plures citat.
Rot. Romana coram Carill. dec.136. ſub
n.14. Priol. dec.141. nu.11. Emerix.
Jun. dec.969. n.14. in rec. dec.100. nu.8.
par.19.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

*Proſequitur eadem materia filiationis, & exa-
minantur ex quibus conjecturis excludatur fi-
liatio.*

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Filiatio excluditur, ſi non probetur inter aſſertos conjuges, fuiſſe contractum matrimonium,* & n. 14. & ſeqq.

2 *Deficientia deſcriptionis in Libro Parochi, Capitulorum matrimonialium, & Inſtrumenti dotalis, valde inſtat ad arguendam negativam matrimonii,* & n. 3.

4 *Fides, quod liber Parochi, in quo deſcribantur matrimonia, ſit ammiſſus, non concludit, niſi doceatur eum, qui prætenditur, matrimonium contraxiſſe, de eo tempore in eadem Parochia habitaſſe.*

5 *Nec ſufficit probatio habitationis Avi, maximè, ſi in ea Parochia, non adeſt Domus à Majoribus inhabitata.*

6 *Fons Baptiſmalis de anno 1569. fuit prohibitus retineri in Eccleſia SS. Vincentii, & Anaſtaſii, eidemque ſolùm fuit reſtitutus de anno 1673.*

7 *Matrimonium etiam ſine Capitulis, & Inſtrumento dotali conſiſtere poteſt.*

8 *Decl. quod ſi aliundè non probetur matrimonium fuiſſe contractum, Capitulorum, & inſtrumenti dotalis defectus, plurimum attendi debet, pro illius excluſione.*

9 *Præſumptio excluſiva matrimonii, creſcit ex inveriſimilitudine, quod potuiſſet eſſe contractum, putà ſi contractum prætendatur à ſcholari de tempore ſtudii.*

10 *Et ſi enumeratis omnibus perſonis in loco ſtudii, & in domo paterna ſtudentis exiſtentibus, nunquam inter eas fuerit reperta prætenſa Conjux.*

11 *Inveriſimilia, & quæ communiter accidere non ſolent, non debent admitti, pro matrimonio præſumendo.*

12 *Licet poſſibilia ſint, nam multa ſunt poſſibilia, quæ præſumi non debent.*

13 *Et ut inducatur præſumptio, non poſſibile, ſed veriſimile debet attendi.*

14 *Filiatio cum pendeat à facto, requirit præexiſtentiam alicujus facti, quod habitudinem præſtet ad reliqua, & ſit fundamentum, cui aliæ probationes inniti poſſint.*

15 *Ad probandam filiationem legitimam, debet conſtare de matrimonio, vel ſaltem de nativitate, vel conceptione filii in domo Viri, vel Mulieris maritaliter convenientium.*

16 *Ad probandam filiationem illegitimam, debet conſtare de cohabitatione, vel commercio, una cum cuſtodia ventris.*

17 *Ex ceſſante tractatu, & Agnitione Patris, validiſſima deſumitur conjectura pro excluſione filiationis.*

18 *Et ſi aliàs diceretur, ſequeretur abſurdum, quod mortuo eo, qui aſſeritur Pater, quicumque poſſet ſe alicujus filium confingere.*

19 *Filiatio, & matrimonium excluditur, ex quo aſſertus pater occaſione petendi augumentum alimentorum, recenſuit omnes expenſas domus, familiæ, & famulorum, & inter iſtas non recenſuit Uxorem, nec filios.*

20 *Item excluditur, ex quo aſſertus pater, occaſione ingreſſus in Religionem, matri, fratribus, aliiſque providit, & de filio impubere nullam mentionem fecit, immo aſſeruit ſe non diſponere de bonis favore matris, quia illa erant fideicommiſſo ſubiecta, & ſpectabant ad fratres, quando ſi filium habuiſſet, non ad fratres, ſed ad filium ſpectaſſent.*

21 *Simplex præteritio, & omiſſio, ſeu mentio filii non facta à Patre, ei non præjudicat, ſicut non præjudicat expreſſa Patris negatio, quod ſit filius.*

22 *Declara, id procedere quando clarè de filiatione conſtet, ſecùs verò ſi de ea dubitetur, quo caſu confeſſio Patris nocet filio.*

23 *Filiatio excluditur, ex quo prætenſus filius, non fuit pro tali recognitus à conſanguineis,* & n. 35.

24 *Filiatio, & matrimonium excluditur, ſi Conſanguineus conqueſtus eſt familiam eſſe extinctioni proximam, & nullum ſupereſſe aptum ad matrimonium, & ſi fideicommiſſa ad illos de diverſa linea, poſt illius mortem devolvi debere dixit, quando ſi is, de cujus paternitate litigatur, habuiſſet Uxorem, & filios, iſti potuiſſent conſervare familiam, & ad iſtos ſpectaſſet fideicommiſſum.*

25 *Pro ſucceſſione ad fideicommiſſum, attenditur proximitas ultimi gravati, non gravantis.*

26 *Litera licet judicialiter non recognita, adminiculum tamen faciunt pro filiatio-*

tione excludenda.

27 Tractatus Conſanguineorum favore aſſerti filii excluditur, ſi iſti intentarunt judicium caducitatis ad eorum favorem incurſa, quando ſi aſſertus filius extitiſſet, favore illius ob incurſam caducitatem purificatum fuiſſet.

28 In omnibus cauſis tam prophanis, quàm beneficialibus, exceptis matrimonialibus, dimenſio graduum deſumi debet à Jure civili.

29 De Jure civili in linea collaterali, ſive æquali, ſive inæquali, tot ſunt gradus, quot perſonæ.

30 Filiatio excluditur, ſi conſanguinei probarunt extinctionem lineæ, ex qua aſſertus filius deſcendere prætenditur, & ſucceſſionem obtinuerunt.

Et ſi aliquis Conſanguineus in teſtamento, cum quo deceſſit, aſſeruit ſe eſſe ultimum de linea, n. 32.

31 Teſtes multis annis retrò examinati, nec quoad perſonas, nec quoad ſcientiam, & dicta exceptionem patientes, & deinde defuncti, multum attendi merentur, pro filiatione excludenda.

33 Pro excluſione filiationis ſeriis, & reiteratis aſſertionibus, & declarationibus plurium Conſanguineorum de familia, valdè defertur.

34 Taciturnitas, & permiſſio prætenſi filii, ut bona debita ad ipſum ſi eſſet filius, ad alios devolvantur, faciunt præſumere contra filiationem.

35 Nec prodeſt filio excluſo allegare abſentiam, ſi iſta non probetur, prout ab allegante eſt probanda.

36 Nec cauſam, quod Pater religioſus voluerit filio occultare ſucceſſionem debitam, & illum fraudaret fructibus ei debitis, illoſque traderet propriis creditoribus.

37 Nec quod filius excluſus, eſſet de tempore ſucceſſionis bannitus, ſi bannum non adducatur, ſed prætendatur illud probari per teſtes, quod non admittitur.

38 Quando contenta in articulis poſſunt facilitèr per ſcripturas probari, puta quod quis fuerit bannitus, remiſſoria non conceditur.

39 Maximè ſi poſt denegationem remiſſoriæ, fuerit litigatum coram pluribus Judicibus, & allegata mordicus injuſtitia denegationis remiſſoriæ, & nunquam fuit exhibita ſententia criminalis.

40 Filiatio excluditur, ſi obtenta fuit licentia alienandi bona fideicommiſſaria, cum conditione, quod accederet conſenſus omnium vocatorum, pro qua verificanda, fuerunt citati plures ſubſtituti etiam remotiſſimi, & aſſertus filius, qui gradu longè proximior fuiſſet, nec requiſitus, nec vocatus fuerit, & n. 43.

Nec conjectura hæc evitari poteſt, ſub prætextu abſentiæ aſſerti filii, nàm ſi iſta non probetur, præſumitur contrarium n. 44.

Maximè ſi agatur de domiciliato, cujus præſentia, & habitatio ſemel fuit probata n. 45.

Declarantur contraria Auctoritates, n. 46. & ſeqq.

Ignorantia exiſtentiæ proximioris in emptoribus, ex quibus excludatur n. 52. & ſeq.

41 Impoſſibile præſumitur, quod emptor omittat requirere conſenſum illius, qui principalitèr intervenire deberet, ad evitandum periculum evictionis, & reddendi fruſtratoriam gratiam derogationis.

46 Judicis decretum in contractibus facit præſumere omnia ritè, & rectè geſta fuiſſe, ſi contrarium non probetur, & propterea, qui dicit adfuiſſe proximiores, qui potuerint intervenire non præſumptivè, ſed verè, & realitèr, probare debet.

47 Qui obtinuit à Principe gratiam derogationis fideicommiſſi cum onere vocandi in alienatione proximiores ſubſtitutos, docere debet adimplevisse onus, cum acceptatione gratiæ in ſe aſſumptum, & ſubſtitutos non vocatos non ad fuiſſe.

48 Deſcendentia in Familiis nobilibus in loco originis, & habitationis habetur pro notoria, & non eſt neceſſaria ſcientia probanda.

49 Et filius præſumitur certioratus à Patre, de ſucceſſione ad ipſum delata.

50 Prout ab Amicis, & Conſanguineis, maximè concurrentibus circumſtantiis, de quibus, ibid.

51 In re valdè gravi propria familiæ, quis præſumitur ab Amicis, & Conſanguineis certior factus.

52 Inveriſimile eſt quod emptores vigore derogationis fideicommiſſi, cum conditione vocandi proximiores, iſtorum exi-

SUMMARIUM.

1 *Filiatio excluditur, ſi non probetur inter aſſertos conjuges, fuiſſe contractum matrimonium,* & n.14. & ſeqq.

2 *Deficientia deſcriptionis in Libro Parochi, Capitulorum matrimonialium, & Inſtrumenti dotalis, valde influit ad arguendam negativam matrimonii,* & n.3.

4 *Fides, quod liber Parochi, in quo deſcribuntur matrimonia, ſit ammiſſus, non concludit, niſi doceatur eum, qui prætenditur, matrimonium contraxiſſe, de eo tempore in eadem Parochia habitaſſe.*

5 *Nec ſufficit probatio habitationis Avi, maximè, ſi in ea Parochia, non adeſt Domus à Majoribus inhabitata.*

6 *Fons Baptiſmalis de anno 1569. fuit prohibitus retineri in Eccleſia SS. Vincentii, & Anaſtaſii, eidemque ſolùm fuit reſtitutus de anno 1673.*

7 *Matrimonium etiam ſine Capitulis, & Inſtrumento dotali conſiſtere poteſt.*

8 *Decl. quod ſi aliundè non probetur matrimonium fuiſſe contractum, Capitulorum, & inſtrumenti dotalis defectus, plurimum attendi debet, pro illius excluſione.*

9 *Præſumptio excluſiva matrimonii, creſcit ex inveriſimilitudine, quod potuiſſet eſſe contractum, putà ſi contractum prætendatur à ſcholari de tempore ſtudii.*

10 *Et ſi enumeratis omnibus perſonis in loco ſtudii, & in domo paterna ſtudentis exiſtentibus, nunquam inter eas fuerit reperta prætenſa Conjux.*

11 *Inveriſimilia, & quæ communiter accidere non ſolent, non debent admitti, pro matrimonio præſumendo.*

12 *Licet poſſibilia ſint, nam multa ſunt poſſibilia, quæ præſumi non debent.*

13 *Et ut inducatur præſumptio, non poſſibile, ſed veriſimile debet attendi.*

14 *Filiatio cum pendeat à facto, requirit præexiſtentiam alicujus facti, quod habitudinem præſtet ad reliqua, & ſit fundamentum, cui aliæ probationes inniti poſſint.*

15 *Ad probandam filiationem legitimam, debet conſtare de matrimonio, vel ſaltem de nativitate, vel conceptione filii in domo Viri, vel Mulieris maritaliter convivventium.*

16 *Ad probandam filiationem illegitimam, debet conſtare de cohabitatione, vel commercio, una cum cuſtodia ventris.*

17 *Ex ceſſante tractatu, & Agnitione Patris, validiſſima deſumitur conjectura pro excluſione filiationis.*

18 *Et ſi aliàs diceretur, ſequeretur abſurdum, quod mortuo eo, qui aſſeritur Pater, quicumque poſſet ſe alicujus filium confingere.*

19 *Filiatio, & matrimonium excluditur, ex quo aſſertus pater occaſione petendi augumentum alimentorum, recenſuit omnes expenſas domus, familiæ, & famulorum, & inter iſtas non recenſuit Uxorem, nec filios.*

20 *Item excluditur, ex quo aſſertus pater, occaſione ingreſſus in Religionem, matri, fratribus, aliiſque providit, & de filio impubere nullam mentionem fecit, immo aſſeruit ſe non diſponere de bonis favore matris, quia illa erant fideicommiſſo ſubiecta, & ſpectabant ad fratres, quando ſi filium habuiſſet, non ad fratres, ſed ad filium ſpectaſſent.*

21 *Simplex præteritio, & omiſſio, ſeu mentio filii non facta à Patre, ei non præjudicat, ſicut non præjudicat expreſſa Patris negatio, quod ſit filius.*

22 *Declara, id procedere quando clarè de filiatione conſtet, ſecùs verò ſi de ea dubitetur, quo caſu confeſſio Patris nocet filio.*

23 *Filiatio excluditur, ex quo prætenſus filius, non fuit pro tali recognitus à conſanguineis,* & n.35.

24 *Filiatio, & matrimonium excluditur, ſi Conſanguineus conqueſtus eſt familiam eſſe extinctioni proximam, & nullum ſupereſſe aptum ad matrimonium, & ſi fideicommiſſa ad illos de diverſa linea, poſt illius mortem devolvi debere dixit, quando ſi is, de cujus paternitate litigatur, habuiſſet Uxorem, & filios, iſti potuiſſent conſervare familiam, & ad iſtos ſpectaſſet fideicommiſſum.*

25 *Pro ſucceſſione ad fideicommiſſum, attenditur proximitas ultimi gravati, non gravantis.*

26 *Literæ licet judicialiter non recognitæ, adminiculum tamen faciunt pro filiatio-*

tione excludenda.

17 *Tractatus Conſanguineorum favore aſſerti filii excluditur, ſi iſti intentarunt judicium caducitatis ad eorum favorem incurſa, quando ſi aſſertus filius extitiſſet, favore illius ob incurſam caducitatem purificatam fuiſſet.*

18 *In omnibus cauſis tam prophanis, quàm beneficialibus, exceptis matrimonialibus, dimenſio graduum deſumi debet à Jure civili.*

19 *De Jure civili in linea collaterali, ſive æquali, ſive inæquali, tot ſunt gradus, quot perſonæ.*

30 *Filiatio excluditur, ſi conſanguinei probarunt extinctionem lineæ, ex qua aſſertus filius deſcendere prætenditur, & ſucceſſionem obtinuerunt.*

Et ſi aliquis Conſanguineus in teſtamento, cum quo deceſſit, aſſeruit ſe eſſe ultimum de linea, n. 32.

31 *Teſtes multis annis retrò examinati, nec quoad perſonas, nec quoad ſcientiam, & dicta exceptionem patientes, & deinde defuncti, multum attendi merentur pro filiatione excludenda.*

33 *Pro excluſione filiationis ſeriis, & reiteratis aſſertionibus, & declarationibus plurium Conſanguineorum de familia, valde defertur.*

34 *Taciturnitas, & permiſſio prætenſi filii, ut bona debita ad ipſum ſi eſſet filius, ad alios devolvantur, faciunt præſumere contra filiationem.*

35 *Nec prodeſt filio excluſo allegare abſentiam, ſi iſta non probetur, prout ab allegante eſt probanda.*

36 *Nec cauſam, quod Pater religioſus voluerit filio occultare ſucceſſionem debitam, & illum fraudaret fructibus ei debitis, illoſque traderet propriis creditoribus.*

37 *Nec quod filius excluſus, eſſet de tempore ſucceſſionis bannitus, ſi bannum non adducatur, ſed prætendatur illud probari per teſtes, quod non admittitur.*

38 *Quando contenta in articulis poſſunt facilitèr per ſcripturas probari, puta quod quis fuerit bannitus, remiſſoria non conceditur.*

39 *Maximè ſi poſt denegationem remiſſoriæ, fuerit litigatum coram pluribus Judicibus, & allegata mordicus injuſtitia denegationis remiſſoriæ, & nunquam fuit exhibita ſententia criminalis.*

40 *Filiatio excluditur, ſi obtenta fuit licentia alienandi bona fideicommiſſaria, cum conditione, quod accederet conſenſus omnium vocatorum, pro qua verificanda, fuerunt citati plures ſubſtituti etiam remotiſſimi, & aſſertus filius, qui gradu longè proximior fuiſſet, nec requiſitus, nec vocatus fuerit,* & n. 43.

Nec conjectura hæc evitari poteſt, ſub prætextu abſentiæ aſſerti filii, nàm ſi iſta non probetur, præſumitur contrarium n. 44.

Maximè ſi agatur de domiciliato, cujus præſentia, & habitatio ſemel fuit probata n. 45.

Declarantur contraria Auctoritates, n. 46. & ſeqq.

Ignorantia exiſtentiæ proximioris in emptoribus, ex quibus excludatur n. 51. & ſeq.

41 *Impoſſibile præſumitur, quod emptor omiſerat requirere conſenſum illius, qui principalitèr intervenire deberet, ad evitandum periculum evictionis, & reddendi fruſtratoriam gratiam derogationis.*

46 *Judicis decretum in contractibus facit præſumere omnia ritè, & rectè geſta fuiſſe, ſi contrarium non probetur, & propterea, qui dicit adfuiſſe proximiores, qui potuerint intervenire non præſumptivè, ſed verè, & realitèr, probare debet.*

47 *Qui obtinuit à Principe gratiam derogationis fideicommiſſi cum onere vocandi in alienatione proximiores ſubſtitutos, docere debet adimpleviſſe onus, cum acceptatione gratiæ in ſe aſſumptum, & ſubſtitutos non vocatos non adfuiſſe.*

48 *Deſcendentia in Familiis nobilibus in loco originis, & habitationis habetur pro notoria, & non eſt neceſſaria ſententia probatio.*

49 *Et filius præſumitur certioratus à Patre, de ſucceſſione ad ipſum delata.*

50 *Prout ab Amicis, & Conſanguineis, maximè concurrentibus circumſtantiis, de quibus,* ibid.

51 *In re valdè gravi propria familiæ, quis præſumitur ab Amicis, & Conſanguineis certior factus.*

52 *Inveriſimile eſt quod ementes vigore derogationis fideicommiſſi, cum conditione vocandi proximiores, iſtorum exi-*

exiſtentiam ignoraverint, quando tempores plures ſunt, & exiſtentia aſſerti proximaverit, prætenditur abſque eorum notitia.

53 *Conſanguinei præſumuntur ſcire jura ſanguinis, & familiæ, ac matrimonia, & filios ſuorum conſanguineorum.*

54 *Non conſtito per legitimas probationes, de matris nativitate, & exiſtentia, nec de ejus obitu, excluditur filiatio, & præſumitur nomen fictitium matris inventum, ad hoc, ut difficilius poſſet detegi falſum commentum,* & n. 57.

55 *Maxime, ſi prætenditur Matrem fuiſſe veneno ſublatam, quod facilius probari poteſt ex proceſſu.*

56 *Et ſi fides defunctorum ubi notata fuit omnes in eodem loco conſervantur, & nunquam exhibita fuerit partita libri mortuorum, in judiciis pluries factis, nec etiam poſt reportatas ex hoc motivo ſententias contrarias.*

57 *Filiatio excluditur, ſi non conſtat ubi fuerit natus aſſertus filius, ubi permanſerit, & quid egerit uſque ad 34. annum ſuæ ætatis, quo cœpit ſe nominare filium, occaſione matrimonii contrahendi extra Patriam.*

58 *Dilata petitio poſt mortem alicujus informati, pro experienda prætenſione filiationis contra non informatos, præſumitur ad occultandam prætenſionis injuſtitiam.*

59 *Conjectura pro filiatione, deſtructa remanent, ab aliis in contrarium militantibus.*

60 *Impoſſibile eſt, quod quis poſſit obtinere declarationem, ſe eſſe filium alicujus, ſi non habeatur cognitio Matris, ſi non probetur matrimonium, aut conſuetudo maritalis, ſi non detur tractatus, aut recognitio Patris conſanguineorum, Affinium, nec extraneorum, quibus interérat, ſi filius nunquam talem ſe nominavit, niſi poſt mortem Patris, & poſt annum 34. ſuæ ætatis, ſed hæc omnia deficere dicendum eſt, quia ipſe non ſit filius.*

DECISIO XXVI.

Magnum argumentum, quod Franciſcus non fuerit filius Raynerii ſubminiſtrat reflexio, quod inter Raynerium, & Cletiam ipſius aſſertam uxorem, nunquam fuit contractum matrimonium, dum de illo nullum adeſt ſignum, & veſtigium; non enim de eo conſtat ex libro Parochi, non ex Capitulis Matrimonialibus, non ex inſtrumento dotali, quæ inter perſonas præſertim nobiles ha-
1 beri ſolent, & quorum deficientia valde influit ad arguendam illius negativam, ut de defectu deſcriptionis in
2 libro Parochi, *Menoch. conſ.* 199. *n.* 3. *&* 44. *Cyriac. contr.* 601. *n.* 41. *Roſ. poſt* 2. *volumen Conſiliorum. Farinacc. deciſ.* 244. *num.* 3., *& in Ravennaten. Emphyteuſis coram Emerix Jun. dec.* 667. *n.* 2. *dec.* 683. *num.* 1, *& dec* 969. *n. pariter* 1. *confirmata de anno* 1691. *cor. Cardinali Cavallerino apud Bertach. Vet.* 120. *n.* 14. *verſ. quibus omnibus, & ſeqq.* in quibus revocatæ fuerunt deciſiones in eadem cauſa *Ravennaten. Emphyteuſis coram Taja impreſſa in rec. deciſ.* 44., *&* 160. *part.* 19. quæ in contrario motivo pluries magnificantur, & firmatur in ſecunda deciſione hujus cauſæ *la* 31. *n.* 16. *part.* 18. *rec.* de defectu conſtitutionis dotis, & inſtrumenti dotalis *De-*
3 *ſiderius Guido conſ.* 10. *num.* 46. *& conſ.* 14. *num.* 39. *Roſ. coram Emerix Junior. dict. dec.* 667. *num.* 9. ubi allegat deciſiones hujus Cauſæ, & plures alios refert.

Non obſtante, quoad librum Parochi, quod iſte probetur ammiſſus; quia fides quod fuerit ammiſſus liber Matrimoniorum Parochiæ S. Marci, non concludit, niſi doceatur de anno 1591., quo fuit contractum matrimonium, Raynerium in dicta Parochia
4 habitaſſe, ut neceſſe eſſe firmat deciſio hujus cauſæ 535. *num.* 82. *part.* 14. Nec ſufficit probare habitationem ejus Avi de anno 1571., & ſic per 20. annos ante, maxime quia in d. Parochia non aderat domus majorum, in

qua

5 qua ratione affectionis, ſemper habitaverit Familia Ceulorum, dum ipſemet
Nicolaus in reſponſione *ad d. dec.* 535. *num.*48. & *ad deciſ. Emerix fol.*91.
§. *Alter* error, & deciſio quæ revocatur num.185. ab eodem Nicolao in actis producti, intrepidè affirmat Raynerium de anno 1593. habitaſſe in Parochia SS. Vincentii, & Anaſtaſii Urbis in Trivio, ibique Franciſcum ejus filium baptizatum fuiſſe, quamvis reſpectu baptiſmatis ſit proceſſus erroneum, dum de anno 1593. in dicta Eccleſia SS. Vincentii, & Anaſtaſii, concludenter doctum fuit, non adeſſe fontem baptiſmalem, ibi reti-
6 neri prohibitum à S. M. Pio V. de anno 1569., eidemque Eccleſiæ ſolùm de anno 1673. à S. M. Clemente X. reſtitutum.

Et quoad Capitula matrimonialia, & inſtrumenta dotalia, quod etiam illis deficientibus matrimonium conſiſtere
7 poſſit, & ſuam habeat firmitatem per *text. in l. ſi vicinis* 10., *l. neque* 15. *l. ſi donatio* 23. *Cod. de nuptiis*, *l. final. Cod. de repud.*, *Auth. ut liceat matri, & Aviæ* §. *Hoc quoque*, & §. *Quæ vero collat.* 8. *Auth. quib. modis natural. effic. legit.* §. *Quoniam autem Collat.*6., *Auth. de Nuptiis* §. *Nuptias itaque*, & *ibi gloſ. verb. affectus*, & *verbo dotalium Collat.*4., & *Novell.* 108. *de malorib. quæ fine dot. cap.*381., & *in eadem Novell. cap.*382. *de Nuptiis* §. *Cæteris autem*, & *pariter in eadem Novella cap.*383. *de Leon. & Conſtant. leg.* §. *Si autem non magnas*, verum quidem eſt, quando
8 aliunde probatur matrimonium fuiſſe contractum, ſed quando de exiſtentia matrimonii, nulla datur probatio, tunc hujuſmodi defectus multum conferunt ad credendum nullum inter prætenſos Conjuges adfuiſſe matrimonium, juxta auctoritates ſupra citatas n. 3.

Creſcitque præſumptio excluſiva matrimonii, ponderando quod illud contractum dici deberet anno 1591. de menſe Novembris circiter, dum die 16. Julii 1592. ſupponitur natus Franciſcus primus filius Raynerii, & Clariæ, quando de dicto anno 1591., & veriſimiliter prope menſem Novem-
9 bris, in quo incipiunt ſtudia, Raynerius diſceſſit ab Urbe, & ſe contulit ad Civitatem Peruſii, cauſa ſtudendi, una cum Jo. Baptiſta fratre natu majore, ſub cuſtodia Jo. Baptiſtæ Palmerii Sacerdotis familiaris, & confidentis domus, & poſtquam ibi per triennium ſtudiis operam navavit, Patavium petiit, ubi doctoralem lauream recepit, Romamque reverſus, inter Prælatos utriuſque Signaturæ fuit cooptatus *Sum. Sororum n.* 9. & *ſeqq.* ex quo vitæ tenore, palam fit Raynerium non fuiſſe uxoratum, exorbitat enim ab omni veriſimilitudine, quod Juvenis ſecundogenitus eodem tempore, quo pro ſcientiis acquirendis à Patria diſcedit, uxorem ducat, tempore ſtudii, duos ex ea filios ſuſcipiat, & non conſtet uxorem in Patria reliquiſſe, nec in loco ſtudii eam adduxiſſe, & retinuiſ-
10 ſe, dum enumeratis ſingulis Perſonis, quæ tam in domo Peruſii conductæ exiſtebant, quàm in alia Romæ, nunquam de uxore, & filiis ulla mentio habita fuit *d. Sum. n.* 9. quæ cum veriſimilia non ſint, & communiter accidere non ſoleant, præſumi non debent, ſed à communiter accidentibus, quod
11 nempe ſcholares donec in ſtudiis agunt matrimonium non contrahunt, præſumptio ſit capienda *Paſer. conſ.*216. *n.*14. *Eſcobar. de Nobilit. quæſt.*8. §. 3. *n.*40. *Senatus Mantuanus apud Surd. dec.*83. *n.*12., *Rot. dec.*141. *n.*12. & 13. *coram Pral.*, Quamvis id poſſibile dici
12 poſſit, multa enim poſſibilia ſunt, quæ præſumi non debent *Alex. conſ.*157. *num.*2. *lib.*3. *Maſcard. de Probat. concluſ.*788. *n.*8. *Rot. Januen. inter recollect. per Palm. Nep. dec.*181. *n.*63. *repetita apud Baldus. deciſ.* & *rer. Judicat. tit.*3. *dec.*9., pro inducenda quippe
13 præſumptione non poſſibile, ſed veriſimile debet attendi *Bald. in l. ſcriptura colum.*2. *Cod. de fide Inſtrument. Rimnald. Jun. conſ.*363. *n.*123.

Deficiente autem matrimonio, deficit neceſſarium fulcimentum, & baſis fundamentalis ſuper qua filiatio adſtrui valeat, iſta enim non pendet ex vo-
14 luntate hominum, ſed ex facto, & non nudis debet conſtare verbis, ſed requirit præexiſtentiam alicujus facti, quod habitudinem præſtet ad reliqua, & radix, ac fundamentum ſit, cui aliæ probationes innixi valeant, ut firmant

Pacion. alleg. 199. n. 4., & ſub num. 13. verſ. non videtur hic adeſſe, & ſub numer 21. & 25. Rot. Januen. inter recollect. per D. Palm. Nep. dec. 181. n. 105., Rot. Romana penes Caſtald. d. conſult. 199. n. 30., & in rec. deciſ. 465. num. 38. part. 19.

Atque ob id, ad probandam filiationem legitimam, requiritur probatio matrimonii, vel ſaltem nativitatis, vel conceptionis filii in domo Viri, aut mu-
15 lieris, maritaliter ſeſe tractantium, & conviventium, ut firmant *Rimínald. Sen. conſ. 613. n. 5. Jo: de Monte Sperell. conſ. 262. n. 1. Neguſant. in Silva reſponſorum quaeſt. 167. num. 29. Lancellot. Gall. conſ 15. n. 92. Ramon. conſ 22. n. 27. & conſ. 23. n. 2. Rocc. d. reſp. 52. n. 9. tom. 1. Pacion. d. alleg. 199. n. 15. Pelaja ad Francum de poteſt. conſiderat. 35. avadd n. 5. Paſchal. de pat poteſt. part 2. cap. 2. n. 33. & ſeqq. Rot. Januen. inter recollectas per Palm. Nep. d. deciſ. 181. n. 67. & 82. Rot. Romana in rec. deciſ. 310. num. 17. part. 11. & poſt Torr. de Primogenit. dec. 68. n. 2., & poſt D. Conſtant. ad Stat. Urb. dec. 123. num. 4. 6. & 10.* Et quando agitur de probanda filiatione illegitima, requiritur probatio cohabitationis, vel ſaltem conſue-
16 tudinis, & commercii, una cum cuſtodia ventris *Rocc. d. reſp. 52. n. 10. & 11. lib. 2. Caſtald. d. conſult 199. n. 5. verſ. praeterea, & conſult. 202. n. 15. Palm. Nep. alleg. 248. n. 16. Manſ. conſult. 342. n. 41. Rot. Lucen. inter recollect. per D. Palm. Nep. deciſ. 178. n. 28. & 34. verſ. ſed res non ita. Rot. Romana poſt Zacch. quaeſt. Medic. Legal. tom. 2. deciſ. 90. n. 5., penes Caſtald. d. conſult. 199. n. 38., in rec. d. dec. 465. num. 24. & ſeqq. part. 19.*

Praedicta, quae oſtendunt nullum fuiſſe contractum matrimonium inter Raynerium, & Clariam, mirificè confoventur, ex quo Franciſcus hujus praetenſi matrimonii filius, nunquam, nec ab aſſerto Patre, nec ab illius conſanguineis pro tali fuit recognitus, à dicto enim anno 1593., quo natus aſſeritur Franciſcus, uſque ad ingreſſum in Religionem dicti Raynerii, ſecutum anno 1604., & à dicto tempore uſque ad aliud quo piè obdormivit in Domino, nullus eſt allegabilis actus, in quo eundem Franciſcum pro filio tractaverit aut agnoverit: Ex ceſſante
17 autem tractatu, & agnitione Patris, deſumi validiſſimam conjecturam, pro excluſione filiationis, tradunt *Natt. conſ. 473. nu. 14. verſ. & communiter in forma, & n. 44. Menoch. conſ. 734. n. 7. & 8. Delph. conſ. 149. n. 16. part. 2.,* ubi quod ſi aliàs diceretur, eſſet in poteſtate cujuſque, cum aliquibus ſe concorda-
18 re, ac falſam filiationem ſupponere, & ſubſtinere, mortuo eo, qui aſſereretur Pater *Capon. contr. 6. ſub num. 48. verſ. reſpondeo enim. Palm. Nep. inter deciſ. Lucen. diverſ. per eum recollect. deciſ. 179. n. 45. Rot. coram Cerr. dec. 827. ſub n. 4., verſ. idque facilius. Cardl. dec. 136. num. 17. cum tribus ſeqq. in rec. dec. 8. n. 18. part. 10.* ubi plures concordantes, *& dec. 248 ante n. 10. part. 14.*

Fortiùs, quia Raynerius intra dictum tempus, neceſſe habuit explere actus in quibus, tam ob proprium intereſſe, quam ob paternam pietatem, affectionem, & Juſtitiae debitum, de filio mentionem facere debuiſſet, & ſignanter de anno 1596. occaſione litis, ſuper augumento alimentorum praetenſo à Raynerio, coram Cardinali Blanchetto, in qua idem Raynerius diſtinctè recenſuit omnes impenſas factas ab anno 1590. in poſterum, tam in Civitate Peruſii, in qua ipſe cum Jo: Baptiſta fratre domum ipſorum qualitatibus condignam conduxerunt, illamque maſſeritiis, & ſuppellectilibus neceſſariis repleverunt, famuloſque pro eorum ſervitio cum ſalariis acceperunt, & retinuerunt, una cum Palmerio Sacerdote, nec non impenſas in librorum emptione, in infirmitate Jo: Baptiſtae, & in ſuſceptione Doctoratus, Paduae fecerunt, quam in Urbe Romae, ubi eodem tempore retinuiſſe narravit domum apertam, pro habitatione eorum matris, Franciſci alterius fratris, & ſororis innuptae cum famulis, & Ancillis, juxta condecentiam domus ipſorum, ibidemque nuptui tradidiſſe Olimpiam alteram Sororem, pro qua ultra dotem promiſſam praeſtiterunt, & dederunt magnam bonorum quantitatem pro acconcio, adeout impenſae factae in ſtudiis, in infirmitatibus, & in ſubſtentandis famu-

lis

bona utrumque ex dd. locis aſcenderent ad quantitatem ſcutorum 6000. prout diſtinctè etiam expreſſit, & ſpecificavit impendia ſibi Romæ tunc temporis, & in futurum incumbentia, nempe ſubſtentationem Gradus Prælatitii, matrem, duos fratres, & aliam ſororem, adhuc innuptam *Sum. Sororum, n.11. & 12.*, Cumque nec inter impendia Peruſii, neque inter illa Romæ facta ab anno 1590. citra retulerit uxorem, vel filios, id oſtendit ipſum nunquam, nec uxorem, nec fi-
19 lios habuiſſe, quam ſi ſecùs fuiſſet, impenſam præſertim uxoris, quæ inter conſiderabiliores ſolet recenſeri, referre non deſiiſſet, pro faciliori ſui ſinus aſſecutione, prout fecit de aliis, ut tradit *Randenſ. reſponſ.25. num.32. lib.2.*

Rurſus, de anno 1604. occaſione ingreſſus in Religionem, renunciationem emiſit, in qua favore Jo: Baptiſtæ, & Franciſci Fratrum de omnibus, & quibuſcumque bonis ceſſionem fecit, Artemiſiam matrem fratribus commendavit, ei biſcentum ſcuta reliquit, illamque heredem ex aſſe inſtituere velle profeſſus eſt, niſi ei ſublata fuiſſet facultas, quia fortan bona libera, ſi quæ aderant abſorbebantur à debitis, & ad fideicommiſſarii, deficientibus filiis, fratres erant ſubſtituti; & tamen ſi Raynerius filium habuiſſet, eum adhuc impuberem tutare, & Curatore providere, vel ſaltem fratribus, prout de matre fecit, commendare non deſiiſſet, illi legitimam reliquiſſet, & bona fideicommiſſo Hieronymi ſubjecta, ad quæ prætenſus filius ex perſona propria erat vocatus, eidem auferre, nec illa ad favorem fratrum renunciare potuiſſet; quæ omnia cum diverſimodè fecerit Raynerius, & nullam unquam de filio, nec in renuncia-
20 tione præfata, nec aliàs ratione dicti ingreſſus mentionem habuerit, ex hoc patenter eruitur, ipſum omnino filiis caruiſſe, ut benè in individuo tradunt *Crouett. conſ.249. n.13. verſ. reſpondeo eadem ratione. Lanceller. Gall. conſ.19. n.111. Menoch. conſ.634. num.6. & ſeqq. Randenſ. conſ.25. n.12. lib.2. Franciſcus Rocc. reſp.52.n.22. & 23. lib.2. Cyriac. controv.602. ſub n.34. & n.41. Pratus diſcept. Foren. tom.1. diſcept. 40. n.48. & tom.2. diſcept.48. n.12. & 23. Caſtald. conſult.101. num.21. Petra de Fideicom. quæſt.11. n.336. Paſchal. de Patr. Poteſt. par. 2. cap.2. n.45. Rot. Bononien. apud Barz. dicta dec. 3. n.28. ubi concordantes. Rot. Romana coram Cerillo dec. 236. n.17. & ſeqq. & n.20. & 21. Pamphil. dec.415. n.8. Corr. d. dec.827. n.6. in rec. dec.347. n.40. par.12. repetita poſt Zuff. de Legitimat. Proceſſ. dec.39. ſub n.24. dec.31. n.20. par.18. & dec.100. n.31. & dec.544. n.13. par.19.*

Haud relevante, quod cum ſimplex prætentio, & ommiſſio filii ad ſummum importare poſſit tacitam aſſertionem
21 Patris negantis, eum eſſe filium, hoc nihil eidem obeſſe valeat, ſicut non præjudicat expreſſa patris negatio *l. ſi inſtituta 27. §. Et quo ff. de inoff. teſtam. l. prima §. Sed & ſi ff. de Carbon. edicto ibique gloſ. Verb. Carbonianum l.1. §. Julianus in fine ibique gloſ. Verbo pro filio ff. de liber. agnoſ. De Angel. de Confeſ. tom.1. lib.2. quæſt.7. n.4. Torr. Var. Jur. Quæſt. tom.1. tit.8. quæſt.2. n.25. & ſeqq. fol.218. Rot. Decorſ. deciſ.238. ex n.15. par.1. & coram Peuia dec.1200. num.11., & in Romana Fideicommiſſi 11. Decembris 1699. §. Etenim in fine, & §. Et ex his, coram Muto.*

Diſpoſitio enim prædictorum jurium procedit, quando clarè, & certitudinaliter conſtat de filiatione, tunc enim expreſſa Patris negatio filio non nocet; ſed quando de filiatione dubitatur, &
22 hinc inde adſunt conjecturæ, magnam hoc caſu facit præſumptionem contra filium, confeſſio Patris, ut eſt textus apertus in *cap. tranſmiſſæ 3. qui filii ſint legit.*, ibi – *ſtandum eſt verbo Viri, & mulieris, niſi certis indiciis, & teſtibus ſibi conſtiterit eſſe filium juramento memoratum* – & ibi *gloſ. V. negabant, & in cap. per tuas 12. eod. tit. l. ſi Poſthumus 34. §. Quod vulgo, verſic. ſi quis ita ff. de liber. & poſth. Rot. in rec. d. dec.463. ſub n.32. par.19.*

Dictaque omnia creſcunt in robore, ſi defectus tractatus reſpectu patris, accedat ſimilis deficientia reſpectu con-
23 ſanguineorum, Iſti enim Franciſcum, & non agnoverunt pro conſanguineo, & filio Raynerii, & actus prædictæ conſanguinitati, ac filiationi repugnantes

geſſerunt; In primis enim Franciſcus
Raynerii frater Germanus in epiſtola,
tempore habili, nempè de anno 1607.
ſcripta, & in ſcriptura particularitèr
exarata, ſuper liberatione bonorum à
vinculo fideicommiſſi, aſſerit ipſum eſſe
unicum in ſuo colunnello, & filios Ti-
berii Senioris conſobrinos ſuos, tan-
quam ſibi ſubſtitutos in fideicommiſſo
Hieronymi, anhelare ad ſucceſſionem
in dictis bonis, *Sum. Sororum n.12.*
l. A. B. & C., & anno 1636. in preci-
bus oblatis S. M. Urbano VIII. pro ali-
quo aſſignamento, ſuper quodam mul-
tiplico ordinato, pro reintegratione
fideicommiſſi Hieronymi, hoc ipſum
Franciſcus fatetur, fideicommiſſum
nempe poſt ejus obitum purificari, fa-
vore Fabii, & Tiberii deſcendentium
Fabii, & Tiberii Seniorum *d. Summa-*
rio n.10., eodemque anno 1636. ſerio
deliberandum proponit, ſuper modo
providendi conſervationi familiæ, jam
periclitanti, quia ipſe ineptum ſe dicit
procreationi filiorum, ob Senectutem
annorum 60. R. P. D. Horatium, cui
ſcribebat ob Presbiteratum, Fabium,
& Angelum Piſanos ob malam valetu-
dinem, aliaque impedimenta, Quibus
ſtantibus concluſivè aſſerit unicam
ſpem ſubſtentamenti domus Ceulæ,
reſtringi ad Tiberium, nulla facta com-
memoratione Franciſci Junioris, aſſerti
filii Raynerii, ut ex eadem ſcriptura,
& epiſtola *citat. Sum. Sororum lit. B.*
& C.; hæc autem omnia convincunt
Franciſcum Seniorem firmiter credi-
diſſe, Franciſcum Juniorem, non eſſe
filium Raynerii ſui fratris, aliàs de eo
tunc temporis uxorato, & plures filios
24 habente, mentionem facere non omi-
ſiſſet, familiam extinctioni proximam,
eo quia nemo filios habebat non di-
xiſſet, & unicam remanere ſpem in Ti-
berio, cui ob id parare nuptias neceſ-
ſe exiſtimabat, prout ſibi in fideicom-
miſſo, ſuccedere debere filios, & de-
ſcendentes Tiberii, & Fabii Seniorum
non dixiſſet, cum iſti eſſent ex diverſa
linea, & longè remotiores, quam Fran-
ciſcus Junior ex fratre nepos Franciſci
25 Senioris ultimi gravati, cujus proximi-
tas attendi debuiſſet, ex plenè firma-
tis per *Rot. noſtram in Florentina Re-*
nunciationis ſuper admiſſione Capitulo-
rum, & leſione 23. Septembris 1709.
§. Reſpectu, & in Florentina Fideicom-
miſſi 1710. §. Penultimo in utraque, quarum
una inter ſuperius impreſſas *dec. 6. n. 11.*
& dec. 14. n. 35.

Non urgente, quod dictæ epiſtolæ
ſint ſolùm extrajudicialiter recognitæ;
quia cum prædictæ epiſtolæ pluribus
aliis adminiculis fulciantur, etiamſi ju-
26 dicialiter recognitæ non ſint, recipiun-
tur ad effectum adminiculandi. *Rota*
Romana in Tudertina Percuſſiva 2. Julii
1700. coram R. P. D. Anſald. impreſ. apud
Panlatium poſt diſſert. 26. deciſ. 1. n. 12.
& 13.

Ab hac opinione Franciſci Fratris
Raynerii, non diſcordat opinio alio-
rum conſanguineorum. Fabius enim,
Angelus, & Tiberius videntes dictum
Franciſcum unicum deſcendentem ſu-
perſtitem ex Julio Cæſare, omnia bo-
na fideicommiſſaria diſſipare, inten-
tarunt judicium ſuper caducitate, &
27 purificatione fideicommiſſi ad eorum
favorem ob contraventionem diſpoſi-
tioni Teſtatoris *d. Sum. Sororum n. 21.*,
ſi enim in rerum natura extitiſſet aſ-
ſertus Franciſcus quondam Raynerii,
utique hoc judicium non intentaſſent,
& quia fideicommiſſum, ſive per con-
traventionem, ſive per mortem Fran-
ciſci Senioris purificatum fuiſſet favo-
re alterius Franciſci aſſerti nepotis,
tanquam proximioris dictis Fabio,
Angelo, & Tiberio Juniore, diſtanti-
bus à Franciſco Seniore per quinque
gradus, juxta dimenſionem graduum
de jure Civili, à quo exceptis cauſis
matrimonialibus, norma deſumi debet
28 in omnibus materiis prophanis, & be-
neficialibus, & in omni foro etiam
Eccleſiaſtico, & terris Eccleſiæ *Garzias*
de Benefic. part. 7. cap. 15. n. 23. & ſeqq.
Marga ead. Tract. quæſt. 3. numer. 877.,
& ſeqq. Sanchez de Matrimon. lib. 7.
diſputat. 50. numer. 8. Mirreſ. de Ma-
jorat. lib. 2. quæſt. 7. num. 1. Amoſtana
de Cauſ. piis lib. 3. cap. 8. n. 47. D. Con-
ſtant. ad Stat. Urb. annot. 1. num. 236., &
annot. 20. n. 65. & 66. Senat. Catalaunie
apud Fontanell. dec. 12. num. 7. & n. 19.
in fine. Rot. Rom. coram Priol. deciſ. 3.
num. 2. Emerix. Jun. dec. 898. n. 2. & dec.
1062. num. 5. poſt De Luc. de Juropatr. in
Montiſſe dec. 43. n. 4., dec. 44. num. 2. &
dec. 45.

dec.45. num.19., *in rec. dec.157. num.6. & 8. part.14.* ſecundum enim regulam
juris Civilis, ſive ſimus in linea collate-
rali æquali, ſive inæquali, quot ſunt
29 perſonæ, quæ interveniunt, dempto
ſtipite, tot ſunt gradus *l. Juris conſult.
10. ff. de grad. cum Concordan. Sanchez.
de Matr. d. lib.7. diſput.50. n.7. Mant.
de Succeſſ. legal. part.3. quæſt.1. art.2.
num.23. Pegans. ad Stat. Ferrar. lib.2.
rub.22. ſub num.42. & 43 fol. mihi 128.
in ultima impreſſione tom.1. Scott.* olim
hujus noſtræ Rotæ Auditor *de Judic.
lib.2. cap.2. num.387. & ſeqq. Senatus
Catholan. apud Fontanell. dict. deciſ.12.
num.18. & ſeqq.* ubi latè explicat mate-
riam.

Clariùs, quia defuncto eodem Fran-
ciſco Seniore Raynerii Fratre, de anno
1638. inſtitutis hæredibus Eleonora
ejus Uxore, una cum Tiberio, & Ma-
rio filiis Auguſtini filii Naturalis Tibe-
rii Senioris, dicti Fabius, Angelus,
& Tiberius Junior, inſtruxerunt judi-
cium immiſſionis vigore fideicommiſſi
Hieronymi, adverſus præfatos hæredes,
ſuper bonis poſſeſſis per dictum Fran-
30 ciſcum, & ad effectum juſtificandi eo-
rum vocationem, coacti fuerunt pro-
bare extinctionem lineæ, & deſcen-
dentiæ Julii Cęſaris, primo vocatæ, per
duos teſtes, quorum alter fuit Innocen-
tius Cibo Frater conſobrinus ejuſdem
Raynerii, Sacerdos ætatis annorum 77.
& magnatitiæ qualitatis, apprimè infor-
matus de conſanguinitate Domus Ceu-
lę, cujus Genealogiam recenſet, aſſe-
ritque lineam Julii Cæſaris eſſe extin-
ctam, eo quia Jo: Baptiſta, Franciſcus
& Raynerius deceſſerunt ſine filiis;
idemque confirmat Simidorus Mar-
chianus ætatis annorum 80., domus
Ceulæ familiaris, & in ea, ut ipſe in-
quit, die noctuque verſatus *d. Sum.
Severam n.13.*, Quibus teſtibus ſexa-
ginta ab hinc annis, & ultrą examina-
tis, ad hunc præciſum finem probandi
extinctionem lineæ Julii Cęſaris, in ju-
dicio approbatis, & à parte etiam
admiſſis, nempe ab hæredibus Franciſci
fratris Raynerii, contra quos Fabius,
Angelus, & Tiberius junior, uti ſubſti-
tuti in defectum lineę Julii Cæſaris, im-
miſſionem obtinuerunt, prævis deciſio-
nibus *cor. Cerillo in 241. 167. & 223.*,
nullam exceptionem, neque quoad
31 perſonas, neque quoad ſcientiam,
& dicta patientibus, & qui cum hac
depoſitione deceſſerunt, plenam, & in-
dubitatam fidem merentur, *Rot. coram
Cerr. dec 803. n.7.* & inter impreſſas ad
ornatum *Cardinal de Luc. in conflictu le-
gis, & rationis lib.16. dec 5. ante n.1.* Po-
tiſſimè reſpectu d. Tiberii junioris, qui
cum ſupradicta opinione nedum vixit,
ſed etiam deceſſit, dum in ejus ultimo
32 teſtamento apprimè declarat, ſe eſſe
ultimum deſcendentem maſculum, ex
linea Hieronymi fideicommittentis.
d. Sum. Severam n.4. lit. B.

Quantum autem tam ſeriis, & repli-
catis aſſertionibus, ac declarationibus
ferè omnium conſanguineorum de fa-
milia, pro excluſione prætenſæ filiatio-
nis Franciſci junioris deferatur, benè
33 tradunt *Camill. de Medic. conſ.43. n.17.
verſ. ſi verum omnino Torr. Var. Juris
quæſt. tom.1. tit.8. quæſt 1. n.53. & Paſſo pri
fol. mihi 113., & in ſecunda dec. hujus
Cauſa 31. n.18. part. 18. rec.*

Tractatus excluſivo filiationis reſpe-
ctu Raynerii Patris, & conſanguineo-
rum, accedit agnitio ipſiuſmet Fran-
ciſci Patris Nicolai, nam defuncto
Jo Baptiſta, Raynerii fratre, de anno
1606. omnia ipſius bona vigore fidei-
commiſſi Hieronymi Ceuli, occupavit
Franciſcus Senior frater ſuperſtes, ut
conſtat ex inventario per eum confe-
cto *d. Sum. Severam n.15.*, Quando ſi
Franciſcus junior fuiſſet filius Rayne-
rii, tanquam nepos ex fratre dicti Jo:
Baptiſtæ, vel de per ſe, vel de Conſi-
lio Raynerii, tunc viventis, vel me-
diante tutore, vel Curatore, medieta-
tem dictorum bonorum, ſibi de jure
debitam obtinere curaſſet. Similiter
anno 1639. Fabius, Angelus, & Ti-
berius junior intentarunt judicium ſu-
per caducitate, contra Franciſcum *d.
Sum. Severam n.21.*, eodemque Fran-
ciſco ab humanis erepto, obtinuerunt
immitti in poſſeſſione bonorum fidei-
commiſſariorum Hieronymi, & tamen
ſi Franciſcus fuiſſet filius Raynerii, in
utroque ex dictis Caſibus, tanquam
ex fratre Nepos, & de eadem linea
debuiſſet abſolutè excludere dd. Fa-
bium, Angelum, & Tiberium longè
remotiores, & de alia linea exiſtentes;

Cum-

Cumque nunquam in tot caſibus, Franciſcus pater Actoris comparuerit, ſed paſſus fuerit ſemper ſe excludi, & bona aliis devolvi, pluſquam tuto dicendum eſt, quod Franciſcus filius Ray-
34 nerii non fuerit, nam aliàs, ſe indebitè excludi non permiſiſſet, ut in terminis obſervat. *Rauden. d. reſp. 25. n. 31. & n. 43. & ſeqq. lib. 1. Rota Bononien. apud Barz. deciſ. 3. ſub num. 27. verſ. præterea, & num. 33. & ſeqq. Rota Ferrarien. apud Baldacc. dec. & rer. judicat. tit. 3. dec. 13. ſub num. 8. verſ. quia ſi aliter conſtitiſſet, Rot. Lucan. apud Palm. Nep. dec. 178. n. 21. verſ. quarta ex quo in ſenſu, & num. 22. verſ. etiam Magnificus Aloyſius, & num. 34. verſ. item quia in illis Caſibus. Rota Romana coram Emerix Junior. dicta dec. 667. n. 13. & dec. 959. ſub num. 2. confirmata in alia deciſione impreſſa apud Bertach. Var. 120. num. 11. & 12.*

Non relevante, quod Franciſcus de Anno 1606. eſſet extra juriſdictionem Eccleſiæ, eique à Raynerio Patre ſuo jura celarentur, ad hoc ut poſſet cum fructibus fideicommiſſi, ſuos creditorem ſatisfacere, & de anno 1638. eſſet capitaliter Bannitus ab Urbe, cum confiſcatione bonorum, ob tentatum homicidium contra Franciſcum Patruum; Quoniam de anno 1606. non probetur, Franciſcum Patrem Nicolai, fuiſſe ab Urbe abſentem, prout ei qui abſen-
35 tiam allegat, onus illam probandi incumbit. *Tiraquell. ad ll. Connubial. gloſ. 8. num. 31. Menoch. lib. 6. præſump. 19. n. 6. Maſcard. de Probat. concluſ. 5. n. 4. & ſeqq.* Nec eſt credendum, Raynerium Patrem, qui pro conſulendo Animæ ſuæ, Religionem ingreſſus eſt, in actu profeſſionis, & ſucceſſivè, cogitaverit fraudare filium bonis fideicommiſſariis ſibi debitis, illorumque fructus uſurpare
36 voluerit, in filii præjudicium, & animæ propriæ irreparabile detrimentum; Prout non probatur eundem Franciſcum, de anno 1638. fuiſſe bannitum, & quamvis hoc fuerit articulatum, juſte tamen articulus iſte fuit rejectus, cum bannum, & Sententia Capitalis lata fuerit Romæ, ex proceſſu, &
37 Sententia in Tribunali Gubernatoris Urbis, A. C., vel Capitolii exiſtente, probari concludenter & faciliùs poterat, ac propterea probatio per teſtes non erat admittenda, pro quibus examinandis, nunquam conceditur remiſſoria, quando con-
38 tenta in articulis poſſunt faciliter probari per ſcripturas *Rot. coram Pamphil. dec. 122. num. 1., & dec. 275. n. 4. Buch. dec. 14. num. 9., & in Pampilonen. decimarum ſuper remiſſoria 28. Januarii 1704. §. Et denique ubi concordantes, & in Pampilonen. juris decimandi quandi primitias 15. Aprilis 1704. §. Fortius, & ſuper remiſſoria ſub eiſdem die, & anno in principio in omnibus, coram Molo.*

Signantèr quià articulus iſte fuit rejectus à R. P. D. Severolo in prima inſtantia, poſt cujus ſententiam cauſa diſcuſſa fuit coram RR. PP. DD. Calatajù, & Emerix, coram quibus in ultima inſtantia fuit petita, & non obtenta remiſſoria, cumque nec coram prædictis Judicibus, nec coram aliis in Civitate Florentiæ exhibita fuerit, nec exhibeatur hodie dicta
39 Sententia criminalis, qua mediante convinci poſſet veritas materiæ articulatæ, hæc perſiſtentia in allegando injuſtitiam denegationis remiſſoriæ, & in non exhibendo ſententiam præfatam, manifeſtè oſtendit articulum tunc temporis exhibitum fuiſſe, & eſſe imaginarium, & idealem, nec admiſſibilem.

Prædictis accedit etiam opinio, & credulitas omnium aliorum, ad quos intererat ſcire, an adeſſent, nec ne filii Raynerii, quales fuerunt emptores bonorum fideicommiſſo Hieronymi ſubjectorum, Volentes enim Jo: Baptiſta, & Franciſcus Raynerii fratres alienare inſignem tenutam fideicommiſſariam, nuncupatam *Radicinoli*, pro ſolvendis eorum debitis, ad hunc effectum Pontificiam licentiam de anno 1605. impetrarunt, ſub conditione tamen, quod conſenſus omnium, & ſingulorum accederet, in cujus gratiæ executione, adhibitus duntaxat, & requiſitus fuit conſenſus filiorum Tiberii, & Fabii ſeniorum, & de diverſis Columnellis per poſteriùs vocatis *d. Sum. Servan num. 16.* Nullo autem modo, obtentus, & requiſitus fuit conſenſus Franciſci, qui ſi fuiſ-

ſe

40 ſet filius Raynerii, tanquam habens primam cauſam ſucceſſionis poſt dictum Jo: Baptiſtam, & Franciſcum, imprimis requirendus fuiſſet ab emptore; ita pariter in venditione vigore ſimilis facultatis Pontificiæ de anno 1607. facta ab eodem Franciſco Caſalis Pollino, pro pretio ſcutorum 18000., & in alia venditione Domorum de anno 1616. pro pretio ſcutorum 3000. nullus Franciſci aſſerti filii Raynerii adhibitus fuit conſenſus, licet proximioris, ſed tantummodo deſcenden-
41 tium Tiberii Senioris, lineę per poſteriores vocatæ *d. Sum. Sororum num. 17., & 18.* cum autem impoſſibile prorſus ſit, quod emptores omittendo conſenſum Franciſci principaliter requiſitum, voluerint ſe exponere periculo evidenti, & proximæ evictionis bo-
42 norum, & quod Gratia Pontificia ob formam non ſervatam, redderetur fruſtratoria, & de vento, in ſpecie *Rot. coram Emerix. jun. dec. 12. num. 4.* ubi concordantes, hinc ad evitandam hanc repugnantiam, omnino dicendum eſt, dictum conſenſum ideo ab
43 emptoribus poſthabitum fuiſſe, quia Franciſcus Raynerii filius non extiterit, ut benè ponderat *Rot. coram Emerix. Junior. d. dec. 667. n. 6.*

Reſponſione non attenta, quod Brevia Pontificia importent ſolum onus requirendi conſenſum conſanguineorum, ad fideicommiſſum vocatorum, qui de eo tempore exiſterent in Urbe, vel in Statu Eccleſiaſtico, & ob id neceſſe non fuerit adhibere, conſenſum Franciſci, extra Eccleſiæ Territorium tunc degentis, Etenim ultra quod, excepta Gratia Pontificia anni 1607., in cęteris non docetur adeſſe talem reſtrictionem, non probatur Franciſcum tunc extra Statum Eccleſiæ permanſiſſe, uti neceſſe fuiſſet, nam cum ipſe eſſet Romanus, in Urbe, bona, & domicilium haberet, extra ſuam Patriam, & Civitatem, in qua natus eſt permanſiſſe per tantum tempus, nempe ab anno 1605. uſque ad annum 1616., quibus fue-
44 runt factæ alienationes, præſumendum non eſt. *Cap. cum in tua 6. qui matrim. accuſ. poſſ. l. cum quidam 1. ff. de legat. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 7. num. 8. ubi plures citat., & concluſ. 295. n. 11., & ſeqq. Odd. de reſtit. in integ. pars 1. quæſt. 38. n. 7. Menoch. de præſump. lib. 6., præſump. 19. n. 4 & 5.,* ubi de veriori. *Tiraquell. ad leg. Connub. gloſ. 8. num. 31. Rot. March. apud Gratian. deciſ 38. n. 3. & 4.,* maximè quia paulo poſt, nempe de anno 1621. circiter probatur in Urbe permanſiſſe *Sum. Nicolai n. 46.*, & propterea ſemel probata præſentia, & habitatione in domicilio, eo magis illa præſumi-
45 tur, toto tempore continuata, niſi contrarium probetur, ut poſt *Alex. & Rombergall. Menoch. de præſumpt. lib. 6. d. præſumpt 19. n. 5. in fin.*

Quidquam non urgente contraria auctoritate *Rotæ coram Cerill. dec. 141. num. 7.*, ubi alios refert, quia aut allegatur nullitas contractus celebrati, & Judicis decreto, & auctoritate muniti, talique caſu, quia militat præſumptio pro validitate contractus, propter decretum Judicis, quod facit præſumere omnia ritè, & rectè geſta fuiſſe, quamdiù non probatur contrarium, propterea is qui vult contractum infringere, tanquam actor non præſumptivè, ſed verè, & effectivè pro-
46 bare debet adfuiſſe proximiores, qui potuerint intervenire de tempore contractus, ut explicat *D. Conſtant. ad Stat. Urb. ann. 44. n. 92. & 93., Pamphil. dec. 53. annot. 1. n. 37. Rot. March. apud Thomas. dec. 68. n. 65., & pluribus ſeqq. Rot. Rom. poſt Pich. ad Stat. Urb. dec. 30. n. 4. & 5.,* aut agitur cum eo, qui petiit, & obtinuit à Principe Gratiam derogationis fideicommiſſi, cum onere vocandi in alienatione, proximiores ad illud ſubſtitutos, & tunc is qui ex acceptatione, & uſu gratiæ, tale onus in ſe aſſumpſit, doce-
47 re debet promiſſa adimpleviſſe, & omnes in loco exiſtentes vocaſſe, ut diſtinguit *Rot. March. apud Thomas. d. dec. 68. n. 77. & 78. Rot. Romana poſt Pich. ad Stat. Urb. dec. 3. n. 10. & 11.*

Minus obeſſe valet, quod Franciſco Nicolai patri caſus ſupradictarum ſucceſſionum non innotuerit, & quod emptoribus, & conſanguineis, nota non fuerit dicti Franciſci exiſtentia; Etenim non ommiſſo, quod in familiis Nobilibus deſcendentia in loco ori-

gi-

gnus, & habitationis habetur pro notoria, nullaque alia ſcientiæ probatio
48 eſt neceſſaria. *Rot. coram Priol. deciſ.* 417. *num.* 15. ubi concordantes, *&* in *rec. dec* 268. *num.* 15. *&* *d. dec.* 535. *n.* 23. *in fin. part.* 14. Urget reſponſio reſpectu Franciſci, quod cum de anno 1604., quo ipſe fuit excluſus à bonis fideicommiſſariis, viveret Raynerius Pater, qui etiam vivebat de anno 1606. quando ob mortem Jo: Baptiſtæ bona omnia apprehenſa fuerunt à Franciſco Fratre, imperceptibile eſt, quod Pater voluerit contra omnem juſtitiam, & charitatem, doloſè illum excludere à bonis, ad quæ ex propria perſona
49 erat vocatus, & quod de anno 1606., quo Franciſcus frater bona omnia Jo: Baptiſtæ proprio nomine occupavit, id in nullam ſui, nec aſſertam creditorum utilitatem permittere voluerit, nullamque de hoc notitiam filio præbere. Et frigeſcente, vel extincta Juſtitia, & paterna charitate in Raynerio, durum admodum eſt credere, ipſummet Franciſcum, qui probe ſciebat conſanguineos (juxta Capitulationem à Nicolao factam) ſucceſſiones ſibi debitas occupaſſe, & ob id cum ipſis rixas habuiſſe, & pœnam Capitalem cum confiſcatione bonorum paſſum fuiſſe de anno 1621. quo permanſit in Urbe, & aliis temporibus quibus ad Urbem pluries acceſſit, non fuiſſe ſollicitum conſequendi, vel judicialiter, vel amicabiliter ſucceſſiones præteritas, aut quod ſaltem in futurum ſibi deferrentur, quando ; ſibi innoteſcebat Franciſcum Raynerii fratrem carere filiis, & ſe eſſe ſubſtitutum poſt mortem illius in Senili ætate exiſtentis, quodque nullum habuerit amicum, vel conſanguineum proprium, vel
50 uxoris, quæ cum pluribus Patritiis Familiis Januenſibus conjuncta dicitur, qui de aliquo ex tot caſibus, & ſucceſſionibus ad ſuum favorem purificatis, & ſignanter de illa anni 1638.
51 ipſum redderent certiorem, prout factum fuiſſe in re tam gravi præſumendum eſt. *Rot. Coram Celſ. dec.* 152. *n.* 8. *Bich. dec.* 109. *n.* 1., *in rec. dec.* 623. *num.* 7. *part* 19.

Reſpectu vero emptorum, ignorantia pariter eſt inveriſimilis, quippè quia in venditionibus adeo conſpicuis in totum aſcendentibus ad ſummam ſcutorum 50000. circiter, in quibus diligenter inquiri, & ſcrutari ſolent, quæ nam ſint perſonæ vocatæ pro adimplenda forma Brevis, & validè ac tuta reddenda venditione, nullus ex emptoribus notitiam habere potuerit Franciſci prætenſi Nepotis alienantium, cujus conſenſus primo loco requirebatur, quando juxta prætenſionem Nicolai, ipſum fuiſſe filium legitimum, & naturalem Raynerii, tam
52 in Urbe, quam extra invaluerat publica vox, & fama, adeo inter omnes conſtans, ut nullus unquam dixerit, aut audiverit contrarium, ita enim deponunt omnes ipſius teſtes Savonæ examinati *ſuper* 7. *&* 13. *Sum. Nicolai num.* 25. 26. 27 28. *&* 29., aliique in eorum atteſtationibus, de quibus in eodem *Sum. Nicolai n.* 30. *&* *ſeqq.* Qua notorietate ſtante, impoſſibile eſt, quod ad notitiam alicujus ex emptoribus non pervenerit, id quod publicè, & palam omnibus notum erat. Idemque dicendum eſt reſpectu conſanguineorum, in quibus ignorantia, nedùm ex prædictis excluditur, ſed etiam ex eo quod conſanguinei præſumuntur ſcire jura ſan-
53 guinis, & familiæ, ac matrimonia, & filios ſuorum conſanguineorum, *Eſcobar. de puritat. Sang. quæſt.* 10. *§.* 2. *n.* 36. *&* *ſeqq.* *&* *quæſt.* 11. *§.* 2. *n.* 21. *&* 22. *Rot. Januen. apud Baldac. dec.* *&* *rec. judic. tit.* 3. *dec* 9. *num.* 11. *&* *ſeqq.* *&* *dec.* 13. *num.* 9. *Rot Lucen. inter recolleft. per D. Palm. Nep. dec.* 179. *num.* 28. *Rot. coram Zarat. d. dec.* 73. *n.* 42.

His omnibus accedit, pro funditus deſtruenda prætenſa filiatione Franciſci, quod non conſtat Clerium Reinam ejus matrem natam fuiſſe, quod in mundo permanſerit, & quod ab humanis exceſſerit; dum nec fides Baptiſmatis, nec aliud legitimum documentum pro ejus nativitate probanda adducitur, nullus datur imaginabilis actus, qui ab ipſa geſtus fuerit, dum vixit, & nulla etiam minimè de ejus exiſtentia apud homines memoria remanſit, & tamen tantæ dicitur fuiſſe exiſtimationis, & pulchritudinis, ut ejus depictæ effigies, huc, & illuc per or-

dibam pro admiratione tranſmitteren-
tur, una ſimul cum tabulis pictis repre-
ſentantibus effigiem Sereniſſimæ Prin-
cipiſſæ Clerix Farneſiæ, & ſuper utra-
54 que ex iſtis matronis plures Poetæ il-
lius temporis compoſitiones fecerunt;
nulla denique exhibetur fides obitus,
aut alia legitima illius juſtificatio quan-
do ejus mors nota eſſe deberet, & de il-
la ex proceſſu, & actu judicialiter con-
ſtare deberet, dum teſtes Nicolai unani-
miter deponunt, ipſam ob invidiam fuiſ-
55 ſe veneno ſublatam, & Comes Victo-
rius Aldibertus in ſuo libro, cui titulus
eſt *Compendio Iſtorico della nobiliſſima
Antichità di Caſa Cevoli* à Nicolao in
actis producto à *fol.61. uſque ad fol.68.*
& nobis originalitèr tradito, id eve-
niſſe aſſerit in Civitate Senarum, ut in
fol.62. ibi — *Per eſſere ſtata per maligni-
tà avvelenata da' propri parenti nella
Città di Siena, dove per sfuggire il loro
ſdegno abitava* —, quod cum facilius
aſſequi poſſet, dum in dicta Civitate
fides omnium mortuorum repoſitæ
ſunt apud Magiſtratum Bicheræ, &
in tot tantiſque acerrimis judicialibus
conflictationibus, & ſuccumbentiis,
nunquam dicta fides obitus fuerit ex-
56 hibita, nec eam exhibere, & extrahere
velle coram nobis ſe obtulerit Nico-
laus, ex hoc eruitur Cleriam Franciſci
aſſertam matrem non habuiſſe in Or-
be ingreſſum, progreſſum, nec egreſ-
ſum. Defectus autem cognitionis ma-
tris plurimum urget ad excluſionem fi-
liationis, quia reticita præſumitur ſors
57 matris, & illius fictitium nomen ex-
cogitatum, ad præcludendam Soro-
ribus viam inſtruendi ſe ſe de condi-
tione, & moribus illius, ex uſque for-
ſan diluendi filiationem, ut conſiderat
*Dulph. contr.149. n.14. par.2. Caſtald.
d. conſult 199. n.5. verſ. præterea ex qua
muliere ibiq. Rot. n.25. & conſult.219.
n.10. dec. Januen. inter deciſ. Lucen. di-
verſ. recollect. per Palm. Nep. d. dec.178.
ſub n.5. verſ. tertio quia, Rot. Rom. in
rec. d. dec.388. n.5. & ſeqq. par.13. &
poſt D. Conſtant. ad Stat. Urb. dicta de-
ciſ.123. n.16.*

Simili modo etiam pro excludenda
filiatione, plurimum urget, quod non
conſtat, ubi fuerit natus Franciſcus Pa-
ter Nicolai, ubi permanſerit, & quid
egerit à die ſuæ nativitatis, quæ ſecu-
ta dicitur die 10. Septembris 1593.,
dum ab ea die uſquè ad annum 1627.
nulla de eo habetur notitia, nec con-
ſtat unquam intra dictum tempus, ſe
nominaſſe filium Raynerii, ſolumque de
anno 1627. occaſione matrimonii con-
trahendi in Civitate Savonæ, ſe ibì ta-
lem cæpit nominare, abſquè eo, quod
in Urbe Roma, in qua ſtatim per illos
de familia conatus hujuſmodi compri-
mi potuiſſet, talem prætenſionem de-
duxerit, donèc mortuo, anno 1668.
Tiberio ultimo de familia, & ſic extin-
ctis omnibus informatis pluribuſque
tractu temporis rerum memoriis de-
perditis, Nicolaus anno 1670. præſen-
tem litem inſtruxit, ad cujus prætenſio-
nis injuſtitiam occultandam præſumitur
58 dilata petitio, pro illa experienda adver-
ſus mulieres hæredes non informatas,
ut *per tex. in l. ſi quis forte 6. §.1. ff. de
pæn.* tradit *Rot. Januen. apud Baldas. de-
ciſ. & rer. judicat. tit 3. dicta dec.9. nu-
mer.88. & inter dec. diverſ. recollect. per
Palm. Nep. citat. dec.178. n.22. & 35.*,
ubi concordantes. *Rot. Rom. coram Ca-
vill. cit. dec.236. n.16.*, & in alia Cauſa
Florentina. *Coccin. d. dec.1342. ſub nu-
mer.59. Emerix. Jun. d. deciſ.667. n.18.
Corr. dec.817. n.5. & in rec. cit. dec.100.
num.33. verſ. deſumitur dec.544. n.12.
par.19.*

Stantibus autem tot tantiſque conje-
cturis, & validiſſimis demonſtrationi-
bus excluſivis filiationis, arduum vide-
tur aſſumptum Nicolai illas contrariis
conjecturis evertere velle, tum quia
iſtæ ſemper inefficaces, & deſtructæ
59 remanebunt ab aliis ſuprà recenſitis, ex
adductis in præcedenti deciſione num.
11. & ſeqq. Tùm etiam, quia nunquam
à Nicolao ſuperari poterit patentiſſi-
ma inveriſimilitudo, & ferè impoſſibi-
litas, quod nempè dari poſſit caſus
uſquè adhuc pro filiatione deciſus, in
quo nulla habeatur cognitio matris,
nullum probetur matrimonium, aut
ſaltem cohabitatio, ſeu conſuetudo
maritalis, nullus detur tractatus, vel
recognitio prætenſi Patris, nullus iti-
dem tractatus, vel recognitio conſan-
guineorum, affinium, vel extraneo-
rum, quibus intereſſe poterat, nulla
denique, vel ipſiuſmet filii ſignificatio,

aut declaratio, quod ſit talis, niſi poſt annos triginta quatuor à die ſuæ Nativitatis, & poſt novem annos à die obitus aſſerti Patris; adeòut in prædictorum omnium deficientia, & tot tantorumque actuum filiationem excludentium multiplicitate, grande quidem deberet eſſe infortunium, ſi Franciſcus
60 eſſet filius Raynerii, & omnes fuiſſent de eo immemores, omnes inſcii, omnes ſupini, omnes doloſi, omnes decepti, quæ tanquam omninò imperceptibilia dicendum eſt ideò eveniſſe, quia in Franciſco nulla filiationis umbra reſpectu Raynerii extiterit, ut benè conſiderat *Rot. in Ravennaten. 1691. coram Cardinal. Cavallerino regiſtrata apud Bertach. Vot. 120. n. 14.* §. *Nec juvat in contrarium.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Filiatio an probetur ex proceſſu, & actibus factis coram Ordinario, concedente alicui licentiam contrahendi matrimonium. Et an, & quando probetur ex enunciativis.

SUMMARIUM.

1 *Ordinarius in concedendo licentiam contrahendi matrimonium, nil aliud debet inquirere, quàm an ſit liber, vel uxoratus is, qui vult contrahere.*

2 *Ex tali licentia inferri non poteſt ad filiationem uxorandi, quia de hac inquirere non debet Ordinarius.*

3 *Licentia contrahendi matrimonium, non conceditur ab Ordinario, niſi conſtito de ſtatu libero.*

4 *Et verificata perſona, mediante expreſſione Patris ad contradiſtinctionem alterius ejuſdem nominis, & cognominis.*

5 *Ubi non innoteſcit exiſtentia alterius perſonæ, ejuſdem nominis, & cognominis, individuatio perſonæ ex ſpecificatione, & certitudine nominis, & cognominis ſatis dicitur probata.*

6 *Ubi verò innoteſcit ad identitatem probandam ſufficiunt conjecturæ, & circumſtantiæ, quæ aliis non poſſint convenire, & reddant perſonam certam, nec eſt neceſſaria expreſſio nominis Patris.*

8 *Et ſufficit diverſitas qualitatis, ſeu Officii,*

Declarantur Auctoritates contrariæ numer. 7.

9 *In Civitate Savonæ, non viget conſuetudo non admittendi foreuſes ad matrimonium abſque fide Baptiſmatis, & dicta teſtium contrariorum expunguntur,* ibidem, & n. 11. & ſeq.

10 *Mors teſtium tunc ſolùm operatur, ut illi habeantur, ac ſi eſſent formitèr examinati, quando ſtatim deceſſerunt, & non adfuit tempus illos repetendi.*

12 *Teſtibus non informatis, non deponentibus de re ad eorum officium ſpectante, nec congruam, & ſufficientem rationem eorum dictis reddentibus, nulla fides adhibenda eſt, in materia filiationis.*

Nec in quocumque alia ibidem.

13 *Fides Baptiſmatis probat ætatem, non filiationem.*

14 *Teſtium depoſitio non probat, niſi quatenus cadit ſuper negotio principali, non autem ſi interrogati aliquid deponant ſuper re incidenti, & acceſſoria.*

Relatio nunquam fit ad ea, quæ acceſſoriè, & enunciativè dumtaxat, & cauſa demonſtrationis in ſcriptura continentur, ibidem.

15 *Relatio in depoſitione teſtium examinatorum ſuper ſtatu libero fit ad dictum principale, non ad qualitatem filiationis.*

16 *Filiatio, cum debeat concludenter probari, non juvant depoſitiones teſtium dubiæ, & æquivocæ.*

Dubietas depoſitionum teſtium, contrà inducentes interpretatur ibidem.

17 *Denunciationes matrimoniales à Parocho factæ, non inſerviunt ad filiationem probandam, ſed ad detegenda impedimenta matrimonii.*

18 *Acta in certo Judicio incidentèr geſta de filiatione, ad finem aliud probandi, non juvant in altero, in quo principaliter de ea agatur.*

19 *Sententia, quod quis ſit filius alicujus, obtenta pro conſecutione juris honorifici, nemine contradicente, nocere non poteſt in alio judicio, ad effectum ſucceſſionis, & probandæ filiationis, in præjudicium tertii.*

20 *Enunciativæ inſtrumentorum, non probant filiationem, contra tertios non habentes cauſam ab enunciante, quid-*

quid

quid eſſet inter eaſdem perſonas, & habentes ab eis cauſam.

21 *Maximè prolata à perſona ſuſpecta, vel intereſſata, etiamſi verſaremur in antiquis* ibidem.

22 *Et fortius, ſi emiſſa non ſint in loco nativitatis, ſed longinquo, & ubi oppugnatores non ſint.*

23 *Quamvis enunciativa fuerint approbatæ à contrahentibus cum aſſerto filio, quia illi ſi aliundè non ſint informati de genealogia ejus, cum quo contraxerunt, ab illius aſſertionibus præſumuntur decepti.*

24 *Enunciativæ in inſtrumentis prolatæ ad alium effectum, quàm probandi filiationem, non probant.*

25 *Maximè, quando quæſtio verſatur ſuper veritate enunciati.*

26 *Enunciativa emiſſa ab ipſo filio, vel ipſo præſente probant.*

27 *In quibus terminis procedat prædicta concluſio declaratur,* & deciſionis 17. coram Dunozett. Jun. *termini explicantur.*

28 *Deſcriptio in libris,* delle Tratte, *Civitatis Florentiæ, non fit niſi plenè cognito de filiatione.*

29 *Computatio temporis ad effectum antiquitatis enunciativarum, fit à die, quo ceperunt, uſquè ad diem, quo lis, ſeu prætenſio mota fuit.*

30 *Enunciativa, ut dicantur antiquæ, & ob id filiationem probare valeant juxtà plurium ſententiam, excedere debent centum annos.*

31 *Ab enunciativis non detrahitur tempus motæ litis, quando inſtrumenta enunciantia, non ſunt principale fundamentum cauſæ, ſed fuerunt deducta in progreſſu litis incidenter.*

32 *Declara procedere ubi agatur de recognitione inſtrumenti denegandæ, vel admittendæ, non obſtante lapſu temporis.*

Quia recognitio inſtrumenti, in judicio ſi à Parte non opponatur, neceſſaria non eſt, ibidem.

33 *Sed non procedit, quando quis principaliter pro fundanda ſua intentione circa probationem filiationis, producit inſtrumenta, quæ debent probare id, quod à Judice petitur de tempore motæ litis.*

34 *Aliàs eſſet in poteſtate cujuſque, differendo productionem inſtrumenti, illis detrahere, quod tempore litis motæ non habebat.*

35 *Et maximè ſi inſtrumenta tanquàm non concludentia, per ſententias in judicatum tranſactas, fuerunt rejecta, nam tunc eo minùs ex lapſu temporis poſt ſuccumbentiam acquirunt perfectionem, ad retractandas res judicatas.*

36 *Enunciativa in antiquis non probant filiationem, ſi nulla detur probatio, ſubſtantiam filiationis concernens, & plura urgeant in contrarium.*

37 *Enunciativa, quamvis innumera, ſi promanent ab una tantùm perſona, filiationem non probant.*

38 *Prout, nec ſi promanent ab eis, cum quibus aſſertus filius ſe jactavit talem, & de ratione* ibidem.

39 *In aſſerentis tamen præjudicium probarent.*

40 *Enunciativa filiationis emiſſa à Matre Sponſæ, in inſtrumento donationis factæ filiæ, contemplatione certi matrimonii, filiationem ſponſi non probat, ſi in aliis rebus mater appareat decepta.*

41 *Maximè in præjudicium tertii, ab ea cauſam non habentis.*

42 *Et fortiùs, ſi mulier nullos habebat in Civitate conſanguineos, qui eam à Viri ſagacis deceptionibus liberaret.*

43 *Et ſi erat Vidua, quæ in locis, ubi aliæ Matronæ ad confabulandum congregantur, accedere non ſoleat.*

44 *Viduæ, defenſore, & conſultore carentes, quamvis nobiles, & divites, inter perſonas miſerabiles recenſentur.*

45 *Filiatio probatur ex matrimonio contracto cum aliquo, uti filio certæ perſonæ.*

46 *Prædicta concluſio declaratur procedere, quando matrimonium contractum fuit cum interventu qualificatorum Virorum, & Conſanguineorum utriuſque ſponſi, quando alia conjectura pro filiatione concurrunt, quando non agitur contra tertium, & quando non verſatur in perſonis imbecillis judicii, quæ facilè poſſunt decipi,* & n. 47.

48 *Filiatio probatur, ex quo quis in ultima vitæ periodo, talem ſe nominavit, quando agitur de præjudicio ipſius morientis, vel ejus hæredis, non autem tertii, pro quo ſufficit, morientem, vel erraſſe, vel oblivioni potuiſ-*

ſe, ad hoc ut ei non credatur, & nu-mer.49.

49 *Aſſertiones falſa in articulo mortis, an, & quando credatur*, & n.48.

50 *Teſtes aſſerentes aliquid geſtum fuiſſe coram aliis, ſi eos non nominant, nihil probant.*

51 *Ab omiſſione examinis teſtis magis informati, arguitur ad falſitatem articulati, cum teſtium minus informatorum inductione.*

DECISIO XXVII.

HIS itaque præmiſſis, deſcendentes Domini ad examen ſingularum conjecturarum à Nicolao adductarum, nullius roboris reputarunt illam deſumptam, ex quo Ordinarius Savonæ de anno 1627. conceſſit licentiam Franciſco, contrahendi Matrimonium cum Franciſca del Carretto, quia cum in dictæ licentiæ conceſſione, Ordinarius inquirere non debeat, cujus ſit filius, is qui vult contrahere matrimonium, ſed ſolum an ſit uxoratus, vel liber, ut conſtat ex interrogatoriis juſſu S. M. Urbani VIII. anno 1630. à Congregatione S. Officii efformatis, & ad locorum Ordinarios tranſmiſſis, per exten-

1 ſum poſitis apud *Franciſcum de Magiſtris in Silva Eccleſiaſtica part.2. lib.1. cap.21. n.47. Corrad. in prax. diſpenſationum lib.7. cap.6. n.22. Card. Albit. de inconſtantia in fide cap.36. n.103.*, hinc ex conceſſione dictæ licentiæ, inferri non poteſt ad filiationem, nec de ea

2 præſumi poteſt facta inquiſitio, tamquam de re extra commiſſa, & pro ejuſdem licentiæ conceſſione non neceſſaria *Franc. Rocc. reſpon.52. n.18. & 19. lib.2. Capon. contr.6. ſub n.43. verſ. reſpondeo enim. Thoraz in compendio deciſionum Neapolit. tom.2. verb. filiatio §. Nec demum.*

Minimè refragante reſponſione, quod hujuſmodi licentia concedi non

3 poſſit, niſi prius conſtito de ſtatu libero petentis, juxta diſpoſitionem *S. C. Trident. ſeſſ. 24. de Reformatione cap.7.* quod fieri non valeat, niſi illius perſona verificata, mediante expreſſione no-

4 minis Patris, ad contradiſtinguendum ipſum ab alio Franciſco ejus Patruo, filio Julii Cæſaris Ceuli *Rot. in rec. dec.214. n.10. part.10. dec.352. nu.31. part.16. & dec.73. n.13. part.19.*

Quoniam, aut Ordinario Savonæ non innotuit exiſtentia Franciſci filii Julii Cæſaris, in Urbe commorantis, prout veriſimiliter ei non innoteſcebat, & tunc individuatio perſonæ ex

5 ſpecificatione, & certitudine nominis, & cognominis, ſatis ſuperque probata dicitur *Decius in l. hac conſultiſſima num.18. Cod. qui teſtamen. facer. poſſ. Cephal. conſ.90. n.18. Gratian. diſcept. 554. num.56. & ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ.875. n.1. Rot. Lucen. apud Creſul. dec.15. n.11. & Romana coram Seraphin. dec.489. n.1. in fin. Coccin. dec.1385. num.7. Emerix. Jun. dec.110. num.3.*

Aut vero eidem Ordinario nota fuit exiſtentia alterius Franciſci, & iſto caſu dum juſtificationes referebantur ad Franciſcum tunc Savonæ exiſtentem, qui erat perſona nota, dum ibi exercebat munus Signiferi militum, in bello inter Januenſes, & Regiam Celſitudinem Ducis Sabaudiæ, hoc ſatis erat ad eum contradiſtinguendum ab alio Franciſco, non Savonę, ſed Romę commorante, & qui munus militis in d. bello nunquam exercuit: quando enim in pluribus perſonis, concurrit eadem correſpondentia nominis, & cognominis, tunc ad contradiſtinguendum

6 unum ab alio, non requiritur neceſſariò expreſſio nominis Patris, ſed ſufficiunt conjecturæ, & circumſtantiæ, quæ aliis non poſſent convenire, & ſic reddant perſonam certam *Maſcard. de Probation. d. concluſ.875. num.1. Peregrin. de Fideicom. d. art.44. num.46. verſ. quare vis hujus negotii. Rot. Lucen. apud Ceuſalium dict. dec.15. num.12. & Romana coram Coccin. dec.528. num.4. & dec.1017. num.33 34. & 35. dict. dec.1341. num.17. & in rec. dec.447. n.1. & 2. part.13.*

Nec contrarium dicunt auctoritates in objecto allegatæ, quia in eis non firmatur, quod quando adſunt duo ejuſdem nominis, & cognominis, ne-

neceſſe ſit pro identitate perſonæ pro-
banda, exprimere nomen Patris, ſed
ſolum quod ultra nomen, & cogno-
men, aliqua alia circumſtantia diverſi-
ficativa concurrere debeat, ex quo
perſonæ certitudo oriatur, juxta mox
citatas auctoritates, quodque ſufficiat
7 diver ſitas qualitatis, ſeu Officii, in ſpe-
cie *Rot.* in alia cauſa Florentina *coram*
Cerillo dec. 109. *num.* 12. ubi de mune-
re militis *coram Cocces. dec.* 2342. *n.* 31.,
& generaliter *Cancel. alleg.* 84. *num.* 16.
ubi concordantes.

Non relevante, quod pro identi-
ficanda Perſona, Franciſcus tunc pro-
baverit à quo ipſe deſcenderet, dum
exhibuit fidem Baptiſmatis, & ſuper
hoc puncto examinavit teſtes. Quo-
niam fides Baptiſmatis non docetur
realiter exhibita, ſed præſumptivè id
factum aſſeritur, ex conſuetudine pro-
bata in Civitate Savonæ, non admit-
8 tendi Foreneſes ad Matrimonium, ab-
ſque fide Baptiſmatis; quod non ſub-
ſiſtit; Verum enim non eſt, in Civitate
Savonæ vigere talem conſuetudinem,
9 illa quippè probata non remanet ex
atteſtationibus Parochorum, & ex
depoſitionibus Teſtium *datis in Summ.*
Nicolai n. 25. *& ſeqq. &* num. 30. fides
enim, & depoſitiones dd. Teſtium
fuerunt extortæ, & receptæ, lite pen-
dente, & ſine Partis legitima citatio-
ne, fuerunt retentæ in manica ab
anno 1671., quo procuratæ fuerunt,
uſque ad annum 1697. quamvis hoc
tempore intermedio, Nicolaus illas
producere neceſſe habuerit, dum poſt
fidem Bargonis, de qua *d. Summ. n.* 30.
& poſt receptas Teſtium depoſitiones
eodem *Summ. n.* 25. *& ſeqq.* fuit in Ro-
ta Romana coram Emerix, repropoſi-
ta cauſa ſuper confirmatione ſenten-
tiæ Rotalis, & pro conceſſione re-
miſſoriæ, pro qua acritèr inſtetit Ni-
colaus abſque productione d. Atteſta-
tionis, & examinis, forſan quia time-
bat, quod tunc panderentur omnia
ea, quæ geſta fuerunt Savonæ, & quod
ab eiſdem Teſtibus veritas iſtorum
poſſet haberi, ideò operæ pretium
exiſtimavit, tunc in occulto Teſtes re-
tinere, & de hac cauſa amplius non
loqui per 24. annos, quibus elapſis de
anno 1697. iterum litem inſtauravit

poſt mortem omnium Teſtium, quo-
rum plures potuiſſent pluſquam com-
modè repeti, ob eorum ſupervi-
ventiam per multos annos, & quo-
rum ultimus, qui fuit Joannes Baptiſta
Altengus, deceſſit per ſexdecim annos,
poſt peractum examen, in quibus cir-
cumſtantiis nulla prædictis Teſtibus fi-
des adhibenda eſt, nec aliquid favo-
ris Nicolao tribuere poteſt eorum-
dem obitus ſuperventus, quia mors
tunc solùm operatur, quod Teſtibus
credatur, illique pro formiter examina-
tis habeantur, quando ſtatim deceſſe-
10 runt, & non ad fuit tempus eos formiter
repetendi *Propoſit. in l. admonendi pro-
pè finem verſ. iſtam limitationem de Jure
jurando. Rot. in rec. dec.* 3. *n.* 4. *part.* 2. *&
coram Emerix. jun. dec.* 555. *n.* 5.

Cæterum, diſpungendo etiam eo-
rum dicta. Parochi de quibus *in dict.
Summ. n.* 30. ſolum aſſerunt nunquam
admiſiſſe extraneos, qui ſine fide Ba-
ptiſmatis, & ſine juſtificationibus ſta-
tus liberi, acceſſerunt pro contrahen-
do Matrimonio, ſed illos remiſiſſe ad
11 Ordinarium, quod nihil concludit pro
dictæ conſuetudinis probatione. Alii
vero Teſtes Savonæ examinati de anno
1673., nempe Joannes Baptiſta Alten-
ghus, & Canonicus Forſatus, qui per
plures annos fuerunt Rectores Paro-
chialium Eccleſiarum, nihil dicunt de
conſuetudine exhibendi fidem Baptiſ-
matis. Cæteri vero duo, nempe Fran-
ciſcus Arcterius, & Franciſcus Per-
nellus Pharmacopola, animosè depo-
nunt, adeſſe hanc conſuetudinem *dict.
Summ. n.* 27. *&* 29. *ſuper* 18, ſed cum
iſti non ſint informati, nec depo-
nant de re ad eorum officium ſpectan-
te, & congruam, ac ſufficientem ra-
tionem eorum dicti non reddant, nulla
eis eſt fides adhibenda, in individuo
12 *Caſtald. conſult.* 199. *num.* 10. *Manſ. con-
ſult.* 57. *num.* 19. *tom.* 10. *Petra de fidei-
comm. quæſt.* 11. *ſub num.* 574. *verſ. ſexto
autem. Rot. coram Zarat. dec.* 73. *num.* 16.
& generalitèr *Rot. noſtra coram Venturi-
ni dec.* 45 *num.* 34. *Rot. Rom. cor. Cerro
dec.* 185. *num.* 6. *& poſt de Luca de Ju-
repatronatus in Manuſſ. dec.* 10. *n.* 18.

Et in omnem caſum, admiſſa etiam
per impoſſibile præſumptione, quod
fuerit exhibita fides Baptiſmatis Fran-
ciſ-

13 ciſci, tritum eſt illam inſervire quidem ad probandam ætatem, non autem filiationem *Franciſc. Merc. d. reſponſ. 51. num. 17. & ſeq. lib. 2. Delph. d. contr. 149. num. 4. Queſada Pila differt. 01. num. 69. Caſtald. d. conſult. 199. n. 1. & conſult. 102. num. 11. & conſult. 219. num. 11. in fine. De Luc. ad Gratian. diſcept. 562. num. 6. Negarira q. ſingulari diſputat. part. 1. quæſt. 61. num. 11. Caſtil. controv. lib. 5. cap. 104. n. 10. Manſ. dict. conſult. 57. ſub num. 16. tom. 10. Thor. compendio deciſionum Neapolit. tom. 1. verbo filiatio §. Nec demum advertatur, & ſeq. Mart. Voto Piſano 26. n. 8. Rot. Bononien. divers. dec. 103. num. 6. Sarrum Conſil. Neapolit. apud Capyc. Latr. dec. 166. num. 52. & ſeqq. Rot. Rom. in recen. dicta deciſ. 388. num. 14. part. 13.*

Minùs urgent depoſitiones duorum Teſtium examinatorum de anno 1617. pro obtinenda licentia contrahendi matrimonium. Iſti enim ſolum dicunt plenam habere cognitionem dicti *Franciſci Ceuli Romani*, & nunquam audiviſſe eum eſſe uxoratum, nullo autem modo declarant Franciſcum fuiſſe filium Raynerii. Et quamvis prætendatur verbum *dicto* repetere qualitatem filiationis poſitam in Interrogatorio, attamen *in Summ. Nicolai n. 45. & 47.* leguntur interrogatoria cæterata, ex quibus ſciri nequit quid præcisè in interrogatorio dictum fuerit, & veriſimile eſt nullum factum fuiſſe verbum de filiatione, tamquàm non neceſſaria in ſubjecta materia, de qua agebatur. Sed dato etiam, quod fuiſſent interrogati, an cognoviſſent Franciſcum filium Raynerii de Ceulis Reſponſio teſtium, ſe cognoviſſe dictum Franciſcum, non tendit ad probandum Franciſcum fuiſſe filium Raynerii, ſuper quo non cadebat probatio facienda, ſed ſolum ſupèr ejus ſtatu libero, an eſſet conjugatus, nec ne; relatio enim numquam fit ad ea quæ acceſſoriè, & enunciativè dumtaxat, & cau-
14 ſa demonſtrationis poſita fuerunt in ſcriptura *Felin. in cap. cauſam quæ n. 4. verſ. limita quarto de reſcriptis. Jaſon. in l. 1. num. 19. verſ. quarto nota Cod. de liberis præterit. Cravett. conſ. 805. n. 9. Randenſ. de Analogis lib. 1. cap. 21. numer. 51. Simon. de Præt. de interpretat. ultimar. volunt. lib. 2. interpret. 3. dubio 1. ſolutione 3. ex num. 190. fol. 152. in Venetia impreſſ.* & ſolum facta dici debet ad dictum principale, non ad
15 qualitatem filiationis, ut ex *Baldo, & aliis optimè probant deciſiones hujus cauſæ 555. n. 28. part. 14. & 51. num. 14. part. 18. rec.*

Et cum ſaltem negari non poſſit, quod prædicta reſponſio involvat aliquam dubietatem, hoc ſufficit, quia cum Nicolaus probationibus undique plenis, & clariſſimis, Patris ſui filiationem probare teneatur, depoſitio
16 teſtium dubia, & æquivoca, ei non ſuffragatur, ſed dubietas contra ipſum, qui eos produxit, debet interpretari, ut proſequitur mox allegata deciſio hujus cauſæ *in 555. numer. 30. part. 14. rec.*

Denique, nihil opitulari valent Nicolao denunciationes matrimoniales à Parocho factæ, quia iſtæ non fiunt ad effectum ſciendi filiationem, ſed
17 ad detegenda matrimonii impedimenta, ut ex diſpoſitione *S. C. Tridentini ſeſſ. 24. cap. 1. de matrimon.*, obſervat *Engel. in Jus Canonicum lib. 5. tit. 1. §. 2. n. 30. Sanchez. de Matrimonio lib. 3. diſputat. 5. n. 1. & diſputat. 6. n. 6. Barboſa de Parochis part. 2. cap. 21. numer. 23.*

Tantoque minus prædicta licentia contrahendi matrimonium, & acta ejus occaſione geſta, Dominis Sororibus poſſunt obeſſe, animadvertendo, quod coram Ordinario Savonæ, de filiatione actum fuit ſolum incidentèr, ad finem probandi ſtatum liberum, quo caſu acta omnia coram ipſo ge-
18 ſta, immò ipſamet ſententia attendi non deberet in alio judicio, in quo principalitèr agi contingat de filiatione, in ſpecie *de Pont. d. conſ. 3. num. 66. & 67. & ſub n. 78. lib. 2. Illuminatus Moranus reſpon. 66. n. 41. & ſeqq. Coccin. ad Peregrin. de fideicomm. art. 23. verſ. quæ conjectura fol. 57. Caſtald. d. conſult. 199. num. 1. & poſt Mellium obſervat. Forenſ. dec. 114. n. 11. & 12.*, ſignanter quia, ſuppoſitum, quod Franciſcus fuiſſet filius Raynerii, erat eidem admodum honorificum, & favorabile, & nemini intererat contradicere,

in quibus terminis, eo minùs ſententia
19 nocere poteſt, in alio Judicio, ad effectum ſucceſſionis in præjudicium tertii, ut in puncto ſententiæ ſuper conſecutione Juris honorifici Doctoratus, Clericatus, vel ſimilis *de Pont. d. conſil. 3. ſub n. 78. lib. 2. Conſal. ad Peregrin. de fideicom. d. art. 23. verſ. qua conjectura fol. 57. Torr. var. jur. quæſt. tom. 2. tit. 8. quæſt. 2. n. 41. & n. 70. & ſeqq. fol. mihi 225. dec. Januen. apud Palm. Nepot. inter Deciſiones Lucenſes diverſ. dec. 178. n. 13. & 14., & ſub n. 40. Rota Rom. coram Emerix. jun. d. dec. 667. n. 21. & ſeqq. uſque ad n. 25. dec. 683. ex n. 5. ad 11. & dec. 969. & n. 3. uſque ad 12.* ubi contrarius reſpondet.

Quo verò ad enunciativas, illæ emiſſæ à Franciſco in pluribus inſtrumentis datis *in Sam. Nicolas à n. 52. ad 57.* non probare filiationem contra Dominas Sorores uti tertias, non habentes cauſam ab enunciante, quidquid dicendum foret, ſi ageretur inter eaſdem perſonas,
20 à quibus enunciativæ promanant, vel ab eis jus metientes, in ſpecie firmant *Jaſon. conſ. 102. n. 7. lib. 4. Baldacc. ad Roman. conſ. 12. n. 45. Aſtolm. reſol. 30. n. 24. & 25. Caſtald. conſult. 199. n. 3. Manſ. conſult. 100. num. 5. tom. 9. & conſult. 57. n. 11. tom. 10. Paccon. alleg. 199. n. 25. Mantic. de Conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 12. n. 11. verſ. verum. Peregrin. de Fideicom. art. 43. num. 75. & 76. Torr. Var. Jur. quæſt. tom. 1. tit. 2. quæſt. 36. n. 112. fol. 401. Rot. in rec. dec. 597. n. 17. & 18. par. 5. dec. 167. n. 10. par. 8. dec. 8. n. 10. part. 11. repetit. coram Zarat. dec. 73. n. 8. 9. & dec. 389. n. 9. & 10. par. 13. & in deciſ. hujus Cauſæ 535. n. 8. & 9. par. 14.*

Maximè, quia dictæ enunciativæ plures defectus, & vitia patiuntur; ponderandum enim occurrit, quod illæ omnes prodierunt, vel ab ipſo Franciſco, vel ab aliis, qui ab eo audierunt, & ſic tanquam originatæ à perſona ſuſ-
21 pecta, & intereſſata nihil probant in puncto *Negarrel. alleg. 25. n. 150. Rot. coram Cerro. dec. 105. n. 8. & dec. 2342. n. 37.*, ubi, quòd nec etiam in antiquis probant. *Carill. dec. 190. n. 19. & 23. apud Manſ. conſult. 342. n. 37. & in rec. d. dec. 535. ex n. 10. par. 14. & dec. 31. num. 8. par. 18.*, ubi etſi eſſemus in antiquis.

Rurſus enunciativæ præfatæ, emiſſæ non fuerunt Romæ, ubi ſupponitur natus Franciſcus, & ubi potuiſſet inveni-
22 re oppugnatores, ſed in Civitate Savonæ; ac propterea eo minùs aliquam probationem facere poſſunt, aliàs eſſet in poteſtate cujuſlibet in remotum locum ſe transferendo, ibique de familia ſibi beneviſa ſe nominari faciendo, evadere filium, de illa familia ſe conſtituere, & hæreditates, & fideicommiſſa illius ſibi vindicare, *ut in deciſionibus hujus Cauſæ 535. n. 15. & 16. par. 14. & dec. 31. n. 10. par. 18. rec.* Quamvis dictæ enunciativæ approbatæ fuerint à perſonis, qui cum eodem Franciſco contraxerunt, quia iſtæ tanquam de ejus Genealogia ignaræ, & nullum in hoc habentes intereſſe, cæca fide potuerunt Franciſco credere, abſque alia indagatione veritatis, & ab illius aſſertionibus
23 decipi, ac allucinari, iſtaque ſola poſſibilitas omnem dictis enunciativis adimit fidem, ut in terminis proſequitur *Baldac. ad Roman. d. conſ. 12. num. 41. & ſeqq. Caſtald. citat. conſul. 199. n. 5. Paccon. d. alleg. 199. ſub n. 21. & 24. deciſ. Januen. inter deciſ. diverſ. recollect. per D. Palm. Nep. d. deciſ. 178. num. 17. Rot. Rom. coram Zarat. dec. 99. n. 16. & in rec. d. dec. 31. n. 9. & 10. par. 18. deciſ. 465. n. 17. par. 19. & apud Manſ. d. conſult. 342. n. 36.*

Signantèr, quia inſtrumenta prædicta fuerunt confecta non ad effectum ſciendi, an Franciſcus eſſet filius Rayneri, ſed pro conſtituendis procuratoribus, pro faciendis donationibus, ſolutionibus, Locationibus, venditionibus, aliiſque ſimilibus actibus, & ſic enunciativæ prædictæ, tanquàm emiſſæ ad alium effectum eo minùs probant,
24 ut in ſpecie *Jaſon. d. conſ. 102. num. 6. lib. 4. Marcobran. conſ. 13. n. 99. & 100. De Pont. d. conſ. 3. num. 50. lib. 2 Baldac. ad Roman. d. conſ. 12. num. 43. Conſal. ad Peregrin. de fideicom. art. 23. verſ. qua conjectura fol. mihi 57. optimè Manſ. dict. conſult. 57. num. 13. tom. 10. Rot. apud eundem cit. conſult. 342. n. 37. & in ſecunda dec. hujus cauſæ la 31. n. 9. part. 18.* tantòque magis, quia hodiè
25 quæſtio principaliter verſatur ſuper veritate enunciati, in individuo. *Jaſon. d. conſ. 102. num. 6. in fine verſ. ſecundo*

re-

reſtringitur lib.4. Abbolin. dict. reſol.30. n.25. & 26. Manſ. dict. conſult.57.n.15. tom.10. Torr. Var. jur. quæſt. tom.2. tit. 8. quaſt.1. num.18. fol.109. Rot. penes eundem d. conſult.342. num.37. & in rec. cit. dec.465. num.19. aliiſque in prima deciſ. hujus cauſæ 535. num.13. part.14. & in ſecunda dec.31. n.5. part.18.

Non obſtante, quod licet enunciativæ emiſſæ incidentèr, & propter aliud non probent filiationem, ſecùs tamen eſt, quando fuerunt emiſſæ ab ipſo filio, aut ipſo præſente, ut firmat
26 *Rot. coram Dunozet. jun. dec.17. n.3.6. 7. & 8. repetita in rec. dec.90. part.5. Pamphil. dec.503. num.1. & in rec. dec. 176. num.3. & 4. & dec.472. n.7. part.1. dec.138. n.11. part.17. & dec.383. n.1. par.19.*

Præfatæ enim auctoritates loquuntur quando enunciativæ aliùndè ſunt fortitèr adminiculatæ, non proveniunt à perſonis ſuſpectis, intereſſatis, & quibus expedit ſe filium alterius fingere,
27 imò ſunt prolatæ ab aliis perſonis, & Conſanguineis informatis, nihil ad deſtruendas dictas enunciativas urget in contrarium, non agitur contra tertium, & agitur de præjudicio confitentis, & de deſcriptione in libris *delle Tratte*, Civitatis Florentiæ, quæ
28 non fit, niſi priùs plenè conſtito de filiatione, ifteque erat caſus *dicta dec. 17. coram Dunozet. Jun.* in oppoſitum magnificatæ, ut explicando præcisè eandem *dec. dixit. Manſ. cit. conſult. 57. num.13. tom.10. Rot. noſtra lib. mot. 211. a 9. t., & lib.128. à 359.*

Poſito autem quod ſupradictæ enunciativæ non probent, illæ robur accipere non valent, ex quo antiquæ ſint, & in magno, ac excedenti numero. Quo enim ad antiquitatem, iſta non concurrit, nam cum computatio temporis fieri debeat à die, quo enunciativæ cęperunt, uſquè ad diem, quo lis, ſeu
29 prætenſio mota fuit, ut in ſpecie notat *Cappr. latr. Conſult.30. n.43.*, & in præſenti hypotheſi, Franciſcus ſe enunciare cęperit filium Raynerii de anno 1617. occaſione matrimonii de eodem anno contracti, cum Franciſca del Carretto, lis autem mota fuerit de anno 1670., ex hoc conſtat intereeſſiſſe ſolum tempus annorum 43. ad hunc effectum non ſufficiens, cum enunciativæ,
30 ut filiationem probare valeant, vel excedere debeant metam annorum centum, ut in ſpecie firmant *Decius conſ. 321. num.8. Paſer. conſ.216. num.19. Camill. Medic. conſ.43. num.5. de Pont. cit. conſ.3. num.50. verſ. ſequidem antiquum, & verſ. reaſſumus lib.2. Cappr. Latr. d. conſult.50. num.44. Manſ. cit. conſult. 57. num.12. tom.10. Peregrin. de Fideicomm. art.43. num.83. Maſcard. de probat. concluſ.621. num.16. Merrrn. de Majorat. part.1. quæſt.45. num.18. Tramtiniq. Var. Reſol. lib.1. tit.1. de filiat. num.13. in fin. Rot. coram Cocin. dict. dec.105. num.7. & in rec. dec.214. n.14. part.10. & in prima dec. hujus cauſæ 535. num.10. part.14.* ubi concordantes, & *in ſecunda dec.31. n.7. part.18.*

Vel ſi juxta id, quod dicitur in contraria *deciſione n.57. cum duobus ſeqq.* tempus 50., vel 60. annorum diceretur antiquum, adhùc nec iſtud concurreret. Parvipenſa reſponſione, quod quando inſtrumenta enunciantia non ſunt principale fundamentum cauſæ, ſed fuerunt deducta in progreſ-
31 ſu litis incidentèr, tempus motę litis non detrahatur, ut diſtinguendo unum caſum ab alio dixit *Antonell. de temp. legal. lib.2. cap.112. num.23. Rot. in rec. dec.184. num.17. part.6. & dec. 43. à n.1. ad 11., & dec.293. n.17. part. 9. quarum prima eſt repetita coram Peutinger. dec.54.*

Opinio enim iſta vera eſt in terminis, in quibus loquuntur auctoritates prędictę, nempè quando agitur de recognitione inſtrumenti, quę cum non concernat, nequè ſubſtantiam, neque ſolemnitatem illius, ſed tantùm probationem, ac fidem, ideò ſi moto judicio actor, qui pro fundamento ſuę intentionis non indiget inſtrumento, nec ſcit ſe eo indigere debere in futurum, non ſe cautelavit cum opportunis recognitionibus, ei imputari non debet, nec id tollere beneficium legis concedentis recognitionem haberi pro facta, quando lapſum fuit tempus ſeptuaginta
32 annorum, nec tunc conſideratur, quod fuerit mota lis, quia actor eſt in bona fide, & juſtè credere potuit, ſe non indigere illius productione, nec recognitione, quæ niſi ſpecificè à par-

parte opponitur neceſſaria non eſt, *Dec. in Auth. ſi quis in aliquo num. 27. Cod. de Edend. d. Conſtant. ad Stat. Urb. annot. 13. num. 19. Rot. coram Verall. dec. 127. n. 4. part. 3. Baratt. dec. 347. n. 7. & 8. Duran. dec. 18. n. 23. & 24. Pentinger. dec. 54. n 2. & 13. in rec. dec. 2. n. 27. part. 5.*

Diverſimodè autem res ſe habet in noſtra hypotheſi, in qua Nicolaus non incidenter, ſed principaliter pro fundanda ſua intentione, circa probationem filiationis, & pro cumulandis conjecturis ad effectum ſuadendi in hoc animum
33 Judicis, neceſſe habuit paratus venire in judicio, & facere concludentem probationem ſuæ intentionis, nec illam mendicare poteſt ex lapſu temporis, qui tribuere non valet inſtrumentis productis vim, quam non habebant tempore motæ litis, aliàs eſſet aperta via fraudibus, quia unuſquiſque poſſet conſultò differre productionem inſtrumenti, ut enunciativæ in eo emiſſæ,
34 quæ in principio Cauſæ non erant antiquæ, nec probabant, ex poſt antiquitatem, & robur acquirant, ut explicat eadem *Rot. coram Pentinger. d. deciſ. 54. n. 12. §. Neque verò, & ſeqq. & n. 31. & ſeqq., & inter diverſ. dec. 811. n. 1. p. 4.* Fortiùs quia Nicolaus ſuccubuit in Cauſa per rem judicatam, ac propterea eo magis imperceptibile eſt, quod inſtrumenta, quæ tanquam non concluden-
35 tia fuerunt per ſententias rejecta, hoc non obſtante poſt ſuccombentiam acquirant perfectionem, & ad retractandas res judicatas, debeant in judicio admitti.

Præterea data etiam probatione antiquitatis temporis, iſta prodeſſe non poſſet in caſu, in quo nullum detur primordium filiationis, aut probatio illius ſubſtantiam percutiens, immò tot, ac tantæ demonſtrationes concurrunt
36 in contrarium, quas certè ſimul unitæ arduum fuiſſet, ſi aſſertiones hujuſmodi Franciſci veritatem Comitem habuiſſent, ut in puncto obſervant *Capyc. Latr. dicto conſult. 30. n. 45. deciſ. Januen. inter impreſſ. per Palm. Nep. d. deciſ. 178. n. 33. verſ. procederet enim, & num. 34. verſ. ſed vel non ita, & n. 35. & prima deciſ. hujus Cauſæ 535. num. 11. & ſeqq. par. 14. rec.*

Quod verò attinet ad dictarum enunciativarum quantitatem, nec pariter ſubſiſtit iſtas eſſe in numero effrenato,
37 quia cum illæ non promanaverint à diverſis perſonis, ſed vel ab ipſo Franciſco, vel ab illis quibus ipſe jactavit, ſe talem, omnes tanquam ab uno provenientes, pro una reputantur, in ſpecie *Negerrol d. alleg. 25. ſub n. 259. Manſ. d. conſult. 37. n. 8. tom. 10. Rot. cor. Coccin. dec. 105. n. 8. & d. dec. 2341. num. 36. & in rec. dec. 535. n. 19. par. 14.*, enunciativis enim illorum, qui ex ore Franciſci loquuntur, credendum non
38 eſt, ſicut fides haberi non poteſt enunciativis ejuſdem Franciſci, in individuo *Natt. conſ. 473 n. 17. & 18. De Pont. conſ. 3. n. 61. verſ. alteram lib. 2. Pacion. d. alleg. 199. n. 22. & ſeqq. numer. 26. Trentaring. Var. reſol. lib. 1. reſol. 1. de filiatione num. 7. verſ. hic extendebas circa medium, deciſ. Januen. inter recollect. per Palm. Nep. d. deciſ. 178. n. 16. cum duobus ſeqq. Sperell. d. dec. 174. n. 116. verſ. immò non potest. Rot. coram Zarat. d. dec. 73. n. 8. Pamphil. d. dec. 415. num. 6. & num. 15.* ubi id limitat tantum in afferentis præ-
39 judicium. *Cerr. dec. 827. n. 12. apud Manſ. d. conſult. 341. num. 39. & poſt Mell. obſervant. Forenſ. deciſ. 114. numer. 26.*

Atque hinc oſtenſa enunciativarum irrelevantia, non obſtante illarum antiquitate, & numero, prodeſſe non potuit Nicolao recurrere ad triplicem circumſtantiam, quod nempe una ex iis emanaverit in inſtrumento donationis per Catharinam Franciſcę ejus filię, facta contemplatione matrimonii contrahendi cum Franciſco Ceuli, quæ donatio à Catharina facta non fuiſſet, nec ipſa aut Conſanguinei conſenſum huic matrimonio præſtitiſſent, niſi recognoviſſent Franciſcum eſſe de familia Ceuli, cum quo deſponſari non incongruè potuiſſet Franciſca de Nobiliſſima Stirpe Marchionum del Carretto, Imperatorum, Ducum, aliorumque Supremorum Principum, & qualificatorum Virorum Fecundiſſimum Germen, fęudis & opibus abundans. Quoniam, quid quid ſit de tam eximia nobilitate Franciſcę, quam Domini ad complacendum Nicolao, pro

nunc, & ſine veritatis præjudicio ſup-
ponere voluerunt; Adhuc Cathari-
na mater decepta remanſiſſet, quia
nec ipſa, nec ejus conſanguinei per-
mittere debuiſſent puellam unicam
ſuæ domus, pluribus feudis inſignitam,
& non modicis divitiis dotatam, deſ-
ponſari debere cum Viro Nobili, ſed
omnibus fortunę bonis ſpoliato, &
habente, ut articulavit Nicolaus, &
deponunt teſtes ſolum *Spade, & Cap-
pe*. ſicut enim Franciſcus fuit tantæ
capacitatis, & ingenii, ut incautam
matrem potuerit inducere ad conſen-
40 tiendum huic matrimonio, quamvis
ſciret ſponſum, nulla prorſus bona poſ-
ſidere, ita & allucinata ab ipſius aſſer-
tionibus, & jactationibus potuit crede-
re eum eſſe de familia Ceula, quamvis
talis non eſſet, ac proinde hoc Catha-
rinæ factum in præjudicium tertii ab
ea cauſam non habentis, nullum pro-
41 bationis gradum conſtituit, ut in ſpe-
cie *Rot. coram Zarat. dec.99. n.13. &
ſeqq. deciſio hujus cauſæ 535. num.39.
part.14.*, & plenè in *Bononien. Juris
honorifici 4. Februarii 1697. §. Ejuſdem,
que irreverentia, coram b. m. Urſino*, ubi
concordantes.

Potiſſimè, quia Franciſca, ſi quos
habebat conſanguineos, nemo ex illis
habitabat in Civitate Savonę, ut pa-
tet ex pluribus contractibus diverſo
tempore ab ipſa celebratis, in quibus
ſemper intervenerunt Vicini loco pro-
ximiorum, eo quia ipſa aſſeruit, ſe in
Civitate Savonæ, & intra illius diſtri-
ctum, conſanguineos non habere; Ac
proinde eo magis facile eſt credere,
42 Catharinam matrem ſenectute confra-
ctam potuiſſe à viro ſagaci decipi,
ut paſſim evenire ſolet mulieribus ex
iis, quæ recenſentur per *Valenzuel.
conſ.148. ſub n.46. lib.2. Queſada Pelo
contr.26. n.52. dec. hujus cauſæ 535.
n.40. & 41. part.14. Tiraquell. ad ll.
Connubial. leg.9. gloſ.1. part.9. n.137.*,
ubi plura eruditè refert, & ſignanter
dictum Poetæ

*Scilicet iſta fuit veterum natura Vi-
rorum.*

Fallere fœmineum credula corda genus.

Pręſertim Viduis, defenſore, auxilia-
tore, & Conſultore carentibus, & qui-
bus permiſſum non eſt accedere ad loca,
43 ubi aliæ matronæ congregantur ad con-
fabulandum, de his quæ in Civitate
geruntur, atque ob id, non obſtante
eorum nobilitate, & divitiis, inter per-
44 ſonas miſerabiles recenſentur, ex no-
tatis per *Veraeam dec.521. n.11. & ſeqq.*
ubi ad propoſitum adducit dictum
Petrarchæ cantilena 35. Stantia 7.

*Non ſà per ſe di ſtar frà gente allegra,
Vedova ſconſolata in Veſte negra.*

Non relevant propterea auctoritates
in oppoſitum adductæ, ad probandum,
quod per celebrationem matrimonii,
cum aliquo uti filio certæ Perſonæ,
educatur potens conjectura filiationis
45 ſuaſiva, cum præſumatur contrahens
de qualitatibus ejus cum quo contra-
hit ſe informare, ut tradunt in ſpe-
cie, *Gratian. diſcept.534. n.51. & diſ-
cept.653. n.70. & ſeqq. Rot. coram Ca-
vill. dec.7. n.3. Buratt. dec.358. ſub nu-
mer.7. & 8. in rec. dec.472. n.4. part.2.*
Quoniam prædictæ auctoritates lo-
quuntur, & intelligi debeant, de ma-
trimonio contracto cum interventu
qualificatorum Virorum, & conſan-
46 guineorum tam mulieris, quam ejus,
de cujus filiatione dubitatur, & iſte
erat caſus *Gratian. diſcept.534. n.51.,
& deciſ.7. n.3. coram Cavill.*, in quibus
terminis res ſine difficultate procedit,
eo quia concurrit factum conſanguineo-
rum mulieris, qui præſumuntur ſe
informaſſe de qualitatibus ſponſi, &
tractatus, ac recognitio conſangui-
neorum perſonę, de cujus filiatione du-
bitatur, qui ubi ſunt Nobilitate pollen-
tes, alios decipere velle non præſumun-
tur, Et ulterius loquuntur, quando
plures aliæ concurrunt circumſtantiæ
adminiculativę ejuſdem aſſumpti, &
nihil adeſt in contrarium, & quando
non agitur contra tertium, ſed contra
47 tractantem, recognoſcentem, ejuſque
hæredes, & quando non ſumus in
Perſonis debilis, & infirmi judicii,
quæ faciliter potuerint allucinari, ut
explicando contrarias auctoritates di-
xit *Rot. cor. Zarat. d. dec.99. n.13. &
ſeqq. repetit. in rec. dec.134. n.17. &
ſeqq. part.12. dec.535. num.39. part.
14.*, & in *dicta Bononien. Juris ho-
norifici 4. Febr.1697. §. Ejuſdemque, &
ſeq. coram b. m. Urſino.*

Secunda circumſtantia, quam con-
ſide-

ſiderat Deciſio præcedentis Inſtantiæ n.65.
conſiſtit in aſſertione ab eodem Fran-
ciſco facta in Teſtamento, quod ipſe eſ-
ſet filius Raynerii, nec præſumendum
ſit, virum alioquin bonæ famæ in ultima
vitę periodo, quando tremendum Dei
judicium, citò erat ſubiturum in preju-
dicium veritatis, mentiri voluiſſe, Ve-
rum hęc circumſtantia, eadem inſubſi-
ſtentia laborare viſa eſt, quia pręſum-
ptio quod omnis moriens cenſeatur fa-
teri veritatem, nec eſſe immemorem ſa-
lutis æternæ, procedit quando aſſertio,
48 & declaratio reſpicit ipſiuſmet confi-
tentis, aut hæredis præjudicium, non
verò quando concernit præjudicium
tertii, ut diſtinguit *Bartol. in l. ſi quis*
in gravi §. Si quis moriens ff. ad S.C.
Sillanianum Burſatt. conſ. 165. num. 21.
Ramon. conſ. 100. num. 539. Alciat. de
præſumpt. reg 3. præſumpt. 4. n. 7. verſ.
adverte tamen. Menoch. de præſumption.
lib. 3. præſumpt. 7. num. 9. & lib. 4. præ-
ſumpt. 29. num. 4. & lib. 5. præſumpt. 5.
num. 17. & ſeqq. Rubeus de validit. legal.
cap. 17. num. 65. & 67. & ſeq. R. P. D.
meus Anſald. de Commer. & Mercat. diſc.
50. n. 32. & 33. Rota Avenionen. apud
Laurentium dec. 93. n. 7. Senatus Man-
tuanus apud Surd. dec. 135. num. 16. Rot.
Rom. coram Coccin. dec. 1256. num. 15. &
poſt Dominum Conſtant. ad Stat. Urb.
dec. 23. num. 25. & in propria noſtra ma-
teria *Nata d. conſ. 473. n. 4. De Ponte ci-*
tato conſ. 3. num. 140. & conſ. 4. num 15.
lib. 2. Aſin. in praxi Judicior. part. 2. c. 75.
§. 1. ſub num. 4. verſic. præterea, & n. 6.
& in prima deciſione hujus cauſa 535.
num. 24. 25. & 26. part. 14.

Evenire enim poteſt quod moriens,
vel memoria lapſus, ut *in l. hac conſul-*
tiſſima 8. verſ. ac cum humana fragilitas
Cod. qui Teſtamenta facere poſſunt, vel
ſpe convaleſcendi, diabolica ſuggeſtio-
ne deceptus, vel ſub erronea opinio-
ne, & falſa credulitate aliquid menda-
49 citer affirmet, vel neget, quæ ſola poſ-
ſibilitas ſufficit ad hoc, ut ad evitan-
dum tertii præjudicium, à contraria
præſumptione recedatur, ut proſe-
quuntur mox citatæ auctoritates, &
tradit etiam *Vela diſſert. 38. n. 37. verſ.*
nam cum evenire lib. 1.

Tertia demum circumſtantia, quod
enunciativæ prędictæ factæ fuerint in-
Civitate Savonæ, tempore quo Civitas
illa abundabat pluribus Civibus, & vi-
ris Nobilibus Romanis, pariter pro-
deſſe non potuit Nicolao; Teſtes enim
de hoc deponentes patiuntur relevan-
tiſſimas exceptiones, de quibus in *de-*
ciſione ſequenti num. 1. & pluribus ſeqq.;
Et ulterius prædictos Equites, & Ci-
ves Romanos non nominant, prout no-
minare neceſſe haberent, ut eis eſſet
50 fides adhibenda *Rot. coram Priolo deciſ.*
132. n. 7. Cerr. dec. 869. n. 4. Emerix. jun.
dec. 78. n. 3. & dec. 126. n. 8. & nemo ex
eis ſe examinavit ad probandum ſta-
tum liberum Franciſci, quando ipſe
de anno 1621 circiter permanebat in
Urbe *Summ. Nicolai n. 26.* & acceſſit ſo-
lum Savonæ de anno 1625., vel 1626.
d. Summ. Nicolai n. 38. §. Io hò conoſcin-
to, & dicto tempore quo Romę perman-
ſit, neceſſe erat probare ſtatum libe-
rum per teſtes, qui eum Romæ cogno-
verant, quod cum non fecerit Fran-
ciſcus, nec id requiſiverit Ordinarius,
ſed contentus fuerit duobus Teſtibus,
quorum alter erat Capuanus, & al-
ter Januenſis, hinc elicitur quod, vel
dicti Teſtes Romani tunc temporis Sa-
vonę non aderant, vel quod Franciſ-
cus Teſtes prædictos adhibere nolue-
rit, quia illi informati de hac filia-
tione ab ipſo excogitata tale quid non
51 depoſuiſſent, & veritatem forſan detexiſſent, ut ab omiſſo examine teſtis,
qui magis informatus dicebatur, arguit
Rota poſt Conſtant. ad Statutum Urbis
dec. 123. n. 43.

ARGUMENTUM.

An, & quando ex teſtibus, & ex publica voce, & fama, probetur filiatio. Et an, & quando probetur ex libro domeſtico, & ex arbore in eo inſerta.

SUMMARIUM.

1 *Teſtes non citata parte examinati, & atteſtationes extrajudiciales, abſque decreto Judicis recepta, in judicio probanda filiationis, nullam faciunt probationem.*

2 *Teſtes exteri non poſſunt eſſe informati de iis, quæ neceſſaria ſunt ad probandam filiationem.*

3 *Et proindè eorum depoſitionibus fides non adhibetur.*

4 *Maximè in concurſu teſtium conſanguineorum, & domeſticorum, qui tanquam magis informati, in concurſu cum alienigenarum dictis debent preferri.*

5 *Prout ſunt præferendi, teſtes magis qualificati, & adminiculati.*

6 *Ob litem, per quam omnia bona à poſſeſſore avocantur, odium adverſus Actorem in Reo ortum fuiſſe præſumitur.*

7 *Ex lite omnium bonorum, vel majoris partis, regulariter oritur inimicitia gravis, & capitalis.*

8 *Quæ ſufficiens eſt ad repellendum in teſtificando, ſeu ſaltem ad fidem teſtibus minuendam.*

9 *Et ſemel exorta, etiam extincta lite durare præſumitur.*

10 *Maximè, durante cauſa illius productiva.*

11 *Perſona inhoneſta, & viles repelluntur à teſtificando.*

12 *Publica vox, & fama, niſi alia concurrant conjectura, & adminicula, non ſufficit ad filiationem probandam.*

13 *Fama enim teſtis fallax, nec ea deterior invenitur.*

14 *Et ſine ſpecificatione perſonarum, à quibus originem habuerit, filiationem non probat.*

15 *Sicut nec in aliis materiis.*

16 *Filiatio non probatur per publicam vocem, & famam, quæ ortum habuit à principio infecto, & Conſanguineis, ac perſonis intereſſatis.*

Etiamſi eſſemus in antiquis, ibid.

17 *Filiatio non probatur ex teſtibus inimicis eorum, contra quos inducuntur.*

18 *Teſtes dicuntur mendaces, & non informati, ſi depoſuerunt filiationem eſſe publicam, & notoriam; quando ab aliis teſtibus, & ſententia conſtat, de extinctione lineæ, nulla facta oppoſitione de exiſtentia aſſerti filii, qui fuiſſet de dicta linea.*

19 *Teſtibus, non informatis, & mendacibus fides non adhibetur.*

20 *Etiam in materia filiationis.*

21 *Ad probandam filiationem, & alias etiam materias ſufficit, quod teſtes de fama deponant, ſe publicè audiviſſe.*

22 *Declara, ut procedat quando contra Teſtes nihil urget, contra famam nihil deducitur, & nulla in oppoſitum adeſt conjectura, neque ſuſpicio; aliàs ſecùs.*

23 *Teſtes deponentes de fama filiationis in vicinia, opus non eſt, ut perſonæ à quibus provenerint, ſpecificent.*

24 *Ab aliibus contrariis, publica vox, & fama omninò proſternitur, tam in materia filiationis, quàm in alia quacumque.*

Cum ea non attendatur, quando in contrarium adſunt conjectura, præſumptio, vel aliquis fumus, ibid.

25 *Immò neceſſe eſt, ut ſit certa, conſtans, illæſa, & invariabilis.*

26 *Teſtibus in materia filiationis, deponentibus de auditu, non eſt credendum.*

Etiam in antiquis, ibid.

27 *Maximè, quando non ſpecificent perſonas, à quibus audiverint, quo caſu atteſtationes remanent ſuſpecta.*

28 *Teſtis vilis dicitur deponere inveriſimilia, ſi aſſerat Virum Nobilem, diſcurſus ſibi præjudiciales coram ſe feciſſe.*

29 *Depoſitionibus teſtium fides non adhibetur, dum contrarium conſtat ex facto.*

30 *Teſtes quamvis plures, ſi exceptiones patiantur, viciſſim non coadjuvantur.*

31 *Liber meus per adverſarium productus, præſumitur potius ſubreptus, quam donatus.*

32 *In libro, qui eſt in alicujus poteſtate, poteſt deſcribi, quod ei magis opportunum videtur.*

33 *Et ideo arbor familiæ in eo exiſtens, non poteſt tuto affirmari, quod ſit illa eadem, quæ aderat, antequam liber ad ejus manus perveniret, cum ad excludendam identitatem, ſufficiat poſſibilitas ſuppoſitionis.*

34 *Recentia pagina facit præſumere falſitatem, & ſuppoſitionem ſcripturæ.*

35 *Sicuti in libro, differentia folii ab antecedentibus, & ſubſequentibus.*

36 *Et folii immunditia, conſpurcatio, & maculatio.*

37 *Producens arborem deſcriptam in libro, illam probare debet omnino nitidam, & expurgatam ab omni macula.*

Probatio enim Actoris concludere debet per neceſſe, & non per poſſibile, ita ut ſola poſſibilitas contraria ſufficiat ad excludendam probationem, ibid.

38 *Falſitas de jure cenſetur commiſſa ab eo cujus intereſt.*

39 *Adulteratio folii, quando non excludatur*

ex

ex quo illa ſit patens, & viſibilis, & ex quo in reproductione libri, actor declaravit ſe illis nolle ſtare, in iis in quibus potuerit ab aliqua perſona adulterari.

40 *Partis aſſertio in judicio in ſui commodum, & Adverſarii præjudicium, probationem non facit.*

41 *Deſcriptio nativitatis, & Baptiſmatis in libro facta à Patre, probat filiationem.*

42 *Declara hoc procedere, quando liber ſit ordinatus, benè retentus, non contineat improprietates, nec defectus ſubſtantiales patiatur, & ſit deſtinatus pro adnotandis rebus memorabilibus domus, aliàs ſecùs.*

43 *Partitis libri plures defectus habentis non creditur, tanquàm ſuſpicionem falſi redolentis, quæ in civilibus ad tollendam fidem ſcripturæ pro falſitate habetur.*

44 *Scriptura privata, ut probet, recognoſci debet manus ſcribentis.*

45 *Sed non procedit in ſcriptura antiqua, quia antiquitas ſcripturæ liberat ab onere recognoſcendi caracterem.*

46 *Nec procedit in partita ſcripta in libro alicujus, quia quidquid in libro meo reperitur, de mandato, ſeu voluntate mea ſcriptum præſumitur. Sed non procedit,* ut n.50.

47 *Declara, quod ad hoc, ut antiquitas ſcripturæ liberet à recognitione, debet eſſe 70. annorum.*

48 *Declara ſecundò, quod ad hoc, ut antiquitas proſit, ſcriptura debet eſſe indubitanter vera, nam ſi de veritate ſcripturæ dubitetur, recognitio ab antiquitate non ſuppletur.*

49 *Declara tertiò, recognitionem ſuppleri ab antiquitate, ut procedat quoad ſcripturas habentes faciem, & requiſita inſtrumenti publici, non quoad ſcripturas merè privatas.*

Declara quartò, non procedere quando ex inſpectione oculari conſtat de contrario n.51.

50 *Quidquid in libro meo eſt ſcriptum, præſumitur de meo ordine ſcriptum, non procedit quando liber tranſivit ad manus alterius, & eſt ſuſpectus de adulteratione.*

52 *De jure eſt in arbitrio Judicis, ſi velit de per ſe recognitionem ſcripturæ facere.*

53 *Libri Monaſterii dicuntur authentici, & fidem faciunt in judicio.*

54 *Et deſerviunt pro deſumenda certitudine caracteris Religioſi, qui in eo ſe ſubſcripſit, dum fecit profeſſionem.*

55 *Talem librum ſufficit fuiſſe aſportatum à Priore, vel alio Religioſo qualificato de Conventu ad Judicem.*

56 *Quando Judex, vult per ſe ipſum ad recognitionem ſcripturæ procedere, ſolemnitates non ſunt neceſſariæ.*

57 *Comparatio ſcripturæ facta, præſentibus Partibus, & non reclamantibus, non poteſt amplius impugnari.*

DECISIO XXVIII.

SUccedit in contraria deciſione, quæ revocatur, tertia probationum ſpecies, deſumpta ex teſtibus, quibus probari contenditur, Franciſcum fuiſſe filium legitimum, & naturalem Raynerii Ceuli, & Claræ Reini, ab omnibus pro tali ſemper fuiſſe tractatum, & reputatum, iſtamque fuiſſe apud omnes publicam vocem, & famam, ut ſpecificè deponunt quinque teſtes de anno 1673. Savonæ examinati, de quibus in *Summ. Nicolai, à n.25. ad 29.*, & in eorum extrajudicialibus fidibus, teſtantur quatuor teſtes Florentini *d. Summario à n.33. ad 36.*, quinque Savonenſes, quorum unus datur in eodem *Summario n.38.*, & alii in proceſſu, & quatuor Romani, *eodem Sum. Nicolai à n.39. ad 42.*, Verum nullum in prædictis teſtibus fieri poſſe fundamentum, reſultat ex quo illorum depoſitiones peccant in forma probante, & ipſi plures patiuntur exceptiones, tam in Perſona quàm in dictis, Et ſanè peccant in forma probante, quia quamvis in Civitate Florentiæ, Judex ſolùm diſtulerit articulorum admiſſionem, donec ex parte Nicolai ſervarentur de jure ſervanda, & legitimè in judicio fieret comparitio, tamen non adimpletis iis, quæ neceſſariò adimplere debebat, ex abrupto diſceſſit, & ad Civitatem Savonæ ſe contulit, ubi examinare fecit teſtes, quos per 24. annos poſtea in occulto retinuit, ac proindè tam prædi-

cti

cti teſtes, quàm fides extrajudiciales, minus legitimè, non citata parte, &
1 abſque præcedenti decreto Judicis receptæ, nullam faciunt in hoc judicio probationem, ut in puncto *De Pont. conſ. 3. n. 81. lib. 2. Cyriac. contr. 600. ſub num. 5. §. Nam quoad, & num. 6. & ſub num. 7. & ſub num. 9. §. Non reſpectu, & ſeq. Rota noſtra inter deciſion. recollectas per D. Palm. Nep. dec. 305. n. 22. Rot. cor. Zaras d. dec. 73. n. 13. Cavill. dec. 136. n. 6. & ſub n. 22. Emerix. Jun. cit. dec. 683. n. 6.*, ubi, quod nec etiam faciunt adminiculum *in rec. dec. 389. n. 5. par. 13. & dec. 533. n. 31. par. 14. poſt Mell. Obſervat. Ferra. d. dec. 214. n. 13. poſt Torr. de Primogen. dec. 68. n. 4. Bononien. Juris beneficii 24 Januarii 1698. §. Et demum coram Urſino, & in ſecunda deciſ. hujus Cauſæ 31. n. 11. par. 18.*

Patiuntur etiam dicti Teſtes exceptiones in perſonis, dum prima, ſecunda, & tertia ſpecies eorundem, tanquam exteri, nempe Savonenſes, & Florentini, non poſſunt eſſe informati, neque nativitatis, neque educationis, neque
2 aliorum, quæ neceſſariò requiruntur ad probandam filiationem *Peregrin. conſ. 16. num. 4. lib. 3. Camill. Medic. conſ. 43. numer. 9. & 10. Trentacinq. Var. reſol. lib. 2. tit. 1. de Filiatione n. 15. in fin. Parisi. de Probat. tom. 2. lib. 2. cap. 6. n. 14. Paſchal. de Patr. Poteſt. par. 2. cap. 1. n. 38. & ſeqq. Sperell. dec. 174. n. 115. deciſ. Januen. ad Palm. Nep. d. dec. 178. ſub n. 15. & 16.* Proindeque uti alienigenæ, non informati de fama loci, ubi Franciſcus natus eſt, & plenam ſcientiam geſtorum in hac mate-
3 ria non habentes, eorum depoſitionibus non eſt fides adhibenda, in ſpecie *Natt. conſ. 473. n. 16. Parisi. alleg. 190. num. 21. verſ. tractatus. Caſtald. conſult. 199. n. 9. deciſ. Januen. inter recollect. per Palm. Nep. d. dec. 178. ſub numer. 16. Rot. noſtra apud eundem deciſ. 305. ſub n. 23. & 24. Rot. Rom. coram Emerix. Senior. dec. 97. ſub n. 18. verſ. tum denique, & n. 19. in rec. dec. 645. num. 11. in fin. par. 4. tom. 1. & in 4. deciſ. hujus Cauſæ coram Emerix. Jun. deciſ. 173. n. 2.*

Præſertim in concurſu teſtium conſanguineorum, & domeſticorum domus, qui uti perſonæ de rebus inſimul, & conſanguineis familiæ Ceulæ planè
4 informatæ, præferendi ſunt alienigenis, qui forſan nullo unquam tempore aliquem de familia prædicta cognoverunt, in ſpecie *Caſtald. d. conſult. 199. ſub n. 9. verſ. hoc autem. Eſcobar. de Puritat. quæſt. 16. §. 4. ſub n. 28. Rot. Lucen. diverſ. recollect. per Palm. Nep. dec. 179. n. 16. & 28.*, maximè quia illi ſunt magis
5 qualificati, & adminiculati, ſicque eo magis præferendi, ut in propria noſtra materia *Rot. in rec. dec. 8. n. 13. par. 10. & dec. 248. ex n. 14. par. 14. coram Emerix Sen. dec. 97. n. 17. & ſeqq.*

Alii quatuor Teſtes Romani, pariter exceptiones patiuntur in perſonis: Duo enim ex eis, nempe Tiberius, & Marius filii Auguſtini filii Naturalis Tiberii Senioris, fuerunt in teſtamento Franciſci ad ſucceſſionem vocati, ſed Tiberius Junior pater Reorum conventorum, graviſſimam circa ipſos litem excitavit, bonaque omnia tanquam fideicommiſſo Hieronymi ſuppoſita, ab
6 ipſis avocavit, propter quod odium adverſus eundem Tyberium ortum præſumitur *Menoch. conſ. 385. n. 10. Valenzuel. conſ. 44. num. 185. lib. 1. Sommian. contr. 128. num. 16. Maſcard. de Probat. concluſ. 899. n. 16. Senatus Cathalan. apud Fontanell. dec. 14. n. 25.*, & quidem grave, cum ex lite omnium bonorum, vel
7 majoris partis, regulariter oriatur inimicitia gravis, & capitalis *Bart. in l. 3. §. alteri. ff. de adimen. legat. Honded. conſ. 107. num. 31. lib. 1. Decian. reſp. 63. n. 21. lib. 3. Maſcard. de Probat. concluſ. 899. n. 7. Menoch lib. 5. præſumpt. 43. n. 5. Sommian. contr. 129. n. 22. & ſeqq.* Sufficiens ad repellendum à teſtificando,
8 vel ſaltem ad fidem teſtibus minuendam, ut in puncto litis cum teſte. *Roſa conſult. 68. n. 14. Rodolph. in Prax. p. 2. cap. 11. n. 124. Rot. cor. S. M. Alex. VIII. dec. 20. n. 36. in rec. dec. 51. n. 18. par. 15. & in Romana Dotis, & Lucri 10. Decembris 1703. §. Et ob exceptiones, coram b. m. Muto*, itaque inimicitia ſemel
9 exorta, etiam extincta lite durare præſumitur, cum remaneant præcedentis odii reliquiæ *Baldac. ad Ramon. conſ. 33. n. 6. Sommian. d. contr. 129. n. 24.*, & plurib. ſeqq. *Rot. in citat. Romana Dotis, & Lucri 1703. §. Et ob exceptiones, coram Muto*, ubi concordantes, maximè du-

ran-

tante cauſa illius productiva, nempe
10 avocatione bonorum, ad quorum recuperationem ſemper aſpirarunt, & ſignanter poſt mortem dicti Tiberii Junioris, poſtquam conſuluerunt Periti, an ipſi habentes qualitatem maſculinitatis, in defectum maſculorum legitimorum, fœminis præferri deberent, & in hac etiam ſuccubuerunt, ob conſilium pro veritate contra ipſos redditum à *Rodolph. alleg. 15. per tot.*

Cæteri vero duo teſtes Romani, nempè Cecilia, & Maria Michelis, Nativitate, & moribus viliſſimæ, nullam omninò merentur fidem, dum prima fuit mulier focaria Tiberii junioris, cum qua ipſe in adoleſcentia ſua habebat commercium Carnale, ut ipſe in ſuo teſtamento fatetur *Summ. Sover. n.4. litt.A.* & ſecunda fuit viliſſima famula, ac pro-
11 pterea, ob turpitudinem, & vilitatem Perſonæ, à teſtificando ſunt repellendæ, ut de inhoneſtate perſonæ *Concioli.* olim hujus noſtræ Rotæ Auditor *Reſol. Criminal. V. Teſtis quoad perſonas reſol.16. ex num.1. Thor. Compend. deciſ. Neap. tom.1. V. Feliciter in fin. verſ. unde concluditur. Rot. Januen. apud Baldas. ad Roman. dec.70. n.31. lib.4.*, & de perſona vili, in puncto *Paſſerin. d. conſ.216. num.17. verſ. & præſertim cum dicta Gottarda eſſet vilis. Petra de Fideicom. quæſt.11. num.508. Thor. Compend. deciſ. tom.1. d. V. Felicitas, verſ. & primo contra teſtes. Rot. Rom. apud Rovitum. Vol.1 tit. n.15. §. Similiter, & poſt D. Conſtantin. ad Stat. Urb. d. dec.113. n.30. & ſeqq. & in rec. dec.544. n.2. verſ. præterea par.19. & in Romanen. Juris honorifici 24. Januarii 1698. §. Tales autem, coram Urſino.*

In dicto etiam relevantiſſimas patiuntur exceptiones teſtes prædicti, quia abenigenæ, nempe Savonenſes, & Florentini, concludunt ſolùm adeſſe publicam vocem, & famam, quod Franciſcus fuerit filius Raynerii; Verum hanc publicam vocem, & famam, niſi
12 aliæ concurrant conjecturæ, & adminicula, non ſufficere ad probandam filiationem, tradunt in ſpecie *Cyriac. controv.601. n.42.*, ubi plures adducit concordantes *Cappr. Latr. conſult.30. n.39. Maſcardus de Probat. concluſ.791. n.3. Marc. Vot. Piſan.16. n.16. Rot. in rec. ſæpe cit. dec.465. n.21. part.19. & apud Manſ. d. conſult.341. n.40.*

Fama enim fallaciſſima eſt, neque ea deterior teſtis invenitur, cum poſſit divulgari ab iis, quibus expedit eam adeſſe *Gutier. conſ.35. n.26. Va-*
13 *lenzuel. conſ.169. num.111. Quaſad. Pdo. diſſert.16. num.204. & plurib. ſeqq. Prator diſcept. Foren. tom.3. diſcept.10. n.238. & plurib. ſeqq. Concioli. alleg.92. n.34. & alleg.99. n.10. Trentacinq. Var. Reſol. lib.2. tit. de filiat. reſol. prima ſub n.12. in fine. Rot. Ferrarien. penes Baldas. dec. rer. judicat. tit.3. dec.13. n.7., & apud Calderon. reſol.67. n.7. Rot. Rom. poſt de Luc. de Dot. dec.42. n.7. & de teſtam. dec.23. num.51.*

Adeoque, ut illa probet, teſtes cum ſuis requiſitis deponere debent, & præſertim exprimere perſonas à quibus audiverint, etiamſi ſuper hoc interrogati non fuerint, ſine qua expreſſione, fama remanet vanus rumor, cui malignitas, vel intereſſe initium dare potuit, & incrementum credulitas, propetereaque ſine ſpecificatione per-
14 ſonarum, à quibus illa originem habuit, non probat, in ſpecie *Ruin. conſ. 32. num.7. lib.5. Gonzadin. conſ.13. num.29. & ſeqq. Antonius Quarta conſ.57. ſub num.41. verſ. de voce vero. Prat. diſcept. foren. tom.3. cap.10. num.141. & ſeqq. Quaſad. Pd. diſſert.16. n.110. & ſeqq. Trentacinq. Var. Reſol. lib.1. tit. de filiat. reſol.1. n.13. verſ. certè requiritur. Maſcard. de Probat. concluſ. 791. num.18. Petra de fideicom. quæſt.11. num.448. Cyriac. contr.601. num.37. Caſtald. conſult.201. num.17. Sperell. d. dec.174. num.116. Rot. noſtra inter diverſ. recollect. per Palm. Neap. dec.305. num.13. Rot. coram Cerill. dec.136. n.4. & 21. Bich. dec.633. num.8.* ubi plurimi concordantes. *Ubald. dec.335. n.5. Cerr. dec.827. num.3. Emerix. Jun. dec. 904. n.9. poſt Mell. obſervat. Foren. dec. 114. num.18. in rec. dec.8. num.23. & dec.347. num.18. part.12. dec.43. n.11. part.17. dict. dec.100. num.19. & 20. & dec.465. num.21. part.19.* Et generaliter eſt theorica *Bart. in l. de minore 10.*
15 *§. Plurimum n.23. ff. de quæſt. Rot. in rec. dec.710. ſub n.21. & ſeqq. part.4. tom.3. dec.301. num.2. part.11. dec.167. n.18. & 19. part.18. coram Emerix jun. dec.19. num.*

num. 15. *&* 16. *poſt De Luc. de Dot. dec.* 41. *num.* 7. *& de Teſtam. dec.* 24. *num.* 17. *& in Faventina Primogeniture* 14. *Maji* 1707. *coram Caſſarell. apud Calderon. reſol.* 98. *n.* 133.

Prout ab initio inſecto, & perſonis intereſſatis, & ſuſpectis fuiſſe originatam famam, & ſcientiam filiationis in caſu iſto, patens fit, diſpungendo dicta teſtium. Illi enim examinati Savonę, & Florentiæ, aſſerunt eſſe publicam vocem, & famam, & publicum, & notorium apud omnes, quod Franciſcus natus fuerit ex Raynerio, & Nicolaus à Domo Ceula de Urbe deſcendat, idque ipſi ab omnibus audiverint, & publicis ſcripturis viderint *d. Sum. Nicolai n.* 15. *& ſeqq. Super* 1. 5. 6. *&* 7. *Capitulis*. Publicæ autem Scripturæ facientes hanc notorietatem ſunt illæ continentes enunciativas Franciſci, quas nihil probare ſupra dictum eſt in *Deciſione præcedenti num.* 10 *& ſeqq.*, & publica vox, & fama de auditu ab omnibus, eſt reſtricta ad perſonas exiſtentes in Civitate Savonæ, ut ex depoſitionibus eorundem teſtium, ibique originata dignoſcitur à Franciſco, & ob id artificioſè non fuit ſpecificatum in d. examine, iſtudque fuit minus legitimè confectum abſque licentia Judicis Quarteriorum Florentiæ, & abſque interrogatoriis partis, nec unquam ex poſt productum, ſed occultè retentum per viginti quatuor annos, pro expectanda morte omnium teſtium, qui aliàs in conſpectu partis veritatem non occultaſſent, prout eam non occultavit Aſtengus primus teſtis, qui dum ſpecificare voluit perſonas à quibus audivit, ingenuè faſſus eſt omnia præfata eidem dicta fuiſſe à Franciſco *Summ. Sororum n.* 26 & de auditu à Conſanguineis Cleriæ, aſſertæ Conjugis Franciſci, deponit Jo: de Cerea *Summ. Nicolai n.* 30. Proindeque

16 eo minus probationem facere valent, in ſpecie *Bortsch. Vot.* 51. *ſub num.* 11. *Rot. in rec. dec.* 739. *num.* 34. *&* 35. *part.* 4. *tom.* 3. ultra alios relatos in *dec. hujus cauſæ coram Emerix. jun. dec.* 173. *n.* 3. ubi etiam ſi eſſemus in antiquis.

Et quamvis aliqui ex dictis teſtibus, nempè Jo: de Cerea, Stagnarius, Bonconinus, Nellus, Follus, & Marius, de quibus in *Sum. Nicolai n.* 30. *& ſeqq. uſq. ad n.* 36. deponant etiam de fama Urbis Romę, tamen eis non eſt deferendum, vel quia id audiverunt ab aliis de Ceulis, qui ſunt Tiberius, & Marius infenſi, & inimici DD. Sororum, ob quam inimicitiam eis non

17 eſt credendum, in ſpecie *Rot. coram Zarat. d. dec.* 73. *n.* 17. *& dec.* 99. *n.* 14. *& poſt Mell. obſervat. Perreſ. d. dec.* 114. *n.* 15., maximè quia non alienum eſt à veriſimilitudine, quod hoc fuerit dictum à præfatis de Ceulis, ad inſtigationem Nicolai, qui hoc iiſdem mediantibus epiſtolis, & Amicis inſinuare fecerit, prout praticaſſe cum Tiberio juniore, ipſemet faſſus eſt in articulis exhibitis, & datis in ejus *Sum. n.* 8. *ad* 17. *fol.* 8. vel quia ipſi deteguntur mendaces, aut non informati, dum aſſerunt hanc filiationem Franciſci, in Urbe Romæ eſſe publicam, & notoriam, nec unquam fuiſſe dictum, aut auditum contrarium *d. Sum. Nicolai n.* 30. 31. *&* 35., quando de anno 1638. facto examine teſtium ſuper extinctione lineæ Juliæ Cæſaris, Tiberius junior immiſſionem obtinuit, adverſus Tiberium, & Marium poſſeſſores bonorum fideicommiſſariorum, ut *coram Caril. deciſion.* 141. *deciſion.* 167. *& deciſion.* 225. qui ſi vera fuiſſet exiſtentia Franciſci,

18 illaque ipſis innotuiſſet, allegaſſent durationem lineæ, & ob non factum caſum ſubſtitutioni Tiberii, ſe in poſſeſſione conſervaſſent, cum eis tanquam reis, & poſſeſſoribus ſatis fuiſſet vincere per non jus actoris, ut eſt *tex. in l. qui accuſare Cod. de Edend.*, *Rot. in rec. dec* 170. *n.* 5. *part.* 18. *coram Buratt. Jun. dec.* 1030. *n.* 9.

Teſtibus autem mendacibus, & non informatis fidem adhibendam non eſ-

19 ſe, de mendace tradit *Salicet. in l. nullum n.* 1. *Cod. de teſt. Farinac. de teſt. quæſt.* 67. *§.* 3. *n.* 58. *& ſeqq. Seraphin. Meſſan. de Confeſſ. homin. quæſt.* 10. *n.* 59. *Rot. in rec. dec.* 81. *n.* 26. *part.* 18. *coram Ansald. dec.* 14. *n.* 12. *&* 14. *& in Romana dotis, &* ... 10. *Decembris* 1703. *§. Præſertim coram Mato, &*

20 in noſtris terminis *Rot. poſt Conſtant. ad Stat. Urbis d. dec.* 123. *ſub num.* 58. *§. Mendacium, & ſeqq. in rec. dec.* 429. *n.* 13.

part.19., & de non informatis, in ſpe-
cie dec. Januen. inter recollect. per Palm.
Nep. dec.178. n.15. Rot. coram Bich.
dec.312. n.27., ubi concordantes *poſt*
D. Conſtant. ad Stat. Urb. d. dec.123.
num.25.

Minimè relevante, quod ad pro-
bandam filiationem neceſſe non ſit,
quod teſtes deponentes de fama, no-
21 minent a quibus audiverint, ſed ſuf-
ficiat ſi deponant ſe publicè audiviſ-
ſe, ut ex theorica *Bald. in Cap. per*
tuas de probat., *& cap. præterea de Teſt.*
generaliter firmat. Rota in rec. dec.702.
num.3. part.1. dec.96. n.12. part.4. tom.
2., dec.424. n.10. part.5. dec.191. n.19.
& 20. part.6. repertis coram Cerro. de-
ciſ.2030. n.17. & in puncto filiationis
Rot. coram Cerr. dec.715. n.1. repetit. in
rec. dec.485. num. pariter 1. part 13.

Quoniam, quidquid ſit, quando
nihil urget contra teſtes, & contra-
famam nihil deducitur, nullaque in op-
poſitum adeſt conjectura, neque ſuſpi-
cio; certum eſt, quod quando, vel
contra teſtium perſonas, vel contra
22 veritatem depoſitionis, aliquis datur
fumus, qui inducat animum Judicis
ad ſuſpicandum de veritate famæ,
& fumos in judicio requirente con-
cludentes probationes, tunc, ut res
cum claritate, & certitudine proce-
dat, teſtes indicare debent perſonas,
a quibus audiverint, ut de veriori,
& magis recepta opinione DD. & Ro-
tæ firmant auctoritates ſupra citatæ
n.14. & 15., & in his terminis proce-
dunt contrariæ auctoritates, immò in-
caſu *dec. coram Cerro in 715. n.1. repe-*
tit. in rec. dec.475. part.13., teſtes de-
ponebant de communi reputatione, &
fama filiationis in vicinia, quæ depo-
23 ſitio, tanquam continens implicitè au-
ditum à vicinis, non indiget alia
ſpecificatione perſonarum, à quibus
fama provenerit.

Cæterum, quando etiam fama præ-
dicta fuiſſet legitimè probata, adhuc
illa inefficax, & deſtructa remaneret,
ab actibus in contrarium Romæ, con-
temporaneè geſtis, emptores enim
bonorum fideicommiſſi Hieronymi,
qui ex lege Pontificia curare debe-
bant, ut conſenſus omnium, ad illud
vocatorum, accederet, pro validitate
alienationum Franciſci, aſſerti filii Rai-
nerii, cujus poſt mortem Franciſci
Senioris alienantis, erat prima cauſa
ſucceſſionis, conſenſum obtinuiſſent,
quod cum non fecerint, ſignum eſt
quod de prætenſa Franciſci filiatione,
notorietas, & incontroverſa opinio
apud omnes aderat. Conſanguinei
etiam facto, & verbis, declarationes
contrarias filiationi Franciſci, non fe-
ciſſent, & duo teſtes nempe Inno-
centius Cybo, domus Ceulæ ſtrictiſſi-
mus Conſanguineus, & Simidorus
Marchianus ejuſdem domus intimus
familiaris, in judicio non depoſuiſſent,
lineam Julii Cæſaris per obitum Jo. Ba-
ptiſtæ, Franciſci, & Rainerii ſine filiis,
fuiſſe extinctam, ab hujuſmodi enim
24 actibus contrariis, publica vox, & fa-
ma filiationis omnino profligatur, &
proſternitur, cum de ea nulla habea-
tur ratio, quando adeſt in oppoſitum
aliqua præſumptio, conjecturæ, vel
fumus, ut in ſpecie *Fagnan. in cap.*
per tuas 10. ſub n.26. verſ. inſuper in
multis de probat. Rauden. d. reſpon.25.
n.84. lib.1. Cyriac. contro.601. n.40.
Patra de fideicom. d. quæſt.11. n.445.,
& 450. Maſcard. de Probat. concluſ.791.
n.14. Sperell. d. dec.174. n.119. Rot.
noſtra inter diverſ. recollect. per Palm.
Nep. dec.305. n.16. Rot. coram Cerro.
dec.1342. n.41. Bich. dec.633. ſub n.8.,
& generalitèr *Rot. coram Cavaler. de-*
ciſ.6. ſub n.5. Buratt. dec.459. ſub n.6.
Bich. dec.312. n.25. & 26. poſt de Luc.
de Dot. dec.42. n.6., prout neceſſe eſt,
quod illa ſit certa, conſtans, illæſa,
25 & invariabilis apud omnes *Capyc. latro*
d. conſult.30. n.41. Rot. Ferrarien.
apud Calderon. cit. reſol. 67. n.10.,
ubi plurimi concordantes, *Rot. Rom.*
coram Bich. d. dec.312. n.26. & 27.

Quo verò ad ultimos teſtes Roma-
nos, affirmantes Tiberium juniorem
aſſeruiſſe, ſe non poſſe diſponere de
bonis ſuis, eo quia erant ſuppoſita
fideicommiſſo, ad quod vocati erant
alii de domo Ceulæ, exiſtentes in do-
minio Januenſi, nulla pariter ipſis fi-
des adhibenda eſt, quia non dicunt,
ſe id audiviſſe à Tiberio Patre DD.
Sororum, ſed ab aliis, qui ab eo au-
26 diverunt, unde tanquam de auditu
deponentes, non eſt eis deferendum,

ut in propria noſtra materia tradunt. *Paſer. conſ.216. n.18. Riminald. jun. conſ.733. n.6. verſ. item de audita. Camill. Medic. d. conſ.43. n.33. Rendon. Cit. reſp.25. n.78. & 83. lib.2. Cyriac. contr. 600. ſub num.5. §. Nam quoad. Caſtald. conſult.202. n.14. & d. conſult. 219. n.6. Paccon. citat. alleg.199. n.14. Mauſ. d. conſult.57. n.10. tom.10. Petra de fideicom. d. quaeſt.11. n.380. Marta Vot. Piſan.16. n.14. Rot. coram Ubald. Sen. cit. dec.235. n.3. Cerr. deciſ.827. n.2. Bich. dec.633. n.6. Arguell. d. dec. 73. n.18. in rec. dec.544. ſub n.2. verſ. praeterea, & n.19. & in Bononien. Juris bonarſcei 24. Januarii 1698. §. Tales autem, coram Urſino*, ubi etiamſi ſimus in antiquis, *& in ſecunda deciſione hujus cauſae 31. n.11. part.18.*, neque ſpecificant perſonas, à quibus audiverint, ſed primus ex eis affirmat audiviſſe à perſonis, *che biſognando menzoverò*, & ſecundus à diverſis perſonis, *le quali adeſſo non mi ſovvengono chi foſſero, d. Sum. Nicolai n.39 & 40.*

27 Sicque eorum atteſtationes remanent ſuſpectae, cum poſſit dari caſus, quod id audiverint à Nicolao, vel ab alio ex ejus ore loquente, in puncto *Rendon. d. reſpon.25. n.74. Paccon. d. alleg.199. n.14. Rot. coram Bich. d. dec. 633. n.7.* ubi etiam ſi verſaremur in antiquis

Tertius verò teſtis, nempè Cecilia, animosè fatetur Tiberium valdè affligi, ex quo non poterat bona ſua relinquere duobus ſuis naturalibus filiis, quia erant ſuppoſita fideicommiſſo, ad quod vocabantur alii de Ceulis, in Statu Reipublicę Januenſis commorantes; Sed huic teſti tamquam animoſo, & mendaci credendum non eſt, deponit enim ſe cognoviſſe Tiberium 25. annis ante factam atteſtationem circiter, quae exarata fuit anno 1671. *Sum. Nicolai n.41.*, & ſic de anno 1646. quando pręcedentèr, nempe de anno 1643. Tiberius bona ſua donaverat dictis filiis naturalibus, ſuſceptis ex eadem Cecilia, cum qua in juventute ſua habuit latitudinem peccandi, *Sum. Sororum n.4 lit. A. & n.18. lit. A.*, & quam donationem ſolum poſt longum tempus, nempe de anno 1661. ex capite ingratitudinis revocavit *eodem Sum. n.18.*, & tam iſta, quam vilis Ancilla Maria Micheli, deponunt
28 inveriſimilia, cum inveriſimile ſit Virum nobilem voluiſſe, pręſente ancilla, & muliere copiam ſui corporis faciente, hos diſcurſus facere, qui potuiſſent eſſe ſibi praejudicialiſſimi, *Rot. in rec. d. dec.100. n.11. & 12. part.19.*

Eoque magis fides praedictis teſtibus Romanis deneganda eſt, quia facto ipſo totum contrarium declaravit idem Tiberius, dum pro certo, & indubitato credens nullos amplius adeſſe deſcendentes Julii Ceſaris, prius per contraventionem, & poſtea de anno 1638. per obitum Franciſci declarari obtinuit fideicommiſſum fuiſſe ad ejus favorem purificatum, praevio formali examine teſtium ſuper extinctione lineae Julii Ceſaris, de anno vero 1643. dicta bona uti libera donavit Antonio Mariae, & Horatio ejus filiis legitimatis *Sum. Sororum n.18.*, & ſucceſſivè de anno 1661 donatione praefata ob ingratitudinem revocata, de iiſdem bonis pariter uti liberis in teſtamento diſpoſuit, favore ſuarum filiarum, declarans in eo, ſe eſſe ultimum deſcendentem maſculum ex linea Hieronymi fideicommittentis *eodem Sum. Sororum n.4. lit. B.*; ſtantibus autem verbis, & factis Tiberii junioris, contrariis depo-
29 ſitionibus teſtium Romanorum, eo minus iis eſt adhibenda fides, dum contrarium conſtat ex facto ipſo. *Rendon. d. reſponſ.25. ſub num.30. lib.2. Rot. diverſ. dec.238. num.18. §. Similiter part. 2. poſt De Luc. in Miſcell. de Judic. dec.27. num.6.*

Et demum non relevat, quod teſtium defectus ſuppleatur ex illorum numero, ſiquidem, licet teſtes plures ſint, tamen cum diverſa deponant ſuper qualibet re, de qua particulariter fidem faciunt, non verificatur quod ſint in magno numero, Et ſi verificaretur non proficeret, quia exceſſivus numerus teſtium, tunc ſolum ſuffragari poteſt, quando inter eos adſunt aliqui idonei, & integri, non vero quando omnes exceptiones, & defectus patiuntur, tunc enim vitia, & defectus operantur, ut viciſſim ſuppleri non poſſint, ut declarant *Cra-*
30 *vett. conſ.99. num.10. & conſ.226. n.13.*

Fe-

Farinac. de teſt. quæſt.61. n.317. & 343. & ſeqq. Add. ad Burat. dec.143. num.38. Rot. coram Merlin. dec.177. n.11. Emerix. jun. dec.132. n.11. ubi adducit contrarios, *in rec. dec.361. num.18. & 19. part.12.*

Quartum probationis genus deſumit contraria deciſio, ex quodam libro Rainerii à Tiberio retento, & dono dato Mario de Ceulis, in quo fol.13. inſerta fuit arbor, quam continere deſcendentium familiæ Ceulæ, Tiberius ſua manu ſcripſiſſe fatetur, & in dicta arbore legitur deſcriptus Franciſcus, uti filius Rainerii, & fol.42. & 50. legitur adnotata manu Rainerii, dies, qua natus, & baptizatus fuit Franciſcus ejus filius, Verum hæc etiam conjectura idem infortunium paſſa eſt, nam reſpectu partitæ arboris domus Ceulæ liber prædictus, ſive dono datus à Tiberio, & deinde ad manus Nicolai perventus, ut ipſe aſſerebat, ſive ſubreptus, ut prætendebant defenſores ſororum, ex quo libro meo, per Adverſarium producto, intrat quoad
31 eum ſubreptionis ſuſpicio potius, quam donatio, ut ex theorica *Barbat.* firmat *Gratia de Scriptur. privat. lib.3. quæſt.9. tit. Notabilia quædam in materia librorum in principio fol. mihi* 283.

Semper verum erit, quod cum innegabile ſit, eundem librum fuiſſe in libera poteſtate Nicolai, & ante illius productionem ab eo in actis factæ, po-
32 tuiſſe conſcribi, & apponi in illo totum id, quod ſibi magis opportunum videbatur, ut ponderant duo hujus inclytæ Civitatis Auditores emeriti, nempè. *Caſtren. conſ.67 ſub num.1. lib.2. & Cardinal. Tuſc. litt. L. concl.* 347. *n.18.*

Hinc ſequitur, quod arbor hodie in eo exiſtens non poteſt tutò affirmari eſſe illam eandem, quæ in libro aderat tempore, quo retinebatur per Tiberium, & ad ejus identitatem excluden-
33 dum, ſufficit ſuppoſitionis poſſibilitas. *Spad. conſ.91. n.2. lib.1. Gratian. diſcept. 973. n.54. Cyriac. Controv.444. n.22. & ſeqq. Andreol. Controv.346. num.14. & 15. Sac. Conſ. Neap. apud Rovit. dec.93. ſub num.18. Senator Caballin. apud Treſan. dec.57. n.13. in fin. Rot. coram Penìa dec.315. n.4. & 5. Coccin. dec.373. n.1. & 2. & in rec. dec.404. n.15. part. 13. & dec 148. n.4. part.17.*

Quinimmò in præſenti hypotheſi, nedùm concurrit ſuppoſitionis poſſibilitas, ſed illam verè, & realiter adfuiſſe, probatum remanet, ex relatione Peritorum per extenſum data *in Sum. add. Sororum S. Petronianum, & ſeqq. fol.20.*, in ea enim dicitur folium, in quo continetur dicta arbor, involutum in alio folio ſcripto manu Tiberii eſſe recens, & merco, ſeu ſigno differens ab alio antecedentium, & ſubſequentium Cartarum, & recentem quoque eſſe ejuſdem arboris colligaturam, ſeu ſuturam, ad quod occultandum, utque carta haberet faciem, ſeu figuram antiquæ, idem folium cernitur undequaque immundum, conſpurcatum, & maculatum, quæ omnia falſitatem,
34 ſeu ſuppoſitionem ſcripturæ præſeferre, de recentia Cartæ, ſeu papyri eſt *tex. in cap. inter dilectos 6. §. Sed contra de fid. inſtrum.*, & tradunt *Rain. conſ.68. n.5. lib.4. Decian. conſ 100. n.17. & 18. lib.2. Pegas Reſol. Foren. tom.2. cap.19. num.18 Prat. Reſp. Criminal. 5. n.36. Maſcard. de Probat. concluſ. 740. n.22. Barboſ. Vot. dec.68. n.33.*, de illius differentia, ſeu diverſitate à foliis ante-
35 cedentibus, & ſubſequentibus *Jaſon. conſ.168. lib.4. Decian. conſ.100. n.18. lib.2. Prat. d. reſponſ.5. n.36. Pegas Reſol. Foren. d. cap.19. num.31. cum dub. ſeqq. Menoch. de Præſump. lib.5. præſump. 30. n.40. Barboſ. d. Vot. deciſ.68. n.33. Sanfelic. dec.61. n.2 par.1.*, & de folii
36 immunditia, conſpurcatione, & maculatione. *Præpoſit. in Can. in memoriam 19. diſtin. num.10. Bald. conſ.401. num.2. lib.3. Berſat. conſ. 311. num.99. Surd. conſ.173. n.7. Prat. d. reſpon. Criminal.5. n.37. cum tribus ſeqq. Pegas d. reſol.19. n.53.*

Minimè relevante, quod non probetur mutationem, & adulterationem folii, fuiſſe factam ab Actore, ſed potius hoc excludatur, tum ex quo adulteratio folii eſt patens, & viſibilis, quando in hujuſmodi materiis cum omni circumſpectione proceditur, & ſolet fieri omnimoda Caracteris imitatio; quam ex quo Nicolaus in reproductione libri ab ipſo facta, ſe nolle eodem libro ſtare declaravit in iis, in quibus

potuerit ab aliqua perſona adulterari, dum liber fuit ab actis extractus, & huc, & illuc tranſportatus per menſem à defenſoribus Sororum.

Præter quam enim quod non ſpectat ad dictas Sorores probare folium fuiſſe immutatum à Nicolao, ſed ille, qui ſe fundat in deſcriptione arboris facta in libro, illam adducere debet nitidam, & ab omni macula expurgatam, aliàs defeciſſe dicitur in ſalutari, quia probatio actoris debet perneceſſe conclu-
37 dere, non per poſſibile, adeout ad illius probationem excludendam, ſufficiat poſſibilitas contraria. *Camill. de Medic. d. conſ. 43. n. 16. Gratian. conſ. 27. n. 50. Epiſcopus Rec. diſput. 121. n. 48. Rot. Lucan. inter diverſ. recollect. per Palm. Nep. dec. 28. n. 44. Rot. Rom. in rec. dec. 466. n. 9. par. 19. & poſt Mell. obſervat. Forum. dec 75. n. 6. & dec 122. n. 27.*

Concurrit tamen talis probatio in præſenti, reſultans ex juris præſum-
38 ptione, juxta quam falſitas de jure commiſſa cenſetur ab eo cujus intereſt *Rot. conſ. 20. n. 21. lib. 2. Spad. conſ. 94. n. 5. lib. 2. Pegas d. Reſol. Forum. 29. numer. 63. Gratian. de Credit. cap. 2. tit. 8. numer. 3036. Senatus Cathalan. apud Fontanel. dec. 257. num. 16. Rot. d. dec. 114. n. 34. poſt Mell. Obſervat. Forum.*

Nec quicquam obeſſe valent conſiderataæ in oppoſitum circumſtantiæ; nam quod adulteratio ſit viſibilis non poterat evitari, difficile enim erat reperire folium ejuſdem ſigni, ac erant
39 alia exiſtentia in libro confecto centum annis ante, & præſeferens eandem antiquitatem, tam in folio, quam in ligatura, & ſutura, Sicque ingenioſe ad iſta occultanda fuit conſpurcata, & maculata pagina, quamvis non fuerit ſufficiens. Et proteſtatio potuit artificioſè fieri ad magis celandam falſitatem, illiuſque Authorem, Erroneè tamen à Nicolao prætenditur Notarium in dicta comparitione fateri librum fuiſſe ab actis ſubtractum à defenſoribus DD. Sororum, Notarius enim nullatenus teſtatur de ſubreptione libri, ſed tantummodo de productione facta à Nicolao illam tranſcribendo, eo modo quo à juvenibus, ſeu notariis officiis ad dictamen Nicolai producentis, vel ejus Procuratoris fuit ſcripta in brolardo, ſeu libro actorum, ut benè deſumitur legendo integrum illius tenorem, proptereaque prætenſa tranſportatio libri ab actis cauſæ facta à Sororibus, cum juſtificata aliunde non fuerit, quam ex partis aſſertione, iſta
40 in ſui commodum, & in tertii præjudicium probationem facere non valet. *Aretin. in cap. per tuas colum. antepenul. verſ. confeſſio autem qua filii ſint legit. Natt. conſ. 473. n. 40. Menoch. conſ. 794. n. 15. Rander. de Analog. cap. 30. n. 49.*

Quo verò ad deſcriptionem aliarum partitarum Nativitatis, & Baptiſmatis
41 dicti Franciſci, factam à Rainerio in eodem libro, licet iſta probet filiationem *Maſcard. de Probat. concluſ. 794. num. 4. Aſin. in Prax. §. 1. cap. 31. per tot. Rot. coram Cavalier. deciſ. 123. & deciſ. 128. utrobique n. 2. Seraphin. deciſ. 1331. n. 8. Barat dec 940. n. 3. ibique Addent. Merlin. dec 244. n. 2. in rec. dec. 281. n. 3. par. 17. & poſt Pariſic. de Salviat. interdict. dec. 184. n. 2. & 3.* Hoc tamen procedit, quando liber eſt benè retentus, & non patitur ſubſtantiales defectus, non verò quando liber non eſt deſtina-
42 tus pro adnotandis rebus memorabilibus in domo occurrentibus, ſed pro conſcribendis in eo computis, ut patet ex illius intitulatione ibi -- *libro di Note, e Conti di Rainiero, & altri de Ceuli, e Girolamo Ceuli.* Deſcriptio Nativitatis, & Baptiſmatis eſt inordinatè poſita, dum prius regiſtratur partita Baptiſmatis Franciſci, & poſtea partita Nativitatis, & improprio modo in ea deſcribitur nomen, & cognomen ipſius Rainerii, nomen Julii Cæſaris illius patris, & Patria, *ut in deciſione qua revocatur num. 115. fol 28. Colum. 2. §. Rainerio Ceuli figlio del Signore Giulio Ceſare Ceuli Romano*, quod fieri non ſolet in libris proprius domeſticis, & memoriæ cauſa retentis, & maximè, quando intitulatio libri eſt cum nomine, & cognomine proprio Rainerii, prout eſſe illum, de quo agitur habetur in *d. contraria deciſione ſub num. 115. fol. 28. Colum. 1. §. Nel medemo libro di Tiberio Ceuli*, Ruſſus in eodem libro Rainerius apparet pluries deſcriptus *Rainerio Ceuli*, ut in eadem contraria *deciſ. ſub n. 115. fol. 28. Colum. 1. & 2.*

*& 2. à 5. Nil mutatum libro uſque ad §. In
Ranuero Cevoli*; quando conſuetudo
Urbis Romæ, & præcipue ipſiuſmet
Ranneri, erat pronunciandi, & ſub-
ſcribendi *Raynero Ceuli*, ut patet ex do-
cumentis datis *in Sum. addit. Sororum
num. 3.* Qui omnes defectus libri, alii-
que plures adducti à defenſoribus ſo-
rorum, operantur, ut partitis in eo
deſcriptis nulla fides adhibenda ſit,
43 tanquam falſitatis vehementem ſuſpi-
cionem habentibus, quæ in civilibus ad
tollendam fidem ſcripturæ, pro falſi-
tate habetur *Cap. inter dilectos 6. de
fid. inſtrum. Cravet. conſ. 134. n. 39. &
ſeq. Senatus Pedemont. apud Oſasch. dec.
117. in fin. Rot. in rec. dec. 106. n. 5. part.
15. dec. 361. num. 11. & dec. 362. num. 14.
& dec. 652. n. 2. part. 19.*

Eoque minus fides adhiberi poteſt
libro, & partitis præfatis, ob deficien-
tem illorum exhibitionem cor. nobis,
neduum judicialem, ſed etiam extra-
judicialem à Nicolao faciendam, &
ex quo non conſtat de Caractere di-
44 cti Ranneri, dum recognita non fuit
ipſius manus, prout in ſcriptura pri-
vata recognoſci debebat, adhoc ut
probet *ad text. in leg. rationes 6. & l.
exemplo 7. Cod. de probat. Bondon. Col-
lect. legal. 9. num. 50. lib. 1. Caſtald. Con-
ſult. 170. num. 9. Scopp. ad dec. Gratian.
obſ. 137. n. 7. Cavalcan. dec. 27. num. 15.
part. 2. Merlin. dec. 227. n. 3. part. 6., &
dec. 27. n. 3. & 4. part. 7. Senat. Cathal.
apud Triſtan. dec. 57. n. 22.*

Nil refragante, quod cum ſtrum
in antiquis, antiquitas ipſa exoneret
45 Nicolaum ab onere facienda recogni-
tionis caracteris, ut tradunt. *Gratian.
diſcept. 633. num. 62. & diſcept. 754. n. 23.
Rot. coram Seraph. dec. 1481. num. 2. Bu-
rat. dec. 81. n. 4. dec. 290. num. 7. ibique
Adden. dec. 621. n. 3. & dec. 667. num. 9.
Merlin. dec. 244. n. 13. Ottobon. dec. 251.
n. 30.*, & in omnem caſum iſta non ſit
neceſſaria, ſtante juris præſumptione,
juxta quam, quid quid in libro meo re-
peritur, de mandato, ſeù voluntate
46 mea factum præſumitur. *Cravet. de
antiquit. temp. part. 1. §. 18. verſ. ſed hoc
quæro. Rota in rec. deciſ. 472. num. 6.
part. 1.*

Objectum enim in ordine ad defi-
cientiam recognitionis, ceſſat ex facto;
quippè quia Rannerius obiit anno
1618., & hi introducta fuit in Urbe cir-
ca annum 1670., ac proindè cum efflu-
xerint ſolum quinquaginta tres circiter
anni, iſti non ſunt ſufficientes ad con-
ſtituendam antiquitatem temporis, quæ
in materia recognitionis debet eſſe an-
47 norum 70. *D. Conſtant. ad Stat. Urb.
annot. 13. num. 11. Adden. ad Burat. dec.
667. n. 11. Rot. coram Pratinger. dec. 54.
num. 19. Arguell. dec. 17. n. 7. Bich. dec.
643. num. 21. in rec. dec. 318. num. 9.
part. 11.*

Et non relevat de jure, tum quia
cum de veritate partitarum, de quibus
agitur, dubitari contingat, recognitio
48 tali caſu non ſuppletur ab antiquitate
temporis. *Bald. in l. ſiquidem col. fin.
Cod. de except. D. Conſtant. ad Stat. Urb.
dict. annot. 13. num. 14. Rot. coram Gre-
gor. dec. 393. ibique adden. num. 5. in rec.
dec. 371. n. 13. part. 11.*; Tum etiam
quia auctoritates in objecto allegatæ
procedunt in Scriptura habentibus
faciem, & requiſita inſtrumenti publi-
49 ci, non in ſcriptura merè privata,
ut diſtinguunt *Faſch. de Monet. obſerv.
98. num. 18. Rot. coram Ubald. dec. 397.
n. 3. & 4.*

Ad id vero, quod ſubditur, præſumi
de meo ordine ſcriptum, quod in li-
50 bro meo reperitur ſcriptum, locum ha-
bet, quando liber eſt in poteſtate mea,
nec tranſivit in poteſtate collitigantis,
& multo magis, quando dantur con-
jecturæ adulterationis illius.

Eoque validius nocere debet defe-
ctus recognitionis prædictæ, attento
quod facta comparatione caracteris
51 dd. partitarum cum illo Ranneri, reco-
gnitum fuit illas non fuiſſe manu Ran-
neri ſcriptas, prout obſervarunt *B. M.
Sororales, & Sac. Rot. ut in deciſioni-
bus hujus Cauſa in 535. num. 64. par. 14.
& dec. 31. n. 4. par. 18. rec., & retulerunt
Periti*, Planum autem eſt in hac ma-
teria, nedùm peritis, ſed etiam Judi-
ci de per ſe recognoſcenti, credendum
eſſe, cum de jure, ſit in Judicis arbitrio
52 ſi velit de per ſe recognitionem facere,
juxta *Theoricam Cyni in l. comparationes
num. 10. Cod. de fid. inſtrum. ibiq. Bald.
num. 17. Menoch. de Arbitrar. caſ. 114.
num. 26 Rubeus de Teſtam. cap. 32. n. 674.
Adden. ad Burat. d. dec. 621. n. 16. verſ.*
po-

poteſt tamen Judex. *Rot. coram Coccin. dec.1791. n.12. Emerix. Jun. dec. 1321. n.3.*

In nihilo relevante, quod comparatio caracteris non fuerit facta cum ſcriptura certa, & indubitata, Quia adhibitus fuit liber Venerabilis Monaſterii della Scala, Patruum Carmelitarum diſcalceatorum Urbis, ubi Novitiorum profeſſiones deſcribuntur, in quo Raınerius profeſſionem à ſe ipſo factam propria manu ſcripſit, & ſubſcripſit, una cum pluribus aliis reli-
53 gioſis, Libri enim Monaſterii tanquam authentici, & fidem in judicio facientes. *Ramon. conſ.227. in princ. Barſat. conſ.23. n.27. & conſ 333. n.10. Cephal. conſ.508. num.23. & 24. Borell. conſ.21. num.42 & in Summa dec. tom.2. tit.2. num.21.*, optimè deſervire poterunt
54 pro deſumenda ex eis caracteris certitudine *Bald. in d. l. comparationes 19. ſub n.16. verſ. ego addo ſeptimam Cod. de fid. inſtrum. Addens. ad Baret. d. deciſ 611. n.16. verſ. tertio deducitur*.

Prout non relevat, quod ſaltem certitudo excludatur, ex quo, nec etiam conſtet, fuiſſe aſportatum coram Judice librum, ubi profeſſio Raınerii fuit regiſtrata, cum aſportatio facta fuerit ab uno Religioſo, qui potuit unum librum afferre pro alio; Quodque valde etiam urget, non fuerint electi Periti confidentes partium, cum neceſſaria citatione, aliiſque debitis ſolem-
55 nitatibus, ſiquidem cum liber fuerit aſportatus à Religioſo qualificato, nempe à P. Priore Conventus, una ſimul cum alio Religioſo, non eſt præſumendum ipſum publicè, & palam coram Sac. Rotæ Auditore, & tot aliis perſonis falſitatem committere voluiſſe. Quo vero ad formalita-
56 tes, & ſolemnitates, ultra quod illæ neceſſariæ non ſunt, quando Judex aſſumit onus recognitionem faciendi per ſemetipſum, & ob id peritos pro ſola animi ſui inſtructione, extrajudicialitèr deputat, ut firmat *Rot. coram Emerix. Jun. d. dec.1321. num.3.* aliæque auctoritates ſupra citatæ n.52. cum comparatio facta fuerit in præſentia utriuſque partis, ut legitur in *Vot. Severol. in rec. d. dec.535. ſub n.64. part.14.* & in relatione Peritorum *fol. 1. §. Noi infraſcritti*, & Nicolaus, nec de tempore comparationis, nec po-
57 ſtea ullo modo reclamaverit, vel quidquam oppoſuerit, cenſetur comparationi hoc modo factæ acquieviſſe, neque illam amplius impugnare eidem eſt permiſſum. *Cravet. de Antiquit. temp. part.1. n.26. fol. mihi 69. Paccion. de Probat. lib.2. cap.30. num.30. & 33. Molegnat. Altercat. 17. num.18. & ſeq. Rot. in rec. dec.221. numer.51. part.18.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

An injuſtè negata admiſſione articulorum, pro filiationis probatione, materia articulata haberi debeat, ac ſi vere, & realitèr probata fuiſſet. Epiſtolæ ſcriptæ ab illis de familia, identitas nominis, & quaſi poſſeſſio ſunt ea, quæ concludant in hac materia.

SUMMARIUM.

1 *Fides extrajudicialis teſtis mortui, in præjudicium impedientis recognitionem plenè probat*.

2 *Sicuti teſtes nullitèr examinati, habentur pro formiter examinatis, contra impedientes*.

3 *Forenſis, & non ſubditus, Statuto Florentino ubi voluit, debet cavere de Judicio Siſti, & judicatum ſolvendo, tam in cauſa conventionis, quàm reconventionis*.

4 *Et fidejuſſoris notoriè non idonei approbatio in cauſa gravis, non citata, nec audita Parte, eſt omninò nulla*.

5 *Nec cautio præterita data in una inſtantia, poteſt approbari in alia, ſine novo Fidejuſſoris conſenſu*.

6 *Maximè, lite terminata, & inſtantia perempta*.

7 *In hoc cauſa agi debebat ordinariè, non vià executiva*.

8 *Admiſſio articulorum, poteſt proviſionalitèr denegari, quando Actor non intentavit judicium proprium, & ſolemnia neceſſaria non implevit*.

9 *Et ſi injuſtè etiam fuiſſet admiſſio negata, non poteſt illam petens, ex abrupto examinare teſtes, ſine Partis citatione, ſed ſuas debet facere diligentias, pro revocatione decreti*.

10 *Non juvat impeditum ſe dicere, niſi oſten-*

oſtendatur adhibita omnis diligentia pro impedimento tollendo.

11 *Non rectè agens, ſibi impedimentum præſtitiſſe dicitur, ac propterea eo non juvatur.*

12 *Uſque dum Fidejuſſores, juxta conſuetam Statuti Florentini à Foreuſe dati, fuerint approbati, Judex juſtè denegat proceſſum ad ulteriora.*

13 *Ad hoc, ut articuli in odium impedientis habeantur pro probatis, debet probari non ſolùm impedimentum, ſed quod teſtes, ſi examinati fuiſſent, contenta in articulis affirmaſſent.*

14 *Quod ſi veritas in contrarium appareat, deſtruitur intentio articulantis, & ideò impedimentum pro eis non admittendis, juſtiſſimum dicitur, & de eo conqueri non poteſt articulans.*

15 *Denegatio articulorum injuſtè facta in uno dominio, non facit, ut materia articulata haberi debeat pro probata in judicio diverſo, moto in alio dominio.*

16 *Etiamſi proceſſus factus coram Judice, qui injuſtè denegavit articulorum admiſſionem, fuerit coram alio reproductus, ſi reproductio fuit in parte, & partibus favorabilibus tantum.*

17 *Articuli irrelevantes, improbabilia, & inveriſimilia continentes, non admittuntur.*

18 *Irrelevantia, improbabilitas, & inveriſimilitudo, latè examinatur,* & n. 19. 20. & 21.

21 *De rationibus, ex quibus in præcedentibus inſtantiis fuit denegata remiſſoria, remiſſivè.*

23 *Epiſtola ſcripta ab aliis de familia, non recognita, pro filiatione non probant.*

24 *Nec præjudicant tertiis, à Scribentibus cauſam non habentibus.*

25 *Dicta Conſanguineorum de vera legitima linea, præferri debent dictis ab aliis Conſanguineis de linea ſuſpecta de illegitimitate, & aliis exceptiones patientibus.*

26 *Epiſtola ſcripta à Conſanguineo abſente à loco, ubi natus fuit aſſertus filius, & qui ab iſto habuit opinionem, & credulitatem filiationis, contra tertium non probat.*

27 *Epiſtolæ ſcriptæ ab Agnatis, & Conſanguineis faciunt ſemiplenam probationem filiationis.*

28 *Ubi adſunt tractatus pro filiatione agnatorum, & collitigantis, ad eam probandam, ſufficiunt conjecturæ minus urgentes.*

29 *Identitas nominis, Patriæ, cognominis, & inſignium, eſt conjectura conſiderabilis, juncta cum aliis, ad probandam identitatem familiæ, & deſcendentiæ.*

30 *Sed non procedit in identitate nominis, aliàs nimis frequentis, quæ nullam inducit præſumptionem filiationis.*

31 *Præcipuè in præjudicium tertii.*

32 *Auctoritates in contrarium declarantur.*

33 *Quaſi poſſeſſio filiationis, transfundit onus in adverſarios probandi contrarium.*

34 *Sed hæc quaſi poſſeſſio debet deſumi ex aliquo facto filiationi proportionato, non ex ſermocinationibus, & diſcurſibus.*

35 *Et non debet habere conjecturas in contrarium, quia iſtæ quaſi poſſeſſionem reddunt turbidam, & æquivocam, illamque deſtruunt.*

36 *Item quaſi poſſeſſio filiationis, non operatur contra tertios poſſeſſores.*

37 *Auctoritates in contrarium declarantur.*

38 *Ad probandam filiationem, conjecturæ ſimul, & collectivè ſumendæ ſunt.*

39 *Quod non procedit quando conjecturæ ſunt ideales, & de per ſe nihil concludentes, quæ conjungi non poſſunt ad plenam probationem faciendam, ex regula, de qua,* ibid.

DECISIO XXIX.

QUINTAM filiationis conjecturam deſumpſit Nicolaus, & cum eo contraria deciſio præcedentis inſtantiæ *à num. 141. uſque ad n. 142.*, ex eo quod ipſe exhibuerit articulos, tam in Curia Florentina, quàm in Curia Romana, coram b. m. Severolo, & coram Sacra Rota, & facultatem examinandi teſtes petierit ad effectum probandi, quod Franciſcus erat filius legitimus, & naturalis Raineri, & Clariæ Reini ejus Conjugis, ac pro tali communiter ab omnibus tractatus, & reputatus, etiam à conſanguineis, & ſignanter à Tiberio Patre reorum conventorum; cumque ad inſtantiam An-

Annæ, Juliæ, & Martiæ, Judices articulos prædictos uti continentes materiam irrelevantem, improbabilem, & inveriſimilem rejecerint, & teſtes ſuper iis inducti, amplius examinari non valeant, ob eorum mortem ſubſecutam, in odium Reatum conventarum, quæ impedimentum Nicolao præſtiterunt, ne ſuas faceret probationes, contenta in articulis, haberi debent pro probatis, & fides, ac depoſitiones teſtium ex poſt à Nicolao ad perpetuam examinatorum, qui tanquam mortui formiter repeti non valent, plenam conſtituere debent probationem, non ſecùs ac ſi eſſent formiter examinati,
1 fides enim extrajudiciales teſtium mortuorum in præjudicium impedientis, plenè probant, *Rot. coram Bich. dec. 560. n. 2.*, prout teſtes nullitèr, & minus legitimè examinati, habentur
2 pro examinatis formiter, contra impedientes *Gratian. diſcept. 370. n. 18. Rot. coram Pyn. dec. 462. n. 5. in impreſ. Lugdunen. Seraphin. dec. 1154. n. 2., & deciſ. 1196. n. 10. in rec. dec. 255. num. 11. part. 10. & dec. 251. n. 3. par. 11.*, & latiùs *in contraria dec. à n. 141., ad 171.*

Verum objectum hujuſmodi viſum fuit DD. nullius relevantiæ; quia quoad articulos exhibitos in Curia Florentina, iſti non fuerunt à Judice ſimpliciter rejecti, ſed ſolùm proviſionaliter decretum die 19. Auguſti 1673; quod *pronunc non eſſent admittendi, ſalvis in reliquis juribus, & exceptionibus quibuſcunque Partium*, Et jure quidem merito, quia cum Nicolaus intentaverit judicium ſuper aſſociatione vigore *Statuti Florent. lib. 2. rub. 31. & 41.*, ut agere poſſet, ſatiſdationem præſtare debebat, cum Forenſis, & non ſubditus, ſi Statuti Florentini beneficio uti intendat,
3 de judicio Siſti, & judicatum ſolvendo, tam in Cauſa conventionis, quàm reconventionis, ſatiſdare debeat, ut praſcribit idem *Statutum lib. 2. rub. 17.*

Non obſtante, quod Nicolaus fidejuſſorem præcedenter præſtiterit in hac Cauſa, Tum quia quando fidejuſſor non eſt perſona notoriè idonea, nec idonea eſt perſona, quæ illum approbat, agiturque de Cauſa gravi, ſatiſdatio, & approbatio facta, non ci-
4 tata, nec audita parte, in forma extrajudiciali, eſt omninò nulla, *Romen. conſ. 71. ſub n. 2. Peregrin. de Jur. Fiſc. lib. 6. tit. 5. n. 39. & ſeqq. Hering. de Fidejuſ. cap. 8. n. 47. Maurus eodem tract. par. 1. ſect. 3. cap. 4. n. 10. Ubert. de citat. cap. 15. n. 78. & ſeqq. Rot. March. apud Gratian. dec. 69. n. 27. & in add. num. 8.*, & dictum fuit in deciſione hujus Cauſæ 19. *Auguſti* 1673. *§. Nec obſtat, & ſeq. coram D. meo Auditore Farſetto.* Tum etiam quia, cum dicta fidejuſſio præſtita fuerit die 9. Novembris 1672., pendente tunc judicio coram b. m. Auditore de Angelis, poſt declaratum nullum, & invalidum decretum ab iſto prolatum, non poterat eadem ſatiſdatio ſine novo fidejuſſoris conſenſu reproduci, coram b. m. Auditore Farſetto die 7. Julii 1673. prout factum fuit *Sum. Nicolai n. 17.* Cautio
5 enim Prætoria, & neceſſariò ab actore data in una inſtantia, non extenditur ad aliam *De Luc. de Credit. diſcurſ. 99. n. 7. & diſcur. 100. num. 2. & ſeq. Capyc. Latr. conſult. 49. numer. 7. De Luc. ad Gratian. diſcept. 348. n. 17.* Maximè lite terminata, & inſtantia perempta
6 *l. 2. ff. de judicat. ſolvend. Paſchal. de Pat. poteſt. par. 1. cap. 8. n. 303. De Luc. ad Gratian. d. diſcept. 348. num. 16. & ad Franch. dec. 601. n. 7.*

Ulterius, judicium via executiva fuit à Nicolao intentatum, quando in ſuo proprio judicio ordinariè agere debebat, ut contra eundem formiter diſcuſ-
7 ſum, & declaratum fuit *per Rot. niſi entur deciſ. recollect. per Palm. Nep. deciſ. 305. per tot.* cui ipſe ſe acquievit.

Quibus deficientibus, propriè itaque Judex *pronunc* admiſſionem articulorum denegavit, donec nempe Nico-
8 laus proportionatum judicium inſtrueret, & oneri fidejuſſoris ſibi injuncto ſatisfaceret: Et dato etiam per hypotheſim, quod decretum prædictum aliquod gravamen continere potuiſſet, adhuc licitum non erat Nicolao convolare ad Civitatem Savonæ, ibique examinare teſtes, ſed recurrere debebat, vel ad eundem Judicem pro revo-
9 catione decreti interlocutorii, vel adire judicem appellationis, pro correctione gravaminis, Non juvat enim impeditum ſe dicere, niſi conſtet omnem
10 fuiſſe adhibitam diligentiam, omnem-

que

que conatum pro impedimento tollendo *Dec. conſ.677. num.3. in fin. & n.4. Cravet. conſ.270. n.3. Ruinus conſ. 138. num.14. Cyriac. controv. 167. n.10. Gab. conſult.15. n.38. & 39. Pacian. de Probat. lib.1. cap.47. num 3. & 11. Naul. de tranſmiſ. cap.1. n.209. Rot. coram Barat. dec.743. n.5. in fin. ibiq. Add. in prin.* & in alia Cauſa Florentina *coram Emerix. Jun. dec.457. n.3.*, in his quippè terminis Nicolaus impedimentum ſibi peperiſſe dicitur, eoque propterea juvari
21 minimè debet *l. veteres in fin. ff. de itiner. actuq. privat. Dec. d. conſ.677. n.4. Roland. a Vall. conſ.52. num.21. & ſeqq. lib.4. Cyriac. d. contr. 167. n.12. & ſeq. Zaff. de Legit. Proceſſ. lib.3. quaeſt.112. num.18.*

Iſtamque veritatem agnovit ipſemet Nicolaus, qui poſt completum dictum examen Savonæ, ſub diebus 13. & 22. Septembris 1673. die 12. Octobris ejuſdem anni, non exhibito examine facto, nec ulla illius habita mentione, iterum pro repoſitione ab interlocutoria eundem judicem adivit, & plures alios præſtitit fidejuſſores ad formam præfati decreti *d. Sum. Nicolai n.19.* contra quos de non idoneitate fuit oppoſitum, omneſque, vel eſſe perſonas privilegiatas, quæ conveniri non poſſunt, vel eſſe munitas ſecuritatibus, & bullettinis, vel non poſſidere bona libera; Et quamvis his non obſtantibus ſubſecuta fuerit approbatio publici præconis, attamen adverſus iſtam allegatus fuit defectus juriſdictionis, & quod extorta fuerit cum erroneis ſuppoſitis, & abſque cognitione perſonarum approbatarum in fidejuſſores, ut apparet ex confeſſione ejuſdem Præconis emiſſa in fide tunc producta, Cumque pro dictæ depoſitionis veritate eruenda, aſſignatus fuerit Nicolao ſolitus terminus ad dandum Præconi interrogatoria, ipſe die 21. Decembris 1673., examini faciendo ſe oppoſuit, & ulterius in eadem comparitione, inſtetit ſibi concedi literas remiſſoriales, pro examinandis teſtibus, quam comparitionem Judex mandavit juxta ſtylum notificari Procuratori DD. Sororum, qua ſecuta Nicolaus ab hac Urbe diſceſſit, & nihil amplius tunc actum fuit in Cauſa, Ex qua facti ſerie liquidò conſtat, Judicem nullo modo gravaſſe Nicolaum, dum donec non fuiſſet pronunciatum ſuper legitima approbatione fidejuſſo-
22 rum, non poterat in Cauſa ad ulteriora procedere, reſiſtente expreſſa diſpoſitione Statuti prædicti *lib.1 Rub.17.*

Cæterum, adhoc ut materia articulata in odium impedientium, haberi debeat pro probata, ſatis non eſt impedimentum allegare, niſi probetur, quod ſi teſtes examinati fuiſſent, to-
23 tum id, quod in articulis continebatur, affirmaſſent. *Alex. conſ.49. n.4. lib.2. Decian. reſpon. 45. num.32. lib.5. Bero conſ.104. n.3. & n.15. lib 2. Surd. conſ.457. n.36. Amat. reſol.34. num.19. Bottiglier diſſert 8. n.36 Gab. d. conſult. 15. num.40. Gratian. dec. Marchie 34. n.17. Rot. coram Barat. dec.743. num.5. ibiq. addem.*

Quod non verificatur in præſenti, dum teſtes prædicti ſuper articulis exhibitis, ſponte ſua examinati à Nicolao, & per 24. annos in manica retenti, donec ſecuta fuit mors omnium, nihil depoſuerunt, quod ad ejus intentionem conducere poſſit, ut ſupra oſtenſum fuit in *deciſione præcedenti*, & à veritate in contrarium, deſtructa remanſit intentio Nicolai in iiſdem articulis fundata, ex iis, quæ ponderata fuerunt ſupra in *deciſione 26.* In quibus
24 terminis, cum impedimentum juſtiſſimum fuerit, de eo Nicolaus conqueri non valet *Molegnan. alterc.43. n.16. Lurr. Alleg. Fiſcal. 20. ſub n.15. Rot. Lucen. poſt tom.2. Contr. Altograd. dec.1. n.56. & ſeqq. fol.309. juxta impreſ. Genue.*

Poſito autem quod reſpectu articulorum productorum in Civitate Florentiæ, fuerit juridicè retardata illorum admiſſio, donec à Nicolao adimplerentur adimplenda Obeſſe non valet id, quod circa eorumdem articulorum liberam denegationem, geſtum fuit in Curia Romana, quia cum du-
25 plex judicium Nicolaus intentaverit, pro aſſequendis bonis fideicommiſſariis Hieronymi Ceuli, alterum Romæ, & aliud in Civitate Florentiæ, pro bonis in hoc Regio dominio exiſtentibus, pro iſtis unicè inquirendum eſt, quid fuerit decretum Florentiæ, non obſtante, quod procurator rearum Conven-

tarum proceſſum Romæ compilatum
produxerit, quia productio facta fuit
16 in parte, & partibus favorabilibus tan-
tum, quæ producentem ab omni dam-
no, & præjudicio præſervat. *Rot. cor.
Gregor. dec 431. n. 7. Emerix. Jun. dec.
818. n. 16. in rec. dec. 74. n. 13. par. 18.*

Præterea, contenta in articulis in
utraque ex dictis Curiis productis de-
teguntur irrelevantia, improbabilia,
& inveriſimilia, ac proindè admitti
17 non debebant, ut de articulis irre-
levantibus *Rot. coram Gregor. dec. 184.
n. 3. & 4. Bich. dec. 265. n. 16.*, aliiſque
plena manu congeſtis in *Florentina Re-
nunciationis ſuper admiſſione Capitulo-
rum, & laſione 23. Septembris 1709.
§. Fortius, coram me,* inter hactenus im-
preſſas *dec. 6. ſub n. 3* & in ſpecie *Rot.
coram Cavaler. dec 168. n. 1. & 2.* de
improbabilitate *Rot. coram Anſald.
dec. 17. n. 24. in rec. dec. 36. n. 4. par. 15.*,
& adductis concordantibus *Rot. noſtra
in d. Florentina Renunciationis 23. Se-
ptembris 1709. §. Fortius, coram me, d.
dec. 6. n. 3.*, & in individuo *Rot. coram
Cavaler. d. deciſ. 168. n. 1.*, & de inve-
riſimilibus *Rot. coram Pampil. deciſ. 42.
n. 3. ibiq. add. n. 12* ubi plures concor-
dantes. *Dunozet. Jun. dec. 952. num. 4.*
aliiſque plena manu congeſtis in *Pam-
pilonen. Decimarum ſuper remiſſoria 28.
Januarii 1704. §. Non obſtante, coram
Muto.*

In eis enim nihil aliud continetur,
quam quod matrimonium de anno
1591. inter Rainerium Ceuli, & Cle-
riam Reini fuerit contractum, Quando
de illius non exiſtentia doctum fuit
ſupra *dec 26. n. 1. & ſeqq.*, & quod in
rerum natura non extiterit Cleria
aſſerta uxor, oſtenſum eſt *d. dec. 26. n.
34. & ſeqq.* Publica vox, & fama, vigens
tam Romæ, quàm Savonæ, quod
Franciſcus Nicolai Pater fuiſſet filius
18 Rainerii, quodque pro tali ab om-
nibus fuerit recognitus, & reputatus,
abſque eo, quod unquam fuerit audi-
tum contrarium; Quando ex poſt exa-
minatis dd. teſtibus, nihil relevans in
hoc ex eorum depoſitionibus Nicolaus
deſumere potuit, ut demonſtratum
fuit in *dec. 28.*

Alter articulus, quod anno 1627.
idem Franciſcus contraxerit matrimo-
nium cum Franciſca Carretta in Civita-
te Savonæ, quæ tunc abundabat Civi-
bus Romanis, quodque ipſe erat Banni-
tus ab Urbe Romæ, & paſſus fuerat om-
nium bonorum confiſcationem, admit-
19 ti non debebat, cum nihil profuiſſet
probare Civitatem Savonæ repletam
Civibus, & Æquitibus Romanis ex de-
ductis in *dec. 27. num. 50.*, & bannum
potuiſſet juſtificari ex actis publicis
Gubernatoris Urbis, A. C. in Crimina-
libus, vel Capitolii, nec ob id fuiſſe con-
cedendam remiſſoriam, ſupra oſtenſum
eſt in *dec 26. n. 37. & ſeqq.*

Eadem laborabat irrelevantia arti-
culus, quod Conſanguinei omnes pro
filio Rainerii eundem Franciſcum pu-
blicè, & palam recognoverint, & ſi-
gnanter Tiberius Pater Reorum Con-
ventorum, qui dictum Franciſcum pro
filio Rainerii deſcripſerat in libro,
quem paulo ante mortem dono dedit
Mario de Ceulis, & pluries faſſus eſt,
20 ſe non poſſe diſponere de bonis ab ipſo
poſſeſſis, quia in eis ſubſtituti erant
Domini de Ceulis, ex Marchionibus
del Carretto, Savonæ habitantes, quod-
que ipſe ad inſtigationem aliorum fe-
cerat teſtamentum, in quo filias inſti-
tuerat, ſed illud revocare velle, ut in
contraria *deciſione à n. 172. uſque ad 177.*
Quæ omnia à veritate aliena ſunt, dum
contra recognitionem conſanguineo-
rum, urgent plura ab eiſdem geſta, filia-
tionem excludentia, ut in *dec 26. n. 27.
& ſeqq. & n. 13. ſeqq.*, & contra reco-
gnitionem Tiberii junioris deſumptam
ex libro, & ab aſſertis ab ipſo, militant
contra librum deducta in *dec. 28. ex
n. 31.*, & contra ea, quæ ipſe dixerat,
faciunt deducta in *dec. 26. num. 27. &
ſequentibus, & deciſ. 28. n. 29.*

Prout admiſſibilis non erat articulus
ſuper conſuetudine, quod in Civitate
Savonæ contrahentes matrimonium
21 exhibere debeant fides Baptiſmatis;
Quia ad hoc probandum novem teſtes
jam fuerunt examinati, & nihil conclu-
dere potuerunt, ut dictum eſt in *deciſ.
27. n. 11. & ſeqq.*, ubi, quòd nec quid-
quam relevare potuiſſet etiam facta hac
probatione Quibus conſiderationibus
attentis, unanimitèr Judices pro dene-
gatione remiſſoriæ judicarunt, ut latius
22 videre eſt *cor. Emerix. Jun. dec. 173. per*

to-

totum in rec. dec. 535. *n.* 76. *par.* 14. & *inter deciſiones Lucen. divers. recollect. per Palm. Nep. d. dec.* 305. *n.* 21. & *ſeqq.*

Proſequitur contraria deciſio n. 241. & 243. adducendo 18 Epiſtolas à pluribus perſonis Familiæ Ceulę, Nicolao ſcriptas, in quibus eum uti conſanguineum, & de eadem familia de Ceulis recognoſcunt, ſed ferè omnes prædictæ epiſtolæ fuerunt ſcriptæ à Tiberio, & Mario de Ceulis filiis Auguſtini filii naturalis Tiberii Senioris, qui litem habuerunt cum Patre Reatum conventarum, & contra ipſas de tempore quo epiſtolas ſcripſerunt, aliam litem movere meditabantur, ut patet ex allegat. 15. *Rodolphini* ad eorum inſtantiam facta, & non fuerunt recognitæ, ac propterea cum potuerint à
23 Parte ſcribi ad ejus placitum, nihil probant *l. rationes,* & *l. exemplo Cod. de probation. Menoch. de Arbitr. caſu* 94. *num.* 9. *autor.* 1. *R.P.D. meus Anſald. de Commer. & Mercatur. diſc.* 83. *n.* 7. *Rota noſtra apud Urceol. dec.* 35. *num.* 30. *Rota Romana coram Merlin. dec.* 579. *num.* 5. *Priol. dec.* 228. *num.* 26. *in rec. dec.* 452. *n.* 1. *part.* 3. *dec.* 56. *num.* 10. *part.* 14. & *dec.* 54. *n.* 11 *part.* 17., & non præjudicant tertiis nullam habentibus cauſam
24 à ſcribentibus, ut in individuo tradunt *Marcabrun. conſ.* 33. *n.* 99. *Caſtald. conſult.* 101. *ſub num.* 3. *verſ. non obſtat*, & *num.* 4. & *conſult.* 102. *num.* 10. *Rot. cor. Zarat. dec.* 73 *n.* 7. & *in Beneventan. Juris honorifici* 4. *Februarii* 1697. §. *Nec plus valent, coram Urſino.*

Animadvertendo ſignanter, quod dd. Mario, & aliis de Ceulis, tanquam ab illegitimo procedentibus, nihil quo ad honorem Familiæ, & quoad bona præjudicabat recognitio Franciſci, imò ipſis prodeſſe poterat pro excludendis Sororibus à poſſeſſione bonorum, quibus judicialiter privare arduum fuiſſe ab iiſdem conſultus pro veritate reſponderat *Rodolphin. dict. allegat.* 15. E' converſo verò, illi de vera familia, quibus non erant Conſanguinei de familia Ceulis, & quibus præjudicare poterat recognitio illegitimi, pro abſoluto ſemper habuerunt lineam Julii Cęſaris fuiſſe extinctam, nec alios ullos de vera Familia, Domi, foriſve ſuperextitiſſe, qui proinde cum ratione exiſtimationis, & intereſſe proprii ſoleant eſſe diligentes inveſtigatores conſanguinitatis, aliis in concurſu debent
25 præferri *Rot. Januen. inter recollect. per Palm. Nepot. dec.* 181. *num.* 12. & *ſeqq. Rota Rom. coram Ubaldo Senior. dec.* 90. *num.* 8. *in rec. dec.* 125. *n.* 17. & *dec.* 246. *num.* 14. *part.* 15.

Duæ verò, aut tres ex dictis Epiſtolis ſcriptæ fuerunt ab olim Curtio de Ceulis Piſis commorante, qui tamquam ab Urbe abſens, ubi natus fuit Franciſcus, & ſic inſcius ejus filiationis, non poterat habere ſcientiam conſanguinitatis, niſi eam, quæ ex divulgatione facta à Franciſco, & diligentiis Nicolai pro obtinenda à conſanguineis recognitione, fiebant, ut ipſe faſſus eſt in 17. Arti-
26 culo *Summario Nicolai n.* 8. *fol.* 8. proindeque eo minus Tertiis poteſt præjudicare, in ſpecie *Paron. alleg.* 199. *n.* 12. & *ſeqq.*

Et licèt adverſus dictam *allegationem Paronis* fuerit judicatum in Rota, & firmatum quod hujuſmodi epiſtolæ faciant adminiculum, & ſemiplenam
27 probationem, ut in *dec.* 125. *n.* 19. & 20. confirmata *deciſione* 246. *part.* 15. in quibus magnum fit fundamentum in contraria deciſione, & ex eis plures concluſiones deſumuntur, Attamen in caſu dictarum deciſionum, concurrebat tractatus agnatorum, & colitigantis, in quorum præjudicium omni jure Rota credidit, fuiſſe probatam filiationem, & his concurrentibus mirum non eſt ſi
28 aliis etiam minus concludentibus argumentis uſa eſt, ut præciſè eaſdem deciſiones explicando, conſiderat eadem *Rota dec.* 123. *n.* 11. *poſt D. Conſtant. ad Stat. Urbis.*

Nihil pariter concludit nominis identitas, quam concurrente identitate Patriæ, cognominis, & Inſignium, eſſe conjecturam conſiderabilem, ad probandam identitatem familiæ, & deſ-
29 cendentiæ, ſaltem una cum aliis dixit. *Petra de Fideicom. d. quæſt.* 11. *num.* 437. *Maſcard. de probation. concluſ.* 503. *n.* 18. *Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 15. *num.* 40. *Rota coram Cerro. dec.* 1189. *ex num.* 3. *dec.* 1385. *num.* 7. *Merlin. dec.* 658. *num.* 7. ubi concordantes *in rec. dec.* 214. *num.* 10. *part.* 10. *dec.* 73. *n.* 15. *part.* 19.

Quid quid enim dici poſſet, quando

agretur de nomine, tardè apponi ſolito,
& dumtaxat in aliqua particulari fami-
lia uſitato, cum nomen Franciſci, ſit
30 nimium apud omnes frequens, illius
identitas, ſeu correſpondentia, nullam
inducit præſumptionem filiationis, in
ſpecie *Romuald. jun. conſ.363. num.56.
& 63. Rendon. d. reſponſ.25. n.86. lib.2.*
Cyriac. in oppoſitum citatus *contr.281.
n.26.* ubi concordantes *Menſ. conſult.57.
n.10. & 17. tom.10. Rot. cor. Cocern. dec.328
n.3. & ſeqq. cor. Emerix Jun. dec. 810. n.3. &
d. dec.535 n.58. par.14.* maximè in præju-
dicium Tertii *Montan. contr.80. num.90.*
31 Et contrariæ auctoritates, vel ſe fundant,
quando concurrunt plures circumſtan-
tiæ, quæ de per ſe faciant probatio-
nem ſufficientem, vel ſolum dicunt,
quod identitas Perſonæ, probetur ex
identitate nominis, & cognominis, ſed
quod probetur filiatio, & deſcenden-
tia ab aliqua Perſona, quando cogno-
men eſt in controverſia, quia aſſeritur
à Franciſco forſan de familia incerta
aſſumptum, ad ſibi facilitandum matri-
monium, & remanet uſitati nominis
dumtaxat identitas, in his terminis nul-
lus affirmare audet, quod hoc inſerviat
pro conjectura, ad filiationem pro-
bandam, immò contrarium dicunt in
oppoſitum citatæ auctoritates, nempè
32 *Menoch. de præſumpt. lib 6. præſumpt.15.
num.40. & ſeqq.* & clarius *Maſcard. de
probation. d. concl. 503 num.18. Rota in
rec. d. dec 73. num.13. part.19.* ubi quod
non ſufficit ſola expreſſio cognominis.

Et demum nihil urget prætenſa quaſi
poſſeſſio filiationis, ex qua ſufficien-
tem probationem deſumi prætendebat
Nicolaus, vel ſaltem transfundi in Soro-
res, onus probandi contrarium, ex no-
33 tatis in ſpecie per *Caſtald. conſult.102.
ſub n.4. Rota coram Emerix. jun. dec.334.
num.8.* Quoniam cum nullum ex parte
Nicolai datum fuerit factum filiationi
proportionatum, ſed omnia conſiſtant
34 in ſermocinationibus, & diſcurſibus,
ex facto ceſſat aſſerta filiationis quaſi
poſſeſſio. Præſertim quando tot, ac
tam perſtringentes, ac validæ conjectu-
ræ, excluſivæ filiationis afferuntur, de
quibus ſupra dictum eſt in *dec.26.* quæ
omnem quaſi poſſeſſionem deſtruunt,
vel turbidam, & æquivocam reddunt,
35 ac proinde non operabilem, in ſpecie
*Rota in rec. dec.317. n.21. & 22. part.9.
& dec.100. num.36. part.19. & cor. Emer.
Jun. d. dec.667. n.35.*

Cæterum, data etiam per hypotheſim
hac quaſi poſſeſſione filiationis reſpe-
ctu Franciſci, illa ſuffragari non poſſet
Nicolao. Quia agitur hic ad effectum
avocandi bona à tertiis poſſeſſoribus,
& ſic de magno præjudicio, quo caſu
Actor ſicut in aliis Judiciis, ita etiam
in iſto, plenè, & concludenter ſuam
intentionem probare debet, nec ſuffi-
cit prætenſa quaſi poſſeſſio, etiam pro
transferendo onere contrarium pro-
36 bandi in Reum Conventum, in puncto
*Roland. a Vall. conſ.21. n.5. lib.3. Grat.
reſponſ.158. ſub n.6. verſ. nec obſtat lib.1.
Romuald. Jun. conſ.731. num.16. Mar-
cabrun. conſ.23. n.57. & ſeqq. Camill. de
Medic. d. conſ.43. num.12. de Ponte conſ.3.
num.24. & ſeqq. lib.2. Cyriac. controv.
600. num.5. §. Quæ quidem. Tarr. Variar.
Jur. quæſt. tom.2. tit 8. quæſt.1. num.13.
& ſeqq. fol.209. & quæſt.2. num.4. & ſeqq.
fol.216. Altobon. reſolut.30. num.14. &
ſeqq. Ruſtic. in l. cum avus lib.2. cap.16.
num.109. & ſeq. Paccian. de probation. lib.
2. cap.6 num.17. de Angel. de confeſſ. tom.1.
lib.2. quæſt.73. num.37. Petr. de fideicom.
dict. quæſt.11. n.390. & n.511. verſ. ſed
hoc ultimum, & ſeqq. de Luc. ad Gratian.
diſcept.267. ſub num.25. verſ. alii docent.
Rot. in rec. d. dec.317. num.18. & ſeqq.
part.9. repetit. poſt Michaler. de fratrib.
dec.42. n.19. coram Emerix. Jun. d. dec.
667. n.34.* Contraria ſolùm proceden-
tibus adverſus conſtituentem in quaſi
poſſeſſione filiationis, aut hæredes ip-
ſius, vel in poſſeſſorio, aut proviſionali-
bus, & judiciorum præparatoriis.
37 *Altobon. d. reſolut.30. num.17. & ſeqq.
Cyriac. d. contr.600. num.5. §. Quæ qui-
dem, & ſub num.9. §. Nunc de quæſt. Maſ-
card. de probation. concluſ.786. n.3. &
ſeqq. & concluſ.799. n.17. & ſeqq. Petr.
de fideicomm. dict. quæſt.11. ſub num 511.
& ſeqq. Tarr. quæſt. Juris tom.2. tit 8.
qu.1. n.5. & n.15 cum duobus ſeqq. fol. mihi
209. Rot. in rec. d. dec.317. ex n.18. &
pluribus ſeqq. par.9. Corr. d. dec.817. n.12.*
& optimè in d. *Bononien. juris honorifici
4. Februarii 1697. §. At ſub eadem, coram
Urſino.*

Oſtenſa ex prædictis inſubſiſtentia
conjecturarum, quæ ad filiationem ad-
ſtruen-

ſtruendam à Nicolao adducebantur, nullam apud Dominos meruit conſiderationem reflexio, quod etiam ſi conjecturæ prædictæ, particulariter ſumptæ, filiationem concludere non poſſint, ſimul tamen unitæ ſuadere valeant animum Judicis, ad credendum Franciſcum fuiſſe filium Raineri, prout
38 conjecturas in caſu iſto ſimul, & collectivè accipiendas eſſe in ſpecie dixit. *Noguerol. allegat. 25. n. 91. & 92. de Luca de Fideicom. diſc. 193. n. 8. Rot. cor. Burat. dec. 530. n. fin. & dec. 725. n. 14. Ottobon. dec. 251. n. 18. & 19. in rec. dec. 377. n. 9. & dec. 627. n. 19. part. 19.*

Siquidem, cum conjecturæ pro parte Nicolai adductæ, nullam habeant fundamentalem probationis ſubſtantiam, nihilque prorſus concludant de per ſe, immò potiùs ideales detegantur, & penitus deſtructę à veritate in contrarium probata, conjungi non poſſunt ad faciendam plenam filiationis probatio-
39 nem, ex pluribus enim non entibus, aliquod ens conſtitui non poteſt, ut in ſpecie firmat *Baldar. ad Roman. d. conſ. 22. num. 7. Caſtald. conſult. 202. num. 26. Facian. d. alleg. 199. num. 13. & ſeqq. & num. 27. Rota Januen. inter deciſiones diverſ. recollect. per Palm. Nepot. dict. dec. 281. num. 105. Rot. Rom. coram Coccin. dict. dec. 2342. n. 58. Cerill. di 9. dec. 136. num. 14. & dec. 190. num. 25. Bich. deciſ. 633. n. 11. Zarat. dict. dec. 73. num. 25. in rec. dict. dec. 388. num. 15. part. 13. dec. 100. num. 8. & d. dec. 465. num. 38. part. 19. poſt D. Conſtantin. ad Stat. Urbis d. dec. 123. num. 19. & penes Caſtald. dict. conſult. 199. num. 28. & ſeq. & apud Manſ. conſult. 342. n. 42. aliiſque relatis in 1. dec. hujus Cauſæ 535. n. 67. part. 24. & in 2. dec. 31. n. 15. part. 18. rec.*

Et ita Utraque &c.

ARGUMENTUM.

Legitimitas, an, & quando præſumatur, & quando veniat probanda.

SUMMARIUM.

1 *Legitimitas tanquam accidens nihil prodeſſe poteſt, deficiente ſubſtantia filiationis.*

2 *Quando agitur de avocandis bonis à tertio poſſeſſore, etiam probata filiatione, eſt concludenter probanda legitimitas, nec ſufficit præſumptio, ex filiatione reſultans.*

3 *Deciſiones in contrarium allatæ declarantur.*

4 *Probata filiatione, præſumitur legitimitas, vel ſaltem facilius probatur, quando non agitur de probanda legitimitate collitigantis, ſed ejus Authoris.*

5 *Præcipuè in antiquis.*

6 *Sed non procedit, quando Fideicommittens ordinavit ſucceſſionem pro deſcendentibus natis ex vero, & legitimo matrimonio, expreſsè excluſis legitimatis per ſubſequens, pluriesque id repetiit, nam tunc legitimitas debet in omnibus gradibus probari.*

7 *Etiamſi qualitas legitimitatis, omiſſa fuerit in aliis partibus teſtamenti.*

8 *Vocatio legitimi, comprehendit legitimos ab illegitimis deſcendentes.*

9 *Maximè in defectum.*

10 *Declara id procedere, quando Teſtator expreſsè non deſideravit legitimitatem in omnibus gradibus.*

11 *Defectus legitimitatis obſtans Patri, obeſt etiam filio, quamvis legitimo ex natione, de qua ibi.*

12 *Legitimitas ex antiquitate temporis non præſumitur, quando ſunt adminicula in contrarium.*

13 *Maximè ſi nullum concurrit adminiculum legitimitatis indubitatum.*

14 *Legitimitas probatur per matrimonium contractum, ſive verum, ſive præſumptum.*

15 *Requiſita matrimonii præſumpti, ſunt cohabitatio, & fama vicinia, & aliorum, qui noſcant Conjuges præſumptos, quodque ſciant quod iſti inter tales ſe ſe tractaverint.*

16 *Teſtes deponentes de legitimitate etiam apud omnes reputata, neceſſe eſt, ut in extantes ſpecificent actus, & tractamenta, quorum rationem ſic afferant, & quomodo id communiter reputetur, aliàs non probant.*

DE-

DECISIO XXX.

EXcluſa, ex hoc uſque deductis filiatione Franciſci, ſuperfluum eſſet diſputare de illius legitimitate, iſta enim tanquam accidens niſi per ſeſe poteſt, deficiente ſub-
1 ſtantia filiationis, ut in ſpecie advertunt *Palm. Nep. alleg. 148. n.16. verſ. ex quibus liquet. Caſald. conſult. 199. numer. 11.*, ubi plures refert, *ibiq. Rot. n.37.*, ubi alios adducit *conſult. 102. numer. 27. & conſult. 119. n.13. in rec. deciſ. 347. n.44. par. 11. & dec. 388. n.16. & 17. par. 13.*

Verum aſſumentes etiam Domini hujus exceptionis relevantiam, recognitum fuit non ſubſiſtere id, quod dicitur in contraria *deciſione n.147.*, quod ſcilicèt probata filiatione, legitimitas præſumatur, hoc enim forſan procedere poſſet, quando quis eſſet reus, & poſſeſſor, vel in quaſi poſſeſſione legitimitatis, aut ageretur ſolùm de re honorifica, Sed quando ſumus in Actore, bona à tertio vindicare prætendente, & ipſe non docet ſe conſtitutum in quaſi poſſeſſione legitimitatis, in his terminis certum eſt, etiam probata filiatione, legitimitatem eſſe concludenter
2 probandam, nec habens tale onus ab eo relevari poteſt, ex illius præſumptione, ut communitèr firmant *Neguſan. in Sylv. Reſpon. quæſt. 196. ex n.16. uſq. ad fin.*, ubi miratur, quod in re alioquin clariſſima aliqui potuerint allucinari. *Baldas. ad Roman. conſ. 11. n.46. & pluribus ſeqq. & n.56. Illuminat. Maran. reſp. 66. n.51. verſ. ſed advertas. Maſcard. de Probat. concluſ. 799. n.9. & ſeqq. Petra de Fideicom. quæſt. 11. num. 473. & ſeqq. De Luc. de Fideicom. diſc. 193. n. 17. & 18. de Angel. de Confeſſ. tom. 1. lib. 1. quæſt. 7. num. 48. De Luc. de Lineæ legal. lib. 3. art. 13. num. 10. Paccon. de Probat. lib. 2. cap. 16. num. 59. Rot. Bonon. diverſ. dec 163. num. 9. Rot. Marchiæ apud Gratian. dec. 89. num. 11. & 12. Rot. coram Coccin. d. deciſ. 1341. ex numer. 56. Cavill. deciſ. 190. numer. 24. Priol. dec. 330. num. 15. Emerix. junior. dec. 969. num. 3. 4. & 5. in rec. dec. 105. n.1 part. 9. & dec. 114. n.3. part. 10. & in dec. hujus cauſæ 333. n.72. & 73. part. 14.*

Nec contrarium dicunt *deciſiones editæ in celebri cauſa Parmen. Status*, quia in caſu dictarum deciſionum, non fuit proceſſum cum ſimplici præſumptione, ſed fuit canonizata legitimitas, poſtquam ter Rota cenſuerat, conſtare de matrimonio ſine coarctatione temporis, aderat in eadem cauſa teſtis de viſu ſuper matrimonio, & procreatione filiorum
3 poſt matrimonium, pluresque alii teſtes, & urgentia adminicula concurrebant, & ſignantèr ſucceſſio in caſtris, & juriſdictionibus, in quibus ſuccedere non poterant legitimati, ut videre eſt, in *dec. 16. part. 3. rec. aliiſque deciſionibus ejuſdem Cauſæ*, quæ cum deficiant in caſu noſtro, & plura in contrarium urgeant, deciſiones præfatæ non ſunt hypotheſi noſtræ applicabiles, ut explicando eaſdem deciſiones, benè in individuo proſequitur *dec. Ravennaten. coram Cardinali Cavallerio impreſſa apud Bertach. Vol. 120. n.7. & 8. & diſt. dec. 969. n.3. cum duab. ſeqq. coram Emer. jun.*, ubi quod contraria non procedunt, quando agitur de evocandis bonis à tertio.

Prout non obſtat, quod hodie non agitur de probanda legitimitate Nicolai, qui abſque ulla controverſia eſt legitimus, ſed ipſius Auctoris, quo caſu probata filiatione, intrat præſum-
4 ptio pro legitimitate, vel ſaltem iſta facilius probatur *Gratian. diſcep. 468. n.37.*
5 maximè quando ſumus in antiquis *Grat. diſcept. 969. n.5. Peregrin. de fideicom. art. 45. n.71. Maſcard. de Probat. d. concluſ. 799. num. 15. De Luc. de fideic. diſcurſ. 193. n.19.*

Quoniam, cum fideicommittens ſuccedere voluerit deſcendentes natos ex vero, & legitimo matrimonio, cum expreſſa excluſione legitimatorum, etiam per ſubſequens, pluriesque id in te-
6 ſtamento repetierit, legitimitas debet probari in omnibus gradibus, plenè *Rot. cor. Coccin. ſæpe laudata dec. 1341. n.51. & ſeqq.* ubi plurimi concordantes, *& apud Baldas. dec. & rer. judic. tit. 3. dec. 10. n.8.* ubi etiam ſi qualitas legitimita-
7 tis volita fuerit in aliis partibus teſtamenti, & in hac cauſa pro veritate

ſcri-

ſcribens ad inſtantiam legitimatorum
Rodolphin. alleg. 15. ſub n. 14. §. Quibus
hinc inde, & per tot.

Atque hinc patebat reſponſio ad
objectum, quod vocatio legitimi com-
prehendat legitimos ab illegitimis de-
ſcendentes, ut firmat *Alex. Tertius,*
8 olim in hac ampliſſima Rota in ſecun-
do triennio, poſt illius erectionem Au-
ditor emeritus *inter conſilia ultima-*
rum voluntatum diverſ. conſ. 162. ſub
num. 12. verſ. attamen cum pluribus ſeqq.
& n. 34. & ſeqq. tom. 1. Rot. Januen. apud
Baldac. dec. & rer. judicat. tit. 3. dec. 9.
num. 106. & ſeq. & n. 108., ubi quod
id maximè procedit in defectum, *Rot.*
9 *Ferrarien. ibidem dec. 22. n. 13.* aliique
plures relati in *d. dec. 10. n. 4. apud eun-*
dem. Quia hoc procedit, quando non
conſtat de voluntate teſtatoris, quod
10 voluerit ſuccedere deſcendentes, qui
haberent qualitatem legitimitatis in
omnibus gradibus, ut explicat. *Rot.*
Rom. apud Baldac. dec. & rer. judicat.
tit. 3. dict. dec. 10. n. 8.

In his enim terminis potiùs proce-
dendum eſt cum alia theorica, quod
defectus legitimitatis obſtans Franciſco
ſi viveret, obſtare etiam debeat Nico-
lao, quamvis ipſe ſit legitimus, quia
11 tanquam à radice infecta deſcendens,
vitium, quod eſt in radice, influit in
omnes illius palmites *Nogueral. alleg. 9.*
n. 26. De Luc. de lin. legal. tom. 1. art. 8.
ſub n. 63. verſ. ampliatur in filius legi-
timis, & naturalibus. Antunez de Donat.
lib. 3. cap. 18. n. 36. & ſeqq. Torr. de
Primogen. Ital. tom. 1. cap. 28. §. 6. n. 109.
& plurib. ſeqq. Senatus Granaten. apud
Larr. dec. 34. ſub num. 63. verſ. cum ſe-
mel illegitimus. Rot. Rom. apud Baldac.
dec. & rer. judicat. tit. 3. de Legat. & fi-
deicom. d. dec. 10. n. 18. & ſeqq.

Quo vero ad temporis antiquita-
tem, illa pariter prodeſſe non poteſt ad
legitimitatem præſumendam, quia cum
Rainerius Pater, Franciſco excluſo,
aliis renunciaverit fideicommiſſa, ad
quę ipſe ſi eſſet legitimus fuiſſet voca-
tus, alii conſanguinei, quoties venit ca-
ſus ſucceſſionis ad excluſionem ejuſ-
dem ſucceſſerint, In venditionibus à
Papa permiſſis cum conſenſu vocato-
rum, nunquam Franciſci conſenſus re-
quiſitus fuerit, aliique ſimiles actus geſti
fuerint, qui in ejus præjudicium fieri
non potuiſſent, ſi ipſe filius Rainerii
legitimus extitiſſet, Hinc concurren-
tibus præſumptionibus, & conjecturis
filiationis excluſivis, ſupradicta præ-
ſumptio ex antiquitate temporis de-
ſumpta ceſſat, cum iſta nunquam locum
habeat, quoties adminiculativè conſtat
12 de contrario, ut benè in ſpecie decla-
rant *Baldac. ad Roman. d. conſ. 22. n. 60.*
De Luc. de fideicom. diſcurſ. 193. num. 19.
in fin. Giurb. de Succeſ. feud. cap. 118.
§. 1. gloſ. 9. ſub num. 30. Rot. Bononien.
apud Barz. dec. 3. ſub n. 27. verſ. patet
ergo ex prædictis. Rot. Ferrarien. apud
Baldac. dec. & rer. judicat. tit. 3. dec. 22.
num. 12 Rot. Rom. coram Zarat. dec. 25.
num. 51. & apud Bertach. Vot. 130. n. 25.

Potiſſimè, quia nullum concurrit ad-
miniculum legitimitatis indicativum;
non enim probatur, quod in mundo
extiterit Cleria aſſerta Conjux, nec
13 Matrimonium inter ipſam, & Raine-
rium contractum, neque verum, neque
14 præſumptum, qui duo ſunt modi pro-
bandi legitimitatem. *Gigas conſ. 38. n.*
106. Ruinald. jun. conſ. 733. n. 1. &
pluribus ſeqq. Altimar. ad Rovit. conſ. 2.
num. 24. lib. 1. Cyriac. contro. 601. n. 12.
Giurba de ſucceſ. feudal. cap. 118. §. 1.
gloſ. 9. n. 37. Rota Marchiæ apud. Grat.
dec. 89. n. 16. & 17. Non conſtat, quod
Rainerius, & Cleria Reini inſimul co-
habitaverint tanquam Conjuges, &
uti tales ſe, ſe tractaverint, quodque
15 hæc eſſet fama viciniæ, aliorumque om-
nium, qui eos noverant, quæ ſunt
conditiones, ſeu requiſita matrimonii
præſumpti, ut habetur apud *Gigaſ. d.*
conſ. 38. n. 106. Ruinald. jun. dict. conſ.
733. n. 1. & ſeqq. Peregrin. conſ. 16. n. 4.
lib. 3. Camill. Medic. conſ. 3. n. 88. lib. 2.
Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 6. n. 10. &
cap. 26. num. 44. & ſeqq. Trentacinq.
Var. Reſol. lib. 1. tit. 1. de filiat. n. 15. in
fine. Paſchal. de pat. poteſt. part. 2. cap. 2.
num. 38. & 39. Novar. in prax. Elect. &
Variat. for. quæſt. 10. num. 13. verſ. inde
in praxi.

Nec ad hunc effectum, quidquam
prodeſſe potuerunt ſolùs teſtes Savo-
næ informiter examinati, aſſerentes
Franciſcum fuiſſe filium legitimum, &
naturalem Rainerii, & Cleriæ, natum
conſtante inter eos matrimonio, &

pro

pro tali ab omnibus reputatum, & tractatum. Quia ad probandam legitimitatem, non ſufficit, quod teſtes aſſirment, aliquem eſſe filium legitimum, & naturalem, & pro tali ab omnibus tractatum, ac reputatum, ſed neceſſe eſt
26 quod actus, & tractamenta eorum aſſertionis, & communis reputationis ſpecificent, aliàs nihil probant, in puncto *Ramon. conſ. 22. n. 28. verſ. manifeſtum eſt autem. De Pont. d. conſ. 3. n. 88 lib. 2. Cyriac. d. contr. 600. ſub num. 9. & d. contr. 603. n. 31. & duobus ſeqq.*

Et ita, omiſſis aliis tanquam levioris ponderis, nullamque reſponſionem merentibus, concluſum fuit, utraque parte acerrimè informante, &c.

ARGUMENTUM.

Juxta celebrem Theoricam *Coman. in l. cum ita §. In Fideicommiſſo ff. de leg. 2.* deciditur pro excluſione fideicommiſſi reſpectu collectivo nomine vocatorum, pluribuſque conjecturis pro ejuſdem theoricæ limitatione ſingillatim reſolutis, præcipuæ eamdem confoventes latè, diffuſeque deducuntur.

SUMMARIUM.

1 *Non exiſtente credito immiſſio non conceditur.*

2 *Subſtitutione ordinata ſub nomine collectivo abſque ullo adjuncto, aut verbis tractum futuri temporis indicantibus, bona non tranſeunt de perſona in perſonam ex collectivè vocatis, ſed primo admiſſo, cæteri tamquam per vulgarem vocati excluſi remanent.*

3 *Maximè quando vocatio eſt facta nomine collectivo quidem plurium Perſonarum, ſed non graduum, nempe ſub nomine* filiorum.

5 *Verbum* Deſcendentes *etiam de per ſe adjectum, ſi non eſt munitum Clauſulis, tractum temporis futuri denotantibus, ſubſtitutionem vulgarem tantum, non fideicommiſſariam importat.*

Et eo magis ſi ſit conjunctum cum verbo filii *abſque copula, &, quia tunc cenſetur ſtare adjectivè, & qualificativè* num. 4.

6 *Et prætendens fideicommiſſum præcipuè favore tranſverſalium tenetur plenè, & concludentèr probare expreſſam voluntatem teſtatoris, ſeu ſaltem tacitam ex urgentibus conjecturis demonſtrare.*

7 *Verbum* linea *de ſui natura colligit plures perſonas, & gradus uſque in infinitum.*

8 *Et deſcendentes ex aliquus linea cenſentur vocati nedum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam.*

9 *Decl. procedere tantùm, ubi talia verba* deſcendentes ex linea *ſtant de per ſe, & per modum ſubſtantivi complectentis alias perſonas, non tamen ubi ſtant adjectivè, & qualificativè ad perſonas filiorum, quo caſu demonſtrant tantùm originem vocatorum, nec fideicommiſſum extendunt.*

10 *Et etiam verbum* linea, *quod aptum eſt operari vocationem, non ſolum filiorum, ſed nepotum, & pronepotum, aliorumque deſcendentium, intelligendum tamen eſt per vulgarem, non per fideicommiſſariam.*

11 *Cum vocatio per nomen collectivum plurium perſonarum, & graduum ſatis operetur per vulgarem inter plures exiſtentes de tempore delatæ ſucceſſionis.*

12 *Et contraria procedunt, concurrentibus in oppoſitum aliis conjecturis.*

13 *Licèt omnes de linea ſint vocati, non omnes cenſentur gravati alios reſtituere.*

Cum ab honore vocationis non inferatur ad gravamen reſtitutionis, ibid.

14 *Verbum* linea *ſimplicitèr adjectum operatur tantùm favore perſonarum unius gradus, nempe filiorum, aut nepotum, vel pronepotum, & ſic deinceps, ſi in primis, vel in ſecundis, aut cæteris concurrat voluntas, vel impotentia ſuccedendi.*

Et aliquando juxtà ſubjectam materiam coarctatur ad filios primi gradus tantùm, ibid.

15 *Dictiones* à tal tempo, & in tal caſo *reſtringunt diſpoſitionem ad caſum præcedentèr expreſſum.*

16 *Subſtitutio talibus verbis determinata reputatur vulgaris, & admittuntur ad ſucceſſionem tunc temporis ſuperſtites.*

17 *Deſiderium Teſtatoris conſervationis perpetuæ bonorum in familia, eorumque alienationis prohibitio oſtendunt vocatos fuiſſe deſcendentes per fideicommiſſum, unum poſt alium.*

18 *Limita ubi, & prohibitio alienationis,*

&

& ratio ſuperaddita dirigantur ſolummodò ad aliquarum ſubſtitutionem.

19 Perpetuitas fideicommiſſi uni gradui adjecta, & in uno genere Perſonarum voluta, in alio repetita non cenſetur.

20 Verba importantia perpetuum fideicommiſſum in deſcendentibus non cenſentur repetita in transverſalibus.

21 Eò magis prohibitio alienationis cum ratione conſervandi bona in familia coarctatur ad caſus tantùm expreſſos, ſtantibus dictionibus dicti, & ut ſupra, quæ de ſui natura fideicommiſſum non extendunt, quando agitur de recedendo à theorica Cumani.

22 Prout generalitèr omnes dictiones relativæ ad ſupra nominatos, reſtringunt fideicommiſſum ad Perſonas ſuperiùs vocatas.

23 Ratio conſervationis, & prohibitio alienationis Bonorum, quamvis omnes reſpiciat, ſi eſt acceſſoria, & conſequentiva ad fideicommiſſum antea ordinatum, ejus cenſuram non immutat, ſed operatur reſpectivè pro modo, & forma, quibus vocati ſunt, vel per fideicommiſſariam, vel per vulgarem, ubi adducuntur auctoritates generales, & ſpeciales loquentes de theorica Cumani.

24 Quoties verba operari poſſunt abſque inductione novi Fideicommiſſi, ſic interpretari debent, ne fideicommiſſa multiplicentur.

Facultas alienandi bona pro dote arguit exiſtentiam fideicommiſſi, ſed non perpetuitatem, ſi poteſt reſtringi ad certas Perſonas, & eſt compatibilis cum vulgari, ibidem.

25 Prohibitio alienationis, quæ reſpectu deſcendentium per vulgarem evanuit, facit evaneſcere permiſſionem alienandi ex cauſa dotis, appoſitam limitativè ad prohibitionem præcedentem.

26 Onus Miſſarum perpetuò injunctum arguit, vocatos in teſtamento fuiſſe per fideicommiſſum ſucceſſivum, & perpetuum ſubſtitutos.

27 Contra, quando tale onus injunctum eſt indeterminatè.

28 Quia tale onus, quando non eſt impoſitum certis, & determinatis perſonis, veluti reale, valet tranſire in quemlibet ſucceſſorem, in quem ex perſona admiſſi per vulgarem bona pervenerint.

29 Deciſio contraria explicatur.

30 Privatio hæreditatis injuncta contravenienti, etiam poſt longiſſimum tempus, & ſubſtitutio alterius indicat, iſtam per vulgarem, non per fideicommiſſum factam fuiſſe.

31 Ordo per prius, & per poſterius, inter maſculos, & fœminas diſpoſitus, importat fideicommiſſariam ſubſtitutionem.

32 Nec non Clauſula vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommiſſum, in ſtirpes, & non in capita, & ordine ſucceſſivo.

33 Limita, quoad ordinem per prius, & per poſterius, qui, ſi aliter non conſtet de voluntate teſtatoris, benè impleri poteſt per vulgarem, nec debet trahi ad fideicommiſſum.

34 Et quando poſſet importare fideicommiſſum, intelligeretur quoad primo vocatos tantùm, ut gravati dici poſſint, non quoad ſecundos.

35 Clauſula, volgarmente, pupillarmente, e per fideicommiſſo, in ſtirpe, e non in capita, e con ordine ſucceſſivo, quando importare poſſent fideicommiſſum, illud importarent inter Deſcendentes Teſtatoris, ſed non inter transverſales.

36 Clauſula, vulgaritèr, pupillaritèr, & per fideicommiſſum, quandò ineptè deprehenditur appoſita, putà reſpectu tranſverſalium, pro quibus non eſt verificabilis, cenſetur adjecta de Stylo imperiti Notarii, & nihil operatur pro receſſu à Theorica Cumani.

37 Et quatenùs de mente Teſtatoris appoſita, non alterat naturam ſubſtitutionis vulgaris.

38 Deciſio in contrarium explicatur latè.

39 Clauſula, ordine ſucceſſivo, ſi non eſt munita ſufficientibus conjecturis pro inducendo fideicommiſſo perpetuo, ſatis operatur inducendo ſucceſſionem per vulgarem.

40 Clauſula, in ſtirpes, & non in capita, ſatis operatur in concurſu Nepotum cum Patruo, & ob id cenſetur à Teſtatore appoſita.

41 Et ideo non valet ſumi ad prorogandum fideicommiſſum paſſivum, cum ſuaptè natura deſignet ſucceſſionem in caſum alterius vocationis.

42 Sola legitimitas nullam inducit conjectu-

rem perpetuitatis Fideicommiſſi pro receſſu à Theorica Cumani, *quando teſtator non curavit conſervationem Agnationis.*

43 *Etiam ſi adjecta fuerit dictio,* ſemper, *quia non per hoc ſubſtitutionis vulgaris natura valet immutari.*

44 *Cum dictio,* ſemper, *& ſimiles perpetuitatem denotantes intelligantur juxta ſubjectam materiam, nec porrigantur ad caſus, & perſonas diverſas ab illis, quibus appoſita ſunt.*

45 *Immò dictio,* ſemper, *non ſemper tempus denotat, ſed aliquando refertur ad omnes caſus vulgaris.*

46 *Et ſi non ſuit adjecta in principio, vel fine diſpoſitionis per viam regulæ generalis, ſed relativè ad caſum certæ qualitatis in ſubſtitutis requiſitæ inſervit tantum pro ejuſmodi qualitatis determinatione, & intelligitur dependenter ad eam.*

47 *Verba prohibitionis reſpicientia tantùm Perſonas, non bona inducunt Fideicommiſſum merè perſonale.*

48 *Etiamſi fideicommiſſum eſſet in rem conceptum.*

49 *Ratio conſervandi Bona in Agnatione dictæ prohibitioni adjecta, quamvis in verbis ſit realis, ſi ſit continuativa, & acceſſoria prohibitioni perſonali, inducit naturam merè perſonalis.*

50 *Ratio enim conſervationis conſecutiva, quæ realis non apparet, non valet augere numerum perſonarum vocatarum, & novum, & diverſum fideicommiſſum inducere.*

51 *Fideicommiſſum reale dependens à conditione exiſtentiæ perſonarum ſupra vocatarum ceſſat, ſi illa deficiat.*

52 *Nec pro recedendo à Theorica Cumani attenditur obſervantia, in iis enim, quæ Juris ſunt, obſervantia non attenditur.*

53 *Maximè ſi non appareat uniformis, & inconcuſſa, nulloque actu contrario debilitata.*

54 *Actus enim difformes, licèt plurimi, pro inducenda obſervantia non attenduntur.*

55 *Et ſufficit unicus actus in contrarium.*

56 *Obſervantia, ut proſit pro inducendo Fideicommiſſo, neceſſe eſt, ut actus, ex quibus reſultat, ſint proximi teſtamento, & geſti ab iis, qui poſſint eſſe informati de mente teſtatoris.*

57 *Ex conjecturis in ſuo genere imperfectis, & nihil concludentibus, etiamſi ſimul jungantur, non reſultat probatio, nec receſſus à Theorica Cumani.*

58 *Si aliqui vocati fuerunt ſub conditione ſupervenientiæ, quibus alii fuerint ſubſtituti ſub conditione non exiſtentiæ, cenſetur quoad iſtos ordinata tantùm vulgaris ſubſtitutio.*

59 *Eoque magis ſtantibus dictionibus —* tali tempore, *aut,* tali caſu, *reſtringentibus ſucceſſionem ad tempus determinatum mortis antea ſubſtituti.*

60 *Quæ dictiones appoſitæ continuativè inter ſubſtitutiones, quas conjungunt, operantur, ut omnes regulari debeant à tempore in prima ſubſtitutione expreſſo.*

61 *Verba,* non exiſtentibus, *in dubio potiùs determinatè, quàm indeterminatè cenſentur appoſita.*

62 *Quando vocatio ob non exiſtentiam eſt reſtricta ad caſum, & tempus mortis alicujus, hic dicitur gravatus tantum per vulgarem reſpectu alteriùs ſubſtituendorum, itaut ſi tempore mortis illius caſus non exiſtentiæ non evenerit, gravamen expiret.*

63 *Si gravamen eſt reſtrictum ad unicum ſubſtitutum pro certo tempore, & caſu, ſubſtituti ſubſequentes cenſentur activè eidem ſubſtituti, non paſſivè inter ſe gravati.*

64 *Filii ex deſcendentibus fœminis teſtatoris cenſentur deſcendentibus ex tranſverſalibus prædilecti.*

65 *Stante præcipue priori eorum nominatione, & prælativa vocatione.*

66 *Verbum,* figliuoli, *non eſt aptum referri, niſi ad filios primi gradus.*

67 *Præſertim in Civitate Florentiæ, ſtante conſuetudine, quod ſub nomine filiorum non veniant nepotes.*

68 *Vocatio filiorum non importat, niſi vulgarem ſubſtitutionem.*

69 *Per vulgarem ſi vocati ſint deſcendentes, & proximiores magis dilecti, hoc modo etiam, & non per fideicommiſſariam cenſentur vocati tranſverſales, & remotiores minus dilecti.*

70 *Vulgaris cenſetur ſubſtitutio, & non fideicommiſſaria, ex quo ubi voluitum fuit fideicommiſſum, expreſsè cum verbis nullam dubietatem involventibus fuit dictum.*

71 Con-

71 *Verbum, chiamò, directum reputatur.*
72 *Et quando verbis directis Teſtator in ſubſtitutione utitur, ea præſumitur vulgaris.*
73 *In materia fideicommiſſi, & receſſus à theorica* Cumani *conjectura validiores ſunt attendendæ.*
74 *Et quæ foveant regulam Juris fideicommiſſorum excluſivam.*
75 *Et ſi fideicommiſſum reducitur ad dubietatem, ſemper agentes ad fideicommiſſum, & pro receſſu à dicta theorica ſunt excludendi.*
76 *Siquidem in odium fideicommiſſorum, quæ ſemper excludi debent, & nunquam à dicta Theorica recedi.*
77 *Maxime in Civitatibus Mercantilibus, prout Florentia, ubi ſæpiſſimè judicatur contra fideicommiſſum, & receſſum à dicta theorica.*

DECISIO XXXI.

IN Supremo ſuæ voluntatis elogio Cammillus della Nave univerſales inſcripſit hæredes Julianum, Laurentium, & Cyprianum Filios ſuos, eorumque Filios maſculos legitimos, & naturales in infinitum, illiſque defectu Filias fœminas immediatè ex maſculis progenitas, ultimèque earum primo loco ſuccedere voluit Filios, & deſcendentes maſculos Franciſci Fratris, & ſubindè hæreditatis ſuæ fruitionem conceſſit Filiis maſculis Fœminarum ſuæ lineæ, illiſque non exiſtentibus, Filios deſcendentes maſculos prælativè, & ſubſidiariè Fœminas lineæ ejuſdem Franciſci ad ſucceſſionem invitavit.

Patis functo Teſtatore, totaque ipſius deſcendentia maſculina extincta, exorta fuit controverſia inter RR. Patres Ven. Conventus SS. Annunciatæ Civitatis Florentiæ, hæredes Cypriani ultimi maſculi Fideicommittentis, & Catharinam filiam Franciſci, nec non Franciſcam, Brigidam, & Annam Mariam ejuſdem Franciſci ex Matthæo Filio Neptes prætendentes ſe vocatas ad Fideicommiſſum, & poſt grave litigium favore Fœminarum pro duratione Fideicommiſſi terminatum ex rationibus adductis in motivo *diei 18. Maji 1667. lib. mot. 126. fol. 429.* non obſtantibus in contrarium allegatis per *Altegrad.* tunc in cauſa ſcribentem *controverſ. 55. contr. 56. & contr. 57.* anſam dedit, ut ſuper illius purificatione acrior inſtrueretur lis inter Gabrielem Durazzinum dictæ Catharinæ Filium, ad cujus requiſitionem *ſcripſit Card. de Luca*, ut in ejus *diſcurſu 233. de Fideicom.*, & præfatas Franciſci Neptes, quæ ſub die 23. Martii 1670. deciſa fuit, aſſignata de conſenſu Partium medietate hæreditatis Gabrieli, & alia medietate prædictis Fœminis.

Conſolidata hoc modo medietate hæreditatis in Filiabus Fœminis Matthæi deceſſit una ex eis, nempè Anna Maria relictis poſt ſe ex primo matrimonio Leandro, & Iſidoro Monacis Vallumbroſanis, & ex ſecundo Joſeph Fioravante, cui ab inteſtato ſucceſſit Joannes Bartholomeus Pater; contra quem judicium inſtituerunt Monaci præfati petentes immiſſionem ad effectum ſe ſatisfaciendi de annua præſtatione ſcutorum 36. eis in Teſtamento relictis, cauſæque momentis accuratè diſcuſſis pro denegatione immiſſionis Supremo Magiſtratui uniformitèr referendum eſſe cenſuimus.

Moti fuimus ad ita referendum, ex eo quod onus ſolvendi quolibet Anno ſcuta 36. Perſonis, quæ ingredi vellent Religionem, fuit injunctum à Cammillo della Nave Fideicommittente vocatis ad fideicommiſſum, correſpectivè ad emolumentum, & in recompenſationem excluſionis Religioſorum; Undè cum Fideicommiſſum, de quo agitur in perſonis Franciſcæ, Brigidæ, & Annæ Mariæ expiraverit, nec ex parte Monacorum probetur in earum deſcendentibus ulteriorem progreſſum habere debere, ſicque nullum emolumentum à Fideicommittente receperit Joannes Bartholomeus, qui ab inteſtato ſucceſſit Joſepho Filio hæredi pariter inteſtato Annæ Mariæ ejus matris; & nulla recompenſatio ſperari poſſit à RR. PP. Leandro, & Iſidoro, qui nullam excluſionem à Fideicommiſſo paſſi ſunt, hinc ſequitur, quod

 de-

deficiente legato, ceſſet etiam creditum Monacorum, ſine quo immiſſio
1 concedi non poteſt *Rot. coram Priol. dec.9. n.8. & dec.455. n.1. & in rec. dec. 391. n.1. & 12. part.18.*

Deficere autem Monacos præfatos in ſalutari pluſquam patens eſt. Ex parte enim Rei conventi obiiciebatur regula, quod ordinata ſubſtitutione ſub nomine collectivo abſque ullo adjuncto, aut verbis tractum futuri temporis indicantibus, bona tranſire non debent de uno in alium ex perſonis ſub dicta collectiva vocatione comprehenſis, ſed primo admiſſo cæteri tam-
2 quàm per vulgarem vocati excluſi remanent, juxta famigeratum reſponſum Cumani in l. cum ita 33. §. *In fideicommiſſo n.4. ff. de legat.2.*, quod ſequuntur *de Luc. de Fideic. diſc 91. n.2. & 3. Senatus Niciens. apud Baldass. ad Roman. dec.90. n.2. tom.4. Rot. noſtra apud Urceol. dec.13. num.10. & dec.19. num.20. Rot. coram Merlin. dec.250. num.3. Coll. dec.145. n.17. & in rec. dec.241. num.2. part 17. & dec.349. n.1. & 2. part.19. & poſt de Luc. dec.63. n.1. & ſeqq. & in Monti ſ. ſuper Conſtit. legal. dec 11. n.9. & dec 12. n.1. & ſeqq. & poſt Albet. de Inconſtant. in Judic. dec.26. n.1. & dec.36. eadem num.1.*

Potiſſimè quia Teſtator uſus non eſt verbis collectivis plurium perſonarum, & graduum, quales ſunt liberi, poſteri, deſcendentes, & ſimiles, ſed indefinito nomine *Filiorum* appellativo, ſive collectivo plurium Perſonarum, ſed non plurium graduum, ibi - *chiamo le Figliole deſcendenti in primo luogo maſchi, e poi le femmine della linea di detto Franceſco* - Quibus ſtantibus eò
3 magis ſubſtitutio judicanda venit facta per vulgarem, ut obſervant *Menoch. conſ.1155. n.18. & ſeq. Rodenaſch. conſ. 10. n.15. & conſ 54. n.14. Manſ. conſult. 66. n.2. & 3. & in alia Cauſa Florentina conſult.702 n.19. Menoch.lib.4. præſumpt. 92 n.28. Caſtill lib.5. contr.110. n.17. & ſeqq. Cancer. Variar. par.1. cap.1. numer. 116. & ſeqq. Peregrin. de Fideic. art.18. n.4. & ſub n.21. & art 19. n.26. & ſub n.28. Faſar. de Subſtitut. quæſt.38 1 num.41. De Luc. de Lineâ Legal. lib.1. art.15. n.16. & ad Franch. dec.633. numer. 21. verſ. eſt profectò. Rot. noſtra apud Urceol. dec.13. n.14. Rot. Romana coram Ubald. Sen. dec.33. n.2. & 3 Coraller. dec 496. n.4. in rec. dec.357. n.3. par.1.*

Et licet ultra verbum, *filios*, Teſtator adhibuerit aliud efficacius, nempe *deſcendentes*, quod tamquam collectivum, & habens in ſe tractum ſucceſſivum comprehendere dicebatur omnes deſcendentes in infinitum, Tamen ultra quod in præſenti hypotheſi verbum *deſcendentes*, nihil plus operari poteſt, cum non ſit appoſitum de per ſe, nec
4 cum verbo, *figli*, mediante copula *et*, ſed adjectivè, & qualificativè, ibi - *chiamo le Figliole deſcendenti &c.* Ceſſat difficultas, quia verbum, *deſcendentes*, etiam de per ſe adjectum, quoties non eſt aſſociatum, & munitum clauſulis tractum temporis in futurum denotantibus, vulgarem tantum, non fi-
5 deicommiſſariam importat *Gratian. conſ.97. num.32. & 44. lib.1. Rodenaſch. conſ.10. n.20. & ſeqq. Manſ. conſult.63. n.2. & ſeqq. & conſult 131. n.8. & pluribus ſeqq. Roſa conſult.42. ex n.3. Rodolphin. alleg 104. n.7. Marta de Succeſſ. Legal. par.4. quæſt.24. artic.1. num.14. & art.2. ſub n.3. Cancer. Variar. Reſol. par.2. cap.3. n.122. Molin. de Primogenit. lib.1. cap.5. num.27. verſ. ſecundò ad ipſum. De Luc. de Lineâ Legal. lib.1. art.15. n.16. Torr. de Primogenit. tom.2. quæſt.36. num.6. fol. mihi 172. Senatus Mantuanus apud Sord dec 346. num.18. Baldass. deciſ. & rer. judicat. tit 3. de legat. & fideic. dec.6. n.2. & 9. Hieronymus Maſſinus Concivis meus in ſua deciſ. Genuen. impreſſa apud eundem d. tit.3. deciſ.49. n.3 Rot. noſtra apud Urceol. deciſ.13. n.13. & dec 19. num.20. & ſeqq. Rot. Romana coram Arguell. dec.34. n.8. in rec dec.357. n.2. par.1. dec.366 n.9. par.4. tom.2. dec 242 num.1. par.17 & dec.349. n.2. & 2. par.19. & poſt De Luc. de Fideic dec.47. n.1. Romana Fideicommiſſi 20. Junii 1698. §. Non obſtante, coram Caprara, & in Romana Fideicommiſſi 3 Junii 1707. §. Hinc Domini, coram R.P.D. meo Anſaldo.*

Poſita autem regula Theoricæ Cumani aſſiſtente, Defenſores Monacorum, qui Fideicommiſſum prætendunt, gravantur onere plenæ, & concludentiſſimæ probationis, quodque voluntas

Te-

Teſtatoris, vel ſit expreſſa, vel ſaltem
6 reſultet ex conjecturis admodum urgentibus, & vehementiſſimis, maximè quando non agitur de inducendo, ſeu extendendo Fideicommiſſo favore deſcendentium Teſtatoris, ſed de illius extenſione favore collateralium, & extraneorum, in ſpecie *Manſ. conſult.131. ſub n.19. & 20. Palm. Nep. alleg.46. n.74. alleg.47. n.59. num.73. §. Adeò, & n.74. alleg.48. n.13. Andreol. contr.200. n.4. in fin. Urceol. in 3. Append. ad conſult.81. n.27. Barbat. de Fideic. par.2. cap.10. in fine. Card. de Luc. de Fideic. diſc.91. n.15. diſc.92. n.3. & diſc.94. ſub n.9. De Luc. de Linea Legal. lib.1. art.15. num.29. verſ. ad hoc non branores, & ad Franch. dec.633. num.11. in fine verſ. differentiam Senatus Mantuani apud Surd. d. dec.346. ſub num.19. verſ. ſimiliter non movet. Senatus Delanus apud Grivell. dec.115. n.33. & 39. Rot. noſtra apud Urceol. dec.19. n.14.*

Cujus ponderis nobis viſæ non fuerunt conjecturæ pro parte Monacorum adductæ. Prima enim deſumpta ex quo Teſtator vocaverit ſuos deſcendentes ex linea Franciſci, quaſi quod hoc modo invitati ſint ad ſucceſſionem omnes in infinitum deſcendentes, donec linea Franciſci durabit, cum verbum, *linea*, ſit de ſui natura collecti-
7 vum plurium Perſonarum, & graduum uſque in infinitum, ut ex pluribus tradunt *Palm. Nep. alleg.116. num.48. Manſ. conſult.96. n.47. & 48. Rot. coram Celſ. dec.181. n.18.* ubi concordantes, & per conſequens nedum per vulgarem, ſed per fideicommiſſariam ſub-
8 ſtitutionem vocati cenſeantur in ſpecie *Carol. Ant. de Luc. de linea legal. lib.1. art.16. num.35. lib.2. art.41. n.2. & per tot. Rot. coram Arguell. deciſ.28. n.46. & 47. & dec.54. n.11.* quarum prima eſt repetita *in rec. dec.1. num.45. par.10.* Inefficax detegitur.

Tum ex quo cum verba *deſcendentes ex linea Franciſci* non ſtent de per ſe, & per modum ſubſtantivi aliarum perſonarum complexivi, ſed adjectivè, & qualificativè ad perſonas Filiorum; appoſita dici debent ad demonſtrandam originem, ſeu provenientiam dictorum Filiorum, vel Filiarum ex li-
9 nea Franciſci, non verò ad effectum extendendi vocationem ad ulteriores deſcendentes, ut probant *Fusil. in l. 1. part.3. n.90. verſ. unde etiam infertur §. C. de Bonis Matern. Molin. de legit. lib.1. tit.2. quæſt.7. n.8. propè finem. Roſental. de Feud. cap.1. concluſ.46. in Addit. litt.B. verſ. inquantum. Rota in recent. dec.663. n.17. part. prima.* Tum etiam quia etſi mentio, *linea*, operari poſſet vocationem, & ſubſtitutionem om-
10 nium de linea, adeout invitati cenſeri debeant nedùm Filii, ſed etiam Nepotes, Pronepotes, aliique deſcendentes, hoc tamen intelligendum eſſet per vulgarem, non per fideicommiſſariam; Vocatio enim facta per nomen collectivum plurium perſonarum, & graduum ſatis operatur per vulgarem inter plures, qui exiſtere poſſunt de
11 tempore delatæ ſucceſſionis, ut in ſpecie vocationis, *linea*, *Giurbagnan. conſ. 97. num.32. lib.1. Tondut. Reſol. civil. 115. num.17. Urceol. conſult.81. n.14. & ſeq.*, & reſpondendo contrariis auctoritatibus *de Luc. de linea legal. lib.1. art.15. num.29. verſ. non obſtant quæ dixi*, ubi quod contrarium procedunt
12 quando aliæ concurrunt conjecturæ, *& art.20. n.39.*

Et quamvis omnes vocati ſint, non tamen cenſentur gravati aliis reſtituere,
13 cum ab honore non inferatur ad oneris impoſitionem, & ad gravamen reſtitutionis, ut in puncto vocationis *lineæ. Urceol. d. conſult.81. num.11. & ſeqq. de Luc. de linea legal. tom.1. art. 20. num.41. Rot. Lucan. apud Belmont. dec.72. n.8.* Taliqne caſu verbum, *lineæ*, reſtringitur ad perſonas unius tantùm gradus, nempe ad Filios, quatenus poſſint, & velint ſuccedere, ſin minus ad Nepotes, & concurrente
14 in iſtis noluntate, vel impotentia ad Pronepotes, & ſic de cæteris, prout non rarò juxta ſubjectam materiam coarctari, & reſtringi ſolùm ad filios primi gradus *Rodolph. alleg.57. num.8. & ſeqq. & alleg.58. n.1. §. Fruſtra autem, & ſeqq. Urceol. conſult.81. num.3. & 4. Torr. de Primogenit. tom.2. quæſt. 41. n.5. verſ. quod eſt niſi fallar, & ſeqq., & num.13. fol. mihi 277. Rot. in rec. dec. 29. n.6. & 7. part.18.*

Poſtremò quia vocatio filiorum deſcendentium ex linea Franciſci ſtat de-

ter-

terminatè ad caſum, & tempus obitus ultimæ fœminæ deſcendentis immediatè ex maſculis à Teſtatore provenientibus, ut denotant dictiones il-
15 læ, *à tal tempo, e in tal caſo*, quæ reſtrictionem, & determinationem ad caſum præcedentèr expreſſum inducunt *Giovagnon. d. conſ.97. ſub num.8. lib.1. Balducc. ad Roman. dec.82. n.14. & ſeqq. tom.4. Rot. Lucan. apud Andreol. contr.161. n.16.*, & ſubſtitutio hoc modo determinata reputatur vulgaris, juxta quam tunc temporis ſuperſtites
16 ad ſucceſſionem admittuntur, ut in iiſdem terminis proſequitur *Urceol. ſupè citata conſult.81. n.17. Rodolphin. alleg.37. n.13. Corona reſol.120. ſub n.7. Torr. de Primogenit. part.2. quæſt.36. n.24. fol.175. de Luc. de linea legal. lib.2. art.20. numer.1. & ſeqq. Balducc. ad Roman. dicta deciſ.82. num.14. & ſeqq. tom.4.*

Inſubſiſtens pariter detegitur ſecunda, Teſtatorem nempe ſuum deſiderium expreſſiſſe, quod ejus bona ſtabilia ſemper, & perpetuò permanerent in filiis, & deſcendentibus maſculis Teſtatoris, & deindè in aliis Perſonis, ut ſupra vocatis, & ob id alienationem ſtrictiſſimè prohibuerit iiſdem Teſtatoris deſcendentibus, aliiſque vocatis, ut ſupra, excepto caſu conſtitutionis, & reſtitutionis dotium Filiarum, & deſcendentium Teſtatoris, aliorumque vocatorum, Ex hoc enim
17 emergit, quod Filii, & deſcendentes Franciſci ſint ſucceſſivè unus poſt alium per fideicommiſſum ſubſtituti, nam alias bona perpetuò permanere non poſſent in Perſonis vocatis poſt deſcendentiam Teſtatoris, nec opus fuiſſet facultate alienandi bona pro dote, ſi non adfuiſſet fideicommiſſum, quia gravati liberè bona vendere potuiſſent.

Removetur enim argumenti efficacia, ponderando, quod verba perpetuitatem denotantia reſpiciunt ipſoſmet Filios, & deſcendentes maſculos Teſtatoris, in quibus certa eſt vocatio facta per fideicommiſſarium in infinitum, non verò vocatos poſt deficientiam dictæ lineæ maſculinæ, reſpectu quorum nulla verba perpetuitatem denotantia leguntur in Teſtamento. Hoc enim oſtendit ratio à Teſtatore reddita immediatè poſt ſubſtitutionem propriorum deſcendentium, nec non Filiorum, & deſcendentium Franciſci, ibi -- *perchè volſe, e vuole, che tutti li ſuoi beni ſtabili ſempre, e continuamente ſtiino in detti ſuoi Figli, e deſcendenti maſchi, e di poi ne chiamati come ſopra* -- Cum enim poſt vocatos Filios, & deſcendentes maſculos in infinitum ſubſtitutæ fuerint Filiæ ultimi deficientis, & ex poſt aliæ fœminæ, ex maſculis immediatè
18 provenientes, verba illa, *e di poi ne' chiamati come ſopra*, optimè verificantur in Filiabus fœminis cujuſcumque ultimi maſculi. Eodemque modo intelligi, & interpretari debet prohibitio alienationis facta in ſequelam fideicommiſſi jam ordinati. Regula quippè eſt juris explorata, quod perpetuitas fideicommiſſi uni gradui adjecta, & in uno genere Perſonarum volita, in alio repetita non cenſetur, ut in individuo
19 Theoricæ Cumani tradunt *Rodemeſch. conſ.10. num.37. & ſeq. & num.41. & ſeq. Peregrin. conſ.23. num.4. & ſeq. lib.4. Palm. Nep. alleg.48. n.33. & ſeqq. de Roſa conſult.41. n.9. Faſar. de Subſtitut. quæſt.382. ſub n.53. & n.60. & ſeqq. & num.63.*, ubi quod verba importantia perpetuitatem fideicommiſſi appoſita in deſcendentibus, non cenſentur re-
20 petita in ſubſtitutione tranſverſalium *Merta de ſucceſſ. legal. part.4. quæſt.24. art.2. num.10. Rot. noſtra apud eundem Urceol. dec.13. num.23. Balducc. deciſ. & rer. judic. tit.3. dec.6. n.9.*

Signantèr, quia prohibitio alienationis, & ratio perpetuæ conſervationis bonorum plures continet dictiones relativas ad caſus, & perſonas antea vocatas, nempè, *detti*, nec non, *ut ſupra*, bis repetita, quæ fideicommiſſum reſtringunt ad caſus dumtaxat expreſſos, & ultra non extendunt, nec diſpoſitionem ampliant ad perſonas in præcedenti vocatione non comprehenſas, ut proſequitur in ſubjecta noſtra ma-
21 teria *Urceol. conſult.70. num.17. & ſeqq. & num.21. Cyriac. contr.579. ex n.44. & contr.695. num.10. verſ. ſecundò dico, & ſeqq. Palm. Nep. alleg.48. n.10. Roſa conſult.41. num.19. Balducc. dec. & rer. judic. tit.3. dec.6. n.8. & ſeqq. & n.12. & ſeqq.*

& ſeqq. Rota noſtra apud Urceol. dict. dec. 19. num. 28. & in Florentina prætenſi Fideicommiſſi 11. Septembris 1693. §. Eademque, coram olim D. Auditore de Marinis lib. mot 134. fol. 231. Rot. Romana coram Priol. dec 199. num. 21. & generalitèr, quod dictiones relativæ ad
22 ſupra nominatos importent reſtrictionem fideicommiſſi ad perſonas ſuperius vocatas *Rodenaſch. conſ. 34. num. 29. & ſeqq. Senatus Mantuanus apud Surd. dec. 85 ex num. 2. & per tot. Rot. noſtra apud Palm. Nep. alleg. 234. num. 49. & inter dec. Lucen. diverſor. recollect. per eumdem Palm. dec. 194. num. 30. verſ. ſublata Rot. Romana coram Sa. mem. Alexand. VIII. dec 158. num. 2. & ſeqq. & ex n. 10. in rec. dec 7. num. 39. & ſeqq. part. 10. dec. 518. num. 16. part. 18.*

Et quatenùs etiam perpetuitas omnes indiſtinctè reſpiceret, adhuc cum ratio, & prohibitio præfata ſit acceſſoria, & conſecutiva ad fideicommiſſum antea ordinatum, ejus proindè cenſuram immutare non valet, ſed congrua congruis referendo reſpectu filiorum, & deſcendentium Teſtatoris in perpetuum vocatorum, ſubſtitutionem gradualem de uno in alium importat, uſque ad extinctionem lineæ, &
23 deſcendentiæ maſculinæ à Teſtatore provenientis, quo verò ad alios juxta modum, & formam vulgaris unicè voluta, & expreſsæ in diſpoſitiva vocatione, non obſtante indefinita vocatione perpetuitatis, ut in præciſis terminis Theoricæ Cumani *Cyriac. d. contr. 693. n. 18.* ubi plures cumulat, *& num. 23 & 24. Altoluin. reſol. 114. n. 27. Urceol. d. conſult. 70. n. 21. Rot. noſtra apud eumdem d. dec. 19. n. 25 & 26. Rot. Romana in rec. dec. 349. n. 13. & ſeqq. par. 19.*, & generaliter tradunt *Rodenaſch. conſ. 34. ex num. 26. Cyriac. d contr. 579. n. 54. Rot. noſtra apud Palm. Nep. alleg. 234. n. 45. ſub n. 47 & ex n. 49. & inter dec. Lucen. diverſor. recollect. per eumdem Palm. dec. 194. ſub n. 27. & ſeqq. & n. 34. & ſeqq. & dec. 364. n. 16. & ſeqq. Rot. Romana coram Ottobon. d. dec. 258. ex n. 10. in rec. dec. 24. n. 7. & ſeqq. par. 4. tom. 2. deciſ. 7. n. 16. & ſeqq. par. 7. dec. 528. n. 17. par. 18.*

Quo verò ad facultatem alienandi bona pro dote, iſta paritèr reſtricta eſt ad filios, & deſcendentes Teſtatoris: Cum enim à prohibitione alienationis exceptus fuerit caſus conſtitutionis, vel reſtitutionis dotium filiarum, & filiorum ex eis, eorumque deſcendentium, & dubium eſſe poſſet, an ſub nomine deſcendentium omnes deſcendentes in infinitum comprehenderentur, ad hanc dubietatem tollendam ſuperaddidit, *e chiamati, come ſopra*, ad hoc ut incluſi remanerent primo loco omnes deſcendentes maſculi in infinitum, poſtea fœminæ ultimi maſculi deficientis, & deindè aliorum maſculorum ex linea Teſtatoris, & quidem cum qualitate legitimitatis, prout fuerat præcedenter, & in diſpoſitiva ordinatum. Quoties enim verba operari poſſunt abſque inductione novi Fideicommiſſi, ea referendo ad fideicommiſſum
24 jam inductum, talis interpretatio capienda eſt, nec ſunt trahenda ad alia fideicommiſſa de novo multiplicanda, ut in propria noſtra materia *Seraphin. Maſſonus apud Palm. Nep. alleg. 49. n. 8.*

Maximè quia Teſtator noluit in hac parte ampliare, vel immutare vocationem in diſpoſitiva præſcriptam, dum relationem ad eam ſpecificè habuit, & ob id facultatem alienandi pro dotibus limitativè appoſuit ad prohibitionem præcedentem, ibi -- *eccetto però in caſo di conſtituire, e reſtituire doti in ſuſſidio de' Figlioli, e Figlioli de' ſuoi Figlioli, e loro deſcendenti, e chiamati come ſopra* -- quod operatur, ut ſicuti prohibitio reſpectu deſcendentium Franciſci per vulgarem evanuit, ſic quoque debeat eva-
25 neſcere permiſſio, utpotè capienda, retentis iiſdem terminis, & in caſu, quo vigeret prohibitio *Rota noſtra poſt Torr. de Primogenit. dec. 20. nu. 105.* & cæteris relatis *Rota Romana coram Emerix. Jun. dec. 585. n. 9. & in rec. dec. 380. n. 6. 7. & 9. part 19.*

Conſimilitèr inefficax redditur tertia deſumpta, ex quo Teſtator præceperit ſingulo anno poſt Feſtivitatem S. Antonii in Eccleſia Plebanatus Dicomani celebrari debere ſeptem Miſſas, & alias duas Miſſas qualibet hebdomada, unam die Mercurii, & aliam die Sabbati in infinitum, cum Eleemoſina taxanda à ſuis hæredibus, & deſcen-

cendentibus; Quod onus Miſſarum
perpetuò injunctum, arguit vocatos
in Teſtamento fuiſſe ſubſtitutos per
fideicommiſſum ſucceſſivum, & per-
26 petuum, ut in terminis Theoricæ Cu-
mani tradunt Doctores plena manu
relati per *Rot. noſtram in Aretina Fidei-
commiſſi §. Secundo deſumitur, coram me
nunc impreſſa dec. 1. n. 13*, quibus ad-
di poſſunt *Socin. Sen. conſ. 12. num. 18.
verſ. confirmantur prædicta lib. 3. Pere-
grin. de Fideicommiſſis art. 13. num. 86.
Torr. de Majorat. tom. 1. cap. 9. nu. 194.
fol. mihi 77., & tom. 2. quæſt. 34. nu. 8.
fol. 138. Rot. noſtra in Florentina Fidei-
comm. ſſorum de Allo 22. Januarii 1708.
§. Quinta demanat coram Domino meo
Auditore Bellatio.*

Etenim cum facultas taxandi Elee-
moſinam, quæ à principio unica vice
expleri debebat, fuerit tributa hære-
dibus, & deſcendentibus Teſtatoris,
onus autem celebrari faciendi Miſſas
fuerit indeterminatè, & imperſonali-
tèr injunctum abſque ulla mentione
collateralium, qui in particulari lega-
to Miſſarum, numquam, nec per um-
bram fuerunt nominati, nullum præ-
27 bet argumentum fideicommiſſi ſucceſ-
ſivi, ut ad limites Theoricæ Cumani
firmant *Rodulphin. alleg. 9. nu. 7. & 12.
Altograd. contr. 64. n. 43. Fuſar. de ſub-
ſtit. quæſt. 382. n. 66. Torr. de Majorat.
par. 2. quæſt. 36. num. 10. fol. mihi 173.*,
& declarat *Rot. Lucen. apud Sammniat.
contr. 55. num. 27 & 28. Randenſ. Dec.
Piſan. 28. num. 105. Rot. noſtra in d. Are-
tina Fideicommiſſi 13. Junii 1710. §.
Quoniam, coram me. Rota Romana in rec.
dec. 465. num. 36. & 37. part. 14. & in
Romana Fideicommiſſi 21. Februarii
1684. §. Secundo quia, coram Bevinceaſa.*

Ea ratione, quia onus prædictum
quando impoſitum non fuit certis, &
determinatis perſonis, veluti reale, &
bonis infixum, tranſire poteſt in quem-
libet hæredem, & ſucceſſorem extra-
neum, in quem ex perſona admiſſi
28 per vulgarem bona devenerint, ut
proſequitur in individuo *Rodulphin. d.
alleg. 9. num. 12 & alleg. 150. ſub n. 18.
Torr. de Majorat. tom. 2. d. quæſt. 36.
num. 10. & ſeqq. fol. 173. Rota Lucen.
apud Sammniat. d. contr. 55. n. 27. & 28.
Rota noſtra in d. Florentina fideicommiſ-
ſi 22. Septembris 1693. §. Excluſo, &
ſeq. lib. mon. 134. fol. 232. Rot. Romana
in rec. d. dec. 340. n. 22. par. 19.*

Nec prædictis reſiſtunt Authorita-
tes in objectio citatæ, ſignantèr *Rota
in d. Aretina Fideicommiſſi*, quia ibi
onus perpetui legati fuerat impoſitum
perſonalitèr hæredibus, & ſucceſſori-
bus in infinitum, & admittitur onus
indeterminatè, & imperſonalitèr injun-
ctum eſſe compatibile cum vulgari ſub-
ſtitutione, *ut in d. dec. 1. n. 16. ſupra im-
preſſa*. Quodque magis eſt concurre-
bat in illo caſu privatio una cum gra-
29 vamine, injuncto contravenienti, reſti-
tuendi hæreditatem alteri ſubſtituto,
ſemper quando hæredes, & ſucceſſo-
res defeciſſent in implemento oneris
præſcripti, etiamſi id eveniſſet poſt
longiſſimum tempus, & conſequentèr
clara mihi patebat voluntas vocandi,
& reſpectivè adimendi hæreditatem
omnibus, & ſingulis deſcendentibus
hæredis, dum privabantur hæreditate,
illamque gravabantur reſtituere non
contravenienti, id quod abſque indu-
30 ctione perpetui fideicommiſſi verificari
non poterat, & hoc fuit motivum præ-
cipuum, cui innixa fuit reſolutio in
d. Cauſa Aretina, quæ eſt ſupra *dec. 1.
n. 25. & pluribus ſeqq.*

Prout inſubſiſtens eſt alia deprom-
pta, tam ex ordine per prius, & poſte-
rius diſpoſito inter maſculos, & fœmi-
nas, quod importat fideicommiſſariam
31 *Andreol. contrev. 368. num. 26. ubi plu-
res refert Ciarlin. controv. 11. n. 14. Pe-
regrin. de Fideic. art. 18. ſub n. 14.* ubi
plures citat, quam ex clauſulis *vul-
gariter, pupillariter, & per fideicom-
miſſum, in ſtirpes, & non in capita, &
ordine ſucceſſivo*, ex eis enim deſumi,
voluntatem Teſtatoris fuiſſe, ordinandi
ſubſtitutionem Fideicommiſſariam, non
vulgarem, firmant de clauſula, *vulga-
riter, pupillariter, & per fideicommiſ-
ſum*, in terminis Theoricæ Cumani, poſt
plures, quos refert *Rot. Senen. in Senen.
Fideicommiſſi de Fortiguerris 20. Martii
1708. §. De mente, & ſeq. coram me*
32 nunc impreſſa *dec. 31. num. 8. & ſeqq.*
de clauſula, *ordine ſucceſſivo*, retento
themate Theoricæ Cumani, plene
*Rot. noſtra in Aretina Fideicommiſſi §.
Prout concurrere, & ſeqq. coram me* ſu-

pra-

ptâ impreſſa *dec.1. num.4. & ſeqq.*;
& præter ibi relatos *Palm. Nep. al-
leg.131. n.2.* & de clauſula *in ſtirpes, &
non in capita*, in iiſdem terminis *Andreol.
d. contr.368. n.10.*, ubi alios adducit
*Provenzal. apud Rodulphin. alleg.105.
num.9. Rot. coram Seraphin. deciſ.934.
num.6. & in rec. dec.505. num.15. part.
4. tom.3.*

Quoniam ordo per priùs, & poſte-
rius, & vocatio ante, & poſt, cum jure
directo, & per vulgarem impleri va-
leat, dummodo aliter non conſtet
de voluntate Teſtatoris, ad fideicom-
miſſum trahendus non eſt, ſed verifi-
catur in ſimplici activa, per quam ma-
ſculis nolentibus, aut non valentibus
33 ſuccedere, fit locus ex ordine admiſ-
ſioni Fœminarum, ut in individuo
Theoricæ Cumani *Rodenaſch. citat. conſ.
54. num.4. 5. & 25. Andreol. contr.139.
num.70. & contr.409. n.7. Manſ. conſult.
777. n.25. de Luc. de linea legal. lib.1.
art.15. num.16. verſ. Regula. Rot. apud
Balduc. dec. & rer. judicat. tit.3. de le-
gat. & fideicom. dec.47. num.14. coram
Celſ. dec.388. num.11. in Bononien. Fi-
deicommiſſi 27. Junii 1708. §. Pro reſpon-
ſione, coram Falconerio.*

Et quando etiam talis ordo impor-
tare poſſet fideicommiſſum, illud con-
ſiderari solùm poſſet in maſculis, qui
gravati dicerentur reſtituere Filiabus
fœminis, non autem inter ipſas Filias
Feminas, quarum prima poſt quam
maſculis ſucceſſiſſet, nihil eſt, quod
concludat Fideicommiſſum fuiſſe voli-
34 tum inter ipſas Filias fœminas de una
in aliam, ut in puncto proſequitur.
Andreol. d. contrar.409. n.8.

Et quoad alias clauſulas urget ge-
neralis reſponſio, quod Teſtator poſt
quam fideicommiſſum perpetuum, &
ſucceſſivum ordinavit in ejus linea
maſculina, & poſtquam deſcendentes
Franciſci Fratris per vulgarem voca-
vit, deindè continuando ſermonem,
& de deſcendentibus utriuſque ſimul,
& ſemel loquens, ſubdit, *e così reſ-
pettivamente referendo congruamente ſo-
ſtituì, e ſoſtituì volgarmente, pupillar-
mente, e per fideicommiſſo, e tutto in
ſtirpe, e non in capita, e con ordine ſuc-
ceſſivo &c.* Undè verba, & Clauſulæ
hujuſmodi, quando importare poſſent
ſubſtitutionem fideicommiſſariam, in-
telligi deberent congrua congruis re-
ferendo, nempè ut fideicommiſſum
ſucceſſivum, & perpetuum importa-
rent in deſcendentia maſculina Teſta-
35 toris, in qua fuit volita perpetua fi-
deicommiſſi, & ſubſtitutionum dura-
tio; ſed non alterarent indolem, &
effectum vulgaris, in ſubſtitutione de-
ſcendentium Franciſci Fratris, in qui-
bus præcedentèr ſola vulgaris fuit
ordinata, ut promiſcuè de ſupraſcri-
ptis clauſulis loquentes in ſubjecta
materia hujus Theoricæ obſervant:
*Bellon. Jun. conſ.39. ſub num.15. Rode-
naſch. conſ.10. num.19. & conſ.54. ex
n.10. Ursıl. d. conſult.70. n.21. Alto-
grad. d. contr.56. num.85. & contr.64.
num.11. & ſeqq. Altelm. reſol.114. n.14.
& pluribus ſeqq. Manſ. conſult. 131. ſub
num.15. Fuſar. de Subſtit. quæſt.479.
num.87. Rot. coram Priol. deciſ.110.
num.19.*

Cæterum, particularitèr verba, &
clauſulas prædictas examinando, con-
ſiderabant Domini ex illis non reſulta-
re voluntatem Teſtatoris, pro ordina-
tione ſubſtitutionis fideicommiſſariæ,
Clauſula enim, *vulgaritèr, pupillaritèr,
& per fideicommiſſum*, quando eſt ina-
ptè appoſita, ut in caſu præſenti, in
quo continet etiam pupillarem non
verificabilem in filiis, & deſcenden-
tibus Franciſci, qui reſpectu Teſtato-
ris ſunt tranſverſales; tunc cenſetur
adjecta ex ſimplici ſtylo imperiti No-
tarii, & proindè nihil operatur, ut
36 proſequitur in ſpecie *Rodenaſch. diſt.
conſ.54. num.19. & ſeqq. Ursıl. conſult.
82. n.85. & 86. Torr. Variar. Jur. quæſt.
tom.1. tit.2. quæſt.27. num.40. & quæſt.
29. num.56. fol.354. Rot. poſt eundem
de Primogenit. dec.24. num.16. & dec.
25. num.13. coram Priol. diſt. dec.110.
num.20.*

Vel utcumque etiam ex mente Te-
ſtatoris appoſita, non alterat naturam
vulgaris ſubſtitutionis, inter ipſos de-
ſcendentes, inter quos nullum dici-
37 tur inductum fideicommiſſum, ſed ſo-
lùm deſcendentes per fideicommiſſum
vocati dici potuerunt reſpectu primo-
rum gravatorum, in ſpecie *Venturin.
conſ.2. num.11. & ſeq. lib.1. Rodenaſch.
diſt. conſ.10. ex n.26. Manſ. conſult.133.*

Yyy ſub

ſub num. 24. optimè Roſa conſult. 42. n. 7. Adden. reſol. 114. num. 19. Alegrad. contr. 64. num. 23. & 24. Urceol. conſult. 56. num. 16. conſult. 70. num. 25. Caſtald. conſult. 66. n. 8. & 28. Fuſar. de Subſtit. quæſt. 382. num. 39. & quæſt. 479. n. 84. & ſeqq. & n. 86. & ſeqq. Card. Ant. de Luc. de linea legal. lib. 1. art. 15. ſub num. 16. verſ. Regens Galeatt. Rot. noſtra apud Urceol. dict. dec. 19. num. 24. in fine, & in dict. Florentina prætenſi fideicommiſſi 11. Septembris 1693. §. Nec obſtat lib. mot. 134. fol 231.

Atque hinc obeſſe non valet deciſio *Rota in allegata Senen. Fideicommiſſi de Petrognanis dict. dec. 31.*, quia in caſu dictæ deciſionis verba, & clauſula prædicta fuerant à Teſtatore accuratiſſimè appoſita, non fuerat præcedentèr in certis perſonis ordinata ſubſtitutio fideicommiſſaria, & in aliis vulgaris, adeout ſucceſſivè congrua congruis referendo, clauſula *vulgaritèr, & per fideicommiſſum*, referri deberet ad ſubſtitutionem vulgarem, & fideicommiſſariam, retento themate,
38 & ordine ſuperius expreſſo. Et clauſula præfata fuerat adjecta in ſubſtitutione facta primo gravato, reſpectu cujus, dubium non eſt importare fideicommiſſariam, & ex conjecturis fuit ibi probatum fuiſſe volitum fideicommiſſum etiam reſpectu aliorum ſucceſſivè vocatorum de Familia, & agnatione Teſtatoris, ad excluſionem extranei, ut patet ex lectura ejuſdem deciſionis *coram me edita §. De mente, §. Potiſſimè, & ſeqq. d. dec. 31. num. 8. & ſeqq.* Præterea in caſu dictæ deciſionis aderant verba univerſalia, ac repetita, nempe *omnes hæredes, & deſcendentes*, quorum comprehenſio exigere videtur ſucceſſivitatem fideicommiſſi, ut *in §. Præcipuè quia, & pluribus ſeqq. cit. dec. 31. inter impreſſas coram me n. 41. & ſeqq.*

Alia verò clauſula, *ordine ſucceſſivo*, cum non ſit munita ſufficientibus conjecturis pro inducendo fideicommiſſo ſucceſſivo, & perpetuo, retinet ſuam
39 naturam, juxta quam ordo ſucceſſivus aliis non concurrentibus intelligitur per vulgarem, ubi ſcilicèt perſonæ ex linea Franciſci primo loco vocatæ nollent, vel non poſſent conſequi hæreditatem, ut retentis terminis Theoricæ Cumani proſequitur *Rodomaſch. cit. conſ. 54. nu. 23. & ſeq. Oddus conſ. 19. n. 16. Andreol. contr. 239. n. 70. & contr. 409. ſub num. 7. Manſ. conſult. 777. num. 16. in fine. Rodulphus. alleg. 130. nu. 16. Menoch. lib. 4. præſumpt. 71. n. 16. & conſ. 328. num. 85. & conſ. 878. nu. 32. Fuſar. de Subſtit. quæſt. 479. n. 9. & numer. 50. Marta de Succeſſ. Legal. part. 4. quæſt. 24. art. 1. n. 30. Caſtill. Contr. lib. 5. cap. 110. num. 17. & ſeqq. Senatus Mantuanus apud Surd. d. dec. 346. n. 18. & ſeqq. lib. 1. Balduc. deciſ. & rer. judicat. tit. 3. de legat., & fideicom. dec. 6. ex num. 6. & apud Ramon. d. deciſ. 82. num. 59. tom. 4. Rota Januen. apud Bonell. conſ. 21. num. 19. Rot. noſtra apud Urceol. d. dec. 19. n. 13. penes Palm. Nepot. alleg. 234. ex n. 28. 32. & 33. repetit. apud Manſ. conſult. 620. ex n. 15. & 17., & ſub n. 18. & in citata Florentina prætenſi Fideicommiſſi 11. Septembris 1693. §. Minuſque lib. mot. 134. fol. 231. & in Aretina Fideicommiſſi in objecto relata §. Reſponſioni, coram me, d. dec. 1. n. 6. & ſeqq. Rot. Romana coram Cavaler. dec. 496. n. 4. Regat dec. 87. num. 11. & ſeqq. & poſt Torr. de Pact. Futur. Succeſſ. dec. 225. num. 11. & ſeqq. & in Bononien. fideicommiſſi 27. Junii 1708. §. Pro reſponſione, coram Falconerio.*

Et clauſula, *in ſtirpes, & non in capita*, ſatis ſuperque operatur in caſu concurſus nepotum ex filiis prædefunctis cum Patruo ſuperſtite, & ex hac
40 potiſſima ratione per Teſtatorem adjecta præſumitur, ut proſequuntur *Soccin. Sen. d. conſ. 104. n. 4. lib. 3. Venturin. d. conſ. 2. n. 4. lib. 1. Fuſar. conſ. 3. ex n. 4. & de ſubſtitut. cit. quæſt. 479. n. 87. §. Secùs Nepotes. Torr. Variar. Jur. quæſt. tom. 1. tit. 2. quæſt. 10. n. 16. fol. 256. Rot. noſtra in d. Florentina prætenſi Fideicommiſſi 1693. §. Quæque ultra.* Proptereaque nequit extorqueri ad prorogandum gravamen Fideicommiſſi paſſivi, cum ſuapte natura deſignet modum, & formam ſuccedendi in
41 caſum activæ vocationis, ut punctualitèr tradunt *Soccin. Sen. d. conſ. 104. num. 3. lib. 3. Ludovic. conſ. 58. num. 19. & ſeqq. & conſ. 59. n. 8. & ſeqq. Venturin. d. conſ. 2. n. 33. & 34. lib. 1. Rodol-*

phus.

ſum. alleg. 104. *n.* 3. *Urceol. conſult.* 56.
num. 15. *& conſult.* 70. *n.* 11. *Peregrin. de*
Fideic. art. 18 *n.* 18. *Turr. Variar. tom.* 1.
tit. 2. *d. quæſt.* 10. *n.* 22. *& ſeq. fol.* 257.
Fuſar. de Subſtitut. citat. quæſt. 479. *nu-*
mer. 84. *&* 87. *verſ. Secundò pondera-*
bam, *& conſ.* 3. *n.* 6., & in alia cauſa
Florentina *Card. de Luc. de Fideicom.*
d. diſc. 91. *num.* 17. *Baldaſs. ad Romen.*
d. dec. 82. *nu.* 59. *tom.* 4. *Rot. noſtra apud*
Urceol. ſæpè laudata dec 19. *num.* 22. *&*
in d. Florentina prætenſi Fideicommiſſi
11. *Septembris* 1693. *§. Alteram lib.*
mot. 134. *fol.* 232. *Rot. Romana coram*
Rojas d. dec. 87. *num.* 5. *Emer. Jun. dec.*
437. *n.* 5. *in rec. dec* 255. *num.* 3. *& dec.*
258. *num.* 10. *in fine part.* 15. *poſt de*
Luc. de Fideic. dec. 63 *n.* 4.

Non minoris irrelevantiæ viſa fuit
quinta conjectura, elicita ex qualitate
legitimitatis ſemper volita in maſculis,
& fœminis vocatis, Quia cum Teſtator
vocando Fœminas Franciſci, & deſ-
cendentes ex eis, oſtenderit ſe noluiſſe
incumbere conſervationi agnationis,
ſola legitimitas nullam inducit conje-
42 cturam perpetuitatis fideicommiſſi, nec
operatur receſſum à Theorica Commu-
ni, ut in ſpecie Senatus *Nicien. poſt Bal-*
daſs. ad Romen. deciſ. 90. *n.* 54. *tom.* 4.
ubi alii. *Rot. noſtra in ſæpè citata Flo-*
rentina prætenſi Fideicommiſſi 11 *Septem-*
bris 1693. *§. Qualitas legitimitatis lib.*
mot. 134. *fol.* 232.

Idque, etiamſi qualitati prędictæ adje-
cta ſit dictio, *ſemper*, hæc quippè ap-
poſita ſubſtitutioni vulgari illi famula-
43 tur, nec ejus naturam immutat, ut
egregiè in individuo firmant *Cephal.*
conſ. 17. *n.* 10. *Decian. reſp.* 10. *ex n.* 63.
lib. 3. *Gabriel. d. conſ.* 69. *num.* 43. *lib.* 2.
Surd. conſ. 370. *num.* 8. *& ſeq. Bardellon.*
conſ. 23. *n.* 10. *&* 11. *Andreol. contr.* 409.
ſub n. 4. *Cyriac. contr.* 695. *n.* 24. *Urceol.*
in 3. *Appendice ad conſult* 81. *n.* 5. *ubi-*
que Senerales ſub n. 36. *§. Non obſtant*
clauſula. *Rot. Januen. apud Baldaſs. dec.*
& rer. judicat. tit. 3. *dec.* 1. *num.* 20., &
optimè verificatur, ſi volita dicetur in
omnibus ſubſtitutis diverſorum gra-
duum ad activam ſucceſſionem con-
currentibus, & in omnibus caſibus, ſic
enim filii deſcendentes activè vocati,
quicunque illi ſint, ſemper debebunt
eſſe legitimi, adſtipulante ad hoc re-
gula Juris, quod dictio, *ſemper*, & ſimi-
les perpetuitatem denotantes, intelli-
44 guntur juxta ſubjectam materiam, &
de perſonis, & caſibus, quibus appoſitæ
fuerunt, nec ad alios ſeparatos, & di-
verſos porriguntur *Fuſar. conſ.* 17. *n.* 10.
Gabriel conſ. 69. *num.* 42. *in fine*, *& ſeq.*
lib. 2. *Decian. d. reſponſ.* 10. *num.* 65. *&*
ſeqq. lib. 3., ubi, quòd dictio hæc non
ſemper refertur ad tempus, ſed etiam
45 ad caſus, adeout omnes caſus vulgaris
comprehendat, ſed illam in fideicom-
miſſariam non immutet *Palm. Nep. al-*
leg. 48. *n.* 33. *&* 34. *Peregrin. de Fideic.*
art. 19. *num.* 35. *Turr. Variar. Jur. quæſt.*
tom. 2. *tit.* 8. *quæſt.* 7. *n.* 104. *fol.* 253. *Rot.*
Lucen. apud Palm. Nep. alleg. 172. *nu-*
mer. 68. *& ſeqq. Rot. noſtra apud Manſ.*
conſultat. 610. *n.* 23 *§. Quod autem in fine*
repetit. apud Palm. Nep. d. alleg. 134.
n. 51. *Rot. Romana coram Penzinger. de-*
ciſ. 43 *n.* 10. *& ſeqq. & in rec. dec.* 528.
num. 17. *par.* 18., & in individuo hujus
Theoricæ, *Rot. noſtra apud Urceol. de-*
ciſ. 23. *n.* 23. *ubi concordantes*.

Potiſſimè, quia particula, *ſemper*, non
fuit adjecta in principio, vel fine per
viam regulæ generalis ad qualifican-
dam totam diſpoſitionem, ſed depen-
denter, & relativè ad caſum certæ
46 qualitatis requiſitæ in ſubſtitutis, quam
proindè dumtaxat determinat *Rot. Lu-*
cen. poſt Turr. de Primogenit. dec. 25. *nu-*
mer. 12. *Rot. Romana coram Rojas dec.* 71.
num. 11. *&* 12. *& dec.* 90. *n.* 7. *& ſeqq.*

Nullius pariter roboris detecta fuit
ſexta, elicita ex prohibitione alienatio-
nis, directa ad bona, addita ratione, quia
volebat illa conſervari in vocatis, Ve-
ritas namque facti eſt tota in oppoſi-
tum, dum verba prohibitionis clarè,
& litteraliter appareat collata in per-
ſonas Filiorum, & deſcendentium,
ibi — *il detto Teſtatore proibì eſpreſſa-*
mente a' detti ſuoi Figliuoli, e loro deſcen-
denti, e agl' altri chiamati come ſopra,
non in odio di alcuna perſona, ma princi-
palmente a favore de' chiamati come ſopra,
tutte, e qualunque alienazioni, & a lun-
go tempo locazione, volontarie, &c. —
Quæ ſanè verba, tanquam reſpicientia
47 perſonas, non bona, inducunt fidei-
commiſſum merè perſonale *Fuſar. conſ.*
100. *n.* 31. *Alegrod.* in alia cauſa Flo-
rentina ſcribens *conſ.* 60. *num.* 10. *lib.* 2.

Hadevra. contr. 32. n. 50. Rot. Lucen. apud Andreol contr. 161. ſub n. 26. ubi etiamſi
48 fideicommiſſum eſſet in rem conceptum. *Rot Januen. apud Baldaſſ. dec. & rer. judic. tit. 3. de legat. & fideicom. deciſ. 1. n. 18. Rot. noſtra apud Palm. Nep. d. alleg. 254. n. 46. 47. & 49. Rot. Romana apud Giovagnon. reſp 97 n. 13. lib. 1. poſt Cenc. de Cenſib. dec. 51. n. 5. coram Celſ. dec. 328. n. 5. in rec. dec 358. n. 27. par. 10. dec 401. n. 5. par. 11. & dec. 380. num. 4. par. 19.*

Unde promanat, rationem deindè ſuperadditam - *perchè volſe come ſopra, che detti ſuoi beni ſtieno, e permanghino di continuo in d. ſuoi figliuoli, e figliuoli de' figliuoli, e nell'altri con l'ordine predetto &c.* tantò minus habendam fore uti realem, quanto magis continuativè, & acceſſoriè conjungitur præcedenti prohibitioni perſonali, ideoque ejus naturam, & qualitatem ſic induit, ut
49 etiamſi in verbis eſſet expreſsè realis, adhuc transfunditur, & deflectit in merè perſonalem *Faſar. d. conſ. 100. num. 32. & ſeq. & n. 83 Altograd. citat. conſ. 60. num. 11. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 79. ſub num. 43 lib. 2. Hadevra. contr. 32. num. 50. & ſeqq. Odd. de Probdit. alien. quaſt. 18. num. 87. Peregrin. dec. Patavin. 134. num. 33. Rot. Januen. apud Baldaſſ. dict. dec. 1. num. 18. & ſeqq. Rot. Romana penes Giovagnon. reſp. 39 num. 45. & ſeqq., & num. 56. & 66. & reſp. 97. n. 11. & ſeqq. & n. 17 & ſeqq. lib. 1. Celſ. dec. 143. num. 30. & 31. & dec. 376. n. 6. & 7. Coccin. dec. 1617. n. 9. & 10. in recen. dec. 67. n. 10. part. 13.*

Proindeque inhabilem ad productionem novi, & amplioris fideicommiſſi, non enim ratio conſecutiva, quæve, neque in ſubſtantia, neque in cortice verborum realis apparet, tanti roboris eſſe debet, ut augeat nume-
50 rum Perſonarum vocatarum, utque ſuperinducat novum fideicommiſſum illudque diverſum, ut tradunt *Rodulph. alleg. 119. num. 3. Rot. coram Cavaler. dec. 513. num 3. & ſeqq.*

Et in omnem caſum, quando etiam fideicommiſſum dici poſſet reale, adhuc iſtud pendere deberet à conditione non exiſtentiæ perſonarum præcedentèr vocatarum, quæ ſi deficiat, fideicommiſſum reale ab ea dependens
51 etiam ceſſat, ut proſequitur *Rot. Lucen. apud Andreol. d. controv. 161. n. 26. Rot. coram Cavaler. d. dec. 513. n. 4. & 5. Coccin. citat. dec. 1617. n. 6. & ſeqq. Dunozetti. Sen. dec. 291. n. 19.*

Ac demum nullius relevantiæ reperta fuit alia deſumpta ab obſervantia. Tum quia cum tota controverſia pendeat non à facto, ſed ab articulo juris, obſervantia Partium nihil obeſſe potuit, In iis enim, quæ juris ſunt,
52 iſta non attenditur *Altograd.* in cauſa Florentina ſcribens *conſ. 60. num. 97. & 98. lib. 1. Ludovicus Ricciardus* in alia cauſa Florentina *conſ. 169. num. 136. Rot. noſtra* in eadem cauſa *lib. motiv. 107. fol. 232. Rot. Januen. apud Baldaſſ. dec. & rer. Judicat. tit. 3. dec. 21. num. 52. Rot. Romana coram Coccin. dec. 2342. num. 36. Carill. dec. 192. n. 13. in recen. dec. 2 num. 14. part. 12. dec. 10. num. 18. part. 15. & poſt de Luc. de Fideic. dec. 67. num. 14.*

Tum etiam quia cum plures actus obſervantiæ hinc inde allegarentur, ex hoc ſaltem reſultat illius diffor-
53 mitas, qua ſtante, illa prodeſſe non poſſet, cum opus ſit eam apparere uniformem, & inconcuſſam, nulloque actu contrario debilitatam *Rot. coram Cerr. dec. 393. num. 14. in rec. dec. 371. num. 10. part. 10. dec. 125. num. 13. & dec. 492. num. 18. part. 19.* Adeòut actus
54 difformes, licet plurimi in nihilo attendi mereantur *Rot. Januen. penes Baldaſſ. dec. & rer. Judicat. tit. 3. de legat. & fideic. dec. 21. num. 10. & ſeq. Rot. coram Buratt. dec. 471. num. 8. Pamphil. dec. 469. num. 4. in c. Priol. dec. 84. num. 12.* & ad hunc effectum ſufficit unicus actus in
55 contrarium *Rot in rec. dec. 160. n. 31. part. 13. & dec. 327. num. 27. part. 17. & inter dec. Lucen. diverſor. recollect. per Palm. Nepot. dec. 331. n. 8.*

Tum demùm quia obſervantia, ut prodeſſe poſſit, neceſſe eſt, actus, ex quibus ea reſultat, eſſe proximos teſtamento, geſtoſque ab iis, qui veriſimiliter poſſunt eſſe informati de voluntate teſtatoris, nec juvamen afferre valent geſta de tempore remoto, & à perſonis, quæ nullum habuerunt colloquium, vel commercium cum teſtatore, & qui nullam voluntatis ipſius
56 notitiam habere potuerunt *Menoch. conſ.*

conſ.636. num.36. Bellon. Jun. conſ.12. num.54.& ſeqq. Faſar. de ſubſtitut. q.501. num.9. Rota noſtra apud eundem Faſar. conſ.169. n.136. & ſeq. eadem Rot. in Florentina Majoratus de Griſombus mutilate impreſſa *apud Palm. Nep. poſt alleg.100. §. Tertio quoà prædictis, & ſeqq. fol. mihi 682.*, & integraliter reperta *poſt Torr. de Primogenit. dec.20. num.174. & ſeq. & in alia Florentina Majoratus de Anno 1699. apud Baldacc. dec. & rer. judic. tit.3. de legat. & fideicommiſſ. dec.38. num.22. Torr.* in hac Cauſa pro deciſione Scribens *Variar. Jur. quæſt. tom.2. tit.1. quæſt.7. n.110.& 111. fol.48.*

Talesque conjecturæ probationem facere non poſſunt, etiamſi ſimul uniantur, quia cum ſint in ſuo genere imperfectæ, & nihil concludentes, nec ſi ſimul conjungantur ex eis reſultat plena, & concludens probatio, ut in
57 ſpecie proſequitur *Palma Nepos d. alleg. 48. n.57. Senatus Nicen. apud Baldacc. ad Roman. dec.90. n.66. tom.4.*

Prædictaque omnia, quæ pro excluſione fideicommiſſi huc uſque dicta ſunt, validiùs in univerſum procedunt, attentis conjecturis pro parte rei conventi militantibus, Et Primo, quod Teſtator ſubſtitutionem Filiorum Franciſci concepit ſub conditione, quatenùs non ſupervixerent Filii ex fœminis deſcendentibus ab eodem Teſtatore, ubi autem ſub affirmativa conditione ſupervivintiæ fuerunt vocati priores ſubſtituti, & è converſo ſub altera conditione negativa non exiſtentiæ leguntur ſubſtituti Filii Franciſci, dubitari non poteſt, quin iſti cenſeantur vocati per nudam vul-
58 garem pendentem à conditione non exiſtentiæ perſonarum antea ſubſtitutarum *Andreol. contr.100. n.4. Rodulphin. alleg.10. n.8. Caſtald. conſult.34. num.22. Urceol. conſult.70. n.14. & 15. & conſult.82. n.31. & in 3. Appendice ad eandem conſult.82. num.1. §. Decisive in præſenti, & ſeqq. ibique Rodulphin. ex num.14. & Semerol. ex num.32. & ſeqq. Rot. in Piſauren. de Anno 1685. & 1686. ibidem impreſſis n.40. & ſeqq. & num.61. & ſeqq. & numer.79. verſ. primò hæc. Peregrin. de Fideic. artic. 39. num.19. Torr. de Primogenit. tom.2. quæſt.36. num.20. fol.175. Rot. noſtra apud Urceol. dec.19. n.12. & ſeqq. Rot. Romana coram Priol. dec.110. num.1. & ſeqq. & num.24. poſt de Luc. de Fideic. dec.61. num.1. in rec. dec.272. num.13. part.6. dec.72. num.10. part.10. dec.43. num.7. dec.49. num.1. & 10. & dec.327. num.14. part.13. & dec.293. n.6. & 7. part.19.*

Eoque validiùs, quia vocatio filiorum ex fœminis tam ipſius Teſtatoris, quàm Franciſci Fratris, expreſsè refertur ad tempus determinatum obitus ultimæ fœminæ ex linea ejuſdem Teſtatoris, ibi -- *& all'ultimo* (cioè femmina) *mancante della detta ſua linea, a quella ſuccedano li Figliuoli maſchi di Franceſco della Nave, e non v'eſſendo a tal tempo, & in tal caſo figliuoli maſchi, e deſcendenti del detto Franceſco, & eſtinti, e ſopravvivendo figliuoli delle femmine deſcendenti da detto Teſtatore, chiamò prima i Figliuoli maſchi di dette femmine di ſua linea, e non vi eſſendo, chiamò li figliuoli deſcendenti in primo luogo maſchi, e poi le femmine della linea di d. Franceſco &c.* -- Verba enim, *a tal tempo, & in tal caſo*, reſtrictionem ad tempus mortis ultimæ fœminæ
59 ex linea maſculina Teſtatoris oſtendunt, in puncto Dominus meus *Palm. Nep. d. alleg.47. n.79. & 80. alleg.48. num.3. & 36. Urceol. conſult. 82. num. 24. & in 3. Appendic. ad eandem conſult. 82. n.4. ibique Rodulphin. n.16. Torr. de Primogenit. tom.2. quæſt. 36. num.17. fol. 174. De Luc. de Linea Legal. lib.1. reſp. 23. num.6. & lib.2. art.10. numer.4. Peregrin. de Fideic. art. 29. num.15. Rot. Lucen. apud Andreol. controver. 161. ſub num.16. Senatus Delanus apud Genuell. dec.125. num.4. Rot. Januen. apud Baldacc. dec.& rer. judicat. tit.3. de legat. & fideic. dec.2. num.19. Rota noſtra apud Urceol. dec.23. n.16. & in Aretina prætenſi fideicommiſſi 12. Septembris 1711. §. Si verò in fine coram D. meo Auditore Farſetto. Rot. Romana inter diverſor. dec.490. n.4. verſ. idque magis part.4. poſt Torr. de Primogenit. dec.62. n.4.& 5.*, & ſuper hoc noſtro teſtamento ſcribunt *Alegrad. controv.55. num.40. & 91. & contr.56. ſub n.56.* & regulare vocationem filiorum maſculorum Franciſci ſi exiſterent, ſin minùs fœminarum

rum ejuſdem, cum ſint poſita in eodem contextu ſermonis, & continuativè, quod operatur, ut ſi non legatur appoſitum aliud tempus, ſub-
60 ſequentes ſubſtitutiones regulantur à tempore, ſupra in prima ſubſtitutione expreſſo, in ſpecie *Paron. alleg.188.n.4. Urceol. in 3. append. ad conſult.82. n.26. & 28. ibique Rot. Rom. num.67. Lancetta apud Manſ. conſult.701. num.7. de Luc. de Linea legal. lib.2. art.10. n.2. Rota noſtra apud eundem Urceol. cit. dec. 19. num.15. & 16. Rot. Romana coram diverſor. diſt. dec.490. n.7. part.4.* & ſuper hoc eodem teſtamento *Altograd. d. contr.55. n.64.*

Addita præſertim juris præſumptione, juxta quam hujuſmodi verba *non exiſtentibus*, in dubio potius determinatè, quam indeterminatè cenſentur ap-
61 poſita, *Peregrin. de Fideicom. art 29.n.19. Rodolphin. alleg.37. num.13. & apud Urceol. in 3. Appendic. ad conſult.82.n.28. ibique Severol ſub num.34. Cyriacus Lancetta* in alia cauſa Florentina *apud Manſ. conſult.701. num.9. Torr. de Primogenit. tom.1.quaſt.36. num.19.fol.174. & tom.3. poſt dec.62. num.14. & ſeqq. Senatus Dolanus apud Grevell. d. dec.125. num.43. Rot. Lucen. apud Andreol. contr. 161. n.18. plenè Rot. noſtra apud Urceol. ſæpè allegata dec.19. n.12. & ſeqq.* ubi plurimos alios recenſet, & reſpondet contrariis *Rot. Romanæ in rec. deciſ.43. num.1. & ſeqq. par.13.*

Quando autem vocatio non exiſtentium eſt reſtricta ad caſum, & tempus mortis ultimæ fœminæ, tunc neceſſe eſt, quod eveniat de tempore illo, aliàs onus reſtituendi expirat, Cum ultima fœmina dicatur gravata favore filiorum maſculorum Franciſci della Nave, ipſiſque non exiſtentibus, favore filiorum ex fœminis Teſtatoris, & ſi dicti
62 filii non exiſterent favore maſculorum prius, & deindè fœminarum Franciſci per vulgarem, ut firmant in terminis *Foſar. conſ.29. num.6. Cyriac. contr.522. num.94. & ſeqq. Andreol. contr.100.n.4. & ſeqq. & contr.409. num.1. & ſeqq. Altolin. reſol.102. num.3. & ſeqq. & num.8. & reſol.114. num.8. & ſeqq. Lancetta* in alia Cauſa Florentina, *apud Manſ. conſultat.701. numer.4. & ſeqq. de Luc. de linea legal. lib.1. verſ.25. num.5. & lib.2. art.10. num.1. & ſeqq. Paron. alleg.188. num.1. & ſeqq. Urceol. in 3. appendic. ad conſult. 82. num.4. ibique Rodolphin. numer.26. Severol. num.35. Rot. Januen. apud Baldonc. dec. & rer. judicat. tit.3. d. dec.1. num.19. Rot. noſtra apud Palm. Nep. d. allegat.234. ex num.29. & n.37. & ſeqq. & apud Urceol. dec.13. num.16. & citat. dec.19. n.9. & ſeqq., & num.16. verſ. ex verbis, & num.17. Rot. Romana coram Priol. dec.110. num.1. & ſeqq. poſt de Luc. de Fideic. dec.62. n.1.*

Certoque certiùs reflectendo, quod ſi ſucceſſivè vocationes reſtrictæ ſunt ad tempus mortis ultimæ fœminæ, iſta erit gravata reſtituere omnibus ſucceſſivè ſubſtitutis, facto caſu eorum vocationis, ob non exiſtentiam perſonæ in præcedenti gradu vocatæ. Ex quo unico gravamine reſtituendi aliis ſubſtitutis in eorum reſpectivè caſibus, reſtricto ad ultimam fœminam lineæ maſculinæ, manifeſtè deducitur prædictas omnes perſonas eidem fuiſſe activè ſubſtitutas, non verò paſſivè in-
63 ter ſe de una in aliam, uſque ad ultimam ex eis, ut in individuo ponderant *Rodomſch. d. conſ.10. numer.29. in fine, & ſeqq. & conſ.54. nu.10. Andreol. contr.100. num.4. & contr.409. n. 1. 2 & 3. Senatus Dolanus apud Grevel. dec 125. num.41. Rot. noſtra in d. Florentina prætenſi fideicommiſſi 21. Septembris 1693. §. Quæ determinatio lib. mot. 234. fol 232.*

Eruitur ſecunda conjectura pro excluſione fideicommiſſi, ex eo quod Filii ex fœminis deſcendentibus Teſtatoris, dici bebent magis dilecti, tàm ex naturali affectione Sanguinis, quæ
64 major ſolet eſſe erga deſcendentes, quam erga collaterales *Semmat. controv.109. num.10. Peregrin. de Fideic. art.19. num.34. Rot. coram Pamphil. dec.313. num.10. Emer. Jun. deciſ.1180. num.9. in rec. dec.707. num.6. part.2. deciſ.310 num.10. & dec.534. nu.4. par. 18. poſt de Luc. de Fideic dec 35. num.7. & in Mantiſſa pariter de Fideic. dec.16. num.13.* quam ex priori nominatione, & vocatione prælatina fœminis Franciſci tranſverſalis, ex qua pariter ma-
65 jorem prædilectionem argui firmant in ſpecie *Senatus Dolanus apud Grevell.*

dec.

dec.125.num.50. & n.51.verſ. communiter Romano, & generalitèr *Saminiat. controv.109. num.9. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.468.num.15. Rot. in rec. dec.627. num.3. part.2. coram Bich. dec.287. numer.10. & coram Priol. dec.113. n.36.*

Dictaque majori dilectione non obſtante, ſi præfati filii Fœminarum Teſtatoris vocati fuerint per vulgarem, excluſis cæteris deſcendentibus ejuſdem lineæ, ut denotant verba illa Teſtamenti, *& eſſendovi, e ſopravenendo figlioli delle femmine deſcendenti da detto Teſtatore, chiamò prima i figlioli maſchi di dette femmine*, Verbum enim *figlioli* neutiquam collecti-
66 vum plurium graduum, ſed tantùm appellativum, & ad perſones unius gradus reſtrictum, non poteſt comprehendere niſi filios, vel filias primi gradus, ex linea Teſtatoris, ortum habentes, præcipuè in Civitate Florentiç, in qua recepta eſt opinio, ut appellatione filiorum Nepotes non veniunt,
67 de qua plenè *Rot. noſtra in Florentina Succeſſionis 23. Februarii 1711. §. Ac prændi coram me.*

Et conſequentèr per vulgarem vocati dici debent, quoties enim deficit vocatio plurium graduum, numquam dici poteſt volitum fideicom-
68 miſſum, ſed ſola vulgaris ſubſtitutio, ut probant Auctoritates ſupra relatæ *num.3.*

Si itaque per vulgarem vocati ſunt Filii Fœminarum à Teſtatore deſcendentes magis honorati, & magis dilecti, quanto magis per vulgarem invitati dici debebunt filii ex fœminis Franciſci fratris, erga quos Teſtator minorem dilectionem oſtendit, eiſque minorem honorem, & minùs emolumentum contulit, ſumpto argumento à majori prædilectione, quod eſt validum, & efficax ſaltem negativè; Quoties enim Teſtator non vocavit proximiores magis dilectos, legitimè infertur, noluiſſe vocare remotiores
69 minus dilectos, ut omiſſis generalibus, appoſitè in terminis obſervant *Rot. noſtra in Aretina prætenſi fideicommiſſi 12. Septembris 1711. §. Ex quibus coram D. meo Auditore Farſetto*, ubi plurimi concordantes *Rot. Romana in rec. dec. 160. n.20. par.10.*

Depromitur tertiò ex diſcretivo modo loquendi, quo Teſtator uſus fuit ſubſtituendo ejus filios, & deſcendentes maſculos in infinitum, eorumque ultimo fœminas proximiores, & poſt eas, cæteras fœminas ex ſua linea, deinde verò filios, & deſcendentes maſculos Franciſci ejus agnati proximioris, quos tam in caſu non exiſtentiæ, quàm etiam in altero caſu exiſtentiæ ſucceſſivè gravavit, & quidem verbis clariſſimis nullam dubietatem involventibus. Quod cum non fecerit in gradu ſequenti, ſed aliam omninò diverſam methodum diſponendi adhibuerit, hinc colligitur diverſimodè ſubſtituere voluiſſe, & filios fœminarum, ſivè à Teſtatore, ſivè à Franciſco Fratre
70 deſcendentium, veluti cognatos, minuſque dilectos, non eodem modo per fideicommiſſum ſucceſſivum, & perpetuum, ſed per vulgarem tantum honorare voluiſſe, ut in terminis Theoricæ Cumani, ita in individuo arguunt *Urceol. conſult 82.n.10. & in 3. Appendic. ad eamdem conſult. 82. num.4. verſ. tum etiam quia*, ibique *Angel. Rodulphin. n.27. verſic.tum, & tertio quia, Palm. Nep. alleg.47. n.15. & 57. & alleg.48. n.5.* ubi plurimos adducit concordantes *De Luc. de linea legal. lib.1. d. art.15. n.29. verſ. tertius, & verſ. ad hæc. Torr. de Primogenit. tom.2. quæſt. 19. n.21. fol.102. de Luc. de Fideic. diſc. 91. ſub n.16. & 23. & diſc.94. n.8. Rot. noſtra in Aretina prætenſi fideicommiſſi 12. Septembris 1711. §. Si verò in fine, coram D. meo Auditore Farſetti. Rot. Romana coram Royas dec.87. n.12. Priol. d. dec.110. num.9. & ſeqq. in rec. dec.72. num.11. par.10. & poſt De Luc. de fideic. dec.47. n.10 & dec.62. n.11.*, & in terminis hujus noſtri teſtamenti *Allegrad. contr.55. n.42. & contr.56. num.54. & ſeqq.*

Maximè quia ulteriùs adhibuit in hac poſtrema ſubſtitutione verbum, *chiamò*, quod eſſe directum potius,
71 quàm obliquum firmant *Manſ.* in alia Cauſa Florentina *conſult.327. num.11. Bellon. de Jur. Accreſcend. cap.7. quæſt.3. num.134. & ſeq. Rot. noſtra in Emporien. Detractionum 15. Martii 1708. §. Qua cum coram D. meo Auditore Bellarm. Rot. Romana in Panen. immiſſionis 7. Maji 1703.*

1703. §. *In nihilum*, coram *Lancetta*:
Ac propterea dum Teſtator in noſtra
vocatione uſus eſt verbo directo, exin-
72 dè infertur vocationem filiorum præſu-
mi magis per vulgarem, quam per fi-
deicommiſſum, ut in puncto *Menoch.*
de Præſumpt. lib. 4. præſumpt. 71. num. 7.
Peregrin. de Fideic. art. 18. n. 5. verſ. ſed
contra, & conſ. 26. n. 6. lib. 4. Fuſar. de
Subſtit. quæſt. 479. n. 1. & ſeqq. Mantic.
de Conjectur. lib. 4. tit. 8. n. 30. Baldacc.
dec. & rer. judicat. tit. de legat. & fideic.
dec. 6. n. 3. in fine. Rot. noſtra apud Ur-
ceol. d. dec. 13. n. 43. & ſeqq. Rot. coram
Gregor. dec. 107. n. 2. Emerix Jun. dec. 56.
num. 1.

Ex his liquidò conſtat conjecturas
pro parte Monacorum adductas, non
eſſe ſufficientes, illiuſque maximi pon-
deris, & efficaciæ, prout in ſubjecta
materia requiruntur, ex ſuperius pon-
deratis *num. 6.*, & ſi aliquam modicam
relevantiam habere poſſent, illa ſubla-
ta, & eliſa remaneret ab aliis conjectu-
ris pro parte rei conventi in contra-
rium ponderatis, quæ debent omninò
73 prævalere, vel quia validiores, ut in
terminis fideicommiſſi *Rot. noſtra apud*
Urceol. dec. 4. n. 88. Rot. Romana coram
Merlin. dec. 505. n. 33. Dunozett. Jun.
dec. 648. n. 25. in rec. deciſ. 199. num. 11.
par. 19., & in puncto Theoricæ Comu-
nis *Dominus meus Palm. Nep. d. alleg. 47.*
num. 56. & 73. §. Adeò, & n. 76. & ſub
n. 80. Vel quia habent pro ſe regulam
Juris, cui ſemper ſtandum eſt, niſi de
contraria mente Teſtatoris manifeſtè
appareat, ut ad limites Theoricæ Co-
74 munis tradunt *De Luc. de Fideic. diſc. 94.*
n. 8., & in terminis fideicommiſſi *Alte-*
grad. contr. 97. n. 65. De Luc. in alia Cau-
ſa Florentina ſcribens *diſc. 72. n. 4. &*
diſc. 124. n. 10. Rot. in rec. d. dec. 199.
num. 11. par. 19. & poſt De Luc. de legat.
dec. 14. n. 11. & 12.

Et in omnem caſum, cum ſaltem ne-
gari non poſſit, quod in conflictu con-
jecturarum hinc indè adductarum, ma-
teria reddatur involuta, ac dubia, &
qualis fuerit mens Teſtatoris ponatur
in ambiguo, hoc ſufficit ad repellen-
dum Actores, quibus incumbit onus
75 probandi plenè, & perfectè exiſtentiam
& durationem fideicommiſſi, ut in
terminis hujus Theoricæ *De Luc. de Fi-*
deic. d. diſc. 91. num. 14. & diſc. 94. n. 8.
Senatus Mantuanus apud Manſ. d. conſult.
777. num. 19. verſ. undè poſita neceſſitate,
& generalitèr in materia fideicommiſ-
ſaria *Altegrad.* in alia Cauſa Florenti-
na ſcribens *contr. 97. num. 65. Rot. no-*
ſtra apud Urceol. dec. 4. num. 89. & 90.
Rot. Romana coram Dunozett. Jun. dec.
648. num. 25. In re ſignantèr Juris re-
76 ſiſtentiam habente, fideicommiſſa enim
tamquam odioſa, & impeditiva liber-
tatis commercii, in Civitate præſertim
mercantili, ſunt rigida interpretatione
vitanda, & in dubio ſemper excluden-
da, ut in puncto Civitatum Mercan-
tilium *de Luc. de fideic. diſc. 120. ſub n. 13.*
& in puncto Civitatis Florentiæ *Lodo-*
vic. Ricciardus apud Fuſar. conſ. 169.
n. 119. Rot. Florentina in eadem cauſa
lib. motiv. 107. fol. 131. & ita ſemper fuiſ-
77 ſe reſponſum Florentiæ patet ex iis,
quæ in cauſis Florentinis ſcribendo, &
decidendo dixerunt *Advocati Florenti-*
ni penès Manſ. conſult. 503. num. 61. idem
Manſ. conſult. 702. num. 1. & 20. de Luc.
de Fideic. diſc. 91. num. 14. Rot. noſtra
apud Palm. Nep. d. alleg. 234. num. 68.
repetita apud Manſ. conſult. 610. & in
alia dec. impreſſ. inter dec. Laurn. Decon-
ſor. recollect. per eumdem Palm. dec. 364.
num. 45. apud Magon. dec. Florent. 149.
num. 16. apud Menoch. dec. Florent. 20.
num. 6. apud Urceol. d. dec. 19. num. 14.
& apud Accarſ. dec. 87. num. 41. & dec.
100. n. 28. in Florentina 23. Maji 1643.
§. Et ex hoc non conſtito lib. motivor.
116. fol. 17. & in d. Aretina prætenſi fi-
deicommiſſi 12. Septembris 1711. §. ſin.
coram D. Auditore Ferſetto, confirmata
ut uno ex Judicibus 31. Martii 1711. cor.
D. Auditore Philippo Luti, & in Floren-
tina Cambiorum, ſeu fideicommiſſi 14. Ja-
nuarii 1712. §. Profligatis, & ſeq. coram
Domino meo Auditore Bonſimo, & ſuper
hoc eodem teſtamento ſcribens *Alte-*
grad. d. §. contr. 56. ſub num. 90. & in
terminis Theoricæ Comunis *Rodenaſch.*
d. conſ. 34. num. 44. Cyriac. contr. 695.
num. 12 Altobon. reſol. 114. ex n. 9. &
ſeqq. Palm. Nep. d. alleg. 47. n. 66. & 77.
& alleg. 49. num. 8. de Luc. de Fideicom.
diſc 94. num. 8. Torr. de Primogen. tom. 2.
quæſt 19. num. 21. fol. 101. & quæſt. 36.
num. 16. verſ. ſupradictis, & num. 44.
fol. 173. Caſtill. contr. lib. 3. cap. 110.
n. 5.

num.5. & 6. Fuſar. de Subſtit. d. q.479. num.2. Cancer. Variar. part.1. cap.1. n.131. de Luc. de Linea legal. lib.1. art.15. n.29. in fine. Senatus Dolanus apud Grivell. d. dec.125. num.40. & ſeqq. Senatus Mantuanus apud Surd. dec.346. ſub num.19. verſ. ſimiliter non movet, & n.20. Rot. noſtra in d. Aretina Fideicommiſſi de Baccis 12. Septembris 1711. §. final.... Rot. coram Cavaler. dec.496. num.20. Gregor. dec.207. num.8. Pentinger. dec. 136. num.4. in rec. dec.43. num.8. & 9. & dec.527. n.13. part.13.

Et ita Utraque &c.

ARGUMENTUM.

Data pecunia pro literis Cambii, iisque tempus cum exburſatione totius pecuniæ receptæ, & traditis sequutenis, ſi valor monetæ in loco deſtinatæ ſolutionis augeatur, adeout ſcuta centum monetæ novæ ſolvantur cum ſcutis 92. monetæ antiquæ, non poteſt recipiens literas petere à Campſore augumentum, & loco Scutorum centum ab ipſo prætendere Scuta 108. Quando quis ſit obligatus ſolvere in ſcutis auri in ſpecie, vel ſufficiat ſolutio in æquivalenti. Locus celebrati contractus quinam dicatur? Valor monetæ an debeat conſiderari, juxta æſtimationem loci contractus, vel deſtinatæ ſolutionis.

SUMMARIUM.

1 *Campſor, qui emit literas Cambii cum moneta antiqua à Correſponſali recepta, ſi iſti tradidit literas, ſummam correſpondentem continentes, ſubſequens augumentum monetæ factum à Principe in loco deſtinatæ ſolutionis, non operatur, ut campſor debeat literis traditis ſupplere pretium auctum.*

2 *Aliàs Campſor, qui exburſavit totum pretium receptum pro emendis literis Cambii, de ſuo perſolvere deberet totum id, quod deficit, inſpecto valore augumenti.*

3 *In materia alterationis monetæ nulla regula magis recepta, quam quod debitor, & Creditor ab omni damno præſerventur.*

4 *Adeout ſi ille, qui vult ſolutionem juxta valorem monetæ noviter auctæ agat de lucro captando, alter verò de damno vitando, potior eſt cauſa ſecundi, quàm primi.*

5 *Solvens ſcuta centum Venetiis, ut cambiata ſibi reddantur Neapoli, ſi interim moneta augetur, non ſunt reddenda Creditori ſcuta centum, ſed 90., quia hæc aucta valet tot nummos, quot valebant ſcuta centum ante eorum augumentum.*

Et multò minùs poteſt petere augumentum, ſi is, qui dedit literas Cambii, geſſit ſolùm figuram Procuratoris deſtinati ad providendum literas cambiarias, in alio loco ſolvendas, & num. ſeqq. *ubi latè.*

7 *Actus geſtus procuratorio nomine alterius habetur, ac ſi fuiſſet geſtus à Principali.*

8 *Procurator in nihilo tenetur de proprio.*

9 *Et ſi in executione mandati contingat damnum, iſtud referri debet ad perſonam Principalis, non Procuratoris, cui officium ſuum non debet eſſe damnoſum.*

10 *Procurator recipiens pecuniam pro emendis literis cambii, ſi loco illas emendi ſcribat Amico in Urbe, ubi aucta fuit moneta, ut ſolvat ſcuta mille, pro quibus ipſe reſtituat ſolventi ſolùm ſcuta* 800., *hæc ſcuta* 800. *ſolùm poterit repetere à Principali.*

11 *Cum Procurator ex augumento monetarum nihil lucrari poſſit.*

12 *Principalis ſi tranſmittendo pecuniam effectivam in loco, ubi illa fuit aucta, loco centum reciperet* 108., *non per hoc ſi aliam viam elegit recipiendi literas cambii, poterit à Procuratore eamdem ſummam* 108. *prætendere*, & n.15.

13 *In damno eſſe non dicitur, qui lucrum non facit.*

14 *Et hoc dicitur potius intereſſe lucri ceſſantis, quod non habetur in conſideratione.*

15 *Damnum procedens ex proprio facto ſibi, & non alteri referri debet.*

16 *Principalis non poteſt petere augumentum à Procuratore, ſi ab iſto recepit literas cambii, augumentum non continentes, illaſque approbavit, & ratificavit.*

Literæ cambii ex quo dicantur acceptatæ, & ratificatæ ab eo, in cujus gratiam fuerunt traditæ? ibidem & num.24.

17 *Recipiens pecuniam pro traditione literarum cambii ſuſcipit mandatum tranſmittendi eamdem pecuniam ad alium locum: declara, & intellige ut* n.22. & 23.

 18 De-

18 *Debitor ſe obligans ad ſolvendum in certa ſpecie monetæ tradere debet, vel ipſam monetam in ſpecie, aut ipſius valorem, quo ſpecies comparari poſſit.*

19 *Declara, ſi obligatio ſit facta de ſolvenda moneta reali, non autem imaginaria.*

Declara item, & limita, ut num. 25. & ſeqq.

20 *Monetæ valor æſtimari debet juxta illius curſum in loco contractus, non autem in loco deſtinato ſolutionis. Limit. ut infra* n. 60. & ſeqq.

21 *Item limita in legato.*

23 *Contractus cambii non exigit remiſſam ejuſdem individualis pecuniæ, ſed contrahi poteſt per literas directas alteri Mercatori, ut de ſua propria pecunia tractam impleat.*

24 *Recipiens literas cambii abſque ulla declaratione ratificat geſta per ſcribentem, perindè ac ſi illi mandatum dediſſet.*

26 *Promittens ſolvere ſcuta centum Juliorum decem pro ſcuto, adimplet, etiamſi non tradat Julios decem argenteos pro quolibet ſcuto, qui poſt augumentum non centum, ſed* 108. *Bajoccos valebant, ſed ſufficit ſi ſolvat Bajoccos* 100. *monetæ auctæ, qui conſtituunt unum ſcutum.*

27 *Monetæ mutatio ſi non contingat in bonitate intrinſeca, ſed in extrinſeca, ſolutio fieri debet juxta valorem auctum, inſpecto tempore ſolutionis, non contractus.*

28 *Etiamſi promiſſa eſſet ſolutio in certa ſpecie monetæ.*

29 *Stante diverſitate monetæ, puta ſcuti Florentini, & Romani, expreſſio, quod ſcutum deberet eſſe Juliorum decem, cenſetur facta demonſtrativè, non taxativè.*

30 *Valor Juliorum decem verificatur etiam in moneta nova, quæ ad dictam ſummam aſcendat.*

31 *Verba,* à 75 e un ottavo, *in literis cambii explicantur,* à ſcudi 75. e un ottavo d'oro ſtampe per cento.

32 *Et non deſignant illam præciſam ſpeciem monetæ per modum certi corporis, vel numeri, ſed ſtant demonſtrativè, ad oſtendendum emolumentum, ſeu valorem cambii, tunc temporis currentem,* & n. 34.

33 *Nec impediunt ſolutionem in moneta valoris aucti juxta tempus ſolutionis.*

35 *Declara, ut hoc procedat in moneta effectiva, & contraria opinio in moneta imaginaria.*

36 *Decl. 2., ut ſcuta auri ſtamparum ſtent demonſtrativè ad deſignandum valorem, ſi adæquent ſummam ſcutorum E. G. centum monetæ Florentinæ, ſecùs ſi non adæquarent.*

37 *Scutum aureum Stamparum effectivum ex Edicto Alexandri VIII. fuit auctum ad Julios ſexdecim.*

38 *Inter Mercatores tamen occaſione literarum cambii calculatus fuit ſemper ad rationem Juliorum quindecim, & unius quarti.*

39 *Decl. 3., quod ſi ante augumentum monetæ non potuiſſet prætendi ſcutum auri in ſpecie, quia recipiens plus ſuo credito exigeret, multò minùs poſt.*

40 *Veriſimilitudo, & juſtitia in dubio ſemper attenditur in ſubjecta materia valutationis monetæ.*

41 *Solutio an fieri debeat in ſcutis auri in ſpecie, vel in æquivalenti, quando in literis cambii fuit dictum à 75. E. G., attenditur ſtylus, & diſpoſitio Mercatorum.*

Et id, quod fuit in aliis literis cambii obſervatum inter eaſdem Partes n. 43.

42 *Mercatorum atteſtationibus plurimum defertur.*

43 *Contrahentium voluntas interpretationem recipit à ſolito ab ipſis practicato.*

44 *Item ab obſervantia.*

45 *Pro obtinenda ſolutione in ſcutis auri in ſpecie, epiſtola ab obligato ſcripta quando non obſint,* & n. ſeqq.

46 *Epiſtola, in qua ſcribens ſe remittit juris diſpoſitioni, vel conſuetudini, nihil ponit in eſſe, niſi Judex declaret, quid de Jure, vel conſuetudine ſit ſtatuendum.*

47 *Epiſtola hortativa, & conſultiva procedentes à credulitate ſcribentis, nihil contra ipſum probant.*

48 *Confeſſio, quæ non eſt clara, certa, & præciſa, ſed varia, incerta, & æquivoca nullam meretur conſiderationem.*

49 *Et interpretari debet, ut minus obſit confitenti.*

50 *Debitoris cauſa in dubio eſt favendum, & ea capienda interpretatio, quæ tendat ad extenuandam, & minuendam ejus obligationem.*

51 Cam-

51 *Campſor Florentinus accipiens mandatum remittendi pecunias ad Urbem E.G. duos celebrat contractus, unum Florentiæ, ubi acceptat mandatum, & alium Romæ, ubi ſcribit literas cambii, ad hoc ut ſequatur ſolutio requiſita à mandante*, & num. ſeqq. & ex n. 55. & ſeqq.

52 *Contractus mandati perficitur, & celebratur in loco, in quo Procurator acceptat mandatum, ubi conveniuntur conſenſus Mandantis, & Mandatarii.*

53 *Literas cambii qui recepit, & tradidit pecunias, pœnitere non poteſt, repetendo pecunias, & retrocedendo literas receptas.*

54 *Sicuti qui literas conſignavit, non poteſt illas repetere, & pecunias reſtituere.*

56 *In materia literarum cambii contractus perficitur, non in loco, in quo illæ ſcribuntur, ſed in loco, in quo recipiuntur.*

57 *Contractus initi per Epiſtolam perficiuntur in loco, in quo recipiuntur epiſtolæ.*

58 *Contractus perficitur non in loco, in quo negotium geritur, ſed ubi eſt deſtinata ſolutio, & pecunia præſtari debet.*

59 *Declara, quando unus ex Contrahentibus eſt abſens, ſecùs ſi ambo ſint præſentes, nam tunc locus contractus eſt ille, ubi negotium geritur, quia ibi uniuntur conſenſus.*

60 *Valor monetæ non regulatur juxta æſtimationem loci contractus, quando ſumus in iis, quæ reſpiciunt ejuſdem contractus executionem.*

61 *Executionem contractus reſpiciunt literæ cambii.*

62 *Prout exactio pecuniarum ab eo, cui literæ directæ ſunt.*

63 *Pro interpretatione contractus, & metiendis viribus obligationis, attenditur locus negotii geſti, non locus, in quo ſolutio collata fuit.*

Contrariæ Authoritates explicantur, ibidem *remiſſivè*.

64 *Contrahentes non putantur intelligere potius de valore monetæ loci contractus, quàm deſtinatæ ſolutionis, ſi in utroque loco de tempore contractus valor erat idem.*

65 *Et quamvis poſt contractum ſupervenerit diverſitas valoris monetæ ab alia, hæc tamen tanquam eveniens ex poſt, voluntatem contrahentium regulare non poteſt.*

66 *Moneta valuatur juxta illius æſtimationem in loco, in quo deſtinata eſt ſolutio, quando contrahentes convenerunt de moneta currenti in loco deſtinatæ ſolutionis, quæ ſit diverſa ab illa loci contractus.*

67 *Contrahentium voluntas præſumitur conformis Legibus, & ſtatutis vigentibus in loco contractus, quando agitur de forma, & ſolemnitate contractus, non de iis, quæ reſpiciunt naturam obligationis in ipſo limine contractus perficienda, ſecùs quoad effectus ſucceſſivos, reſpicientes executionem contractus, prout eſt exactio literarum cambii*, & n. 68.

69 *Maximè quando unus ex Contrahentibus eſt de loco contractus, alter foraſtis, & magis verſatus in loco deſtinatæ ſolutionis, quo caſu eò magis cenſetur ſe conformaſſe cum Legibus, & conſuetudinibus loci, ubi fuit deſtinata ſolutio.*

DECISIO XXXII.

OCcaſione negociationis exercitæ à DD. Heredibus Bonaventuræ Righetti, in Civitate Perusii commorantibus, plures inter ipſos, & rationem Bancariam DD. de Montautis, & Cordulis interceſſerunt ordines, & mandata, & præcipuè de Anno 1708., quo iſti receperunt à dd. Dominis de Righettis epiſtolas, quibus ordinabatur, quod ad commodum ſcribentium ſolvi facerent in Urbe Romæ ſcuta 4374., prout adimplere promptè curavit ratio bancaria dum mediantibus Literis Cambii ſub diebus 18., & 25. Auguſti, & 8. Septembris 1708. tota, & integra ſumma requirentibus fuit tranſmiſſa.

Verùm quia poſt receptas ab iſtis Literas, illarumque etiam pro majori parte acceptatione ſecuta, ſupervenit Ædictum Pontificium, in quo ob indigentias Sedis Apoſtolicæ pro defenſione Status Eccleſiaſtici, augebatur Moneta in quatuor quadrantibus pro quolibet

Julio, & ſic reſpectivè etiam aliæ pecuniæ majoris, & minoris valoris, hinc prætendere cœperunt Debitores, ſe velle ſolvere ſummam debitam ad rationem monetæ noviter augumentatæ; receptaque per DD. de Righettis quantitate ab ipſis oblata, ſucceſſivè pro reſiduali prætenſi crediti conſecutione regreſſum habuerunt contra rationem Bancariam DD. de Montautis, Cauſaque nobis à Magiſtratu Mercantiæ commiſſa, retulimus rationem Bancariam fore à petitis abſolvendam.

Etenim cum DD. de Montautis literas cambiarias à diverſis Mercatoribus cum ſolutione Monetæ antiquæ emerunt, ſi poſt ſecutam exburſationem ſcutorum 4374. monetæ antiquæ, verè, & realitèr ab ipſis factam, pro emendis dictis literis eis commiſſis, illarumque tranſmiſſione ad DD. de Righettis, & ſubſecuta pacifica receptione, ſupervenit Ædictum Pontificium augens monetam, adeout ſcuta centum Monetæ augumentatæ ſolverentur cum ſcutis 92. monetæ antiquæ, ex tali innovatione injuſtè prætendunt DD. de Righettis, ſibi ſolvi debere alia ſc. octo pro qualibet centenario, quia
1 cum in emptione Literarum DD. de Montautis iſta ſcuta octo jam perſolverint, ex quo habita ratione ad monetam antiquam, quæ tunc ſolùm aderat, integrum valorem Literarum datoribus earumdem tradiderunt,
2 non poſſunt adſtringi ad iteratam ſolutionem dictæ quantitatis, ac aliàs pro qualibet ſcutorum centenario à Righettis recepto ſcuta centum, & octo perſolvere cogantur: In hac enim materia nulla firmior, tutior, & magis æqua tradi poteſt regula, ad dignoſcendum, quis ſentire debeat jacturam provenientem ex alteratione
3 monetæ, quàm illa, per quam Partes à damno præſervantur, itaut ſemper capienda ſit ea interpretatio, juxta quam tam debitor, quàm creditor illæſi remaneant ab omni damno, ut per *Tex. in l. Paulus 99. ff. de ſolut.* in propria noſtra materia tradunt *Bartholomæus Gattus conſ.18 num 5. 6. 11. & 12. Scaccia de Camb. §.2. Gloſſ.5. ſub num.133. & ſub num.141. Carpano. Juriſprudent. foren. part.2. conſlit.28. definit.4 num.5. definit.5. n.11. & definit.6. num.4. fol. mihi 658. 659. & 660. Marquard. de Jure Mercator. lib.2. cap. 8. num.26. in fine. Gob. de monet. quaſt.6. num.57. & 67. bonè Senatus Mantua ibidem nu.102. & ſeqq. Senatus Gratianop. apud Larroam deciſ.17. num.16. & 17. Addit. ad dec.67. num.64. par.9. recent. Rot. poſt Cenc. de cenſib. dec.214. in princ. & deciſ.217. n.7. & 8.*

Damnificati verò remanerent DD. de Montautis, ſi ipſi ſolvere deberent in Urbe ad rationem monetæ antiquæ, quia loco ſcutorum centum præfatæ monetæ à Righettis receptæ ſcuta centum, & octo ejuſdem monetæ antiquæ ſolverent, ut mox dictum eſt, è converſo verò cum jactura Correſponſalium utilitatem, & lucrum reportarent DD. de Righettis, nam cum ipſi de tempore, quo ordinarunt ſolutionem ſcutorum 4374. faciendam Romæ, monetam majoris valoris non exburſaverint, & nihil aliud voluerint, quàm ſummam præfatam recipere in Urbe pro dicta quantitate expendibilem, ſi ex poſt ſupervento Pontificio edicto, ad rationem monetæ antiquæ DD. de Montautis ſolutionem facere deberent, non ſummam expendibilem Romæ pro ſcutis 4374. ſed pro ſcutis 4723. 92. DD. de Righettis reciperent, ſicque lucrarentur totum id, quod excedit quantitatem dd. ſcutorum 4374. Quando autem ex contrahentibus alter agit de damno evi-
4 tando, & alter de lucro capiendo, ſemper eſt potior Cauſa ejus, qui de damno vitando agit *Rota coram Dunozet. jun. deciſ.361. num.11. in recent. deciſ.190. num.29 par.6. dec.805. nu.10. par.18. tom.2.* & in terminis individualibus, quod ſolvens Venetiis exempli gratia ſcuta 100., ut Cambiata ſibi reddantur Neapoli poſt duos menſes, ſi interim augeatur moneta, non eſſe reddenda Creditori integra illa ſcut. 100., ſed tantum 90., quia hæc aucta
5 valent tot carolenos, quot valebant centum ſcuta ante eorum auctionem, aliàs plus exigeret, quam dederit *Fabian. tom.2. quaſt. moral. tract.35. cap. 21. quaſt.2. ſub n.486. Ducrd. de Camb. §.1 quaſt.23. n.1. & ſeqq.*

Illaque interpretatio ob fortiùs re-

ci-

cipienda eſt; attenta qualitate DD. de
Montautis, qui nullam aliam in hoc
6 geſſerunt figuram, quàm Procura-
toris deſtinati ad effectum providen-
di plures Literas Cambiarias in Ur-
be ſolvendas; ac proinde cum Actus
geſtus procuratorio nomine alterius
7 habeatur, ac ſi ab ipſomet principa-
li abſente geſtus fuiſſet, ita & taliter,
8 ut procurator in nihilo teneatur de
proprio. *Sard. conſ. 19. num. 11. & 12.
Gob. conſult. 69. num. 14. & ſeqq. Hodier.
controverſ. 39. num. 16. Golin. de Procu-
rat. part. 5. cap. 1. num. 7. & ſeqq.* ibique
*De Luc. num. 1. Merlin. de pign. lib. 2.
tit. 3. quæſt. 102. num. 2. & 3. R. P. D.
mone Anſald. de Commer. & Mercat.
diſc. 63. num. 14. Altiman. de nullitat.
contract. tom. 3. quæſt. 10. num. 41. Rota
in recent. dec. 644. num. 8. & ſeqq. par. 4.
to. 3.* Hinc ſequitur, quod totum dam-
num ab executione mandati contin-
gens referri debet ad perſonam Prin-
9 cipalis, non verò Procuratoris, cui
officium ſuum nequit eſſe nocivum,
*Sard. conſil. 19. num. 12. Herm. de fi-
dejuſ. cap. 16. num. 36. Rocca de manda-
to notab. 19. num. 60. & ſeqq. poſt tom. 1.
reſponſ. Golin. de Procurat. part. 5. cap.
5. num. 1. fol. 221. verſ. Agere. De Luc.
de credit. diſc. 68. num. 13. & de Tutor.
diſc. 16. num. 12. Rota Genuen. dec. 178.
num. 2 Rota in recent. dec. 92. numer. 1.
part. 16.*

Contrarium ſolùm procedentibus,
quando DD. de Montautis Literas
Cambiarias ab aliis non emiſſent, ſed
Amico in Urbe ſcripſiſſent, qui in
gratiam eorum ſolviſſet ſcut. 4050.
monetæ antiquæ, quæ cum augumen-
to conſtituebant ſummam ſcutorum
4374. monetæ novæ; tunc enim ſi
Amicus ſolvens contentus fuiſſet re-
cipere à DD. de Montautis ſolùm di-
10 cta ſc. 4050. monetæ antiquæ, non
potuiſſent illi prætendere à DD. de
Righettis ſcuta 4374. ejuſdem mone-
tæ, cum tamquam Procuratores ultra
eorum proviſiones nihil lucrari, &
cum jactura correſpondentis locupleta-
11 ri non potuiſſent; ſed cum caſus in
oppoſitum contigerit, quia DD. de
Montautis integram ſummam ſcuto-
rum 4374. monetæ antiquæ vendito-
ribus Literarum perſolverint, non
poſſunt DD. de Righettis ab illis ma-
jorem ſummam prætendere ſub præ-
textu, quòd ſi ipſi pecuniam effectivam
in Urbe habuiſſent, illam pro ſcutis
12 4723. 91 expendiſſent, quia iſte ca-
ſus, qui non evenit, non eſt haben-
dus in conſideratione, ſed dum à
DD. de Righettis electa fuit alia via
tranſportationis pecuniarum ad Ur-
bem, mediantibus Literis Cambii, hac
electione, & ſuppoſito retento, inqui-
rendum eſt de damno, quod vel nullum
adeſſe pro parte DD. de Righettis,
dicendum eſt, ex quo omiſſio illius
majoris lucri, quod ipſi habere po-
tuiſſent, ſi pecuniam effectivam in Ur-
be habuiſſent, non operatur, ut di-
13 ci poſſint damnificati, cum ex eo ſo-
lùm quod quis lucrum perdat, in dam-
no eſſe non dicatur *Rimminald. jun.
conſ. 643. n. 11. & ſeqq. Paton. de locat.
cap. 47. num. 6. & 7. 52. & 53. & cap. 55.
num. 78.* & poſt plures individuales
Authoritates, quas refert in ſpecie
Gob. de monet. quæſt. 5. num. 3. ubi quod
hoc eſt potiùs intereſſe lucri ceſſantis,
14 in hac materia non conſiderabile *Se-
natus Mantuanus, ibidem num. 43.*

Vel quatenùs aliquod damnum
conſiderari poſſet, adhuc cum illud
provenerit, ex quo DD. de Righettis lo-
co tranſmittendi effectivam pecuniam
in Urbe, aliam viam elegerunt, dam-
num ex hac electione procedens tam-
quam ex proprio facto, & culpa pro-
veniens, ſibi, & non aliis nocere de-
15 beret, ut in ſubjecta materia, tradit
*Theſaur. jun. in tract. de augumento mo-
netæ, par. 2. num. 40. impreſſo poſt ejuſ-
dem quæſt. foren.* & in præcisa noſtra
quæſtione argumentum hujuſmodi in-
dividualitèr rejecit *Onnate de Contra-
ctibus tom. 3. tract. 24. de Cambiis diſput.
89. num. 19. §. Dices fortè, verſ. Reſpon-
detur, concedendo antecedens in eo, quod
nullum Contractum peregit cum ſua pe-
cunia, & num. 55. verſic. Ad tertium
reſpondetur. Roſignol. de Cambiis p. diſ-
quiſit. §. 18. n. 3. verſic. Dices ſecundò.*

Certoque certius prædicta procedunt
conſiderando, quod DD. de Righet-
tis Literas Cambiarias ad ipſos tranſ-
miſſas receperunt, & ne dum non con-
tradixerunt, ſed gratias egerunt Mon-
tautis, illaſque tranſmiſerunt ad Urbem

Ro-

Romæ, & giraverunt Falletinis illuc commorantibus, ad hoc, ut earum acceptationem curarent, pro illis juxta ſtylum ſui loco, & tempore exigendis. ex qua receptione literarum, & maximè
16 aliis ſimul junctis, educitur illarum acceptatio, & ratificatio geſtorum à Procuratore, ut in terminis Literarum Cambii, *Genu. de ſcript. privat. lib. 3. tit. de Liter. Cambii, fol. 137. n. 70. & 71. Scacc. de Comb. §. 2. gloſſ. 5. n. 336. Altimar. de Nullit. contract. tom. 4. rubr. 1. par. 2. quæſt. 14. num. 90. Caſareg. de Commer. diſc. 30. n. 61. & ſeq. ubi plures concordantes. Rota Januen. de Mercatura dec. 133. n. 2. Addent. ad Buratt. deciſ. 486. n. 7. ubi plures individuales Authoritates citat. Rota Romana diverſor. dec. 811. n. 9. & ſeqq. par. 1. & in recent. dec. 664. n. 2. par. 1. dec. 345. n. 8. par. 5. & in Romana Literarum Cambii 13. Martii 1697. §. Litera, cor. dell' Olmo. Romana pecuniaria, ſeu ... 20. Januarii 1700. §. Et denique, coram eodem, & in Romana Literarum Cambii 11. Decembris 1705. §. Acceptatio, verſic. quapropter, coram Scotto.*

Quibus ita conſtitutis, obeſſe non valet triforme objectum ad probandum, quod DD. de Montauto tenerentur ſolvere in Urbe ſcuta 4374. monetæ antiquæ, conſiſtens primum in eo, quòd ipſi, tranſmittendo Literas Cambii, exceſſerunt fines mandati, reſtricti ad tranſmittendam in Urbe eandem pe-
17 cuniam receptam à Righettis, juxta naturam Cambii platealis, de quo *De Luc. de Cambiis diſc. 27. §. Queſto mercato;* Secundum quòd iidem DD de Montauto ſe obligaverint ſolvere ſcuta Auri ſtamparum in ſpecie, adeoque aut ſpeciem ipſam, aut ipſius valorem, cum
18 quo ſpecies comparari poſſit, tradere debeant, ut firmat in terminis *Tranchedin. conſult. 39. ex num. 1. lib. 1. Fenzon. ad Stat. Urbis lib. 2. cap. 197. n. 175. & ſeqq. Theſaur. de Monetis par. 2. n. 16. Tondut. de Penſion. quæſt. 40. num. 14. De Luca de credit. diſc. 140. n. 11. verſ. aut denum etiam in auro, & de regalibus diſc. 126. n. 4. & ſeqq., egregiè Duard. de Cambiis, §. 2. quæſt. 3. n. 17. & quæſt. 25. num. 7. & ſeqq. Altimar. de nullit. contract. tom. 7. rubr. 1. par. 5. quæſt. 47. numer. 467. verſic. ſi ſit conventum expreſsè Gob. de monet. d. quæſt. 9. n. 36. quæſt. 1. ex n. 4. & n. 71. & ſeqq. & quæſt. 7. n. 13. Unmzenegger. quæſt. Monetar. 2. n. 1. & ſeqq. impreſſ. poſt Bibliothec. Auth. Gaſpar. Manz. tom. 3. fol. 1008. Bondens. ad Ottav. de Paſcuis, cap. 43. n. 18.*, ubi plures concordantes adducit, & diſtinguit,
19 hoc procedere in moneta reali, non in immaginaria *Panimol. deciſ. 44. adnotat. 3. n. 12. & ſeqq. Addent. ad Rot. in cau. dec. 67. ex n. 35. & ſeqq. par. 9. Rota coram Dunozet. ſen. dec. 139. n. 2. & 4. in rec. deciſ. 741. n. 2. & ſeqq. par. 18. & deciſ. 319. num. 1. & 2. par. 19. & in Vercellen. annuæ præſtationis 22. Junii 1701. §. Eorum, & ſeqq. & 13. Februarii 1702. in princ. §. Nec officere, & ſeqq. coram Cardinal. de la Tremoille, & 13. Junii 1704. §. Idcirco, coram Anſald.* Et tertium ex quo ubi in loco Contractus valor monetæ diverſus eſt ab illo loci deſtinatæ ſolutionis, tunc illius valor æſtimari debet juxta curſum, qui
20 eſt in loco, ubi Contractus fuit geſtus, non autem in loco ſolutionis deſtinatæ, ut benè in ſpecie tradunt *Mareſcot. Variar. reſolut. lib. 1. cap. 94. num. 1. & ſeqq. & per tot. Gratian. diſcept. 11. num. 9.* ibique *De Luca, num. 7. Tranchedin. d. conſult. 39. num. 10. lib. 1. Antonell. de tempore legali lib. 2. cap. 41. n. 17. & ſeqq.* ubi limitat in legatis, *& de lo-*
21 *co legali lib. 2. cap. 1. num. 298. Caler. de æquit. lib. 3. cap. 193. num. 31. & 32.* ubi in puncto Civitatis Florentiæ, *Scacc. de commer. §. 1. Gloſſ. 3. num. 110. in fin. & num. 176. §. Sexto requiritur in fin. Cenc. de Cenſib. quæſt. 85. num. 39. Monter. de decret. lib. 3 tit. 13 num. 50. Tondut. de Penſionibus, cap. 40. num. 7. & 11. Altimar. de nullit. contract. tom. 7. rubr. 1. part. 5. quæſt. 47. num. 464. Gob. de monet. quæſt. 4. num. 37. & 38.* ubi reprobat contrarios *Hodiern. ad Surd. dec. 127. num. 4. Rota coram Seraphin. dec. 944. num. 2. & 3.*

Etenim quo ad primum objectum illud ceſſat ex facto, dum impoſſibile, & inveriſimile prorſus erat, quòd DD. de Righettis dederint mandatum ad tranſmittendum Romæ eamdem pecuniam in ſpecie, quando tempore, quo ipſi
22 receperunt Literas Cambiarias ferè nunquam tranſmiſerant ad Civitatem Florentiæ pecuniam in ſumma æquivalente

quan-

quantitati receptæ; quodque plus eſt Dominos de Montautis reimburſarunt cum pecuniis in Urbe Romæ non expendibilibus. Et non proficeret de jure, quia Contractus Cambii non exigit ejuſdem individualis pecuniæ remiſſam de loco, ad locum, ſed ritè contrahi poteſt, & ſolet per Literas directas, ad alium Mercatorem, in lo-
23 co deſtinatæ ſolutionis exiſtentem, ut de ſua propria pecunia tractam impleat, & tantumdem Creditori perſolvat, benè *Duard. eodem tract. §. 1. quæſt. 10. num. 3. verſ.* Et in eo redditur pecunia non ſolùm eadem, ſed ut plurimum diverſa ſpecie, *Roſignol. de Cambiis, p. diſquiſit. §. 2. num. 2. & 3. & 2. propoſit. 20. num. 2. in fin. fol. 153. Garde credit. cap. 2. tit. 7. num. 1236. Scacc. de Cambiis, §. 2. quæſt. 5. num. 36. & ſeqq. De Luca eodem tract. diſcurſ. 17. §. Queſta, Altimar. de nullit. Contract. tom. 4. quæſt. 24. n. 149.*

Et in omnem caſum, cum Domini de Righettis Literas veluti eorum mandato conformes, liberè, & abſque ulla reclamatione acceptaverint, quatenùs etiam à principio in hac parte
24 mandatum defeciſſet, illud ſuppletum remaneret à ſubſecuta ratificatione, quæ mandato æquiparatur, ut omiſſis generalibus, in individuo firmat *Rota in rec. dec. 58. num. 15. & 16. par. 16.*

Irrelevans pariter detegitur ſecundum objectum, nullo enim modo probatur ordo Dominorum de Righettis, quod eis ſolveretur pecunia in Urbe in tot ſcutis Stamparum, minuſque probatur, ad id ſe adſtringere voluiſſe Dominos de Montautis:
25 Duplici enim formula iſti uſi fuerunt in Literis tranſmiſſis Peruſium, una quæ fuit communis omnium Literarum, unica excepta, & iſta hoc modo concepta legitur.

A dì 25. Agoſto 1708. „ Firenze „ ſcudi 400. giuli 10.

A uſo pagate per queſta prima di Cambio all'ordine S. P. dei SS. Montauti, e Corboli ſc. 400. giuli 10. cambiati con i medeſimi, e ponete come ſi avviſa; Addio.

E per voi agli SS. Eredi di Bonaventura Righetti, &c.

Quæ loquendi formula, cum nihil aliud contineat, quam promiſſionem ſolvendi ſcuta 400. compoſita ex Juliis decem pro quolibet ſcuto, obligationi ſatisfactum dicitur, ſi cum moneta noviter augumentata ſolvantur Julii decem compoſiti ex decem bajocchis pro quolibet julio, & ex centum pro quolibet ſcuto, prout componebantur antiqui, etiamſi in ſpecie
26 non tradantur Julii decem argentei, qui poſt augumentum, non centum, ſed centum, & octo Bajocchos valerent, ita expreſsè diſponente tam Pontificio Ædicto „ ibi „ *Dichiarando in oltre, che il pagamento, che in avvenire ſi farà di Bajocchi cento, uguagli, e compiſca il pagamento di uno ſcudo, ancorche in paſſato ſi foſſe convenuto a ragione di Giuli, o Paoli dieci per ſcudo, che ſecondo l'augumento ſuddetto potria conſiderarſi in ſomma maggiore;* quam Juris Communis ſanctione, juxta quam, quoties mutatio monetæ non contingit in bonitate, ſeù qualitate intrinſeca, ſed firma ſtante intrinſeca bonitate illa extrinſecè variatur, quia ejus valor, vel æſtimatio ex Principis auctoritate creſcit, ſeù decreſcit, tunc ut debitor liberetur à ſuo debito, neceſſe non eſt quod ſolutionem faciat inſpecto valore mo-
27 netæ de tempore initi contractus, ſed ſatis eſt ſi ſolvat monetam juxta valorem currentem de tempore deſtinatæ ſolutionis, *ex theor. Bartol. in l. Paulus, num. 6. ff. de ſolut.* quam in propria noſtra materia ſequuntur *Ludovic. Bologn.* olim in hac inclyta Civitate Auditor, & Prætor *conſil. 16. num. 1. Cobal.* in hac alma Rota olim Auditor *conſil. 86. num. 42. & conſil. 103. num. 1. & per totum, lib. 2. Bartol. Gatt. conſ. 17. ex num. 1. Mareſcot. var. reſol. lib. 1. reſol. 94. num. 11. Gratian. diſcept. 417. num. 2. & diſcept. 560. num. 9. & ſeqq. Manſ. conſult. 391. n. 23. & ſeqq. Tranchedin. d. conſult. 59. num. 3. lib. 2. Altograd. contr. 80. num. 2. & ſeqq. & controv. 81. num. 4. & ſeqq. & n. 10. Palm. Nep. alleg. 146. num. 3. & allegat. 147. num. 1. De Luca ad Gratian. diſcept. 884. num. 3. Antonel. de temp. legal. lib. 1. cap. 41. num. 14. Theſaur. de augum. monetæ, part. 2. num. 52. & ſub num. 62.*

Mar-

Marsin. Garat. eod. tractatu, quaſt.1.
num.18. Bruneus in ſimili tractatu in ſex-
ta particula, ſub num.3. verſic. ubi au-
tem. Cenc. de cenſib. quaſt.85. num.24.
& ſeqq. Renat. Bud. de monet. cap.2. ex
num.13. Sola eod. tractatu caſu 8. per to-
tum, caſu 24. & caſu 40. num.13. & 16.
Concor. Var. reſolut. lib.2. cap.6. n.138.
& ſeqq. & num.143. Maſſel. de augum.
moneta quaſt.3. ex num.1. quaſt.4. num.3.
quaſt.5. num.1. & quaſt 12. ex num.3.
impreſ. poſt ejuſdem Triſmegiſt. legal. fol.
328. De Luca de alienation. diſc.20. n.3.
& de Beneſic. diſc.89. num.16. Duard.
de Cambiis §.2. quaſt.25. num.3 & ſeqq.,
ubi quod isto caſu attenditur tempus
ſolutionis etiamſi promiſſa eſſet certa
28 ſpecies monetæ *num.16. & ſeqq. & num.*
29. & ſeqq. Scaccia eodem tract. §.2.
Gloſſ.5. num.177. & ſeqq. Unterzenegger.
quaſt. monetar. impreſſ. poſt Bibliothec.
Aurei Mazz. quaſt.3. num.2. & ſeqq. &
quaſt.4. & ſeqq. fol 1099. tom.3. Senat.
Granaten. apud Larream dicta deciſ.17.
num.3. & 20. Gob. eod. tractatu quaſt.5.
num.2. & ſeq. ubi reiicit contrarios *Se-*
natus Mantua, ibid. num.40. & ſeqq. &
conſult.25. num.7. & conſult.138. num.2.
& ſeqq Sacrum Conſilium Neapolis. apud
Capyc. Latr. dec.48. num.9. Addit. ad
Barat. dec.626. num.6. Rota coram Gre-
gor. dec.42. num.6. ibique Addit. num.7.
Penia dec.5. num.4. Dunozet. Sen. dec.
139. num.1 Duran. deciſ.2. num.3. Pam-
phil. dec.129. num.1. ibique Addit. num.7.
Coccin. dec.1546. num.19. & deciſ 1335.
num.1. Dunozet. jun. dec.745. num.3.
& ſeqq. Ptol. dec.261. num.6. poſt Cenc.
de cenſib. dec.219. num.9. dec.221. n.5. &
dec.222. num.5. in rec. dec.149. num.6.
& 10. & ſeqq. part.2. dec 135. num.2.
part.3. dec.67. num.32. ibique Addit.
num.11 & plurib. ſeqq. part 9. dec.304.
num.6. part 14. & dec.164. num.8. part.
13. & in Vercellen. annua praſtationis
22. Junii 1701. §. Etenim 13. Februarii
1702. §. Praterea, coram Cardinali de
la Tremoille, & 13. Junii 1704. §. Id-
circò, & ſeqq. & §. fin. coram R.P.D. meo
Anſaldo.

Maximè quando adeſt diverſitas
monetæ ſpecificatæ, prout in præſenti
hypotheſi, in qua adeſt ſcutum Floren-
tinum conſtans ex Juliis decem cum
dimidio, & ſcutum Romanum com-
poſitum ex Juliis decem, qua diverſi-
29 tate ſtante, expreſſio quod obligatio
intelligatur de ſcuto Juliorum decem
ſit ad contradiſtinguendum unum
ſcutum ab alio, & ad evitandam con-
fuſionem monetæ, & ſic cauſa demon-
ſtrationis, non taxationis, ut in ter-
minis *Gaetan d. conſ.10. num.20. & ſeqq.*
Gratian. d. diſcept.417. num.9. & 11.
& diſcept 560. num.14. Caren. reſol.68.
num 5. Rand[illegible] reſp 33. num.95. lib.1.
Coſta de remed. ſubſidiar. remed.88. n.7.
Sola de monet. caſu 28. num.4. Theſaur.
eod. tractatu part.2. num.28. Gob. in ſi-
mili tractatu quaſt.6. num.51. & ſeqq.
Anſal. de Commer. diſcur.89. num.6. ubi
plures citat Senatus Burdegalen. apud
Boer. dec 317. num.3. Sacrum Conciſto-
rium Regni Sicilia apud Maſtril. dec.7.
num.10. Rota coram Bichio dec.250. n.8.
Dunozet jun. dec.745. num.4. in recen.
deciſ 114. num.3 part.1. & num.7. ubi
conſiderat, quod valor expreſſus verifi-
catur etiam in moneta nova, quæ aſ-
30 cendit ad quantitatem antiquæ *dec.430.*
n.1 part.4. dec.363. n.4. & dec.394. n.5. &
ſeqq par.16.

Altera literarum formula, per quam
reſtrictio prætenditur pro niſſo ad ſpe-
ciem ſcutorum auri ſtamparum fuit
concepta in ſcutis aureis *à 75. e no'ot-*
tavo, ibi *ſcudi 393. ſoldi 15., e denari 9.*
d'oro à 75. e no' ottavo, verba, enim illa
à 75. e no'ottavo, quæ explicantur *a ſcu-*
di 75. e no' ottavo d'oro ſtampe per cento:
31 non deſignant illam præciſam ſpeciem
monetæ per modum certi corporis, vel
numeri, ſed ſtant demonſtrativè ad
oſtendendum emolumentum ſeu valo-
rem cambii tunc temporis in Urbe
32 currentem, & ad hoc ut ſciatur quantus
ſit valor ſcutorum centum Florenti-
norum auri, quæ diverſa ſunt à ſcutis
Romanis auri, ideoque non impediunt
ſolutionem in moneta valoris aucti
juxta tempus ſolutionis, ut in terminis
33 verborum *à ſcudi &c.* ſive ad rationem
ſcutorum &c. Juliorum, librarum, du-
catorum, & ſimilium, quod non ſtent
34 taxativè, ſed demonſtrativè *Gaetan d.*
conſ.10. n.20. & ſeqq. Cyriac contr.388.
n.14. Gratian. diſcept.417. ex n.6. & diſ-
cept.560. n.10. Manſ. conſult.391. n.13. &
ſeqq Trentacinq. conſil.39. n.4. lib.1. Cenc.
de cenſib. quaſt.85. n.17. Marsin. Garat. de
mo-

monet. ſub num.29. & 30. De Luca de penſion. diſcurſ.34. num.7. & de regalib. diſcurſ.114. num.3. Maſſol. de augum. monetæ quæſt.14. ex num.3. Tondut. de penſion. cap.40. num.16. & 17. Gob. de Monet. quæſt.6. n.48. & ſub num.73. Senatus Burdegalen. apud Boer. deciſ.327. num.3. Addent. ad Rot. cor. Pamphil. dec. 219. n.8. verſic. ampliatur etiam, & ſeqq. ubi quod hoc procedit in moneta effectiva, & contraria opinio in moneta
35 imaginaria. *Rota poſt Conc. de conſtit. dec.210. num.1 & ſeqq. & coram Penia dec.592. ſub num.3 in impreſſione Lugdunen. Coccin. dec.2235 num.2. Dunozet. jun. d. dec.745. num.4. Buch. dec.250.n.4. & ſeqq. Celſ. dec.187. num.10. in recen. d. dec.124. n.5. part.1. dec.233. num.3. part.3. d. dec.430. num.2. part.4. deciſ. 38. num.17. part.16. & deciſ.193. n.1. part.17.*

Signanter quia ſcuta 75. auri ſtampatum æquabant ſummam ſcutorum centum monetæ Florentinæ, qua exequutione ſtante, eò magis arguitur, quod expreſſio d. ſcutorum auri ſtamparum fiet demonſtrativè, licèt ſecùs dicendum eſſet, ſi d. æquatio valoris non concurreret, cum iſto caſu verba non poſſint
36 dici appoſita ad valorem deſignandum, ut diſtinguunt. *Venturin. conſ.32. n.11. lib.2.* ubi optimè *Cyriac. d. controv.388. num.14. Theſaur. jun. de augum. monetæ part.2. num.28. & ſeqq. & num.36. verſ. limita tertio poſt quæſt. forenſ. ejuſdem fol. mihi 39.* benè *Maſſol. eod. tractatu quæſt 14. num.6. fol 331 poſt Triſmegiſt. legal. Tondut. de penſion. d. cap.40.n.30. Rota in recen. dec.363 n.4. part.16. & dec.193. num.2. & 3. part.17.*

Nec diverſimodè velle potuerunt contrahentes, quia cum ſcutum auri ſtampatum effectivum, & in ſpecie etiam ante augumentum monetarum communitèr expenderetur pro Juliis ſexdecim, ex edicto Alexandri Octavi, qui illud ad hanc ſummam auxit, &
37 nihilominus inter Mercatores non plus calcularetur quàm ad rationem Juliorum quindecim, & unius quarti, ut
38 eſt in confeſſo, utique ſicut non ſecuto augumento DD. de Righettis ſcutum auri Romanum in ſpecie prætendere non potuiſſent, ſed ſolùm Julios
39 quindecim, & unius quarti pro quolibet ſcuto, ne ultra plus conſequerentur, quàm eſſet eorum creditum, ita &
40 multò minus illud prætendere potuerunt poſt augumentum ſecutum, ſic exigente juſtitia, & veriſimilitudine, quæ in dubiis ſemper attenditur, in ſpecie *Card. conſ.144. num.19. in fin. lib. 2. Maſſol. de augum. monetæ quæſt.9. num.3. poſt Triſmegiſt. Legal. fol. 325. Gob. eodem tractatu quæſt.6. num.58.*

Et quatenus etiam prædicta aliquam involvere poſſent dubietatem, illa declarata remaneret, nedum ab atteſtatio-
41 ne Mercatorum hujus Urbis, de numquam facta ſolutione in ſcutis effectivis auri ſtamparum deponentium, quamvis literæ cambii, modo ut ſupra
42 concepto, loquerentur, quibus in hac materia plurimum deferendum eſſe, in ſpecie tradit. *Gaitus d. conſ.10. num.17. Rota coram Bevar. d. dec 616. n.4. & deciſ.790. num.1. Merlin. d. dec 97. num.8. & in Vercellen. Cenſus 10. Januarii 1701. §. final. & 6. Februarii 1702 §. Quod verò etiam, Cardinali de la Tremoille.*

Sed etiam ab aliis literis cambii, quæ unica excepta, omnes fuerunt exaratæ juxta primam formulam ſupra relatam;
43 dubia enim mens contrahentium, à ſolito, præſertim à partibus prædicato interpretationem recipit, ut in ſubjecta materia tradunt. *Andreol. contr. 319. n.16. Gob. de monet. d. quæſt.6. num.25. & ſeqq. & n.61. Rota in recen. dec.233. num.5. par.17. & coram Penia deciſ.592. num.7 in impreſſione Lugdunen.*, & ab
44 obſervantia, de qua in ſpecie. *Venturin. conſ 45. n.54. & ſeqq. lib.1. Gratian. diſcept.417. n.19. & ſeqq. Altograd. diſtu contr. 80. num.22. Martin. Garat. de monetis quæſt.1. num.31. Cort. ſenior. eod. tractatu num.35. & 32. Joan. Aquil. in ſimili tractatu theor.10. verſ. dumque. Conc de Conſtit. d. quæſt.85. n.33. & ſeqq. Bran. de augum. monetæ quæſt.12. Maſſol. eod. tractatu quæſt.9. num.9. & ſeqq. poſt Triſmegiſt. legal. fol.306. Gob. pariter eod. tractatu quæſt 6. num.36. & 38. Surd. ad Gratian. dec 101. num.32. Rota coram Penia d. dec 592. num.7. & ſeqq. Merlin. d. dec 97. num.12. Prosd. citata deciſ 261. n.8. in recen. deciſ.164. num.22. dec.311. num.13. par.15. dec.230. n.14. dec.363. ex num.11. & deciſ.394. num.14.*

par.16. dec.193. n.8. & dec.233. num.7. par.17.

Abſque eò quod ad convincendam promiſſionem monetarum in ſpecie ſcutorum auri ſtamparum, prodeſſe potuerint Dominis de Righettis, epiſtolæ ipſis ſcriptæ à Dominis de Montautis. Vel enim ſcribentes in illis ſe remit-
45 tunt ad diſpoſitionem juris, & ad conſuetudinem in aliis plateis obſervatam, circa damnum aucti valoris, aut à ſcribentibus, aut à ſolventibus literas reſpectivè ſupportandum, & illæ nihil ponunt in eſſe, niſi judex declaret quid
46 de jure ſit ſtatuendum: vel continent inſinuationem factam Dominis de Righettis per modum conſilii, & ad abundantiorem cautelam, & illæ pariter tan-
47 quam hortativæ, conſultivæ, & de credulitate nihil contra confitentem concludunt, *Gratia de ſcriptur. privat. lib.3. tit. de epiſtola ex hortativa, num.1. fol. mihi 167. R.P.D. meus Anſald. de Commerc. & Mercat. diſcur. generali n.183. Altimar. de Nullitat. Contract. tom.5. rubr. 1. par.3. quæſt.31. n.908.*

Vel demum continent verba aliquo modo dubia, & æquivoca, & ſubintrat regula, quod confeſſio, quando
48 non eſt clara, certa, & præciſa, ſed potius varia, incerta, & æquivoca nullam meretur conſiderationem. *Rota coram Coccin. dec.1045. num.14. Buch. dec.132. n.17. Emerix. jun. deciſ.1167. num.12. in rec. dec.79. num.3. par.15. dec.354. num.14. par.16. dec.57. n.3. deciſ.174. n.9. par.17. & dec.709. n.16. par.18. & dec.469. n.36. par.19.* illaque interpretari debet in eo ſenſu, qui minus
49 nocet confitentibus. *Rota in rec. deciſ.354. n.24. par.16. dec.57. ex num.6. dec.174. num.10. & dec.386. n.11. par. 17. & dec.415. n.18. par.19.* Præcipuè in ſubjecta materia, in qua in obſcuris favendum eſt cauſæ debitoris, illaque
50 interpretatio capienda, quæ potius tendat ad ejus obligationem extenuandam, quàm ad augendam, in ſpecie. *Manſ. conſult. 391. num.4. Alegrad. d. contr. 80. num.21. Antonel. de temp. legal. lib.1. cap.41. num.25. plenè Maſſal. in opuſculo de argent. moneta quæſt 8. n.1. & per totum, impreſ. poſt Triſaeg. legal. fol. mihi 325. & quæſt.9. num.1. & ſeqq. Carrodin. de prælim. quæſt.22. n.54. Gra. de monet. quæſt.6. num.28.*, ubi plures individuales auctoritates citat, *& num. 132. Senator Mantua, ibid. n.117. Rota poſt Cenc. de cenſib. dec.217. num.9. & dec.211. num.1. coram Merlin. d. dec.97. num.12. in rec. dec.225. n.11 par.16.*

Et demum nullius roboris viſa fuit tertia objectio, quia locus celebrati contractus non dicitur in caſu iſto Civitas Florentiæ, ſed Romæ, & quatenus prima dici poſſet, adhuc locus ubi deſtinata fuit ſolutio, deberet attendi. Et quidem Urbe Florentiæ ad hunc effectum non dicitur locus celebrati contractus: duo enim ſunt contractus qui celebrati fuerunt inter partes, primus eſt ille,
51 in quo Domini de Righettis, Peruſiæ commorantes, mandant rationi bancariæ Dominorum de Montautis, & Corbolis Florentiæ, ut remittant pro eis ad Urbem ſcuta 4374. & eò ipſo quod Domini de Montautis recipiunt epiſtolam, & ordinem, ſeu mandatum acceptant, dicitur Florentiæ celebratus contractus, quia hic uniuntur conſenſus mandantis, & mandatarii, ut punctualiter firmant *Anto-*
52 *nel. de loco legal. lib.2. cap.1. n.253. in fin. De Luca de juriſdict. diſcur.71. num.4. Franc. Roccus de mandato n.163. impreſ. poſt primum volumen reſponſ. Marquard. de Jur. Mercator. lib.2. cap. 20. num.57. Salgad. labyr. credit. par.1. cap.30. n.10. Caſareg. de Commerc. diſc.9. num.11. & 12. Rota Januen. de mercatura dec.162. n.4.*

Et ex hac ratione, quod facta unione dictorum conſenſuum contractus iſte dicitur perfectus, & jus quæſitum utrique parti, non potuiſſent Domini de Righettis poſt receptas Literas Cambii, redire ad Dominos de Montautis ſcribentes, pro reſtitutione pe-
53 cuniæ, ſibi traditæ. *Antonin. de Amat. reſol.47. ſub num.17. & 18. Manſ. conſult 117. num.1.* qui ſcripſit in alia cauſa Florentina, *De Luca ad de Marin. reſolut. 80. num.7. verſic. contrarium lib.1. & ad Gratian. diſcept.64. ſub num.5. Scacc. de Camb. §.2. Gloſſ.5. num.448. R.P.D. meus Anſald. de Commerc. diſcur.1. num.19. §. Et hinc*, benè *Senatus Catalan. apud Fontanel. deciſ.124. n.19. & dec.125. n.1.* Sicut nec

Do-

Domini de Montautis pœnitentia
ducti potuiſſent recuperare Literas
54 traditas, & reſtituere pecuniam in lo-
co, in quo eam receperunt, vel alio
modo Literas Cambii revocare, ut
benè firmant *Antonin. de Amat. d. re-
ſol.47. n.10. ſub num.17. & 18. De Lu-
ca ad De Marin. d. reſolut. 80. num.7.
verſic. Contrarium, lib.1. & ad Gra-
tian. d. diſcept.64. num.5. verſic. Con-
trarium verius. Raſignol. de Camb.2.
diſquiſit 4. §.7. num.2. & 3. Maſcard.
de probat. concl 987. num.1. in prima im-
preſſ & in ſecunda concl.990. numer.2.
Duard. de Cambiis §.1. quæſt.1. nu.3.
& ſeqq. Genua de ſcript. privat. lib.3.
num.56. fol. 156. Scacc. de Cambiis §.2.
Gloſſ.5. ſub num.110. verſic. Quarè ſi
dubitur. Marquard. de Jure Mercatur.lib.
2.cap.11.n.80. Capyc.Latr.conſult.42.ex
n.19. Gob. conſult.27.ſub n.3. R. P. D.
mine Anſald. de Commerc. d. diſcur.1.
num.19. §. Hinc bene & diſc.79. n.16.
Altimar. de nullit. contract. tom.4. rubr.
1. par.ſecun. quæſt.14. num.18. Caſareg.
de Commerc. diſc.48. num.18. ubi plures
refert, & num.22. Senatus Catalauniæ
apud Fontanel. d. deciſ.114. num.10.
Rota Januen. de Mercatur.dec.168. n.3.*

Alter contractus eſt ille, qui celebra-
tur inter Dominos de Montautis, qui
Literas Cambii tranſmiſerunt, & Mer-
55 catores Romæ exiſtentes, quibus fue-
runt directæ dictæ Literæ, & Domi-
nos de Righettis, quibus ſolutio facien-
da erat, & inter iſtos, contractus non
poteſt dici initus Florentiæ, in mate-
ria enim literarum Cambii, in qua
unio conſenſuum non fit in loco, ubi
ſcribuntur, & ex quo tranſmittuntur
Literæ, ſed in loco ubi recipiuntur,
locus contractus dicitur ille, ad quem
56 Literę Cambii directæ ſunt, ut in
ſpecie firmant *Maſcar. de ſtatut. concl.
7. n.72. & ſeqq. Genua de ſcript. privat.
lib.3. tit. de liter. camb. in fine notab.
verſ. Literarum Cambii, fol. mihi 161.
Gaet. de cred. cap.2. tit.7. n.1446. Scacc.
de Camb. §.2. Gloſſ.5. n.211. Marquard.
de Jure Mercatur. & Commerc. lib.2. cap.
17. n.71. Anſald. de Commerc. diſc.5. n.7.
Antonel. de loc. legal lib.2. cap.15. n.67.
Franc. Roccus tit. de Literis Cambii, n.
10. impreſſ. poſt primum vol. reſp. ejuſdem
De Luca de Regalib. diſcurſ.93. n.8. Ro-
ta in recen. dec.395. n.2. part.5.*

Et in proximis terminis venditio-
nis, vel alterius contractus celebrati
per epiſtolam, quod locus contractus
non dicatur ille, ex quo epiſtola ſcri-
bitur, ſed alius, in quem epiſtola di-
57 rigitur, cum in iſto fiat unio conſen-
ſuum, & perficiatur contractus, *eſt
Theor. Bal. in l. malum 6. num.11. ver-
ſic. ſed hic quære, C. Si quis alteri
vel ſibi Gratian. diſcept.531. ſub nu.42.
De Luca ad eum diſcept.11. ſub num.4.
Calor. de proceſſu execut. part.2. cap.1.
num.76. & ſeqq. Mantic. de tacit. lib.3.
tit.13. num.60. Antonel. de loc. legal.
lib.2. d. cap.1. num.133. & cap.12. nu-
mer.11. Carleval de Judic. lib.1. tit.1.
diſput.2. quæſt.4. num.161. Salgad. La-
byr. credit. par.1. cap.30. num.10. Ro-
ta Januen. de Mercat. deciſ.161 num.4.
Rot. Rom. cor. Coccin. dec.116. n.1.*

Et generalitèr, quod locus contra-
ctus non dicatur ille, ubi negocium ge-
ſtum eſt, ſed ubi fuit deſtinata ſolu-
58 tio, & pecunia præſtari debet, tex-
tus eſt *in l. contraxiſſe 20. ff. de obl.
& oblignt. & l. quære 100. ff. de ſolution.
Gratian. diſcept.565. num.4. Antonel. de
loco legal. d. lib.2. cap.4. ſub num.103.
Scaccia de Camb. §.5. Gloſſ. 5. num.210.
Senatus Genuenſ. apud Larream deciſ.
62. ſub n.12. & alibi paſſim.*

Solùmque contraria locum habere
poſſent, quando eſſemus in contra-
ctu emptionis, & venditionis, vel
ſimili, in quo ambo contrahentes per-
manent in loco celebrati contractus,
nam tunc cum conſenſus utriuſque
partis uniantur in loco, ubi venditio,
vel negocium geſtum eſt, ibi dicitur
celebratus contractus: diverſimodè
autem procedit, quando contrahentes
59 permanent in diverſis locis, quo caſu
non ubi unus ex contrahentibus ſuum
præbet aſſenſum contractui, ſed ubi
alia pars acceptat, & conſenſus con-
junguntur, locus contractus dici de-
bet, ut prædictum eſt.

Ceterùm dato etiam per hypotheſim,
quod locus contractus dici poſſet ille
Civitatis Florentiæ, adhuc regula, de
qua in objecto, de conſiderando valo-
re monetæ juxta æſtimationem loci
contractus, generalitèr, & in omnibus
caſibus vera non eſt, ſed diverſas re-

cipit limitationes, & ſignanter quan-
60 do ſumus in iis, quæ reſpiciunt exe-
cutionem contractus, *teſte Antonel. de loco legal. lib. 2. cap. 1. n. 173. & 174. Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 4. num. 173.* prout reſpicere Literas Cambii, quas ſcribi ad effectum complementi, & executionis con-
61 tractus celebrati inter Dominos de Righettis, & Dominos de Montanis, tradit *Turr. de Camb. diſput. 2. quæſt. 11. num. 16. diſput. 2. quæſt. 1. num. 5. & 6. quæſt. 4. ſub num. 15. §. Quoad modos, & quæſt. 6. num. 26.* & obtinendi traditionem pecuniæ ab eo, cui Literæ directæ fuit, faciendam, quam pariter execu-
62 tionem, & adimplementum contractus reſpicere, firmat *Turr. de Camb. diſput. 1. quæſt. 11. num. 16. in fine.*

Minimè relevante, quod in noſtra hypotheſi agatur de interpretatione contractus, & viribus obligationis, an ſcilicèt obligatio ſolvendi in Urbe fuerit volita juxta valorem monetæ, currentem in Civitate Florentiæ,
63 vel Romæ, quo caſu attenditur locus negocii geſti, non alterius, in quem ſolutio collata fuit, ut diſtinguit *Carleval. de Judic. d. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 4. num. 171. Antonel. de loco legal. lib. 2 cap. 1. num. 173. & 174. & cap. 4. ſub num. 103. Cancer. var. reſolut. par. 2. cap. 6. n. 159. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 23. num. 48. & 49.* ubi de contractu celebrato à Florentino *De Luca ad Gratian. diſcept. 61. ſub num. 1.* ubi explicat jura contraria *Rota coram Cerro. deciſ. 116. num. 3. & 4.* ubi paritèr explicat dicta jura.

Quidquid enim ſit, ſi in Civitate Florentiæ valor monetæ diverſus eſſet ab illo Urbis Romæ, in quibus terminis diſputari poſſet, an contrahentes de uno, vel altero valore intellexerint: cum in utraque Civitate valor Julii, necnon Libræ, & Teſtoni, cum quibus regulari debebant ſolutiones ſcutorum conventorum in Juliis decem pro ſcu-
64 to, eſſet unus, & idem, nulla cadere poteſt dubitatio, nec de tempore contractus ulla adeſſe potuit inter partes diſcrepantia, de regulanda ſolutione juxta curſum monetæ unius, vel alterius loci: & licèt poſt emanatum bannimentum Papale ſupervenerit monetæ diverſitas, tamen hæc accommodare non potuit voluntati contrahentium, tanquam de tempore contractus omninò incognita, & à partibus
65 inopinata, nec præcogitata, in ſpecie *Gratian. dicta diſcept 884. num. 7. 23. 24. & 33. Gob. de monet. citata quæſt. 4. num. 55. & 56. & dicta quæſt. 6. n. 57. Rota Januen. apud Armenian. deciſ. 49. num. 14. & num. 55. Addent. ad Rot. in recent. citat. dec. 67. n. 18 part. 9.*

Immò ſi aliqua ex mente contrahentium deſumi poſſet interpretatio, illa potius dici deberet directa ad locum ſolutionis, dum pleræque ex Literis conceptæ fuerunt in moneta, & ſcuto Romano compoſito ex Juliis decem, non Florentino Juliorum decem cum dimidio, ex eò autem quòd diſponentes deſtinarunt ſolutionem, & habuerunt reſpectum ad monetam uſualem Urbis Romæ, deſumitur conjectura vo-
66 luntatis, pro regulando valore juxta curſum dictæ Urbis *Gratian. d. diſcept. 565. num. 1. & ſeqq. Antonel. de loco legal. dicto lib. 2. cap. 4. num. 105. Rota coram Seraphino dict. dec. 944. num. 2. in fin.*

Præcipuè quia quæſtio iſta exorta non fuit tempore contractus celebrati in Civitate Florentiæ, ſed elapſis pluribus diebus poſt ſcriptas, & tranſmiſſas Literas Cambii ad Dominos de Righettis, Peruſiæ commorantes, illaſque à debitoribus in Urbe acceptatas, ob ſuperventum poſt dictum tempus monetæ augumentum à Pontifice factum, in quibus terminis non locus contractus, ſed ſolutionis eſt attendendus, recepta enim eſt in hac materia diſtinctio, quod aut agitur de forma, & ſolemnitate contractus, vel de iis, quæ reſpiciunt ortum obligationis in ipſo limine contractus perficiendæ, & tunc contrahentium voluntas præſumitur conformis legibus, & ſtatutis, vigentibus in loco, in quo contraxerunt: aut verò tractari contingit de aliis effectibus ſucceſſivis contractus, ut in propoſito eſt exactio Literarum
67 Cambii, poſt eas ſcriptas, & maturatas, ex intervallo facienda, & hoc in caſu partes ſe retuliſſe cenſentur ad Leges, vel conſuetudines, vigentes in loco, in quem fuit collata ſolutio,

ut

ut benè in ſpecie firmat *Rot. coram Coccin. deciſ.133. num.5. & 6. ubi plures refert.*

Et clariùs ponderato, quòd ambo contrahentes non ſunt ejuſdem loci, ubi contractum celebrarunt, quo caſu procedere poſſet opinio, quòd ejus Legibus, & Conſuetudinibus ſe conformare voluerint, licèt alibi ſolutionem deſtinaverint; ſed ſumus in contrahentibus, quorum alter eſt de
68 loco contractus, & alter forenſis, ſubditus, & magis verſatur in loco deſignatæ ſolutionis, ad quem voluit pecuniam transferre, in his quippe ter-
69 minis ex juris interpretatione idem contractus videtur celebratus in loco ſolutionis, in ſpecie *Corn. conſ.244. num.18. & 19. lib.2. Mantic. de tacit. lib.3. tit.13. num.38. & ſeqq. Menoch. lib.4. præſ.106. num.4. Anteurl. de loco legal. dicto lib.2. cap.4. num.106.*

Et ita utrque &c.

ARGUMENTUM.

Præſentatio facta à Patrono Laico poſt elapſum quadrimeſtre, non eſt attendenda, non obſtante Decreto admiſſionis Ordinarii, prout nec facta coram Judice Delegato, pariterque facta Beneficio pleno, de qua declaratur, quando reconvaleſcat. In Jurepatronatus gentilitio, quomodo voces ſint computandæ. In Donatione Juriſpatronatus cum clauſulis Dominii tranſlativis, donans voce donata remanet privatus, itaut nec cumulativè valeat præſentare, in qua donatione conſenſus Ordinarii ſuppletur ex pluribus præſentationibus ab ipſo, vel ejus Vicariis admiſſis. Plura de gratificatione in concurſu plurium habentium voces æquales, nec non de Beneficio qualitatem ſacerdotalem requirente.

SUMMARIUM.

1 *Præſentatio per patronos Laicos debet fieri intrà quadrimeſtre.*

2 *Et facta extra dictum terminum præſentato non ſuffragatur.*

3 *Etiamſi Ordinarius admiſerit præſentationem.*

4 *Quia poteſt remittere negligentiam Patronis, intrà quadrimeſtre non præſentantibus, quando devolutio fit ad ipſius favorem, non verò quando alteri eſt Jus quæſitum, per devolutionem ad alium ſuperiorem, vel per conſolidationem, & augmentum vocis Compatronis diligentis in præſentando.*

5 *Nominatio coram ſuperiore non exhibita intrà tempus à Jure præſcriptum, nullum Jus tribuit nominato, cum talis nominatio dicatur potiùs deſtinatio perſonæ præſentandæ, quam præſentatio,* ibid.

6 *Nec ſuffragatur, ſi præſentatio producatur loco jurium, ſed ad hoc, ut juvet nominato, debet fieri ad effectum præſentandi, & obtinendi Decretum ſuperioris ſuper illius admiſſione.*

7 *Et multò minùs ſi producatur coram Judice Delegato, quia iſte poteſt quidem concedere Inſtitutionem præſentato, ſed non poteſt recipere præſentationem.*

Præſentatio debet fieri coram Ordinario, ibidem.

8 *Nominatio in Rectorem, Beneficio pleno, fieri non valet.*

9 *Nominatio Rectoris, Beneficio pleno, ab initio non reprobata, ſecuta ex poſt vacatione, reconvaleſcit.*

10 *Quod intellige, ſi facta ſit nominatio cum ſuppoſito vacationis Beneficii.*

11 *Intellige ſecundo nominationem factam cum erronea ſuppoſitione vacationis, ut ſtet firma, vacatione ſecuta, neceſſe eſt, ut Patronus in eadem voluntate poſt vacationem perſeveret, & alium non nominet.*

12 *In Jure Patronatus familiari, ſeu Gentilitio numerantur capita, & non ſtirpes, ſeu lineæ, aut quota hæreditaria præſentantium, itaut Pater, & filius duas voces efforment.*

13 *Contra Patronum abſentem, vacationem Beneficii ignorantem, non currit tempus ad præſentandum.*

Tempus Patronis conceſſum ad præſentandum incipit currere à die probatæ ſcientiæ vacationis Beneficii, ibidem.

14 *Juſpatronatus donatum validè, & legitimè transfertur in Donatarium, & Donator eo remanet expoliatus.*

15 *Donatio Juriſpatronatus debet fieri cum authoritate Ordinarii.*

16 *Donatio Juriſpatronatus à Patrono non privativè, ſed cumulativè facta cenſetur, & ideò donans non remanet privatus.*

Declara num.20.

17 *In Donatione univerſali omnium bonorum comprehenditur Juſpatronatus, & tunc*

*& tunc quia non eſt confirmatio or-
dinarii.*

18 *Confirmatio Donationis Ordinarii præſu-
mitur ex præſentationibus per ipſum
admiſſis.*

19 *Etiam Vicarius generalis de Mandato
Epiſcopi poteſt Donationem Juriſpatro-
natus authorizare.*

20 *Donatarius cum Patrono cumulativè præ-
ſentat, quando fuit ceſſum, ſeu dona-
tum Jus præſentandi, ſecùs quando do-
natum fuit univerſum Juſpatronatus
cum clauſulis tranſlativis poſſeſſionis,
& dominii, quo caſu abdicatur omne
Jus à Cedente, & transfertur liberè, &
privativè in Ceſſionarium.*

21 *Quando adſunt verba abdicativa, &
clauſula prægnantiſſima Juſpatrona-
tus eò fortiùs cenſetur privativè, &
non cumulativè donatum.*

22 *Immò tali caſu, ſtantibus dictis ampliſſi-
mis clauſulis, etiam jus præſentandi
privativè tranſlatum cenſetur.*

23 *Maximè ſi donans in ſubſequentibus va-
cationibus non præſentaverit.*

24 *In concurſu præſentatorum, nempe con-
ſanguinei fundatoris cum extraneo,
inſtitutio, & gratificatio debetur con-
ſanguineo.*

25 *Præfertur tam is, qui eſt de ſanguine
fundatoris, quàm is, qui eſt de genere
patronorum,* & n. 27.

26 *Si concurrit præſentatus ab utroque ge-
nere, ille, qui fuit præſentatus à fun-
datore eſt præferendus.*

28 *Ex duobus præſentatis ſemper præferen-
dus eſt capax in concurſu cum incapa-
ci, quamvis iſte à majori parte Pa-
tronorum præſentetur.*

29 *Verbum,* Sacerdos, *prolatum ab homine
propriè, & ſecundum communem
uſum loquendi refertur dumtaxat ad
celebrantem.*

30 *Beneficium Sacerdotale dicitur, ſi qua-
litas Sacerdotii fuit requiſita de tem-
pore præſentationis.*

31 *Si debeat præſentari ſufficiens, & ido-
neus ad celebrandum, ſufficientia, &
idoneitas verificari non poteſt, niſi in
eo, qui ſit actu Sacerdos,*

32 *Pœna privationis injuncta beneficiato
non reſidenti, & non celebranti, ſi
caſus non reſidentiæ, & non celebra-
tionis ab eodem verbo regantur, ean-
dem intelligentiam recipere debet, &
beneficiatus debebit celebrare per ſe-
ipſum.*

33 *Obſervantia per plures actus deſignat,
an Beneficium requirat qualitatem
Sacerdotii actu, vel habitu.*

34 *Sola facultas celebrandi per alium non
efficit, quòd Beneficium dicatur non
Sacerdotale, ſed intelligi debet in ca-
ſu, quo Beneficiatus impeditus per ſe
ipſum celebrare non poſſet.*

35 *Abbas habens Jura quaſi Epiſcopalia à fun-
datione Juris patronatus authoriza-
re valet.*

36 *Sicut poteſt conſentire donationi Juriſpa-
tronatus, ubi de Propoſito Piſcienſi.*

37 *Conjunctus ex uno tantum latere, proxi-
mior, & qualificatus præferri debet
in inſtitutione conjuncto ex utroque
latere, remotiori, & non qualificato.*

DECISIO XXXIII.

FUimus in voto inſti-
tutionem eſſe dan-
dam Ludovico, qui
fuit præſentatus à
majori parte Patro-
norum. Nec ſuf-
fragia ad favorem
Joannis Baptiſtæ paritèr præſentati au-
geri poſſe exiſtimavimus à voce Cam-
millæ Compatronæ per Sententiam ca-
nonizatæ, quia præſentatio prædicta
non fuit facta intra quadrimeſtre da-
tum Patronis Laicis ad præſentandum,
1 ut diſponit *Textus in cap. cum propter
27. de Jurepatronat. Vivian. de Jurepatro-
nat. lib. 7. cap. 1 num. 1. De Luc. eodem
tractat. diſc. 64. n. 3. Rota in Mediolanen.
Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Jamque pa-
ritèr, coram R. P. D. meo Anſaldo,* &
propterea Joanni Baptiſtæ ſuffragari
2 non poteſt *Ventrigl. in Praxi par. 2. an-
not. 1. §. 3. num. 17. Rot. in rec. dec. 665.
num. 8. par. 18. in Senogallien. Beneficii
13. Aprilis 1703. §. Etenim coram bo.
me. R. P. D. meo Muto, & in Romana
Cappellaniæ 25. Novembris 1707. §.
Minùs, & 3. Februarii 1708. §. Quod be-
nè, coram R. P. D. meo Scotto.*

Idque non obſtante, quod Ordina-
rius ſuum decretum admiſſionis inter-
3 poſuerit: Nam poteſt quidem Ordi-
narius, quando devolutio fit ad ipſius
favorem, negligentiam Patronis remit-
tere

tare donec talis devolutio durat, non
verò quando jus fuit alteri quæſitum
per devolutionem collationis factæ ad
4 alium Superiorem, vel conſolidatio-
nem, & augumentum vocis Patroni
negligentis ad favorem præſentantis,
in ſpecie *Barboſ. de Epiſcop. alleg. 72.
num. 143. & 170. Verian. de Jurepatro-
nat. lib. 7. cap. 6. num. 13. & 14. & cap.
7. num. 10. & ſeq. Rot. in Senogallien.
Beneficii 23. Aprilis 1703. §. Excluſo,
coram bo. me. R.P.D. meo Molo, impreſſa
apud Palm. Nepot. deciſ. Lucen. diverſor.
dec. 394. num. 21.*

Alia verò præſentatio Jacobi nu-
merum vocum à Joanne Baptiſta obten-
tarum, nec etiam augere valuit, quia
cum nominatio prædicta non fuerit co-
ram Superiore habente jus inſtituendi
5 intra tempus à jure præſcriptum exhi-
bita, nullum jus tribuit nominato,
cum ſit potiùs quædam deſtinatio per-
ſonæ præſentandæ, quam vera præ-
ſentatio, ut in puncto firmant *Abbas
in cap. final. n. 4. de Jurepatronat. Lotter.
de Re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 6. num. 55.
& ſeqq. Lambertin. de Jurepatronat. par.
2. lib. 2. quæſt. 1. artic. 23. n. 1. in fin.
& artic. 23. n. 4. Verian. eodem Tractat.
lib. 7. cap. 4. n. 31. Rot. cor. Anſald. dec. 52.
n. 9. in rec. dec. 665. num. 8. par. 18. poſt
De Luc. de Jurepatronat. in Mantiſſa dec.
26. n. 16. & in Aſculana Beneficii 5. Mar-
tii 1700. §. Minùs obſtat, & §. Periclo,
coram bo. me. R.P.D. meo Molo, & in di-
cta Senogallien. Beneficii 23. Aprilis
1703 §. Probato, & §. Excluſo, coram
eodem, impreſſa apud Palm. Nepot. dict.
dec. Lucen. 394. n. 17. & 21., & in Ro-
mana Cappellaniæ 25. Novembris 1707.
§. Verum, & 3. Februarii 1708. §. Quod
enim, & §. Novus, coram Illuſtriſſimo Do-
mino meo Scotto nunc Almæ Urbis Guber-
natore.*

Et quamvis fuerit in actis producta
coram Judice à S. Sede Apoſtolica de-
legato. Tamen ultra quod productio
hujuſmodi, facta fuit loco jurium, non
ad effectum præſentandi, nec obtinen-
6 di decretum Superioris ſuper illius ad-
miſſione, prout requiri individualitèr
firmat *Rot. in dicta Romana Cappellaniæ
25. Novembris 1707. §. Minus, coram
Scotto.* Judex in gradu appellationis à
7 Summo Pontifice delegatus poterat le-
gitimè præſentato inſtitutionem conce-
dere, ſed non recipere nominationem,
quæ fieri debet coram Ordinario, ut
proſequitur *Rot. in dicta Romana Cap-
pellaniæ 3. Februarii 1708. §. Quod bene
cor. R.P.D. meo Scotto.*

Et demùm Joanni Baptiſtæ prodeſ-
ſe, & opitulari non valuit vox Ma-
tris Magdalenæ, quia illa fuit facta an-
tequam præcedenter proviſus ingre-
deretur Religionem, & Beneficium re-
nuntiaret, Sicque beneficio pleno,
8 quod fieri poſſe vetat Textus *in cap. fi-
nal. de Conceſſ. Præbend. ibique Scriben-
tes Lotter. de Re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 6.
num. 1. & ſeqq. de Luc. de Jurepatronat.
diſc. 64. num. 34. Rota in rec. deciſ. 532.
num. 15. part. 19. & in dicta Romana
Cappellaniæ 25. Novembris 1707 §. Ne-
que obſtat, & 3. Februarii 1708. §. Al-
tera, coram Illuſtriſſimo Domino Scotto
Almæ Urbis Gubernatore.*

Quidquam non refragante, quod
9 cum præſentatio ab initio non fuerit
reprobata, ſecuta ex poſt vacatione,
reconvaleſcere potuerit *Verian. de Ju-
repatronat. lib. 3. cap. 6. num. 14. Mare-
ſcott. Variar. reſol. lib. 1. cap. 53. n. 5. &
ſeqq.* Quoniam objectum ceſſat; Tum
quia in præſentatione nihil de vacatio-
ne dictum fuit, nec aliundè conſtat
illam factam fuiſſe ſub ſuppoſito va-
cationis, prout requiritur *de Luc. de
Jurepatronat. d. diſc. 64. num. 34. verſic.
10 ſi verò. Lotter. de Re Beneficiar. lib. 2.
quæſt. 6. num. 18. & 19. Rota in rec. dec.
532. num. 16. part. 19.* & optimè *in ſæp.
Romana Cappellaniæ 3. Februarii 1708.
§. Altera, & ſeq. coram R.P.D. meo Scot-
to.* Tum etiam quia, ad hoc ut præ-
ſentatio ſub erronea credulitate va-
cationis facta, deindè reconvaleſcat,
neceſſaria eſt perſeverantia Patroni in
eadem voluntate, nec prodeſſe poteſt,
quando ut hic vacatione adveniente,
11 alium nominavit. *Mareſcott. Variar. re-
ſol. d. lib. 1. cap. 53. n. 6. Rot. in rec. dict.
dec. 532 num. 16. part. 19. & in ſæpè ci-
tat. Romana Cappellaniæ 3. Februarii
1708. §. Et tamen coram Illuſtriſſimo D.
meo Scotto.*

Ceterum dato etiam per hypotheſim,
quod hujuſmodi voces omnes eſſent
connumerandæ ad favorem Joannis
Baptiſtæ, adhuc in aſſertione Be-
ne-

neficii Ludovicus eſſet præferendus, quia cum ſimus in Jurepatronatus familiari, ſeu gentilitio, Petrus, & Joannes Filius duas voces conſtituunt, & ſic Ludovicus quatuor voces habens, ſuperat Joannem Baptiſtam, qui à tribus tantum perſonis præſentationem obtinuit. Tritum quippè eſt in Jurepatronatu familiari, ſeu gentilitio numerari ſola capita, & perſonas
12 præſentantium, non ſtirpes, vel lineas aut quotas hæreditarias, adeout Pater una cum Filio duas voces efficerent. *Gabriel. conſ.196. num.6. lib.2. Rot. in Florentina Juriſpatronatus apud Vivian. de Jurepatr. lib.4. cap.1. ſub num.71. verſ. dubitaverat, & in Mediolanen. Prioratus 12. Decembris 1699. §. Nec ad minuendam, & 15. Februarii 1700. §. Concurrente, coram Reverendiſſimo D. meo Decano, 25. Junii 1700. §. Dicebat, & ſeqq. & §. Atque coram R.P.D. meo Anſaldo, 14. Februarii 1701. §. Prædicta, & ſuper dubio Filiorum familias 18. Junii 1703. in principio coram Illuſtriſſimo Domino Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & ſuper mixtura, & filius familias 15. Junii 1705. §. Et demum, & §. Ex autem, coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Priolo, & in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Conſtabilitur, coram R.P.D. meo Anſaldo.*

Haud relevante, quod una ex dictis quatuor vocibus demenda ſit, cum Curtius unus ex quatuor Compatronis intra terminum quadrimeſtrem non præſentaverit. Nam cum de tempore vacationis ipſe eſſet abſens, nullaque tunc de eo in hac Regione haberetur notitia, veriſimilis eſt in eo ignorantia vacationis, maximè per reſignationem; qua ſtante, non currit contra eum tempus ad præſentandum, quod incipit numerari ſolùm à die probatæ
13 ſcientiæ vacationis *Flores de Mena Variar. reſol. lib.1. quæſt.3. num.10. & ſeqq. Barboſ. de Epiſcop. alleg.72. num.135. Vivian. de Jurepatronat. lib.5. cap.1. n.10. & ſeq.* ubi quod ſcientia debet eſſe certa *Engel. in Jus Canonic. lib.3. tit.38. num.13. Rot. coram Buratt. dec.459. n.5. Cerr. dec.114. num.8. & ſeqq. in recen. dec.221. num.10. part.7. & dec.459. n.27. & ſeqq. part.19. & in d. Senogallien. Beneficii 23. Aprilis 1703. §. Nullatenus, coram bo. me. R.P.D. meo Molines nunc impreſſa apud Palm. Neapol. dec. Lucan. diverſor. tit. dec.104. num.18. Romana Cappellaniæ 25. Novembris 1705. §. Verum atque, & ſeqq. Segobien. Canonicatus 17. Martii 1707. §. Aliquod invalidum, & in d. Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis ejuſdem anni §. Neutra tamen ex omnibus, coram R.P.D. meo Anſaldo.*

Similitèr cenſuerunt DD. non eſſe demendam aliam vocem Joſephi: Ad iſtum enim ſpectabat Jus præſentandi, eo quia Juſpatronatus, de quo agitur tranſivit in eumdem Joſephum, ex cauſa donationis ei factæ à Carolo, propter quam nullum amplius Jus ſuper dicto Jurepatronatus, & præ-
14 ſentandi habere potuiſſe Carolum tamquam validè, & legitimè tranſlatum in donatarium firmat *Rot. coram Cerr. dec.255 num.5 & ſeqq. Celſ. deciſ.20. num.8. & ſeqq. in recen. dec.319. num.1. part.3 & poſt de Luc. de Jurepatronat. in Monteſſo deciſ.25. num.2. & deciſ.24. num.1. & 12. Derthonen. Beneficii S. Jacobi 20. Aprilis 1708. §. Et quamquam, coram Polignac., & in Derthonen. Beneficii S. Catherinæ 20. Aprilis ejuſdem anni §. Quaſi coram eodem.*

Reſponſione non attenta, quod vel hujuſmodi donatio nulla ſit tam-
15 quam facta ſine auctoritate Ordinarii, ut in terminis Juriſpatronatus *Gratian. diſcept.577. num.58. Azor. Inſtit. moral. tom.2. lib.6. cap.10. Lotter. B. & C. fol. mihi 454. Vivian. de Jurepatronat. lib.4. cap.4. num.8 Maſtrill. de Conſtant. quæſt.17. num.45 & 81. de Luc. de Jurepatronat. diſc.56. num.10. Torr. de Poſſ. futura ſucceſſ. lib.2. cap.39. n.50 & 58. & Variar. Jur. quæſt. tom.1. part.1. tit. 11. quæſt.50. num.20. & 23. fol. mihi 555. Rota noſtra apud Samminiat. contr. 196. num.40. & ſeqq. & n.66. & ſeqq. & apud Venturin. dec.47. num.79. verſ. nec denique, & num.85. Rota Romana in rec. dec.238. n.8. part.10. dec.73. n.27. par.11. & in Lucana Sarzanen. Beneficiorum 5. Decembris 1687. §. Hac autem coram bo: me: Urſino. Firmana Juriſpatronatus 8. Junii 1680. §. Hic autem coram eodem, Melevitana Juriſpatronatus 4. Julii 1696. §. Quod autem, & 1697. coram Reverendiſſimo D. meo Molines 4. Julii 1698. §. Nec ad evitandum*

ſion coram R. P. D. meo Lancetta, nunc impreſſa poſt de Luc. de Jurepatronat. in Mantiſſ. dec.25. num.3. dec.26. n.4. & deciſ.27. num.3, 10. Februarii 1702. §. Etenim, coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali della Tremoille, Valentina. Beneficii 22. Junii 1703. §. Talis, coram R. P. D. meo Lancetta, aliiſque pluries relatis in Majoricen. Juriſpatronatus 16. Maji 1704. §. Non relevante, coram bo. me. R. P. D. meo Mato.

Vel data etiam illius validitate, Donantem non remanſiſſe privatum Jure præſentandi, cum donationes hujuſ- 16 modi à Patrono non privativè, ſed cumulativè factæ cenſeantur, juxta conſilium *Decii* 542. & 609. & tradit Dominus, & olim Collega meus *Piton. diſcept. Eccleſiaſtic. 4. num.65. Rot. dec.385. n.8. par.1. diverſor. & in Cracovien. Parochialis 4. Februarii 1705. §. Quidquid coram Illuſtriſſimo Domino meo Caffarello Almæ Urbis Gubernatore, & in d. Dorthonen. Beneficii S. Catharinæ 10. Aprilis 1708. §. Nec movet, coram Polignac*

Quoniam reſpectu nullitatis donationis, iſta tollitur; Tam ex quo donatio eſt univerſalis omnium bonorum, 17 in qua comprehenditur Juſpatronatus, nec ulla eſt opus confirmatione *Rot. poſt Venuton. de Jurepatr. dec.220. numer.4. Nicolo. dec.25. num.31. in Urbinaten Canonicatus 20. Junii 1698. §. Omiſſis, & ſeqq. coram bo. me. Pio, in Florentina Canonicatus 8. Maji 1705. §. finali, coram R. P. D. meo Lancetta, in confirmatoria impreſſa apud Calderon reſol.47. num.51.* Quàm ex præſumpta auctorizatione, & confirmatione donationis prædictæ facta ab Ordinario, quæ de- 18 ſumitur ex præſentationibus ab ipſo admiſſis *Rot. noſtra apud Venturin. dict. dec.47. num.86. Rota Romanæ coram Peutinger. dec.177. nu.6. in rec. dec.298. num.9. par.21. & in dicta Compoſtellana Parochialis 23. Junii 1696. §. Fruſtra, in fine coram Eminentiſſimo Domino meo Cardinali Priolo poſt de Luc. de Jurepatr. in Mantiſſa dec.23. n.8. citat. Melevitana Juriſpatronatus 1696. §. finali coram Reverendiſſimo Domino meo Decano. 4. Julii 1698. §. Quæ urgeat, coram R. P. D. meo Lancetta, poſt de Luc. de Jurepatronat. in Mantiſſa dec.25. n.19. dec.27. n.10. Recanaten. Beneficii 9. Maji 1701. §. Ceſſat, coram eodem, Faventina Beneficii 8. Maji 1702. §. Minus coram Eminentiſſimo Domino meo Cardinali Caprara, aliiſque recenſitis in Majoricen. Beneficii 28. Novembris 1704. §. Non obſtat, coram bo. me. R. P. D. meo Mato, impreſſa poſt præſentem §. Primo num.1.*

Idque procedit, quamvis præſentationes fuerint admiſſæ, & inſtitutiones conceſſæ à Vicariis. Quia, concur- 19 rente mandato, vel ratificatione Epiſcopi, etiam Vicarius Generalis poteſt donationes auctorizare, plenè *Rota in dicta Majoricen. Beneficii 1704. §. Minimè, & ſeqq., & 1705. §. Altera, & ſeqq. coram bo. me. R. P. D. meo Mato,* cujus tunc eram in Studio Adjutor, in quibus cum plenè ſatisfactum fuerit huic objecto, & ex pluribus in eis probetur tacitum mandatum, & ratificatio Epiſcopi, ideò operoſa demonſtratione iterum indigere non arbitramur, ſed ſufficere duximus eaſdem deciſiones hic inferere §. 1. & 2., & Auctoritatibus in eis relatis addimus *Rot. in Florentina Canonicatus 8. Maji 1705. §. finali coram R. P. D. meo Lancetta, & in ejus confirmatoria apud Calderon. reſol.47. n.53. & Rot. noſtra apud Venturin. cit. dec.47. ſub n.83.*

Et reſpectu cumulativè præſentationis, iſta locum habere poſſet, quando fuiſſet ceſſum, ſeu donatum ſimplex jus præſentandi, & in his terminis loquuntur Auctoritates ſupra in objecto relatæ, ſecùs quando donatum fuiſſet univerſum juſpatronatus 20 cum clauſulis tranſlativis poſſeſſionis, & dominii, quo caſu abdicatur omne jus à cedente, ſeu donante, illudque liberè, & privativè transfertur in donatarium *Decius d. conſ.542. num.12. verſic. ex quibus,* Dominus, & olim Collega meus *Piton. d. diſcept.4. n.66. Rot. coram Emer. ſen. dec.583. num.8., & in dicta Dorthonen. Beneficii S. Catharinæ 10. Aprilis 1708. §. Nec movet, coram Eminentiſſimo D. meo Polignac.*

Quinimò cum donatio hujuſmodi munita ſit verbis, & clauſulis ampliſſimis, omnimodam, & totalem juris 21 tranſlationem importantibus, nullo jure penitus retento, vel reſervato;

ceſſat quælibet difficultas pro omnimoda privatione donantis Iur ſpatronatus, ut in fortioribus terminis, quod, ſtantibus hujuſmodi verbis prægnantiſſimis, jus præſentandi etiam
22 privativè, non cumulativè donatum cenſeatur *D. Piton. dicta diſcept. Eccleſiaſtic. 4. n. 66. in fine.*

Idque recognovit etiam ipſemet donans, qui licèt poſt factam donationem plures advenerint vacationes, nunquam præſentare tentavit, quod
23 ſcientèr facere non omiſiſſet, ſi verè donationem cumulativè facere intellexiſſet, ut benè in individuo proſequitur Dominus, & olim Collega meus *Piton. cit. diſcept. 4. ſub n. 66.* & in proximis terminis *Rot. apud Caren. poſt reſol 10. num. 19. in Lucana Beneficii 13. Junii 1701. §. Quibus, coram bon. mem. R. P. D. meo Muto, & in dicta Derthonen. Beneficii S. Jacobi 1708. §. Quapropter, coram Eminentiſſimo D. meo Polignac.*

Præterea, quatenùs etiam uterque ex præſentatis haberet æqualia ſuffragia, in hac paritate votorum gratificatio, & inſtitutio debita eſſet Lu-
24 dovico, qui eſt de Familia, & conſanguinitate Fundatoris in concurſu Joannis Baptiſtæ prorſus extranei, ut tradunt *de Luc. de Jurepatronat. diſc. 16. num. 5. Dominus meus Piton. diſcept. Eccleſiaſtic. 4. num. 18. & ſeqq. diſcept. 22. num. 38. & diſcept. 38. num. 1. & ſeqq.*, ubi quòd prælatio locum habet, tam
25 favore ejus, qui eſt de genere Fundatoris, quàm illius, qui eſt de genere Patronorum, *& n. 6.* ubi quòd ſi concurrit præſentatus ab utroque genere,
26 ille, qui habuit præſentationem à fundatore, eſt præferendus *Rot. coram Bevern. dec. 316. num. 12. dec. 647. num. 16. & dec. 779. num. 17. in rec. deciſ. 122. num. 12. par. 11. & in Melphyten. Cappellaniæ 4. Julii 1698. §. Etenim, & 17. Junii 1699. §. Rurſus, coram bo. me. Muto, apud Torr. quæſt. Jur. tit. 3. Miſcell. part. 1. tit. 12. dec. 8. num. 8. & ſeqq. deciſ. 9. n. 5. & ſeq. & dec. 10. n. 10. fol. mihi 232. Majoricen. Beneficii 16. Februarii 1699. §. Augeſcebat, coram Eminentiſſimo Domino Cardinali della Tremoille, in Aſculana Beneficii 5. Martii 1700. §. Expreſſum, coram bon. mem. Muto, Melevitana Juriſpatronatus 29. Aprilis 1701. §. Adſtipulante, coram Eminentiſſimo Domino meo Cardinali della Tremoille, Alatrina Juriſpatronatus 15. Junii 1705. §. Cæterum, & ſequenti*, ubi quòd procedit, ſive compræſentatus ſit de ſanguine Fundatoris, ſive de ſanguine Patronorum, *& 7. De-*
27 *cembris ejuſdem anni §. Ex his, coram Illuſtriſſimo Domino meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, Vaden. Canonicatus 19. Junii 1705. §. final. coram Reverendiſſimo D. meo Decano*, & pluribus relatis *in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Dicimus, coram R. P. D. meo Anſaldo, & in Derthonen. Beneficii S. Catharinæ 20. Aprilis 1708. §. final. coram Eminentiſſimo D. meo Polignac, & in Placentina Parochialis 16. Martii ejuſdem anni §. Nemo tandem coram R. P. D. meo Anſaldo*, & dixit etiam *Rota noſtra in Florentina Prælationis in Commenda Juriſpatronatus del Tovaglia 5. Octobris 1641. §. Mox autem, coram Caraffa lib. Motivor. 113. fol. 10.*

Ulterius ex alio etiam fundamento cenſuerunt Domini, Ludovicum in aſſecutione controverſi Beneficii eſſe Joanni Baptiſtæ anteponendum, quia ſcilicèt illud ex lege fundationis requirit qualitatem Sacerdotalem actu, qua ſolùm pollet Ludovicus, proindeque tamquam capax incapaci præferendus eſt, quamvis iſte foret à majori
28 parte Patronorum præſentatus *Epiſc. Rocca diſput. 190. num. 24. Rot. cor. Emer. Jun. dec. 263. num. 4. dec. 278. num. 1. & 2. & dec. 312. num. 1. & in Regien. Juriſpatronatus 16. Martii 1708. §. Tantùm autem, coram Reverendiſſimo D. meo Decano.*

Quòd autem Beneficium, de quo agitur, Sacerdotium actu requirat, pluſquam patens eſt, ſive conſideretur verbum *Sacerdos* derivans à ſacrificando, quod prolatum ab homine propriè, & ſecundùm communem uſum
29 loquendi, refertur dumtaxat ad celebrantem, ut tradunt *Fagnan. in cap. 1. num. 54. de Ætat. & qualitat. Lotter. de Re beneficiaria lib. 2. quæſt. 47. n. 52. & ſeqq. Maſſobr. in Praxi habendi concurſ. præl. 7. dub. 21. ſub num. 32. Rot. in rec. dec. 607. num. 15. part. 18. & in*

Ge-

Gerunden. Beneficii 8. *Martii* 1697. §. *Reſpectu, coram bo. me. Molo, nunc impreſſa poſt de Luc. de Beneſic. dec.* 14. *num.* 4. *& in d. Regien. Juriſpatronatus* 16. *Januarii* 1708. §. *Quòd autem, coram Reverendiſſimo D. meo Molines*. Maximè quia verbum hujuſmodi reſpicit actum præſentationis, quo caſu cum qualitas requiſita de tempore verbi verificari
30 debeat, operatur, ut Beneficium actu Sacerdotale ſit judicandum, *Fagnan. in dict. cap.* 1. *num.* 54. *& ſeqq. de Ætat. & qualit. Epiſcop. Rocca d. diſput.* 190. *num.* 2. *Corrad. in Prax. beneſic. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 116. *& ſeqq. Maſſobr. in Praxi habend. concurſ. prælud.* 7. *lib.* 11. *num.* 33. *Rot. coram Emer. Jun. dec.* 263. *num.* 8. *in rec. dec.* 496. *num.* 2. *part.* 1. *dec.* 216. *eodem n.* 2. *part.* 2. *dec.* 550. *n.* 3. *& cit. dec.* 607. *num.* 5. *& ſeqq. part.* 18. *& in d. Regien. Juriſpatronatus* 16. *Januarii* 1708. §. *Quæ interpretatio, coram Molines*.

Sive conſiderentur alia verba, *ſufficientem, & idoneum ad Sacrificium celebrandum* ſufficientia enim, & idoneitas ad celebrandum ſacrificium
31 verificari non poteſt, niſi in eo, qui ſit actu Sacerdos, ut obſervant in ſpecie *Epiſc. Rocca diſput.* 190. *num.* 2. *& ſeqq. Lambertin. de Jurepatronat. part.* 1. *lib.* 2. *artic.* 18. *quæſt.* 7. *num.* 3. *Barboſ. de Epiſc. alleg.* 24. *num.* 37. *& de Jur. Eccleſiaſtic. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 31. *Rot. coram Bevat. dec.* 680. *num.* 3. *& 4. Dunozet. Jun. dec.* 956. *num.* 9. *Emer. Jun. dec.* 248. *num.* 1. *dec.* 263. *n.* 5. 9. *& 10. deciſ.* 278. *num.* 11. *& dec.* 311. *num.* 4. *& in recen. dec.* 400. *num.* 5. *& ſeqq. part.* 19. *& in Regien. Juriſpatronatus* 16. *Januarii* 1708. §. *Attentis, & ſeqq. coram Reverendiſſimo D. Molines Decano*.

Quòd demùm ponderetur pœna privationis, impoſita Beneficiato non reſidenti, & Miſſas non celebranti, cum enim privatio hujuſmodi inducat reſidentiam præciſam, ſicut iſta expleri debet per ſe ipſum à Beneficiato, ita ſit celebratio Miſſarum, cum una con-
32 nectatur cum alia, & ab eodem verbo regatur, ac proindè eamdem intelligentiam, & ſenſum recipere debet in pondio *Rot. in rec. d. dec.* 550. *n.* 3. 8. *& 9. & d. dec.* 607. *num.* 8. *& 9. part.* 18. *& dec.* 400. *num.* 4. 5. *& 8. part.* 19. *poſt de Luc. de Beneſic. dec.* 14. *num.* 8. & reſolvit Sac. Congregatio Concilii apud *Fagnan. in cap.* 1. *num.* 78. *de Ætat. & qualit.*

Et multiplex obſervantia latè per plures actus juſtificata à Scribentibus pro Ludovico, quæ beneficii qualitates deſignat, & declarat, an illud requirat Sacerdotium actu, vel habitu,
33 in ſpecie *Lotter. de Re beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 47. *n.* 29. *& 30.* Dominus, & olim Collega meus *Pitton. diſcept. Eccleſiaſtic.* 38. *num.* 13. *Rot. cor. Seraphin. dec.* 871. *in fine. Emer. Jun. dec.* 168. *num.* 7. *dec.* 248. *num.* 2. *& dec.* 263. *num.* 10. *in rec. dec.* 216. *num.* 3. *part.* 2. *& dec.* 354. *num.* 4. 14. 25. *& 39. part.* 19. *in Gerunden. Beneficii* 25. *Junii* 1696. §. *Et demum cor. Eminentiſſimo D. meo Cardinali Caprara,* 8. *Martii* 1697. §. *De tempore, coram bo. me. R. P. D. meo Molo, nunc impreſſa poſt de Luc. de Beneſic. dec.* 14. *n.* 10. *& dec.* 15. *n.* 12. *& 13. & in cit. Regien. Juriſpatronatus* 16. *Januarii* 1708. §. *Quæ omnia, & ſeq. coram Reverendiſſimo D. meo Decano*.

Atque hinc obeſſe non valet, quod Fundator dederit facultatem beneficiato celebrandi, ſeu celebrare faciendi Miſſas. Quoniam hoc non probatur ex lectura fundationis, immò contrarium convincitur ex ſuperius deductis. Et quatenus etiam per hypotheſim probaretur, adhuc cum in præſenti conſtet de voluntate fundatoris, quòd Beneficiatus de tempore præſentationis habere debeat qualitatem Sacerdotalem actu, ſola facultas celebrandi per alium, ſatis non eſt; ut beneficium evadat non ſacerdotale, ſed ad inſtantaneam correctionem evitandam, talis facultas intelligi de-
34 bet in caſu, quo Beneficiatus impeditus eſſet, celebrare per ſe ipſum; ut in terminis firmat *Gavarot. conſ.* 1. *ſub num.* 11. *verſic. ex prædictis, Lambertin. de Jurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 7. *artic.* 17. *Corrad. in Praxi beneficiar. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 120. *verſic. & quatenus in fin. Amaydæn. de Stylo Datariæ lib.* 1. *cap.* 15. §. 15. *n.* 9. *in princip. Amoſtan. de Cauſ. piis lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 13. benè *Rot. in recen. dec.* 496. *num.* 7. *part.* 1. & egregiè *in d. Regien. Juriſpatronatus* 16. *Junii* 1708. §. *Abſque eo quòd, coram Reveren-*

diſſimo D. meo Decano.

Quibus ita conſtitutis, prodeſſe non
potuit Joanni Baptiſtæ recurrere ad
aliud objectum, quod nempè hujuſmo-
di qualitates fuerint requiſitæ in prima
fundatione hujus Juriſpatronatus, quæ
nulla ſit tamquam facta, Superioris le-
gitimi auctoritate non intercedente.
Quoniam cum facta fuerit ab Abbate
habente omnimodam juriſdictionem,
& jura quaſi Epiſcopalia, potuit ipſe
auctorizare fundationem Juriſpatro-
35 natus, in ſpecie *Garz. de Benefic. part. 5.
cap. 9. num. 75. Clericat. de Benefic. diſ-
cord. 26. num. 3. Rot. in Nullius, ſeù Ful-
den. Juriſdictionis 28. Junii 1700 §. Con-
currit coram Eminentiſſimo D. meo Card.
della Tremoille*, ultra aliàs Auctorita-
tes recenſitas in *Marſican., ſeu nullius
Juriſdictionis ſuper beneficio 7. Junii 1700
§. Hacque omnia coram bo. me. Muto*, à
me tunc extenſa; cumque in ea fundi-
tus tollantur omnia objecta, quæ ad-
verſus juriſdictionem quaſi Epiſcopa-
lem Abbatis, hodiè repetebantur, ideo
ne rem ſemel actam iterum agam, de-
ciſionem prædictam inſeruimus poſt
præſentem §. 3. & in proximis terminis,
quod habens juriſdictionem quaſi Epiſ-
36 copalem poſſit confirmare donationes
Juriſpatronatus *Rota noſtra apud Ven-
turin. dicta dec. 47. ſub n. 85.* ubi de Præ-
poſito Piſcienſi.

Excluſo ex prædictis à conſecutione
Beneficii Joanne Baptiſta, faciliori via
excluſus remanſit Philippus prælatio-
nem petens, ex quo eſſet conjunctus
ex utroque latere in concurſu Ludo-
vici ex uno tantùm latere conjuncti;
Etenim prærogativa duplicis vinculi
prodeſt concurrenti, æqualitèr qualifi-
cato, & conjuncto, ſecus quando
conjunctus ex utroque latere eſt remo-
37 tior, & non habet qualitates à Fun-
datore volitas, in his quippè terminis
proximior, & qualificatus quamvis ex
uno latere conjunctus, præferendus eſt
habenti utramque conjunctionem, ſi
ſit remotior, & careat qualitatibus in
fundatione præſcriptis *Garz. de Benefic.
lib. 7. cap. 15. num. 21. & 22. Amoſtaz. de
Cauſis piis lib. 3. cap. 7. num. 45. Dominus
meus Pitton. diſcept. Eccleſiaſtic. 7. n. 8. &
ſeq.* ubi explicat contrarios, ſcribens
contra deciſiones in *Valentina Beneficii*
*coram Molines, Bonincaſa, & Priolo in
fine dictæ* diſceptationis impreſſas,
*Rot. coram Priolo dec. 3. num. 12. & in
Cordubén. Cappellaniæ 29. Aprilis 1705.
§. Ejuſdem irrelevantia, & 11. Janua-
rii 1706. §. finali, coram Reverendiſſimo
D. meo Decano*.

Et ita Utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Majoricen. Beneficii.

Veneris 28. Novembris 1704.

ARGUMENTUM.

Donatio Juriſpatronatus, deficiente expreſſa Ordinarii confirmatione, ſuſtinetur ex continuatis præſentationibus ab Epiſcopo, vel eorum Vicariis admiſſis, fortiuſque concurrente longæva ejus obſervantia.

SUMMARIUM.

Ex novo facto novum oritur conſilium, in princ.

1 *Facta donatione Juriſpatronatus favore maſculi proximioris, debet admitti ad præſentandum maſculus, fœminis excluſis.*

2 *Ex præſentationibus ab Ordinario admiſſis, & præſentati inſtitutione reſultat ejuſdem tacita approbatio Donationis Juriſpatronatus.*

3 *Vicarius non habet facultatem confirmandi donationes Juriſpatronatus, niſi ab Epiſcopo illa ſpecialitèr ei concedatur.*

4 *Decl. 1. ut confirmationes Donationum Jurium patronatus per ſpatium unius ſæculi factæ à Vicariis, faciant præſumi in ipſis facultatem ab Epiſcopo delegatam pro illis auctorizandis.*

5 *Decl. 2. ut obſervantia Donationis Juriſpatronatus per 40. Annos inducat præſumptionem confirmationis ab Epiſcopo factæ*, & n. 11.

Quia conſenſus Epiſcopi pro confirmatione Donationis non requiritur in ipſo actu Donationis, ſed ſufficit, ſi interveniat ex intervallo ibidem.

6 *Obſervantia ex quibus actibus deducatur, quando enunciativa contraria non obſtent, qui actus non prævaleant, alio-*

quo

quæ plura, & pluribus nn. ſeqq.

7 *Enunciativa diverſa à titulo, quo facta eſt præſentatio, tamquam erronea non attenditur.*

Et ex quibus probetur error, ibidem, & ex n. 9.

8 *Inſtitutio præſentati conſtituit præſentantem in quaſi poſſeſſione titulata.*

Et ab hac poſſeſſione cum titulo obſervantia regulatur, ibidem.

9 *Diligentiæ, & perquiſitiones factæ à Notario Protocollorum Cuſtode ſufficiunt ad probandam negativam exiſtentiæ Inſtrumenti Donationis Jurispatronatus.*

10 *Epiſcopi conſenſus in donatione Jurispatronatus præſumitur, ex duabus præſentationibus per longum tempus obſervatis.*

Et ex quibus reſultet præſentationibus fuiſſe factas titulo donationis, quando titulus non fuit expreſſus, ibidem & n. ſeq.

11 *Præſentatio non poteſt ab aliquo fieri, uti hærede alicujus, qui de tempore ſupervivebat.*

12 *Mater in præſentando tempore, pupillaris ætatis filii non poteſt ei præjudicare, nec in ejus, & ſubſtitutorum præjudicium naturam Jurispatronatus immutare, & facere quòd præſentationes factæ in ſequelam donationis, in poſterum fiant titulo hæreditario.*

13 *Præſentationes factæ à filio, non uti hærede Patris, præſumuntur factæ Jure proprio, & gentilitio.*

14 *Præſentationes factæ vigore donationis, non vocantis hæredes, ſed ſolùm maſculos excludunt qualitatem hæreditariam.*

15 *Prout etiam excludit impugnatio donationis, quæ impugnari non potuiſſet, ſi Juſpatronatus fuiſſet hæreditarium.*

16 *Præſentationes intermedia per ſpatium pauci temporis, diverſo titulo factæ, remanent circumſcriptæ ab antecedentibus, & ſubſequentibus.*

17 *Obſervantia potiùs confirmatur, quàm interrumpatur ab actibus conflictuatis, & circumſcriptis.*

18 *Præſentationes admiſſæ cum qualitate hæreditaria in judicio poſſeſſorio, non poſſunt præjudicare in Petitorio.*

19 *Maximè, ſi ex poſt ſubſecuta fuit ſententia excluſiva qualitatis hæreditariæ, per quam dicuntur revocati omnes actus intermedii in Poſſeſſorio emanati ſuper alio titulo.*

20 *Obſervantia donationis Jurispatronatus ſemel per legitimum tempus inducta, per actus ſubſequentes deſtrui non valet.*

21 *Maximè, ſi obſervantiæ adſtipuletur ſententia in judicatum tranſacta, executioni demandata, & obſervata, quæ habetur pro veritate, & ampliùs revocari non poteſt.*

22 *Reſervatio Juriam in Petitorio per ſententiam in poſſeſſorio emanatam, ſemper durat, niſi ſuperveniat Sententia contra Jus reſervatum.*

23 *Et præcipuè, ſi ſupervenit ſententia favore reſervatarii.*

24 *Sententia lata ſerv. ſerv. cum legitimo Contradictore, & ſuper ſtatu beneficii, facit Jus quoad omnes, & afficit non citatos.*

25 *Et quando contra eam non poſſit opponi defectus legitimæ citationis, & defenſionis.*

26 *Confirmatio expreſſa Donationis Jurispatronatus ex abundanti procurata, non præjudicat tacitæ jam præſumptæ.*

§. I.

EO ſub fundamento, quod Donatio quatuor Beneficiorum Jurispatronatus à Matthæo Net Seniore, de anno 1560. facta Matthæo Net Filio ſuo, ac ſuis de Linea maſculina ab eo deſcendentibus, fœminis ſemper excluſis, careret ſufficienti confirmatione, & obſervantia, unica tantum Parte Informante, reſpondit Rota ſub die 16. Maji proximè præteriti, conſtare de bono Jure Gaſparis Poquet Filii Eleonoræ, à dicto Matthæo Seniore deſcendentis, ſed conceſſa adverſus præfatam Deciſionem nova audientia, cum ex pluribus juribus, & documentis noviter repertis, tota facti ſeries fuerit immutata, variandam etiam DD. cenſuerunt Juris cenſuram; Ex novo enim facto novum quoque conſilium emergere, edocet ratio, & inquit

Te-

Textum in l. primo ff. de quorr. uſufr., & latè ponderatum fuit in *Firmana Juriſpatronatus 21. Aprilis proximè præteriti in princ.*, *& §. Nunquam enim crediti, coram Me*, ac proinde dubio per me hodiè propoſito, reſponſum fuit pro receſſu à Deciſis.

Stetit reſolutionis fundamentum in eo, quòd cum incontroverſum ſit inter Partes, Matthæum Net Seniorem fuiſſe unicum dictorum Beneficiorum Patronum, ipſumque die 8. Novembris 1560. donaſſe Juſpatronatum, & præſentandi ad præcitata Beneficia Matthæo Net Filio ſuo, ejuſque deſcendentibus maſculis, fœminis ſemper excluſis, & in defectum illius deſcendentiæ Maſculinæ pactum utrinque medio juramento acceptatum, adjeceſit, quod Juſpatronatus prædicta ſemper ſpectare deberent ad maſculum de Net, qui eſſet proximior de genere de los Net, ſequitur, quod deficiente linea maſculina Matthæi filii in altero Matthæo ipſius filio, qui de Anno 1651. deceſſit relicta tantum Eleonora filia fœmina Matre Gaſparis colligantis, & probato ex pluribus, Petrum Net Actorem eſſe de genere Fundatoris, & ſignantèr ex juſtificationibus deductis à Matthæo Net Avo Gaſparis occaſione ſucceſſionis ad Fideicommiſſum ordinatum à Petro Net, & Eliſabeth de Pax, a quibus deſcendit Petrus Net Junior, qui hodiè eſt in Cauſa, & idem fideicommiſſum poſt obitum dicti Matthæi poſſidet, ex quo præfatus Petrus fuit admiſſus ad præſentandum de anno 1683., & 1693, & ex ſententia lata ſuper probatione deſcendentiæ ab Ordinario, contra Petrum Matthæum Campos Donatarium Matthæi Net, Clarum remanet, factum fuiſſe locum ſuc-
1 ceſſioni, ſeu vocationi Petri Net in eadem donatione ſub nomine proximioris de genere comprehenſi, excluſis deſcendentibus ex fœminis, ad *Text. in l. cum ita §. In Fideicommiſſo de legat. 2.*, quam habere locum in materia Juriſpatronatus probat *Bald. conſil. 1. n. 8 lib. 3. Gabriel. conſil. 196. n. 3 & 4. lib. 2. Rota in Barchinonen. Beneficii 12. Februarii 1704. §. In præſenti, cor. R. P. D. meo Caſſarello*.

Non obſtat, quod dicta donatio non appareat confirmata ab Ordinario, & non fuerit obſervata, ex quo ſucceſſivæ præſentationes ſpatio centum annorum, & ultra fuerint factæ titulo hæreditario, ſicque nullum tribuere poſſit Jus tamquam invalida, ut in præterita mea Deciſione *§. Non relevante, & §. Reſponſione, & ſeqq.* Quoniam quoad confirmationem, cum ſecuta vacatione controverſi Beneficii de anno 1563. Matthæus Net Donatarius, vivo adhuc Patre, exhibuerit Inſtrumentum donationis, eoque viſo ab Ordinario, admiſſa fuerit præſentatio à Filio donatario facta, cum ſucceſſiva inſtitutione præſentati, ejuſque pacifica poſſeſſione, prout conceſſa fuit etiam inſtitutio præſentato à Donatario de anno 1569.
2 Ex his præſentationibus ab Ordinario admiſſis, reſultat tacitus illius conſenſus, ſufficiens in hac materia, ut monet *Lambertin. de Jurepatronat. part. 1. lib. 1. quæſt. 1. artic. 7. n. 5. Seraphinus Maſſimus de Confiſcat. bonor. quæſt. 57. n. 88. Addent. ad Gregor. dec. 430. ſub num. 7. verſ. item ſufficit, Rot. in Aquen. Juriſpatronatus, coram Lancellotto apud Marchiſan. de commiſſ. tom. 1. fol. mihi 434. n. 1. coram Durano dec. 407. n. 10. Burb. dec. 164. n. 4.* ultra alias authoritates relatas in præterita Deciſione *§. Haud ſubſiſtente*.

Minimè relevante, quod Præſentationes admiſſæ, & inſtitutiones conceſſæ fuerint à Vicario, non habente
3 facultatem Donationes confirmandi, niſi ei fuerit ſpecialitèr ab Epiſcopo conceſſum, juxta authoritates recenſitas in dicta mea Deciſione *§. Haud ſubſiſtente*. Duplici enim reſponſione evitatur objectum, prima nempè deſumpta, ex quo hodiè oſtenſum fuit in libris Curiæ Epiſcopalis Majoricen., in quibus adnotari ſolent confirmationes donationum Juriumpatronatuum adeſſe centum decem, & ſeptem donationes, ex quibus centum, & quindecim confirmatæ fuerunt à Vicario, Ex his enim confirmationibus per ſpatium unius ſæculi, & ultra factis à Vicario, reſultat conſuetudo, & obſervantia, quæ ad hoc,
4 ut actus confirmationum non pereant, facit præſumere in Vicario facultatem delegatam ab Epiſcopo pro authorizandis donationibus, & tran-

ſa-

lationibus Juriumpatronatuum. *Mandoſ. de Apoſtolic. Regiſque aſſenſu quæſt. 9. n. 7. in fin., Addent. ad Gregor. dec. 410. n. 8., Rot. diverſ. dec. 598 num. 12 parte prima, & in rec. dec. 576. ſub n. 3. par. 1. dec. 298. n. 4., & ſeq. part. 11. & in Meleviſana Juriſpatronatus 4. Julii 1696. §. finali, coram Reverendiſſimo Domino meo Decano, & in Valentina Beneficii 22. Junii 1703. §. Nec obſtante coram R. P. D. meo Lancetta, confirmata in hac eadem Rota coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Altera reſponſio depromitur ex donationis, de qua agitur, obſervantia centenaria, quæ, præciſa etiam facultate Vicarii, inducit præſumptionem, quod illa fuerit confirmata ab Epiſcopo, cujus conſenſus cum non
5 requiratur in ipſo actu donationis, ſed ſufficiat, quod interveniat ex poſt, & ex intervallo, ſolus lapſus 40 annorum cum obſervantia, ſufficit ad illum præſumendum, & ad validandam donationem, ut ex Theorica *Abbatis in cap. cum de Jurepatronatus*, firmant *Lambertin. de Jurepatronat. lib. 1. par. 2. quæſt. 1. artic. 8. n. 1., Vivian. eodem tractat. lib. 4. cap. 4. n. 74., Ricc. in prax. par. 3. reſol. 303. n. 1., & ſeq., Barboſ. de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. cap. 12. n. 42., Addent. ad Gregor. dicta deciſ. 410. num. 7. verſ. verum, Rot. coram Bich. deciſ. 277. num. 7. & in rec. dec. 707. n. 5. par. 1., & dec. 268. n. 7. part. 11., & dec. 206. n. 9. part. 13., & in dicta Meleviſana Juriſpatronatus 1696. §. fin. cor. Reverendiſſimo D. meo Decano, Compoſtellana Parochialis 25. Junii ejuſdem anni §. Fruſtra coram R. P. D. meo Priolo,* & admittit præterita mea deciſio §. *Reſponſione*.

Hanc autem obſervantiam concurrere in præſenti facti ſpecie, patet ex eo, quod uſque de Anno 1563., vivente adhuc donante, fuit facta præſentatio à Mattheo donatario, & viſo donationis Inſtrumento, fuit præſentato conceſſa inſtitutio ab Ordinario, illaque effectuata remanſit cum ſubſecuta pacifica poſſeſſione uſque ad an-
6 num 1591., quo obiit præſentatus. Nec obſtat quod in hac præſentatione Mattheus enunciaverit ſe donatarium omnium bonorum, & juris Matthei Patris. Talis enim enunciativa detegitur erronea, ex quo ad docendum de ſuo Jure Mattheus Donatarius produxit titulum diverſum, nempè donationem Juriumpatronatus die 8. Novembris 1560. factam per acta Antonii Boquet, ex qua
7 productione tituli detegitur enunciativam ab illo diverſam eſſe erroneam, ac proindè non attendendam. *Rot. in recentior. dec. 2. num. 4. part. 5. deciſ. 39. num. 8. par. 15. coram Bich. dec. 164. n. 13. Emerix jun. dec. 1188. n. 14.* Maximè quia vigore hujus tituli producti, Ordinarius conceſſit inſtitutionem præſentato, à qua inſtitutione, quæ con-
8 ſtituit præſentantem in quaſi poſſeſſione titulata cum approbatione Ordinarii, obſervantia deſumi debet *Rota coram Cerro. dec. 128. n. 8., & dec. 168. n. 9. part. 11. rec. & in Aretina Beneficii 21. Januarii 1701. §. Secundo, cor. R. P. D. meo Anſaldo.*

Eòque minus attendi poteſt enunciativa prædicta, attento quod non docetur adeſſe donationem univerſalem, cujus vigore Mattheus potuerit præſen-
9 tare, immò conſtat de contrario, nedùm quia Mattheus Senior de Anno 1571. condidit Teſtamentum, & in eo poſt plura legata inſtituit hæredem Mattheum Filium, nulla facta mentione, quod diſponebat de bonis ſibi in donatione reſervatis ad effectum teſtandi, hanc autem diſpoſitionem facere non potuiſſet, ſi omnia ſua bona præcedentèr donaſſet. Verum etiam quia, facta perquiſitione à Notario Prothocollorum Cuſtode, nulla alia Donatio inveniri potuit facta à Mattheo Net Seniore ad favorem Matthei Filii, quàm iſta ſtipulata die 8. Novembris 1560. aſſerendo, quòd ſi alia donatio facta fuiſſet, utique in dictis Prothocollis reperta foret, quæ diligentiæ ſufficientes ſunt ad probandam negativam exiſtentiæ, ut in mate-
10 ria Juriſpatronatus probant *Seraphinus Maſſinus de confiſcat. bon. quæſt. 37. num. 46., & ſeq., Rota in recent. dec. 75. num. 10. part. 11.*

Subindè verò de anno 1569., vivente pariter donante, vacavit alterum ex dd. Beneficiis in donatione comprehenſis, & ad illud à Mattheo Net Juniore donatario præſentatus fuit

Jo-

Joannes Meliſ, qui fuit etiam inſtitutus ab Ordinario, & permanſit in poſſeſſione uſque ad obitum ſecutum Anno 1613. Unde cum adſint duæ præſentationes, una effectuata per ſpatium annorum 28., & alia per annos 54., iſtæ ſufficiunt ad præſumen-
11 dum Epiſcopi conſenſum, qui ex ſimplici Obſervantia 40. annorum deſumitur, juxta auctoritates ſupra allegatas §. *Altera*, Et quamvis in hac ultima præſentatione, & inſtitutione non fuerit expreſſum, quo titulo ad illam deventum fuerit, tamen ad eam deventum fuiſſe ex titulo donationis præfatæ reſultat; Tum ex quo Inſtitutio conceſſa fuit ab ordinario vigore quaſi poſſeſſionis, in qua reperiebatur Matthæus Net Junior, qui de anno 1563. in vim dictæ donationis præſentaverat. Tum ex quo non poterat Matthæus Net Junior præſentare uti hæres Matthæi Patris, qui ſupervixit uſque ad annum 1581., cum non detur hæreditas viventis *l. qui ſuperſtites ff. de acquirend. hæreditat. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 3. numer. 9. & lib. 3. cap. 1. num. 84., & in Mantiſſa cap. 26. num. 3. & 4. Rot. in Fanen. Fideicommiſſi 31. Januarii 1682. §. Secundò cor. bo. me. Rondinino, & in Aſculana Primogenituræ 26. Junii 1686. §. Quod apertè cor. bo. me. Albergato.*

Non relevat, quod Magdalena Uxor Matthæi Donatarii, ejuſque hæres uſufructuaria uti Tutrix, & Curatrix Matthæi communis Filii, de Anno 1591. titulo hæreditario Mariti, ad duo Beneficia præſentaverit. Quia tales præſentationes factæ fuerunt tempore pupillaris ætatis Matthæi filii Magdalenæ, cui mater non poterat præjudicare, nec in ejus præjudicium, & ſubſtiturorum immutare naturam
12 Juriſpatronatus contra factum Auctoris ſeu Mariti, qui in ſequelam donationis in duobus ſtatibus præcedentibus præſentaverat, *Card. de Luc. de Jurepatronatus diſc. 63. nu. 13. Vivian. de Jurepatronat. lib. 4. cap. 9. num. 48. & 59. Rot. poſt eum dec. 41. ſub nu. 20. & in Faventina Beneficii 8. Maji 1702. §. Nec hujuſmodi, coram R. P. D. meo Caprara 12. Decembris ejuſdem anni §. Habetur, coram eodem.*

Potiſſimè quia Matthæus Filius Magdalenæ factus major Præſentationes Matris non approbavit, dum licèt hæres Patris nunquam titulo hæreditario illius præſentavit, ut evenit in vacationibus anni 1602. & 1604. & 1613., quæ omiſſio tituli hæreditarii
13 facit præſumere, præſentationes factas fuiſſe Jure proprio, & gentilitio. *Rot. in rec. deciſ. 110. num. 12. part. 11. aliique plures relati in Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Subſequitur, coram R. P. D. meo Caprara*; Et clarius id reſultat ex Præſentatione Anni 1640., quæ ultima præſentatio patentiſſimè oſtendit ad eam deventum non fuiſſe ex titulo hæreditario, cum Matthæus tertius filius Magdalenæ illam expleverit vigore donationis ſtipulatæ, die 8. Novembris 1560., quam in actis produxit ad repellendum Georgium Picò, cui de anno 1631. Juſpatronatus cum Ordinarii auctoritate fuerat donatum, allegando, quod hæc ultima donatio erat nulla tamquam facta contra legem appoſitam in prima donatione anni 1560. requirente ſemper præſentare debere maſculos deſcendentes à Matthæo Net primo donatario, talique exceptioni acquievit Georgius, dum Præſentatus à Matthæo Tertio pacificè beneficium poſſedit, uſque ad mortem, qua ſecuta de anno 1652., iterum præſentavit Matthæus, & obtinuit ab Ordinario declarari ſe eſſe verum, & indubitatum dicti beneficii patronum, Ex quo arguitur Matthæum prædictum non habuiſſe Juſpatronatus pro hæredita-
14 rio, tum quia præſentationem fecit vigore donationis, in qua non vocabantur hæredes, ſed ſolum Maſculi deſcendentes à primo donatario, aliique de Familia Net, tum etiam quia, ſi Juſpatronatus hæreditarium fuiſſet, poſterior donatio Anni 1631. cum au-
15 ctoritate Ordinarii facta impugnari, & infringi non potuiſſent, ut pluribus relatis plenè firmat *Rota in Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1702. §. Præterea coram R. P. D. meo della Tremoille nunc impreſſa apud Moderu. Roman. diſcept. Eccleſ. 53. num. 24. confirmata 4. Maji 1703. cor. R. P. D. meo Priolo.*

Stan-

Stantibus autem antecedentibus, & ſubſequentibus præſentationibus per tantum tempus factis vigore donationis anni 1560. etiamſi omnia deficerent,
16 ex hoc ſolùm intermediæ ſpatio unius anni, expletæ per Magdalenam eodem tempore, quo aliud Beneficium poſſidebat Joannes Melis, vigore ejuſdem donationis, de anno 1569. præſentatus, remanſerunt circumſcriptæ, ex notatis per *Rotam in Mediolanen. Cappellaniæ 20. Februarii 1699. §. Ita etiam coram R. P. D. Lancetta, & in Melevitana Juriſpatronatus 31. Martii 1702. §. Multoque minus coram R. P. D. meo Scotto*, ac proindè interrumpere non potuerunt obſervantiam, quæ potiùs confirmatur, quam deſtruatur ab actibus ineffectuatis, & circum-
17 ſcriptis, ut obſervat *Fagnan. in C. cum Eccleſia Sutrina num. 36. verſ. neque his obſtat de cauſ. poſſeſ. & prop. Modern. Roman. diſcept. Eccl. 17. num. 31. Rot. poſt Venturin. de Jurepatr. dec 143. n. 16. & 18., & recen. dec 165. n. 23. par. 15.*

Hæc clarè oſtendunt donationis obſervantiam, ſed clariora redduntur, ſi ponderentur alii actus ſubſequentes, licèt enim de anno 1654. 1658. 1663. & 1671. Eleonora filia Matthæi ultimi maſculi deſcendentis à donatario, præſentaverit cum qualitate hæreditaria, & præſentationes admiſſæ fuerint ab Ordinario, ut conſiderat præterita mea deciſio §. *Hanc eamdem, & ſeqq.* nihilominùs tantum abeſt, quod iſtæ obeſſe poſſint, quin potius faveant, & confirment donationis obſervantiam, de dicto enim anno 1654. ſecuta vacatione unius ex beneficiis in donatione comprehenſis, Petrus Net, tamquam proximior de genere de los Net, & ſubſtitutus in caſu deficientiæ deſcendentiæ maſculorum Matthæi donatarii, præſentavit Melchiorem Garziam, ſed quia Eleonora Poquet filia Matthæi Tertii, ultimi deſcendentis maſculi à donatario præſentavit Joannem Meſquida, Ordinarius Majaricen., ex quo Petrus præfatus non juſtificaverat plenè deſcendentiam, & proximioritatem, & ex quo agebatur in judicio poſſeſſorio, & Eleonora ex perſona ſui Patris quaſi poſſeſſionem juſtificaverat, præſentato ab ea inſtitutionem conceſſit, reſervato Jure in alio Judicio, ſuper petitorio dicto Petro Net vigore donationis die 8. Novembris 1560. ſtipulatæ, tribuentis Juſpræſentandi proximiori familiæ de Net, ut apertè legitur in ſententia per extenſum data in *Summario Petri num. 4.*, & in ſequelam iſtius manutentionis eadem Eleonora in tribus ſub-
18 ſequentibus vacationibus præſentavit. Hujuſmodi quippe præſentationes, tanquàm factæ, & admiſſæ in judicio poſſeſſorio, præjudicare non poſſunt in petitorio, quod fuit ſpecialitèr reſervatum cum approbatione donationis, in ſpecie *Rota in rec. dec 184. n. 10. par. 1., & in Firmana Juriſpatronatus 21. Aprilis currentis anni §. fin. cor. Me.*

Maximè, quia cum Petrus ex poſt ſufficientes juſtificationes ad probandam proximioritatem reperierit, egit de anno 1684. in judicio petitorio, & obtinuit canonizari donationem anni 1560. cum aſſertiva, quod fuerat confirmata ab Ordinario, pronunciari, ſe eſſe proximiorem de Domo Net, Matthæi Net donatarii, factumque eſſe locum ſuæ ſubſtitutionis, per obitum Matthæi Net tertii ultimi deſcendentis maſculi à donatario, & præſentatus ab eo inſtitutionem obtinuit per ſententiam definitivam, quæ cum non ſolùm tranſ-
19 ſitum fecerit in judicatum, ſed etiam fuerit ſubindè obſervata quoad omnia Beneficia, non reclamante Eleonora Poquet, neque illius filiis, & hæredibus, per eam dicuntur revocati omnes actus intermedii, emanati in poſſeſſorio, & reintegrata donationis obſervantia, ad *Text. in l. ingenuum ff. de ſtat. homin. cap. cum inter de re judic. Rot. in Tuden. Parochialis 9. Junii 1700. §. Verum, coram Illuſtriſſimo D. Magno Cancellario Mediolanen, & in Melevitana Juriſpatronatus 31. Martii 1702. §. Multoque, coram R. P. D. meo Scotto.*

Haud relevante reſponſione contrariæ Deciſionis §. *Quidquam, & ſeq.* quod præſervatio Jurium in petitorio non deſtruat poſſeſſionem, quodque Ordinarius in præſentatione anni 1671. declaraverit Eleonoram eſſe veram, & indubitatam Patronam Beneficii. Etenim quoad primam objecti partem urget reſponſio, quòd cum ſimus in Judi-

20 cio petitorio, & ex ſupradictis conſtet
de obſervantia ſemel inducta per tem-
pus legitimum, actus ſubſequentes il-
lam deſtruere non poſſunt *Moderans
Roman. diſcept. Eccleſ.9. num.19. Rota
coram Buratt. deciſ.739. num.3. & 4. in
rec. dec.136. num.32. par.19. & in Co-
ſentina Abbatia 4. Maji 1693. §. Ex-
cluſo, coram bo. mem. Benevenſa*, maximè
quia poſſeſſio prædictæ Eleonoræ fuit
poſtea revocata ex ſententia 1684. exe-
cutioni demandata, in judicatum tran-
ſacta, & ſucceſſivè quoad omnia Bene-
21 ficia in donatione contenta de annis,
1687. & 1695. quæ hodiè haberi debet
pro veritate, nec poteſt amplius in du-
bium revocari, ut in propria materia Ju-
riſpatronatus firmant *Seraphin. Maſſinus
de confiſcat. bonor. quæſt.37. n.51. Rot. in
Mediolanen. Prioratus ſuper qualitate
agnatitia 18. Junii 1703. §. Omnem, co-
ram R.P.D. meo Scotto. Aſculana Juriſ-
patronatus 26. Januarii 1703. §. Fortiùs,
coram eodem, & in Firmana Juriſpatro-
natus 21. Aprilis currentis anni §. Quar-
ta præſentatio, cor. Me*,

Quo verò ad ſecundam objecti par-
tem, licèt de anno 1672. Eleonora
22 fuerit canonizata vera, & indubitata
Patrona, hæc canonizatio intelligitur
in poſſeſſorio, & in ſequelam ſenten-
tiæ anni 1654. quæ cum reſervaverit
Petro Net jura in petitorio, hæc re-
ſervatio ſemper durat, niſi superve-
niat ſententia contra reſervatarium,
ex firmatis per *Rotam in Aretina Jurium
Parochialium ſuper manutentione 1. Ju-
lii 1702. §. Nec dicta, coram Illuſtriſſimo
Dom. Magno Cancellario Mediol.*, quæ
nedum non ſupervenit in præſenti,
23 ſed prolata fuit ſententia contraria
de anno 1684. quæ uti lata ſer. ſer. &
ſuper ſtatu beneficii cum legitimo con-
tradictore, facit Jus quoad omnes, &
24 afficit etiam non citatos, ad notum
Text. in l. Ingenuum ff. de ſtat. homin.,
& tradita in iſtis terminis, *per Rot.
in Comen. Cappellania 31. Martii 1702.
§. Ex his coram R. P. D. meo de la Tre-
moille, Faventina Beneficii 2. Julii
1703. §. In qua coram R. P. D. meo
Caffarello, & in Mediolanen. Prioratus
ſuper qualitate agnatitia 18. Junii 1703.
§. Omnem coram R. P. D. meo Scotto.*

Quidquam non refragante, quod
ſententia anni 1684. lata fuerit citato
quodam mercatore, nullum habente
Jus, ſuper controverſis Beneficiis, &
nulla facta defenſione, quoniam cum
citatio executa fuerit contra Petrum
Andream Campos donatarium Mat-
thæi Net unius ex beneficiis in donatio-
ne anni 1560. contentis, quoad d. be-
25 neficium ipſe erat unicus, & legitimus
contradictor, non hæredes Matthæi,
à quibus per dictam poſteriorem do-
nationem, omne Jus fuerat abdicatum:
Reſpectu verò omiſſæ defenſionis, obje-
ctum ex facto tollitur, quia Campos
propoſuit exceptionem nullitatis do-
nationis, ex quo non fuerat confirma-
ta ab Epiſcopo, illaque rejecta fuit
in ſententia Ordinarii, ut patet ex
lectura ejuſdem ſententiæ.

Denique nihil obſtat expreſſa con-
firmatio donationis, reportata anno
1654., quæ excludit præcedentem ta-
citam confirmationem, & obſervan-
tiam, nam ſi iſta verè præceſſiſſet, Pe-
trus ſenior expreſſa confirmatione
non indiguiſſet, ut conſideratur in
præterita deciſione §. *Immò ex hoc*, quo-
niam, cum ex ſuperius deductis, con-
ſtet ex actibus factis antè annum 1654.,
& ab obſervantia inducta, elici ſuffi-
cientem præſumptionem, quod do-
natio anni 1560. fuerit confirmata ab
ordinario, ſubſequens confirmatio ex-
preſſa, dicitur procurata ex abun-
26 danti, & ad majorem cauthelam, quæ
propterea non præjudicat *Surd. dec.13.
num.14. Rot. coram Dunozet. jun. de-
ciſ.830. num.24. Cerr. deciſ.905. nu.18.
Celſ. dec.113. num.7. Ottobon. dec.142.
num.23., & in recent. deciſ.319. nu.9.
part.1., & dec.471. n.43. par.19.*

Et ita utraque &c.

Eadem coram eodem.

Luna 11. Maji 1705.

ARGUMENTUM.

Confirmantur ſuperius tradita de auctoritate-
ne præſumenda, donationis Juriſpatronatus, ex
præſentationibus per longum tempus admiſſis
ab Epiſcopis, vel eorum Vicariis, nec non ex
longæva ejus obſervantia

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Juſpatronatus donatum favore proximiorum de domo ſpectat ad maſculum de domo.*

2 *In donatione Juriſpatronatus, ex qua Juſpatronatus de hæreditario fit gentilitium, adeoque Eccleſiæ libertati favetur, non eſt neceſſarius Epiſcopi conſenſus.*

3 *Vicarius generalis, quando concurrit mandatum Epiſcopi, vel ejus ratificatio, poteſt donationem Juriſpatronatus auctorizare.*

Ratificatio æquiparatur mandato, ibid.

4 *Plurimæ confirmationes donationum Juriumpatronatus factæ à Vicariis, inducunt præſumptionem mandati Epiſcopi.*

5 *Vicarius generalis ex conſuetudine non poteſt conſenſum præſtare in donationibus Juriumpatronatus.*

6 *Declara, niſi agatur de conſuetudine legitimè præſcripta per ſpatium* 40. *annorum.*

7 *Immò etiam conſuetudo paucorum annorum foret attendenda, ubi Vicarius non intendit acquirere facultatem præſtandi hujuſmodi conſenſum de per ſe, & ſine Epiſcopi mandato, ſed allegatur ad effectum præſumendi mandatum Epiſcopi.*

8 *Si ſæpiſſimè venit occaſio confirmandi has donationes, illaſque ſemper confirmaverit Vicarius, aliquæ confirmationes factæ ab Epiſcopis non obſtant.*

9 *Epiſcopus præſumitur tribuiſſe facultatem Vicario auctorizandi donationes Juriſpatronatus cumulativè, & in ſui adjutorium.*

10 *Præſumptio mandati Epiſcopi in confirmatione donationis Juriſpatronatus inducitur ex actibus ſubſecutis, & prodeſt etiam pro confirmationibus antecedenter factis.*

11 *Præſumptio confirmationis donationis Juriſpatronatus reſultat ex inſtitutione, licet à Vicario facta, junctis viſitationibus ab Epiſcopo factis.*

12 *Ex perquiſitione Protocollorum Notarii negativa coarctata remanet.*

13 *Non obſtante contraria atteſtatione Notarii vaga, generali, & extorta lite pendente.*

14 *Juſpatronatus comprehenditur in donatione univerſali ſub nomine bonorum, & Jurium.*

15 *Enunciativa Notarii per errorem facta non debet præjudicare.*

Quando cenſeatur Notarium per errorem appoſuiſſe unum menſem pro alio, ibid.

17 *In Judicio petitorio pronunciandum eſt ad formam Inſtrumenti publici, quod facit probationem probatam.*

Nec contra eum obeſt obſervantia æquivoca, & contradicta n.16.

19 *Mater non valet præjudicare filiis pupillis, vocatis in donatione Juriſpatronatus, nec contravenire facto Mariti jam defuncti, præſentando titulo hæreditario in Jurepatronatus gentilitio.*

Maximè ſi Matri expediebat, Juſpatronatum hæreditarium reddere ob ſpem in eo ſuccedendi n.18.

20 *Obſervantia elicitur etiam ex actu nullo, & illegitimo, ſi fuit geſtus ab eo, qui poteſt inducere obſervantiam, aliàs ſecùs.*

21 *Actus hæredis uſufructuarii non valet inducere obſervantiam contra factum Auctoris.*

22 *Præſentatio matris multò minùs præjudicat filio pupillo, ſi iſte poſt mortem matris diverſimodè præſentavit.*

23 *Præſentatio, & inſtitutio facta vigore retroactarum Collationum, nihil ponit in eſſe, ſi retroactæ appareant factæ partim titulo hæreditario, & partim titulo gentilitio.*

24 *Immò probat qualitatem gentilitiam, ſi declarata fuit qualitas patronalis, quæ non potuerit fundari in alio titulo, quàm in documento præſeferente Juſpatronatus gentilitium.*

25 *Præſentatio jure proprio facta, nulla expreſſa qualitate hæreditaria, facit præſumi Juſpatronatus gentilitium.*

26 *Juſpatronatus præſumitur hæreditarium, ſi Patronus de eo diſpoſuit, nam de Jurepatronatu gentilitio non valet diſponi in præjudicium vocatorum.*

27 *Contra, quia Juriſpatronatus gentilitii donatio ſuſtinetur ad vitam donantis, & ſine præjudicio vocatorum.*

28 *Et fortiùs, ſi donans habuit Juſpatronatus pro gentilitio, dum illud tanquam tale obtinuit vigore documenti, præſeferentis qualitatem gentilitiam.*

29 *Præſentationes antecedentes an fuerint titulo hæreditario, vel gentilitio factæ, ab actibus ſubſequentibus declaratur.*

30 *Donationem factam fuiſſe de Jurepatronatus, tanquam gentilitio, reſultat ex præſentatione poſt donationem facta, ad quam devenire patronus non potuiſſet, ſi Juſpatronatus hæreditarium fuiſſet.*

31 *Præſentatus, qui aſſumit onus defendendi Patronum, & qui produxit Inſtrumenta pertinentiam patronalem concernentia, præſumitur ab ipſo Patrono habuiſſe ſpecificum, & expreſſum mandatum.*

32 *Obſervantia donationis Juriſpatronatus quadragenaria præſcribitur.*

33 *Et actus ſubſequentes illam jam inductam, & perfectam non interrumpunt.*

34 *Præſentatio admiſſa in ſimplici poſſeſſorio, cum reſervatione jurium in petitorio, non præjudicat.*

35 *Et hæc reſervatio ſemper durat, donec ſuperveniat declaratio Judicis ſuper reſervatione.*

36 *Et minus præjudicat præſentatio in poſſeſſorio, ſi vigore reſervationis ſuperveniat ſententia contraria in petitorio.*

37 *Sententia obtenta ſuper qualitate Juriſpatronatus contra legitimum defenſorem, facit jus quoad omnes.*

38 *Pro canonizatione pertinentiæ Juriſpatronatus attenditur potius cauſa univerſalis, à qua Beneficia proveniunt, quàm actus ad unicum beneficium reſtrictus.*

§. II.

PUgnantibus inter ſe geminis deciſionibus coram me editis, diei nempè 16. Maji præteriti, in qua firmatum fuit conſtare de bono jure Gaſparis Poquet, ad effectum præſentandi ad controverſa beneficia, cum alia diei 28. Novembris ejuſdem anni, in qua, recedendo à priori deciſione contumaciali, reſolutum fuit donationem, à Matthæo Net ſeniore die 8. Novembris 1560. factam Matthæo Net filio ſuo, ſufficienter confirmatam, & obſervatam fuiſſe, illiuſque vigore præſentationem ſpectare non poſſe ad Gaſparem hæreditario nomine, ſed ad Petrum Net habentem qualitatem maſculinitatis, & proximioritatis de genere de los Net. diſceptandum in hodierna audientia expoſui dubium -- *An ſit ſtandum in primo, vel ſecundo loco deciſis* -- & DD. agnoſcentes ſolidiora eſſe fundamenta ſecundę meę deciſionis, utraque parte informante, editæ, in ſecundo loco deciſis perſiſtendum, eſſe reſponderunt.

Cum enim Juſpatronatus, de quo agitur, fuerit donatum per Matthæum Net primum favore Matthæi ſecundi, & illius deſcendentium maſculorum, excluſis ſemper fęminis, & in defectum deſcendentium maſculorum, fa-
vore proximiorum de Domo Net, 1
utique extincta deſcendentia maſculina, Juſpatronatus ſpectare debet ad Petrum Net proximiorem de Domo, ex adductis in ſecunda mea deciſione §. *Stetit*.

Nullatenus refragante, quod donatio Juriſpatronatus, Epiſcopi conſenſu non accedente, non valeat ſuſtineri, nec ſatis ſit adfuiſſe conſenſum Vicarii Generalis, qui facultatem non habet confirmandi donationes Juriumpatronatus; Duplex enim occurrit reſponſio, quarum prima conſiſtit in eo, quòd hodiè non agitur de fundando ſimpliciter Jurepatronatus, ſed ſolùm de varianda illius
qualitate, videlicèt de hæreditario, ut 2
prætenditur, in gentilitium, quod cum ſit in favorem Eccleſiæ, quæ faciliùs poteſt recuperare libertatem beneficii, poteſt fieri etiam nullo Ordinarii accedente conſenſu *Card. de Luca de Jurepatr. diſc.60. n.21.*

Altera reſponſio elicitur ex eo, quòd etiam Vicarius Generalis poteſt donationes auctorizare, quando concurrit mandatum Epiſcopi, vel
ſubſequens illius ratificatio, quæ man- 3
dato æquiparatur, ut de mandato Epiſcopi tradunt *Garz. de benef. part.5. cap.9. n.75. & ſeqq. Barboſ. de poteſt. Epiſ-*

Epiſcop. alleg. 54. num. 74. in fin. Corrad. in prax. benef. lib. 4. cap. 5. n. 15. Rot. coram Mantica dec. 86. num. 10. & de ratificatione *Card. de Luca de Feud. diſc. 26. n. 8.*

Quòd autem in præſenti adfuerit conſenſus Epiſcopi, reſultat ex 115.
4 actibus confirmationum hujuſmodi, ab anno 1596. uſque ad annum 1654. factis à Vicariis, quæ inducunt præſumptionem mandati ſpecialis Epiſcopi, pro auctorizandis his donationibus, ex firmatis per *Rotam in rec. dec. 198. num. 4. & ſeqq. part. 11. & in Mediolanen. Juriſpatronatus 4. Julii 1696. §. finali, coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & in Valentina Beneficii 22. Junii 1703. §. Non attento, coram R. P. D. meo Lancetta.*

Non obſtante, quod Vicarii non poſſint ex conſuetudine donationi-
5 bus Juriumpatronatus conſenſum præſtare per ea, quæ tradunt *Ferret. conſ. 245. num. 5. & ſeqq. Pax. Jordan. tom. 2. lucubrat. Eccleſ. lib. 10. tit. 7. numer. 15. in fine. Barboſ. de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. cap. 12. n. 247. de Epiſcop. par. 3. allegat. 54. num. 75. verſic. amplia 2. & in cap. illud num. 7. in fine de Jurepatr. Ricc. in prax novissim. de probat. Jurispatr. reſol. 189. Corrad. in prax. benefic. lib. 4. cap. 5. num. 15. Adden. ad Gregor. dec. 420. num. 8. verſic. ampliatur 2. Rota in rec. dec. 576. n. 3. part. 1.* Etenim objectum procedit, quando allegatur conſuetudo paucorum annorum, ſecùs quando concur-
6 rit conſuetudo, legitimè præſcripta per 40. annorum ſpatium, & ultra, ut limitando tradunt *Corrad. in prax. benefic. d. lib. 4. cap. 5. num. 15. verſ. 2. Barboſ. de Epiſc. allegat. 54. numer. 75. Adden. ad Gregor. d. dec. 420. n. 8. verſ. ampliatur in fine, Rot. in rec. d. dec. 576. num. 3. par. 1.*

Quinimmò etiam in conſuetudine paucorum annorum tunc ſolùm habet locum, quando Vicarii intendunt acquirere facultatem de per ſe, & abſ-
7 que mandato Epiſcopi, non verò quando allegatur ſolitum, & conſuetum, ad effectum inducendi præſumptionem, quòd præceſſerit mandatum Epiſcopi, in his enim terminis ſufficit obſervantia quæcumque, quantumvis non præſcripta *Modern. de Apoſtolic. Regiaque offenſa quæſt. 9. n. 7. in fin. Adden. ad Gregor. dec. 420. n. 8. verſ. cum mandatum ſpeciale. Rot. diverſor. dec. 598. n. 11. part. 1. & in rec. dec. 198. n. 5. & 6. part. 11.*

Minùs obſtat, quòd intra d. tempus Epiſcopus etiam donationes confirmaverit, quod cum inducat actuum difformitatem, excludit conſuetudinem, & obſervantiam, quæ requirit uniformitatem actuum, Quia cum occaſio confirmandi donationes Juriſpatronatus evenerit 117. vicibus, & duas tantùm confirmationes fecerit Epiſco-
8 pus, ex hoc magis, magiſque comprobatur, Vicarios habuiſſe mandatum ſpeciale Epiſcopi, nam alias ad tot, tantaſque auctorizationes Vicarii non devenissent, ſed illas Epiſcopus per ſe ipſum feciſſet. Unde adeò longæva ſtatus tolerantia, & tot, tantorumque actuum frequentia, cum confirmationibus perrarò ab Epiſcopo factis, excludunt facultatem privativam in Vicariis, & inferunt illam datam fuiſſe ab Epiſcopis cumulativè, prout ſemper data præſumi debet, cum nunquam
9 cenſeatur in his conceſſionibus, Concedentem à ſe totalem facultatem abdicare voluiſſe, ſed illam cumulativè, & in ſummet ipſius adjutorium tribuiſſe. *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 13. n. 40. & ſeqq. Modern. Roman. in Parergm. ad diſcept. Eccleſiaſtic. numer. 6. Rota in Hiſpalen. Juris præſidendi in Choro 2. Julii 1700. §. Et ſenſui, & §. Neque his, coram Illuſtriſſimo D. Magno Cancellario Mediolani.*

Prout non relevat, quod confirmationes donationum factæ à Vicariis Generalibus incipiant ab anno 1596., unde conſuetudo ab hoc tempore incœpta non poſſit comprehendere, & validam reddere auctorizationem donationis factæ anno 1563., & ſic per triginta, & ultra annos, antequam d. conſuetudo inciperet. Etenim cum agatur de inducenda præſumptione mandati ab Epiſcopo Vicariis conceſſi, iſta inducitur ex actibus etiam ſubſequentibus, qui, junctis præſertim Viſitationibus ipſiuſmet Ordinarii, faciunt præſumere mandatum præceſſiſſe, & tale ſolitum antecedenter, & de tempo-

10 pore etiam confirmationis donationis
adfuiſſe *Shonag. de Offic. Vicar. lib.2.*
quæſt.41. num.15. Gutierrez. Canonic.
quæſt. lib.2. cap.17. num.17. Rot. in
recen. dicta dec.298. n.6. part.11.

Rurſus præſumptum mandatum
Epiſcopi, vel iſtius ratificatio deſu-
mitur ex ipſiuſmet donationis obſer-
vantia longiſſima centum, & ultra an-
norum. Conſtat enim Matthæum Net
primum Donatarium præſentaſſe de
anno 1563, & iterum de anno 1569.
& præſentationes effectum habuiſſe
ſpatio annorum 54., quod ſatis eſt,
præſcindendo etiam ab aliis ſucceſſivis
præſentationibus, ad inducendam præ-
11 ſumptionem confirmationis Ordinarii,
quæ ſufficit tacita reſultans ex inſtitu-
tione licèt facta à Vicario, junctis Viſita-
tionibus ab Epiſcopo factis, ut firmat
Seraphinus Maſſinus de confiſcation. Bonor.
quæſt.37.n.88. Addit. ad Gregor.dec.420.
ſub num.7. verſic. item ſufficit. Rot. co-
ram Bich. dec.164. n.4. aliaque relatis in
deciſione, quæ confirmatur §. Non ob-
ſtat.

Nec refert, quod dd. præſentationes
annorum 1563. & 1569. fuerint factæ
vigore donationis univerſalis ſtipula-
tæ ſub die 8. Octobris 1560., non ve-
rò donationis controverſæ, quæ eſt
particularis, & ſtipulata ſub die 8.
Novembris ejuſdem anni, Quoniam
dicta donatio univerſalis, non exhi-
betur, & excluditur, tum ex diligen-
tiis factis à Notario in Archivio, quæ
negari non poteſt factas fuiſſe cum
negativa coarctata, quia cum fuerint
12 perquiſita omnia Prothocolla Notarii
de ea rogati, coarctatio negativæ
non poteſt impugnari. *Paris. de*
probat. lib.1. cap.44. num.14. Episcop.
Rota diſp.68. n.3. & diſp.149. n.25. &
26., parvipenſa atteſtatione Notario-
rum Majoricen., cum iſta tanquam
vaga, generalis, & extorta, lite pen-
dente non probet *l. neque naturales C.*
de probat. Rot. in rec. dec.30.n.9. part.17.
Tum ex quo ſi die 8. Octobris facta
13 fuiſſet donatio univerſalis à Matthæo
Net, ſuperfluum fuiſſet die 8. Novem-
bris ejuſdem anni facere donationem
particularem Juriſpatronatus, quod
jam in donatione univerſali ſub nomi-
ne bonorum, & Jurium comprehen-
ſum erat *cap. ex Literis, & cap. cum*
ſecularem de Jurepatr. Lotter. de re beneſ.
lib.2. quæſt.9. num.30. Vivian. de Jure-
patr. lib.4. cap.16. Rota in Maioricens.
Juriſpatronatus 4. Julii 1696. §. Adeoque
14 *& 5. Julii 1697. §. Sed hoc coram Reve-*
rendiſs. D. meo Decano; Ex quibus ma-
nifeſtum fit enunciativam menſis Octo-
bris, loco menſis Novembris fuiſſe er-
rorem Notarii, qui non debet Petro
15 præjudicare, ex latiùs ponderatis in
deciſ. quæ confirmatur §. Hinc autem,
& ſeqq.

Nullius pariter momenti eſt, quod
poſt dictas præſentationes annorum
1563., & 1569. concurrat obſervan-
tia contraria centum annorum; Ob-
jectum enim poſſet vim facere, ſi ob-
16 ſervantia eſſet clara, ſed cum ſit æqui-
voca, ac contradicta, Inſtrumentum
autem donationis ſit clarum, ſemper
videtur pronunciandum, in hoc præ-
ſertim judicio petitorio, ad formam
ejuſdem Inſtrumenti publici dona-
tionis, quod facit probationem pro-
17 batam *Rota in rec. dec.466. num.11. dec.*
477. num.10. & deciſ.677. n.1. part.19.

Equivocam autem, & contradictam
eſſe obſervantiam adductam pro par-
te Gaſparis Poquet, patet ab examine
ſingulorum actuum. Præſentatio enim
ad controverſum Beneficium hæredi-
18 tario nomine facta anno 1591. à Mag-
dalena Net Uxore, & hærede uſufru-
ctuaria Matthæi ſecundi, prout alia
præſentatio eodem anno ad aliud
ex controverſis beneficiis facta
ab eadem Magdalena, tanquam
hærede uſufructuaria, nihil prorſus
concludit, quia de tempore, quo
factæ fuerunt dictæ præſentatio-
nes, Magdalena tranſierat ad ſe-
cunda vota, eique expediebat Juſpa-
tronatus reddere hæreditarium, ad hoc
ut ſi eveniſſet caſus obitus Matthæi
tertii ejus filii de tempore præſenta-
tionis in pupillari ætate exiſtentis, ipſa
tanquam hæres illius ab inteſtato poſ-
ſet ſuccedere in Jurepatronatus; Un-
de tales actus non potuerunt inducere
aliquam obſervantiam, nec Magdale-
na præjudicare valuit filiis pupillis in
donatione vocatis, nec contravenire
facto Mariti ejus Auctoris, qui in ejus
19 vita præſentaverat vigore donationis

Rot.

Rot. in rec. dec. 83. num. 7. part. 5. poſt Vrsian. de Jurepatr. dec. 42. numer. 8. aliaque relata in dicta mea deciſione §. Non relevat.

Haud relevante, quod in obſervantia etiam ex actu nullo, & minùs legitimè facto elicitur. Hoc enim pro-
20 cederet, quando actus geſtus fuiſſet ab eo, qui potuiſſet inducere obſervantiam, non verò in præſenti caſu, in quo obſervantia fuit legitimè inducta à donatario, durante vita donantis, in ſtatibus annorum 1563. & 1569., in his enim circumſtantiis, non poteſt hæres uſufructuaria conſtituere inobſervantiam, quia hoc eſſet contravenire facto Auctoris, quod permiſſum
21 non eſt *l. cum a matre C. de rei vindicat.* quem textum locum habere etiam in materia Juriſpatronatus firmat *Modernus Roman. diſcept. Eccleſiaſtic. 53. num. 19. part. 2. Rot. in Mediolanen. Præpoſituræ 3. Martii 1704. §. Corroborantur, coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Fortius, quia Matthæus tertius Filius Magdalenæ, poſt obitum Matris, non explevit Præſentationes, uti hæres Matthęi ſecundi Patris ſui, ſed declaravit Juſpatronatus poſſidere vigore donationis ſtipulatæ die 8. Novembris 1560., illamque produxit pro juſtificatione pertinentiæ Patronalis, quod oſtendit ipſum non approbaſſe,
22 immò poſitivè contraveniſſe iis, quæ geſta fuerunt à Matre, de tempore, quo ipſe erat in Pupillari ætate, ut ponderat præterita mea deciſio §. *Poteſſiveè.*

Pariter non relevat, quod de anno 1601. & 1604. Matthęus Nei fuit declaratus Patronus, juxta retroactas collationes, quas prætendit Gaſpar intelligi debere de illis factis titulo hæreditario à Magdalena Nei. Quoniam iſtæ præſentationes, & inſtitutiones ſunt æquivocæ, cum in eis ſolùm dicatur Matthęum Nei eſſe verum, &
23 indubitatum Patronum, ac in poſſeſſione præſentandi exiſtere, vigore retroactarum Collationum *Summarii Gaſparis num. 9. & 10.*, hoc autem poteſt referri ad retroactas collationes, ex titulo donationis factas a Patre Matthæi Tertii, quarum una fuit de anno 1563., & alia de anno 1569., & proviſus ab eo continuavit poſſidere uſque ad annum 1623. Et quod veritas ita ſe habeat, comprobatur ex eo quod in inſtitutionibus annorum 1601., & 1604. dicitur Matthęum Tertium eſſe verum, & indubitatum Patronum, hoc autem referri non poterat, niſi ad pertinentiam Patronalem vigore donationis de menſe Novembris 1560. ſtipulatæ, cum Ordina-
24 rius ſciret non adeſſe alium titulum, eo quia hæc omnia recognoverat in Viſitationibus factis anno 1581. & 1599., in quibus Matthæus Nei enunciatur Patronus, habita relatione ad Librum, & paginam, ex qua de Patronatu ad ipſius favorem conſtabat *Sum. Additionalis Petri dato die edita ſecundæ Deciſionis n. 4.* Sicque dicta declaratio anni 1601. & 1604. non ſolùm non excludit qualitatem gentilitiam ex donatione promanantem, ſed potius illam confirmat, præcipuè quia in dd. duabus vicibus, Matthæus tertius præſentavit jure proprio, aſſerendo ſe Patronum, & ad ipſum pertinere jus præ-
25 ſentandi, qui modus, & forma præſentandi jure proprio nulla expreſſa qualitate hæreditaria, inducit præſumptionem Juriſpatronatus gentilitii, ex congeſtis in *Firmana Juriſpatronatus 21. Aprilis 1704. §. Primo, coram me.*

Obeſſe itidem non poſſunt, donationes Juriſpatronatus factæ à dicto Matthęo tertio, favore Georgii Picò, & Petri Campos, quas donationes uti-
26 que facere non potuiſſet, ſi habuiſſet jura prædicta pro gentilitiis, de quibus diſponere non valuiſſet, in præjudicium vocatorum. *Rota cor. Merlino dec. 563. num. 7. & 8. Priol. deciſ. 46. num. 11. poſt Vrsian. de Jurepatr. dec. 151. n. 18. & in rec. dec. 630. num. 23. par. 19. & in Foſſanen. Juriſpatronatus 11. Martii 1703. in fine coram R. P. D. meo Caprara 14. Decembris ejuſdem anni §. Poſito, coram R. P. D. meo Caffarello, & in Tridentina Juriſpatronatus 26. Martii 1703. §. Reſpectu in fine, coram R. P. D. meo Scotto.*

Etenim, ex donatione facta à Matthæo, inferri non poteſt, ipſum non habuiſſe Juſpatronatus, pro gentilitio, ſed pro hæreditario, quoniam Juſpatro-

27 tronatus etiam gentilitium donari po-
teſt, & donec vivit donans ſubſtinea-
tur donatio, licèt ſucceſſoribus pro-
prio jure venientibus non præjudicet,
unde iſte etiam actus remanet æqui-
vocus, nec deſervire poteſt pro in-
ducenda qualitate hæreditaria, im-
mò, quod Matthæus illud non ha-
buerit pro hæreditario, reſultat,
ex quo deindè occaſione vacationis
unius ex beneficiis in donatione anni
1560. comprehenſis, idem Matthæus
recedere tentavit à dicta donatione
facta Georgio Picò, & præſentavit
Nicolaum Baſtardi, qui inſtitutionem
obtinuit, & in Sententia inſtitutionis
fecit declarare ſe eſſe verum, cer-
tum, & indubitatum Patronum Bene-
ficii, Cumque ſubinde comparuiſſet
Georgius Picò donatarius, & judi-
cium inſtituiſſet ſuper revocatione di-
ctæ inſtitutionis tam contra Baſtardum
inſtitutum ad præſentationem Mat-
thæi Net, quàm adverſus dictum Mat-
thæum pro invalidanda dicta donatio-
ne, facta favore Georgii, fuit in actis
producta donatio rogata die 8. No-
vembris 1560. cum clauſula, quod
ſemper præſentare deberent Maſculi
de Domo, & Familia Net, cujus vi-
28 gore præſentatus à Matthæo in pacifi-
ca poſſeſſione uſque ad obitum per-
manſit cum acquieſcentia Georgii.
Hæc autem donationis impugnatio, &
declaratio, quod Juſpatronatus ad
Matthæum Tertium ſpectabat, vigo-
re donationis ad favorem ſui Pa-
tris die 8. Novembris 1560. factæ,
& in actis ad docendum de ſuo jure
productæ, oſtendit animum Matthæi
Net, quod controverſum Juſpatro-
natus non titulo hæreditario, ſed vi-
gore Donationis anni 1560. ab ipſo
fuerit poſſeſſum, & declarat omnes
præſentationes ab ipſo factas, numquam
expreſſo titulo hæreditario eſſe refe-
rendas ad titulum Donationis in ſubſe-
quenti actu præſentationis Baſtardi al-
legatæ, & productæ cum præſentationes
29 antecedentes ab actibus ſubſequenti-
bus declarentur. *Rot. in Aretin. Bene-
ficii 22. Junii 1702. §. Urgent, coram
R.P.D. meo Anſaldo, & in Firmana Juriſ-
patronatus 21. Aprilis 1704. §. Præter-
ea coram me.*

Minimè relevante, quod productio
dicti Inſtrumenti non fuerit facta à
Matthæo Net, qui licèt citatus non
comparuit, ſed à Patre Nicolai Ba-
ſtard præſentati, & inſtituti, Etenim
ad effectum excludendi quod Mat-
thæus faciendo donationem reputave-
rit Juſpatronatus pro hæreditario, ſuf-
ficit actum poſitivum præſentationis
per ipſum expletæ, non obſtante præ-
cedenti donatione facta Georgio. Cæ-
terum productio Inſtrumenti dona-
30 tionis anni 1560. quamvis facta à
Procuratore Nicolai Baſtard, tamen
cum hoc proceſſerit, eo quia Baſtard
aſſumpſit onus defenſionis Patroni, &
ab iſto veriſimiliter recepit inſtrumen-
ta concernentia pertinentiam Patro-
natum, quæ in actis produxit, reputari
debet, ac ſi ab ipſo Matthæo expreſſum,
31 & ſpecificum mandatum habuiſſet.
*Rot. coram Priol. dec. 15. num. 3. deciſ. 32.
num. 2. dec. 90. n. 8. & deciſ. 119. num. 4.
& in rec. dec. 609. n. 11. part. 19.*

Præſentationes demum ab Eleono-
ra Poquet titulo hæreditario de annis
1654., 1658., 1663, & 1672. factæ, pa-
riter non ſuffragantur, quia tunc
temporis erat jam inducta, & perfecta
obſervantia donationis, quæ conten-
tatur ſimplici quadragenaria. *Adden.
32 ad Gregor. dec. 420. num. 7. Rot. diverſ.
dec. 558. num. 9. & 10. part. 1. aliaque re-
lata in præterita mea Deciſione §. Altera.*
Ac propterea actus ſubſequentes eam
33 non potuerunt interrumpere. *Mader-
nus Roman. diſcept. Eccl. 9. num. 29. &
diſcept. 17. num. 48. Rot. coram Reyes dec.
264. num. 11. & ſeqq. coram ſa. me. Ale-
xandro VIII. deciſ. 26. num. 14. & 15.*

Potiſſimè, quia præſentationes ab
ipſa factæ, nihil in ſe ipſis conclu-
dunt, Prima enim præſentatio de anno
1654. facta fuit ab Eleonora, eique
contradixit Petrus Net, tamquam ſub-
ſtitutus in Inſtrumento Donationis
anni 1560., exortaque lite, Ordi-
narius pronunciavit quod licèt *Juſpa-
tronatus ad lineam, & Parentelam de
cognomine de Net dicti Donatoris maſcu-
lis, & non Fœminis juxta tenorem do-
nationis factæ per Matthæum Net Senio-
rem Matthæo Net juniori die 8. Novem-
bris 1560. in poſſe Antonii Poquet No-
tarii pertinere deberet, ut in primo Sum-*

ma-

mario Petri n.4. litt. A. tamen quia Petrus non juſtificavit ſuam Deſcendentiam ex linea contentiva Matthei Net Donantis, eo modo quo requirebatur, conceſſa fuit inſtitutio favore præſentati ab Eleonora, *reſervato tamen Jure in alio Judicio ſuper petitorio, dicto Petro reſpectu Jurispatronatus, & præſentandi, tam vigore præfatæ donationis, quàm &c. quibus cum præſenti minimè intendimus præjudicare &c. dicto Summario n.4. litt.B.* Ac proindè
34 hæc præſentatio admiſſa in ſimplici poſſeſſorio, cum ſpecifica reſervatione jurium in petitorio, nullum præjudicium Petro irrogare valuit, prout nec aliæ ſucceſſivæ præſentationes de annis 1658. 1663., & 1671. factæ ab eadem Eleonora, quia iſtæ etiam explicari debent in poſſeſſorio, non autem in petitorio, ratione dictæ reſervationis jurium, quæ ſemper duravit
35 in omnibus etiam ſtatibus ſubſequentibus, donec declaratio Judicis ſuperveniret. Cumque ex poſt alia declaratio favore Eleonoræ nunquam ſupervenerit, immò emanaverit Sententia contraria de anno 1684., quo productis quampluribus documentis, & inſtru-
36 mentis, & juſtificata agnatione, ac proximitate Petri cum Mattheo Net donante, per diffinitivam ſententiam declaratum fuit, Jus præſentandi ad beneficia comprehenſa in donatione, facta die 8. Novembris 1560., ſpectare ad Petrum. Hæc Sententia ſuper validitate donationis, & ſuper pertinentia Patronatus Beneficiorum in dicta donatione comprehenſorum lata, citato Petro Andrea Campos donatario Matthæi Net Tertii (qui de anno 1642. præſentavit, & obtinuit ſententiam canonizatoriam ſuæ donationis, contra eumdem Matthæum) in judicatum tranſacta, uti lata cum legitimo contra-
37 dictore, ſe viriliter defendente, plenè probat validitatem, & obſervantiam hujus donationis ad illos de genere de los Net reſtrictæ, illiuſque pertinentiam, & facit Jus quoad omnes etiam non citatos, ut firmat præterita mea Deciſio §. *Maximè*.

Prorsùs non relevante, quod ſententiis præfatis emanaverit ſuper alio Beneficio in Parochiali Eccleſia S.Crucis, quia cum omnia beneficia proveniant ex eodem Fonte donationis ſtipulatæ de menſe Novembris 1560., pertinentia canonizata quoad unum beneficium, deſervire debet pro omnibus aliis, eamdem Cauſam, & originem habentibus, eo quia potiùs attendi debet cauſa univerſalis, à qua Beneficia proveniunt, quam actus re-
38 ſtrictus ad unicum beneficium. *Loter. de re benef. lib.2. quæſt.10. num.10. Rota in Recanaten. Beneficii 20. Martii 1702. §. Quin relevet, coram R.P.D. meo Caprara, & in Gerunden. Beneficii 9. Maji 1704. §. Non turbante, coram Reverendiſſimo D. meo Decano*.

Et ita DD. in reliquis remiſſivè ſe habentes ad præteritam meam deciſionem, reſponderunt, utraque &c.

Non fuit petita expeditio hujus Cauſæ, quia pars quæ ſuccubuit, agnoſcens fovere malum jus, liti renunciavit.

R.P.D. MUTO.

Marſicen. ſeu Nullius, Juriſdictionis ſuper bono jure.

Lunæ 7. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

An, & quando Abbas dicatur ex Privilegiis S. Sedis Apoſtolicæ, eorumque uſu gaudere Juribus quaſi Epiſcopalibus, nec non territorio ab Epiſcopali Juriſdictione omninò diſtincto, & ſeparato, latè diſcuſſa materia examinatur, & præcipuè de privilegiis Eccleſiarum Ordinis Caſſinenſis, & Abbatiæ Cavenſis.

SUMMARIUM.

1 *Abbates inferiores, tam ex donatione Epiſcopi, & Privilegio Pontificis, quàm ex centenaria, vel etiam quadragenaria cum titulo, etiam ſeorſim ſumptis, acquirere poſſunt Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & territorium ſeparatum,* & n.2.

2 *In donatione Epiſcopi favore Abbatis inferioris facta Jurium Epiſcopalium, cum hoc quod actibus ab iſtis geſtis contradicere non poſſint Epiſcopi, quod mortuorum Cadavera undecumque de-*

 lata

lata, abſque Epiſcoporum exactione poſſint ſepelire, quod Eccleſia, & Monaci ab omni Epiſcopali onere ſint immunes, cum facultate Abbatibus faciendi quidquid voluerint, quaſi Epiſcopalis Juriſdictio translata cenſeatur.

4 Item translata cenſetur hæc Juriſdictio in conceſſione ampliſſima, unica tantum adjecta exceptionis præſtationis cenſus.

5 Dictio, nihil omninò, eſt univerſalis negativa, & appoſita in donatione, omnem Juriſdictionem cujuſcumque generis, & qualitatis ab Epiſcopo adimit.

6 Modus eximendi, & recipiendi Eccleſias in Privilegio Pontificis contentus ſub protectione B. Petri, ampliſſimis, & prægnantibus verbis concepta, omnimodam exemptionem, & conceſſionem Epiſcopalis Juriſdictionis importat.

7 Pontifex confirmando donationes factas Abbatibus Monaſterii, aut Eccleſiæ, cum Juribus, & pertinentiis, & omnibus membris pleno jure, transfert in Abbates omnia Jura Epiſcopalia.

8 Prohibitio facta Epiſcopis, ne audeant loca, & Monacos abſque Pontificis expreſſa licentia excommunicare, & interdicere, juncta cum conceſſione Abbati facta omnium Jurium, & pertinentiarum, pleno Jure, & cognitionis cauſarum reſervatione, denotat omnem Juriſdictionem ablatam ab Epiſcopo, & in Abbatem translatam, & n. 29.

9 Facultas Abbatibus conceſſa excommunicandi quoſcumque, importat translationem in ipſos Juriſdictionis quaſi Epiſcopalis.

10 Collatio Sacrorum Ordinum, confectio Chriſmatis, & conſecratio Baſilicarum, & Altarium, exerceri non poſſunt, niſi ab habente Jura Epiſcopalia.

11 Et ſi iſta excepta ſint in Brevi transferente juriſdictionem in Abbatem, ab exceptione iſtorum Jurium Epiſcopalium, infertur omnia alia Jura ejuſdem generis non exceptuata, fuiſſe conceſſa.

12 A Facultate Abbatibus conceſſa, accipiendi à quocumque Epiſcopo Chriſma, Oleum Sanctum, Conſecrationes Baſilicarum, & Altarium, & Ordinationes Clericorum, arguitur ad omnimodam ipſorum ab Epiſcopo Superiore exemptionem, & ad Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, cum territorio ſeparato, & n. 33.

13 Abbas Nullius poteſt vocare quem voluerit, pro dictis Sacramentis adminiſtrandis.

14 Enunciatio Brevis unius Pontificis in Brevi alterius, poſtea emanato, ſufficit ad probandam Brevis enunciati veritatem, & legalitatem.

15 Maximè, ſi illud fuit obſervatum.

16 Nec legalitati præjudicat omiſſa impreſſio Bullario.

17 Jura extracta ex Archivio Monaſterii Caſſinenſis, faciunt plenam probationem contra omnes.

18 Quando conſtat donantes voluiſſe transferre etiam juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, non poteſt fieri reſtrictio ad ſimplicem exemptionem paſſivam, & gubernium Eccleſiæ.

19 Verba facultativa, ut verbum, poſſit, neceſſitatem non inducunt.

20 Conceſſa facultate Abbati conſtruendi, & cum Cruce ſignandi Eccleſias, aliàs ſolis Epiſcopis competente, dicitur tributa Juriſdictio quaſi Epiſcopalis.

21 Præcipuè quando talis facultas eſt juncta cum facultate exercendi Pontificalia, & ſpiritualia, quæ ſicut neceſſariò Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem importat.

22 Ita illa importare debet facultatem conſtruendi, & cum Cruce ſignandi Eccleſias, in unica periodo, & oratione adjecta.

23 Maximè, ſi in fine addantur verba, & alia Pontificalia, & Spiritualia exercere, quod denotat ſpecies recenſitas eſſe de iiſdem Pontificalibus, & ſpiritualibus.

24 Dictio, Alia, importat ſimilitudinem cum expreſſis, cum quibus, mediante copula, Et, conjungitur.

25 Obſervantia per lapſum multi temporis, & quaſi poſſeſſio Abbatiſ in exercitio juriſdictionis, faciunt præſumi præceſſiſſe conditionem ad ejuſdem acquiſitionem neceſſariam.

26 Juriſdictio univerſaliter conceſſa in omnibus locis, non poteſt dici reſtricta ad Caſtra, & Terras extra Diœceſis.

27 De-

27 *Deciſiones in Rota emanatæ juxta ſtylum communi ſupponendæ.*

29 *Dum Summus Pontifex concedit Abbatibus Juriſdictionem ſuper omnibus bonis, & Eccleſiis acquiſitis, & acquirendis per Monaſterium, & ſuper Eccleſiis, ſive habentibus populum, ſive non, cum juribus, & pertinentiis, non debet talis conceſſio reſtringi tantum intra ſepta Monaſteriorum, quibus præſidet.*

31 *Ex facultate Abbati conceſſa ſuſcipiendi Chriſma à quolibet Epiſcopo, oſtenditur Privilegium non fuiſſe reſtrictum ad ſepta Monaſterii, intra quæ neceſſitas talis uſus pro Monachis, & Clericis non eſt neceſſaria.*

Clerici prima tonſura non initiantur, & Monachi ad Novitiatum, & profeſſionem non admittuntur, niſi ſuſceperint Sacramentum confirmationis, num. 30.

32 *Item non poteſt reſtringi ad ſepta Monaſterii, ſi conceſſa ſit juriſdictio in Monaſterio, &* adjacenti Villula.

33 *Juriſdictio quaſi Epiſcopalis Abbatis reſultat, ex quo ipſe literas dimiſſoriales Epiſcopo direxit, primam Tonſuram, minores ordines, Chriſma, & beneficia contulit, illorum reſignationes admiſit, Juſpatronatus confirmavit, concurſum ad Parochiales indixit, Sacramenta adminiſtravit, Synodos convocavit, juriſdictionem in omnibus cauſis exercuit, & ad hunc effectum Vicarium, & Archipreſbyterum deputavit, à ſubditis obedientiam exegit, de decimis diſpoſuit, omnes Eccleſias, & loca viſitavit, actus Pontificales fecit, diſciplinam Eccleſiaſticam ordinavit, mores Clericorum correxit, Confeſſarios approbavit, proceſſus contra omnes delinquentes fecit, iſtos ab Epiſcopo ſibi remitti obtinuit, & Abbas nullius Diœceſis fuit nuncupatus, ſi pro ordinario fuit deſcriptus in ſententiis publicis, & Curia Romana literas, utique ad ordinarium, direxit, ſi pro tali Epiſcopus eum agnovit, & ſeſſus eſt* latiſſimè uſque ad n. 56.

35 *Adducuntur Doctores affirmantes Abbatem Cavenſem habere juriſdictionem quaſi Epiſcopalem,* & num. 39. & ſeqq.

36 *Ex quo Epiſcopus in territorio Abbati ſubjecto nunquam Jura Epiſcopalia exercuerit, validiſſima inducitur præſumptio, quod Juriſdictio quaſi Epiſcopalis Abbati fuerit conceſſa.*

57 *Juriſdictio quaſi Epiſcopalis an fuerit conceſſa, necne, nulla melior dari poteſt interpretatio illa, quæ deſumitur ex ſubſecuta obſervantia.*

58 *Quamvis contrarius intellectus videretur magis conformis privilegiis, & de Jure verior.*

59 *Quod eò fortiùs procedit, quando non ſolùm concurrat obſervantia extrajudicialis, verùm etiam judicialis, & ex quibus iſta deducatur,* latè ibidem & num. ſeqq.

60 *Decretum Sacræ Congregationis, & Conſtitutio Pontificia, concedentes Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem Abbati, faciunt Jus quoad omnes, tam pro caſibus præteritis, quam futuris.*

62 *Præcipuus modus probandi pertinentiam territorii ſeparati ad Abbatem eſt, qui deſumitur à ſententiis ab Epiſcopis ſuccumbentibus per acquieſcentiam approbatis, & executis.*

63 *Sententiæ declarantes competere Abbati Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, formatis ſervandis, & cum legitimo contradictore latæ, ſufficienter probant contra omnes hanc Juriſdictionem Abbati competere, etiamſi ſint cum diverſo Ordinario, & ſuper locis diverſis.*

64 *Quia in actibus promiſcuandis ex cauſa univerſali attenditur potiùs ipſa cauſa, quàm exercitium aliquorum actuum.*

65 *Ad probandam obſervantiam interpretativam, & declarativam Privilegiorum, non eſt neceſſe afferre omnes actus ab initio uſque ad tempus motæ litis geſtos, ſed aliquos tantùm afferre ſufficit.*

Ad introducendam obſervantiam ſufficit, ita aliquando obſervatum fuiſſe ibid.

66 *Actus juriſdictionales ferè per duo ſæcula geſti, cum non doceatur antea contrarium geſtum fuiſſe, faciunt præſumere eundem ſtatum ab initio impreſſum fuiſſe, & uſque ad præſens continuatum.*

67 *Nec tali caſu præjudicat, quod actus non doceantur geſti immediatè poſt emanata privilegia.*

68 *Duplex centenaria æquipollet immemorabili, & facit præſumere Privilegium Apoſtolicum, vel alium ſimilem titulum tribuentem Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*

69 *Immò concurrentibus donationibus, & Privilegiis Apoſtolicis, non eſt neceſſe probare centenariam, ut dici poſſit præſcripta Juriſdictio quaſi Epiſcopalis, & intret titulus præſumptivus, ſed ſufficit illorum exercitium per 40. Annos.*

70 *Nulla ſcientia à præſcribente eſt probanda, quando concurrit titulus expreſſus, vel tacitus reſultans à Centenaria.*

71 *Scientia reſultat ex multiplicitate actuum, publicè, & palam geſtorum, illorumque continuato exercitio.*

72 *Ex ſcientia Miniſtrorum, puta Canonici Archidiaconi, & Vicarii infertur ad ſcientiam Epiſcopi.*

73 *Scientia in Epiſcopo Juriſdictionis exercitæ ab Abbate, probatur ex ordinationibus ab ipſo factis vigore teſtimonialium Abbatis, & remiſſione delinquentium ab eodem facta ad Abbatem.*

74 *Comparitio facta cum proteſtatione ſuper defectu Juriſdictionis omnem conſenſum excludit.*

75 *Actus æquivoci, geſti inſcio Abbate, in effectuati, contradicti, qui potuerunt fieri ab Epiſcopo jure delegato, vel geſti à perſona, quæ non valet præjudicare, non lædunt ejus Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem,* & numeris ſeqq. uſq. ad num.81.

82 *Licentia petita Papa pro conferendis dimiſſoriis, & conferendis Ordinibus ad bene eſſe, & ad tollendos ſcrupulos, non excludit Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in Abbate.*

83 *Actus numero, & qualitate majores, & titulo ſuffulti præferuntur aliis actibus Epiſcopi pro excludenda juriſdictione quaſi Epiſcopali.*

84 *Aſſiſtentia Juris non ſuffragatur Epiſcopo in loco exempto, qui probatur ſpectare Abbati inferiori cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali.*

§. III.

JUdiciales controverſias, quas pro tuenda eorum Juriſdictione quaſi Epiſcopali Abbates Cavenſes, retroactis temporibus, ſuſtinere coacti fuerunt cum Epiſcopis Cavenſi, & Caputaquenſi, acriori hodiè renovata contentione ab Antiſtite Marſicenſi, Modernus Abbas experiri compulſus eſt, non diſſimili tamen fato, nam ſicùt contra præfatos Epiſcopos Abbates prædicti felicem litis exitum nacti ſunt, ut patet ex deciſionibus emanatis in noſtro Tribunali, quæ ſunt poſt *Tondut. de penſion. dec.31. & in rec. dec.274. par.17.* ita hodiernus Abbas à Præſule Marſicenſi ad judiciale certamen vocatus, illud obtinuit ad ſui favorem terminari, dum propoſito per me dubio: *An, & quæ ſit juriſdictio Abbatis Cavenſis ſuper Clero, Populo, & Terra Tramutula, ac ſuper Territorio ruſtico ibi annexo?* Competere Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem Abbati, intrepidè DD. reſponderunt.

Juridicum ſanè, & ſtabile hujus reſolutionis fundamentum deſumpſerunt DD. tam ex donationibus Epiſcoporum, & Privilegiis Summorum Pontificum, quàm ex præſcriptione legitima nedum centenaria, ſed etiam quadragenaria cum titulo, ex quibus ſingulis etiam ſeorſim ſumptis proba-
1 ri, & acquiri poſſe ab inferiore juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & territorium ſeparatum, firmat de donationibus Epiſcoporum favore Ordinis Caſſinenſis *Roſa in Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Parochialium 10. Martii* 1679. *§. Ex iis igitur, & §. Nec obſtat coram bon. mem. Bourlemont*, de Privilegiis Pontificum eſt *Text. in cap. auditis 15. de præſcript. cap. cum perſona 7. de privil. in 6. Gratian. diſcept. 211. num.17. Modern. Salernitan. conſult. canonic.26. n.15. 18. & 23. in fine tom.1. & conſult.85. num.17. tom.5. Roſa in rec. dec.394. num.4. par.1. ipſum Regas de-*

dec.218. num.17. & dec.219. num.13. & in Nonantulana Juriſdictionis 12. Junii 1693. §. Eorum coram R. P. D. meo Caprara. Et in puncto Eccleſiarum ad Monaſterium Caſſinen. ſpectantium *Rota coram Bich. dec.459. ex num.10. & in dicta Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Nec inde, & ſeqq. & §. Ex præfatis coram bon. mem. Boarlemen. 17. Junii 1686. §. Primum enim coram clar. mem. Card. Matthejo, & 6. Aprilis 1693. §. Primum verò coram bo. me. Urſino*, & magis in ſpecie hujuſmet Abbatię Cavenſis *Rota in rec. dec.274. num. 1. & 2. part.17. & poſt Tondut. de penſion. dec.31. num.5.* & de centenaria,
2 ac quadragenaria cum titulo probant auctoritates inferius referendæ §. *Prædictaque, & ſeqq.*

Et quidem attentis donationibus Epiſcoporum factis anno 1144. & 1166. In his enim Abbati conceditur Eccleſia S. Petri Tramutulæ cum omnibus Tenutis, Poſſeſſionibus, ſtabilibus fructiferis, & infructiferis, aliiſque omnibus ad Epiſcopos quoquo modo pertinentibus, quæ junctę cum alia donatione anno 1154. eidem Abbati facta à Silveſtro Marſici Comite de Terra Tramutulæ pleno jure, cum interventu, & conſenſu Epiſcopi Marſicen., in Abbatem transferunt Eccleſiam cum terra, & toto territorio ruſtico ibi annexo, & quidem cum juriſdictione quaſi Epiſcopali, cum hoc ſuadeant præfatæ conceſſiones Epiſcoporum, factæ ad hoc, ut Abbates pro tempore poſſent Eccleſiam regere, gubernare, ordinare, & facere quidquid ad eorum libitum placuerit, ſine Epiſcopi, & ſucceſſorum contrarietate, mortuorum cadavera undecumque delata fuerint in cæmeteriis factis, & faciendis abſque ulla Epiſcoporum exactione ſepelire, Monacos, & Sacerdotes, & Clericos in eiſdem Eccleſiis immittere, & retinere ab omni Epiſcopali onere immunes, adeout nihil omninò ab ipſis, aut aliis hominibus, qui ſint juris, & ditionis ipſorum Eccleſiarum petere poſſint, niſi ſolitum cenſum ab Eccleſia S. Petri Epiſcopis Marſicenſibus ſolvi conſuetum *Summ. im-preſſo Abbatis num.1. 2. & 6.* & manuſcripto *num.1.* Quæ omnia important tranſlationem juriſdictionis quaſi Epiſcopalis in Abbates, cum aliàs actibus ab ipſis geſtis contradicere poſſent
3 Epiſcopi tanquam Superiores, Eccleſiæ, Monaci, Sacerdotes, ac Clerici ab omni Epiſcopali onere immunes non eſſent, unica tantùm adiecta exceptuatione præſtationis ſoliti cenſus, ut de prohibita contradictione Epiſcopi, & de exemptione ab omni Epiſcopali onere cum facultate tributa Abbatibus faciendi quicquid voluerint, firmant auctoritates infra relatæ §. *Clarius*, Et de præſtatione ſolius
4 annui cenſus ab Abbate facienda, quæ operatur, ut cætera non exceptuata translata dicantur in Abbatem, in ſpecie *Rota in rec. dec.219. n.2. verſ. ponderata ſignanter reſervatione ſolutionis di 7 annui cenſus part.8. & coram Seraph. dec.1025. n.7. & 10.*

Conſiderata ulterius dictione illa *nihil omninò*, quæ eſt univerſalis negativa, & omnem prorſus Juriſdictionem ab Epiſcopo adimit cujuſcumque qualitatis, & generis illa ſit, ut ponderata ſimili dictione generalitèr ex-
5 cluſiva in ſpecie *Pignatell. conſultat. 0ou.83. num.8 tom.5. Rota coram Bich. dec.459. n.8. & in Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Urbanus autem in fine coram R.P.D. Boarlemens*.

Clariùs hoc ipſum convincunt Privilegia Apoſtolica Summorum Pontificum, nempe Urbani II., Eugenii, & Alexandri III., in quibus omnes, & quaſcumque Eccleſias, Monaſteria, res, & bona tunc poſſeſſa, & in futurum acquirenda à Monaſterio, & Monacos recipiuntur ſub immediata B. Petri protectione, ſolique Romanæ Eccleſiæ ſubiciuntur, cum expreſſa prohibitione ne aliqua perſona, ſive Eccleſiaſtica, ſive Sæcularis aliquam quoquo modo moleſtiam inferat, & perturbationem, eximendo Clericos, & Monacos ab omni Jure
6 Epiſcopali, itaut in nullo Epiſcopali Jure, ſeu contentioſa juriſdictione reſpondere Diœceſanis Epiſcopis teneantur *Summ. num.3. litt.K. & num.4. litt. A. & E.* Ex quo modo enu-

men-

mendi, & recipiendi ſub protectione
B. Petri omnimodam exemptionem,
& conceſſionem Juriſdictionis Epiſco-
palis reſultare firmant *Pignatell. con-
ſult. can. 83. numer. 5. 6. & ſeqq.
& ſub num. 19. tom. 3. Tamburin. de
jur. Abbat. tom. 1. diſp. 15 quæſt. 3. nu-
mer. 11 Cohcor. de Juriſdict. in exempt.
par. 2. quæſt. 9. num. 1. verſ. deinde, &
num. 10. verſ. ſecus Rota coram Seraph.
dec. 1025. num. 3. & ſeq. coram Bich. de-
ciſ. 459. num. 4. Puteangen. deciſ. 12. n. 16.
& in dicta Capuana, ſeu Montis Caſſinen.
Parochialium 10. Martii 1679. §. Nec
tandem §. Modus autem §. Urbanus §. Inno-
centius §. Et demum, coram Reverendiſ-
ſimo Bourlemont. 27. Junii 1686. §. Pri-
mum enim, cor. clar. me. Card. Marchoyo,
& 6. Aprilis 1693. §. Primum verò,
coram bo. me. Urſino, & in Nempantana
Juriſdictionis 12. Junii 1693. §. Exemtio,
coram R. P. D. Caprara*, & in terminis
hujus Privilegii Alexandri III. favore
Abbatis Cavenſis reſpondit *Rota de-
ciſ. 274. n. 2. par. 17. rec.*

Præcipuè quia in dicto Privilegio
Alexandri III. dum exprimitur Mona-
ſterium S. Petri de Tramutula, ſubdi-
tur, illud, & Eccleſias, de quibus in eo-
dem Brevi, eſſe exemptas cum Juribus,
& pertinentiis ſuis, & omnibus ſuis
membris pleno Jure *Summar. Abbatiæ
dicto n. 4. lit. B. & E.* Si enim Papa do-
nationes Monaſterii, & Eccleſiarum fa-
ctas Abbati eidem confirmat cum juri-
7 bus, & pertinentiis, & membris pleno
jure, hac confirmatio operatur, ut in
Abbatem tranſlata dici debeant omnia
jura Epiſcopalia, cum ſub nomine *per-
tinentiarum*, & verbis *pleno Jure* omnia
Jura temporalia, & ſpiritualia conti-
neantur, ut de pertinentiis *Lapus alle-
gat. 139. num. 10. & ſeqq. Rota coram Ce-
rro. dec. 1925. num. 6. & 13. in recen. dec.
49. num. 4. & ſeqq. part. 15.* & de ver-
bis *pleno jure. Olrea de fori. Eccleſ.
part. 3. cap. 15. num. 32. Barboſ. de Epiſcop.
part. 3. alleg. 89. num. 4.* ubi plures alios
citat.

Et fortiùs quia interdicitur quibuſ-
cumque Epiſcopis, ne audeant loca,
vel Monacos, abſque Romani Ponti-
8 ficis expreſſa licentia excommunica-
tionis, & interdicti pœna ſubnectere,
dicto Summ. num. 3. litt. E, & *num. 4.
litt. F.* quæ juncta cum conceſſione fa-
cta Abbati omnium Jurium, & perti-
nentiarum, & membrorum pleno jure,
& cognitione Cauſarum inter ſubditos
eidem reſervata, denotat omnem ju-
riſdictionem ablatam fuiſſe Epiſcopo,
& tranſlatam in Abbatem in ſpecie
*Pignatell. conſult. can. 8. num. 89. tom. 7.
Rota coram Bich. dec 459. num. 7. & in
dicta Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Pa-
rochialium 1679. §. Nec inde §. Modus
§. Urbanus, & §. Alexander coram Reve-
rendiſſimo Bourlemont, & in Marſicana,
ſeu Nullius Beneficii 7. Junii 1686.
§. Nec contra coram Reverendiſſimo Ta-
nara.*

Quodque plus eſt ipſiſmet Abbati-
bus Cavenſibus datur facultas excom-
municandi perſonas cujuſcumque ge-
neris, ſtatus, & præeminentiæ, quæ
auderent Monaſterium Cavenſe in ſuis
Juribus, poſſeſſionibus, & libertati-
bus perturbare, ut in Bulla Urbani
II. Bullar. Caſſinen. *lo. 9. ſub num. 29.*
& in alia Pauli 5. eodem Bullar. *Con-
ſtit. 236. ſub num. 3. tom. 2.* Ex qua fa-
cultate excommunicandi conceſſa Ab-
batibus, In dubium eſt argui in ipſos
Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem
9 tranſlatam fuiſſe, ut tradit in ſpecie
*Rota in rec. dec. 483. num. 11. part. 19.
dec. 69. n. 15. & ſeqq. part. 19. & cor. Bich.
dec. 459. n. 16.*

Et in eodem Brevi Urbano tranſ-
ferente juriſdictionem in Abbatem ex-
cipitur collatio Sac. Ordinum, confe-
ctio Chriſmatis, & Conſecratio Baſili-
carum, & Altarium, ut in Bullario
Caſſinen. *Conſt. 9. num. 8. tom. 1. & in
dec. 31. num. 5. poſt Tondut. de Penſionibus*,
10 quæ cum exerceri non poſſint niſi ab
habentibus jura Epiſcopalia *cap. aqua
de conſecrat. Eccleſiarum, & Altarium
cum. poſſeſſis diſtinct. 25* & habetur in
Sac. Conc. Trid. *ſeſſ. 23. de Sacrum Or-
dinis can. 4.* ut tradit *Ugolin. de Epiſcop.
part. 2. cap. 18. num. 2. & alii paſſim*,
ab hac exceptione aliquorum Jurium
11 Epiſcopalium infertur alia omnia ejuſ-
dem generis, quæ exceptuata non fue-
runt, Abbatibus fuiſſe conceſſa, ut in
puncto hujus Brevis *Rota poſt Tondut.
de Penſion. d. dec. 31. num. 5.* & genera-
liter *coram Dunoz. jun. dec. 812. n. 16.
& in rec. dec. 762. num. 12. par. 18.*

lo-

Inſuper in Brevi Eugeniano conce-
ditur Abbatibus facultas accipiendi à
quocumque Catholico Antiſtite dictum
Chriſma, Oleum Sanctum, conſecra-
tiones Altarium, ſive Baſilicarum, &
ordinationes Clericorum *Summ. Abba-
tis num. 3. lit. B.* quæ omnia tanquam
ordinem concernent à petî ab Epiſco-
po Marſicen. debuiſſent, niſi omnis lex
Juriſdictionis, & Diœceſis ab eo abdi-
12 cata eſſet, & propterea ab hac facul-
tate Abbati conceſſa, argui in eo om-
nimodam exemptionem ab Epiſcopo
Marſicen. & juriſdictionem quaſi Epiſ-
copalem, cum Territorio ſeparato, fir-
mant *Pignatell. d. conſult. Canon. 8.
ſub num. 89. & num. 90. tom. 7. & n. 103.*
ubi dicit, quod Abbas Nullius, poteſt
vocare quem voluerit pro dictis Sa-
13 cramentis adminiſtrandis *Tondut. reſol.
beneſic. lib. 1. cap. 60. ſub num. 3. verſic.
verum quia*, & favore Abbatis Caſſinen.
*Rota in Capuana, ſeu Montis Caſſinen.
Parochialium 1679. §. Modus enim, cor.
Reverendiſſimo Bourlemont, & contra
Epiſcopum Marſicen. coram Bich. dec. 459.
num. 8. & ſeqq.* ubi alios refert, & fa-
vore Abbatis Cavenſis *dec. 31. num. 5.
poſt Tondut. de penſion.*

Non obſtante, quod prædictum
privilegium Eugenii III. non ſit verum
nec legale, dum illud non reperitur
in Bullario Caſſinenſi regiſtratum, il-
lius quippè veritas comprobatur, ex
14 quo breve Eugenianum, enunciatur in
dicto alio Brevi, ſeu Privilegio Ale-
xandri III. poſtea emanato, quod
ſufficit ad convincendam brevis enun-
ciati veritatem, & legalitatem, in ſpe-
cie *Rot. in rec. dec. 191. ſub num. 6. ver-
ſic. & quatenùs part. 8. coram Cerro dec.
463. ſub num. 16. & in dicta Nonanto-
lana Juriſdictionis 22 Junii 1693 §. Non
obſtat, coram R. P. D. meo Caprara*, ma-
ximè, quia illud docetur obſervatum,
15 mediante exercitio plurium actuum,
Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem de-
notantium, de quibus infra, quod
ſufficit, ut eidem ſit fides adhi-
benda, tanquam verò, & legali,
cum obſervantia Scripturæ etiam
informi præbeat fidem, & robur,
ut proſequitur *Rota in recent. dicta
dec. 191. num. 7. 10. & 11. par. 8. de-
ciſ. 220. num. 10. & dec. 221. n. 2. par. 9.
& in Nonantolana Juriſdictionis citato
§. Non obſtat in fine*; Nec probatæ le-
galitati hujus Privilegii obeſſe poteſt
16 omiſſa illius impreſſio in Bullario Caſ-
ſinenſi, Cum enim ex incuria Colle-
ctoris, vel alia ex cauſa, omitti potue-
rit, talis omiſſio non exiſtentiam non
convincit, dum exhibetur illius ſum-
ptum legitimè extractum ab Archivio
17 Cavenſi, quod facit pleniſſimam pro-
bationem contra omnes, ut de aliis
Archiviis Congregationis Caſſinenſis
*Adden. ad Beraut. dec. 667. n. 23. & ſeqq.
Rota coram Merlin. dec 264. num. 17. &
ſeqq. & in rec. dec. 36. n. 35. par. 19. &
in dicta Capuana 1679. §. Imnò.*

Minùs obſtat, quod donationes
Epiſcoporum nihil aliud importent,
quàm nudam facultatem regendi, &
gubernandi Eccleſiam Tramutulæ, &
Privilegia Apoſtolica arguant ſimpli-
cem exemptionem Monaſterii, Mona-
chorum, & familiarium, ex quo inferri
non poſſit tributa Juriſdictio quaſi
Epiſcopalis in alios Clericos, & Homi-
nes exiſtentes in Terra Tramutulæ;
Quoniam reſpectu donationum, cum
in utraque ex eis concedatur non ſo-
lùm Eccleſia, ſed Tenutæ, Terræ,
poſſeſſiones, vineæ, arbores, Montes,
ſtabilia fructifera, & infructifera, om-
niaque ad Epiſcopum pertinentia, &
ex ſupradictis conſtet Epiſcopos do-
nantes omnem Juriſdictionem voluiſ-
ſe comprehendere, hæc amplitudo
verborum operatur, ut donationes
contra propriam naturam, & ſignifi-
18 cationem, non poſſint reſtringi ad ſo-
lam Eccleſiam Tramutulæ, nec ad ſim-
plicem exemptionem paſſivam, & gu-
bernium Eccleſiæ, in ſpecie *Rot. coram
Dunoz. Jun. dec. 1001. ſub n. 8. verſ. nec
ſubſiſtit, & num 9.* & generalitèr *Sera-
phin. Maſſin. de Confiſcat. quæſt. 39.
num. 38. Rota in rec. dec 54 n. 19. par. 13.
& in Romana, ſeu Balneoregien. Fidei-
commiſſi 8. Martii præteriti §. Non ſub-
ſiſtit, cor. me*; Reſpectu verò Privilegio-
rum, illud Urbani II. impreſſum in Bul-
lario Caſſinenſi *Conſtit. 9. tom. 1.* tribuere
Abbati plenariam exemptionem, & Ju-
riſdictionem quaſi Epiſcopalem in to-
to Territorio, apertè deciſum legitur
*in dec. 31. num. 5. poſt Tondut. de Pen-
ſion. & in rec. dec. 174. num. 1. & ſeqq.
part. 17.* Non obſtante, quod illud
contineat duplicem qualitatem con-
ſtru-

ſtructionis Eccleſiarum priùs ab Abba-
te faciendæ, & ſituationis in Diœceſi
Salernitana, Quoniam onus conſtruen-
di Eccleſias, tantum abeſt, quod de-
duci valeat ab illis verbis. *Poſſis Ec-
cleſias conſtruere, cum Cruce ſignare,
aliaque Pontificalia, & Spiritualia
exercere*, quæ uti facultativa neceſſi-
19 tatem non inducunt, quemadmodùm
de verbo *poſſis* tradunt *Deſider. Gaud.
conſ.16. num.35 Caſtill. contr. lib.5.
cap.24. num.24. Rot. in rec. dec.119.
num. 11. part. 10.*, ut potiùs ex
eis contrarium convincatur, quod
20 nempè tributa fuerit Abbati Juriſdi-
ctio quaſi Epiſcopalis, quàm denotat
facultas, & licentia conſtruendi, &
cum cruce ſignandi Eccleſias ſolis Epiſ-
copis competens §. *Sancimus Auth.*, ut
nullus fabricet Oratorii domos præter
voluntatem Epiſcopi *can. nemo ubi gloſ.
verb. nemas. de conſecrat. diſt.1. Piaſec.
in prax. Epiſc. par.1. cap.3. à n.1. Fuſar.
de Viſitat. lib.2. cap.10. num.2. Zerola
in prax. Epiſcop. par.1. verb. Eccleſ.
in principio*, Maximè, quia eſt juncta
21 cum facultate exercendi Pontificalia,
& Spiritualia, quæ ſicut Juriſdictionem
quaſi Epiſcopalem importat *Rot. in
rec. dicta deciſ.274. num.1. par.17., &
in dec.106. num.10. par.19. & dec.31.
n.3. poſt Tondut. de Penſion.*, ita illam
importare debet facultas, ſeu licentia
conſtruendi, & cum cruce ſignandi
22 Eccleſias in unica periodo, & oratio-
ne adjecta, nè aliàs eadem determina-
tio reſpiciens plura determinabilia, ea
difformitèr determinet, contra regu-
lam *Tex. in l. jam hoc jure ff. de vulg. &
pupill* de qua *Seraph. Maffin. de Con-
ſiſt. quæſt 45. n 55, & in Romana, ſeu
Balneoregien. Fideicommiſſi 2. Decem.
præteriti §. Cum quo proprio cor. me.*
23 Præcipuè dum poſt expreſſas certas
ſpecies, ſuperadduntur dicta verba ge-
neralia, *& alia Pontificalia, & Spiri-
tualia exercere*, quod denotat ſpecies
jam recenſitas eſſe de eiſdem Pontifi-
calibus, & Spiritualibus, cum in his
terminis, dictio, *alia*, importet ſimilitu-
dinem cum expreſſis, cum quibus, me-
diante dictione, *Et*, copulatur, & con-
jungitur, juxta doctrinam *Bartoli in
24 l. quidam relegatus in princip. ff. de reb.
dubiis*, quàm ſequitur *Rota in recent.
dec.200. n.14. par.7. & in Melphiten.
Cappellaniæ 4. Julii 1698. §. Quæ ad-
verſari coram me.*

Sed dato etiam per hypotheſim,
quod conſtructio Eccleſiæ eſſet ne-
ceſſaria, adhuc, ex lapſu tanti tempo-
ris, cum obſervantia favore Abbatis,
& quaſi poſſeſſione exemptionis, illa
25 præſumeretur, niſi Epiſcopus, qui
Abbatis poſſeſſionem turbare præten-
dit, contrarium probaret, benè in ſpe-
cie *Rota coram Seraphin. dec.1336. n.2.
& 3. & ſeqq.*

Situatio verò in Diœceſi Salernitana
paritèr in dicto Brevi non requiritur,
cum Juriſdictio conceſſa fuerit univer-
ſaliter in omnibus locis Abbatis Ca-
ven., ut patet ex *dicta dec.31. poſt Ton-
dut.*, ubi controverſia erat cum Epiſ-
26 copo Caven., *& ex dicta dec.274. par.
17.*, ubi contentio erat cum Epiſcopo
Caputaquen. ſuper Caſtro in ejus Diœ-
ceſi ſito, & tamen firmatum fuit, Ab-
bati competere Juriſdictionem quaſi
Epiſcopalem, quæ deciſiones hodiè
27 juxta ſtylum noſtri Tribunalis veniunt
ſupponendæ *Rota coram Caren dec.109.
num.5. & in Romana fideicommiſſi de Al-
borghettis 3. Decembris 1696. §. Ex-
ſtantia coram R. P. D. meo Scotto, &
9. Julii 1698. §. Argumenta vero coram
R. P. D. meo della Tremoille*, Et in
ſpecie contra Marſicen. Antiſtitem
*Rota in Marſicana, ſeù Montis Caſſi-
nen. Juriſdictionis 23. Martii 1686. §.
Nil refragante, coram clar. mem. Cardi-
nalis Matthæjo.*

Alia Privilegia Eugenii, & Alexan-
dri III. data in *Summario Abbatis n.3.
& 4.* & quorum ultimum habetur etiam
in Bullario Caſſinen. 181. in ordine,
& cum illo ad unguem concordat, pa-
ritèr concedunt juriſdictionem quaſi
Epiſcopalem, ut ſupra oſtenſum eſt,
etiam extra Monaſteria, & Monacos;
quia in eis Summus Pontifex loquitur
de omnibus Monaſteriis, cellis bonis,
& Eccleſiis Monaſterio Caven. conceſ-
ſis, & in futurum acquirendis, ſivè
Parochialibus, & habentibus popu-
28 lum, ſivè non cum ſuis juribus, &
pertinentiis, ſicque juriſdictio non
poteſt reſtringi ad Monacos, & intra
ſepta Monaſterii, ſed omnes alias Ec-
cleſias, populum, & bona à Mona-
ſte-

ſtrictio acquiſita, vel acquirenda, & ſignanter locum Terram Tramutulæ, eidem à Marſici Comite donatam, comprahendunt, in puncto *Rota cor. Merlin. Andrea dec. 34. ſub num. 11. & ſeqq. Dunozz. jun. dec. 988. num. 3. dec. 1001. num. 3. verſic. non obſtat in fine n. 8. & 9. verſ. nec ſubſiſtit, & dec. 274. num. 1. part. 17. & in Nonantulana juriſdictionis 22. Junii 1693. §. Non obſtat, quod Abbates cor. R. P. D. meo Caprara*; Tum etiam quia in utroque privilegio prohibetur Epiſcopis, nè audeant abſque Romani Pontificis licentia, interdicere loca Monachorum, vel excommunicare Monacos, aut Clericos in eiſdem locis commorantes, quæ prohibitio excommunicationis, & interdicti, cum afficiat Terram Tramutulæ, quæ in utroque Brevi recenſetur inter dicta loca Abbatis Cavenſis, & Clericos in ea exiſtentes, neceſſariò
29 dicendum eſt dictam Terram, & Clericos in ea degentes, ab Epiſcopali Juriſdictione eſſe exemptos, & per conſequens exemptionem locorum, & juriſdictionem ſuper eis Abbati conceſſam, ad ſolùm Cœnobium, & Monacos reſtringi non poſſe, ut in ſpecie firmat *Rota in ſæpe laudata Capuana, ſeù Montis Caſſinen. Parochialium 1679. §. Modus enim, & ſeqq. coram bo. me. Bourlemont.* Tum demùm quia in Privilegio Eugeniano datur facultas Abbati *accipiendi Chriſma, oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, ſive Baſilicarum, Ordinationes Clericorum, tam in Cœnobio ipſo, quàm in adjacentibus Villulis, à quocunque Catholico Epiſcopo, Summario Abbatis num. 3. litera D.* Cum enim receptio Chriſmatis non poſſit intelligi pro Monachis, qui ad Novitiatum, & profeſſionem non admittuntur, niſi confirmationis Sacramento roborati fuerint, ſicut nec de
30 Clericis Eccleſiæ inſervientibus, dum Clerici nec ipſa prima Tonſura initiantur, niſi ſusceperint confirmationis Sacramentum, ut expreſsè ſancitur in Sac. Trident. Concil. *ſeſſ. 23 de Reformat. cap. 4. ibique Barboſ. n. 1. verſ. quæ Sacramenta de Epiſc. part. 2. alleg. 21. num. 6. & de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 38. num. 36. Praſech. in prax. Epiſc. part. 1. cap. 1. ſub num. 24. Moſphoſ. in Summa Theolog. moral. tract. 30. cap. 3. num. 23.* Facultas recipiendi à quocunque Epiſcopo conceſſa omninò cenſeri debet pro aliis perſonis, in locis Abbati ſubjectis, habitantibus, prout de hoc, aliiſque Sacramentis
31 ſuperiùs recenſitis, clarè ſe expreſſit Summus Pontifex ibi *Tam in Cœnobio ipſo, quàm in adjacentibus Villulis*. Ac proindè ſi facultas recipiendi Chriſma, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, & Ordinationes Clericorum,
32 intelligi debet tam pro Monaſterio & Monacis, quàm pro aliis locis, & ſubditis Abbatis Signum evidens eſt, quod eidem in toto ſuo Territorio, & ſuper omnes Subditos tributa dici debet Juriſdictio quaſi Epiſcopalis, quæ
33 reſultat à libertate Abbati conceſſa, recipiendi hujuſmodi Sacramenta, à quocunque Antiſtite, juxta auctoritates ſupra relatas in §. *Inſuper*.

Hæcque omnia, quæ de per ſe clara ſunt, adhuc clariora redduntur ex ſubſecuta obſervantia, dum Abbates indiſtinctè, in toto eorum Territorio exercuerunt omnes actus Juriſdictionales; Ipſi enim literas dimiſſoriales Epiſcopo Marſicen. direxerunt, Primam Tonſuram, minores Ordines, Chriſma, & beneficia contulerunt, illorumque reſignationes admiſerunt, Juſpatronatus confirmarunt, concurſum ad Parochiales indixerunt, Sacramenta adminiſtrarunt, Synodum convocarunt, Juriſdictionem in Cauſis Spiritualibus, temporalibus, Civilibus, Criminalibus, & mixtis in Territorio Tramutulæ, & promiſcuo, exercuerunt, & ad hunc effectum Vicarium conſtituerunt, nec non Archipresbyterum in eodem loco deputarunt, à quo, & ab univerſo Clero Tramutulæ, Abbas quotannis inter Miſſarum Solemnia exegit obedientiam, de de-
34 cimis etiam ruralibus diſpoſuerunt, illarum partem concedendo Clero Tramutulæ, omnes ejuſdem loci Eccleſias, locaque pia viſitarunt, actus Pontificales faciendo in viſitatione, diſciplinam Eccleſiaſticam ordinarunt, mores Clericorum correxerunt, confeſſarios etiam pro ſæcularibus approbarunt, Proceſſus confecerunt, indiſtinctè contra omnes de populo de-

linquentes, illique fuerunt ad Abbatem remiſſi, quoties capti fuerunt ab Epiſcopis Marſicenſibus, qui ulterius in ſuis Epiſtolis eundem Abbatem Ordinarium, & Tramutulam nullius Diœceſis nominarunt, quarum aliquę etiam à moderno Epiſcopo ſcriptę fuerunt, Monaſterium Cavenſe, uti habens juriſdictionem Spiritualem, & ordinarium fuit deſcriptum in inventario, authoritate Regia confecto, & Curia Romana, ad eundem Abbatem literas abſolutorias, matrimoniales, & ſimiles, tanquam ad ordinarium remiſit, cæteraque alia Jus Diœceſanum, & Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem præſeferentia peregerunt, ut latè habetur ex Summario impreſſo Abbatis n.6.
35 et pluribus ſeqq. uſque ad finem, & teſtantur in individuo *Nicol. in floſcul. verb. Abbas num.8. & Ioſ. ſtus Conimar. tom.1 lib.3. tit 38. de Pænitent. & remiſſ ſub num.10 verſic. limito tamen primo, & tit.39. de Sentent. Excommunicat. ſub num.118 verſic. ecce quod dic. Fagnan. in cap. cum contingat 13. ſub num.43. verſic Abbas Monaſterii Sanctiſſimæ Trinitatis Caven., & verſic. Abbate Monaſterii Sanctiſſimæ Trinitatis de for. compet. & in cap. ſignificaſti 8 numer.25. de Offic. Archidiac. Pignatell. dec 30. admot.1. n.24. Rota poſt Tondut. de Profeſſ. dec 31 n.2. & ſeqq., & num.6. & in rec. dicta deciſ. 174. num.5. & 7. part 17.* Qui actus ſufficientes ſunt ad convincendam Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & Territorium ſeparatum in Abbate, cum Clero, & populo, ut de conceſ-
36 ſione dimiſſorialium *Card. de Luca de Juriſdict. diſc.12. ſub num.17. Pignatell. conſult 16. num.17. tom.1., & conſul 8. num.90. tom.7. & conſul.39. num.10. tom. 8. Gratian. diſcept.213. num 25 & ſeqq. & num.48. & 49. Ciarlin. controv 46. num.19. & contr.110. num.90. & ſeqq. Barboſ. de Epiſc. alleg 7 num.8. ubi affert Decretum Sac. Congregationis de Jure Eccleſiaſtico. lib.1. cap.17. num 95. & ad Concil. ſeſſ.23. de reformat. cap.10. n.14. Tamburin de Jur. Abbat. tom.1. diſput. 3. quæſt.16. num.1 & 3. Rota poſt cum dec.117 num.4. tom.3 Merlin. dec 164. num.8. & in rec dec 204. num.4. & 5. part.19.* Et favore Abbatis Caven. *Rota poſt Tondut d. dec.31. num.1 & ſeqq., & num.7.*, ubi quod ità declaravit Sac.
37 Congregatio Concilii, de collatione ordinum *Gratian. conſ 142. num.47. Ciarlin. controv.67. num.38. & contr. 120. num.110. & ſub num.138. Pignatell. conſult Can.26. num.16. & ſeqq. tom.2. Rot. coram Zarat. dec.42. n.33.* Et in terminis hujus Abbatis Cavenſis *Rota poſt Tondut. de Profeſſ. dec 31. n.1. & ſeqq. ſub num.4. & 7. & in rec. dicta dec 174. num.5 & 7. part 17.* de adminiſtratione Sacramenti Chriſmatis,
38 contra Epiſcopum Marſicen. *Rota cor. Bich. dec.439. num.15* & favore Abbatis Caven. *Rota poſt Tondut. de Profeſſ. dec. 31. num.4 & 6 & in rec. dec 174. n.7. part.17.* in quarum utraque refertur Decretum Sac. Congregationis Concilii, approbatum mediante Conſtitutione Pontificia ſuper hoc ſpecifico
39 actu la 138 *in Bullar Caſſinen. tom.primo.* De collatione Beneficiorum, & Eccleſiarum, quæ prætenduntur exemptæ, in terminis Ordinis Caſſinenſis *Rota in dicta Capuana, ſeù Montis Caſſinen. Parochialium 1679. §. Conterrit, & §. Pertinentia coram bo. me. Bevilaqua. & 6. Aprilis 1693 § Demum cor bo. me. Urſino.* In terminis Abbatis Caven. *Rota in dicta dec 174. num.5 & 7. part.17 rec* Et generaliter *Oliva de For Eccl. part.3. cap.15 num.17. Bellet diſquiſ. Cleric. tit. de Juriſdict. Abbatis S. Michaelis §. Unico num.4. Pignatell conſult. tom.8. n.13 num.5. Rota in rec dec.203. num 13. part.7 coram Dunoȝ Jun. dec. 988. ſub num.4., & dec 1001. num.6. Coccin. dec.1014. num.1 & in dicta Marſicana, ſeù Montis Caſſinen. 1686. §. Fundamentum, in Nonantulana Juriſdictionis 21. Junii 1693 §. Non obſtat quod dicta Privilegia, coram R.P.D. meo Caprara*, de reſignatione beneficio-
40 rum *Rota in dicta deciſ 174. n.7. par 17. rec., & in dicta Capuana, ſeu Montis Caſſinen Parochialium 1679. §. Conterrit*, de confirmatione, vel reſervatione Juriſpatronatus requirente conſen-
41 ſum Diœceſani *Vivian. de Jurepatr. lib.1 cap.1. num.10. Bellet. diſquiſit. Cleric part 1. dicto §. unico n 4. Rota in Barchinonen. Juriſdictionis 2 Maji 1681. §. Sicut etiam, cor. clar. mem. Card. Mariſcotti, & pluribus relatis in dicta Marſi-*

ca-

nana, ſeu Montis Caſſinen. Juriſdictionis 22. *Martii* 1680. §. *Fundamentum, cor. eodem*. De indicendo concurſu ad Pa-
42 rochiales, *Pignatell. conſult. tom.8. n.17. & conſult.73. tom.7. Card. de Luca de Juriſdict. diſc.12. n.17. Rota coram Dunoz. Jun. deciſ.988. n.4. & dec.1001. ſub n.6. Zarat. dec.21. n.33. in rec. dec.197. n.20. part.8. In Nomentulana Juriſdictionis* 22. *Junii* 1693. §. *Non obſtat quòd Abbas, coram R.P.D. meo Caprara*, & in puncto Abbatis Caſſinen. *Rota in dicta Capuana, ſeu Montis Caſſinen.* 1693. §. *Demum, coram bo. me. Urſino*, & favore Abbatis Cavenſis eadem *Rota poſt Tondut. de Penſion. dec.31. n.4. & ſub n.6.* De adminiſtratione Sacra-
43 mentorum *Rota dicta deciſ. 274. n.5.*
44 *par.17.* De convocatione Synodi *Bellet. diſquiſit. Cleric. par.1. tit. de Juriſdict. Abbatis S. Michaelis §. alterum n.9. & per totum, Fagnan. in cap. quanto num.10. de Offic. Ordinar. Pegas de competen. Juriſdict. par.2. cap.260. n.2. Maſſob. de Synod. cap.2. dub.8. num.1. Tamburin. de Jur. Abbat. tom.1. diſp.24. quaeſt.7. per tot. Barboſ. ad Concil. ſeſſ.24. de Refor. cap.2. n.9. & de Jur. Eccleſ. lib.1. cap.17. num.104. Olivan de For. Eccleſ. par.3. quaeſt.15. num.31. Rota in rec. dec.197. n.19. par.8. cor. Merlin. dec.164. n.5. Cerron. dec.1054. n.2. cor. Dunoz. Jun. dec.988. ſub n.4. & dec.1001. n.6. Zarat. dec.21. n.33. dec.103. n.13. par.7. dec.204. n.4. & 5. par.19. rec., & in Nomentulana Juriſdictionis* 22. *Junii* 1693. §. *Non obſtat quod dicta, & §. Poſito, coram R.P.D. meo Caprara*, & pro Abbate Cavenſi *Rota poſt Tondut. de Penſion. dicta deciſ.31. n.4. & 7. & in rec. dec.274. n.5. & 7. par.17.* De deputa-
45 tione Vicarii, retentione Tribunalis, & cognitione cauſarum *Spada conſ.* 129. *num.10. lib.2. Card. de Luca de Juriſd. dicto diſc.12. ſub n.17. Sbroz. de Offic. Vicar. lib.1. quaeſt.4. Rota cor. Dunoz. Jun. deciſ. 988. ſub numer.4. Peutinger. dec.12. num.20. Cerron. dec.1054. n.2., & in rec. dec.197. num.16. par.8.* & de Monaſterio Caſſinenſi *Rota in dicta Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Parochialium* 1679. §. *Concurrit, cor. bo. mem. Bourlemont, & 1686. §. Caeterum, coram clar. me. Card. Matthajo*, & de Abbate Cavenſi *dicta dec.31. num.4. poſt Tondut. de Penſion. & in rec. dec.274. n.5.*
46 *par.17.* De Obedientia Abbati praeſtita *Roderic. quaeſt. Regular. tom.2. quaeſt. 64. artic.9. Clobner. de Juriſdict. ex exempt. part.4. quaeſt.34. n.3. Rota coram Puteo dec.114. lib.3. in correctis, & coram Seraph. dec.1025. n.19. & coram Bich. deciſ.421. num.2.* & in terminis Abbatis Caſſinen. *Rota coram Coccin. deciſ.83. n.4. Bichius d. dec.459. num.18.* De Vi-
47 ſitationibus factis ab Abbatibus *Spada conſ.119. n.8. lib.2. Rota coram Dunoz. Jun. dec.988. ſub n.4., & dec.1001. ſub num.6. poſt Tamburin. de Jur. Abbat. deciſ.117. num.5. in rec. dec.203. n.13. par.7., & dec.197. num.12. par.8. Cerron. dec.1054. n.2. & in Nomentulana Juriſdictionis 1693. §. Non obſtat, quod dicta*, & in terminis Abbatis Caſſinenſis, *cor. Bich. d. dec.459. n.23. & 27. in dicta Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Parochialium 1679. §. Concurrit, coram bo. mem. Bourlemont, & 1686. §. Caeterum, coram clar. mem. Card. Matthajo*, & in terminis Abbatis Cavenſis, *eadem Rota dicta dec. 31. num.4. poſt Tondut., & dicta dec.274. num.5. par.17., & num.7., ubi refert Decretum Sac. Congregationis Concilii,*
48 *& declarationem fa. me. Sixti V.* De correctione Clericorum, & reformatione morum *Rota coram Cerron. dec. 1054. n.2. & in citata dec.31. n.4. poſt Tondut. de Penſion. repetita apud Pignatell. conſult. Canonic. 59. n.10. tom.8.* De ap-
49 probatione Confeſſariorum *Tamburin. de Jur. Abb. tom.1. diſput. 2. quaeſt. 11. num.1. & 2. Campanil. in diverſ. Jur. Canon. rub.11. cap.13. num.76. Reginald. in prax. for. poenit. lib.1. n.182. Malphiſ. in ſumma tom.1. tract.7. de poenit. cap.14. n.16. Baſſ. de triplic. Jubil. provid. ſect.3. caſ.2. n.62. & ſeqq. Rota. deciſ.22. num.4. par.4. Barboſ. de Epiſcop. par.2. alleg.25. n.9. & ad Concil. ſeſſ.23. de Reform. cap.15. n.28.*, ubi declarat contrarias auctoritates procedere in Abbate, qui nititur ſimplici exemptioni, non in eo, qui eſt nullius, & habet Territorium ſeparatum, prout eas conciliat, *Modern. Salernitan. conſult. Canonic.8. num.95. tom.7. Rota coram*
50 *Dunoz. Jun. dec.988. ſub n.4.* De Proceſſibus factis ab Abbate contra delinquentes, & remiſſione illorum facta ab Epiſcopo *Monach. conſ.147. num.13.*

Pignatell. conſult. Canon. 16. n. 9. tom. 2.
Et de agnitione Epiſcopi deſumpta
51 à ſimilibus actibus ab ipſo geſtis *Spad.*
conſ. 129. num. 9. lib. 2. Card. de Luca
de Juriſdict. diſc. 1. numer. 30. Rota de-
52 *ciſ. 204. num. 6. par. 19. rec.* De Confeſ-
ſionibus Epiſcoporum *Menoch. conſ. 147*
num. 24. Pignatell. conſult. can. 16. n. 10.
tom. 2. Rota coram fa. mem. Alexandro
VIII. dec. 125. num. 8. & 9. in rec. dec.
232 n. 5 par. 7. & in dicta dec. 374. n. 4.
par. 17. dec. 106. n. 21. & ſeqq. par. 19.
& in citata Capuana, ſeu Montis
Caſſinen. Parochialium 1679. §. Perti-
nentia, & ſeqq. De deſcriptione facta
53 in Inventario, publica auctoritate con-
fecto *Pignatel. dicta conſult. can. 26.*
n. 7. tom. 2. Rota cor. Dunoz. Jun. dec. 655.
ſub n. 1 & ſub n. 3 verſ. non obſtat in rec.
deciſ. 205. in princip. verſ. quoad ſitua-
tionem, & num. 12. part. 7. De Literis
Apoſtolicis Abbati tanquam ordinario
54 directis *Rota coram Dunoz. Jun. dec. 988.*
num. 4. & deciſ. 1001. num. 7. Merlin. de-
ciſ. 264. num. 6. & in Hiſpalen. Decima-
rum de Olivares 30. Januarii 1679. §.
Amplius, & ſeq. coram bo. me. Bourle-
mont. d. Capuana, ſeu Montis Caſſinen.
10. Martii ejuſdem anni §. Recenſo co-
ram eodem, & in Nivantalons Juriſ-
dictionis 22. Junii 1693. §. Non obſtat
quod dicto, coram R. P. D. Caprara. Et
55 de denominatione nullius, *Spad. con-*
ſil. 129. nu. 8. lib. 2. Rot. in rec. dec. 197.
num. 19. part. 8. & deciſ. 69. numer. 16.
part. 19. & in Hiſpalen. Decimarum
de Olivares 30. Januarii 1679. §. Am-
plius, coram bon. mem. Bourlemont., &
in d. Capuana 1679. §. Innovatione.

Itaque obſervantia validior evadit,
ſi ponderetur, quòd in tam longa inter-
capedine temporis Epiſcopi Marſicen.
in territorio Tramutulæ nunquam
adminiſtrarunt Chriſma, Beneficia
non contulerunt, Altaria non conſe-
crarunt, Eccleſias non dedicarunt,
cauſas non cognoverunt, nulloſque
actus Juriſdictionales pacificè, nec
cum ſcientia Abbatis geſſerunt. In-
veriſimile autem eſt, quod ſi Epiſco-
pi Juriſdictionem in territorio Tra-
mutulæ exercere potuiſſent, nullos
actus Juriſdictionales exercere voluiſ-
ſent, ac proindè hæc abſtinentia ab
56 actibus non levem inducit præſum-
ptionem, quòd Abbati hæc juriſdi-
ctio quaſi Epiſcopalis competeret, ut
in individuo obſervat *Rota coram Sera-*
phin. dec. 1025. ſub num. 20. verſ. &
verum eſt, & pluribus relatis in d. Ca-
puana, ſeu Montis Caſſinen. Parochia-
lium 1679. §. Tale autem.

Poſita autem obſervantia deſumpta
ex tot, tantiſque actibus cujuſcumque
generis, exercitis in ipſa Terra Tra-
mutulæ, & Territorio promiſcuo,
donationes, & Privilegia Apoſtolica
etiam ſi dubia eſſent, ita interpreta-
ri deberent, ut ab eis conceſſa, &
tranſlata cenſeatur in Abbatem Ju-
riſdictio quaſi Epiſcopalis, & conſti-
57 tutum Territorium ſeparatum, cum
nulla dari poſſit melior interpreta-
tio rebus dubiis ea, quæ deſumitur
ex ſubſecuta obſervantia, ut in ſpe-
cie firmant *Card. de Luc. de Juriſdict.*
diſc. 16. num. 17. Pignatell. conſult. can.
85. num. 9. & 19. tom. 5. Rota coram
Martin. Andrea deciſ. 54. num. 14. Bich.
dicta deciſ. 459. n. 19. & in rec. dec. 273.
num. 18. part. 11, & in citata Capuana,
ſeu Montis Caſſinen. 1679. §. Tale autem,
coram bon. mem. Bourlemont. 1686. §.
Cæterum coram clar. mem. Card. Mat-
thejo, & in dicta Marſicen. ſeù Montis
Caſſinen. Juriſdictionis 1686. §. Quæ
omnia, coram eodem. Et generalitèr *Se-*
raphin. Maſſin. de Confeſſ. Benevent. quæſt.
11. num. 45. quæſt. 35. num. 80. & 83.
Rota coram Bich. deciſ. 48. nu. 9. & 10.
& in recent. dec. 493. num. 4. part. 13.
58 Quamvis contrarius intellectus videre-
tur magis conformis Privilegiis, &
eſſet de jure verior, ut generalitèr fir-
mat *Seraph. Maſſin. de Confeſſ. Benevent.*
dicta quæſt. 35. num. 83. Fontanell. de-
ciſ. 89. num. 24. & 25. Rota coram Ba-
ratto deciſ. 679. nu. 9., & in rec. dec. 116.
num. 3., & deciſ. 510. num. 9. part. 13.,
& in noſtris terminis in *dicta Capua-*
na, ſeù Montis Caſſinen. Parochialium
10. Martii 1679. §. Tale autem, coram
bon. mem. Bourlemont.

Idque eò fortiùs procedit, quando
non ſolùm concurrit obſervantia ex-
trajudicialis, qualis eſt illa, quæ deſu-
mitur ex actibus ſuperiùs recenſitis,
ſed etiam judicialis, quæ reſultat, ex
quo, orta controverſia, Sacra Con-
59 gregatio Concilii declaravit, Abba-
tem

tem Cavenſem habere proprium territorium, & juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, *ut in Summ. Abbatis num.8.*, & refert *Pamphil. deciſ. 30. adnot. 2. num. 24. Rot. d. dec. 31. n.6. in fine*, & *d. dec 274. n.7 par 17. rec.*, cujus declarationis vigore eadem Sacra Congregatio poſtea inhibuit Epiſcopo, ne ſe ingereret in cognitione cauſarum, voluitque, quòd pro illis deputari deberet in eadem terra Vicarius ab Abbate, *d. Summario num.9.* Cumque præfatum Decretum, ſive declaratio fuerit poſtea à ſan. mem. Sixto V. approbata, & deſuper expeditæ literæ Apoſtolicæ à ſan. mem. Gregorio XIV. ut teſtatur *Pamphil. dec. 30. adnot. 2. n. 24.* & *eadem Rota in d. dec 31. & 274. locis mox citatis*, & patet ex ipſamet Conſtitutione Gregoriana Bullar. Caſſinen. *to. 218 tom. 1.*, in qua dicitur Abbatem Cavenſem habere juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & Territorium ſeparatum, cum facultate Synodum congregandi, examinatores in ea eligendi, concurſum indicendi, Parochos examinandi, & approbandi, Æconomos deputandi, Chriſma conferendi, diſpenſationes matrimoniales, aliaſque commiſſiones Apoſtolicas recipiendi, ut legitur in eadem

60 Conſtitutione; Tale decretum, & Conſtitutio facit jus quoad omnes, tam pro caſibus præteritis, quàm futuris, *Fagnan. in cap. quoniam n.72. & ſeqq. de conſtitut. Pignatell. conſult. Canonic. 44. num. 17. conſult. 84. num. 19. & conſult. 108. num. 1. tom. 1. Barboſ. de Jur. Eccleſiaſtic. lib. 1 cap. 3. num. 85. Pennaſ. in Paſtoral. Regular. part. 3. num. 14. Rot. in Calagaritana Panis ſtabilium 16. Novembris 1696. §. In præſenti coram bon. mem. Urſino, & in Viterbien. uſus Paſcuorum 13. Martii præteriti §. Etenim coram me*, Et in propria materia Juriſdictionis quaſi Epiſcopalis Abbatis Caſſinenſis, *Rota in dicta Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Parochialium 17. Junii 1686. §. Certum coram clar. mem. Card. Matthejo*.

Fortiuſque incaleſcit hæc obſervantia judicialis, ſi ponderetur, quòd anno 1603. Abbas Caven. obtinuit ab A.C. inhiberi Vicario, & Archidiacono Marſicen., ne ipſe Tramutulenſes ſubditos Abbatis auderent punire, & vinculo excommunicationis ligare, quando Abbas eos voluiſſet ſolutos, nec ab eodem vinculo ſolvere, quos Abbas voluiſſet ligatos, Ruſus an-

61 no 1634. 1661. & 1671. renovata adverſus Abbatem prætenſione ab Epiſcopis Caven., & Caputaquen. ſuper exercitio juriſdictionis quaſi Epiſcopalis, Cauſaque introducta coram A.C., & in Sacra Rota *coram bo. me. Verolpen, & Emerix*, emanarunt deciſiones, & ſententiæ Abbati favorabiles, impreſſæ apud *Tondut. de Penſion. d. dec. 31. & in rec. deciſ. 274. part. 17.* & dantur *Summ. Abbatis n.32. & 37.* Inter modos autem probandi pertinentiam Territorii ſeparati ad Abbatem, præcipuum eſſe, illud deſumi à ſententiis præfectum, ut hæc, ab Epiſcopis

62 ſuccumbentibus, mediante acquieſcentia, approbatis, & executioni demandatis, in ſpecie *Rota coram Dunoz. Jun. dec. 988. num. 4. & d. deciſ. 1001. num. 7. & in rec. dec 274. n.3. par 17., & in dicta Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Parochialium 1670. §. Hanc autem, coram bon. mem. Bevilaqua. 1686. §. Prædicta, & ſeqq. coram clar. mem. Card. Matthejo, & 6. Aprilis 1693. §. Et nova, coram bo. me. Urſino, in Baren. Juriſdictionis 19. Januarii 1682. §. Quo poſito, coram Paolutio, & in dicta Nonantulana Juriſdictionis 1693. §. Verum etiam, coram R.P.D. meo Caprara* Et licèt prædictæ deciſiones, & ſententiæ non prodierint præcisè contra Epiſcopos Marſicen., nec ſuper terra Tramutulæ, attamen cum

63 declarent Abbati competere juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & fuerint ſervata ſervandis cum legitimo contradictore, atque ſuper ſtatu, ſufficienter probant ad Abbatem hanc juriſdictionem ſpectare contra omnes in ſpecie *Rot. in rec. dec. 234. num. 3 part. 4 dec. 103. num. 19 part. 7. dec. 197. n. 18. part 8. & dec 274. num. 3. part 17.* Potiſſimè quia hæc juriſdictio hodie prætenditur vigore eorumdem Privilegiorum Abbatibus conceſſorum, & vigore eorumdem actuum juriſdictionalium ab Abbatibus in ſequelam geſtorum, quorum ratione Sacra Rota aliàs judicavit Abbati competere juriſ-

riſdictionem quaſi Epiſcopalem, ac
proindè ſufficit, ut reſpectu unius ex
locis ſub dicta conceſſione, & Privi-
legiis comprehenſi, fuerit declarata
juriſdictio quaſi Epiſcopalis, ad hoc
ut reſpectu aliorum, illius competen-
tia non poſſit denegari, ex regula,
quòd in actibus provenientibus à
cauſa univerſali ipſa cauſa potiùs at-
64 tenditur, quàm aliquorum actuum
exercitium. *Rota coram Mantica dec.*
520. num.6. & ſeqq. Celſ. dec.7. num.7.
& 8. & in Januen. *Abbatiæ 10. Martii*
1692. §. Etenim cor. Reverendiſſ. Zamo-
ren. & 15. Junii 1693. §. Quandoquidem
coram R.P.D. meo Caprara, & in Der-
tuſen. Juriſdictionis ſuper bono jure
26. Aprilis 1694. §. Etenim, coram
eodem.

Nec ad evertendam ſupradictam
obſervantiam extrajudicialem, & ju-
dicialem quicquam obeſſe valet, quod
actus ex parte Abbatis adducti inci-
piant ab anno 1505. undè ab hoc
tempore dici debeat, Abbates ſe in-
truſiſſe in exercitio prædictæ Juriſdi-
ctionis, cum alioquin, ſi ea vigore
privilegiorum, competiiſſet, utique
Abbates pro tempore prætenſo, &
immediatò illam exercere non omiſiſ-
ſent. Etenim ad probandam obſer-
vantiam interpretativam, & declara-
65 tivam privilegiorum non eſt neceſſe
afferre omnes actus ab initio uſque
ad tempus motæ litis geſtos, ſed ſa-
tis eſt, ſi aliqui tantum afferantur, cum
ad illam introducendam ſufficiat,
ita aliquando obſervatum fuiſſe *Se-*
raphin. Maſſim. de conſiſt. Etiamſi q.33.
num.82. Fontanell. dec.482. n.12. Larrea
dec.45. num.14.

Et quatenùs etiam requireretur
multiplicitas actuum, quodque eſſent
continuati per longum tempus,
66 adhuc cum illi adducantur per duo
fere ſæcula, & de tempore antece-
denti non doceatur legitimè, Epiſco-
pos actus contrarios exercuiſſe, cenſe-
tur à principio idem ſtatus impreſſus,
& uſque ad præſens continuatus *Lot-*
ter. de re benef. lib.1. quæſt.34. num.24.
Rot. deciſ.69. num.18. & ſeqq. part.8.,
& in noſtris terminis egregiè *in ſæpè*
laudata dec. Capuana, ſeu Montis Caſ-
ſinen. Parochialium 20. Martii 1679.
§. Tale autem exercitium in ſine coram
bo. me. Bourlemont, taliquę caſu non re-
67 ſiſtit obſervantiæ, quod actus juriſdi-
ctionales non doceantur geſti imme-
diatè poſt emanata Privilegia, *Rota*
coram Buratto deciſ.390. num.9. verſ. in
quorum prima, & num.13. & 14., ubi
de obſervantia poſt 82. annos, *& co-*
ram Bich. dec.387. num.11. Coccin. dec.
469. num.6. & de intervallo plurium
ſæculorum inter privilegia, & obſer-
vantiam, *Rota in mox relata Capuana,*
ſeu Montis Caſſinen. Parochialium 1679.
§. Tale autem, & §. Aut ex tam longæva.

Prædictaque obſervantia clarè, ut
ſupra probata, eſt adeò potens, &
valida, ut non ſolùm ſufficiat pro in-
terpretatione Privilegiorum, ſed ad ef-
fectum præſumendi privilegium Apo-
ſtolicum, vel alium ſimilem titulum tri-
buentem juriſdictionem quaſi Epiſco-
palem, dum actus toties replicati in
68 quacunque materia, & genere addu-
cuntur per ſpatium ferè duorum ſæ-
culorum, quæ duplex centenaria
æquipollet immemorabili, ubi exce-
dens memoriam hominum, ut in indi-
viduo firmavit *Card. de Luca de Juriſd.*
diſc 96. ſub n.11. & diſc 97. n.9. & ſeqq.
Rota poſt Tamburin. de Jur. Abbat. dec 40.
num. 1. & 2. in dicta Capuana, ſeu Mon-
tis Caſſinen. Parochialium 1679. §. Aut
ex tam longæva, coram bo.me. Bourlemont
1686. §. Cæterum, coram clar. mem. Card.
Matthæjo, & 6. Aprilis 1693. §. Demum,
coram bo. me. Urſino, in Volaterana Juriſdi-
ctionis 22. Martii 1683. §. Hæc autem,
cor. b. mem. Albergato, & in Marſica-
na, ſeu Nullius Beneficii 7 Junii 1686.
§. 2. conceſſo, coram Reverendiſſ. Taurin.
& generalitèr *Rocca diſput.59. n.9. De-*
ſiderius Guido inter deciſiones Treviſani
dec.55. ſub n.73. & 75. lib.2. Rota in
recen. dec.153. n.6. & ſeqq. par.13. de-
ciſ.574. num.10. par. 18. dec 106. n.17.
& dec.151. num.2. par.19. & coram Bu-
ratto dec.875. n.7. Bich. dec.98. num.3.
coram Celſo dec.193. n.4. & 5. & in Thea-
tina Abbatiæ ſuper bono jure 28. Junii
1694. §. Non obſtat, coram bo. mem.
Emerix.

Quinimò concurrentibus prædi-
ctis donationibus, & Privilegiis Apo-
ſtolicis, neque opus eſſet probare cen-
tenariam, ad hoc ut juriſdictio quaſi
Epiſ-

copalis præſcripta dici poſſet, & intraret titulus præſumptivus, ſed ſufficeret probare illorum exercitium per 40. annos, ut in his terminis *Tondut. reſol. beneſic.60. num.10. Bellet. diſquiſit.*
69 *Cleric. d. §. Unico num.17. Barboſ. de Epiſc. part.3. alleg.89. num.4. Gratian. diſcept.958. num.43. Tamburin. de Jur. Abbat. tom.1. diſput.15. quæſit.9. num.17. Rota poſt eum dec.40. num.1. & deciſ.48. num.8. coram Cerro. dec.448. num.12. & deciſ.870. num.2. Dunoz. Jun. deciſ.988. num.1. & 5. & dec.1001. num.2. & in citata Capuana, ſeù Montis Caſſinen. Parochialium 1679. §. Aut ex tam longæva*, ubi teſtatur ita decreviſſe ſan. mem. Clement. III. favore Ordinis Caſſinen. anno 1188., & *§. Ex præfatis, & 1686. §. Contraventibus, in Gerunden. adminiſtrationis Epiſcopatus Sede Vacante 10. Junii 1686. §. Quæ ſtante coram bo. me. Emerix, & in dicta Marſicana, ſeù Nullius Beneficii 7. Junii ejuſdem anni §. 2. conceſſa*.

Nullatenùs obſtante, quod hæc præſcriptio induci non potuerit, dum non probatur Epiſcopos Marſicen. ſciviſſe ab Abbatibus prædictos actus juriſ-
70 dictionales geſtos fuiſſe, Nulla enim ſcientia probanda eſt à præſcribente, quando concurrit titulus expreſſus, vel tacitus à centenaria reſultans, *Rot. coram Dunoz. Jun. dec.96. num.3. Bich. dec.167. num.14.*, & in his terminis poſt *Poſth. de manut. dec.618. num.12., & in d. Capuana, ſeù Montis Caſſinen. 1679. §. Scientia verò, coram bon. mem. Bourlemont*.

Cæterum, in caſu præſenti nec deficit etiam ſcientia, quæ reſultat; Tum ex multiplicitate actuum publicè, & palàm geſtorum, illorumque exercitio continuato per tot ſæcula, in Terra Tramutulæ, ſex milliaria ci-
71 citer tantùm diſtante à Civitate Marſicen., in puncto *Tondut. reſol. beneſic. 60. num.13. Rota coram Mattin. Andr. dec.54. num.15., dicta Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Parochialium 1679. §. Scientia, & in d. Marſicana, ſeù Montis Caſſinen. Juriſdictionis 1686. §. Quæ omnia, coram eodem*; Tum etiam ex Proceſſu contra Archidiaconum Marſicen. ab Abbate compilato, ſuper Territorio promiſcuo, & ex inhibitione contra Vicarium Marſicen. executa, nè ſe ingereret in abſolutione Excommunicatorum ab Abbate, *Summ. Ab-*
72 *batis num.25. & 29.* A ſcientia enim Archidiaconi, & Vicarii infertur ad ſcientiam Epiſcopi, ut de ſcientia Canonici *Rota in d. Capuana 1679. §. Scientia*, & de ſcientia Vicarii *Rota coram Seraphin. deciſ.306. num.6. Renbald. dec.342. num.11. & in citata Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Parochialium eodem §. Scientia*. Tum, & fortius ex remiſſione delinquentium facta ad Abbatem ab Epiſcopis, & ordinatio-
73 ne Tramutulenſium facta ab eiſdem, immò etiam à moderno Antiſtite cum literis dimiſſorialibus Abbatis, iſtum vocando Ordinarium *Summar. Abbatis numer.28. 34. 35. & 36.*, quæ indubitanter ſcientiam arguunt, ut in ſpecie obſervat *Pignatell. conſult. Canonic.16. n.10. tom.2. Rot.* apud *Poſth. de manutent. deciſ.184. ſub n.11. verſ. in quam ſententiam, & cor. Dunoz. Sen. dec.309. num.24*.

Prout non relevat, quod præſcriptio interrupta remanſerit à contrariis actibus geſtis ab Epiſcopis, quia iſti, vel fuerunt contradicti, qualis eſt abſolutio excommunicatorum facta à Vicario Abbatis *d. Summar. numer.29.* vel fuerunt geſti inſcio Abbate, & ſub falſo ſuppoſito, prout ſunt literæ obtentæ à Sac. Congregatione *teſte Rota in d. dec.274. num.11. par.17. rec.*, & licentia laborandi obtenta in diebus Feſtis ab Epiſcopo; vel ſunt enunciativæ emiſſæ à Tramutulenſibus, de tempore, quo ipſi litigabant cum Abbate ſuper appellatione in ſecundis inſtantiis, interponenda ad Urbem, & non in Auditorio Abbatis, prout ſunt enunciativæ de annis 1605. & 1608., quod Epiſcopus dederit beneplacitum conſtruendi Conventum, & erigendi Confraternitatem, quæ inſuper non fuerunt effectuatæ, dum Confraternitas non fuit erecta, & Conventus non apparet vigore dictæ licentiæ conſtructus, dum Epiſcopus non affert Bullam ſuper hoc expediri ſolitam, Vel ſunt viſitationes factæ in Eccleſiis exemptis, qualis eſt illa Franciſcanorum, quæ poſt Con-

ci-

cilium Tridentinum ab Epiſcopis viſitari poſſunt Jure delegato, & ultimæ viſitationes anni 1698, dederunt Cauſam liti, Vel conſiſtunt in aſſerto conſenſu præſtito in Juriſdictionem Epiſcopi Marſicen. à Subditis Abbatis, prout factum fuit in Cauſa Marſicen. Decimarum, quæ hodiè agitatur in
74 hoc noſtro Tribunali coram R. P. D. meo della Tremoille, qui conſenſus non adeſt, dùm Tramutulenſes comparuerunt, ſemper impugnando, & ſolemnitèr proteſtando de defectu Juriſdictionis, quæ proteſtatio omnem conſenſum excludit *Abbas in cap. gratum ſub num. 7. de offic. delegat. Rot. cor. Bich. dec. 215. num. 7. & 8. & in rec. dec. 240. num. 15. part. 7.* Et quatenus adeſſet conſenſus Subditi, non potuiſſet præjudicare Abbati, nec eidem auferre Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem: Vel deducuntur à dicta licentia laborandi, conceſſa in diebus Feſtis ab Epiſcopo, quæ cum verificari poſſit de licentia laborandi in partibus Diœceſis Marſicenſis, ſuper qua Abbas non prætendit Juriſdictionem, ſed ſolùm illam allegat in Terra Tramutulæ, & in Territorio promiſcuo
75 ſuper bonis, & perſonis Tramutulenſium, præfata licentia remanet actus equivocus, qui Abbati non præjudicat, ut de actibus contradictis in individuo *Rota coram Dunoz. Jun. dec. 988. num. 9.* apud *Paſſ. de manu reg. dec. 617. nu. 8.* poſt *Tamburin. de Jur. Abb. dec. 59. n. 7. & 8.*, & favore Abbatis Caven. *deciſ. 274. num. 10. part. 17. rec.*, de actibus, qui non probantur geſti, ſciente, &
76 patiente Abbate, in ſpecie *Spad. conſ. 218. num. 6.* ibique *Rota numer. 14. & conſ. 229. ſub num. 10. & 11.*, ibique *Rota n. 10. lib. 2. Pignatell. conſult. can. 85. num. 13. tom. 5. & num. 14. Rota coram Dunoz. Jun. d. dec. 988. num. 15. Dunoz. Sen. dec. 309. num. 21. Coccin. dec. 832. num. 8.* poſt *Tambur. de Jur. Abbat. dec. 59. num. 3. & in rec. citata dec. 274. n. 9. part. 17. dec. 204. num. 13. part. 19. in Capuana, ſeù Montis Caſſinen. Parochialium 1679. §. Scientia, & §. Tam quod, coram bo. me. Bourlemont. & 1686. §. Non attentis, coram clar. mem. Card. Marsh.* de actibus non effectuatis, in ſpecie *Rot. coram Dunoz. Jun. cit. dec. 988. n. 13.* *& in Capuana, ſeù Montis Caſſinen. Pa-*
77 *rochialium 1679. §. Scientia, & §. Tam quod, coram bon. me. Bourlemont. & 1686. §. Non attentis, coram clar. me. Cardin. Marsbajo*, & generalitèr, de actibus non effectuatis, in materia Juriſdictionis *Ro-*
78 *ta cor. Bic. dec. 328. num. 18. & 19.* & *intèr diverſ. dec. 709. num. 8. verſ. tertiò fuit reſponſum part. 4.* de actibus, qui fieri potuerunt ab Epiſcopo, Jure delegato, in terminis *Spad. conſ. 128. n. 5.* ibique *Rota num. 10. & conſ. 129. ſub num. 11. lib. 2. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 2. num. 30. verſ. eoque magis. Rota coram Dunoz. Jun. dec. 988. num. 8. & 11. Dunoz. Sen. dec. 309. num. 19. & apud Merlinum de commiſ. tom. 2. fol. 981.*
79 *num. 4. Coccin. dec. 832. num. 7. & 8., & dec. 870. num. 3. Ubald. dec. 75. num. 4. & in recen. dec. 248. num. 14. part. 13.* de actu geſto à perſona, quæ præjudicare non poteſt. *Tondut. reſol. benefic. lib. 1. d. cap. 60. num. 15. & 16. Pigna-*
80 *tell. conſul. can. 85. num. 24. tom. 5. Belletr. d. §. Unico num. 27. Rota cor. Seraphin. dec. 1025. num. 23. & in rec. deciſ. 303. num. 10. part. 7.* & de actibus equivocis in puncto *Spada conſil. 218. n. 5. lib. 2.* ibique *Rota num. 11. Lotter. de re Benef. lib. 1. quæſt. 24. num. 148. Rot. cor.*
81 *Dunoz. Sen. dec. 309. ſub num. 19. Coccin. dec. 832. num. 8.* ubi præcisè de actu geſto ab Epiſcopo, in loco non exempto, idemque dicitur in *dec. 1054. num. 9. verſ. quartò deducitur. Dunoz. Jun. dec. 988. num. 7. & ſeqq. & dec. 1001. ſub num. 9. verſ. denique non relevant, & num. 10., & in rec. dec. 204. n. 12. part. 19.* ubi pariter de actu, qui non probatur geſtus ab Epiſcopo in loco exempto, & in dicta *Capuana 1679. §. Quo verò in fine.*

Sicut nec aliqua vis fieri poteſt in ſupplici libello porrecto de anno 1610. ſa. me. Paulo V., in quo fuit ab Abbate petita licentia concedendi dimiſſorias, & conferendi ordines, quaſi ex hoc inferatur, talem licentiam priùs non habuiſſe, ſiquidem hoc totum petitum ſuit ad benè eſſe, & quia, ut dicitur in dicto ſupplici libello *da alcuni Scrupoloſi ſi fà difficoltà, ſe l'Abbate poſſa dar dette dimiſſorie, e cercano dargli faſtidio, e moleſtarlo da detto antichiſſimo poſſeſſo, ſi ſupplica per*

con-

tanto ugualmente la S.V. per levare ogni difficoltà, & occaſione di lite &c. Si itaque facultas hæc petita fuit à Pontifice ad tollendos ſcrupulos, difficultatem, & occaſionem litium, ex hoc elici non poteſt aliqua confeſſio Abbatis ſuper talis facultatis deficientia; Verba enim, quæ ad benè
82 eſſe, & ad majorem cautelam proferuntur, non præjudicant *Rot. in recen. deciſ. 112. num. 12. & dec. 320. num. 47. part. 6.*

Potiſſimè quia hujuſmodi actus conquaſſantur ab aliis Abbatis, qui uti numero, ac qualitate majoribus, & titulo ſuffultis præferuntur illis ab Epiſcopo geſtis, & prætenſam peti-
83 tionem, & confeſſionem Abbatis declarant *Rot. d. dec. 274. num. 9. verſ. actus part. 17. rec. Capuana, ſeu Montis Caſſinen. 1679. §. Tum quia, & 1686. §. Non attentis, & in d. Marſicana, ſeu Montis Caſſinen. Juriſdictionis 1686. §. Minimè reſiſtente, coram clar. mem. Card. Matthæjo.*

Sublatis actibus Juriſdictionalibus, faciliùs tollitur aſſiſtentia Juris, quæ pariter allegabatur ab Epiſcopo, Hæc enim eidem ſuffragari non valet in loco exempto, qui probatur ſpectare ad Abbatem cum Juriſdictione quaſi
84 Epiſcopali. *Pignatell. conſult. Canon. 85 num. 4. tom. 5. & num. 10. Rot. cor. Martin. Andrea dec. 54. num. 5. coram Dunoz. Jun. dec. 309. num. 6. & ſeqq. Cerr. dec. 832. num. 5. & in recen. dec. 373. n. 12. part. 11. dec. 204. num. 3. & ſeqq part. 10.* & pro Abbate Congregationis Caſſinenſis *Rot. coram Bich. dec. 339. ex n. 11. & in Capuana, ſeù Montis Caſſinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Rursùs coram bo. me. Bourlemont. 17. Junii 1686. §. Cæterùm, coram clar. mem. Card. Matthæjo, & 6. Aprilis 1693. §. Juridicum, coram bo. mem. Urſino*, & pro Abbate Cavenſi *Rota poſt Tondut. de Penſion. dec. 31. num. 2. & dec. 274. num. 8 part. 17. recen.* & contra Epiſcopum Marſicen. *Rot. in Marſicana, ſeu nullius Beneficii 7. Junii 1686. §. Domini reſponderunt cor. Reverendiſſ. Taronen.*

Et ita utraque &c.

Attenta gravitate materiæ, adverſus hanc deciſionem fuit conceſſa nova audientia, & repropoſita Cauſa coram eodem R.P.D. Muto die 10. Junii 1701 fuit reſcriptum. In deciſis juxta modum *& modus fuit, quod in omnibus approbaretur præſens deciſio, reſervata tamen particulari diſcuſſioni prætenſione Abbatis concedendi dimiſſorias, & ordines, ut patet ex lectura deciſionis coram eodem bo. me. R.P.D. meo Muto ſub dicta die extenſa.*

ARGUMENTUM.

In articulo longè agitato, quando Pater cenſeatur interdictus Uſuſfructus in Bonis filio relictis, per hanc, & ſequentes Deciſiones aliè, diſtinctèque plures quæſtiones examinantur, & in hac prima oſtenditur, conjecturas ad tacitam prohibitionem oſtendendam non debere ultra ſphæram conjecturarum id pernecceſſe concludere,

SUMMARIUM.

1 *Patri competit uſuſfructus in quibuſcumque bonis adventitiis filiorum, ſub patria poteſtate exiſtentium.*

2 *Sive bona ſint libera, ſive Fideicommiſſo ſubjecta.*

3 *Decl. quando expreſſè, ſeu ſaltem tacitè ex conjecturis, & præſumptionibus non reſultet, Teſtatorem voluiſſe Patri prohibere uſumfructum.*

4 *Conjectura pro inducenda prohibitione Patri uſuſfructus, debent eſſe concludentiſſimæ, & quæ nullam aliam interpretationem recipiant.*

5 *Vis tamen, & urgentia non debet excedere naturam conjecturarum, ſed ſufficit, quod moraliter inducatur animus Judicis ad credendum, Teſtatorem voluiſſe disjungere uſumfructum a proprietate.*

6 *Afferuntur caſus ſimiles, in quibus conjecturæ probabiles, & animum Judicis captivantes admittuntur*, & num. ſeqq.

Novatio debet fieri expreſsè, ibid.

7 *Prohibitio falcidiæ, & trebellianicæ debet fieri in expreſſim.*

8 *Et tamen utraque inducitur conjecturis, non phyſicè neceſſariis, ſed veriſimilibus.*

9 *Sic etiam, ut collatio eorum, quæ ex teſtamento, vel ab inteſtato data ſunt, facienda non ſit, expreſſim debet conſtare de mente Teſtatoris.*

10 *Sed ad evitandam collationem conjectu-*

 ra

ræ etiam probabiles, & animum Judicis ſuadentes admittuntur.

11 *Afferuntur caſus, in quibus uſusfructus Patri ex conjecturis interdictus cenſetur, non obſtante, quod* Textus *dicat, id ſpecialiter exprimi debere*, & num. ſeqq.

12 *Uſusfructus legati Filio relicti Patri cenſetur interdictus ex præcepto Teſtatoris, quod illud Filio perſolvatur.*

13 *Ubi Filius unà cum Patre ſuccedit in hæreditate Fratris, vel Sororis, cenſetur Patri prohibitus uſusfructus.*

14 *Idque ſive ſuccedatur ab inteſtato, ſive ex teſtamento etiam extraneis*, & num. 15.

16 *Et quamvis Filius inſtituatur hæres univerſalis, & Pater honoretur aliquo particulari legato.*

17 *Etiamſi legatum Patri factum ſit tenue, & non conſiderabile.*

18 *Contrarium ſentientes reprobantur.*

19 *Patri prohibitus cenſetur uſusfructus, quando Filio hæreditatem reſtituere gravatur.*

20 *In materiis conjecturalibus, ſi unaquæque conjectura deberet neceſſariò concludere, omneque poſſibile contrarium removere, ex una tantum induceretur plena probatio, nec eſſet opus mutuo plurium adminiculorum, & conjecturarum fulcimento.*

21 *Ideò ad aſſequendam voluntatem dubiam cumulantur plures conjecturæ, quia iſtæ ſunt abſconditæ veritatis rationabile veſtigium, non infallibile, ſed opinativum, quæ cum de per ſe conſideratæ non ſufficiant, omnes ſimul inter ſe mutuo adjumento fulciuntur.*

DECISIO XXXIV.

ALeander Senior de Squarcialupis cupiens familiam, & agnationem ſuam, priùs naturalitèr, & deindè civilitèr, quoad fieri poſſet, conſervare, in ſupremis Tabulis conditis anno 1626. univerſalem ſibi ſcripſit hæredem, Squarcialupum de Squarcialupis ejus ex Hercule prædefuncto fratre Nepotem, ipſiuſque filios, & deſcendentes maſculos de primogenito in primogenitum, protrahendo illorum ſubſtitutionem ad diverſos gradus, uſque ad totalem evacuationem deſcendentiæ legitimæ, & naturalis hæredis inſtituti, eaque totalitèr extincta, ejuſdem Squarcialupi filiam fœminam priùs, & deindè pari primogenituræ ordine filios, & deſcendentes maſculos Andreæ alterius Nepotis ad ſucceſſionem invitavit; deficientibus verò omnibus, ſubſtituit in perpetuum Primogenitum ex dicta filia fœmina Squarcialupi, iſtiſque etiam defunctis, Juvenem Nobilem, à Supremo Magiſtratu eligendum, quos mediante aſſumptione Cognominis, & Armorum in ſuam familiam tranſire voluit, eoſque ſibi in artificiales filios adſcire, ut in ipſis, eorumque deſcendentia tam familiæ dignitas, quàm bonorum ſervaretur perpetuitas.

Teſtatore poſt conditam hanc diſpoſitionem viam univerſæ carnis ingreſſo, ſucceſſit in fideicommiſſo præfato primò Squarcialupus, ſubindeque Dominicus Aleander ejus filius, per cujus obitum, nulla poſt ſe relicta ſobole, conſolidata fuit hæreditas in Domina Comitiſſa Elizabettha hæredis inſtituti filia, poſteaque ad tramites relatæ Teſtamentariæ ſanctionis aperta ſucceſſione ad favorem deſcendentis primogeniti præfatæ Comitiſſæ; Marchio Philippus Maria illius filius, relicto Cognomine, & Armis glorioſæ apud Orbem memoriæ Familiæ Strozzæ, aſſumpſit illa Domus, & Familiæ Teſtatoris, unà cum actuali poſſeſſione bonorum illius, quibus prætendentes Domini de Da-

Datis, privatum dictum Dom. Marchionem ob delictum ab eo commiſſum, ſactumque fuiſſe locum ſubſtitutioni in tali caſu ad eorum favorem ordinatæ à Squarcialupo de Squarcialupis, inter ipſos, & D. Comitem Petrum, ratione patriæ poteſtatis, ſibi uſumfructum, ſuper iiſdem bonis deberi inſiſtentem, grande exarſit litigium, ut videre eſt ex Conſultationibus hinc inde editis, quarum aliquæ impreſſæ habentur penès *Manſ. conſult.* 404. 405. & 407. & prima eſt repetita *apud Sabell. in Summa* §. *Uſusfructus num.* 19. & *ſeqq.*, eoque ob ſuperventam Gratiam Regiæ Celſitudinis Sereniſſimi Domini Noſtri indeciſo relicto, gravius ex poſt inſtauratum fuit judiciale certamen inter dictum Dom. Comitem Petrum, & præfatum Dom. Marchionem Philippum Mariam ſuper eodem Articulo prohibitionis uſusfructus reſpectu omnium Fideicommiſſorum domus Squarcialupæ, qui præſtantiſſimorum Virorum diù contorſit ingenia, ut ex eorum Allegationibus impreſſis apud *Sammat. contr.* 18. 83. 86. 87. 88 89. 111. 112. 113. & 114., & *apud Manſ. conſult.* 472. 473. 474. 475. *num.* 5, quarum ultima legitur etiam impreſſa *apud Sabell. in Summa* §. *Uſusfructus n.* 37. & *conſult.* 595. 596. 597. 598. 599. & 600. *num.* 6., & peritiſſimorum Judicum fatigavit Judicia, illoque poſt longam diſcuſſionem favore filii, diſcordantibus inter ſe eorumdem Judicum ſuffragiis, terminato, ut in elegantiſſimis Motivis tunc editis, quorum alterum regiſtratum legitur penes *Sammat. poſt controv.* 101., hæredes Comitis Petri, hoc interim defuncti, inſpectionem hanc una cum aliis mihi delegari obtinuerunt, undè in hodierna Audientia dubitavi, an Sententia præfata foret confirmanda, vel infirmanda, attentaque illius Juſtitia, (quæ ob ultroneè admiſſam inter partes validitatem unicè hodiè erat in quæſtione) eamdem confirmationis robore munire non haſitavimus, pro fructibus tamen à die motæ litis perceptis, reſervata particulari diſputationi aliorum fructuum antecedenter perceptorum reſtitutione.

Licèt enim favore Partis militet regula, quod nempe in quibuſcumque bonis adventitiis filiorum ſub patria
1 poteſtate exiſtentium, eidem competat Uſusfructus, juxta textus expreſſos in *l. cum oportet* 6. & *l. fin.* §. *Sin autem C. de bonis, quæ lib.*, & §. *Primo, Inſtit. per quas perſon. nob. acquir.*, idque ſive
2 bona libera ſint, ſive fideicommiſſi vinculo ſubjecta, ut eſt text. apertus in *l.* 2. *C. de bon. matern.*, & *in l. quacumque* 4. *C. de bon. quæ lib.*, & tradunt *Barboſ. in l. ſi ab hoſtibus* §. *fin. num.* 16. *ff. ſolut. matrim. Andreol. contr.* 114. *num.* 10. & *contr.* 238. *n.* 16. *De Luc. ad De Marin. reſolut.* 345. *ſub n.* 6. §. *Primum quidem*, & *ſeqq. lib.* 1. *Manſ. conſult.* 404. *num.* 2. *R. P. D. Anſaldus apud eum conſult.* 474. *num.* 6. *Palm. Neg. apud Sammat. contr.* 111. *num.* 3. *Olibau. de action. par.* 1. §. *Rursus num.* 37. *Gaeth. ad Conſuet. Meſſan. cap.* 7. *gloſ.* 2. *par.* 1. *num.* 9. *Fontanell. de Pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ* 7. *par.* 3. *num.* 66. *Alvarad. de conjett. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 18. *Molin. de Primog. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 18. *Fragoſ. de Regim. Chriſtian. Reip. par.* 6. *lib.* 2. *diſput.* 3. *n.* 116. *in fin. Knipſchildt. de fideicomm. famil. nobil. cap.* 4. *n.* 13. 14. 15. 16. & *ſeqq. Boſſ. de patr. poteſt. cap.* 5. *n.* 49. *Gomez in l.* 48 *Tauri n.* 4. *verſ. contrarium. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 3. *n.* 9. *Antonin. de donat. reg. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 66. *Caraccial. dec.* 1. *num.* 2.

A' dicta tamen regula receditur, quoties nedum expreſsè, ſed etiam tacitè ex conjecturis, & præſumptionibus reſultat, Teſtatorem voluiſſe Patri prohibere Uſumfructum *Caſtren. in Authen. excipitur num.* 2 *C. de bon.*
3 *quæ liber. Bero. conſ.* 139. *ſub numer.* 13. *verſ. credimur*, & *ſeqq. lib.* 2. *Sord. conſ.* 116. *num.* 5. & 64. *Alexgrad. conſ.* 30. *num.* 139. *lib.* 1., *Catan. conſ* 1. *num.* 36. *Gratian. diſcept.* 713. *num.* 18. *ubique De Luc. num.* 1 & 8. *Merlin. Pignatell. contr.* 29. *num.* 11. *cent.* 1., *ubique Scappe num.* 20. *de Marin. reſolut.* 345. *n.* 12. *lib.* 1. *Sammat. contr.* 17. *n.* 11. *contr.* 18. *num.* 12. *contr.* 85. *num.* 11. & *ſeqq. uſque ad fin.* & *num.* 51. & *controv.* 113. *num.* 10. 11. & *ſeqq. Manſ. conſult.* 405. *num.* 3. & *conſult.* 475. *num.* 9. *Knipſchild. de fideicom. fam. nobil. cap.* 4. *numer.* 15. *verſ. idemque*, *Boſſ. de patria poteſt. dicto cap.* 5. *n.* 89. *Anſald. apud Torr. de*

Mayer. reſponſ.5. num.12. fol.360. tom.2. Guarb. ad conſuetud. Meſſan. gloſ.3. num.21. Paſchal. de patr. poteſt. par.1. cap.3. num.38. Caſtill. de uſufruct. cap. 3. n.55. Castell. de donat. tom.1. diſc.3. particul.1. num.9. Fontanell. de pact. nupt. d. clauſ.4. gloſ.7. part.3. num.23. Beltrib. deciſ 135. num.4. & per tot. Maſtrill. dec. Sicil.59. n.7. Senat. Burdegal. apud Boer. deciſ.193. num.1. Conſil. Neapolit. apud Capyc. Latr. dec.124. num.12. & 20. Rot. coram Gregor. dec. 443. num.5. Dunozet. Jun. deciſ. 160. num.5. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. deciſ.138. num.8. & ſeqq. in rec. dec.41. num.10. par.16. dec.119. n.11. par.17. deciſ.140. num.3. par.18., & dec.496. num.8. part 19. poſt de Luc. de ſervit. in Mantiſſa dec.6. num.8. & deciſ.7. num.18., & in Caſrnacen. Laudi 23. Junii 1704. §. Quo enim, coram Caprara, & dictum fuit in Deciſione hujus Cauſæ §. *Ex iuxta*, impreſſa apud *Sammmat controv. forenſ. tom.2. in fin. fol. mihi 734. col.2.*

Non obſtante, quòd cum *Justinianus in Authent. ut liceat. Matri, & Aviæ in fin. C. de bon. quæ liber.* diſponat, patrem non poſſe arceri à conſecutione Uſusfructus, niſi id *ſpecialiter* fuerit expreſſum, Legiſlatoris menti ſatisfieri non poſſit, niſi conjecturæ ſint urgentiſſimæ, & tales, quæ ne-
4 ceſſariò concludant, nullamque aliam interpretationem, etiam per poſſibile recipere poſſint, quàm prohibitionem Uſusfructus, ut conſiderant in terminis *Menoc. conſ.18. num.8. & ſeqq. & num.12. Merlin. Pignatell. d. contr. 29. num.23. cent.1. Andreol. contr.138. numer.10. de Luc. ad de Marin. reſolut. 345. nu.6. §. Sed neque, tom.1, & ad Gratian. diſcept.713. num.8. Manſ. conſult.404. num.3. & conſult.407. num.6. conſult.475. ſub num.8. verſ. non conjecturarum, & num.9., & apud Sammat. contr.111. num.23. Palm. Nep. apud eund. Sammat. contr.112. n.15. Molin. de primogen. lib.1. cap.19. ſub num.31. Paſchal. de patr. poteſt. par.1. cap.3. num.38. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.7. par.3. num.15. Caſtill. de uſufruct cap.3. numer.57. Caldas de extinct. in integr. verbo laſit num.145. de Luc. de ſervit. diſc.60. n.4., & diſc. 64. num.2. verſ. eſt benè verum. Beſſ. de patr. poteſt d. cap.5. num.89. in fin. Roſent. de ſucceſſ. infeud. & emphyt. reſponſ.5. num.13. & ſeqq. impreſſ. poſt Torr. de primog. Italia tom.2. in fin. fol.360. Peregrin. deciſ. Patavin.102. num.1. & ſeqq. à Sandè deciſ. Friſia lib.2. tit.7. de patr. poteſt. definit. 1. ad fin. verſ. nudi cum diſonlforum. Rota in rec. dec.41. n.10. & 11. par.16.*

Etenim licèt leviores conjecturę admittantur, quando agitur de coadjuvanda diſpoſitione, & aſſiſtentia Juris, & graviores requirantur, quando regulę Juris militant in contrarium, & quando lex ſpecialem prohibitionem expoſcit, tamen iſto etiam caſu conjecturarum vis talis eſſe non debet, quod phyſica neceſſitate omnem, & quamcumque aliam interpretationem excludat, & animum Judicantis neceſſariò impellat ad ſibi ſuadendum uſumfructum fuiſſe prohibitum, Cum enim conjectura nihil aliud ſit, quàm quædam veriſimilitudo veritatis intellectum illuminans, & rationem, opinionemque Sapientis diſponens ad aliquid credendum, mediantibus verbis, vel ſignis, ſed neceſſariò non adſtringens, hinc vis, & urgentia non debet excedere naturam conjecturarum, ſed ſatis eſt, ſi illæ moraliter Judicantis animum ſuadeant ad opinandum, diſponentem contuliſſe filio utilem proprietatem, nec ab ea disjunxiſſe, & ſeparaſſe uſumfructum favore patris,
5 ut in propriis noſtris terminis prohibitionis uſusfructus *Surd. d. conſ.143. num.21. Sammat. contr.17. numer.10. & 21. contr.86. n.4. contr.88. num.3. & contr.114. num.1. & 2. R. P. D. Anſald. apud Manſ. conſult.474. n.4. Rill. apud eund. conſult. 395. n.3. & 4. Rodulphin. allegat. 88. n.7. alleg 89. n.3. Senat. Burdegalen. apud Boer. dec.193.*
6 *num.3. & in Romana fideicommiſſi de Avila 1698. cor. Pio apud eund. Sammat. contr.115. num.8. repet. poſt de Luc de ſervit. in Mantiſſ. d. dec.6. numer.8., & in Romana Legitima ejuſdem anni 1698. coram de la Tremoille apud eund. Samm. contr.116. num.43. & 44. repetita poſt de Luc. de ſervit. in Mantiſſ. dec.7. num. pariter 43. & 44.*

Et in proximis terminis, tùm novatio-

nem

nis, quàm *expreſſum* fieri debere, diſ-
ponit *Text. in l. ult. C. de novat.*, tum
etiam prohibitionem falcidiæ, & Tre-
7 bellianicæ, pariter *expreſſè* volita ab
Imperatore in §. *Si verò expreſſim Auth.
de hered. & falcid.* quod nihilominùs
conjecturis non phyſicè neceſſariis,
ſed veriſimilibus, & prudenti Judicis
8 arbitrio approbandis, inducatur *Sa-
mmnat. d. contr.* 86. n. 5. & *ſeqq.* plenè
Rot. poſt de Luc. de teſtam. dec. 58. n. 19.
& *ſeqq. deciſ.* 59. n. 4. & *ſeqq. dec.* 60.
num. 2. & *ſeqq. deciſ.* 61. *num.* 1. & *de-
ciſ.* 62. *num.* 2., ſic etiam in materia
collationis, quamvis omnia ea, quæ
9 ex Teſtamento, vel ab inteſtato data
ſunt, conferri debeant, niſi *expreſſim*
conſtet de contraria mente Teſtatoris
Auth. ex teſtamento C. de collat. §. *Illud,
Auth. de trient. & ſemiſſ.*, ad proban-
dum tamen, non fuiſſe volitam à Te-
10 ſtatore collationem, admitti conjectu-
ras probabiles, & animum Judicis ca-
ptivantes, tradit *Surd. conſ.* 145. *num.* 18.
& *ſeqq.*

Iſtamque intelligentiam confirmant
ipſamet reſponſa prudentum in
hac ipſa materia, & Juſtinianæ con-
ſtitutiones, in quibus non obſtante
ſupradicta diſpoſitione *Text. in auth.
ut liceat matri, & aviæ C. de bon. quæ
11 liber.* ſpecialem prohibitionem uſuſ-
fructus requirente, pro legitimis, &
ſufficientibus approbantur conjecturæ
veriſimiles, quæ alium ſenſum, & in-
tellectum recipere poſſunt, ut in caſu,
quo Teſtator voluit legatum ſolvi de-
bere ipſi filio, & ſi per neceſſe ex hoc
non inferatur ad prohibitionem uſuſ-
12 fructus, cum benè ſtare poſſint ſimul,
quòd ſolutio fiat ipſi filio, & patri quæ-
ratur uſusfructus, nihilominus quoties
legatum hoc modo conceptum eſt, pa-
tri interdictum eſſe uſumfructum diſpo-
nit *Text. in l. ſi uſusfructus* 14. §. *fin.*
*ibique Gloſſ. V. repellendus ff. quand.
dies legat. ced. Bero. conſ.* 139. *ſub n.* 17.
lib. 2. *Surd. d. conſ.* 116. *num.* 12. & 13.
Beer. conſ. 97. n. 23. *Cirocc. diſcept.* 7. *ſub
num.* 47. *Rodolphin. allegat.* 89. *num.* 2.
Samm. d. contr. 85. *num.* 13. & *ſeqq.
contr.* 86. n. 4. *contr.* 88. n. 1. 4. & 5. *con-
trov.* 113. *num.* 71. & *contr.* 114. n. 47.
R.P.D. Anſald. apud Manſ. d. conſult.
474. n. 5. *Senat. Burdegalen. apud Beer.
deciſ.* 193. *ſub num.* 2. *verſ. pro hoc, Con-
ſil. Neapol. apud Capyc. Latr. deciſ* 124.
num. 21. *Berlich. dec.* 135. n. 3. *Rota in
rec. dec.* 445. n. 16. & *ſeqq. par.* 14. & *in
d. Romana Fideicommiſſi de Avila penes
Samm. contr.* 15. n. 10. & *in Romana
Legitimæ apud eund. contr.* 116. n. 36.
quarum prima eſt repetita poſt *De Luc.
de Servit. in Mantiſſ. d. dec.* 6. *num.* 10.
& *ſecunda dec.* 7. n. 36.

Ita in alio etiam caſu, in quo filius,
vel filia ejus fratri, vel ſorori unà cum
13 patre ſuccedat, quamvis pater poſſit
commodè conſequi uſumfructum in
portione obventa filio, adhuc ipſum
14 cenſeri excluſum à commodo uſusfru-
ctus, ſive ſuccedatur ab inteſtato, ut
eſt *Text. in* §. & *ſi igitur defunctus il pri-
mo, auth. de hered. ab inteſt.*, & *auth.
item hæredibus C. de bon. quæ liber.* & tra-
dunt *Peppon. conſ.* 64. *num.* 20. & *ſeqq.
Altograd. conſ.* 44. *num.* 10. *lib.* 2. *An-
dreol. contr.* 224. n. 9. *Carro. reſol.* 201.
num. 2. *Samm. contr.* 85. *num.* 10. & *ſeqq.
contr.* 88. *num.* 1. & *contr.* 114. *num.* 37.
De Luc. de Servit. diſc 62. n. 3. *Michaelor.
de Fratrib. par.* 1. *cap.* 3. n. 27. *Galvan.
de uſufruct. diſſert.* 7. *in fin. verſ. ſeper-
ius ſi ab inteſtato*, *Gratian. diſcept.* 713.
num. 31. & *deciſ. March.* 76. n. 24. *Senat.
Burdegalen. apud Beer. dec.* 185. n. 13.
Rot. in rec. dec. 372. n. 8. & 9. *par.* 5. &
dec. 366. *num.* 5. & *d. dec.* 445. n. 5. &
24. *par.* 14. & *in d. Caſenaten. Laudi* 23.
Junii 1704. §. *Probato, coram Caprara,*
15 ſive ex diſpoſitione Teſtatoris etiam ex-
tranei *Surd. d. conſ.* 116. n. 41. *Hieronym.
Peppon. d. conſ.* 64. n. 20. & *ſeqq. Gra-
tian. diſcept.* 713. n. 31. & n. 80. *Andreol.
contr.* 224. n. 9. ubi reprobat contrarios
Cirocc. diſcept. 7. *num.* 47. & *diſcept.* 47.
num. 18. *Rodolphin. d. allegat.* 89. n. 2.
Samm. contr. 85. *num.* 11. ubi pariter
reiicit contrarios, & *contr.* 88. n. 1. *Manſ.
conſult.* 407. *ſub num.* 8. *Tonduttiq. quæ-
ſtion. lib.* 1. *tit. de peculio reſol.* 5. *num.* 4.
De Luc. de ſervit. diſc. 62. *ſub n.* 3. *verſ.
nihilominus*, *Senat. Burdegalen. apud
Beer. dec.* 185. n. 13. *Rota Marchiæ apud
Gratian. dec.* 76. n. 25. & *ſeqq. ibique
Scoppa ex n.* 18. *Berlich. dec.* 136. n. 13.
*Rota noſtra in Florentina Legati Multi-
plici, & Majorat.* 9. *Junii* 1709. §. *Primæ
conjecturæ, coram Dom. meo Bellatio. Rot.
Romana in rec. dec.* 356. n. 5. *par.* 5. *de-
ciſ.*

ciſ.366. num.6., ubi refellit contrarios
*par.14. & in dicta Caſenaten. Laudi 23.
Junii 1704. §. Vel quando, coram Ca-
prara, & in Auximana Pradi 20. Mar-
tii 1705. §. Quemadmodum cor. Omeña*;
Et etiam in caſu, quo filius inſti-
tuitur hæres univerſalis, & pater hono-
ratur aliquo particulari legato, vel
16 annuo relicto *Manſ. d. conſult.407.n.7.
Surd. de Alim. tit.2. quæſt.15. num.24.
in fin. Rot. in recen. deciſ.138. num.4.
part.12. dec.445. num.9. & ſeqq.par.14.
& in dict. Caſenaten. Laudi 23. Junii
1704. §. Vel quoties, & ſeq. cor. Ca-
prara*, quamvis legatum patri ſactum
ſit tenue, & non conſiderabile *Grat.
d. diſcept.713. ſub num.80. Andreol. d.
controv.124. num.2. Manſ. conſult.407.
ſub num.7. Dexart. deciſ. Sardin.100.
num.68. Rota noſtra in d. Florentina Le-
17 gati Multiplicis 9. Junii 1709. §. Prima
conjectura, cor. D. Auditore Belluzio, Ro-
ta Romana in rec dec.347. num.9. part.
4. dicta dec.445. num.15. part.14. poſt
de Luc. de Servit. in Manuſſ. dicta dec.
7. num.29. cum duobus ſeqq.* ubi repro-
18 bat *De Lucam* contrarium ſentientem,
*& in d. Caſenaten. Laudi 23. Junii
1704. §. Vel quoties coram Caprara*.

Et demum in caſu, in quo pater in-
ſtitutus gravatur reſtituere hæredita-
tem filio poſt diem, vel ſub condi-
tione, licèt reſtitutio referri poſſit
19 ad proprietatem, attamen ex hoc
cenſetur, Teſtatorem voluiſſe patri in-
terdicere uſumfructum, ex ea ratione,
quia dum gravavit patrem ad reſti-
tuendum, præſumitur, quod plenè
reſtitutionem fieri voluerit, & ſic
non retento uſufructu, ut eſt *Text. li-
teralis in l. cum filius familias 11. ff. de
legat. 2., ubique Caſtrenſ. num.18. Ja-
ſon. num.150. Ripa num.61. Surd. dict.
conſ.116. num.22. & 23. Gratian. d. diſ-
cept. 713. num. 34. Summat. d. contr.
85. num.15. & ſeqq. controv.86. ſub n.4.
& d. controv.88. ſub num.1. Manſ. d.
conſult.407. num.10. Caſtell. apud eund.
conſult.472. num.6. R.P.D. Anſald. apud
eundem conſult. 474. ſub num.18. verſ.
cumque eadem. Caſell. de donat. tom.1.
diſcurſ.3. part.1. num.12. Berlich. dict.
dec.136. num.4. Senat. Burdegalen. apud
Boer. dec.193. num.2. Senat. Mantuan.
apud Surd. dec.243. num.4. Rot. Rom.
apud Manſ. conſult.406. ex num.13.*

Quòd ſi aliàs diceretur, fruſtra in
ſubjecta materia, & in aliis conjectu-
ralibus, in quibus lex aliquid *expreſſim*
fieri jubet, inſudarent DD. pro cu-
mulandis pluribus conjecturis, ad effe-
ctum deſumendi voluntatem diſponen-
tis; ſi enim unaquæque conjectura
phyſica neceſſitate concludere, Ju-
dicantis animum urgere, atque im-
pellere, omneque poſſibile in contra-
rium removere deberet, jam induce-
ret plenam probationem abſque alio-
rum adminiculorum, & conjectura-
20 rum fulcimento, ut ponderat *Rot. poſt
De Luc. de teſtam. d. dec.59. n.7. il primo*,
unde ne Majores noſtri, & Tribuna-
lia omnia redarguamus, dicendum eſt,
ideo ad aſſequendam voluntatem du-
biam cumulari plures conjecturas,
quia iſtæ tamquam abditæ veritatis ra-
tionabilia veſtigia, ambiguæque in-
tentionis non infallibile, ſed opinati-
vum refugium, ad faciendam plenam
probationem ſimul jungi debent, ut
quæ de per ſe conſideratę non ſuffi-
ciunt, aliis copulatæ mutuo adjumen-
to fulciantur, & fulciant, prout fie-
21 ri debere in his terminis ſcribunt
*Bero. conſ.139. num.18. poſt med. verſ.
ex quibus omnibus ſimul junctis lib.2.
Summat. dict. controv. 18. num.25.
& contr.114. num.1. & 2. Caſtell. apud
Manſ. conſult.472. n.17. in fin. Rilius
apud eund. conſult. 595. num.11. in fi-
ne de Luca de ſervit. diſcurſ.60. nu.4.
& 5. & diſc.106. num.9. Rot. dec 140.
num.18. par.18., & in d. Romana Le-
gitima prout Summat. d. controv.116.
num.42.*

ARGUMENTUM.

Proſequendo ejuſdem Articuli diſcuſſionem, quæſtio proponitur. An præceptum aſſumendi Cognomen, & arma teſtatoris abſque mixtura, ſit conjectura approbata pro inducenda prohibitione uſusfructus.

SUMMARIUM.

1 *Uſusfructus cenſetur patri prohibitus, ex quo filio fuit injunctum onus aſſu-
mendi cognomen, & arma Teſtatoris
abſque mixtura*, & numeris ſeqq. &
per totam.

3 Omne

2 *Onus relinquendi proprium nomen præmaximum in Jure reputatur, itaut multi maluerint commodum hæreditatis amittere, quàm tale onus ſubire.*

3 *Donatio, tali onere prægravata, dicitur onerosa, & correſpectiva, nec indiget inſinuatione.*

4 *Etiamſi hæreditas ſit valdè pinguis.*

5 *Ubi aliquod factum eſt per filium explicandum, vel ejus perſonæ annexum, Pater ſuper acquiſitis ab eo ex tali cauſa non acquirit uſumfructum.*

6 *Maximè, quando factum eſt valdè gravoſum filio.*

Si enim illum premit onus à Teſtatore injunctum, illum ſublevare debet emolumentum hæreditatis illius intuitu relicta, illiuſque fructuum, ibid.

7 *Et nulla habetur conſideratio ad Patrem, qui non gravatur.*

Quia onera, & emolumenta ubi ſunt inter ſe connexa, & correſpectiva, ad eundem ſpectant, ibid.

8 *In fundo proprio, cum requirat ſervitium Perſonale, uſusfructus non acquiritur Patri, ſed ſpectat ad filium, tamquam merces, & ſtipendium.*

9 *Præceptum aſſumendi cognomen, & Arma alterius leve eſt, & facilis implementi, & continet ſolam utilitatem, & ob id nullam, vel ſaltem modicam exigit recompenſationem*, & n.10. & 11.

Decl. n.12. & ſeqq.

12 *Si teſtator ſimpliciter gravat hæredem aſſumptione Armorum, & Cognominis familiæ ſuæ, cum hæres poſſit utrumque cognomen retinere, & uti inſignibus utriuſque familiæ, tali caſu præceptum hujuſmodi non dicitur exorbitans, & admodum grave, licèt minuat memoriam, & famam proprii nominis*, & n.13. & 14.

15 *Contra verò dicitur onus graviſſimum, quando Teſtator imponat onus aſſumendi cognomen, & inſignia, abſque mixtura illorum propriæ familiæ*, & n.16., *ubi adducitur exemplum.*

17 *Auctoritates ſupra* n.9. *loquuntur, quando non fuit impoſita pœna privationis, in caſu non adimplementi, quo caſu reſolvitur præceptum in ſimplex conſilium, & non obligat.*

18 *Licèt hæc opinio vera non ſit.*

19 *Quando verò impoſita fuit pœna, tunc admittunt, quod præceptum obliget præcisè vocatum, & reddit diſpoſitionem duram, & onerosam.*

20 *Tale onus dicitur leve, quando debet fieri tranſitus de una familia nobili, ad aliam familiam nobilem, & ſanguine conjunctam*, & n.21.

22 *Et ad familiam maternam, ad quam multi, relicta paterna, confugiunt*, & n.23. & 24., *ubi adducuntur exempla.*

25 *Contra, quod grave reputetur onus etiam in his terminis tranſitus ad aliam familiam nobilem, quia vis repugnantiæ non ſtat in tranſitu ad aliam familiam, licèt æquè nobilem, vel illuſtriorem, ſed in deſertione propriæ Agnationis, naturaliter prædilectæ.*

26 *Prout non tollitur dicta naturalis repugnantia, ex onere aſſumendi familiam conjunctæ perſonæ, ubi exemplificatur.*

27 *Præjudicium patris, qui filium extra propriam domum dimittit, non conſideratur in his terminis, quando onus, & præceptum eſt injunctum filio.*

28 *Et præjudicium patris, ſatis recompenſatum remanet, cum ipſe eximitur ab onere illum alendi, & poteſt à filio alimenta petere.*

29 *Pater liberatur ab onere alendi filium, proportionabiliter ad bona per filium poſſeſſa, & de quibus uſusfructus Patri non acquiritur*, & n.43.

30 *Pater, quatenus eſt pauper debet ali, ex bonis adventitiis filii.*

31 *Adducitur exemplum patris naturalis, qui habet, uſumfructum in bonis filii ab alio adoptati, & reiicitur* num. ſeqq.

Filius per Adoptionem, tranſit in familiam patris adoptivi, ejuſque cognomen, & inſignia aſſumit, ibid.

32 *Adoptio non tollit patriam poteſtatem, reſpectu Patris naturalis.*

33 *Bonorum delatorum filio in Adoptantis familiam aſſumpto uſusfructus Patri naturali competit.*

34 *Tranſitus in alienam familiam ex præcepto Teſtatoris, aſſimilatur Adoptioni, immò iſta eſt durior, & fortior*, num. ſeqq.

Contra num.42.

35 *Commigratio in alienam familiam ex præcepto Teſtatoris, tribuit ſolùm Jus fa-*

familiæ, ſeu Agnationis, Adoptio verò, & Jus familiæ, & Jus filiationis.

36 *Onus tranſeundi in alienam familiam, expletur ex ſola voluntate Partium, Adoptio verò expoſcit auctoritatem Judicis competentis.*

37 *In Adoptione facta de Perſona extranea, filius adoptivus Jura, & familiam Patris naturalis non mutat, ſecus in facta ab aſcendente,* & n. 38.

39 *Adoptatus, antiquitùs tranſibat in poteſtatem adoptantis, & retinebat familiam patris naturalis,* & n. 40.

41 *Undè emergit differentia ab Adoptione ad onus aſſumendi cognomen, & Arma familiæ, quo gravatus non valet retinere Jura propria familiæ.*

42 *Pater naturalis non liberatur ab onere alendi filium, in Adoptionem datum extraneo.*

Contrarium ſentientes rejiciuntur, ibidem.

43 *Prout liberatur, ubi filius gravatur alterius arma aſſumere, quia hæreditatem recipit in compenſationem.*

44 *Adducitur exemplum majoratus Hiſpaniæ filio familias delati, ſuper quo patri competit uſusfructus, &* vacitur n. ſeqq.

Uſusfructus in Majoratibus Hiſpaniæ, filio familias delatis, Patri debetur, ibidem.

45 *In Majoratibus Hiſpaniæ, onus aſſumendi Arma, & cognomen Inſtitutoris, quamvis non expreſſum ſubintelligitur.*

46 *Ita tamen, ut mixtura non excludatur, nec uſus prohibeatur proprii cognominis, & inſignium.*

47 *A' majoratibus Hiſpaniæ, admittentibus mixturam cognominis, non poteſt inferri ad fideicommiſſa præcipientia aſſumptionem cognominis abſque mixtura proprii, quoad Uſumfructum per Patrem acquirendum.*

Cum iſta fideicommiſſa ſint longè magis gravoſa, & impediant acquiſitionem aliorum fideicommiſſorum, talo onus habentium annexum, ibidem.

48 *Religioſus profeſſus in religione Bonorum capaci, poteſt ſuccedere in fideicommiſſo, cui ſit adjectum onus geſtandi cognomen, & Arma.*

Contrarium tenentes rejiciuntur, ibidem.

49 *Et durante vita Monaci, Monaſterium poſſeſſionem, & uſumfructum acquirit.*

50 *Diſparitas inter Patrem, & Monaſterium, quoad acquiſitionem uſusfructus in bonis filio, vel Monaco delatis, cum onere geſtandi cognomen, & arma.*

51 *Monacus profitendo, omnia Jura ſua in Monaſterium transfert.*

52 *Et fructus relicti Monaco ſive in recompenſationem, ſive non, quoties non ſit prohibitum à Teſtatore, ut Monaſterium acquirat de conſenſu, & voluntate Monaci, & ex Juribus ejuſdem quaſi ceſſit, Monaſterium percipit.*

53 *Cum uſusfructus poſſit in alium cedi, & transferri.*

54 *Vel ſaltem ſi non verus uſusfructus, Commoditas, & perceptio fructuum, juxta magis communem, & receptam opinionem, cedi poterit.*

DECISIO XXXV.

PRima itaque admodum urgens conjectura, deſumitur ab onere à Teſtatore appoſito, ſucceſſori in Primogenitura, aſſumendi ejus Inſignia, & Cognomen ſimpliciter, &
1 abſque ulla mixtura, ſub pœna privationis, ibi — *quale vuole ſia obbligato pi-*
» *gliare il Nome, Caſata, ed Inſegne della*
» *Famiglia degli Squarcialupi puramente,*
» *e ſemplicemente, e ſenz' alcuno aggiunto,*
» *col laſciare tutto il Caſato, ed Arme*
» *propria, ſicche venga cognominato delli*
» *Squarcialupi ſolamente, e non della pro-*
» *pria Caſata, e così ſia obbligato deſcri-*
» *verſi, e farſi chiamare, tanto in pubblico,*
» *quanto in privato di detta Famiglia del-*
» *li Squarcialupi, ſotto pena di privazio-*
» *ne di detto Majoraſco, al quale ipſofa-*
» *cto, e ſenz' altra dichiarazione ſucceda*
» *l' altro piu proſſimo oſſervante &c.* & rur-
» ſus, ibi — *ſia obbligato a pigliare il No-*
» *me, Cognome, e Caſato del predetto Si-*
» *gnor Teſtatore, con tralaſciare il proprio,*
» *e ſolamente ſervirſi, ed uſare in pubbli-*
» *co, ed in privato puramente, e ſempli-*
» *cemente dell' Arme, Nome, e Cognome*
del-

„ *delle Famiglia delli Squarcialupi del detto Signor Teſtatore nel modo, e forma, che ſe veramente foſſe diſceſo da detta Famiglia.*

Cum enim maxima ſemper fuerit proprii cognominis, propriæque familiæ dilectio, onus illam prorſus relinquendi adeo grave in Jure reputatur, ut nonulli maluerint opulentas potiùs hæreditates repudiare, quàm tantùm onus ſubire, propriæque familiæ dile-
2 ctionem pingui hæreditario commodo duxerint præferendam, ut tradunt *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius V. Raynutius de Clara ſub num. 50. de teſtam. Fachin. conſ. 52. num. 17. lib. 1. conſil. 31. num. 22. verſ. ratio eſt lib. 3. Caſtell. apud Manſ. conſult. 472. n. 17. Caſſan. in cathal. gloria mundi par. 2. conſiderat. 38. concl. 46. num. 3. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 8. num. 17. & cap. 14. num. pariter 17. verſ. & quamvis gravamen. Hopping. de jur. inſignium cap. 8. §. 4. membr. 1. num. 343. & 349. in fin. & num. 430. Torr. de Primogen. lib. 1. cap. 38. §. 14. n. 70. fol. 391. Senat. Granat. apud Larream deciſ. 33. n. 53. Rota coram Celſo dec. 401. num. 9. & in celebri Romana Fideicommiſſi de Avila, coram Emerix inter ſuas dec. 1039. num. 5. & dec. 1092. confirmata prima Martii 1694. & 14. Junii ejuſdem anni, coram bo. me. R.P.D. meo Muto,* quarum prima eſt impreſſa penes *Manſ. conſ. 770. num. 24. tom. 8. & ſecunda poſt Cardin. De Luc. de fideicom. in Mantiſſ. dec. 50. n. 3.*, & donatio alioquin gratuita ob tale præceptum oneroſa, & correſpectiva evadat,
3 nec ampliùs inſinuationi à lege volitæ ſubjecta, ut eſt *Text. apertus in l. hoc jure 19. §. fin. ff. de donat.*, ibi — *ſi tibi centum ſpopondero hac conditione, ſi juraſſes, te nomen meum laturum, non eſſe donationem, quia ob rem facta eſt, & res ſecuta eſt* —, ibique ſcribentes, *Gulielmus de Benedict. in d. cap. Raynutius V. Raynutius de Clara num. 50. de teſtam. Ripa in l. fœmina num. 44. C. de ſecund. nupt. Fachin. conſ. 52. n. 15. & ſub n. 17. verſ. alterum eſt, & n. 20. verſ. ſed jam, & num. 21. lib. 1. Barboſ. repert. var. concluſ. V. donatio ob cauſam, Gratian. diſcept. 381. num. 24. Caſſan. in cathal. glor. mund. par. 1. conſider. 46. concl. 38. circa finem. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 8. num. 15. & ſeqq. & ſub n. 17.*, ubi
4 etiam ſi hæreditas ſit valde pinguis, quod donatio dicatur oneroſa in totum *Mieres de Major. par. 2. quæſt. 8. illat. 8. n. 60. Hopping. de jure inſignium cap. 8. §. 4. membr. 2. ſub num. 349. Senat. Granaten. apud Larr. d. dec. 33. ſub n. 51. verſ. quamvis ſolum gravamen, & n. 54. Rot. poſt De Luc. in Mantiſſ. ſuper conſuet. legal. lib. 16. dec. 10. n. 7.*

Cui duriſſimæ neceſſitati, dimittendi inſignia, & cognomen propriæ familiæ, cum ſuccumbere debeat filius, æquum, & juſtum eſt, ut eorum, quæ ab ipſo geri debent, recompenſationem, & præ-
5 mium aſſequatur, aſſiſtente ad id Juris noſtri regula, quod quando aliquod factum eſt per filium explicandum, vel ejus perſonæ annexum, pater ſuper acquiſitis ab eo ex tali cauſa, non acquirit uſumfructum *Aretin. in §. Et verò num. 1. Inſtit. de inutil. ſtipul. Jo. Franc. De Ponte repet. feudal. tit. de his qui feud. dare poſſ. ſect. 7. n. 35. & 36. Senat. Burdigalen. apud Boer. dec. 199. ſub n. 4.*

Præcipuè quando factum eſt valde
6 gravoſum filio, tunc enim ſicut ipſum premit onus à Teſtatore injunctum, eundem ſublevare debet emolumentum hæreditatis relictæ, illiuſque fructuum, ut probat deciſio præcedentis inſtantiæ impreſſa apud *Samin. poſt tom. 2. contr. fol. 741. §. Et non ſolùm*, nulla habita conſideratione ad patrem,
7 qui nullo onere gravatur, emolumenta enim, & onera ſunt inter ſe connexa, & correſpectiva, & ad eundem ſpectare debent, ut probat *Caſtell. apud Manſ. d. conſult. 472. num. 17.*

Undè in Feudo proprio, requirente ſervitium perſonale, Patri uſusfructus
8 non acquiritur, ſed ille debetur filio tamquam merces, & ſtipendium recompenſativum ſervitii, quod præſtat *Gabr. conſ. 161. num. 2. & 45. lib. 2. Roland. à Vall. conſ. 71. num. 65. lib. 2. Alexand. conſ. 50. ſub num. 140. lib. 1. Iſern. cap. 1. ibique Afflict. numer. 64. qui feudum dare poſſunt, De Ponte repetit. feudal. dict. ſect. 7. num. 36. Lanar. repet. feudal. cap. 1. à num. 229. ad 249. Rillius apud Manſ. conſult. 595. num. 11. Jacob. Alvarot* olim in hac inclyta Civitate Judex egregius *de feud. tit. de fratrib. de nov. benefic. inveſt. §. Si duo fratres il-*

ſecundo num.8. fol. mihi 141. *Strader. eod tract. memb. 2. par.7. cap.6 num. 6. Georg. in repet. feudal. cap.40. num.13. & ſeqq. Monach.* olim hujus noſtræ Rotæ Auditor *de recta feudor. interpret. cap.34 num.57. 58. & 59. Roſental. de feud. cap. 7. conclus.14. num.15. & ſeqq. Mandoſ.* hujus noſtræ Rotæ olim Auditor *de Inhibit. quæſt.65. n.2. Antunez. de donat. lib.2. cap.3 num.68. De Luc. de ſervit. diſcur.60. num.9. Knipſchildt. de fideicom. cap.4. n.17. Michaler. de fratrib.* inclytæ olim hujus Rotæ Auditor *par. 1 cap.3. num.32. Beſcol. poſt Torr. de major. tom.2. reſponſ. 5. num.59. & ſeqq. Corradin. de prelat. quæſt.35. n.44. Altimar. de Nullit. tom.2. rubr.11. quæſt.7. num.98. Franch. deciſ.10. num.7. Berlich. dicta dec.138. num.4. Maſtrill. dec.82. num.3. Amatus* olim hujus inclytæ Rotæ Auditor *deciſ. Marchiæ* 70. *num.12. Burr. dec.199. n.2. & ſeqq. Sanfelic. dec.83. n.5.*

Neque in contrarium urgent auctoritates firmantes, quod hujuſmodi præ-
9 ceptum aſſumendi Cognomen, & Arma alterius leve ſit, & facilis implementi, ut tradunt *Pariſ. conſ.19. ſub n.29. lib.2. Fachin. conſ.51. ſub n.27. verſ. ultimo lib.1. conſ.6. n.7. & conſ.21. n.13. verſ. præterea obſervandum lib.2. Hieron. Papon. in eadem Cauſa Scribens conſ.69. n.4. & 5. §. Præterea conſidero, & n.6 & conſ 70. num.3. Manſ. apud Seminat. contr.311. num.36. Ruſtic* olim hujus inclytæ Rotæ Auditor *de liber. in condit. poſit. lib.2. cap.6. n.56.*, itaut ſolam utilitatem con-
10 tinere dicatur, *Raudenſ var. reſolut. cap.39. ſub n.364.*, & ob id nullam,
11 vel ſaltem valdè modicam exigat recompenſationem *Fachin. conſ.51. ſub n.16. verſ quo ſtante lib.1. Hieron. Papon. conſ.68. per tot. & d. conſ.69. n.6. Hoping. de jur. Inſignium d. cap.8. §. 4. memb.1. num.341.*

Quoniam aut Teſtator ſimpliciter gravat hæredem aſſumptione Armorum, & Cognominis Familiæ ſuæ, &
12 in his terminis cum vocatus poſſit utrumque Cognomen retinere, & Inſignibus utriuſque Familiæ uti, ut firmant *Fachin. d. conſ.51. n.16. & n.21. verſ. nam reſpondetur lib.1. & conſ.6. numer. 9. lib. 2. & conſ. 32. numer.21. lib.3. Papon. dicto conſ.69. num.5. Molin. de primogen. lib.2. cap.14. num.30.* ibique *Addentum.16. Faſar. de ſubſtit. quæſt.417. ſub num.19. verſ. aliud eſſet &c. Myeres de Majorat. part.2. quæſt.4. illat.8 num.79.80. & 87. Hoping. de jur. Inſignium §.4. membr. 1. num.341. & 350. Luca in compend. vita hominis cap.13. num.37. Torr. de major. tom.1. cap.38. num.106. & 107. fol.394. Senat. Pedemont. apud Theſaur. dec.270. num.9. & ſub num.13. Rota Bonon. apud Rodolph. alleg.124. num.25. verſ. quo prohibetur*, tale præceptum licèt nominis proprii famam, & memoriam minuat, ut
13 per *Text. in l. ſuns quoque §. Poto ff. de hæred. inſt.* firmat *Durand. de condit. & mod. impoſſib. part. 2. cap.3. ſub n.7. & 8.*, tamen non dicitur exorbitans, & admodum grave, & in his terminis loquuntur auctoritates ſupra relatæ,
14 ut ſe explicat idem *Fachin. conſ.32. num.17. lib.1. d. conſ.6. num.9. lib.2. d. conſ.32. num.22. lib.3. Papon. in eod. cauſa ſcribens d. conſ.69. num.5. Hoping. de jure Inſignium dicto cap.8. §.4. memb. 1. num.343. 348. & 395. & ſeqq.*

Aut Teſtator, ut in noſtra hypotheſi, imponit onus ſucceſſori in primogenitura aſſumendi ejus inſignia, & cognomen, & abſque ulla mixtura retinendi, & iſto caſu, onus dicitur graviſſimum, reduplicatum, exorbitans, & maxima recompenſatione dignum, ut probant eædem authorita-
15 tes ſupra citatæ, inter quas *Fachin. d. conſ.32. num.17. & ſub num.20. verſ. ſed jam ſupra, & num.21 lib.1. citat. conſ.6. num.9. verſ. hoc ita ſtante lib.2. & citato conſ 32. num.22. lib.3. Hoping. de jur. inſign. d. cap.8. §. 4. memb.1. num.345. 349. 396. & ſeqq. Rota coram Celſo d. dec.402. num.9.* ubi de recompenſatione annui redditus ſcut.500.
16 pro hoc onore aſſumendo, & fructuum ſcutorum centum mille poſt completum multiplicum *Emerix. ſen. cit. dec.1059. num.5. confirmata in alia dec. impreſſa penes Manſ. d. conſult.770. num.24.*

Ruſus præfatæ auctoritates loquuntur, quando in caſu non implementi non fuit impoſita pœna privationis, ſine qua præceptum reſolvi in ſimplex conſilium, & ſperni poſſe, tamquam non obligatorium, ſentit *idem Pappon.*
17 in objecto relatus *d. conſ.67. ſub n.28.*

verſ.

verſ. quod tanto magis, & *num.*19. &
20. [quamvis in ſubjecta materia ob
contraventionem incurri pœnam pri-
vationis, licèt hæc ſpecificè in Teſta-
18 mento adjecta non ſit, nec datus ſub-
ſtitutus *Rot. in rec. dec.*103. *num.*3. & 4.
*part.*14. & *in d. Romana Fideicommiſſi*
*de Avila coram Emerix jun. d. dec.*1059.
*num.*15 ubi explicat contrarios, con-
firmata apud *Manſ. cit. conſult.*770. *num.*
21. §. *Non obſiſtente*, ubi adducit con-
cordantes.]

Nullo autem modo procedere poſ-
ſunt, quando, ut in præſenti, impoſita
fuit contravenienti rigoroſiſſima pœna
privationis, & datus ſubſtitutus, in
quibus terminis, cum præceptum
obliget præcisè vocatum, diſpoſitio-
19 nem reddit duram, & oneroſam,
ut declarat idem *Manſ.* qui ſcripſit
contra dictas deciſiones in *Romana*
*Fideicommiſſi de Avila in conſult.*771.
*num.*11. §. *Et hoc pariter*, *verſ. Gu-*
lielmus enim Hopping. de jur. inſignium
*cap.*8. §.4. *memb.*1. *n.*341.

Minùs obſtat, quod ſaltem tale onus
dicatur leve, quando fit tranſitus de
familia nobili, ad aliam familiam
20 nobilem, ut proſequitur *Peppon. dict.*
*conſ.*68. *num.*4. & *citat. conſ.*69. *num.*3.
*Fachin. d. conſ.*32. *num.*22. *verſ. hoc au-*
tem, & *ſeq. lib.*3. *Manſ. d. conſult.*771.
*ſub num.*11. §. *Et hoc pariter*, *verſ.* &
*verè Hopping. de jur. inſignium cap.*8.
§.4. *memb.*1. *num.*402. & ad familiam
ſanguine conjunctam, ut tradit *Borr.*
21 *dec.*172. *ſub num.*32. *verſ. unde expreſsè*
dictum de naſciturus in vita patris, qui
deberent deferre nomen, & *arma Teſta-*
toris, & præſertim ad familiam mater-
nam, ad cujus inſignia plures, rejectis
22 paternis, confugiſſe latè oſtendit *Pomp.*
*Roch. de inſign. familiar. cap.*25. *in fin.*
*lib.*1. multaſque adeſſe nationes, apud
quas filii nomen matris induunt, &
de familia matris dicuntur, uti de
Xanthiis teſtatur *Plutarch. lib. de clar.*
23 *mulier. cap.*6. *in fin.* De Lyciis *Herod.*
*lib.*1. & *Celius Rhodigin. antiq. lect. lib.*19
*cap.*10. *in fin.* De Ilienſibus, Delphicis,
& Ponthicis *Ulpian. in l.*1. *ff. ad munic.*
& noſtris etiam temporibus Hiſpani
24 frequentiſſimè, & maternam familiam,
& materna aſſumunt inſignia, ut plu-
ribus exemplis ad ſatietatem obſer-
vari poteſt penes *Alonſ. Lopez de Haro*
in ſuo Nobiliario Genealogico de los Re-
*yes y Titulos de Eſpanna tom.*1. & 2 *per*
tot. Philipp. Jacob. Spener. in ſuo Theatr.
Nobilit. Europæ.

Diluitur enim objectum ponderan-
do, quod onus non conſiſtit in qua-
litate familiæ aſſumendæ, ſed in pro-
priæ agnationis dilectione, quam ex-
tinctam videre, durum admodum, &
grave evadit, nec tolli poteſt illa
gravitas oneris, & naturalis repu-
gnantia, ex quo ab una familia no-
25 bili ad aliam æqualitèr nobilem fiat
tranſitus, ut in fortioribus terminis
de gravato relinquere familiam in-
ferioris conditionis, & aſſumere aliam
majoris nobilitatis, benè *Rota in dicta*
Romana Fideicommiſſi de Avila penes
*Manſ. conſult.*770. *ſub num.*24. *verſ.*
non attenta reſponſione, ſucceſſivè con-
firmata in *dec.*50. 51. & 52. *int. impreſſ.*
ad annotam Card. de Luc. in Mantiſſ. de
fideicom., & de onere relinquendi fa-
miliam illuſtriorem, & aſſumendi
aliam minùs qualificatam, & illuſtrem,
admittit *Manſ.* ſcribens contra dictam
deciſionem *conſult.*771. *ſub num.*11. §.
Et hoc pariter eſt verſic. & *fortè tune*
onus nuncupari potuiſſet.

Proùt dictam naturalem repugnan-
tiam non tollit, quod aſſumenda ſit
familia perſonæ conjunctæ, quia ex
hoc non evitatur dimiſſio propriæ fa-
26 miliæ, in qua conſiſtit onus, & gra-
vamen, & de facto de aſſumenda fa-
milia avunculi agebatur in ſæpè citatis
deciſ. Romana Fideicommiſſi de Avila cor.
Emerix, Muto, Caprara, & *Pio*, de one-
re aſſumendi Arma gentilitia Soceri
*Rypa in l. fœmina n.*44. *C. de ſecundis nupt.*
& de aſſumendis illis Uxoris *Senat.*
*Granaten. apud Larream dict. deciſ.*33.
*num.*53.

Obeſſe pariter non valuit conſide-
ratio, quòd ſi hujuſmodi præceptum
oneroſum dici poſſet, tale onus affi-
ciat etiam ipſum patrem, qui filium
extra propriam Domum dimittit, ut
alienam aſſumat, atque ob id Uſum-
fructum obtinere debeat in ejuſdem
oneris recompenſationem, relicta filio
proprietate, durante vita patris, &
27 utroque poſt mortem ipſius. Siquidem
onus hujuſmodi fuit à Teſtatore prin-

cipalitèr directum erga filium, & ab
eo volitum ſuæ ultimæ voluntatis im-
plementum, ſicque filius gravatus re-
compenſationem habere debet, non
pater, cui Teſtator nullum onus injun-
xit, & quatenus ab eo, quod reſultat
ex dimiſſione paternæ familiæ factæ à
filio, poſſet aliquam retributionem ſpe-
28 rare, illam ſatis ſuperque recepiſſet,
tàm ab obligatione alendi filium, à
qua ipſe eximebatur proportionabili-
ter ad annuum redditum bonorum,
ſuper quibus non habebat uſumfru-
ctum, ex traditis *per Surd. de Aliment.
tit. 7. quæſt. 41. num. 3. & ſeqq. Rota cor.
Emerix Jun. dec. 1177. num. 2.*, quàm
29 ab alia obligatione injuncta filio, ex
fructibus bonorum adventitiorum pa-
trem alendi, quatenus iſte eſſet pau-
30 per, prout teneri firmant *Surd. conſ.
316. n. 26. verſ. ubi dicunt. Calvin. de
aquit. lib. 3. cap. 138. num. 6. & ſeqq. La-
guna. de Fructib. part 1. cap. 5. num. 89.
Novar. ad Franch. dec 161. in fin.*

Quibus ita ſe habentibus, retrahere
nos ab hac ſententia non potuerunt
exempla in contrarium adducta. Pri-
mum enim deſumptum ex eo, quod
ſicut filius per adoptionem tranſit in
familiam patris adoptivi, ejuſque Co-
31 gnomen, & inſignia aſſumit *Raudenſ.
Var. reſolut. cap. 39. num. 356.* & nihi-
lominùs, quia adoptio non tollit pa-
triam poteſtatem reſpectu patris natu-
ralis, ut eſt *Text. in §. Sed hodie inſtit.
32 de adopt. l. cum in adoptivis 10. C. de
adopt.* in bonis delatis filio, in adoptan-
tis familiam aſſumpto, patri naturali
33 uſusfructus competit *d. l. cum in adopt.
§. Secundo C. de adopt. Kappen. obſervat.
practicab. lib. 1. obſervat. 54. num 8. Ho-
ping. de jur. Inſign. cap. 7. §. 5. num. 251.
verſ. pro hac communi, verſ. quarto
itidem Boſſ. de Alim. cap. 5. num. 146. in
fin.*

Adeoque hoc idem dicendum ſit
procedere in tranſeunte ex præcepto
Teſtatoris in alienam familiam, cum
34 talis tranſitus aſſimiletur adoptioni *De
Roſa conſult. 69. num. 165. Rot. coram
Emerix. Jun. deciſ. 1106. n. 5. & in rec.
dec. 434. ſub n. 9. verſ. neque poterat par.
12., ubi concordantes*, immò adoptio
durior, & fortior ſit ſola commigratio-
ne in alienam familiam, quia ſecunda
tribuit ſolùm jus familiæ, ſeu agnatio-
35 nis, prima verò, & jus familiæ, & jus filia-
tionis *Rot. poſt Albitium de inconſ. in Ju-
dic. dec. 19. n. 10.* & ſecunda expletur ſola
voluntate partium, prima autem ex-
poſcit etiam auctoritatem Judicis com-
36 petentis *Raudenſ. Var. reſolut. d. cap. 39.
n. 364. 365. & 366.*

Siquidem licèt in pluribus præce-
ptum aſſumendi Cognomen, & Arma
cum adoptione fraternizet, notabili-
37 ter tamen in propoſito noſtro differt
in hoc, quod in adoptione facta de
perſona extranea filius adoptivus Ju-
ra, & familiam patris naturalis non
mutat *Borchols. in §. Sed ea omnia 14.
Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. deferun-
tur Spada conſ. 5. n. 4. & ſeqq. lib. 3. Hop-
ping. de jure Inſignium cap. 7. §. 5. n. 251.
252. verſ. pro hac communi, & ſeq.,
& verſ. ſexto denegavit, & n. 253. &
257. verſ. rectè autem, & num. 262.
verſ. primò ſi enim, & verſ. deinde
n. 266. ſub n. 176. ſub n. 178. num. 190.
verſ. hucuſque, & n. 196. Knipſchilt. de
fideicomm. cap. 8. n. 409.* ubi quod tran-
38 ſit in familiam adoptatus ab aſcen-
dente, non ab extraneo, *Pomp. Roch.
de Inſig. familiar. lib. 1. cap. 23. verſ. &
quamvis aliquis dicere poſſet*, ubi eo-
dem modo diſtinguit *Torr. de pact.
fut. ſucceſſ. lib. 2. cap. 44. num. 3. 20.
& 21. Boſſ. de patr. poteſt. cap. 1. ſub
n. 57. verſ. per hanc igitur adoptionem
Altimar. de nullit. tom. 8. rubr. 2. & 3.
quæſt. 1. ſub n. 85. fol. 130. col. 2. verſ. ſic
adoptio in impreſſ. Neapolit. Rota coram
Carillo dec. 273. n. 9.* & in fortioribus
terminis de antiqua adoptione, per
quam adoptatus in poteſtatem ado-
39 ptantis tranſibat, ut eſt *Text. in princ.
Inſtit. de adopt. Pomp. Roch. de Inſignib.
famil. lib. 1. d. cap. 23. per tot. Angel.
de ſuis quæſt. 5. num. 12. verſ nec ob-
ſtat inter tractat. diverſ. de ſucceſſ. fol.
mihi 473. Altimar. de nullit. tom. 8.
rubr. 2. & 3. quæſt. 1. ſub numer. 85.
fol. 129. §. Quoad ſucceſſionem in impreſſ.
Neapolit.* quod hoc non obſtante,
40 non eſſet prohibitus familiam patris
naturalis retinere, eamque cum illa
patris adoptivi conjungere, *Comar.
lib. 2. comment. Jur. civil. cap. 15. n. 7.
Alciat. lib. 2. diſputat. cap. 1. Hopping.
de jur. Inſign. cap. 21. n. 140. & ſeq.*

Quod

Quod cum non accidat in gravato
aſſumere Cognomen, & Arma, abſ-
que mixtura, ſub pœna privationis,
qui familiam patris naturalis, & Inſi-
gnia retinere non poteſt, in quo con-
41 ſiſtit naturalis repugnantia, & grava-
men, hinc non mirum, ſi ex hac nota-
bili diverſitate non currere paritatem
ab adoptione ad aſſumptionem nomi-
nis alterius familię, abſque mixtura,
dixerit *Sammar. dict. controv. 114. n. 61.
& deciſ. hujus Cauſa apud eund. controv.
tom. 2. in fin. fol. 739. §. Perperam, & ab
eis non relata Rot. in rec. dec. 434. nu-
mer. 12. part. 13.*

Multoque minùs ſubſiſtit, quod
adoptio durior ſit tranſitu in alienam
familiam, dum in terminis etiam aſ-
ſumptionis Cognominis, & Armo-
rum vigore præcepti Teſtatoris, plu-
ribus circumſtantiis, & qualitati-
bus, ut in caſu noſtro, munitis, fi-
lius quoad ea, quæ dependent à vo-
luntate, habeatur, ac ſi exiviſſet à pa-
tria poteſtate, & tranſitum feciſſet in
poteſtatem Teſtatoris, ut dicetur in
ſequenti deciſione, immò hæc utilior
eſt adoptione reſpectu patris, nam
42 per adoptionem factam ab extraneo
pater naturalis non liberatur ab one-
re alendi filium, cum tale onus ipſi,
non adoptivo incumbat, ut firmat
*Gloſſ. in §. Sed ea omnia verb. tantum-
modo, Inſtit. de heredit. quæ ab inteſt.
deferunt. Cordub. in l. ſi quis à liberis
in princ. nu. 18. ff. de liberis agn. Menoch.
lib. 1. præſ. 35. num. 26. Farin. controv.
jur. lib. 12. cap. 60. per tot.*, ubi latiſſimè
*Altimar. de nullit. contract. tom. 8. ru-
bric. 2. & 3. quæſt. 1. ſub n. 67. verſ. etiam
filium adoptivum fol. mihi 83. in impreſſ.
Neapolit. colum. 3.* ubi plures alios citat
*Rota coram Emerix Jun. dicta dec. 1106.
n. 7. & dec. 1153. n. 15.* quidquid in con-
trarium dixerit *Boſſ. de alim. cap. 5.
n. 142. & ſeqq., & n. 151.*, aliique per
eum relati. Et tamen à tali onere
alendi pater naturalis immunis reddi-
tur, quando filius ex præcepto Teſta-
43 toris aſſumit Cognomen, & Arma,
cum eidem Teſtator nedùm alimenta,
ſed pinguem etiam hæreditatem in
recompenſationem dare debeat, ut
dictum eſt ſupra *n. 2. & ſeqq. & n. 15.*

Similitèr non obſtat ſecundum exem-
plum elicitum, ex eo quod in majo-
ritatibus Hiſpaniæ filio familias delatis,
44 patri debeatur uſusfructus. *Molin. de
primogen. lib. 1. cap. 19. n. 18. Garç. de
expenſ. cap. 10. n. 45. & ſeqq. Gomez. ad
l. Tauri 48 ſub n. 4. Myeres de major.
part. 4. quæſt. 30. n. 3. & ſeqq. Caſtill.
de uſufruct. cap. 3. num. 49. Roxas de in-
compatib. par. 4. cap. 3. n. 29. 35. & ſeqq.*,
quamvis in illis præceptum geſtandi
Cognomen, & Arma Inſtitutoris,
45 etiam non expreſſum, ex veriſimili
diſponentis voluntate ſemper ſubin-
telligatur, ut teſtantur *Molin. de pri-
mogen. lib. 2. cap. 14. num. 46.* plenè *Hop-
ping. de jur. Inſignium cap. 8. §. 4. n. 307.
& ſeq. fol. 369. Torr. de major. par. 1.
cap. 38. n. 98. & ſeqq., & n. 101. fol. 393.
Senat. Pedemont. apud Theſaur. dec. 170.
num. 7. deciſ. Joannet. inter recollect. per
Palm. Neap. dec. 175. num. 25. verſ. tan-
dem.*

Quando quidem cum vocatus ad
majoratum non gravetur ex Hiſpana
conſuetudine onere aſſumendi Cogno-
men, & Arma Teſtatoris ſine mixtu-
46 ra, ſed proprio retento Cognomine
tenetur uti etiam inſignibus condi-
toris Majoratus, ut ſpecificè tradit
*Molin. de primogenit. lib. 2. d. cap. 14.
nu. 31. & 32.*, ex eo quod in hujuſ-
modi majoratibus, admittentibus mix-
turam utriuſque Cognominis, patri
forſan poſſet quæri uſusfructus, infer-
ri non poteſt, quod idem dicendum
47 ſit in fideicommiſſis, præcipientibus aſ-
ſumptionem Cognominis abſque ulla
mixtura, cum iſta ſint longè magis
gravoſa, dum tollunt, & totalitèr
extinguunt memoriam gravati, ejuſ-
que familiæ, impediantque, quòd ip-
ſe non poſſit ſuccedere in aliis majo-
ratibus habentibus annexum ſimile
onus *Rot. cor. Emerix Jun. dicta deciſ.
1059. ſub n. 5., & dicta deciſ. 1092. ſub
n. 13. confirmata in alia deciſ. impreſſa
penes Manſ. d. conſultat. 770. ſub n. 24.
propè fin.*

Et demum non refragatur tertium
exemplum, conſiſtens in eo, quod Re-
ligioſi profeſſi in Religione bonorum
capaci ſuccedere valent in fideicom-
miſſo, cui ſit adjecta conditio geſtandi
48 Cognomen, & arma, ut tradunt *Co-
ſta de rat. rata quæſt. 40. n. 6. Marant.
diſ-*

diſquiſit.35.num.38. Addent. ad Molin.
de primogen. lib.1. cap.13. n.92. verſ.
meo quidem ſenſu. Hopping. de jur. In-
ſignium cap.8. §.4.memb.1. num.372. de
Luc. de pluralit. legal. cap.88. n.4. Ro-
ta Bonon. apud Rodulphin. allegat.124.
num.17. & ſeqq. Adden. ad Rot. in rec.
deciſ.199. n.240. & ſeqq. par.8. Rot.
ipſa in rec. deciſ 434. n.4. & plurib. ſeqq.
part.11., non attenta contraria aucto-
ritate *Torr. de primog. tom.1. cap.30.*
§.4. n.90. fol.115., *& var. jur. quæſt.*
tom.1. tit.1. quæſt.9. n.18. & ſeqq. Et
nihilominùs Monaſterium, durante vi-
49 ta Monaci, poſſeſſionem, & uſumfru-
ctum omnium bonorum eidem Mo-
naco delatorum acquirit *cap. cum ad*
Monaſterium de ſtatu Monacor. cap. cum
olim il 2. de privil. Boſſ. de patr. po-
teſt. cap.2. n.44. & ſeqq ubi plures con-
cordantes, Paſchal. eod. tract. part.1.
cap.3. n.61. Giurb. ad conſuet. Meſſan.
cap.7. gloſſ.3. part.1. n.24. Paulut. diſ-
ſert.3. n.12. Rota coram Celſ. dec.292.
n.6. & ſeqq. Emerix. Jun. dec.1278. n.1.
& ſeqq.

Diſparitas enim unius caſus ab alio
conſiſtit in eo, quod pater acquirit
uſumfructum ex ſola diſpoſitione ju-
ris, id ei tribuentis ratione patriæ po-
50 teſtatis, quando ei voluntas Teſtato-
ris non reſiſtit, ſicque ſi Teſtator vo-
luit, fructus acquiri filio, non patri,
non poteſt pater contra filii volun-
tatem illos prætendere, Monaſte-
rium verò illos acquirit ex conſenſu,
& voluntate Monaci, qui profiten-
51 do jura ſua quæcunque transfert in
Monaſterium *Can. non dicatis 12 quæſt.*
1. cap. ſi Religioſus 27. de elect. in 6.
Rota cor. Emerix. Jun. dec.1122 nu.6.,
& deciſ 1142. n.2., ac proindè ſive
fructus fuerint relicti Monaco in re-
compenſationem oneris, ſive non,
52 dum non fuit prohibitum, ne illi quæ-
ri poſſint Monaſterio, ſemper illud
de voluntate, & conſenſu Monaci,
& tamquam ceſſionarius, & transla-
tarius illius, poteſt fructus percipere,
cum uſusfructus, ſicut alia omnia Ju-
ra poſſint in alium cedi, & transferri
53 *l. arboribus §. Uſusfructuarius ff. de*
uſufruct. Lenſ. de nominib. & action. ceſſ.
cap. 14. memb.5. num.4 fol. mihi 174.
Caſtill. de uſufruct. cap.69. n.6. & ſeqq.
Corradin. de prelat. quæſt.58. n.2. &
22. Galvan. de uſufruct. diſſert. var.
cap.26. n.1. fol.343. in princ., vel ſal-
tem (quod ad hunc effectum in idem
coincidit) commoditas, ipſaque fru-
ctuum perceptio cedi poterit, juxta
54 veriorem, & magis receptam opinio-
nem, quam, reprobatis contrariis, ſe-
quuntur *Barboſ. in l. uſufructus 58.*
n.2. & ſeqq. ff. ſolut. matrim. Sanfelic.
dicta controv.86. n.12. Manſ. dicto con-
ſult.475. n.11. Salgad. Labyr. credit.
par 1 cap.43. num.30 & ſeqq. Boſſ. de
dot. cap.15. n.27. Gaſpar. Manz. de uſu-
fruct. tit.1. quæſt.15. n.195. & ſeqq.,
& tit.4. quæſt 3. num.73. & 74. & in
§. Item finitur n.12. & ſeqq. Inſtit. eod.
tit. de Luca de dote diſcurſ.148. n.3.
Olea de ceſſ. Jur. tit.3. quæſt 1. n.8. &
ſeqq. de Luca ad eum in ſpicileg. quæſt.
96. n.5., *& in ſpicileg. gemino quæſt.6.*,
& in labyrint. ceſſ. jur. vià 29. nu.2.
in fin. & n.3. & per tot. Mangil. de
evict. quæſt.155. num.5. & per tot., *&*
quæſt.156. n.1. & ſeqq. Barbat. de di-
viſ. fruct. part.2 cap.1. ex n 70. Car-
leval. de Judic. lib.1. tit.3. diſput.20.
num.8, *Cancer. lib.3. var. reſolut. cap.*
7. n.48. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.
7. gloſſ.3. par.8. ex num.27. Solorzan.
de jure Indiar. tom.2. lib.2. cap.14. nu-
mer.35. & ſeqq. Galerat. de renunt. tom.
2. lib.1. cap.4. n.120., plenè *Leganez.*
de fructib. par.2. cap.5. n.13. & ſeqq.
Rota coram Merlin. dec.843. n.1. & ſeqq.
Emerix. Jun. dec.197. n.8.

ARGUMENTUM.

An ſit valida conjectura, pro arguenda prohibitione uſusfructus, quòd quis ſit aſſumptus à Teſtatore in locum filii, & conſtitutus caput renovativum, & propagativum ſuæ familiæ.

SUMMARIUM.

1 *Uſusfructus prohibitio deſumitur, ex quo quis fuit aſſumptus à Teſtatore in locum filii, & conſtitutus caput renovativum, & propagativum propriæ familiæ*, & n. ſeqq. & per totam.

2 *Uſusfructus Patri dicitur prohibitus, ſi teſtator voluit, filium vocatum reputari, tamquàm de domo, & familia ſua.*

3 *Et*

3 *Et quando teſtator voluit vocatum facere figuram diverſam ab illa Patris, & eſſe caput diverſæ domus.*

4 *Præcipuè ſi teſtator voluit vocatum tranſire in ejus familiam non ſecùs, ac ſi verè, & realitèr in ea natus fuiſſet.*

5 *Ex quo præcepto licèt filius prorſus extraneus non fiat, prout naturalitèr fieri non poteſt, quoad acquiſitionem tamen uſusfructus à patria poteſtate quaſi avulſus cenſetur, & proprius Teſtatoris deſcendens conſtitutus.*

6 *Extraneo aſſumpto à Teſtatore in locum filii debentur alimenta filiis debita, & latè* num. ſeqq., *ubi multis exemplis ſimilibus comprobatur.*

7 *Conjecturæ ſufficientes ad vocationem filiorum in conditione poſitorum ſufficiunt, etiam ad vocationem extraneorum, quos uti ſuos teſtator habuit.*

8 *Juris regula, qua conjunctus, qui eſt ex liberis, mediante Jure accreſcendi præfertur ſubſtituto, habet locum favore omnium venientium ab inteſtato, quos teſtator habuit loco filiorum.*

9 *Diſpoſitio* l. cum avus ff. de condit., & demonſtr., & l. cum acutiſſimi C. de fideic. *ad favorem filiorum dumtaxat emanata, extenditur etiam ad Nepotes, à Teſtatore pro filiis reputatos.*

10 *Teſtator, qui vocando filium extraneum enixè voluit conſervationem ſplendoris familiæ ſuæ, et relinquendo omnia, & ſingula bona abſque ulla diminutione, non eſt veriſimile, quod voluerit Patri acquiri uſumfructum.*

Quia hoc modo filius deberet à Patre alimenta emendicare, & ita familia ſine divitiis ſordeſceret, ibid.

11 *Et magis dicitur patri prohibitus uſusfructus, ubi ex mente Teſtatoris filius ſubſtitutus debet uxorem ducere, & plures in ejus filiis fuerunt ordinatæ ſubſtitutiones ad renovationem, & conſervationem familiæ.*

12 *Excluſio religioſorum dicitur facta, quia in eis non poteſt haberi exoptata propagatio familiæ.*

13 *Præceptum nubendi, extraneis impoſitum, fortiùs injunctum dici debet deſcendentibus fœminarum.*

Cum immediate Deſcendentes ex fœmina agnata ſemiagnati dicuntur, ibid.

Matrimonium dicitur à Teſtatore volitum ex perpetua conſervatione familiæ, excluſione Religioſorum, & onere nubendi, injuncto extraneo, & minùs dilecto n. 11. & ſeqq., & n. 15. *ſatisfit objecto ab abſurdo, quòd vocatis deſcendentibus ſemper peti poſſent expenſæ pro oneribus matrimonii, remiſſivè.*

14 *Ubi teſtator voluit vocatum matrimonium contrahere, neceſſariò dici debet, quòd eidem voluerit relinquere alimenta, & fructus neceſſarios pro ſuſtentatione onerum Matrimonii.*

16 *Fructus hæreditatis filio familias relicta, ad certum uſum deſtinatos, non eſt veriſimile, quod teſtator voluerit Patri acquiri.*

17 *Ratione ſatisfaciendi oneribus impoſitis filio fam., ad fideicommiſſum adventitium vocato, Pater ex uſufructu, quem percipit pinguiora alimenta tenetur ſubminiſtrare.*

18 *Id tamen non provenit ex commodo uſusfructus, quo gaudet in bonis adventitiis, ſed à natura, & lege, præcipiente Patrem teneri filio alimenta ſubminiſtrare ad menſuram bonorum ab ipſo poſſeſſorum.*

19 *Filius ſuper fructibus bonorum adventitiorum præfertur pro alimentis creditoribus Patris.*

20 *Ex hoc tamen ſolùm arguitur, Patri acquiri uſumfructum in bonis adventitiis filii cum potiori onere, & obligatione illum alendi, antè quam ejus creditoribus jus quæratur, non verò quod filio pinguiora alimenta debeantur intuitu iſtorum bonorum.*

21 *Filius pro alendo ſe, & Patre non tenetur vendere bonorum adventitiorum proprietatem.*

22 *Alimenta majora, quæ filius percipit, non ex qualitate bonorum, aut voluntate Diſponentis, ſed ex ſola legis diſpoſitione, non valent continere recompenſationem, quæ filio etiam divitis in gratiam Teſtatoris nubenti provenire debet.*

23 *Nec poteſt recompenſare onus aſſumendi cognomen, & arma, promanans à voluntate Teſtatoris.*

24 *Sub ſpe futuri, & eventualis lucri poteſt quis gravari onere adimplere.*

Declara ut n. 27. & ſeqq.

25 *Invitatus ad fruitionem fideicommiſſi poſt Lauream ſuſceptam, onus ſubire*

co-

cogitur ſub ſpe eventualis lucri.

26 *Prout ad prælegatum invitatur poſt aliquod temporis ſpatium in ſtudiorum curriculo exactum.*

27 *Aſſignatur rationis diverſitas, ob quam ante acquiſitionem emolumenti, aliquando vocatus onera ſubire cogitur, nempe quia ita voluit Teſtator, & talia onera ſunt in favorem ipſiuſmet vocati, ſecùs ubi ſunt in honorem teſtatoris, & non conſtat de clara illius voluntate, & gravato fuerunt adjecta onera, quæ de præſenti impleri non poſſunt ſine pecuniis, & expenſis,* & n. ſeqq.

29 *Fructus, & redditus hæreditatis Teſtatoris vix ſufficientes pro implenda ipſius voluntate, non poſſunt dici relicti poſt ceſſatum uſumfructum patris, ſed à principio.*

30 *Et eò minus ſi filius in honorem Teſtatoris gravatus poterat præmori patri ſuo, nulla recepta oneris recompenſatione.*

DECISIO XXXVI.

Secunda, & quidem urgentior conjectura deſumitur, ex quo Teſtator gravatum ſupradicto onere, qua nunc naturaliter de alia agnatione, & familia, nempe patris, voluit, quod, deſerta penitus agnatione naturali, faceret figuram omninò diſtin-
1 ctam ab illa patris, & reputaretur caput renovativum familiæ, & agnationis Teſtatoris. Inveriſimile autem eſt Aleandrum, abſtrahere voluiſſe vocatum a familia patris, & in propriam aggregare, & nihilominùs fructus omnes ſuorum bonorum patri omninò incognito, de familia prorſus extranea, & forſan etiam exoſa Teſtatori, relinquere voluerit, non perſonæ gravatæ ab ipſo dilectæ, tamquam ea, quæ debebat eſſe caput ſuæ domus, ipſius honori inſervire, & laborare in renovanda, conſervanda, & propaganda memoria nominis, & agnationis Squarcialupæ, ut in puncto, quòd dicatur prohibitus uſu-
2 fructus ex eo, quòd Teſtator voluit vocatum reputari tamquam de domo, & familia ſua *Bero. dict. conſ. 139. n. 18. ante med. verſ. ſed ulterius lib. 2.*, & de Teſtatore, qui voluit vocatum de per
3 ſe facere figuram diverſam ab illa patris, & eſſe caput diverſæ domus *De Luc. de ſervit. diſc. 60. ſub num. 7. in fin. verſ. & ſic in animo habuit, & ſub n. 13. Caſtell. apud Manſ. d. conſult. 472. ſub num. 17. R.P.D. meus Anſald. apud eum conſult 474. n. 17. & 18. Rilliet apud eund. conſult. 595. ſub num. 21. Samm. contr. 87. num. 1. & contr. 114. num. 45. Manſ. apud eund. Samm. contr. 121. n. 34. & 37.*

Præcipuè, quia Teſtator voluit vocatum tranſire in ejus familiam, non
4 ſecus, ac ſi verè, & realitèr in ea natus fuiſſet, ibi – *nel modo, e forma, come*
» *ſe foſſe veramente diſceſo di detta Fa-*
» *miglia.*

Hoc autem, quod ex voluntate, & opinione diſponentis habet ſymbolum cum veritate, licèt non poſſit efficere, ut vocatus deſcendat à familia Teſtatoris, poteſt equidem operari, ut quoad ea, quæ à jure, & voluntate diſ-
5 ponentis dependent, prout eſt acquiſitio uſusfructus, tollat filium à patria poteſtate, illumque Teſtatoris deſcendentem conſtituat, ex traditis per *Rill. apud Manſ. conſ. 595. n. 3. verſ. & res videtur extra omne dubium, Rota cor. Emerix Jun. dec. 1059. num. 17.*

Unde extraneo aſſumpto à Teſtato-
6 re in locum filii, quod ei debeantur alimenta, filiis debita *Rota. conſ. 45. num. 5. lib. 1. Simon de Praet. de interp. ult. volunt. lib. 4. interp. 1. dub. 11. n. 7. fol. 425. in Venet. impreſſ. Menoch. lib. 4. praeſ. 157 n. 6. Surd. de alim. tit. 1. quaeſt. 10. n. 2. & ſeqq. Barry de ſucceſſ. lib. 9. tit. 16. in princ. verſ. vel ſi gravaveris haeredem, & verſ. item Surdus, Gall. de except. par. 1. except. 13. num. 23. Cancell. de legat. lib. 3. quaeſt. 7. num. 7. fol. mihi 199. Beſſ. de Aliment. cap. 5. ſub num. 142. & num. 151.*, & dixi ſupra dec. *Senen. 35. §. 2. n. 28.*, de conjecturis ſufficientibus ad vocationem filiorum in
7 conditione poſitorum, quòd ſatis ſint etiam pro vocandis extraneis, quos uti ſuos Teſtator habuit *Rot. in rec. deciſ. 266. n. 7. & 8. par. 1.*; de conjuncto, qui quando eſt ex liberis Teſtatoris, me-
8 diante jure accreſcendi præfertur ſubſtitu-

ſtituto, quòd habeat locum hæc prælatio favore omnium ab inteſtato venientium, qui fuerunt habiti à Teſtatore in locum filiorum *Bardellon. conſ. 36. n.16. verſ. reſpondetur ſecundo. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 53. n.13.*, & nos aliàs diximus *diſt. dec. Senen. 35. §. 2. n.25.*; & de diſpoſitione *l. cum avus ff. de condit. & demonſt. & l. cum acutiſſimi C. de fideic.* ad commodum filiorum 9 dumtaxat militante, quòd ſe extendat ad nepotes, qui à Teſtatore fuerunt reputati tamquam filii *Urſeolum. conſ. 94. num. 10. lib. 2. Altograd. conſ. 45. num. 12. & ſeqq. lib. 1. De Luc. de fideic. diſc. 125. num. 8. & diſc. 146. n. 10. & 11. Mart. de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 2. art. 2. num. 29. Torr. de primog. tom. 1. cap. 38. num. 470. fol. 439.* cum aliis ſupra congeſtis *dec. Senen. 35. diſt. §. 2. numer. 27.*

Et fortiùs, quia voluit ſubſtitutum conſervare debere ſplendorem ſuæ familiæ, utque id faciliùs, & pleniùs aſſequeretur, non fuit contentus omnia, & ſingula bona abſque ulla diminutione eidem relinquere, ſed Juvenem eligendum ulterius gravavit incumbere ſtudiis, ad hoc ut junctæ divitiis virtute, eò magis familiæ ſplendor conſervaretur, & augeretur. Qua voluntate attenta omninò repugnat, patri po- 10 tuiſſe quæri uſumfructum, & filium, durante vita ipſius, in forma pauperis, & egeni à patre alimenta mendicare debere, dum hoc modo ſplendori, & decori familiæ conſultum non remaneret, ſed illa potiùs ſine divitiis ſordeſceret, ejuſque ſplendor obumbraretur *l. ab omnibus in princ. ff. de legat. 1. & l. quiſquis C. ad l. Jul. Majeſt. Tiraquell. de Nobilit. cap. 25. n.9. Card. Toſch.* olim in hac inclyta Civitate Auditor *lit. D. concluſ. 544. Mierez de major. par. 1. quæſt. 1. num. 38. & 39.*, & in hac Cauſa ſcribentes *Samin. contr. 87. num. 4. cum quatuor ſeqq. & contr. 114. n. 43. & ſeqq. Rollans apud eundem conſult. 595. ſub n. 6. 7. & 9.*, & melius *ſub n. 10. & 11. & ſub n. 14. §. Siquidem, & ſeq. & in deciſ. praced. inſtantia impreſſ. apud Samin. tom. 2. controv. fol. 738. §. Conſervatione, & ſeqq. & fol. 741. §. Et non ſolum.*

Certoque certiùs pendiſſe procedunt, attento quòd ex mente ejuſdem Teſtatoris talis ſubſtitutus debebat uxorem ducere, ut elicitur, tam ex quo Teſtator profeſſus fuit diſponere de ſuis bonis — *volendo avere riguardo* » *alla perpetua conſervazione, e ſplendore* » *della ſua Famiglia delli Squarcialupi*, — & ob id primo loco omnes deſcendentes maſculos vocavit, & deinde majorem natu ex fœminis cum onere aſſumendi Cognomen, & Arma Teſtatoris, tam primo vocato, quàm omnibus ejus filiis, & deſcendentibus maſculis in infinitum injuncto, cæteraſque ſucceſſivè ordinavit ſubſtitutiones, de quibus latiùs in Teſta- 21 mento; hinc enim exoptaſſe dicitur Teſtator, quòd dictus filius major natu nuberet, ut ex Matrimonio haberetur illa ſoboles vocata, in qua aſſequi poſſet volitam renovationem, & conſervationem Domus Squarcialupæ *Senat. Mantuan. apud Surd. dec. 62. num. 23. verſ. & confirmatur, & ſeqq. Rota Senen. in Senenſ. Alimentorum 18. Julii 1708. §. Hac, quæ procedunt, coram Me*, nunc impreſſa *dec. 41. n. 17. Rot. Rom. poſt Torr. de poſt. fut. ſucceſſ. dec. 52. num. 1. & ſeqq. cor. S. Mem. Alex. VIII. dec. 43. n. 4.*, & magis ad rem latè, & magiſtraliter *cor. Emerix. Jun. dec. 1137. num. 1. & ſeqq. & n. 12. & ſeqq. & deciſ. 1153. in prima num. 1. & ſeqq.*

Quàm ex quo excluſit Religioſos, quod ea ratione factum dici debet, 22 quia in eorum perſonis exoptata propagatio familiæ, & agnationis haberi non poterat *Epiſc. Rocca diſput. 19. numer. 10. & 11. Rodolph. alleg. 173. n. 11. & 12. Franc. Rocc. reſponſ. 80. ſub numer. 30. & 31. lib. 1. Roſtr.* inclytæ olim hujus noſtræ Rotæ Auditor *in l. cum avus lib. 4. cap. 2. num. 33. ff. de condit. & demonſt. Rot. in rec. dec. 269. num. 10. & ſub num. 23. verſ. quoniam par. 15.*

Quàm etiam ex quo tale onus nubendi ſpecificè impoſuit Juveni eligendo per Supremum Magiſtratum, quod præceptum extraneo adjectum pro habenda perpetua conſervatione agnationis, multò magis dicendum eſt, volitum fuiſſe in deſcendentibus fœminarum, in quibus magis properè,

13 & naturaliter agnatio conſervabatur, cum deſcendentes immediatè ex fœmina agnata ſemiagnati dicantur *de Luca de lin. leg. lib.2. art.54. n.6. Rota coram Emerix. Jun. dec.1338. n.3. in Ariminen. Beneficii 14. Jan. 1686. §. Accedit, coram Bencucaſa, Auximana Juriſpatronatus 9. Martii 1705. §. Quo circa, Mediolanen. Cammerarias 17. Junii 1704. §. Caeterum, & in Mediolanen. Juriſpatronatus 1. Febr. 1706. §. Caeterum in omnibus, coram bo. me. R.P.D. meo Mato.*

Data autem ex his omnibus ſimul junctis voluntate Teſtatoris invitandi majorem natu ex fœmina ad matrimonium, neceſſarium conſequens emergit, quòd eidem voluerit alimenta, & fructus neceſſarios pro ſuſtentatione onerum matrimonii relinquere, ut ſic familiæ Squarcialupæ, cujus erat commodum renovationis, & conſervationis, eſſet pariter onus ex-
14 penſarum *de Luc. de fideic. diſc.190. ſub n.6. Rota Senen. in d. Senen. Alimentorum 18. Julii 1708. §. Hæc, quæ procedunt, coram Me diſt. dec. Senen.41. n.17. & Rom. poſt Torr. de pact. fut.ſucceſſ. d. dec.51. ex n.1.* pleniſſimè *coram Emerix Jun. d. dec.1237. n.1. & ſeqq. & num.6. & ſeqq. & cit. dec.1153. in prima num.1. & ſeqq. & num.5. & ſeqq.* ubi reſpondet objectio, quod aliàs actum eſſet de fideicommiſſis, ſi ſubſti-
15 tuto aliquo, ejuſque deſcendentibus, ſtatim peti poſſent expenſæ pro ſuſtinendis oneribus matrimonii, *& n.14. & ſeqq.*

Proindeque fructus hujuſmodi in certam cauſam, & ad certum, & determinatum effectum deſtinari, atque pro illius adimplemento non ſufficientes, imperceptibile eſt, Teſtatorem voluiſſe acquiri à patre ratione uſuſ-
16 fructus *Alexand. conſ.50. n.240. lib.2. Cancll. de donat. num.1. diſcurſ.3. par.2. num.13. Capyc. Latr. dec.124. numer.20. & 21.*

Minimè relevante, quod pro ſuſtinendis oneribus matrimonii à Teſtatore exoptati, & pro conſervando ſplendore domus, & memoria familiæ, quam filius aſſumpſit, pater teneatur eidem pinguiora alimenta ſubmi-
17 niſtrare, habito reſpectu ad bona fideicommiſſi adventitii, quibus ex perſona filii fruitur, adeout hoc in caſu uſusfructus tranſeat in patrem cum ſua cauſa, & onere conſecutivo, pinguius alendi filium, ut tradunt *Faber. in C. lib.6. tit.36. de bonis quæ liber. defin.13. Caren. reſol.101. ſub n.6. verſ. & hinc eſt in fin.*

Quoniam licèt pater, cujus bona augumentum receperunt, & cujus patrimonium pinguius effectum fuit ob acquiſitionem uſusfructus, filio uxorato, & qui majoribus indiget expenſis, majora, & pinguiora alimenta ſubminiſtrare teneatur, hoc tamen non procedit ex commodo uſusfructus, quod gaudet in bonis adventitiis, nec à voluntate illius, ex cujus
18 diſpoſitione filius acquiſivit, ſed unicè provenit à natura, & diſpoſitione legis, præcipientis patrem ratione ſanguinis teneri filio alimenta ſubminiſtrare ad menſuram bonorum ab ipſo poſſeſſorum, ut eſt *Textus literalis in l. fin. §. Ipſum autem C. de bon. quæ liber.*, ibi — *ipſum autem filium, vel filiam, filios, vel filias, & deinceps alere patri neceſſe eſt, non propter hæreditatem, ſed propter ipſam naturam, & leges, quæ & à parentibus alendos eſſe liberos imperarunt, & ab ipſis liberis parentes, ſi inopia ex utraque parte vertitur*, — ibique *Bald., Salyc., & alii Doc. in cap. Epiſcopus n.23.*, ubi quòd ita conſuluit, dum legeret in Civitate Senarum, *de præbend. Crot. conſ.67. numer.38. & ſeqq. Arias de Meſa var. reſol. lib.3. cap.37. num.1. ſub n.3. & ſub num.11. Gratian. diſcept.319. num.12. Caſtell. apud Manſ. d. conſult.476. n.2. & 3. Rolinus ibid. conſult.595. ſub n.14. Andreol. controv.205. n.13. in fin. verſ. pater enim ex jure ſanguinis, Sammarin. d. contr.86. n.34. Surd. de alim. tit.1. quæſt.24. num.10. & tit.7. quæſt.37. num.26. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ.7. part.3. num.13. Merlin. de pignor. lib.3. tit.1. quæſt.1. n.17.* ubi quod in *d.§. Ipſum autem* indicatur cauſa, ex qua deſcendit obligatio *Antonin. de donat. lib.2. cap.3. n.67. Baſſ. de patr. poteſt. cap.5. n.6. & 7.*, ubi ex profeſſo examinat, & rejicit contrarium *Rovitus ad Franch. dec.576. verſ. ubi pater, Rota cor. Coccin. dec.1180. num.5.*

ubi

ubi quod obligatio hujuſmodi deſcen-
dit à natura.

Nec in contrarium urget conſidera-
tio, quod filius pro alimentis ſuper
fructibus bonorum adventitiorum præ-
19 feratur Creditoribus patris. Siquidem
hujuſmodi ponderatio non conducit
ad probandum, quod pater uſusfru-
ctuarius teneatur ſubminiſtrare filio
pinguiora alimenta ex bonis, ſuper
quibus habet uſumfructum, eo, quod
adſtrictus eſſet facere, ſi dicta bona, &
fructus independenter à filio percipe-
ret, & aliundè, quam ex bonis ab ipſo
acquiſitis ex Teſtamento, ſed unicè ex
ea arguitur, quòd pater acquirat uſum-
fructum, cum onere tamen, & obliga-
tionem alendi filium in ſubſidium ex
20 dictis fructibus, idque ex æqua, &
benigna interpretatione legis, quæ aliis
bonis deficientibus non præſumitur,
velle filium proprietarium, & cre-
ditorem patris ex cauſa alimentorum,
fame perire, dum habet bona, ex
quorum fructibus poſſet ſe ſubſtenta-
re, quodque ſuper iſtis voluerit pro-
deſſe patri cum tanto rigore, & aſpe-
ritate *Coſta de remed. ſubſid. remed.4.
num.6. Andreol. d. contr.205. ſub n.12.
Samm.contr.114. num.34. Urceol.conſult.
24. num.16. & ſeqq. uſque ad fin. Cal-
van. de aquis. lib.3. cap.238. ex num.1.
& num.6. & ſeqq. Merlin.* olim hujus
inclytæ Rotæ Auditor *de pignor. lib.3.
tit.1. quæſt.1. num.25. & ſeqq. & de le-
git. lib.5. tit.3. quæſt.6. num.26. in fin.
Argel. de acquir. poſſ. quæſt.8. art.21.
num.584. Jo. Papon. arreſtor. lib.14. tit.
2. de uſufruct. arreſt.8. verſ. quo arreſto
dictum fuit, & verſ. quartus caſus eſt,
Senat. Burdegalen. apud Burr. dec.7. n.7.,
& dec.61. ſub num.21. verſ. nihilominus,
Conſil. Neapolit. apud Franch. dec.576.
ibique Novar. verſ. amplia ſexto, &
De Luca num.5. Rota coram Coccin. dec.
2180. num.1. & ſeqq. & per tot. & dec.
2196. num.1. & ſeqq.*, non obſtante
quòd filius habeat proprietatem, cum
pro alendo ſe, vel patre, proprieta-
tem vendere non teneatur, ut pro-
21 ſequuntur mox citatæ auctoritates, &
tradit etiam *Ludovicus Bolognetus* olim
in hac inclyta Civitate Auditor, &
Prætor *conſil.10. num.3. Altimar. de
Nullit. contract. num.8. rubr.2. & 3.
quæſt.1. ſub num.63. verſ. proprietas ven-
di non debet fol. mihi 81. in impreſſ. Nea-
polit. vol.1.*

Hoc autem ad intentum patris pro-
deſſe non valet, quia ſi filius nec ex
qualitate bonorum, nec ex voluntate
diſponentis majora alimenta recipit,
ſed ex ſola diſpoſitione legis, & quia
patrimonium paternum ex fructibus
bonorum adventitiorum pinguius eva-
dit, talia alimenta continere non valent
illam recompenſationem, quæ filio
etiam diviti nubenti in gratiam Teſta-
toris, ex ejuſdem Teſtatoris volunta-
22 te provenire debet, ut proſequitur
*Rot. coram Emerix Jun. d. dec.1137.
num.16. & d. dec.1153. in prima n.18.
& 19.* minuſque tribuere poſſunt
emolumentum recompenſativum one-
ris aſſumendi Cognomen, & Arma
alienæ familiæ ſine mixtura, quod uti
promanans à Teſtatoris voluntate, &
in illius gloriam, & utilitatem ver-
gens, cum alimentis, & fructibus ex
23 ipſius pariter Teſtatoris bonis, &
voluntate procedentibus compenſari
debet.

Neque viſum fuit, talem recompen-
ſationem deſumi poſſe, ex eo quòd
filius familias certus redditur de per-
ceptione fructuum poſt mortem patris
ab opulenta hæreditate, quę ſpes præ-
mii futuri correſpondere poteſt om-
nibus præfatis oneribus, familiaria
24 enim ſunt exempla, in quibus ſub
ſola ſpe futuri, & eventualis lucri
gravatur quis onera adimplere, ut
de Teſtatore conſtituente fideicom-
miſſum prælatitium, ante cujus frui-
tionem vocati debent ſtudiorum exa-
cto curriculo Doctoratus Lauream
ſuſcipere, & ſpecimen egregię aptitudi-
25 nis præbuiſſe, *Rota in Romana Prælatu-
ra de Vecchiarellis ſuper Fructibus 9.
Martii, & 3. Decembris 1703. cor. Ca-
prara, & 12. Martii 1706. coram R. P.
D. meo Anſaldo*, & de prælegato, ad
quod invitati debent prius decennali
ſpatio ſtudiis legalibus operam dare,
Curiam ſequi, & nonniſi exacto 25.
ætatis anno admitti poſſunt ad illius
26 fruitionem *Rota in Romana Prælegati 1.
Julii 1709. coram Molines, & 9. De-
cembris ejuſdem anni coram Falcone-
rio.*

Etenim licèt, ubi Teſtator ab antecedenti requiſivit qualificationem in eo, qui ad legatum, vel hæreditatem aſpirare prætendit, illumque reddere noluit capacem conſecutionis bonorum ab ipſo relictorum, niſi poſt obtentas certas qualitates, præmium tribui debeat illis, qui ſub ſpe futuri emolumenti laborarunt; hoc tamen provenit ex clara, & expreſſa voluntate Teſtatoris, qui rei ſuæ eſt moderator, & Arbiter, & poteſt ad ſui libitum in ſua hæreditate legem ſibi
27 benè viſam dicere, quando ante acquiſitionem hæreditatis labores non ſunt principaliter erogandi pro ſervitio Teſtatoris, ſed pro ipſiuſmet ſuccedere prætendentis qualificatione, ſtudendo, Curiam ſequendo, & Doctoratus Lauream ſuſcipiendo, prout ſunt caſus relati in *dictis deciſ. Romanæ Prælaturæ, & Reatinæ Prælegati* in objecto allegatis.

Diverſimodè tamen res ſe habet, quando de tali Teſtatoris voluntate non conſtat, & onus injunctum vocato aſſumendi Cognomen, & Arma, & conſervationis, ac propagationis familiæ, mediante Matrimonio reſpiciunt principaliter commodum Teſtatoris, & agnationis illius, in his enim terminis dici non poteſt, quod taliter vocati, & gravati ſub ſpe futuri lucri fuerint allecti ad hæc onera ſubeunda, ſed è contra ſuadet æquitas, & veriſimilitudo, quod Teſtator voluerit compenſare onus adjectum cum com-
28 modo de præſenti, non autem cum arida proprietate, ſeu ſpe ſuccedendi in futurum, quæ licèt alias æſtimabilis, non tamen ſufficit ſine pecuniis pro ſubeundis oneribus Matrimonii, & conſervatione familię ſplendidè, & decoroſè à Teſtatore volita, ut objecto ſatisfacit *Rot. cor. Emerix. Jun. d. dec. 1153. in prima n. 15. & 16.*

Potiſſimè quia annui fructus hæreditatis Aleandri non aſcendebant ad ſcuta 300. juxta prætenſionem D. Marchionis Squarcialupi, vel ad ſcuta 600. ut admittebant defenſores Dom. Comitis Strozzæ, longè, lateque impares pro manutentione Familiæ Nobilis in Civitate Florentiæ, ſicque redditus non ſufficientes pro ſatisfaciendo teſtatoris deſiderio, eò minus dici poterunt recompenſativi oneris utriuſ-
29 que temporis, præſentis nempè, quo nihil à filio familias gravato percipitur, & futuri, quo omnes erogantur pro oneribus Matrimonii ſplendidè ſuſtinendis.

Eoque fortiùs, quia gravatus ſupradictis oneribus Matrimonii, & defertionis propriæ familiæ, qui ex voluntate teſtatoris efficiebatur caput renovatæ familiæ de Squarcialupis, præmori poterat patri ſuo, & ſic ſpe fruſtratus decedere abſque ulla recompenſatione oneris, quod inutiliter ſubſtinuiſſet, taleque abſurdum in
30 ſubjecta materia ponderant *Rodulphin. alleg. 87. num. 11. verſ. & ſeni alleg. 88. num. 7. §. Ex pluribus verſ. nam ſi uſuſfructus, Samin. controv. 18. num. 17. & contr. 114. num. 15. de Luc. de ſervit. diſc. 63. num. 2. in fin., & diſc. 106. n. 10. §. Magis verſ. hæc etenim omnia, Rot. in recen. dec. 140. num. 6. part. 18. & poſt de Luc. de Servit. in Mantiſſ. dec. 7. n. 38. & 39. & in dec. hujus cauſæ fol. 736. §. Et ratio poſt 2. Volum. contr. Saminiat.*

ARGUMENTUM.

Prohibitio alienationis verbis ampliſſimis facta, an, & quando ſit potens Conjectura pro repellendo Patrem ab affectatione uſusfructus.

SUMMARIUM.

1 *Uſusfructus dicitur prohibitus patri, quando fuit ordinatum fideicommiſſum cum onere reſtituendi in perpetuum ſubſtitutis, & cum ampliſſima prohibitione alienationis*, & num. ſeqq. & per totam, & n. 10.

Satisfit objecto de prohibitione acceſſoria, ibidem remiſſivè.

Conſtitutio uſusfructus eſt ſpecies alienationis, & tribuit uſufructuario Jus in re, ibid.

2 *Eo magis dicitur prohibitus, ſi vetitæ fuerunt alienationes, tam neceſſaria, quam voluntaria*, & n. 5.

3 *Alienatio neceſſaria eſt illa, quæ provenit à lege, ut conſtitutio uſusfructus.*

4 *Alia verò alienationes, procedentes ab urgentia creditorum, & obligatione*

cat-

culpoſa dicuntur voluntaria.

6 *Si teſtator privavit fructibus ſubſtitutos in caſu commiſſi delicti, ſignum eſt voluiſſe proprietatem ſtare disjunctam à fructibus.*

Privatio enim ſupponit habitum, ibidem.

7 *Etiamſi per verba ſuppoſitiva locutus ſit, quia in habente facultatem diſponendi verba etiam ſuppoſitiva diſpoſitionem inducunt.*

8 *Si teſtator gravaverit ſubſtitutos ad ſolvendum aliquid annuum ex fructibus fideicommiſſi, ſignum eſt, quod voluerit fructus acquiri patri eorundem ſubſtitutorum.*

9 *A' prohibitione expreſſa detractionis trebellianicæ infertur ad prohibitionem acquiſitionis uſusfructus per Patrem.*

11 *Dicitur prohibitus uſusfructus, ex quo bona in ſingulis pro tempore vocatis integra, & ſine diminutione permanere debent.*

12 *Prohibitio detractionis trebellianicæ, & deſiderium, quòd bona indeminuta remaneant, oſtendunt voluntatem tantùm integritatem hæreditatis in principio acquiſitionis.*

13 *Contra, quòd prohibitio trebellianicæ reſpiciat nedum primos hæredes, ſed etiam alios ſucceſſivè vocatos, cum non detracta à primis, poſſit ab aliis ex eorum perſona detrahi.*

14 *Voluntas prohibendi trebellianicam Perſonis, quibus illa à lege defertur, præbet conjecturam voluntatis impediendi uſumfructum illis perſonis, quibus jura permittunt.*

Quia prohibitio uſusfructus deducitur ab eadem voluntate, & iiſdem conjecturis, à quibus arguitur Trebellianicæ prohibitio, ibid.

15 *Deſiderium teſtatoris pro integra, & totali conſervatione bonorum tam tempore acquiſitionis, quàm permanentiæ penès vocatos, & ſucceſſiva reſtitutionis importat prohibitionem uſusfructus.*

16 *Prohibito patri uſufructu, permiſſa dici debet commoditas percipiendi fructus.*

17 *Decl. non procedere, quando prohibitio venit à diſpoſitione hominis.*

18 *Præcipuè quando Teſtator voluit fructus remanere apud ſubſtitutos.*

19 *Decl. 2. non procedere, quando fructus inſervire debent pro recompenſando onere aſſumendi cognomen, & arma, & ſubſtentatione onerum matrimonii, & pro conſervanda honorificentia domus Teſtatoris quæ ſine fructibus ſubiri non poſſunt.*

20 *Ubi prohibitio uſusfructus provenit ex tacita mente Teſtatoris, non videtur extendi poſſe ad prohibitionem commoditatis.*

Contra num. 22. & ſeqq., *ubi remiſſivè reſpondetur objecto, quod tacitum ex tacito deſumeretur.*

21 *Id, quod ex legitimis conjecturis, & generalitate verborum deducitur, dicitur expreſſum.*

24 *An quando Patri debita eſt commoditas percipiendi fructus, tribuatur etiam facultas, aſſumendi omnes fructus, & acquirendi omne commodum, quod habuiſſet ex titulo uſusfructus.*

25 *Vel ſeparatis fructibus à ſolo, & filio quæſitis, de his tamquam ſorte fideicommiſſo non ſubjecta, Pater poſſit prætendere uſumfructum, ſalva proprietate, & cum obligatione illos reſtituendi filio tamquam capitale.*

DECISIO XXXVII.

TErtia reſultat conjectura ex fideicommiſſo cum onere reſtituendi in perpetuum ſubſtitutis ad illud vocatis, & cum ampliſſima prohibitione alienationis iiſdem injuncta, in quibus terminis dicitur prohibita nedum diſtractio bonorum, ſed ipſamet conſtitutio uſusfructus, quæ
1 eſt ſpecies alienationis, & jus in re ipſa tribuit uſufructuario, ut eſt *Text. in l. fin. Cod. de reb. alienan. vel non, & in l. fundum à Teſtatore ff. de condit. & demonſtrat.*, & de prima propoſitione tradit in ſpecie *Surd. d. conſ. 116. n. 37. verſ. ſexto confirmatur, & ſeqq. Card. de Luc. de ſervit. diſc. 61. num. 4. 5. & 21. verſ. majorem, & de fideicomm. diſc. 242. num. 4. Samin. d. contr. 17. n. 10. & ſeqq. contr. 18. num. 15. & ſeqq. Rota in Romana Uſusfructus 1608. cor. Marquemontio apud Manſ. conſult. 406. n. 13. cum duob.*

dub. ſeqq., & de ſecunda, nempe de prohibitione alienationis *Menoch. conſ.* 1021. *n.6. Raudenſ. reſol* 22. *num.*10. *Roſa conſult.*18. *n.*5. *& ſeqq. Torr. de Solvend. inſpect* 3. *cap.*1. *n.*728. *Molin. de primog. lib.*1. *cap.*19. *n.*29. *Rill. apud Manſ. conſult.*405. *n.*4. *& conſult.*595. *n.*6. *& ſeqq.*, ubi reprobat contrarios, & reſpondet objecto, quod prohibitio ſit acceſſoria *uſq. ad n.*9. *& n.*18. *Barr. dec.*199. *num.*4. & de utraque *Surd. d. conſ.*116. *num.*37. *verſ. ſexto confirmatur, & ſeqq. & n.*38 *& ſeqq. Saminiat. contr.*87. *num.*10 *& plur. ſeqq. & n.*30. *& ſeqq. contr.* 88 *num.*8. *& contr.*89. *num.*23., & latiſſimè *contr.* 114. *n.*3. *& plur. ſeqq.*, ubi Juribus, & rationibus plenè examinat, & ſatisfacit contrariis, *& ſub num.*39. *§. Siquidem, & ſeq. Caſtell. apud Manſ. conſult* 471. *num.*9. *& ſeqq. uſq. ad n.*14. *R. P. D. Anſald. ibid. conſult* 474. *n.*8 *& ſeqq. uſque ad n.*24., ubi rejicit contrarios *De Luca de ſervit. diſc.*63. *n.*2. *& ſeqq. uſque ad n.*5., ubi refellit contrarium tenentes, & in Motivo hujus Cauſæ *§. Primum, & plurib. ſeqq. poſt tom.*2. *controv. Samin. fol.* 735. *& §. Nec dicatur, & ſeqq. fol.*739., ubi pariter reſpondet objecto prohibitionis acceſſoriæ.

Potiſſimè quia Teſtator ulterius pro-
2 greſſus eſt, prohibendo alienationes, nedùm voluntarias, ſed etiam neceſſarias, ibi — *e tanto neceſſaria, che voluntaria di tutti, e parte di detti Beni* — cum enim alienatio neceſſaria ſit illa, quæ provenit à
3 lege, prout eſt conſtitutio uſusfructus in ſpecie *de Luca ad de Marin. reſolvar.*345. *§. Sed neque verſ. non verò poſſunt comprehendi alienationes neceſſariæ fol. mihi* 567. *in princ. lib.*1., & ex pluribus ponderat *Samin. d. contr.*114. *num.*23. *& deciſ. apud eundem §. Et praecipue fol.*336., & alia quæcumque alienatio, etiam procedens ab urgentia Creditorum, & obligatione culpoſa, & voluntaria gravati, quamvis
4 ex poſt facto neceſſaria, adhuc attenta origine, & fonte, à quo promanat, dicatur voluntaria *Bald. conſ* 332. *in fin. lib.*1. *Taſch. lit. N concluſ.*22. *n.*3. *Tiraquell. de retract. lignag. §.*1. *gloſ.* 14. *num.* 15. *&* 16. *Menoch. de arbitr. cent.*2. *caſ.*182. *num.*32. *&* 33. *Petra de fideicom. quæſt* 8. *n.*318. *verſ. & dicta concluſio, Rota poſt Balduc. ad Ramon. dec.*36. *n.*45. *tom.*1.

Inde conſequitur, exprimendo in prohibitione alienationem neceſſariam, & à lege provenientem, in Teſtatoris
5 mente fuiſſe, impedire patri acquiſitionem uſusfructus ei ex legis neceſſitate debiti, ut conſiderat *Saminiat. d. controv.* 114. *num.*13. *& ſeqq.*, *R. P. D. Anſald. apud Manſ. conſult* 474. *n.*15. *Rillius apud eund. conſul.*595. *ſub n.*6. *verſ. præſertim cum prohibeatur, & ſub num.*7. *Rota noſtra in deciſ. hujus cauſæ apud Samin. poſt tom.*2. *controv. fol.*336. *§. Et praecipue*.

Clariùs quia interdictæ fuerunt tam alienationes moventes proprietatem, quàm aliæ inducentes dumtaxat conſumptionem fructuum, ut eſt ſimplex oppignoratio, & locatio; & ulteriùs Teſtator clarè expreſſit ſuam voluntatem, quod fructus ipſi permanere deberent penès ſubſtitutos in fideicommiſſo, ſive ipſi eſſent patres familias ſive filii familias, ut patet nedum, ex quo in caſu delicti privavit delinquentem, & bonis, & fructibus ipſis, illoſque ad ſubſtitutos pervenire voluit, ibi — *Succeda in detta parte il chiamato, e ſeguente in grado non delinquente in detta ſua porzione, e frutti di eſſe, benchè ſeparati o ſolo, de' quali ſempre s' intenda, e ſia privo per un' anno innanzi al commeſſo, ò cogitato delitto* — ſimulque privatione fructuum in caſu contraventionis privavit alienantem, ibi — *e in caſo di contrafazione ora per allora privò, e priva quel contrafaciente, e alienante di tutta quella ſua parte, ò porzione, e frutti di eſſa, nella quale volſe, e vuole, che immediate ſuccedino gli altri oſſervanti,* — ſi enim in caſu delicti, & contraventionis Teſtator ſubſtitutos privavit fru-
6 ctibus, ſignum evidens eſt, quod voluit proprietatem à commodo fructuum non disjunctam extare penes vocatos, cum privatio præcedentem acquiſitionem ſupponat *Caſtell. apud Manſ. dict. conſult.*472. *num.*6. *& ſeqq. & num.*15. *§. Conſiderari, Samin. controv.*18. *num.*23. *contr.*87. *n.*2. *&* 3. *contr.*89. *ſub num.*7. *contr.*114. *num.*16. *& ſeq.*, ubi reſpondet objectis, &

n.108.

*num.108. & deciſ. hujus Cauſæ §. Quæ
dicta limitatio, & ſeqq. poſt tom.2.
contr. Samin. fol.742. col.1.* Quamvis
loquutus fuerit per verba ſuppoſiti-
vè, quia in habente poteſtatem diſ-
7 ponendi verba etiam ſuppoſitiva diſ-
poſitionem inducunt, ad *Text. in L.
cum proponebatur 66. ff. de legat.2.*, &
tradita per *Odd. conſ.64. num.56. Rot.
in rec. dec.56. num.9. deciſ.243. num.3.
& dec.377. n.9. par.18. & dec.417. n.9.
par.19.*

Verùm etiam ex onere perſonalitèr
injuncto ſubſtitutis in fideicommiſſo,
ſolvendi quolibet anno certam ſum-
mam Plebaniæ S. Agnetis, & Eccleſiæ
S. Fidelis, ibi -- *gravando lui, e an-
cora tutti gli altri infraſcritti, che di
tempo in tempo ſuccederanno ne' Beni di
detto Signor Teſtatore nel modo, e or-
dine infraſcritto, come chiamato in que-
ſto ſuo preſente Teſtamento, à dare, e pa-
gare ogni anno ſcudi cento in perpetuo
alla Pieve, e Tempio di S. Agneſe,
&c.* -- quod gravamen cum impleri
debeat ex fructibus, ſi ſuper iſtis Te-
ſtator verbis ad ſubſtitutos directis eos
gravavit, ſignum eſt, quod conſi-
8 deraverit eoſdem fructus ſemper eſ-
ſe debere apud deſcendentes ſemi-
narum, alioſque in fideicommiſſo
vocatos, & per conſequens repellere
voluiſſe ſubſtitutorum patrem ab
eorumdem fructuum perceptione,
ut ponderant *Samin. d. contr.18. n.22.
contr.89. n.3. & 4. Caſtill. apud Manſ.
d. conſult.472. n.16. & dec. hujus Cau-
ſæ §. Cumque autem, & ſeqq. impreſſ.
apud Samin. tom.2. controv. fol.741.*

Et quod admodum etiam urget,
vetita quoque fuit omnis, & quæ-
cumque detractio Falcidiæ, & Tre-
bellianicæ, & alterius cujuſcumque
partis, & portionis, ibi -- *I Beni ſta-
bili ſottopoſti al Majoraſco, e Fidei-
commiſſo ſopradetto voglio, che perpe-
tuamente, ed in infinito ſtiano, e ſi
conſervino ne' detti iſtituiti, e ſoſtitui-
ti, &c. ed a queſt' effetto perciò gli
proibiſco a tutti, e ciaſcuno di loro ogni
detrazione di quarta, e Trebellianica,
e altra qualſivoglia parte, o porzione,
&c.* -- hæc autem maximè conferunt
pro excludendo patre à commodo
9 uſusfructus; ſive conſideretur expreſſa
probibitio detractionis Trebellianicæ,
à qua infertur ad prohibitionem uſuſ-
fructus *de Marin. reſol.345. num.10. &
11. lib.1. Samin. contr.113. num.38. &
contr.114. num.84. & ſeqq. Caſtill. apud
Manſ. conſul.472. n.14. R. P. D. Anſald.
apud eund. conſult.474. num.11. Ridolfus
apud eundem conſult.595. num.5. Ber-
lich. dec.136. num.2. Senat. Burdega-
len. apud Boer. dec.193. ſub num.1. &
ſeqq. Rot. poſt de Luc. de ſervitut. in
Montiſſ. dec.7. num.41. & deciſ. hujus
Cauſæ §. Quapropter fol.735. in fin. &
§. Item, fol.737. poſt contr. Saminiat.
tom.2.*

Sive prohibitio alienationis cujuſ-
cumque partis, ſeu portionis bono-
rum omnibus, & quibuſcumque vo-
10 catis injuncta ad hoc, ut bona per-
petuò conſerventur in ipſis inſtitutis,
& ſubſtitutis, quod cum idem im-
portet, ac ſi dictum fuiſſet bona in
ſingulis pro tempore vocatis *integra*,
11 *& ſine diminutione* permanere de-
bere, hinc validiſſimum elicitur ar-
gumentum prohibitionis uſusfru-
ctus erga patrem, *Bero. conſ.139. n.18.
ante med. verſ. addidit etiam lib.2. Mer-
lin. Pignatell. contr.39. num.36. & ſeq.
lib.1., ibique Scoppa num.20. & ſeqq.
Rodulphin. alleg.87. n.7. & ſeqq Samin.
contr.17. num.11. 12. & 22. & contr.18.
num.22. contr.88. num.3. 5. & 6. contr.
89. num.1. & ſub num.7. Ridolfus apud
Manſ. d. conſult.595. num.5. Boſſ. de patr.
poteſt. cap.5. num.99. Gratian. ad conſuet.
Meſſan. cap.7. gloſſ.3. num.23. de Luc. de
Servit. diſc.60. num.5. Jov. de ſolemnit.
gloſſ.22. §.14. num.37. verſ. dicimus, de
Luc. ad Gratian. diſcept.327. num.4. & 5.
Berlich. dec.136. num.9. Rota rec. Emer.
Jun. dec.159. num.8. & in rec. deciſ.140.
num.10. part.18. dec.496. num.10. part.
19. & apud Samin. contr.116. num.38.
& ſeqq. repetit. poſt De Luc. de ſervit. in
Montiſſ. dec.7. n.38. & ſeqq. & in deciſ.
hujus Cauſæ apud Samin. tom.2. contr. fol.
737. §. Item.*

Haud relevante, quòd detractio
Trebellianicæ competere potuiſſet ſo-
lùm primis hæredibus, quos eſſe ſui
juris noverat Teſtator, & deſiderium,
quod bona indiminuta remaneant reſ-
piciat principium acquiſitionis fidei-
commiſſi ſine ulla diminutione in vo-

ca-

12 catos perventuri, non autem impe-
diunt, quia deindè uſusfructus dicto-
rum bonorum ex cenſura Juris com-
munis patri deferatur, ut proſequitur
*Rota in rec. dec.495. num.10. & 11.
part.19.*

Siquidem prohibitio Trebellianicæ
poteſt reſpicere nedum primos hære-
des, ſed etiam alios ſucceſſivè vocatos,
cum non detracta à primis poſſit ab
13 aliis ex eorum perſona detrahi *Pere-
grin. de fideic. art.3. ſub num.4. & 5. Se-
raphin. Maſſin. de confiſcat. bon. quaſt. 30.
num.3. Rota coram Coccin. dec.1634.n.2.
Emerix. Jun. dec 397. num.4.* Iſtaque
voluntas prohibendi trebellianicam
perſonis, quibus illa à lege defertur,
præbet ſufficientem conjecturam vo-
luntatis ejuſdem Teſtatoris impedien-
14 di aſſecutionem uſusfructus perſonis,
quibus illius fruitionem Jura permit-
tunt, cum prohibitio uſusfructus dedu-
catur ab eadem voluntate, & ab iiſdem
conjecturis, à quibus arguitur Trebel-
lianicæ prohibitio, juxta auctoritates
ſupra citatas *n.9.*, quibus addi poſſunt
*Samin. contr.85. n.34. R. P. D. Anſald.
apud Manſ. conſult 474. num.16.*

Et quoad deſiderium conſervandi
bona omni ex parte integra, & abſque
diminutione non ſubſiſtit in facto,
quod verba initium tantùm acquiſi-
tionis reſpiciant, dum præfulget un-
dique Teſtatoris voluntas pro integra-
li, ac totali conſervatione bonorum
reſpectu cujuſcumque temporis, ac-
quiſitionis, permanentiæ penes voca-
tos, & ſucceſſivæ reſtitutionis, quo
caſu importare prohibitionem uſusfru-
15 ctus firmat *ead. Rot. in rec. d. dec.496.
num.11. part.19.*

Poſito autem ex prædictis, quod
Teſtator voluerit patri prohibere
uſumfructum, prodeſſe non valuit reſ-
ponſio, quod ſaltem permiſſa dici
debeat commoditas percipiendi fru-
16 ctus, juxta originalem doctrinam
*Aret. in §. Igitur num.6. inſtit. per quas
perſon. nob. acquir.*, quem ſequitur *Me-
noch. conſ.1022. num.6. verſ. tertia, &
ſeqq., & num.14. Peruſ. conſ 157. n.5.
lib.4. Burſatt. conſ.133. num.136. &
ſeqq. De Ponte conſ 19. num.28. lib.1.
Manſ. apud Samin. contr.111. num.47.
Palm. Neap. apud eundem Samin. contr.
112. num.17. & ſeqq. Dorand. de art.
teſtam. tit.6. cautel.16. num.3. Tranſa-
tinq. var. reſol. lib.1. tit. de preal. reſol.5
num.14. verſ. ego à prima opinione non
diſcederem, Marta de ſucceſſ. leg. part.4.
quaſt.1. art.3. num.75. Giurb. ad con-
ſuetud. Meſſan. part.1. cap.7. gloſ.3. n.25
& ſeqq. Garz. de expenſ. cap.16. num.16
Molin. de primog. lib.1. cap.19. num.33.
Andreol. contr.214. num.11. in fin. Scop-
pa ad Merlin. Pignatell. cent.1. contr.
99. num.12. Milanenſ. dec.3. num.71.
cum ſeqq. lib.2. Peregrin. deciſ. Patavin.
101. num.1. & ſeqq. Conſil. Neapol.
apud Franch. dec.10. num.8. §. Praterea
dicebatur, ibique De Luc. num.5. Ca-
paccrol. dec.1.*

Quandoquidem cum prohibitio
non proveniat ex diſpoſitione legis,
quæ mitius cum patre procedit, ſed
pater ab uſufructu arceatur ex homi-
nis diſpoſitione, hæc nedum jus for-
male uſusfructus, ſed commoditatem
quoque comprehendit *Merlin. Pignat-
tell. contr.99. num. 34. cent.1. ibique*
17 *Scoppa ſub num.12. verſ. atque ita obti-
net, Caroc. diſcept.6. num.46. Battiglier.
de ſucceſſ. cap.3. theorem. 109. num.63.
Paſchal. de patr. poteſt. part.2. cap.3. n.9.
Lagunez. de fructib. part.1. cap.5. n.73.
& ſeqq. Boſcol apud Torr. de major. reſp.
5. num.65 & ſeqq. tom.2. fol.564. Urceol.
de tranſ. quaſt.19. num.15. Samin. contr.
28. num.30 & ſeqq. contr.57. num.27. &
ſeqq. & controv.114. num.104. Caſtell.
apud Manſ. conſult 471. num.19. &
ſeqq., R. P. D. Anſald. apud eum d. con-
ſult. 474. num.13. Rolitus apud eund.
conſult. 505. num.12. & ſub num.23. de
Luca ad Gratian. diſcept.713. n.5. & ad
Franch. dec.161. num.4. Scoppa ad Gra-
tian. dec. Marchia 76. num.15. & 16.
Berlich. deciſ.138. ſub num 5. & ſeqq.
& per tot. Sacr. Conſilior. Regni Sici-
lia apud Maſtrill. deciſ.81. num.6.
& ſeqq. Rota noſtra in Florentina
Legati Multiplici, & Majorat. 9.
Junii 1709. §. Ademptio, coram D. meo
Rolitero, & in deciſ. hujus Cauſa §. Nec
valet replicatio, & plur. ſeqq.* & ſi-
militer *§. Nec diſta in fin. fol.341.*, ubi latè
objecta refellit *Rota Romana apud Sa-
Hæc autem ſubreptio, & obreptio abundè in caſu noſtro ex pluribus probata remanet; In ſupplici enim libello S. Celſitudini Regiæ porrecto à Fratribus prædictis expreſſum fuit, *come è cauſa di più, e diverſi ſiniſtri incontri avuti nel negoziare gli è convenuto far punto al loro negozio in Genova, ed aſſentarſi da quei Stati per non poter compire a i loro debiti*, nec umquam fuit probatum in itinere à Civitate Januæ ad Portum Gadicis, & ab iſto ad Civitatem Ulyſſipponenſem, ubi Joannes Baptiſta de tempore porrectæ ſupplicationis pro aſſecuratione permanebat, infortunium aliquod paſſum fuiſſe. Quod valdè influebat ad facilitandum, vel retrahendum Principem à conceſſione gra-
11 tiæ, cum moratoria, vel ſalvuſconductus conceſſus comprahendat quidem eos, qui ob infortunia paſſa decoxerunt, non illos, qui mala fide bona ſua diſtraxerunt *Marc. Anton. Cucchus de Moratoria num. 30. Caſtill. de Aliment. d. cap. 12. num. 6. Hering. de Fidejuſſor. cap. 5. num. 103. & ſeqq. Manſon. de Conſ. Executiv. d. limit. 6. n. 65. Velaſ. de Privileg. Pauper. par. 1. quaſt. 44. ſub n. 26. Scoppa ad Fabr. in Codic. lib. 1. tit. 9. n. 14. Mann. Bibliothec. legal. tom. 1. in Patrocin. debitor. decad. 4. quaſt. 9. n. 138. fol. mihi 229.*

Nec talis probatio deſumi potuit ab aſſerto caſu ſiniſtro Maris, & Piratarum, vel ex fide aliquorum Teſtium aſſerentium res ſericas in Navi oneratas, vulgo *dette Ormeſini, e Velluti* in itinere Ulyſſipponam verſus damnum paſſas fuiſſe, eo quia cum poſitæ eſſent ſimul cum rebus laneis, ab iſtarum calefactione illæ maculatæ remanſerunt, & deteriores effectæ, ob quam deteriorationem longè minori pretio fuerunt venditæ, Quoniam quoad infortunium Maris, & Piratarum, iſtud ceſſat ex inſtrumentis cambii maritimi, in quibus creditores aſſumunt in ſe omne riſicum, & pericu-
12 lum maris, ignis, & Piratarum: Quo verò ad depoſitiones Teſtium, illæ tamquam extrajudiciales, & non recognitæ non probant damnum paſſum in
13 Mercibus *Caſareg. de Commerc. diſc. 13. n. 16. & diſc. 23. n. 11.* Maximè quia conquaſſantur à depoſitionibus aliorum
14 Teſtium contrarium deponentium. *Rot. in recen. deciſ. 261. num. 8. part. 18.*

eo;

cerum Cavalc. dec.1867. num.19.

Prout nec probatum fuit, fratres prædictos coactos fuiſſe deficere, ſeu punctum facere, immò liquido conſtat decoctionem fuiſſe voluntariam, & affectatam, dum Franciſcus Maria antequam moleſtias reciperet à creditoribus, immò de tempore, quo adhuc pendebat dilatio pro omnibus debitis conceſſa, & ob id moleſtari non poterat, exemptionem Piſanam obtinuit, & ex poſt Genuam reverſus, ibi merces, aliaque bona accepit, ſecumque aſportavit ad Portum Liburni, ubi certiorato Joanne Baptiſta fratre de omnibus ab eo geſtis, & de ſalvoconductu communi nomine obtento, ille merces non oneravit ſuper navibus Januenſibus, ſed in nave propriis pecuniis empta, & loco eundi Genuam, ubi adhuc à Creditoribus conveniri non poterat, iter divertit, & ad portum Liburni ſe contulit cum omnibus effectibus emptis cum pecuniis Mercatorum Januenſium.

Ex quibus duo reſultant, quæ inevitabilem reddunt obreptionem, & nullitatem gratiæ. Alterum quòd pendente dilatione, & de tempore, quo moleſtari non poterant, decoctio non
15 poterat dici neceſſaria, immò affectata, & voluntaria, dum ſupplicantes, loco procurandi ſatisfactionem Creditorum cum mercibus, & effectibus, emptis à Joanne Baptiſta cum pecuniis, paulò ante à dictis Creditoribus ad cambium receptis, meditabantur bona præfata, & pecunias ſibi appropriare, & Creditores eludere. Quod factum ſi Principi ſincerè expoſitum fuiſſet, veriſimiliter ſalvumconductum in tam magnam perniciem Creditorum, ad confovendam debitorum fraudem non conceſſiſſet, reſiſtente ad id juris diſpoſitione, juxta quam emptis
16 mercibus, ſi paulò poſt Debitor cum illis aufugiat, pro debito pretii non conceditur ſalvuſconductus *Rebuff. ad Conſtit. Regias tom.1. Rubr. de Literis dilatoriis art.1. gloſſ.1. ex n.34. Papon. lib.10. tit.9. de reſcript. arreſt. 10. Menoch. de Arbitrar. Judic. centur.3. caſu 203. num.14. & 25. Calvin. de Æquitat. lib.2. cap.107. num.56. & ſeqq. Caſtill. de Aliment. cap.12. num.10. Sabell. in Pract. univerſal. §. Salvumconduct. ſub n.18. verſ. debiti ſopra de' quali Novar. ad Pragmatic. Regni collect.31. ſub num.15. verſic. quanto ſi de pretio, & num.24. Faber. in C. lib.1. tit.9. de Precib. Imperat. offerend. definit 11. num.2. & ſeqq. ibique Stoppa num.1. & ſeqq.* ubi plures adducit, *& definit.10. num.4. ubi pariter Stopp. n.6. Valaſc. de Privil. Pauper. part.1. quæſt.44. num.73. Mant. Bibliothec. legal. tom.2. in patrocinio debitor. decad.4. quæſt.9. num.87. fol.227.* & de emente domum, & poſtea obtinente ſalvumconductum, quod ille
17 non comprehendat pretium Domus, deciſum fuiſſe Arreſto Parlamenti Pariſienſis, refert *Rebuff. ad Conſtit. Regias tom.1. Rubr. de Liter. dilatoriis art.1. Gloſſ.1. n.43. Menoch. de Arbitrar. centur.3. d. caſu 203. ſub num.25. & 26. Calvin. de Æquitat lib.2. cap.107. n.67. & ſeq. Stoppa ad Fabr. in Codic. lib.1. tit.9. explanat.10. num.6. ubi alii Mant. patrocin. Debitor. decad.4. d. quæſt.9. n.88.* & quod habens Salvumconductum illo uti non poſſit pro ponendis in tuto
18 rebus derobatis, pro quibus concedi non debet aſſecuratio *Bald. conſ.400. n.3. & ſeqq. lib.1. Pignatell. conſult. canonic.63. num.17. & ſeqq. num.3.* ubi concordantes *Caſtr. Variar. part.2. cap.11. n.13. Reynald. obſervat. crim. cap. 33. §.4. n.21.*

Alterum verò quòd in apoca cambii conventum fuerat inter Joannem Baptiſtam, & Creditores riſicum maris pro acceſſu, permanentia, & reditu Navium Capitanei Thomæ Reſeghi, Bertholomæi Ravaræ, & Joannis Laurentii Viviani, in quibus merces oneratæ fuerunt, ad ipſos Creditores ſpectare debere, quod cum ſup-
19 ponat onerationem etiam pro reditu fieri debere ſuper iiſdem Navibus, tale ſuppoſitum obligationem inducit; verba enim ſuppoſitiva prolata ab habente facultatem diſponendi, diſpo-
20 ſitionem, & obligationem inducunt *Rota in rec. dec.56. n.9. dec.145. n.1. & dec.377. num.9. part.18. & dec.417. n.9. part.19.*

Poſita autem obligatione onerandi merces pro toto itinere comprehendente itum, & reditum ſuper iiſdem Navibus pro acceſſu, permanentia, & re-

reditu, & ſi Joannes Baptiſta contra
formam ſuæ obligationis Navem emit,
& ſuper ea merces oneravit, deinde-
que iter divertit pro evitanda ſatisfa-
ctione creditorum, ex hoc præmedi-
tatio delinquendi reſultat, ut de eo,
21 qui merces impoſuit ſuper Nave di-
verſa, Senatus Niciens. apud Balduec. de-
ciſ. & rer. judicat. tit.1. de Aſſecurat.
dec.5. num.11., de eo qui iter divertit
22 Leoniu. conſ.23. num.5. Cornens conſ.273.
num.7. lib.1. Fachin. conſ.53. in fin. lib.
3. Stracc. de Naut. Navib. & Navigat.
part.3. num.6. & de Aſſecurat. Gloſſ.31.
n.2. 4. & 14. Matthæus de Vecq. in obſer-
vat. Quintin. Ureytſen. de Avariis n.73.
impreſſ. poſt Caſareg. de Commerc. de Luc.
de credit diſc.93. num.4. & ſeqq. & n.10.
& diſc 106. num.16. & num.28. Rot. no-
ſtra apud Monacb. dec. Florent 1. n.24.
& ſeqq. Rot. Romana apud Balduec. dec.
& rer. judicat. tit.1. de Aſſecurat. dec.8.
num.16., & de eo, qui creditoribus
23 bona occultat, ne ex eis ſatisfactionem
conſequantur Fontanell. de Pact. Nu-
ptial. clauſ.3. Gloſſ.3. ſub num.20. &
ſeqq. Hevia de Commerc. Terreſtr. lib.2.
cap.16. n.7. 8 & 11.

Maximè quia, mutando Navem, pe-
riculum ad Creditores ſpectans in ſe
ipſum ſuſcipiebat, & jacturæ, & dam-
no Maris ſe exponebat. Quòd cum
ſit imperceptibile, nullaque hujus fa-
cti adeò Joanni Baptiſtæ præjudicia-
24 lis aſſignari ratio poſſit, dicendum eſt
ideò eveniſſe, quia ipſe cum Navi
propria creditores fraudare decreviſ-
ſet, & id, quod poſtea ſucceſſit, uſque
à principio in mente habuiſſe, ſicuti
machinationem, & fraudem reſultare
ex iis, quæ poſtea geſta ſunt, in pro-
pria noſtra materia firmat Senatus
25 Mantuanus apud Sord. d.dec.307. n.11.
& 12.

Quibus ſtantibus, Joanni Baptiſtæ
permiſſum non eſt gaudere effectibus
ſalviconductus, cum ſecuritas ab eo
obtenta minimè comprehendat caſum
doli, ſeu debiti qualificati, quod à
fraudolento Decoctore in perniciem
26 ſuorum creditorum perpetratur Bald.
conſ.400. num.3. lib.1. Ramon. conſ.11.
num.18. Sanſt. de Iudæ. quæſt.12. n.10.
Farinacc. in Prax. criminal. d. quæſt.19.
num.38. & num.56. Menoch. de Arbitr.
caſu 203. n.34. & ſeqq. & caſu 337.
num.14. & ſeq. Coſta de Remed. ſub-
ſidiar. remed.10. num.6. verſ. tertio
requiritur Mauſon. de Cauſ. execut. d.
limit.6. n.58. & 65. Anſald. de Com-
merc. diſc.38. num.10. Herring. de Fide-
juſſor. cap.5. num.103. & ſeqq. Velaſc. de
Privileg. Pauper. part.2. quæſt.44. ſub
num.16. ubi plures refert Marquard. de
Jur. Mercator. & Commerc. lib.1. cap.14.
num.41. Maur. Bibliothec. legal. tom.2.
in patrocin. Debitor. decad.4. quæſt.9.
num.138. fol. mihi 229. Giurbas ad Capyc.
Latr. dec.45. n.4.

Hocque ipſum procedit in qualibet
ſecuritate, vel exemptione, utcumque
tributa ratione dignitatis perſonæ, ſeu
publicæ utilitatis, ut Militibus, Equiti-
bus Ordinum militarium, ſeu aliis
Nobilibus Ordinis magnatum, qui li-
cèt à perſonali coercitione eximantur,
27 id tamen fallit, ubi agitur de debito,
quod coram dolum, vel fraudem ha-
bet admixtam Faria ad Covarr. Variar.
lib.2. cap.1. num.20. & 24. Gutierez.
de Jurament. part.1. cap 16. num.15. &
ſeqq. Gomez. ad leg. Tauri 79. num.4.
Cancer. Variar. part.3. cap.17. n.517. &
ſeqq. Petrus Calaphatus de Equeſtri di-
gnitate n.56. & 57. ubi quod ita reſ-
pondit, dum eſſet Auditor Rotæ Se-
nenſis, Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ.
3. gloſſ.3. num.20. & ſeqq. Ripoll. Variar.
cap.14. num.187. & ſeqq. Sanz. de Re-
gimin. Valent. cap.3. §.4. n.25. R. P. D.
Anſald. de Commerc. & Mercat. diſc.78.
num.19.

Reſponſione non attenta, quòd ſi
Joannes Baptiſta, dum Ulyſippone mo-
rabatur, habuiſſet animum fraudandi
Creditores, non ſe aſſociaſſet cum
Convojo, & Navibus Januenſibus, ſed
cum Liburnenſibus, vel alterius Na-
tionis indifferentis: Id enim forſan
evenire potuit, ne ſe redderet ſuſpe-
ctum Januenſibus, ante quam perve-
niret ad locum, in quo, mediante ſal-
voconductu obtento, tutus erat; nam
ſi in Civitate Ulyſipponenſi Mercato-
res Januenſes conſcii fuiſſent de hac
intentione Joannis Baptiſtæ, facilè
eis fuiſſet illius arreſtum procurare,
graveſque moleſtias tàm in perſona,
quàm in mercibus inferre: Ad quas
evitandas ſagaci conſilio decrevit ſo-
cius

cias tunc eis habere Naves Januenſes,
ad hoc ut cum ipſis, nihil de fraude co-
28 gitantibus, iter facere poſſet uſque ad
locum *detto Capo di Melo*, parum diſtan-
tem à Civitate Liburni, ibique diver-
tere iter, & ad locum, in quo ſecuri-
tatem obtinuerat, ſe conferre, ubi à
Creditoribus moleſtari nullo modo
potuiſſet. Undè cum ex hoc eo magis
arguatur, Joannem Baptiſtam tam in
diſceſſu à Civitate Ulyſſiponenſi, quàm
in itinere ſemper habuiſſe in mentem
fraudare Creditores, mediante ſalvo-
conductu, hoc operatur, ut iſte ei-
dem ſuffragari non poſſit, cum Sal-
vuſconductus non opituletur ei, qui
illum obtinuit, ut ſub ejus clypeo tu-
29 tius delinqueret *Farinacc. conſ. 131. ſub
num. 15 lib. 2. Surd. conſ 298. ſub n. 12.
& 38. Menoch. de Arbitrar. caſu 337.
num. 15. Blanc. in Practic. Criminal.
Verb. datis defenſionibus num. 54. Torr.
Variar. Jur. quaſt. tom. 3. tit. 13. defin.
22. num. 12. Rot. Lucen. apud Ludovic.
dec. 11. ex n. 29. Senatus Mantuanus apud
Surd. d. dec. 307. num. 10. Sac. Conſilium
Cathaloniæ apud Calderò d. dec. criminal.
29. ſub n. 1. & n. 9.* ubi alios adducit,
*& Neapolitan. apud Capyc. Latr. dec.
205. num. 40. & 57. & apud Franc. de-
ciſ. 360. ſub n. 3. ibique Viſcont. in addi-
tion. eodem n. 3.* ubi plures citat *de Luc.
n. 3. Sanfelic dec. 51 n. 30. lib. 1.*

Eodemque defectu probationis la-
borat alia expreſſio, quod Fratres
prædicti coacti fuerint ſe abſentare
à dominio Reipublicæ Januenſis, eo
quia non poterant eorum debita ſa-
tisfacere, quando in facto conſtat,
Creditores, qui huc uſque compa-
ruerunt non eſſe ſufficientes ad ab-
ſorbendum totum patrimonium, &
merces Liburni tranſportatas Quod
pariter comprobat Salvumconductum
fuiſſe obreptitiè extortum, nàm ſi Se-
reniſſimus Dominus noſter ſciviſſet,
Fratres præfatos habere bona ſuffi-
cientia pro ſatisfaciendis creditoribus,
& quod aſſecurationem in ejus feli-
ciſſimo Dominio obtinere volebant,
ut bonis Creditorum liberè frui poſ-
ſent, eoſque fraudare denegando
conſignationem mercium, aut pretii
30 ex illis retrahendi, utique gratiam
non conceſſiſſet, vel ſaltem ad id

difficiliùs deveniſſet, quod ſufficit ad
obreptionem inducendam, ut in ſpe-
cie ſalviconductus *Giurb. d. conſ 80.
n. 8. 10. & ſeqq. Farinacc. de Carcer.
& Carcerat. d. quaſt 29. ſub n. 23. Ge-
nua de ſcript. privat. lib. 3. tit de li-
teris ſeducialib. num. 73. fol. mihi 137.
Menoch. de Arbitrar. caſu 337. num. 7.
Capiblanc. de Baronib. tom. 2. pragma-
tic. 6. cap. 31. n. 19. Consiel. reſol. crimi-
nal. V. Gratia reſol. 2. num. 7. &
V. Salvuſconductus reſol. 1. num. 6.
in fine Seta de Offic. Locumtenent. cap. 24.
num. 19. Scapp. ad Pignatell. d. contr. 54.
num. 3. & 4. centur. 1. Surd. deciſ. 307.
num. 17. Sac. Conſilium Cathaloniæ apud
Calderò d. dec. 28 ſub num. 41.* ubi plu-
res refert, & *Neapolitan. apud Capyc.
Latr. d. dec. 205. n. 56. & 61.*

Supra relatæ enim circumſtantiæ, &
qualitates, negari non poteſt, quin
ſint aggravativæ delicti, proindè illa-
rum expreſſio perperam facta reddat
gratiam obreptitiam, & non exequi-
31 bilem, ut in propria noſtra materia
proſequitur *Seta de Offic. Locumtenent.
d. cap. 24. num. 17. & ſeqq. fol. mihi 143.*

Minimè relevante, quod impotentia
ſatisfaciendi Creditoribus, Principi ex-
poſita, verificata remaneat, ſi ultra de-
bita, quibus premebantur ſupplican-
tes, ponatur in calculo quantitas ſuf-
ficiens pro ſubminiſtrandis alimentis
pro iiſdem, & numeroſa eorum Fa-
32 milia *l. final. §. Nam ſi tales C. de Or-
din. Cognit.* aliique plures relati *per
Salgad. in Labyrinth. Creditor. part. 1.
cap. 24. num. 32. & ſeqq. Capon. contr. 10.
num. 5.*

Quoniam Creditores nullo modo
eſſe obligatos alere communem Debi-
torem, eſt *Gloſſa in l. ſtipendia in fin.
C. de Execut. rei Judicat Salgad in La-
33 byrinth. Creditor. part. 1. cap. 24. num. 49.
& ſeqq. & n. 74. de Luc. de Fide. com. diſc.
170. n. 14. & diſc. 171. num. 8.* abundè
*Rot. in Romana Alimentorum 11. Februa-
rii 1704. §. Ita pariter, coram Kaunitz.*
Non refragantibus contrariis Aucto-
ritatibus, quæ vel loquuntur, ubi
adeſt ſpecialis conſuetudo Regionis,
vel in Debitore, qui ultra quàm facere
poſſit, non tenetur, Vel in debitore
Nobili, & habente Feudum cum ju-
34 riſdictione, ut declarando proſequi-
tur

tur *Salgad. in Labyrinth. Creditor. par. 2. d. cap. 24. n. 1. & ſeqq. & n. 49. & ſeqq. de Luc. de Fideicom. tit. diſc. 270. n. 14.* & pleniùs *Rot. in d. Romana Alimentorum 11. Februarii 1704. §. final. coram Reverendiſſimo D. meo Kaunitz.* ubi plures adducit concordantes, & *§. Nec adverſatur cum ſeqq.* ubi pleniſſimè reſpondet diſpoſitioni *Textus præfato in d. l. finali*.

Nec turbat replicatio, quòd ſaltem ſupplicantibus licitum eſſe potuerit retinere merces, ne aliàs fame perirent; conceditur quippè debitori pro ſui, ſuorumque ſubſtentatione ſubtrahere bona Creditoribus, illaque ſibi appropriare, abſque eo quod talis appropriatio doloſa, fraudolenta, aut pœna
35 digna dici poſſit, nec in Foro conſcientiæ, nec in Foro contentioſo, ut eſt *Textus in can. diſcipulos 26. de Conſecrat. diſt. 5. & can. final. 25. quæſt. 1. & in cap. ſi quis propter 3. de Furt.*, & docet *D. Thomas 2. 2. quæſt. 62. art. 5. Socin. Sen. in d. cap. ſi quis propter poſt num. 11. Barboſ. num. 2. & ſeqq. & in addit. ad d. cap. num. 1. & in d. can. diſcipulos num. 1. Pirhing. in lib. 5. Decretal. tit. 18. de Furtis num. 14. & in Indice Synopsis eodem titul. §. 2. fol. 379. Gonzalez. in eodem cap. ſi quis propter 3. de Furtis num. 4. & ſeqq. Fagnan. in cap. ex literis 5. num. 8. de Divortiis Scot. diſtinct. 15. quæſt. 2. artic. 4. Sylveſter in ſumma verb. reſtitutio cap. 5. §. 3. & 4. Armill. eodem verb. num. 28. Sotus de Juſtit. & Jur. quæſt. 7. artic. 4. Covarr. in Regul. peccatum part 2. §. 1. num. 3. Azor. Inſtit. moral. part. 2. lib. 11. cap. 8. quæſit. 8. Tiraquell. de Pœnis temperand. cauſ. 53. ex num. 1. Menoch. de Arbitrar. caſu 182. num. 17. Clar. §. Furtum num. 24. Boſſ. eodem tit. num. 52. Caball. de Omni genere Homicid. num. 143. Cancer. Variar. reſolut. part. 3. cap. 17. num. 525. & ſeqq. Surd. de Aliment. tit. 8. privileg. 36. ſub num. 5. verſic. & ſicuti poſſet Uxor in neceſſitate conſtituta, & privileg. 39. n. 4. & ſeqq. uſque ad finem, Caſtill. eodem tractat. contr. 58. num. 29. verſ. videamus, & contr. 61. num. 4. & ſeqq. Mell. ad eundem cap. 61. num. 2. Valaſc. de Privileg. pauper. part. 2. quæſt. 65. n. 69. & ſeqq. Foller. in Practic. Criminal. Comment. cap. 27. num. 47. Jodoc. in Practic. Criminal. cap. 110. Rubr. de Furt. n. 37. & cap. 111. Rubr. de Sacrileg. num. 10. Bronc. de Ceſſion. Bonorum part. 4. quæſt. 2. num. 4. verſ. & ideò Novell. in Practic. Criminal. §. Furtum num. 23. Decian. Tract. Criminal. cap. 34. n. 52. Farinacc. de Furt. quæſt. 174. num. 68. ubique Vulpin. in Sacco num. 10. Coſta de Remed. ſubſidiar. remed. 106. illat. 7. num. 1. Gibal. de Univerſ. negotiat. tom. 2. lib. 6. cap. 9. art. 1. num. 7. Caſtropal. Oper. Moral. part. 2. tract. 6. de Charitat. diſp. 2. punct. 9. num. 1. & ſeqq. Leſſ. de Juſtit. & Jur. lib. 2. cap. 12. dubit. 12. num. 67. & ſeqq. Boſſ. de Aliment. cap. 22. ſub num. 1259. & ſub num. 1261. Leonell. de Privileg. Pauper. privileg. 170. num. 10. & ſeqq. Zerb. Gemma Epiſcopal. tit. 53. reſol. 6. num. 8. fol. mihi 409. Diana. Oper. Coordinat. tom. 4. tract. 7. reſol. 50. num. 1. P. Caſſianus a S. Elia in Arbore Opinion. Moral. V. Pauper num. 3. & ſeqq. Graſſ. dec. Aurea part 1. lib. 2. cap. 94. n. 8. & per tot. Pacimoll. dec. 123. num. 1. & ſeqq. Petr. Regg. Mant. dec. Lucana. 3. à num. 270.*

Etenim theorica hæc, & Auctoritates prædictæ, quæ locum quidem habent, & expreſsè loquuntur, quando quis in extrema neceſſitate, & cui aliàs ſuccurri non poſſit, conſtitutus reperitur, recipi non poteſt in præſenti hypotheſi, in qua Fratres prædicti in Civitate, & Portu Liburni aperuerunt ſplendidum Palatium cum Mobilibus, & Supellectilibus excedentibus valorem ſcutorum bis mille, geſtarunt, & geſtant veſtes modò unius, modò alterius generis, omnes tamen pretioſas, auro, & argento contextas, luxum, & magnificentiam potius, quàm neceſſitatem redolentes, plures ſerventes pro famulatu retinent, aliaſque voluptuoſas expenſas faciunt:
36 Ex quibus omnibus ſicut excluditur, furtum factum fuiſſe pro ſuccurrendo extremæ neceſſitati, ita illud punibile remanet, & peccaminoſum, cum in neceſſitate etiam gravi conſtituto res alienas accipere non permittatur, et quidquid contrarium malè ſubſtinuerint aliqui Moraliſtæ, verior, & receptior ſententia eſt, quam ſequuntur *Pirhing. in lib. 5. Decretal. tit. 18. de Furtis ſub num. 13. Azor. Inſtit. Moral.*

part.2. lib.12. cap.8. quæſt.8. verſic. communis etiam ſententia, & *verſ. obiciet fol. mihi 709. in fine*, & *fol.710. Sard. de Aliment. tit 8. d. privileg. 39. num.10.* & *ſub num.11. Farinacc. de Furt. quæſt 174. n.69. ibique Vulpin. in Succo n.10. Sotus de Juſtit. lib.1. quæſt.7. artic. 4. Cajetan. in 2. 2. quæſt.66. artic. 7. Valentia tom.3. diſp.5. quæſt.6. punct.5. Bonacin. Oper. Moral. tit. de Reſtitut. in particulari diſp.2. quæſt.8. punct.3. n.5. & 6. tom.2. Caſtill. contr. Jur. lib 8. d. tit. Aliment. cap.61. n.4. & ſeqq. Marc. ad Sanfelic. deciſ. lib.1. dec.35 n.13. Torrian. in 2. 2. diſputat. 81. dub.8. Reginald. tom.2. dub.4. cap. 20. num.167. Granad. in 2. 2. contr.3. diſput. 7. num.4. tom.1. Caramuel. fundament.59.§.1. num.1255. Vaſquez de Eleemoſyn. cap.1. dub.2. n.62. Carpzov. in Practic. Criminal. par.2. quæſt.83. n.44.* & *ſeqq.*, ubi res judicatas refert, *Panimoll. dec 123. n.2.*

Itaque opinio adeò vera eſt, ut
37 contraria ſententia ſit hodie inter propoſitiones damnatas à ſa. me. Innocentio XI. die 2. Martii 1679. relatas ab *Urſaya Inſtit. Criminal. in fin. fol. mihi 307. n.35. in ultima impreſſione*, & à *Zerb. in Gemma Epiſcopal. in fine fol. mihi 418. num.36.*, itaut ſuper hoc amplius diſputare, eſſet ponere os in Cœ-
38 lum, & quaſſare limina Apoſtolorum, ex traditis per *Fagnan. in cap. frequenter num.52. de Conſtitut. Pignatel. conſult. canonic.54. n.39. tom.1.*

Potiùs quia debitores non curarunt ſatisfactionem creditorum, excepta aliqua parva ſumma, quæ ſuppleret eorum neceſſitatibus, ſed ſalvumconductum indiſtinctè pro omnibus rebus, & mercibus in Nave exiſtentibus obtinuerunt, & nullum ex creditoribus ſatisfacere ſe obtulerunt: Et proindè tanto magis actus remanet peccaminoſus, & punibilis, cum in ca-
39 ſibus etiam, in quibus furari licitum eſt, non ultra, quam fert pura neceſſitas, permitti debet *Concor. Var. par.5. d. cap 17. n.535. Sotus de Juſtit. & Jur. lib.4. quæſt. 7. artic. 1. column. penult. Graff. deciſ. Aurea par.1. lib.2. cap.94. ſub n.12.*, & dicebat Eximius Theologus Pater Joannes Baptiſta de Comitibus frater meus, in omni Eccleſiaſtica Literatura peritiſſimus, qui poſtquam ſumma cum laude per plures annos legit Philoſophiam, Theologiam Scholaſticam, Moralem, Scripturam Sacram,
40 aliaſque ſcientias in Collegio Romano Societatis Jeſu, nunc in eodem Collegio gerit munus primi Præfecti Studiorum, cum generali ſuperintendentia omnibus Studiis ejuſdem Inclytæ Religionis, & pro eadem opinione plenè conſultum vidi ab altero fratre meo, inſigni pariter, & egregio Theologo Patre Bartholomæo de Comitibus ejuſdem Religionis Sacerdote, nunc Sacroſanctæ Baſilicæ Divi Petri de Urbe Pœnitentiario.

Debitor enim, qui de alieno vivit, cum parſimonia ſe tractare debet, & à ſuperfluis cavere, nec præ-
41 tendere poteſt vitam ducere cum honore, & ſplendore *Jo. Lopez. ad Palat. Rub. in Rubr. de Donat. inter Vir. & Uxor. § 65. num.50. & ſeqq. Caria Bulgar. apud Chriſtian. dec.70. ſub num.7. tom.1. Collegium Piſanum apud Marc. Vot.18. n.6.*

Eoque validiùs quia inter Creditores plures ſunt, qui egeſtate laborant, quo caſu etiam conſtituto in
42 extrema neceſſitate furari non licet, cum in pari periculo, & neceſſitate non liceat Dominum re ſua privare *Barboſ. in cap. ſi quis propter 3. num.1. de Furt. ibique Gonzalez. ſub n.4. Pirhing. in lib.5. Decretal. tit.18. de Furtis n.16. Sard. de Aliment. d. tit.8. privileg.39. ſub num.6. Caſtill. d. contr. 61 num.4. in fine tom.8. de Aliment. Cobellus. de Univerſ. negotiat. tom.2. lib.6. cap.9. num.7. fol. mihi 683. Caſtropal. Oper. Moral. part.1. tract.6. de Charitate diſput.2. punct.9. n.7. Leſſ. de Juſtit. & Jur. lib.2. d. cap 12. dubit.12. num.70. & 72. Azor. Inſtit. Moral. par. 3. lib.12. cap.8. quæſt.6. verſ. quid dicendum fol. mihi 709. Addit. ad Clar. recept. ſentent. §. Furtum n.100. Lovatell. de Privileg. Pauper. part.1. d. privileg.170. num.53. Collegium Piſanum apud Marc. Vot.18. n.8. & 10.*

Præterea ex alio etiam fundamento Salvuſconductus ſervari non debuit, quia ſcilicèt fraus, & delictum fuit poſt illius conceſſionem commiſſum, poſt gratiam enim obtentam Joannes Baptiſta mercem oneravit, non ſuper Navibus Jannenſibus, ut face-

re

re tenebatur, ſed ſuper Navi propria,
& in loco *detto capo di mele* occultè
à ſociis itineris ſe ſeparavit, & La-
burnum versùs divertit cum omnibus
mercibus, & pecuniis, abſque eo quòd
nec obulum quidem creditoribus ſol-
verit, immò ſupplicantes, effectus, &
pecunias illis in conſiderabili ſumma
occultaverunt, & ob id integraliter
ſequeſtrari non potuerunt, & mobilia
valoris ſcutorum bis mille, a Credito-
ribus detecta, & ſequeſtrata, ſibi con-
ſignari curaverunt in forma depoſiti,
eoque non obſtante, illa vendiderunt
in Creditorum irreparabile præjudi-
cium, & fugam ex poſt arripuerunt.
43 Ex hoc autem facto cum delictum, &
fraus provenerit, iſta tamquàm com-
miſſa poſt reportatam gratiam aſſe-
curationis, illius fruitione reddit in-
dignos Impetrantes, cum pro delictis
futuris, & poſt ſalvumconductum
commiſſis tueri non poſſit aſſecuratus
cum gratia ſecuritatis *Bell. de re mi-
litar. part.9. tit. de ſalviſcondatt. nu-
mer.31. Borſatt. conſ.345. n.32. & 33.
Caball. reſol. criminal. caſu 118. per tot.
centur. 2. Scapp. ad Pignattell. cap.40.
num.16. & ſeqq. centur.1. & in annot.
ad Sorg. in Prax. Criminal. par.1. cap.
36. num.6. Fontanell. de Pact. Nuptial.
Glaſſ 13. clauſ.4. num.17. Farinacc. de
Carcer. & Carcerat. d. quaeſt.19. nu.60.,
& conſ.131. num.13. lib 2. Menoch. de
Arbitrar. d. caſu 237. ex num.13. & ca-
ſu 337. num.15. caſu 338. num.13. &
ſeqq. centur.4. & conſ.144. ex num.32.
Guazzin. ad Defenſ. Reor. defenſ.12.
cap.1. num.38. verſ. habemus autem Sal-
gad. in Labyrinth. par.1. cap.30. n.25.,
& de Regia protect. par.2. cap.4. n.56.
& ſeqq. Caſtill. de Aliment. cap.12. nu-
mer.16. & ſeqq. Calvin. de Æquitat.
lib.3. cap.128. num.45. & 46. Caval-
can. de Brach. Regio part.2. num.322.
Paſchal. de Patria poteſt. part.4. cap.3.
num.18. Maſſin. de Confiſcat. d. quaeſt.5.
num.16. 18. & ſeqq. Scialoya de Foro
judic. cap.23. num.16. & ſeqq. Cantar.
Variar. par.2. reſol.21. num.314. Cou-
rad. reſol. criminal. verb. ſalvuſcondu.
Ebus reſol.4. n.7. & reſol.5. n.1. & ſeqq.*
ubi declarat, & limitat *Romaguer ad
eum ad Stat. Reqab. lib.4. rubr.9. n.10.
Reynald. obſervat. criminal. lib.3. cap.
33. §.4. num.80. Dominus meus Audi-
tor Benſimas in ſupplet. ad Bammmons.
Gener. cap.57. n.33. & ſeqq., jam impreſſas
ſed nondum publici Juris factas, de Luc. ad
Franchum dec.258. num.2. ibique Amen-
dol. numer.5. & ſeqq., & Ricciar in
princip., & de Luc. num.3. idem Franch.
dec.360. n.1. & ſeqq. ibique Amendol.
num.3 ibique de Luc. n.2. idem Franch.
dec.468. num.1. & ſeqq. ibique Amen-
dol. & de Luc. ex n.1. & dec.717. n.1.
ibique de Luc. pariter num.1. & ſeqq.
Rot. Lucen. apud Ludovic. dec.12. nu-
mer.30. & ſeqq., Sac. Conſilium Catha-
lonia apud Caldera dec.29. n.1. & ſeqq.
& num.10. & ſeqq. & apud Cortiad.
dec.73. num.15. & apud Fontanell. dec.
383. num.7. & ſeqq. Sacr. Conſilium
Aragonia apud Creſp. de Valdaur. dec.
87. num.31. & ſeqq. apud Capyc. Latr.
d. dec.103. num.30. & num.36. & ſeqq.
Manfreil. ad eum num.10. Curia Bol-
gna apud Chriſtine. dec.49. n.4. vol.2.
Senatus Mantuan. apud Surd. d. dec.307.
num.9. Collegium Piſanum apud Mart.
vot.143. num.1. Sanfelic. dec.48. n.1.
& dec 49. n.6. lib.1.*

Nullatenùs refragante, quod quid-
quid ſit de jure, ſaltem ex conſuetu-
dine etiam ſalviconductus ſubreptitii
44 violari non poſſint *Farinacc. de Carcer.
& Carcerat. d. quaeſt.19. n.33. ibique
Valpin. in facto d. quaeſt.19. n.38. Sa-
bell. in Practic. Univerſal. §. Salviscon-
ductis num.24.,* ea ratione, quia etſi
ſalvuſconductus ſit ſubreptitius, non
omnes tamen hanc ſubreptionem
ſciunt, ſed benè omnibus innoteſcit,
45 hominem ſub ſalvoconductu captum,
ejuſque bona ſequeſtrata fuiſſe, ut re-
fellendo nullitatem ſalviconductus ex
capite ſubreptionis in caſu ſibi propo-
ſito reſpondit ſummus Pontifex apud
*Ridert. reſol. criminal.52. n.14. poſt
2. vol. Conſilior. Farinacc.* Etenim Au-
ctoritates prædictæ ſolùm dicunt,
quod ſalviconductus conceſſi à Prin-
cipe, quamvis ſubreptitii ſint, ob re-
verentiam eidem Principi debitam
46 non violantur, ſed pro illorum re-
vocatione recurri debet ad ipſum
Principem, qui, ſi ſalvuſconductus
ſubreptitius ſit, illum revocat, quod
potius favet, quàm adverſetur caſui
noſtro.

Minùs reſiſtit ratio, & exemplum
Summi Pontificis, quia in caſu in d.
reſol.52. *Hieronymi de Federicis* propo-
ſito, major, & ſanior pars Votantium
Congregationis Viſitationis, erat in
ſenſu pro executione pœnæ ultimi
ſupplicii contra aſſecuratum, & ſic
de jure concluſum fuit ſalvumcondu-
ctum ſubreptitium ſuffragari non
poſſe, ſed facto verbo de hoc cum
Pontifice, eique expoſito, quod pro
delinquente intercedebat D. Marga-
rita de Auſtria, quòd ipſe petitus
fuerat in Virum à Meretrice, eam-
que deſponſaverat, & quod verita-
tem ſcripſerat Procuratori, qui rem
integram non expreſſit in ſupplici li-
bello porrecto pro obtinendo ſalvum-
conductum, abſque ulla ſcientia prin-
cipalis, perſonæ alioquin idiotæ rudis,
& ſpontè confitentis, ex his rationi-
bus inclinavit Pontifex pro minora-
47 tione pœnæ, & jure quidem merito,
quia concurrentibus ſupraſcriptis cau-
ſis minoratio pœnæ venit concedenda;
ut de interceſſione magni Principis
per jura, quæ allegat *Paris de Puteo
de Syndicat. verb. pœna cap.6. ſub n.1.
verſic. item perſona intercedentis, vel
intercedentium inter tractat. diverſor.
de Syndicat. fol. mihi 261. Velaſc. de
Judic. perfect. Rubr.11. annot.1. num.9.
Suarez. de Legib. lib.5. cap.12. ſub
n.9. verſic. item poteſt facere remiſſio-
nem in gratiam alterius Principis id
poſtulantis*, de qualitate perſonæ ruſti-
48 cæ delinquentis, pleniſſimè *Farinac.
de Pœnis temperand. quæſt.98. n.19. &
pluribus ſeqq. uſque ad num.61. Carpan.
ad nov. Conſtitut. Mediolan. §. Ho-
micid. num.789. fol.55 Tiraquell. de
Pœnis temperand. cauſ.10. & 11. Paſſe-
rin. Tribunal. Regular. quæſt.18. artic.
8. num.59. Urſaya Inſtit. criminal. lib.
4. tit.7. n.61. & 62. Reynald. obſer-
vat. criminal. cap.18 §.7. n.49. Anto-
nell. de loco legal. lib.3. cap.12. n.15.*
49 de reo ſpontè confitente *Carpan. ad
novas Conſtitut. Mediolan. §. Homicid.
num.230. fol. mihi 57. Carpzov. Pra-
ctic. criminal. par.3. quæſt.149. de ali-
quibus cauſis pœnam mitigantibus n.25.
& pluribus ſeqq.* ubi plures alios ad-
ducit, *& num.28. & ſeqq. & n.42.
& ſeqq. Farinac. in Praxi quæſt.82.
num.172. & conſ.106. nu.12. lib.1. Ti-
raquell. de Pœnis Temperand. cauſ.30.
num.1. & 2. Calvin. de Æquitat. lib.5.
cap.300. num.6 & per tot. Zaul. ad
Statut. Perrini lib.5. rubr.16. num.1.
Urſaya Inſtit. Criminal lib.4. d. tit.7.
num.111. & ſeqq. Gamazon. ad defenſ.
reor. defenſ 32. cap.36. Rubr. de Vali-
dit. legal. cap.6. n.107. & ſeq. Rey-
nald. obſervat. criminal. cap.18. §. 7.
num.55. & n.67. verſ. tertio quia, Con-
ciol. reſol. criminal. verb. confeſſio re-
ſol.10. ex n.1. Rouſſeau. dec.16. lib.1.
Caball. reſol. criminal.36. n.5. centur.1.
Sac. Conſilium Neapolitan. apud Capyc.
Latr. dec.172. n.45. & 49. Sacr. Con-
ſilium Cathaloniæ apud Caldero dec. cri-
minal.10. num.5. & pluribus ſeqq. ubi
lateſſimè, Thes Compend. deciſ. part.3.
tom.1. verb. Confeſſio rei inquiſiti fa-
cta fol. mihi 107. Sanfelic. dec.314. nu-
50 mer.3*; de reo meretricem deſponſan-
te, *Hieronymus de Federicis poſt 2. vo-
lum. conſilior. Farinac. d. reſol.52. nu-
mer.3. 4. & 14. Perſ. de Puteo de
Syndicat. verb. pœna cap.1. n.3. inter
tractat. diverſor. de Syndicat. fol. mi-
hi 257. colum.1.* ubi quod ita practi-
catur in Hiſpania, plenè *Caſſan. ad
Conſuetud. Burgundiæ rubr.1. §.5. nu-
mer.96. & ſeqq. uſque ad n.100. fol.
mihi 139, & 140. Maſuer. in Pra-
ctic. tit. de pœnis num.30. Vivius opi-
nion.116. num.4. Carer. in Practic. cri-
minal. de Homicid. & Aſſaſſinio §. Cir-
ca itaque ſecundum n.14. Emmanuel. Sua-
rez. in addition. ad Anton. Gomez. de
delictis cap.13. num.37. lit. M. relati
per Clar. recepta. Sententiar. in §. fi-
nal. quæſt.98. n.6. Senatus Burdegalen.
apud Boer. dec.317. n.20. Paulus Chriſti-
an. dec. Belgic.48. n.2. & ſeqq. vol.2.*
ubi quod ita ſervatur in Hiſpania,
51 Francia, & in partibus Belgii, & de
ſubreptione in ſupplicatione porrecta
per alium, quòd Principali inſcio no-
cere non poſſit *Caball. reſol. criminal.
251. n.7. & ſeqq. centur.2. Reynald.
obſervat. criminal. cap.33. rubr. §. 4.
num.121. & ſeqq. & num.126. & ſeqq.
Tapia dec.55. & de Jurib. Regni lib.5.
tit.31. de relegatis pragmatic.1. nu.1.
& ſeqq.*

Iſto quippè ultimo caſu gratia ſub-
reptitiè à Procuratore impetrata,
cum

cum in Principali delinquente abeſ-
ſet dolus, & juſta concurreret cre-
dulitas, & opinio non delinquendi,
mitiùs puniri debebat, eique pœna
52 erat minuenda, & temperanda, ut
in terminis delicti abſque dolo com-
miſſi per textum in l. 1. C. ad Leg.
Cornel. de Sicar. & in l. qui injuria 55.
ff. de Furt., tradunt Farinacc. de Pœ-
nis Temperand. quæſt. 87. reſpect. 1. n. 1.
& ſeqq. Decian. Tractat Criminal. tom.
1. lib. 1. cap. 4. num. 9. Carpzov. Pra-
ctic. Criminal. par. 3. quæſt. 142. de re-
miſſione, ſeu mitigatione pœnæ num. 30.
& ſeqq. Paſſerin. Tribunal. Regular.
quæſt. 28. per tot. Urſaya Inſtit. Crimi-
nal. lib. 4. tit. 7. de pœnis augend. vel
minuend. ſeu temperand. n. 18. 19. & in
terminis delinquentis, & credentis
53 ſe non delinquere, ſed licitè agere
Farinacc. de Pœnis Temperand. quæſt. 90.
reſpect. 1. in princip. & n. 1. & ſeqq.
& reſpect. 2. & 3. Urſaya Inſtit. Cri-
minal. lib. 4. d. tit. 7. n. 22.

Cæterùm ſi fides publica ſatis fuiſ-
ſet, ut reticita qualitas homicidii cum
derobatione præjudicialis non eſſet aſ-
ſecurato, non potuiſſet iſte condem-
54 nari ad triremes perpetuò, ut factum
fuiſſe refert idem Hieronymus de Fede-
ricis d. reſol. 52. in fine poſt 2. volum.
conſiliorum Farinacc., ſed debuiſſet à
carceribus relaxari, & in priſtinam
libertatem ita reduci, ut iterum ca-
55 pi non poſſet, ut in puncto aſſecu-
rati firmant Farinacc. de Carcer. &
Carcerat. quæſt. 29. num. 11. Jo: Grand.
de Bello Exulum ſpecial. 18. numer. 154.
Canciol. reſol. criminal. V. capture
reſol. 8. num. 1. & in addition. eodem
numero, & V. Gratia reſol. 1. num. 1.
& V. ſalvuſconductus reſolut. 4. num. 4.
ubi plures alios refert, Seraphin. Meſſin.
de Confiſcat. quæſt. 5. n. 4. Scopp. ad Pi-
gnatell. contr. 54. num. 9. & 10. Cen-
tur. 1. Sac. Conſilium Neapolitan. apud
Franc. dec. 258. num. 1. ibique Amen-
dol. num. 1. & de Luc. num. 2. verſ. pra-
cticabiliter, idem de Luc. ad Franc. dec.
415. num. 4. aliaque Authoritates mox
recenſenda.

Et demum non relevat, quòd ſal-
vuſconductus, etiam nulliter conceſ-
ſus, violari, & revocari non poſſit,
niſi aſſecurato in priſtinum ſtatum
56 repoſito, eoque antiquæ libertati re-
ſtituto cum competenti termino, me-
diante quo perſonam, & bona in
tuto ponere poſſit Giurb. conſ. crimi-
nal. 57. num. 24. in fine Baldovic. ad Ro-
man. obſervat. ad conſ. 54. numer. 22.
Franciſc. Roer. reſp. 23. ſub nu. 3. & 4.
lib. 2. Prates reſp. criminal. 16. nu. 27.
Pignatell. contr. 53. num. 12. & 20. & d.
contr. 54. num. 15. centur. 1. Scopp. ad
eum in Scholiis ad dictum cap. 53. ſub
n. 9. ubi alios citat, & num. 14. & cap.
54. n. 9. & ſeq. Criſp. de Valdaur. ob-
ſervat. 16. n. 42. Calvin. de Æquitat.
lib. 2. cap. 106. nu. 22. & ſeq. Farinacc.
de Carcer. & Carcerat. quæſt. 29. n. 11.
& conſ. 46. ſub n. 10. verſ. unde etiamſi
lib. 1. Canciol. reſol. criminal. V. ſal-
vuſconductus reſol. 4. num. 4. ubi plures
concordantes Tapia de Jure Regni lib. 5.
tit. 57. de Guidat. pragmatic. 1. num. 2.
Raynald. obſervat. criminal. cap. 33.
§. 4. ſub num. 49. Salgad. de Regia pro-
tect. par. 2. cap. 4. n. 32. & ſeqq. Meſ-
ſin. de Confiſcat. d. quæſt. 5. n. 4. Guazzin.
ad defenſ. Reor. d. defenſ. 12. cap. 2. ſub
num. 58. verſic. bené verum, Cavalcan.
de Brach. Regio par. 2. num. 316. & plu-
ribus ſeqq. Torr. Variar. Jur. quæſt.
num. 5. tit. 13. definit. 43. num. 8. fol.
mihi 381. Sacrum Conſilium Cathalo-
niæ apud Calderò dec. 27. num. 7. & 42.
& dec. 33. num. 18. tom. 1. Sac. Conſi-
lium Neapolitan. apud Afflict. deciſ. 4.
n. 7. Franc. dec. 258. n. 1. ibique Amendol.
num. 3. de Luc. ad Franch. dec. 415. n. 5.
idem Franch. dec. 590. num. 2. 3. & ſeqq.
ibique Riccius, Rovitus, & de Luc. n. 1.
idem Franch. dec. 673. num. 1. & ſeqq.
& dec. 717. num. 1. ibique de Luc. n. 7.
& 8.

Quoniam hoc procedit, vel quan-
do ſufficienter non probatur delictum,
cum enim in dubio ſalvuſconductus
ſervandus ſit, ne fides publica læſa,
57 & violata remaneat, ſi probationes
delicti non ſint plenæ, & concluden-
tes, ſed res aliquo modo dubia re-
maneat, Reus in priſtinam libertatem
eſt reponendus, Scialoya in Prax. For-
judication. cap. 23. ſu. 10. Sanfelic. dec.
48. ſub num. 4. Sacr. Conſilium Catha-
loniæ apud Calderò d. dec. criminal. 19.
num. 13. & ſeq. Vel procedit in nul-
litate proveniente ex defectu poteſta-
tis

58 tis concedentis, vel alias ex facto ſuperioris, adeout aſſecuratus ſit in bona fide, credens ſalvumconductum ſuffragari, & in his terminis loquuntur pleræque ex Auctoritatibus in objectio relatis, nullo autem modo locum habere, & recipi poſſunt, quando ſubreptio, & obreptio fuit, ut hic, plenè probata, & ſumus in nullitate proveniente ex dolo, culpa, &
59 falſa expreſſione ſupplicantis, & in iſto non concurrit juſta credulitas, & bona fides, ut in ſpecie conſiderat *Franciſc. Rocc. d. reſp. 23. n. 4. lib. 2. Capiblanc. de Baronib. tom. 2. pragmatic. 6. cap. 31. numer. 18. & ſeqq. Mastr. ad decis. Sanfelic. lib. 1. dec. 48. n. 15. Sacr. Conſilium Neapolitanum apud Capyc. Latr. d. dec. 103. num. 17. 53. & pluribus ſeqq. ibique Manfrell. in obſervat. num. 8. Sac. Conſilium Cathaloniæ apud Calderò dec. criminal. 18. num. 45.*

Minimè relevante reſponſione, quòd ſalvuſconductus ſit ſpecies contractus
60 inter Principem, & Forenſem *Sard. conſ. 298. num. 10. Burſati conſ. 177. n. 37. Cyriac. contr. 399. num. 10. & 11. Merlin. Pignatell. d. contr. 53. n. 6. & contr. 54. num. 4. centur. 1. Scipp. ad eum d. contr. 53. num. 5. & num. 11. & ad Fabr. in Codic. lib. 1. tit. 13. explanat. 19. num. 6. Jacobus Pignatell. conſult. canonic. 67. n. 1. tom. 5. Magalott. de Salvocondutt. part. 4. in princip. Capiblanc. de Baronib. tom. 2. ſuper pragmatic. 6. cap. 31. ſub num. 4. Carpzov. practic. criminal. part. 3. quæſt. 112. num. 57. & 74. Senatus Mantuanus apud Sard. dec. 302. num. 1. Sacr. Conſilium Cathaloniæ apud Calderò dec. criminal. 17. num. 36.*, qui cum hac conditione accedit ad habitandum, & bona transfert ad locum Principis ſecuritatem concedentis, & ſine qua nec
61 veniſſet, nec bona tranſportaſſet, ut in propria noſtra materia *Alex. conſ. 235. ſub n. 3. 4. & 5. lib. 6.* Undè vel contra taliter ſupplicantem non eſt allegabilis
62 ſubreptio, vel illa eadem nocere non poteſt, niſi perſonis, & rebus antiquo ſtatui reſtitutis, eo pacto, quo in aliis contractibus venditionis, & ſimilibus, non poteſt Princeps, annullato contractu ob falſam expreſſionem factam, retinere ſibi jus, quod ex eo acquiſivit,
63 ſed omnia debent in priſtinum reponi.

Etenim aut ſalvuſconductus fuit conceſſus propter ſervitia præſtita Fiſco, puta pro detectione delinquentium, illorum occiſione, aut traditione in manibus Curiæ, & ſimilibus, & iſte dicitur conceſſus ex cauſa one-
64 roſa, ac ſapit naturam contractus correſpectivi, dò, ut facias, & in his terminis loquitur *Pignatell. d. contr. 53. ex num. 6. & contr. 54. num. 4. centur. 1. Scipp. ad eum d. contr. 53. num. 11. Capiblanc. de Baronib. tom. 2. ſuper pragmatic. 6. cap. 31. ſub num. 37. verſic. ſecundò advertatur, & ſeqq. aliique.* Aut elargitus fuit nullo præcedente ſervitio, ſed ex mera benignitate, & indulgen-
65 tia Principis, & iſte dicitur gratia, & beneficium *Roman. conſ. 11. num. 18. ibique Baldacc. num. 1. & ſeqq. Sard. d. conſ. 298. ſub num. 51. Menoch. de Arbitrar. caſu 336. num. 24. & ſeqq. Capiblanc. de Baronib. d. cap. 31. num. 19. & 20. Boll. de remiſs. part. 9. tit. de ſalvocondutt. num. 17. Blanc. in Prax. criminal. § Dotis defenſionibus num. 53. Farinacc. de Carcer. & Carcerat. d. quæſt. 29. n. 39. ubi alios citat. Manſon. de Conſ. execut. limit. 6. num. 32. & ſeqq. Conciol. reſolut. criminal. V. ſalvuſconductus reſol. 2. ſub num. 1. & reſol. 4. num. 5. Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 19. num. 8. remed. 20. ſub num. 6. verſic. ſecundò requiritur, & de Ration. rata quæſt. 139. num. 7. & ſeqq. Scanarol. de Viſitat. Carceratar. lib. 3. § 2. cap. 1. Guazzin. ad Defenſ. Reor. d. defenſ. 12. cap. 1. ſub num. 58. verſic. ſed ſolus Princeps, Cavalcan. de Brach. Regio part. 2. num. 314. & ſeqq. Reynald. obſervat. criminal. cap. 33. § 4. num. 16. & ſub num. 28. Sard. dec. 307. num. 18. Sac. Conſilium Cathaloniæ apud Calderò d. decis. criminal. 29. ſub n. 8. 12. & 14.*

Nec contrarium firmat *Alex. d. conſ. 235. ſub num. 3. 4. & 5. lib. 6.*, ibi enim ipſe tractat quæſtionem, an in ſalvoconducto generalitèr conceſſo, intelligatur facta conceſſio contra majorem Dominum, quàm eſſet ipſe con-
66 cedens, & poſt quam concludit affirmativè, reſpondens objectio, quòd Poteſtas Ferrariæ veriſimilitèr non conceſſiſſet ſalvumconductum contra Ducem Burgundiæ, ad cujus inſtan-

tiam

tiam fuit factum ſequeſtrum, ſubdit, quod nulla ex hac conceſſione cauſari poteſt indignatio Ducis Burgundiæ, quia ſi ſalvuſconductus non fuiſſet conceſſus, bona in Territorio Ducis Mutinæ, ubi factum fuit ſequeſtrum, conducta non fuiſſent, & ſic nullum Duci creditori irrogatur præjudicium. Ex hoc autem, quòd ſine ſalvoconductu forenſis non fuiſſet acceſſurus ad habitandum, nec bona conduxiſſet ad locum Principis concedentis,
67 inferri non poteſt conceſſionem continere titulum oneroſum, quia omnes, qui aſſecurari petunt, ſi eis denegetur ſalvuſconductus, ad loca, & dominium Principis denegantis regularitèr non accedunt, ac proindè ſi ex hac ratione ſecuritas diceretur conceſſa ex cauſa oneroſa, nullus daretur ſalvuſconductus, qui titulum oneroſum non haberet, ut conſideranti patet.

Cæterùm nec titulus oneroſi contractus, quatenùs adeſſet, ſalvumconductum à ſubreptione ſalvare poſſet; ſubreptio enim, quæ ſupponit Principem à minùs ſinceræ expreſſione deceptum, & circumventum, operatur, ut in eo deficiat voluntas concedendi ſalvumconductum, cujus intentionis defectus allegari poteſt adverſus quodcumque privilegium, & conceſ-
68 ſionem ex cauſa ſive lucrativa, ſive oneroſa factam, ut benè obſervat *Rota coram Emer. Jun. dec.* 1057. *n.* 20. Minuſque talis titulus operari poteſt, ut ſubreptio non poſſit dici nociva, niſi priſtina libertate donata ſupplicantibus, eorumque bonis in ſalvo poſitis: Quoniam quidquid ſit in ſalvoconductu, pro quo ex parte Impetrantis aliquid fuiſſet præſtitum, vel ſolutum concedenti, qui propriè æquiparatur venditioni, aliiſque contractibus oneroſis, & correſpectivis, quales ſunt termini contrariarum Auctoritatum:
69 quando verſamur in alia ſpecie ſalviconductus, in qua ſupplicans pro eo conſequendo nihil dedit, & ad nihilum ſe obligavit, Princeps, deceptione detecta, poteſt illum revocare, abſque eo quòd ad aliquid aliud teneatur juxta ſuperius relatas Auctoritates.

Et ità utraque &c.

ARGUMENTUM.

Oſtenditur, ſufficientem cauſam condemnatum gratiandi, non fore promiſſam Meretricis deſponſationem, cujus quæſtionis occaſione plura perelegantèr deducuntur pro regulandis Judicum condemnationibus, & Principum Gratiis circa pœnarum mitigationem, vel commutationem, juxta varias caſuum circumſtantias in Deciſione recenſitas.

SUMMARIUM.

1 *Ubi multa urgentia adſunt fundamenta, & concurrunt indicia, poteſt Judex pro ſuo arbitrio pœnam condemnato minuere, & ob promiſſionem deſponſandi meretricem, eum liberare.*

2 *Ex ſola promiſſione deſponſandi Meretricem, condemnato non conceditur Gratia.*

Et ita fuit obſervatum Florentiæ, & obſervatur in dominio Mediolani, ibidem.

3 *Reus, qui meretricem ducat, licèt actum Charitatis gerat, non tamen vindictæ publicæ ſubtrahi debet.*

Cum bona opera, poſt delictum commiſſum facta, delictum non tollant, ibidem.

4 *Spes facilè obtinendi gratiam per deſponſationem Meretricis, daret anſam Sceleſtis hominibus delinquendi.*

5 *Birrarius petens liberationem Meretricis condemnatæ ad mortem, & offerens ſe eam deſponſare, non fuit Florentiæ gratiatus.*

6 *Supplicantibus pro gratia ſtupri, conſentiente utraque parte Matrimonium contrahere, ſolet pœna in totum, vel in parte conſiderabili remitti.*

7 *Et ita practicatur in Electoratu Saxoniæ, & Florentiæ, multaque reſcripta S.C. Regiæ, ejuſque Collateralis Conſilii adducuntur.*

8 *Pœna ſtupri hodie de conſuetudine eſt arbitraria Judici, & multo magis Principi, itaut gravior, vel levior imponi poſſit, & impoſita magis, vel minùs gratiari, & qualis ſit pœna Juris communis,* & n. 9.

10 *Florentiæ ſtuprum per Statutum punitur pœna pecuniaria librarum quinque centum.*

11 *Inter cauſas pœnam ſtupri minuentes numeratur qualitas Puellæ ſtupratæ, quia ſit vilis.*

12 Sta-

12 *Statutum Florentiæ delictum ſtupri in perſona famulæ, & Pediſſequa punit pœna librarum 25., in aliis mulieribus minus deterioratæ conditionis in libris 100., & ubi conſenſerint, in nihilum punitur.*

13 *Stuprum ſolùm attentatum, & non conſummatum minuit pœnam.*

14 *Prout mitiori pœna punitur ſtuprum, à ſtupratore confeſſatum, ſed à ſtuprata negatum, quod aliundè non poſſit probari.*

15 *Stuprum cum Vidua commiſſum Florentiæ punitur.*

16 *Sed mitiori pœna, qua cum virgine puniretur.*

17 *Delinquenti ob longam carcerationem pœna minuitur, & gratia augetur.*

Quia carceratio habetur loco pœnæ, ibid.

18 *Delinquenti, qui magna ſervitia Principi, & Reipublicæ præſtiterit, pœna minuitur.*

Etiamſi ſervitia ſint parentum, & conjunctorum, ibid.

19 *Et ſi delinquens aliqua ſingulari virtute ſit inſignitus, paritèr pœna minuitur.*

20 *Prout ſi ſit bonæ famæ.*

21 *Et ſi aliàs non deliquit.*

22 *Aliquando enim eſt ignoſcendum humanæ fragilitati.*

23 *Is, qui multo tempore ante petitam Gratiam deliquit, mitiori pœna à Judice punitur, & à Principe faciliùs gratiam conſequitur.*

Et ita paſſim ſervatur Florentiæ, ibidem.

24 *Eadem que facilitate tractatur delinquens Senis, & mala valetudine vexatus.*

25 *Declara id procedere, ſi delictum longè ante, & ſic ante Senectutem ſit commiſſum, non verò ſi de recenti.*

26 *Senes, & malè valentes, ſi capaces fuerint delinquendi, capaces etiam eſſe debent ad pœnam ſuſtinendam.*

Senes graves, & robuſti non minùs, quàm Juvenes pœnis, & tormentis ſubjici debent, ibid.

27 *Minoratio pœnæ intrat etiam favore delinquentis paupertate oppreſſi.*

28 *Et etiam pœnæ permutatio, ut ſervatur Florentiæ, ubi pœna pecuniaria ex praxi inveterata permutatur in pœnam confinis.*

29 *Et ei, qui minorem ætatem egreſſus non ſit, pœna minuitur.*

30 *Etiam in terminis ſtupri, & reprobatur contrarii.*

31 *Si ex cauſa, & impetu Amoris deliquit, mitius punitur.*

Impetum Amoris refrænare difficillimum, ibid.

32 *Amor æquiparatur Ebrietati, & furori*, & n. 33.

34 *Ebrio, & furioſo juxta qualitatem Ebrietatis, & furoris pœna remittitur, vel minuitur.*

35 *Aliquando dictis circumſtantiis deficientibus, aliiſque in contrarium militantibus, à Judice pœna augetur, & à Principe Gratia parcè conceditur.*

36 *Afferuntur reſolutiones Collateralis conſilii, de ſtupratore, qui ſe offerebat deſponſare ſtupratam.*

37 *Cauſæ augendi pœnam, & refrænandi Gratiam plurimæ ſunt, nempe frequentia delicti in aliquo loco.*

38 *Geminatio, & reiteratio delicti.*

Ob conſuetudinem delinquendi quis graviùs punitur, ibid.

39 *Etiam in terminis ſtupri.*

40 *Maximè ſi reiteratio ſit ſcandaloſa.*

41 *Lapſus modici temporis à die patrati delicti, ubi reſolutio ſacri Collateralis Conſilii affertur.*

42 *Mala fama delinquentis.*

43 *Graviùs punitur ſtuprum commiſſum à tutore, vel curatore.*

44 *A Commentarienſi, vel Cuſtode Carceris.*

45 *Ab Auriga in Perſonam Mulieris ſibi ad vehendum commiſſa.*

46 *Et à famulo, vel alia perſona, cujus cuſtodiæ Puella ſit commiſſa.*

47 *A perſona vili cum Perſona Nobili.*

48 *Prout graviùs etiam punitur, ſi commiſſum ſit cum Virgine immatura.*

49 *Refertur exemplum, & reſolutio Sacri Collateralis Conſilii.*

50 *Aut ſi mixtum, & unitum ſit cum rapto, inceſtu, vel ſimili.*

51 *Adducuntur pariter exempla, & reſolutiones hujus Regni Domini.*

52 *Vel ſi ſtuprum ſit violentum, propter quod pœna mortis imponitur, & graviùs punitur. Sed vide* ibidem dicto numer. & in fine.

53 *In Magno Ducatu Hetruriæ attentans ſtuprum violentèr ſine armis, baculo,*

lo, & percuſſione, non ſecuto effectu, ad triremes damnatur, remiſſa quantitate temporis arbitrio Judicis, effectu verò ſecuto, pęna capitis punitur, attentans verò cum armis, baculo, percuſſione &c., etiam non ſecuto effectu morte punitur.

54 *Et ſufficit Arma reperiri penès ſtupratorem, ut dicatur violentiam egiſſe, & pęnæ capitis ſit locus.*

55 *In Magno Ducatu Hetruriæ non ſolet exequi hæc pęna, ſed in mitiorem commutatur.*

56 *Sicuti pęna triremium inflicta contra attentantem ſtuprare fęminam ſine armis commutatur in mitiorem, ſi velit ducere in uxorem illam mulierem.*

57 *Condemnatus ad pęnam confinii ad certum tempus, ſi iſtud pro medietate temporis obſervavit, regulariter ſolet pro alia medietate gratiari in hoc Regio Dominio, & ponitur formula reſcripti.*

58 *Etiamſi Mulier armis perterrita deindè conſentiat, & ſtuprum voluntariè patiatur, pęna non minuitur.*

59 *Quia geſta per mulierem armis perterritam, dicuntur per vim, & metum facta, quamvis apparenter conſenſum præſtitiſſe videatur.*

60 *Conſenſus meticuloſus eleganter deſcribitur.*

61 *Nec ſufficit confeſſio mulieris, aſſerentis ſponte fuiſſe cognitam, ſed debet apertè conſtare de libero conſenſu ex validis indiciis, & conjecturis.*

62 *Stuprum non dicitur per vim commiſſum, ſi violentia non ſit facta Perſonæ.*

63 *Et multò minùs, ſi blandis verbis, & doloſis ſuaſionibus mulier inducatur ad delinquendum.*

64 *Niſi ſit commiſſum cum Virgine immatura, quo caſu ſemper dicitur adhibita violentia.*

65 *Et niſi ſtuprans doloſè, & fraudolenter ultra modum ſe geſſerit, promittendo ducere in uxorem ſtupratam, quando jam erat uxoratus, vel poſt ſtuprum aliam duxerit.*

66 *Judices, & Principes, attentis facti, & perſonarum qualitatibus, debent, & poſſunt pęnas augere, vel minuere, & delicta magis, vel minùs gratiare.*

Cum reſpectu Judicis, & multò magis reſpectu Principis omnes pęnę hodie ſunt arbitrariæ, ibidem.

67 *Judex, & Princeps in infligendo pęnas, & in parcendo, debet ſtudere morum hominum correctioni, & nec debet affectare clementiam, nec rigorem, & quæ debeat reſpicere, & quomodo debeat ſe gerere, eleganter deſcribitur* num. ſeqq.

68 *Judex juſto libramine quædam per Juſtitiam debet corrigere, quædam per æquitatem temperare, quædam verò per miſericordiam indulgere.*

70 *In dubiis in clementiam debet inclinari. Melius enim eſt in miſericordia, quàm in ſeveritate peccare*, ibid.

71 *Princeps meliori prærogativa non poteſt decorari, quàm illa clementia.*

72 *Imperii enim magnitudo non conſiſtit in multiplicatione pęnarum, ſed in frequenti elargitione præmiorum.*

§. Unico.

PRopoſitio, de qua in hac noſtra Deciſione *n.* 47. & *n.* 50. fuit cauſa, ut ſupplices preces porrigerentur Sereniſſimo Domino Noſtro pro gratia cujuſdam condemnati ſub motivo deſponſationis Octaviæ Meretricis, ſed Nos omnes ſupremi Collateralis Conſilii Celſitudinis Regiæ Conſiliarii, unanimiter reſpondimus, non eſſe annuendum inſtantiæ prædictæ, & ita reſcribi mandavit Sereniſſimus Dominus Noſter; Firmata enim in præſenti noſtra deciſione procedunt, quando plura alia urgentia adſunt fundamenta pro minoratione pęnæ, quibus concurrentibus poſſe Judicem pro ſuo arbitrio
1 pęnam condemnato minuere, in his terminis ſcribunt *Vergil. Pingitz. quæſt. Saxonic.* 8. *n.* 4. *Carpzov. Practic. criminal. part.* 3. *d. quæſt.* 149. *n.* 53. & *ſeqq.* ubi refert plures ſententias *Scabin. Lipſienſ.*, illiſque deficientibus, ex ſola promiſſione deſponſandi Meretricem condemnato non conceditur gratia; & Doctores, qui contrarium ſuſtinent, in conſuetudine locali ſe
2 fundant, non in juris diſpoſitione, quæ

attenta pro executione ſententiæ reſ-
ponderunt in ſpecie *Galeſim. de Bene-
dictis in cap. Raynutius V. mortuo itaque
Teſtatore il primo n.169. de Teſtament.
Hieronymus de Federicis poſt 2. Volum.
Conſilior. Farinacc. reſol.52. n.3. 4. 12.
& 13. Rendenſ. reſp.27. ſub n.40. §. Am-
pliatur ulteriùs concluſio lib.2.* ubi alios
refert, & dicit, quod non potuit obti-
nere, quando contrarium defendit in
hoc Regio Dominio, *Tiraquell. de Pœnis
Temperand. cauſa 56 Gomez de Delict.
cap.13. n.37. verſ quintus caſus eſt, ubi-
que Ayllon. n.38. verſ. quod accipienti
Meretricem Medices in tractat. mors om-
nia ſolvit p. cap. n.258. Bobadilla in Po-
litic. lib.3. cap.15. n.12. Cynedo quaſt.9.
num.19. Bolan. in Curia Philippic. par.
3. §. Sententia n.21. Petrus à Plana
in Epitom. Delictor. lib.1. cap.34. n.6.
in fin. verſic. ipſe verò non moveor,
Clar. in Praxi Criminal. §. Final. quaſt.
98. num.6.* ubi quod liberare ex hac
cauſa condemnatum non practicatur
in Dominio Mediolani, ibique *Ba-
jard. num.4. Novarec. in ſylva Nu-
ptial. verb. eſt notandum ſub n.33.*, &
cum hac opinione videtur reſidere
*Farinacc. Fragment. criminal. part.1.
verb. condemnatus ad mortem nn.641.
& 642.* plenè *Ertl. de Jurisd. Princip.
Exercitat.31. per totam*, ubi reprobat
contrarios, *Paulus Chriſtin. dec. Belgic.
48. num.5. & 6. vol.2.* ubi quod in
locis, in quibus non viget talis con-
ſuetudo non eſt gratiandus condem-
natus *Nicol. Reuſner. dec.16. lib.2. Mat-
thæ. Coler. dec.238. n.3.* Matrimonium
enim non eſt modus puniendi faci-
noroſos, ſed aliæ à legibus inventæ
ſunt pœnæ, quibus ipſi ſubjici de-
bent, ut Juſtitiæ ſatisfiat, & ut Reſ-
publica à malis hominibus purgetur;
& licèt actum charitatis exerceat, qui
meretricem ducit, non tamen ſequi-
tur, eum vindictæ publicæ ſubtrahi de-
3 bere, cum bona opera, poſt delictum
commiſſum facta, criminis abolitionem
non operentur, ut ex pluribus probat
*Ertl. de Jurisd. Princip. dicta exercit.31.
verſ. deinde favor Reipublica*, & fir-
mant aliæ Auctoritates mox citatæ.

Quòd ſi aliàs decerneretur, omnes fe-
rè delinquentes impuniti evaderent,
Facilè enim eſſet cuique, ob grave de-
lictum condemnato, invenire Mere-
tricem, quæ, vel ſponte ſua, vel
precibus, & pecunia pro eo ſuppli-
caret; & ſic ſub ſpe faciliter obtinen-
di hujuſmodi gratias, daretur anſa
ſceleſtis Hominibus delinquendi, ut
4 conſiderat in terminis *Hieronymus de
Federicis d. reſol.52. numer.12. & 13.
poſt 2. volum. Conſilior. Farinacc. Ba-
jard. ad Clar. §. final. d. quaſt.98. n.4.
Carpzov. pract. Criminal. part.3. dict.
quaſt.149. num.59. & ſeqq.* ubi res ju-
dicatas refert, & in terminis Birtna-
rii petentis liberationem Mulieris con-
5 demnatæ ad mortem in Civitate Flo-
rentiæ, & ſe eam deſponſare exhi-
bentis, *Rendenſ. d. reſp.27. ſub nu.40.
§. Ampliatur ulterius concluſio*, ubi
arguit à noſtro caſu ad ſuum.

Supplicantibus tamen pro gratia
ſtupri commiſſi, quando utraque pars
conſentit matrimonium contrahere,
ſolet pœna remitti, vel in totum, vel
in parte valde conſiderabili, ut tra-
dunt *Gabriel conſ.173. ſub n.15. lib.1.
Farinacc.*, qui alios refert *de Delict.
6 Carnis quaſt.145. num.101. & quaſt.
147. num.92. & ſeqq. Bajard. ad Clar.
§. Stuprum n.9. & 22. Matthæ. Sanz.
de Re criminal. contr.51. num.7. Ray-
nald. obſervat. criminal. tom.1. cap.21.
§. 11. num.22. Carpzov. Practic. cri-
minal. part.2. quaſt.69. ex num.51. &
quaſt.75. num.65. & ſeqq.* ubi quod in
Electoratu Saxoniæ, ita paſſim obſer-
vatur, *Sabell. in ſumma §. Stuprum n.
1. verſ. quod ſtuprum in fine, & ſub
num.7. verſ. ſtuprum, & verſ. quod
[illegible], & in Practic. §. Stupro n.7.
Caball. reſol.96. ſub num.15. & reſol.
196. num.11. & ſeqq. uſque ad finem
Zaal. ad Statut. [illegible]. lib.4. Rubr.
23. num.133. Panimoll. dec.93. adnot.2.
n.3.*, & de praxi Civitatis Florentiæ
*Sabell. in Praxi §. Matrimonium nu.9.
§. Hodie tamen in fine*, & ita pluries
7 ſervatum, & reſcriptum fuit à S.
Celſitudine Regia, Nobis conſulenti-
bus, & ſignanter de Menſe Februa-
rii, & Martii 1712. ab Incarnatione,
die 19. Junii 1713. die 6. Julii 1713.
die 7. & 21. Auguſti, die 4, & 17. Se-
ptembris ejuſdem anni, & paſſim in
aliis caſibus, Reos à pœna totali libe-
rando.

Eo-

Eòque magis ſolet gratia pinguior à Principe concedi, & mitigari à Judice pœna Juris Communis, vel Statutaria, ſi concurrant circumſtantiæ illam minuentes. Pro cujus rei pleniori notitia ſciendum eſt, quòd quidquid ſit de pœna ſtupri à Jure communi inflicta, de qua *Carpzov.*
8 *Practic. Criminal. part.2. quæſt.68. de ſtupri crimine num.1. & ſeqq. & quæſt. 75. num.2. & ſeqq. Raynald. obſervat. criminal. tom.1. cap.23. §.4. 5 & 6. n.11. & ſeqq. Matthæus Sanz. de Re criminal. contr.51. n.2.* aliique inferius citandi, hodie ex conſuetudine eſt arbitraria Judici, & multo magis Principi, itaut gravior, aut levior imponenda veniat, & impoſita magis,
9 vel minùs gratianda, prout ex aliqua cauſa Judici, vel Principi viſum fuerit, in ſpecie *Gutierrez Canonicar. quæſt. cap.37. n.5. in fine verſic. ego utroque caſu, Farinac. de Delict. Carnis quæſt. 147. n.98. Menoch. de Arbitrar. caſ. 288. num.10. & caſ.410. n.110. Matthæus Sanz. de Re criminal. d. contr.51. n.4. & ſeqq. & contr.57. n.13. Raynald. obſervat. criminal tom.1. cap.23. §.4. 5. & 6. num.30. & ſeqq. & n.211. & ſeqq. Gratianus diſcept. vol.4. n.23. & 24. & vol.17. n.3. Panimoll. dec.93. n.1. deciſio Florentina poſt tom.1. ſumm. Sabell. cap.5. num.9.* & Florentiæ vigore Statuti delictum hujuſmodi punitur
10 pœna librarum 500., ut in eodem Statuto *lib.3. Rubr.112.*, & tradit *Lopez de Illegitim. Comment.1. §.5. n.34. & verſic. alia quoque Italia, & n.118. verſ. denuum, & ſub n.143. Sabell. in ſumma §. Stuprum ſub num.6. verſ. Florentia, & in Practic. §. Stupro n.18.*

Plures autem ex aliis cauſis pœnam minuentibus recenſentur à Doctoribus, inter quas numeratur qualitas
11 puellæ ſtupratæ, quæ ſit perſona vilis conditionis, quando vilitas reſpicit mores, non obſcuritatem natalium, *Fontanell. de Pact. Nuptial. tom. 2. clauſ.5. Gloſſ.5. part.1. num.49. & 50. Matthæus Sanz de Re criminal. contr. 34. num.31. Carpzov. practic. criminal. par.2. quæſt.68. num.55. & ſeqq. Berlich. practicar. concluſ. par.5. d. concl. 38. n.7. Lopez de Illegitim. commentar. 1. §.5. n.110. Berſon. de Viduis cap.3. quæſt.17. n.10. Gratian. diſcept.958. n. 13. Marcian. diſput.29. n.27. Menoch. de Arbitrar. caſu 288. n.15. Raynald. obſervat. criminal tom.2. cap.23. §.4. 5. & 6. n.199. & ſeqq. Panimoll. deciſ.93. adnot.2. num.1. Theſaur. dec.5. n.3.* Unde in Famulis, & Pediſſequis Statutum Florentinum ſtuprum punit
12 pœna librarum viginti quinque, & in aliis mulieribus minùs deterioratæ conditionis in libris centum, & ubi conſenſerint, in nihilum punitur, ut in d. *Lib.3. rubr.112.*, de quo *Lopez de Illegitim. commen. 1. §. 5. numer.34. verſ. alia quoque Italia, & n.110. in fin. & ſub n.118. & n.143. Sabell. in Practic. §. Stupro n.18. in fine.* Prout minuitur pœna, ſi agatur de ſtupro ſo-
13 lùm attentato, ſed non conſummato *l. 1. §. Qui puero ff. de Extraordin. Crimin. Faber in Cod. lib.9. tit.7. defflnit.5. n.9. Matthæus Sanz. de Re criminal. contr.54. n.27. & 30. Carpzov. Practic. criminal. part.2. quæſt.75. nu.31. & ſeqq. & n.36. & ſeqq. & n.56. & ſeqq. Mars ad Conſuetud. Panormitan. cap.76. n.79. Farinac. de Delictis Carnis quæſt.147. n.73. & 74. Bajard. ad Clar. §. Stuprum n.37. Sabell. in Practic. §. Stupro n.3. Berlich. part.5. concl.41. num.40. Peguer. dec. 7. n.5. Afflict. dec.276. n.7. Panimoll. d. dec. 93. adnot.2. n.17. & 18. Senatus Cathaloniæ apud Cortiad. dec.89. nu.27.*; & ſi agatur de ſtupro à ſtupratore ſolùm confeſſato, ſi mulier id neget,
14 & aliunde probari non poſſit, pœna pariter minuenda eſt *Carpzov. Practic. criminal. par.2. d. quæſt.75. n.73. & ſeqq.*; ſi ſtuprum ſit commiſſum cum
15 Vidua, quod in Civitate Florentiæ puniri debere, firmat *Lopez de Illegitim. commentar.1. d. §. 5. num.118. verſic. demum, & n.143. Sabell. in Summa §. Stuprum num.1. verſic. ſtuprum cum Vidua in fine. Raynald. obſervat. criminal. cap.23. §.1. num.304.* mitiori tamen pœna, quàm ſi quis Virginem
16 defloraſſet *Raynald. obſervat. criminal. cap.23. §.4. num.140. & 141. Thor. vol.53. n.29. 36. & ſeqq.*

Similiter diminutionem pœnæ, & augumentum gratiæ meretur is, qui
17 longam carcerationem paſſus eſt, cum carceratio habeatur loco pœnæ *l. au-*

ner 23. C. de Pœnis Capitalem. de Baronibus tom.2. ſuper Pragmatic.19. cap. 94. num.4. & ſeqq. Matthæu Sanz de Re criminal. contr.67 num.5. & n.11. & ſeqq. Caball. reſol.142. ex numer.1. Carpzov. Practic. criminal. par.3. quæſt. 141. num.81. in fine, & ſub num.84. Reynald. obſervat. criminal. cap.4. §.1. num.120. deciſio Florentina poſt tom.2. Summa Sabelli cap.5 ſub n.11. verſic. nihilominus Franch. dec.317. n.4. ibique *de Luc. num.1. Fontanell. dec.257. numer.23. Theſaur. dec.76. num.4.* plenè *Conſilium Cathaloniæ apud Calderò dec. 23. n.45. & pluribus ſeqq.* ubi concordantes *Magna Curia Regni Siciliæ apud Baſilic. dec.10. n.8.*

Ita pariter ii, qui ſingularia merita, & ſervitia habet erga Principem,
18 vel Rempublicam *Creſp. de Valdaura obſervat.5. num.114. Seſſ. de Inhibition. cap.1. §.5. num.15. & 20. Maſtrill. de Magiſtrat. lib.3. cap.7. num.40. Carpzov. Practic. criminal. part.3. quæſt. 149. num.43. & pluribus ſeqq. Urſaya Inſtit. criminal. lib.4. d. tit.7. numer.116.* ubi plures *Conſilium Cathaloniæ apud Calderò dec.32. num.17. & dec.38. num.32.* & pluribus adductis concordantibus, pleniſſimè *dec.78. n.2. & ſeqq.* ubi quòd procedit, etiamſi ſervitia ſint Parentum, & Conjunctorum.

Idem quando delinquens aliqua
19 ſingulari virtute eſt inſignitus *Creſp. de Valdaur. d. obſervat.5. numer.197. Seſſ. de inhibition. cap.1. §.5. num.15. Maſtrill. de Magiſtrat. lib.3. d. cap.7. num.40. Tiraquell. de Pœnis temperand. cauſa 50. Clar. in Practic. criminal. §. final. quæſt.60. num.23. Covarr. Variar. reſol. lib.2. cap.9. num.6. Gomez. Variar. reſol. tom.3. cap.13. numer.36. Farinacc. de Pœnis temperand. quæſt.98. num.134. Carpzov. Practic. Criminal. quæſt.149. num.62. & ſeqq. Urſaya Inſtit. criminal. lib.4. tit.7. num.74. & ſeqq. Nicolaus Boerius. lib.2. dom.ſ.16. concl.82.*

Ita quoque ſi delinquens fuerit Vir bonæ famæ *Alex. conſ.186. num.8. lib.7. Tiraquell. de pœnis tempor. cauſa 51. Farinacc. de Indic. quæſt.47. n.185.*
20 *Caren. de Offic. S. Inquiſition. part.3. tit.9. §.14. Conciol. reſol. criminal. V. Fama reſol.6. n.10. Bondon. collect.15. num.22.104., & ſeqq. lib.2. Grammatic. vot.20. num.9. Carpzov. Practic. criminal. par.3. quæſt.141. ſub nu.84.*
21 *& 85.*, & qui alias non deliquit *Creſp. de Valdaur. obſervat.5. num.240. Farinacc. de Indic. & Tortur. quæſt.47. num.185. Novar. de Pragmat. Regni Rubr. de Compoſit. Collect.1. Rovit. de Offic. Rubr.14. §.13. num.45. Reynald. obſervat. criminal. tom.1. in proœmio §.7. num.19. Urſaya Inſtit. criminal. lib.4. d. tit.7. num.117. Conſilium Cathaloniæ apud Calderò dec.32. num.6. in*
22 *fine verſ. è contra ſe*, Ignoſcendum enim eſt quandoque humanæ fragilitati, ut inquit *Matthæu. Sanz. de Re criminal. contr.50. n.62. & 63.*, nam juxta illud Poetæ —

Si, quoties peccant homines, ſua fulmina mittat
Juppiter, exiguo tempore inermis erit.

Mitigationem pœnæ meretur etiam is, qui per multum tempus ante petitam
23 gratiam deliquit, Judex enim in condemnando, & Princeps in gratiando ad hoc reſpicere debet, quia propter recentiam, vel antiquitatem delicti gratia facilior, vel difficilior evadit, & pœna augetur, vel minuitur *l. ſi diutino 25.* ibique ſcribentes *ff. de Pœnis Clar. in Prax. Criminal. §. final. quæſt.60. num.32.* ibique *Bajard. num.106. Guazzin. ad Defenſ. Reor. defenſ.2. cap.3. num.1. Carpzov. Practic. criminal. part.3. quæſt.141. n.70. & ſeqq. Farinacc. de Inquiſit. quæſt.10. num.84. & pluribus ſeqq.*, ubi concordantes *Matthæu Sanz. de Re criminal. contr.67. n.3. & ſeqq. & num.24. & 25. Covarruv. Variar. Reſol. lib.2. cap.9. ſub num.3. verſ. primum poſſe contingere, Boſſi. tit. quomodo procedend. per abſent. in delict. num.18. Carpzov. d. quæſt.141. numer.70. & ſeqq. Urſaya Inſtit. Criminal. lib.4. d. tit.7. num.87. & ſeqq. Senatus Cathaloniæ apud Peguer. dec.24. n.21. verſ. tertio, & apud Cortiad. deciſ.112. num.106. apud Calderò dec. criminal.32. num.5. in fine. Senatus Burdegalen. apud Boer. dec.254. n.18. Senatus Pedemontanus apud Theſaur. dec.76. n.1. & n.6.*, & frequentiſſima ſunt de hac re exempla in hoc Sacro Collaterali Conſilio, in quo illud quotidiè accidit, & quotidiè practicatur.

At-

Atque hoc pariter procedere in de-
linquente Sene, vel adverſa valetudi-
24 ne vexato *Bertazzol. conſ. criminal. 70.*
num. 37. lib. 1. Farinac. de Pœnis Tempe-
rand. quæſt. 91. num. 13. Tiraquell. eodem
tractat. cauſa 8. num. 1. & ſeqq. Menoch.
de Arbitrar. lib. 2. caſ. 319. n. 19. & 20.
Gomez. Variar. tom. 3. reſol. 1. num. 68.
Carpzov. Practic. criminal. par. 3. quæſt.
144. num. 1. & per tot. & ex n. 40. & ſeqq.
Urſaya Inſtit. criminal. lib. 4. d. tit. 7.
num. 26. & ſeqq. Conſilium Cathalaunæ
apud Caldero dicta deciſ. 33. numer. 8.,
ſed circa hanc propoſitionem hoc
verum eſſe crederem, ſi ſtuprum lon-
gè antè commiſſum ſit; cæterum ſi
25 illud eſſet de recenti, mitigationi pœ-
næ locus eſſe non poſſet, Si enim
non obſtante ſenectute, & mala va-
letudine capaces fuerunt ad delictum,
& ſtuprum committendum, capaces
26 etiam eſſe debent ad pœnam ſuſtinen-
dam: quippè quia ſenes graves, &
robuſti non minùs, ac juniores pœnis,
& tormentis ſubiici debent *Hippolit.*
de Marſil. in l. 3. n. 15. ff. de Quæſtion.
Franciſc. Caſon. de Tormen. cap. 10. n. 12.
Joannes Zanger. de Quæſtion. & Tortur.
cap. 1. n. 39. Carpzov. Practic. criminal.
par. 3. d. quæſt. 144. n. 51.

Et de pauperitate oppreſſo, ut tradunt
Maſtrill. in Comment. ad Indult. general.
27 *cap. 18. n. 13.* impreſſ. poſt *tractat. de*
Magiſtratib. Rondin. collect. 15. num. 21.
ubi plurimi concordantes, *& n. 102. &*
103. lib. 2. Clar. §. final. quæſt. 93. n. 7.
Peregrin. de Jur. Fiſci lib. 4. tit. 8. n. 19.
Deciſ. in mildte n. 14. Et nedum minun-
tur, ſed etiam permutantur: Unde eſt
28 inviolata praxis hujus Sacri Collateralis
Conſilii, quòd Perſonis miſerabilibus
pœnę pecuniariæ in pœnam Corporalem
permutetur.

Quemadmodum in delinquente, qui
minorem ætatem egreſſus non eſt, ut
29 ſcribunt *Aretin. de Maleſic. V. ſcienter,*
& dolose ſub n. 12. Tiraquell. de Pœnis
temperand. cauſ. 7. per tot. Contr. deſumpt.
93. n. 3. Rondin. collect. 15. n. 17. 30. 64.
65. 80. & ſeqq. lib. 2. Concord. alleg. 86.
n. 2. & pluribus ſeqq. & reſol. criminal.
V. Minor. reſol. 1. n. 1. & ſeqq. Caball.
Reſol. criminal. 134. n. 1. & ſeqq. cent. 2.
Carpzov. Practic. Criminal. par. 1. quæſt.
39. n. 15. & par. 3. quæſt. 143. n. 3. & per
tot. & Juriſprudent. forenſ. par. 4. conſtit.
17. defin. 3. num. 11. Farinac. de Pœnis
Temperand. quæſt. 92. n. 41. 103. & 172.
Clar. in Practic. Criminal. §. final. quæſt.
60. in princip. Gonzaga ad Deſenſ.
Reor. deſenſ. 33. cap. 17. num. 1. Lupus de
Illegitimis Comment. 1. §. 5. num. 109.
verſic. puberes, & n. 140. ubi in terminis
Statuti Florentini *Antonell. de Temp.*
Legal. lib. 2. cap. 16. n. 1. & ſeqq. Albert.
de Reatib. quæſt. 13. n. 5. & ſeqq. Carena
de Offic. S. Inquiſit. par. 3. tit. 9. §. 6.
n. 10. & ſeqq. Matthæi Sanz. de Re Cri-
minal. contr. 3. n. 61. & contr. 8. n. 5. & 6.
tom. 1. Gab. de Minor. quæſt. 11. n. 26.
Raynald. obſervat. criminal. tom. 1. cap. 6.
§. 3. n. 17. & §. 5. n. 41. tom. 2. cap. 14.
num. 275. & ſeqq. cap. 22. §. 1. uſque ad
10. n. 107. §. 21. n. 18. & tom. 3. cap. 14.
§. 2. ad 5. n. 55. Urſaya Inſtit. criminal.
lib. 4. tit. 7. ex n. 26. Sac. Conſilium Nea-
politanum apud Capyc. Latr. dec. 75. n. 5.
Borrell. cumulat. 32. n. 33. par. 5. Senatus
Pedemontanus apud Theſaur. deciſ. 161.
n. 2. 4. 5. Grammatic. dec. 23. n. 13. Se-
natus Cathalaunæ apud Cortiad. dec. 72.
num. 28. dec. 106. num. 103. & ſeqq. &
dec. 111. n. 107. & ſeqq. apud Peguer. de-
ciſ. 24. n. 32. verſic. quarto apud Caldero
dec. 16. num. 28. & d. dec. 32. n. 8. dec. 66.
n. 15. & dec. 67. n. 30. Triſtan. deciſ. 12.
n. 9. Senatus Burdegalen. apud Boer. de-
ciſ. 154. n. 19. & 20., & in puncto ſtupri
30 *Gonzaga. ad Deſenſ. Reor. deſenſ. 33.*
cap. 17. ſub n. 1. Antonell. de Tempor. le-
gal. lib. 1. d. cap. 16. n. 5. Concord. alleg.
86. n. 6. & Reſol. criminal. V. minor. d.
reſol. 1. ſub n. 3. Matthæi Sanz. de Re
Criminal. contr. 57. num. 17. Borrell. par. 5.
cumul. 41. n. 53. Senatus Cathalaunæ apud
Caldero dec. 89. n. 26., ubi plures alios
refert *Senatus Aragonia apud Seſſe de-*
ciſ. 97. n. 2. & 3. Senatus Pedemontanus
apud Theſaur. dec. 261. ſub n. 5. Quidquid
contrarium teneverit *Carpzov. Practic.*
crim. par. 2. quæſt. 75. n. 46. & ſeqq.

Prout etiam diminuitur pœna ei, qui
delinquit ex cauſa, & impetu amoris,
quem intra debitos limites coercere
31 eſt difficillimum *Guerb. conſ. 47. num. 8.*
& pluribus ſeqq. Clar. §. final. quæſt. 60.
n. 10. verſ. quid, & amor ibique *Bajard.*
n. 37. Menoch. de Arbitrar. caſ. 318. n. 1.
& ſeqq. Tiraquell. de Pœnis temperand.
cauſa 4. n. 1. & ſeqq. Carena de Offic.

S.

S. Inquiſitionis part.3. tit.9.§.12. n.30. Farinacc. de Pœnis Temperand. d. quæſt.98. num.80. & ſeqq. & n.92. Novar. de Electiom. ſect.2. quæſt.35. n.5. & per tot. par.1. Zacch. quæſt. Medic. legal. lib.2. tit.1. quæſt.10. n.30. Conciol. alleg.87. ex n.4., & V. delictum reſol.12. n.1. & per totum. Bondon. collect.15. n.16. 44. & ſeqq. lib.2. Reynald. obſervat. criminal. tom.2. cap.33. §.11. num.17. & tom.3. cap.31. §.4. n.12. in fine Rict. deciſ.155. n.4. par.3. Magna Curia Regni Siciliæ apud Baſilic. dec.22. ſub num.5. Conſilium Cathaloniæ apud Calderò deciſ.60. n.46. Rot. poſt de Luc. de Teſtament. dec.14. n.10.

Amor enim æquiparatur ebrietati,
32 & furori, ut de prima eſt *Textus in §. final.*, & ibi *Gloſſ. Inſtit. de Succeſſ. ſublat. Guarb. conſ.47. num.18. in fine. Matthæi Sanz. de Re criminal. contr.50. num.62. & 63. Farinacc. de Pœnis Temperand. quæſt.98. n.77. Gomez. Variar. Reſol. tom.2. reſol.14. n.18. in fine, Novar. de Electiom. Fori ſect.2. quæſt.35. ſub n.5. par.1. Conciol. alleg 87 num.5.* & habetur *apud Eccleſiaſtic. cap.19. Vinum, & Mulieres apoſtatare faciunt ſapien-*
33 *tes*, & de ſecundo eſt *Textus in cap. in juventute 15. de præſumpt. & in §. illud Auth. quibus modis natural. efficiantur Legitimi Guarb. d. conſ. criminal 47. n.8. & ſeqq. & n.18. Neguſant. Sylva Reſponſor. quæſt.370. n.18. Farinacc de Pœnis temperand. d. quæſt.98. n.78. Novar. de Electiom. Fori ſect.2. d. quæſt.35. num.2. Conciol. d. alleg 87. n.6. Coroet. dec.114. n.4. Rota poſt de Luc. de Teſtament. dict. dec.14. n.9.*, & facit illud *Virgilii lib.4. Æneid.* —

Uritur infelix Dido, totaque vagatur
Urbe furens.

Ac proindè vel remitti, vel ei mitigari debet pœna, prout illa remittitur, vel minuitur Ebrio, & Furioſo
34 juxta ſtatum, & qualitatem ebrietatis, & furoris, in quo reperitur, ut de Ebrio eſt *Textus in Can. ſanè, ibique Gloſſ. V. Vena, & Can. inebriaverunt 15. quæſt.1. l. omne delictum 6. §. Per vinum ff. de Re militar. Gail. Practic. obſervat. lib.1. obſervat.110. num.17. Matthæi Sanz. de Re criminal. contr.50. num.62. & 63. Farinacc. de Pœnis temperand. quæſt.93. num.1. & ſeqq. Clarus in Praxi Criminali §. final. quæſt.60. n.11. verſic. præterea quare plenè Carpzov. in Practic. criminal. part.3. quæſt.146. de Ebrietate an excuſet à delictis n.1. & per tot. Decian. Tract. criminal. lib.5. cap.37. num.53. & 60. & lib.6. cap.21. num.8. Caball. reſol.297. num.7. & de Omni genere Homicidii num.187. & ſeqq. Conciol. reſol. criminal. V. Ebrietas reſol.1. per tot. Urſaya Inſtit. criminal. lib.4. d. tit.7. num.30. & ſeqq. Conſilium Cathaloniæ apud Peguer. deciſ.7. num.22. Magna Curia Regni Siciliæ apud Baſilic. dec.16. num.5.* & de furioſo *eſt Textus in l. Divus Marcus 14. ff. de Offic. Præſid. l. infans 12. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar. l. ſed etſi quemcumque alium 5. §.1. ff. ad Leg. Aquil. Grammatic. conſ.16. num.18. & ſeqq. Gail. obſervat.110. num 20. & ſeqq. lib.2. Caball. de Omni genere Homicidii num.179. & ſeqq. & reſol.297. num.21. Bondon. d. collect.15. num.15. & 20. lib.2. Clar. in praxi Criminal. §. final. quæſt. 60. num.7. Farinacc. de Pœnis temperand. quæſt.94. num.1. & ſeqq. Conciol. reſol. criminal. V. Furioſus reſol.2. num.1. & per tot Petrus à Plaza in Epitom. Delictor. lib.1. cap.29. num.1. Tiraquell. de Pœnis temperand. cauſ.2. num.1. & ſeqq.* ubi id probat Auctoritate plurium Theologorum, aliorumque *Gomez. Variar. reſol. tom.3. cap.1. num.70.* & cæteris relatis plenè *Carpzov. Practic. Criminal part.3. quæſt.145. de mitigatione pœnæ ob furorem num.1. & per tot. Gonzalez ad Defenſ. Reor. defenſ.1. cap. 39. num.36. Nicolaus Reuſner. dec. Germaniæ 37. lib.1. Senatus Sabaudiæ apud Fabr. in Codic. lib.9. tit.10. definit.1. Curia Belgica apud Christian. deciſ.198. ſub num.14.*

Quandoque verò, talibus circumſtantiis deficientibus, aliiſque in contrarium militantibus, pœna in ſubjecta materia, & in aliis omnibus augeri debet à Judice in Tribunali Juſtitiæ, & magis parcè gratiatur à S. Celſitudine Regia in hoc Sacro Col-
35 laterali Conſilio, ut evenit *die 26. Maji* 1713. in qua ſtupratori, qui matrimonium contraxiſſe expoſuit cum ſtuprata, ſeptem ex octo partibus pœnæ fuerunt remiſſæ, & alia ſimilis gra-
36 tia facta fuit alteri condemnato *de eo-*

dem

dem menſe, & anno; die verò 13. *Auguſti d. anni* fuit denegata gratia ſupplicanti pro liberatione à Confinio, offerendo ſe deſponſare eam, cum qua ſtuprum, & inceſtum commiſerat cum qualitatibus aggravantibus, & reſcriptum *à gli ordini*. Et alia vice pœna Triremium fuit permutata in alium Confinii, ut referam infra.

Hujuſmodi autem Cauſæ, ex quibus pœna augetur, & gratia refrænatur,
37 ſunt, frequentia delicti in aliquo loco,
Caball. reſol. 19. in fine, & reſol 99. n. 60. cent. 1. & reſol 134. num. 10. cent. 2. Concaul. reſol. criminal. V. Pœna reſol. 12. num. 1. & per totum Bonden. collect. 15. num. 29. lib. 2. Matthæù Sanz. de Re Criminal. contr. 14. num. 13. contr. 36. num. 34. contr. 41. ex num. 2. & controv. 51. num. 9. Raynald. obſervat. criminal. tom. 1. cap. 1. §. 1. num. 11. & cap. 6. Supplet. 1. num. 31. & cap. 7. n. 47. & ſeqq. Urſaya Inſtit. criminal. lib. 4. tit. 7. n. 10. & ſeqq. Zaul. ad Stat. Faventia lib. 4. Rubr. 10. num. 10. Sacrum Conſilium Cathaloniæ apud Peguer. dec. 40. num. 7. apud Cortiad. dec. 96. num. 65. in fine, & apud Calderò dec. criminal. 10. n. 49. Grammatic. dec. 36. num. 7. & ſeqq.

Geminatio, & reiteratio delicti; conſuetudo enim delinquendi facit,
38 ut quis graviùs puniatur *l. nemo 3. C. de Epiſcopal. Audient.* & cæteris relatis *Farinacc. de Delict. & Pœnis quæſt. 23. num. 1. & ſeqq. & de Pœnis temperand. d. quæſt. 92. num. 139. Maſtrill. de Indult. cap. 18. num. 10. & ſeqq. poſt tract. de Magiſtratib. Creſp. de Valdaura obſerv. 5. num. 236. & ſeqq. Rocc. de Offic. Rubr. 14. §. 13. num. 39. Urſaya Inſtit. criminal. lib. 4. tit. 7. num. 5. & ſeqq. Bonden. collect. 15. ſub num. 25. verſic. ceterùm, & num. 106. lib. 2. Raynald. obſervat. criminal. tom. 1. in Proœmio §. 7. num. 19. & tom. 2. cap. 16. §. 2. n. 139. Senatus Cathaloniæ apud Fontanell. dec. 138. num. 14. & apud Calderò dec. 32. num. 6.* & in terminis ſtupri *Theſaur.*
39 *quæſt. forenſ. lib. 4. quæſt. 57. num. 12. Menoch. de Arbitrar. caſu 188. ſub n. 12. Baiard. ad Clar. in Praxi criminal. §. Stuprum num. 12. Farinacc. de Delict. Carnis quæſt. 147. num. 59. Faber. in Codic. lib. 9. tit. 7. definit. 5. num. 14. Carpzov. in Practic. criminal. part. 2. quæſt. 69. n. 14. Raynald. obſerv. Criminal. tom. 2. cap. 23. §. 4. 5. & 6. num. 120. & ſeqq.* ubi plures refert *Matthæù Sanz. de Re criminal. contr. 37. num. 13. & ſeqq. & contr. 51. num. 3. & ſeqq.* aliique relati per *Sabell. in Summa V. Stuprum n. 6. Grammatic. vot. 27. per tot. Theſaur. dec. 3. ſub n. 3. verſ. quinta eſt concluſio*, maximè ſi reiteratio ſit ſcandaloſa *Matthæù Sanz. d. contr. 51. n. 10.*

Lapſus modici temporis à die, quo
40 illud fuit commiſſum *Creſp. de Valdaura obſervat. 5. num. 235. Sac. Conſilium Cathaloniæ apud Calderò dec. 32. n. 5.* Et proindè condemnato ob ſtuprum de menſe Decembris 1712., qui pro abolenda ſua condemnatione obti-
41 nuit nominationem à Barigello hujus Civitatis, Sacrum hoc Regale Conſilium die 24. Septembris 1713. reſcripſit *nomini un' altro*.

Mala qualitas Delinquentis, quia ſit perſona malæ famæ *Rocc. de Offic. Rubr. 14. §. 13. num. 69. Conſilium Cathaloniæ apud Calderò d. dec. 32. n. 7.*

Et præſertim in ſtupro procedit,
42 quod pœna augeatur, & gratia refrænetur, ſi illud patratum ſit à Tutore, vel Curatore *Matthæù Sanz. de Re criminal. d. contr. 51. num. 22.* ubi alios
43 citat, *& num. 34. Carpzov. Practic. criminal. part. 2. quæſt. 69. ſub num. 14. & ſub num. 43. Clar. §. Fornicatio num. 18. Raynald. obſerv. criminal. tom. 2. cap. 23. §. 4. 5. & 6. num. 125. Magna Curia Regni Siciliæ apud Baſilic. dec. 25. ſub n. 41. verſic., & de Tutore*, à Commentarienſi, vel Cuſtode Carceris *Matthæù*
44 *Sanz. de Re criminal. d. contr. 51. n. 21. & 22.* ubi concordantes *& 34. Carpzov. Practic. criminal. part. 2. d. quæſt. 69. num. 21. & pluribus ſeqq. Clar. dict. §. Fornicatio num. 19.* latè *Raynald. obſerv. Crim. cap. 3. §. 7. ad 9. num. 1. & pluribus ſeqq.* ab Auriga ſtuprante mulierem honeſtam, ejus cuſtodiæ ad ve-
45 hendum commiſſam *Matthæu Sanz. de Re criminal. contr. 55. n. 12. Sabell. in Summa §. Stuprum num. 5. verſic. & de Auriga*, à famulo, vel alia perſona, cujus cuſtodiæ Puella commiſſa eſt, fi-
46 dem datam frangendo, nam omnes iſti graviùs puniuntur *Matthæù Sanz. de Re criminal. d. contr. 51. num. 21. & 22. 32. & ſeqq. & de Regimin. Regni*

Valentię cap.8. §.8. ex num.160.& ſeqq. Vela de Delict. part.1. cap.36. num.9. Faber. in Codic. lib.9. tit.7. deffinit.3. num.4. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ. 5. gloſſ.5. part.2. num.24. & ſeqq. Berlich. part.5. concl.38. num.108. Carpzov. Practic. criminal. part.2. d. quęſt.69. num.14. Raynald. obſerv. criminal. tom.2. cap.23. §.4. 5. & 6. num.216. & 217.

A' perſona vili cum puella Nobili
47 *Matthaeù Sanz. de Re criminal. contr.52. ſub num.33. Fontanell. de Pact. nuptial. clauſ 5. gloſſ.5. part 2. num.24. & ſeqq. Lapus de Illegitim. d. Commentar.1. §.5. num.111. §. Exigitur, & n.112. Faber. in Codic. lib.9. tit.7. diffinit.3. num.8. Raynald. obſervat. criminal. tom.2. cap. 23. §.4. 5. & 6. num.215. Berlich. practic. concl.38. num.104. part.5. Rechtenſ. Variar. Jur. dec. part.2 deciſ.88. num.39. verſic. & ita Graff. dec. aurea lib.2. cap. 79. num.14. Senatus Pedemontanus apud Theſaur. dec.3. ſub num.3. verſic. quanto eſt concluſio.*

Prout augetur pęna, ſi ſtuprum commiſſum ſit cum Virgine immatura
48 *Matthaeù Sanz. de Re Criminal. contr.54. num.16. & ſeqq. Sabell. in practic. §. Stupro num.4. Boſſ. in Practic. criminal. tit. de Coitu damnato, & punibili n.67. Farinacc. de Delict. Carnis quaeſt.147. num.43. Lapus de Illegitim. Comment.1. d. §.5. num.108. il 1. verſic. ſtuprator, & ſeqq. fol 90. Caball. reſol.30. num.1. & per tot. cent 1. Carpzov. Practic. crimin. tom.2. quaeſt.75. num.27. & ſeqq. Berlich. part.5. concl.43. num.25. Grammatic. dec.21. num.2. verſ. intelligendo, deciſio Florentina poſt tom.2. Summa Sabelli cap. 5. ex num.8. Raynald. obſervat. crimin. tom.2. cap.23. §.1. 2. & 3. n.45. & ſeqq. & num.56.* Unde condemnato ob ſtuprum commiſſum cum puella ſeptem annorum, qui petiit gratiam, mediante nominatione obtenta à Barigello hujus Civitatis, Sacrum hoc Collate-
49 rale Conſilium die 14. Septembris 1713. denegando gratiam reſcripſit *nonmi ne' altro.*

Aut ſi mixtum, & unitum ſit cum raptu, inceſtu, & ſimili, ut firmant
50 *Lapus de Illegitim. Comment.1. d. §.5. num.34. in fine, & num.35.* ubi concordantes *deciſio Florentina poſt 2. tom. Summa Sabelli d. cap.5. n.8.* aliæque Auctoritates ſupra relatæ. Et ex hac ratione Supplicanti pro gratia confinii, ad quod condemnatus fuerat ob ſtuprum commiſſum, ſub motivo deſponſandi ſtupratam in hac Urbe degen-
51 tem, S. Celſitudo Regia, nobis conſulentibus, gratiam denegavit die 13. Auguſti 1713. ut dictum eſt ſupra *ſub num.36.*, idemque ſervatum fuit reſpectu alterius Condemnati die 4. Septembris ejuſdem anni.

Vel ſi ſtuprum ſit violentum, propter quod pęna capitis, ſeu mortis
52 imponitur *l.1. §. Qui puero ff. de Extr. Crim. Farinacc. de Delict. Carnis quaeſt. 147. n.9. & 22. Matthęù Sanz. de Re criminal. contr.57. num.13. & ſeqq. Sabell. in Summa §. Stuprum n.6. verſic. Florentia, & in Practic. §. Stupro n.3. & ſeqq. Lap. de Illegitim. Comment. 1. d. §.5. num.108. il 1. verſic. idem quoque, & ſeq. fol. mihi 90. & 91. Raynald. obſervat. criminal. tom.2. cap.23. §. 1. 2. & 3. num.69. & ſeqq. & num.81. & ſeqq. Peguer. dec. criminal 7. num.6. Pavinell dec 93. num.3. & ſeqq.* ubi quòd ad hoc ut intret hæc pęna, copulativè requiritur etiam raptus, idemque requiri dixit *deciſio Florentina poſt 2. tom. Summa Sabelli d. cap.5. num.8. & ſeqq. & n.13.*

Maximè attenta lege Magni Ducatus Etruriæ, in qua diſponitur, quòd attentans violentèr ſine armis, aut baculo, vel percuſſione cum ſanguinis effuſione, cognoſcere fęminam, non ſecuto effectu, punitur pęna triremium, remiſſa quantitate temporis arbitrio Judicis, effectu verò ſecuto punitur pęna capitis. Si verò attentatum ſit commiſſum cum armis, aut
53 baculo, vel percuſſione cum Sanguinis effuſione, etiam non ſecuto effectu, delinquens punitur pęna mortis, ut referendo ejuſdem legis tenorem ſcribit *Caball. Reſol. criminal. caſu 90. num.6. & caſu 93. num.1. & ſeqq. Lapus de Illegitim. Comment.1. §.5. n.119. & 120. & ſub num.143. Sabell. in pract. §. Stupro num.4. & §. Violentia n.3. & 4.*
54 Et ſat eſt ſtupratorem arma penes ſe habere, ut dicatur ſtuprum violentum, & pęnæ capitis juxta legem noſtram locum dari, ut proſequitur *Caball. d. caſu 90. n.6. & 7. Sabell. in Pract. d. §. Violentia n.9.*

Non

Non ſolere tamen exequi hanc
pœnam, ſed in mitiorem triremium
55 commutari dixit idem *Caball. d. re-
ſol.90. n.7.* Prout non ſolet exequi il-
la Triremium contra attentantem ſtu-
prare fœminam ſinè armis, ſed illa ſo-
let commutari in mitiorem, quando
attentans vult in Uxorem ducere
56 mulierem, prout condemnato ex hac
cauſa ad Triremes per quinquennium,
qui matrimonium contraxit cum ea,
cui fuit illata violentia, de Anno 1712.
nobis conſulentibus, S. Celſitudo Re-
gia gratiam fecit, commutando pœ-
nam Triremium in aliam Confinii in
Commiſſariatu Piſarum per annum,
eoque obſervato per ſex menſes, ite-
rum Relegatus ſupplices preces por-
57 rexit Sereniſſimo Domino noſtro pro
gratia alterius medietatis Confinii, &
ſub die 31. Auguſti 1713 in hoc Sa-
cro Regali conſilio juxta conſuetam
praxim hujus Dominii, reſcriptum
fuit — *Accordata la Parte, e oſſerva-
to quanto dice, abbia grazia del reſto del
Confino.*

Nec diminuitur pœna, ex quo mu-
lier armis, aut minis perterrita deni-
58 dè conſentiat, & voluntariè ſtuprum
patiatur *Afflict. in Cap. unico §. Con-
demnatorum tit. quæ ſint regalia num.2.
verſic. quamquam ex poſt facto, Bajard.
ad Clar. §. Stuprum ſub n.37. verſic.
item adde, Ludovic. Ghilbens in Ar-
bor. Judic. Crimin. cap.2. tit.11. nu.3.
Carpzov. Practic. Criminal. par.2. quæſt.
75. n.11.*

Omnia enim per vim, & metum
geſta dicuntur, quamvis apparentèr
59 Mulier conſenſum præſtare videatur;
Eſt quippè meticuloſa voluntas, præ-
gnans, impura, & multiplicans quen-
dam conſenſum cum diſſenſu, &
60 quandam cum affirmatione negatio-
nem. habet enim in ſuperficie voli-
tionem, in medulla nolitionem, &
ſcinditur cor hominis in duas partes,
quarum una eſt velle, altera non vel-
le, prima ſuperficialis, ſecunda rea-
lis, ut inquit *Baldus* noſter, & in
præciſis terminis proſequitur *Carpzov.
Practic. Criminal. par.2. quæſt.75. nu-
mer.11. verſic. neque enim coacta volun-
tas.*

Idque eſt adeò verum, ut non ſuf-
ficiat confeſſio Mulieris aſſerentis
61 ſpontè fuiſſe cognitam, ſed requiri-
tur, ut apertè conſtet de libero ejuſ-
dem cognitæ conſenſu, ex indiciis,
& conjecturis ſufficientibus, teſte
*Decian. tractat. Criminal. tom.2. lib.8.
cap.15. Rubr. de Stupro, vel coito vio-
lento num.18. verſic. ſed quid ſi mulier
Caball. reſol. Criminal. dicto caſu 95.
n.19. & caſu 196. n.10.*

Non dicitur autem per vim com-
miſſum ſtuprum, ſi violentia non ſit
facta perſonæ, *Caball. reſol 95. num.3.
62 & ſeqq. & n.16. & 26. Reynald. Ob-
ſervat. Criminal cap.23. §.1. 2. & 3.
num.14. & ſeqq. & num.34. Sabell. in
Practic. §. Stupro n.13. & §. Violentia
ſub num.7. verſic. e che ad effetto,
Matthæi Sanz*, aliique ſuperius cita-
ti. Multoque minùs quando blandis
verbis, & ſuaſionibus doloſis Mulier
inducitur ad delinquendum, aliàs fe-
63 rè omnia ſtupra poſſent dici violenta,
cum ad intentum conſequendum ſem-
per interveniant blanda verba, &
ſuaſiones doloſæ *Boſſ. tit. de Coitu dam-
nato n.66. Matthæi Sanz de Re crimi-
nal. contr.57. n.3. & ſeqq. & n.13. &
ſeqq.* ubi reprobat contrarios *Lopus de
Illegitim. d. Comment.1. §.5. n.110. Sa-
bell. in Summa §. Stuprum n.4. verſic.
dicitur etiam ſtuprum*, ubi adducit,
& reicit contrarios, *& in Practic. §.
Stupro ſub n.14. Farinacc. de Delict.
Carnis dicta quæſt.147. num.35. Rey-
nald. Obſervat. criminal. tom.2. cap.23.
§.1. 2. & 3. num.34. 88. & ſeqq. Sanfe-
lic. dec.245. ſub n.7. Pacemell. dec.93.
num.6.* niſi ſtuprum commiſſum eſſet
cum Virgine immatura, in qua cum
64 conſenſus, & immunditia carnis non
præſumatur, ſemper ineſſe dicitur vio-
lentia *Reynald. Obſervat. criminal.
tom.2. cap. 23. §.1. 2. & 3. num.60., &
ſeqq.* ubi plures alios refert *Deciſio
Florentina poſt tom.2. Summæ Sabell.
dict. cap.5 n.10. & 11. Lopus de Il-
legitim. d. Comment.1. §. 5. n.108. il pa
verſic. idem quoque fol.90. Sanfelic. d.
deciſ.245 num.8. Cortiada dec.89. n.15.*
ubi plures alias adducit deciſiones
Regii Criminalis Conſilii Cathaloniæ.
Et pariter quando ſtuprans doloſè,
& fraudolenter ultra modum ſe geſ-
ſit, puta ſi decepit Virginem ſub co-

Nnnn lo-

65 lore matrimonii, quando cum ea contrahere non poterat, vel quia uxoratus, vel quia aliam dolosè duxerat poſt ſtuprum commiſſum *Matthæi Sanz. de Re criminal. contr. 57. n. 7. 8. 12. 15. & 16. Menoch. de Arbitrar. caſ. 420. num. 111. Caball. Reſol. Criminal. caſ. 98. num. 8. Franch. dec. 333. num. 5.* ibique *de Lut. ſub n. 1. verſic. violentia.*

Et alia omiſſa in ſubſtantia Judices, vel Principis Conſiliarii poterunt,
66 & debebunt, attentis facti, & perſonarum circumſtantiis, pœnas minuere, vel augere, & delicta magis, vel minùs gratiare, cum reſpectu Judicis, & multò magis reſpectu Principis omnes pœnæ hodiè ſint arbitrariæ *Guarb. conſil. 21. n. 1. Farinacc. de Delict. & Pœnis quæſt. 17. n. 5. & ſeqq. & n. 60. & 65. Caball. Reſol. Criminal. 99. nu. 103. Conciol. Reſol. Criminal. Verb. Pœna reſol. 13. num. 1. & 5. & reſol 15. n. 2. Raynald. Obſervat. Criminal. tom. 3. cap. 34. §. 1. & 2. num. 6. & 7. Grammatic. vot. 10. num. 41. Senatus Pedemontan. apud Oſaſch. dec. 80. num. 18. Sac. Conſilium Neapolitanum apud Capyc. Latr. dec. 177. num. 30. & dec. 192. num. 31.*

Ita tamen ut Judex, & Superior nequid aut durius, aut remiſſius conſtituat, quàm cauſa depoſcit: & neque ſeveritatis, aut clementiæ gloriam affectet, ſed id ei eſſe debet in ſtudio,
67 & intentione, ut vel plectendo, vel ignoſcendo mores hominum corrigentur, ut docet J.C. *in l. reſpiciendum 11. ff. de Pœnis.* In virtutibus quippè (exceptis Theologalibus), illud ſemper obſervandum eſt, ut ad extrema non deflectamus, ſed juſta ſtatera media teneamus eo modo, ut neque nimis benigni, neque nimis ju-
68 ſti videri deſideremus; Utroque enim penſo juſtitia, & miſericordia geſtenda eſt, ita ut Judex juſto libramine quædam per juſtitiam corrigat, quædam per æquitatem temperet, quædam per miſericordiam indulgeat, ut inquit *D. Iſidorus in lib. 3. Sententiar. de Summo bono cap. 45.* relatus *in Canonem 10. diſtinct. 45.*, & præ oculis habeat illud *D. Gregorii lib. moralium 20. par. 4. cap. 11.* regiſtratum in *Can. diſciplina 9. diſtinct. 45.*, ibi – Sed circa „ ſubditos ſuos inesse Rectoribus de„ bet, & juſtè conſolans miſericordia, „ & piè ſæviens diſciplina. Miſcenda „ eſt ergo lenitas cum ſeveritate, facien„ dumque quoddam ex utroque tem„ peramentum, ut neque multa ſeveri-
69 „ tate exulcerentur, neque nimia be„ nignitate ſolvantur, ſit amor, ſed non „ emolliens, ſit rigor, ſed non exaſ„ perans, ſit Zelus, ſed non immode„ ratè ſæviens; ſit pietas, ſed non pluſ„ quam expediat parcens –.

In dubiis verò ſemper ad Clementiam inclinandum eſt, cum meliùs ſit
70 peccare in miſericordia, quam in ſeveritate, ut diſponit *Textus in Can. alligant 26. quæſt. 7.* & meliori prærogativa non poſſit Princeps condeco-
71 rari, quam illa clementiæ, ut in *Proverbiis cap. 20.* – Miſericordia, & „ veritas cuſtodiunt Regem, & ro„ boratur Clementia Thronus ejus – & inquit *Seneca de Clement. cap. 3.* – mi„ hi optimè eſſe, quod Romanum Im„ peratorem magis commendet, quàm „ Clementia – 18 & 19., ibi – exco„ gitare nemo quidquam poterit, „ quod magis decorum Regenti ſit, „ quam Clementia – unde Theodoſius Honorio filio præcipiens, inquit

Sis pius in primis; nam cum vincamur in omni
Munere, ſola Deos æquat clementia nobis.

Imperii enim magnitudo non conſiſtit in multiplicatione pœnarum, ſed
72 in frequenti elargitione præmiorum, & beneficiorum, Hinc ad propoſitum *Ovidius* cecinit

Sit piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox.
Et doleat, quoties cogitur eſſe ferox.

ARGUMENTUM.

Damnum proveniens ex mutatione monetæ facta à Principe vergit in præjudicium ceſſionarii nominis debitoris, non cedentis, & an, & quando hoc procedat. Debitor Literarum cambii debet ſolvere ad rationem monetæ antiquæ, non novæ auctæ à Principe. Dominium nominis debitoris in Literis cambii contenti, quando transferatur in ceſſionarium, & quando ſcribens literas liberetur. Non faciens diligentiam contra debitorem ceſſum non habet regreſſum contra cedentem.

SUM.

SUMMARIUM.

1 *Monetæ mutatio facta à Principe connumeratur inter caſus fortuitos.*

2 *Et damnum à tali mutatione proveniens cedit damno Ceſſionarii*, & num. 4. & 5.

3 *Dominium nominis debitoris per ceſſionem transfertur in ceſſionarium.*

4 *Et in eum refunditur caſus fortuitus ſuper tali nomine debitoris eveniens.*

5 *Prout caſus proveniens ex facto Principis, qui inter fortuitos recenſetur.*

6 *Eo magis periculum in ceſſionarium transfertur, ſi nomen debitoris ſit delegatum, venditum, & in ſolutum traditum, & acceptatum cum ampliſſima liberatione, & quietantia facta cedenti, eum liberando in omnem, & quemcumque eventum, tàm cogitatum, quàm incogitatum.*

7 *Licèt ſecùs eſſet, ſi ceſſio facta fuiſſet ſimpliciter, ut creditor ſibi de ſuo credito ſatisfaceret.*

8 *Item eo magis liberatur cedens, & dominium, & periculum transfertur in ceſſionarium, ſi nomen ceſſum ſit debitor cedentis, & promiſerit ſolvere ceſſionario, qui proteſtatus ſit ſubrogaſſe nomen ceſſum in locum cedentis.*

9 *Item ſi debitor ceſſus deſcripſit ceſſionarium creditorem in libris, & iſte partitam ſubſcripſit cum verbis novationem, & liberationem cedentis denotantibus.*

10 *Cambii natura eſt, ut dominium pecuniæ transferatur in accipientem, qui tenetur creditori tantundem reddere in loco deſtinato, & hoc ſive cambium ſit nundinale, ſive plateale.*

11 *Contraria auctoritates reiiciuntur.*

12 *Et omne augumentum, & decrementum pecuniæ eveniens cedit commodo, & incommodo ejus, qui pecuniam recepit.*

13 *Unde qui dedit Campſori ſcutum aureum valens duodecim in uno loco, illud recepturus in alio loco, ſi hoc interim ex edicto Principis aucta fuerint ſcuta ad argenteos treſdecim non poteſt prætendere augumentum, & ſolutionem ad rationem Juliorum treſdecim.*

14 *Immò nec poteſt convenire, quod ſi ſupervenit augumentum monetæ, illud cedat commodo tradentis pecuniam.*

15 *Sed hoc procedit, quando Campſor recepit pecuniam, exarando ſolùm ad favorem creditoris receptam cum obligatione reſtituendi, adveniente tempore; non verò, quando tradens pecuniam reportavit ſummam æquivalentem à Campſore in literis Cambii.*

16 *Quia iſto caſu dominium nominis debitoris in literis Cambii contentum tranſit in recipientem literas, & ipſius incommodo cedit omne damnum ſuper tali nomine eveniens.*

17 *Literis Cambii receptis, & à debitore acceptatis, ſi ex inopinato caſu decoxerit debitor, ſcribens tenetur iterum ſolvere.*

18 *Et ratio eſt, quia tales girata, & ſchedula cenſentur à debitore data, & à creditore recepta, non pro ſoluto, ſed pro ſolvendo.*

19 *Unde per acceptationem literarum non liberatur ſcribens, niſi ſequatur ſolutio, & interim acceptans gerit vices fidejuſſoris.*

20 *Auctoritates contrariæ adducuntur, & reiiciuntur.*

21 *Dicta ſupra* n. 17. & ſeqq. *non procedunt, quando caſus fortuitus provenit ex facto Principis.*

22 *Et ratio eſt, quia, quando poſt acceptationem literarum cambii debitor non ſolvendo efficitur, dominium dicitur tranſlatum revocabiliter, & quatenus ſequatur ſolutio, quod non accidit in caſu fortuito Principis.*

23 *Prout non habent locum, quando fuit facta vera delegatio, & datio in ſolutum, non ſimplex ceſſio nominis debitoris.*

24 *Ceſſionarius nominis debitoris ſi omiſit facere debitas diligentias contra debitorem ceſſum, non habet regreſſum contra ſcribentem, etiam ſi Literæ cambii datæ fuiſſent pro ſolvendo*, & n. 26. & 27.

25 *Literas Cambii recipiens debet agere, & diligentias facere contra debitores illarum, ut ſolvant juxta valorem monetæ antiquæ, prout tenentur ſolvere, ſi moneta mutata ſit.*

26 *Et ſi tales diligentias non fecit, non habet regreſſum contra ſcribentem.*

27 *Periculum nominis debitoris dati pro ſol-*

ſolvendo cedere debet in damnum ejus, cujus culpa deterius factum eſt.

DECISIO XLI.

COntemporaneè unà cum cauſa, de qua ſupra *Deciſ. Florentina 32*, alia conſimilis mota fuit controverſia occaſione augumenti Monetæ facti à Sanctiſſimo Domino Noſtro; Nam cum Petrus de Franchis die 22. Maji 1708. depoſuerit ſcuta triamillia in Banco DD. de Libris, & ſucceſſivè pro ſatisfaciendo debito, quod habebat erga Laurentium, eidem ceſſerit, & in ſolutum dederit creditum præfatum pro rata ſcutorum bis mille, quod ipſe tunc recepit *in ſoluto pagamento*, ampliſſimè liberando, & quietando debitorem. ſupervento ex poſt monetæ augumento, cæpit prætendere à DD. de Libris ſolutionem monetæ, cum augumento, eaque ab ipſis denegata, litem inſtruxit contra Franchum, qui à petitis fuit abſolutus.

Et jure quidem merito, quia Franchus dedit nomen debitoris pro ſcutis
1 bis mille monetæ veteris, quæ tunc ſolùm currebat, quod ſi poſt ſupervenit caſus fortuitus, inter quos connumeratur mutatio monetæ facta à Principe, ut in individuo *De Luc. ad Gratian. diſcept. 884. ſub n. 4. Onnat. de Contract. tract. 24. diſput. 89. num. 13. Roſignol. de Camb. p. diſput. §. 18. n. 7. verſic. ratio ſecundæ partis. Sac. Conſilium Neapolitanum apud Capyc. Latr. deciſ. 48. num. 1. ibique Grazian num. 4. & ſub n. 8.*, ubi aliam individualem auctoritatem refert, *& apud Rovit. dec. 35. ſub n. 3.*, ille cedere debet in damnum
2 Laurentii, reſiſtente ad id ceſſione, per quam ſicut translatum fuit domi-
3 nium nominis debitoris in Laurentium, teſte *Scacc. de Camb. §. 2. gloſ. 5. n. 26. Andreol. controv. 273. n. 5. Rocc. reſponſ. 25. n. 21. lib. 2. Sosp. ad Pignattel. contr. 82. num. 10. tom. 1.*, ubi plures citat, *Senatus Gravat. apud Larr. d. deciſ. 27. num. 12. Rota Senen. in Senen. Pecuniaria 7. Septembris 1708. §. Cumque, coram me inter impreſſas dec. 47. n. 12. & ſeqq.* ità in eum refunditur caſus fortuitus,
4 qui regulariter cedit damno Domini, ut in ſubjecta materia tradunt *De Luc. ad Gratian. dict. diſcep. 884. ſub num. 4. Onnat. de Contract. tom. 3. tract. 4. de Camb. diſput. 89. ſect. 1. mutato valore pecuniæ, quomodo tandem ſit ſolvendum num. 13. fol. mihi 759. & ſect. 2. n. 36. Gob. de Monet. quæſt. 4. n. 76. Burgun. Cavalcan. dec. Florentin. 16. n. 48. par. 2. Sac. Conſilium Neapolitanum apud Capyc. Latr. d. dec. 48. n. 8. in fine, & apud Rovit. d. dec. 35. ſub num. 3. & 11. Senatus Gravat. apud Larr. d. deciſ. 27. num. 12.*, & quod cedens nomen de-
5 bitoris non præſtet caſum, ex facto Principis contingentem *Altimar. ad Rovit. conſ. 75. n. 32. verſic. & ipſe diſtinguendum lib. 1.*, ubi plures alios refert, *& n. 34. verſic. nec ſunt textus, & ſeqq.*

Maximè quia nomen debitoris fuit delegatum, venditum, & in ſolutum traditum, & hoc modo etiam ſpecificè acceptatum à Laurentio, ibi — *Hò ricevuto in ſoluto pagamento, e per eſtinzione del mio credito &c.* — : Et ob id ipſe fecit tradenti ampliſſimam liberationem, & quietantiam, declarans, quod haberi deberet, ac ſi nunquam ipſius debitor fuiſſet, contentus delegatione DD. de Libris ſibi facta, & Fran-
6 chum plenariè in omnem, & quemcumque eventum tam cogitatum, quàm incogitatum liberabat. in quibus terminis debitor liberatus remanet, & totum periculum ſpectat ad ceſſionarium, quid quid ſecùs dicen-
7 dum foret in cedente ſimpliciter jura ſua alteri ad exigendum, ut ſibi de ſuo credito ſatisfaciat, ut diſtinguit *Rovit. conſ. 75. n. 5. & pluribus ſeqq. lib. 1. Altimar. ibid. n. 5. & ſeqq. Cancer. var. reſol. lib. 2. cap. 6. num. 183. & ſeqq. & n. 189. Olea de Ceſſ. jur. tit. 7. quæſt. 3. num. 18. & ſeqq. & n. 45. Salgad. Labyr. Credit. par. 2. cap. 10. num. 14. & ſeqq. & n. 27. & ſeqq. Paulut. diſſert. 18. n. 58. & ſeqq. Pamphil. deciſ. 18. n. 20. & ſeqq. & adnot. 1. num. 16. & ſeqq. & adnot. 2. num. 7. Rot. coram Duran. deciſ. 266. num. 17.*

Signantèr quia DD. de Libris erant debitores Franchi cedentis, quo caſu dum ipſi litteras, & ceſſionem acceptarunt

runt, ſummamque in eis contentam Laurentio ſolvere promiſerunt, & ille expreſsè proteſtatus eſt ſe Libros in debitores recognoſcere, eoſque in locum
8 Franchi ſubrogaſſe, ex hoc eo magis dicitur facta delegatio, & liberatus ſcribens literas, ut pluribus relatis *Merl. conſult. 669. n. 4. & ſeqq. §. Diſcrepare tamen*.

Et fortiùs attento quod iidem de Libris deſcripſerunt Laurentium creditorem in libro Banchi pro rata ſcutorum bis mille, ipſeque creditor partitam præfatam ſubſcripſit cum verbis novationem, & liberationem Franchi denotantibus, tunc enim creditor videtur ſecutus fidem illorum de Li-
9 bris, & eò magis remanet liberatus Franchus, omneque periculum, quod accidit, damno Laurentii accidere debet *Altimar. ad Rovit. conſ. 75. n. 13. lib. 1. Tondut. Reſol. civil. 1. num. 12. & ſeqq. Salgad. Labyrinth. Creditor. par. 3. cap. 2. n. 56. & ſeq.*

Haùd relevante, quod cum de natura cambii ſit, ut dominium pecuniæ transferatur in accipientem, adeout accipiens pecuniam cambio evadat abſolutus Dominus illius ad ſuum proprium commodum tantundem redditu-
10 rus in alio loco ſolutioni deſtinato, ut loquendo indiſtinctè tam de cambio platealì, quam de nundinali firmant *Magnoni. alleg. 10. num. 82. Duard. de Camb. in proœmio quæſt. 10. num. 31. Molin. de Contract. diſput. 396. ſub n. 8. Joannes de Sala de Cambiis dub. 1. ſub n. 24. Leonard. de Uſur. quæſt. 15. n. 31. Onuphr. de Contract. tract. 24. de Cambiis diſput. 89. ſect. 2. ſub num. 11. Raſcgual. de Cambiis 1. propoſ. 1. num. 3. 4. & 6. in fine fol. 2. & §. 1. num. 4. fol. 36. §. 19. n. 2. & 3. fol. 62., & §. 20. n. 1. verſic. dicas ſecundo, & num. 3. fol. 70., & 2. diſquiſit. 1. §. 6. num. 5. fol. 188. Marquard. de Jur. Mercat. lib. 2. cap. 12. n. 83. Altimar. de Nullit. Contract. tom. 4. rub. 1. par. 1. quæſt. 24. n. 39. Torre de Camb. diſput. 1. quæſt. 8. num. 10., & quæſt. 20. num. 4., & 13.*
11 & de cambio maritimo, *Rota coram Emerix Jun. deciſ. 484. num. 4.*, quidquid contrarium dictum fuerit *in alleg. 396. num. 15. & 29. §. Quod autem apud Palm. Neap.* cautè in ſuis terminis intelligenda.

Poſtquam Franchus evaſit dominus pecuniarum traditarum à Laurentio, omne augumentum, & decrementum
12 ſuper illis eveniens, commodo, & incommodo ejuſdem Franchi, qui eſt illarum, dominus, cedere debet, ut omiſſis generalibus, benè in terminis, quos vocant, terminantibus, ejus, qui dedit campſori ſcutum aureum valens duodecim argenteos in uno loco, illud recepturus in alio loco, ſi de tempore reſtitutionis faciendæ ex edicto Principis aucta fuerint ſcuta ad
13 argenteos treſdecim, quod non poſſit prætendi augumentum, & ſic ſolutio ad rationem juliorum treſdecim, plenè *Onuphr. de Contract. tract. 24. de Camb. diſput. 89. ſect. 2. num. 32. & per tot.* ubi reſpondet contrariis, *Raſcgual. de camb. 1. diſput. §. 18. num. 5. & ſeqq. fol. 63. & §. 19. n. 1. & per tot. fol. 62., Duard. de Cambiis §. 1. quæſt. 5. ex num. 1. & ſeqq.* ubi quod nec poteſt conveniri, quod ſi superve-
14 niet monetæ augumentum, illud cedat commodo tradentis pecuniam.

Quoniam auctoritates prædictæ loquuntur in terminis Campſoris, qui recepit pecuniam in uno loco, reſtituendam poſt certum tempus in alio loco, & exaravit ſolùm ad favorem creditoris receptam cum obligatione reſtituendi, adveniente tempore, nullo autem modo procedunt, quando tradens pecuniam, vel creditor illius ex
Tutor. & l. ultim. in princip. ff. de Con-
firmat. Tutor Peregrin. conſ. 45. num. 17.
lib. 2. Caroccb. diſcept. 16. ſub n. 15. Cappt.
Latr. conſult. 106. num. 11. & ſeqq. benè
Carp. de Executor. Teſtament. lib. 1 cap.
18. num. 3. & ſeqq. Menoch. de Præſumpt.
lib. 4. præſumpt. 124. num. 1 Gutierez. de
tutel part. 1. cap. 12. n. 3. & 11. de Luc.
de Legat. diſc. 22. n. 6. Surd. de Alimentis
tit. 8. privileg 23. n. 6. Senatus Mantua-
nus apud eumdem dec 38. n. 3.* Quoniam
hoc procedit, quando legatum relictum
eſt perſonæ extraneæ, non verò quan-
do fuit factum conjuncto, quia tunc
ratione conſanguinitatis factum cenſe-
3 tur, non ut ſuſciperet onus tutelæ ei
injunctum, ut in ſpecie firmant *Gratus
reſp. 84. num. 3 lib. 2 Ruin. conſ. 38. n. 3.
& 4. lib. 2. Aſtolin. d. reſol. 116. nu. 9. &
10. Manſ. d. conſult. 268. n. 6. Menoch. de
Præſumpt lib 4. præſumpt. 123. nu 8. &
præſumpt. 124. num. 5. Coſta de Ratione
rata quæſt. 39. n. 7. Caſtill. de Aliment. d.
cap. 41. ſub n. 16. verſic. quod hæc regula,
& præſumptio locum habet, Camerel. de
Legat. lib. 2. fol. mihi 155. n. 5. & n. 10.
Battigliar. de Succeſſ. cap. 2. d. theorema
63. n 6.*

Idque ſi procedit in legato facto
cuilibet conjuncto, ratione undequa-
que potiori locum habere debet in
Uxore, cujus dilectio cæteris omnibus
major, & ardentior eſſe ſolet in Viro,
4 ut poſt alios, quos refert, explicando
talem amorem ſupra paternum, ſupra
filialem, & ſupra omnes alios *Spadaf.
Theatr. Vidual. diſquiſit. 25. num. 38. &
39. fol. 110. diſquiſit. 36. num. 131. &
ſeqq. uſque ad n. 134. fol. 253.*, ubi plu-
ra exempla hujus immenſi amoris ad-
ducit, *& Tiraquell ad Leges Connubia-
les, Lancellott. Galliam. ad Conſuetudin.
Alexandr., alioſque recenſet, diſquiſit.
40. n. 108. uſque ad num. 115.* ubi alia
exempla refert, *& num. 145. & ſeqq.
fol. 325. diſquiſit. 45. num. 312. & ſeqq.
uſque ad n. 323. fol. 451.*, ubi id probat
ratione naturali, legali, & experien-
tiali, *& diſquiſit. 73. num. 1. & ſeqq.*

fol.

*fol.*754. *De Angel. poſt tom.*1. *de Confeſſion. Opuſcul.*1. *cui titulus eſt Juridicalis Apologia, ſive Propertiana monumenta in præludio num.*21. *fol. mihi* 2. *Cyriac. contr.*43. *n.*92. *Tiraquel. de Retract. Conſanguinit.* §.9. *gloſſ.* 1. *num.*5. *Concìol. allegat.*87. *num.*10. *Sanfelic. deciſ.*26. *n.*11., & conſonat illud Propertii Elegiarum *lib.*4. *Elegia* 3.

Omnis Amor magnus, ſed aperto in Conjuge major.

Proindeque uxoris favore pleniſſimum ſuæ liberalitatis judicium maritus
5 conferre voluiſſe cenſetur, ut in puncto legati in uxorem collati tradunt *Decian. d. conſ.*601. *n.*8. *Gratian. d. reſp.* 84. *n.*4. & 5. *lib.*2. *Peregrin. conſ.* 38. *num.*2. & *ſub n.*10. *verſic. ſed hic ſubſiſtendum lib.*2. & *de Fideic. art.*16. *numer.*147. *Menoch. lib.*4. *præſumpt.* 123. *n.*8. & *conſ.*146. *n.*10. & *ſeq. Altolin. d. reſol.*136 *n.*9. & 10. *Manſ. deṭa conſult.* 268. *num.*6. *Caſtill. de Aliment. cap.*41. *num.*16. *ibique Mel. num.*11. *Borgnin. de Uſufruct. Uxor relict. n.*138. *verſic. niſi ex mente Teſtatoris Pignattell. contr.*40. *num.*37. *centur.*2. *Arias de Meſa Variar. lib.*2. *cap* 2 *n.*2 & 3. *Camerel. de legat. lib.*2. *V. Tutorem n.*5. *fol. mihi* 155. *Sammarcel. contr.*130. *n.*35. & *ſeqq.* & *n.*41. *Senatus Aragoniæ apud Vargas dec.*56. *n.*20. & *ſeqq.* & *num.*39. *Rota noſtra in dicta Florentina* 8. *Martii* 1598. §. *Tertio cum donatio lib. Matrimon.* 81. *fol.* 582. & *in Florentina Uſusfructus* 16. *Decembris* 1620. §. *Porrò, verſic. quod optimè lib. Matrimon.* 102. *fol.*88. *Rot. in rec. dec.*636. *n.*6. & *ſeqq. ibique Addent. num.*66. & *ſeqq. par.*4. *tom.*3. & *dec.*292. *n.*18. *par.*10.

Eoque validiùs prædicta procedunt ponderando regularem hanc præſumptionem in noſtra hypotheſi pluribus facti circumſtantiis ex viſceribus teſtamenti depromptam coadjuvari, quibus pro hac parte concurrentibus, legatum contemplatione matris non filiorum cenſetur relictum. Et è converſo illis in oppoſitum militantibus legatum intuitu filiorum, & tutelæ, non matris factum dici debet, cum in hac
6 quæſtione facti, & voluntatis totum pendeat à ſingulorum caſuum peculiaribus circumſtantiis recto Judicis arbitrio conſiderandis, ut in propria noſtra materia obſervant *Decian. conſ.* 601. *n.*6. *Peregrin. d. conſ.*38. *n.*8. *in fine lib.*2. *Arias de Meſa Variar. reſol. d. lib.*2. *cap.*5. *ex num.*1. & *cap.*6. *n.*6. *Cirocch. diſcept.*16. *n.*15. *Menoch. de Præſumpt. lib.*4. *d. præſumpt.*123. *ſub n.*14. & *præſumpt.*124. *n.*2. *Surd. de Aliment. tit.*5. *quæſt.*4. *num.*20. *in fine*, & *tit.*8. *privileg.*24. *n.*6. *Caſtill. de Aliment. cap.*41. *ſub n.*16. *verſic. deinde obſervat. Simon de Prætis de Interpret. ultim. volunt. lib.*4. *dubit.*8. *ſub n.*61. *verſic. hoc demum, Camerel. de Legat. lib.*8. *tit. legatum factum ſub conditione morandi fol.*618. *ſub num.*1. & *n.*9. *Spadan. Theatr. Vidual. diſquiſit.*73. *num.*21. *de Luc. de Legat. d. diſc.*22. *n.*8. *diſc.*23. *n.*8. *diſc.*32. *n.*6. *de Servitut. diſc.*50. *n.*10. & *diſc.*52. *num.*7. *Berſan. de Viduit cap.*2. *quæſt.*45. *num.*10. *Hodiern. ad Surd. dec.*38. *num.*3. & 7.

Inter alias autem conjecturas indicantes voluntatem principaliter legandi favore matris, eique etiam non exiſtentibus liberis uſumfructum relinquendi: Prima aſſurgit illa deſumpta ab enixa, & ſingulari dilectione à Teſtatore oſtenſa erga benemeritam uxorem, quam amatiſſimam dixit nuncupatione, & effectu, dum ad magis, magiſque patefaciendum ejus amorem præſtantiorem cæteris Conſanguineis, integrum uſumfructum Margharitæ reliquit expreſsè derogando conſuetudini in Curia Bulgari introductæ favore filiorum, ibi -- *laſcio il pieno, e libero uſufrutto di tutti, e ciaſcheduno de' miei beni, in modo, che non deva reſtringerſi alli ſoli alimenti, ma quelli deva pienamente, e intieramente conſeguire &c.* addita inſuper inter ſex Tutores eidem tantùm liberatione ab omni redditione rationis, quam ejus conſcientiæ in totum remiſit: Ex quibus maritalis affectionis Teſtimonia verbis, & factis comprobatis, evidens redditur votum Teſtatoris in omni caſu abundè providendi dilectam uxorem, non attento prædeceſſu filiorum, qui potens non eſt minuere, ſed potius augere mariti amorem, & miſerationem erga uxorem, ita ut in ſolatium ejus or-
7 bitatis, & amiſſorum Filiorum libentiùs præſumi debeat legatarius,

ut in individuo, quòd Teſtator præ-
ſumatur principalitèr legaſſe contem-
platione Uxoris, & ob id per Filio-
rum prædeceſſum non extinguatur
legatum, quando uſus eſt verbis amo-
rem, & dilectionem erga ipſam præ-
ſeferentibus *Soccin. Sen. conſ.69. n.3.
verſic. iſtud, & ſub num.8. lib.2. De-
cius conſ.601. num.4. in fin. & num.6.
Peregrin. d. conſ.38. n.10. lib.2. Me-
noch. d. conſ.146. n.10. & de Præſumpt.
lib.4. d. præſumpt.123. n.7. Arias de Me-
ſa Variar. lib.2. d. cap.5. num.2. Sami-
nias. contr.127. n.23. & contr.130. nu-
mer.35. & ſeqq. Paulus. differt.88. n.82.*
benè *Manſ. dicta conſult.268. n.5. verſic.
attenta autem diſpoſitione, Cancer. Va-
riar. reſolut. par.3. cap.20. de Legatis nu-
mer.209. verſic. miſſum faciebam, Barry
de Succeſſ. lib.17. d. tit.19. n.13. verſic.
prima eſt, Caſtill. de Aliment. d. cap.41.
num.16. de Luc. de Legat. d. diſc 22.
n.8. verſic. ac etiam, Ludovic Commun.
conclus. lib.1. conclus.24. ampliat.19. ver-
ſic. prima, & verſic. tertia, Camarel. de
Legat. lib.8. tit. legatum factum ſub
conditione morandi fol.628. n.3. Caval-
can. de Uſufructu ſub n.185. verſic. nullè
poterit, Simon de Pratis de Interpret.
ultim. volunt. d. lib.4. interpr.1. dub.8.
n.56. verſic. eſt quoque, & perſona grata
Teſtatori, & n.63. fol. mihi 397. in Vene-
ta impreſſione, Torr. var. jur. quaſt. tit.4.
quaſt.4. ſub num.10. Gall. de Fructib.
diſput.36. artic.2. n.49. fol.706. Senatus
Aragoniæ apud Vargas d. dec.36. n.20.
& ſeqq. & n.40. Rot. Bononien. apud Be-
nintend. dec. ultim. n.8. Sac. Conſilium
Neapolitanum apud Capyc. Latr. dec.51.
n.5. Sanfelic. dec.201. n.5. & dec 203.
num.13 Rota noſtra in Florentina 8. Mar-
tii 1598. §. Tertio cum donatio lib. Mo-
tivor.81. fol.581.*

Accedente præſertim conſuetudine
ipſius Teſtatoris, qui in omnibus aliis
caſibus, in quibus vocavit filios ad hæ-
reditatem, matribus uſumfructum re-
liquit, illumque neutiquam ademit,
8 ſed intactum præſervavit etiam in caſu,
quo earum filii non nati, vel præmor-
tui fuiſſent, ut patet ex ſecundo gra-
du ſubſtitutionis, in quo filii maſculi
filiarum Teſtatoris fuerunt honorati in
proprietate, matribus uſufructu relì-
cto, & ex tertio, in quo idem ſerva-
tum fuit cum Sorore, ejuſque filiis
maſculis. Quod eſt conforme etiam
generali conſuetudini, juxta quam
omnes ferè mariti ſolent hujuſmodi
legato uſusfructus honorare proprias
9 uxores in memoriam tranſacti matri-
monii, & indictæ viduitatis, quæ du-
rante in priori Conjugio quodammo-
do perſeverare dicuntur, ut de hac uni-
verſali conſuetudine, teſtantur *Ber-
gam. Cavalcan. de Uſufruct. Mulier. re-
lict. ſub n.1. verſic. quod quidem legatum,
Simon de Pratis de Interpret. ultim. vo-
lunt. lib.4. interp.1. dub.10. n.1. & ſeqq.
fol. mihi 408. in Veneta Impreſſione*, ubi
dicit, quòd immò in aliquibus locis,
prout in Alemania uxor eſt hæres ma-
riti, *Mantic. de conject. lib.9. tit.7. in
princip. Rot. in rec. dec.145. num.5. & 6.
par.18. & poſt Albert. de Inconſtant. in
Judiciis dec 60. n.15.*, & in ſubjecta ma-
teria *Arias de Meſa Variar. lib.2. cap.2.
ſub num.6. Saminiat. contr.130. n.29.*,
& magis in terminis *Cancer. Variar.
par.3. cap.20. ſub n.209. propè finem ver-
ſic. inſuper allegabam Senatus Aragoniæ
apud Vargas d. deciſ. 36. num. 41. &
ſeqq.*

Poſita itaque conſuetudine univer-
ſali relinquendi Uxores uſufructuarias,
tam exiſtentibus, quàm deficientibus
filiis, & ſolito noſtri Teſtatoris hoc
idem practicandi cum fœminis minùs
ſibi caris, & dilectis; Potiori jure di-
10 cendum eſt hoc ipſum ſervari voluiſſe
cum uxore, erga quam præclaram af-
fectionem cæteris omnibus majorem
oſtendit, ut arguendo ab hujuſmodi
ſolito, & conſuetudine, in noſtris ter-
minis *Saminiat. d. contr. 130. num.30.
Arias de Meſa Variar. reſol. lib.2. d.
cap.2. n.6.*, & omnium melius egregiè
proſequitur *Cancer. Variar. Reſol. par.3.
d. cap.20. de Legatis ſub n.209. propè
finem verſic. inſuper allegabam*, optimè
*Senatus Aragoniæ apud Vargas d. dec.36.
n.43.*

Minimè relevante, quod verba di-
lectionis erga uxorem maritus non pro-
tulerit in ipſo actu legandi, ſed in actu
illam conſtituendi Tutricem ſuorum
filiorum; quo fit, ut dum eodem con-
textu, quo eam deputavit Tutricem,
vocavit & amatiſſimam, hoc dilectio-
nis ſignum quale ſit, refundi debet in

cau-

cauſam, cur eam Tutricem reliquerit,
11 non in cauſam, cur legaverit, ipſamque
liberalitatem defuncti viri, ut Tutricem
cohabitantem cum filiis, non ut uxo-
rem promeruiſſe, ut in ſpecie tradunt
*Menoch. conſ. 970. à n. 34. & ſeqq. Cyriac.
contr. 50. n. 46. De Luc. de Legat. diſc. 22.
num. 7. & diſc. 23. n. 15. Spadaz. Theatr.
Vidual. diſquiſit. 73. num. 58. fol. 761.*

Quoniam Amor, & benevolentia
erga Uxorem nedum in actu, quo
ipſa Tutrix conſtituta fuit, ſed in
ipſomet actu legandi fuit à Teſtatore
12 demonſtratus, ibi — *quali tutti depu-
to, e dichiaro Tutori, aſſieme con la
Signora Margherita Mazzei mia ama-
tiſſima Conſorte, alla quale per ragione
di legato laſcio il pieno, e libero uſufrut-
to di tutti, e ciaſcheduno de' miei beni* —
Dictio enim *alla quale* repetit nuncupa-
tionem uxoris eo modo, & forma,
qua ſuperius vocata, & denominata
erat, nempe *della Signora Margherita
Mazzei mia amatiſſima Conſorte*, cum
talis dictio ſit repetitiva præcedentium
13 cum omnibus ſuis qualitatibus, opti-
mè in terminis *Manſ. ſæpè citato con-
ſult. 268. n. 25. verſic. præter quam quod,*
& generaliter *Rota poſt Torr. de Primo-
genit. dec. 42. n. 7. & in alia Cauſa Flo-
rentina R. P. D. meo Lancetta apud
Manſ. conſult. 701. n. 5. & idem Manſ. in
eadem cauſa conſult. 702. num. 17. & 18.*
præter alios plures congeſtos per *Rot.
Senen. in Senen. Fideicommiſſi de Forte-
guerris 29. Martii 1708. §. Præcedens
enim objectum coram me inter impreſſas
dec. 31. n. 13.*

Secundam ſuppeditat conjecturam
expreſſa declaratio Teſtatoris legandi
uſumfructum Uxori toto tempore vi-
tæ ſuæ, ibi — *durante la ſua vita na-
turale* — Quando autem diſponens ha-
buit reſpectum ad vitam Legatarii,
cauſa, & contemplatione iſtius cen-
14 ſetur legatum relictum, adeoque du-
rare debet, donec durat vita ipſius,
etiamſi ceſſaverit tutela, & habitatio
cum Filiis, cum legatum de ſui na-
tura perpetuum, ſeu ad vitam, non
reſtringatur, minuſque expiret per
adjectionem oneris temporalis, ut
diſponit *Tartar. in l. ameriſſimus 36. in
fine principii ff. de Excuſat. Tutor.*, &
egregiè in terminis firmant *Soccin.
Sen. conſ. 69. num. 5. lib. 1. Decian. conſ. 601.
num. 5. & ſeqq. Peregrin. cit. conſ. 38. ſub
num. 4. & num. 12. lib. 2. Cenſal. conſ. 10.
num. 14. impreſſ. poſt ejus dec. Lucenſ. Lu-
dovic. commun. concluſ. lib. 2. concluſ. 24.
ampliat. 19. verſic. quarta, Arias de meſa
Variar. reſolut. lib. 2. d. cap. 5. num. 3. Al-
tograd. d. contr. 21. num. 31. Merlin. Pi-
gnatell. contr. 40. ſub num. 15. tom. 2. Pau-
lut. diſſert. 88. num. 82. Caſtill. de Ali-
ment. cap. 42. num. 16. verſic. aut quando
Teſtator legat pro tempore vitæ. Caval-
can. de Uſufruct. ſub num. 185. verſ. undè
poteris, Menoch. de Præſumpt. lib. 4. præ-
ſumpt. 123. num. 11. & d. conſ. 146. n. 12.
Gutierez de Tutel. part. 1. cap. 22. n. 15.
Cancer. Variar. part. 3. cap. 20. num. 109.
Camerel. de Legat. lib. 8. tit. legatum fa-
ctum ſub conditione morandi fol. 628. n. 6.
Barry de Succeſſ. lib. 17. tit. 19. num. 3.
verſic. tertia, & num. 4. in fine de Luc.
de Servitut. diſc. 52. n. 11. verſic. quinimò
etiam, & de Legat. diſc. 22. num. 7. in
fine Rot. Bononien. apud Hemntend. dec. 98.
num. 5. Rota noſtra in Florentina 6. Au-
guſti 1632. §. Præter cæteras, & ſeq. lib.
motor. 109. fol. 8. Rot. in rec. dec. 636. n. 6.
& 12. part. 4. tom. 3. d. dec. 290. n. 19. &
dec. 349. num. 18. part. 10.*

Præcipuè quia Teſtator adjecit vi-
duitatis conditionem, Uxoris pariter
perſonam concernentem, quod onus
expleta, ſeu ceſſante tutela, & habi-
tatione, cum non expiret, ſed duret
durante vita Uxoris, ex hoc eo ma-
gis arguitur diſpoſitionem ad Uxorem
15 fuiſſe relatam, & cum ejus vita, &
permanentia in viduitate regulari de-
bere, non attenta ceſſatione tutelæ,
ut benè in individuo proſequitur.
*Menoch. ſæpè cit. conſ. 146. num. 18. Arias
de Meſa Variar. lib. 2. d. cap. 5. num. 4. &
ſeqq. de Luc. de Legat. d. diſc. 23. num. 9.
verſic. tertiò Cavalcan. de Uſufruct. ſub
num. 185. verſic. undè poteris Simon de
Pratis de Interpret. Ultim. Volunt. lib. 4.
d. interpret. 1. dub. 8. num. 58. fol. 396.
Venetæ Impreſſionis Rot. in Rec. d. dec. 349.
num. 19. part. 10.*

Eoque validius ponderando, quod
hoc Viduitatis præceptum non leve
onus habet admixtum: Viduitas quip-
pè dura admodum, & laborioſa eſt,
16 ipſaque Virginitate difficilior, Teſte
*Divo Hieronymo ad Gerontiam de Mo-
no-*

ingenuis, *& lib. 1. contra Jovinianum*, *& ad Celantiam de Institutione Matrisfamilias*, *& Divo Ambroſio in principio* „ *libri de Viduis* „ ibi -- & propemodum non inferioris virtutis eſt ab „ eo abſtinere conjugio, quod aliquando delectaverit, quam conjugii oblectamenta neſcire -- *Tertullian. lib. 1. ad Uxorem*, ubi poſt quam plura ſuper hoc propoſito ſcripſit, tandem concludit -- poterit Virgo fœlicior „ haberi, at Vidua laborioſior, Illa „ quod bonum ſemper habuit Iſta „ quod bonum ſibi invenit. In illa „ gratia, in iſta virtus coronatur -- *Gloſſ. in can. 2. V. facilius de Pœnitent. diſtinct. 3. & ex Divo Cypriano*, *& aliis Annaus Robert. lib. 2. Rer. Judicatar. cap. 7. Sadarin. reſp. 30. num. 85. Leonell. de Privileg. Pauper. part. 2. privil. 343. num. 3. Arias de Meſa Variar. lib. 2. d. cap. 2. num. 6. Berſan. de Viduis cap. 1. quaeſt. 8. n. 1. & per tot.*, & propterea

17 recompenſationem meretur, in ſpecie *Arias de Meſa lib. 2. ſæpè cit. cap. 6. n. 6. Manſ. conſult. 612. §. Animadvertis tom. 7. fol. mihi 37. column. 2. in Veneta Impreſſione Rot. in rec. dict. dec. 349. ſub n. 19. verſic. alias enim part. 10.*

Quodque plus eſt tale onus primario non reſpicit favorem Filiorum, ſed ipſius Teſtatoris, cujus intereſt Uxorem Viduam effectam Thori maritalis honorem illibatum ſervare,

18 nec alienos amplexus quantumvis licitos experiri, ut eleganter expen-

19 dunt *Signorol. de Homod. conſ. 179. n. 6. Menoch. pluries cit. conſ. 146. num. 18. Theſaur. quaeſt. forenſ. lib. 1. quaeſt. 18. ſub num. 5. verſic. adverſus maritum, & n. 6. Arias de Meſa Variar. lib. 2. ſæpè laudato cap. 2. n. 4. Samueler. d. contr. 130. num. 37. Michalor. de Fratrib. part. 3. cap. 13. ſub num. 3.*

Mariti enim ſecundas Nuptias Uxorum ægroanimo ferre, & maximo odio proſequi ſolent, uſque adeò, ut licèt legatum ab extraneo, vel alia perſona, cujus memoria per ſecundas nuptias non læditur, factum mulieri caſtè, & honeſtè viventi per ejus tranſitum ad ſecunda vota non amittatur; Oppoſitum tamen procedit in Viro, qui ſub tali conditione intellexiſſe cenſetur de Caſtitate Viduali ejus memoriæ conſervativa, non autem offenſiva, prout in ſecundis Nuptiis contingit, quæ ab eo neque caſtæ, neque honeſtæ reputantur,

20 ideòque legatum ſub tali conditione relictum extingui per tranſitum ad ſecundas Nuptias, dixit *Gloſſ. ultim. in l. final. C. de Indict. Viduit. tollend. Menoch. conſ. 278. n. 17. Altograd. conſ. 63. num. 7. lib. 1. Theſaur. quaeſt. forenſ. 18. ſub num. 4. lib. 1. Cyriac. contr. 158. n. 8. & ſeqq. uſque ad finem*, ubi quod ita judicavit Senatus Mantuanus *Dulcet. de Arte Teſtand. tit. 6. cautel. 39. num. 4. Greſſ. §. Legatum quaeſt. 34. Antonell. de Tempor. Legal. lib. 6. cap. 16. num. 36. Sanchez de Matrimon. lib. 2. diſput. 92. num. 16. & ſeqq. Barry de Succeſſ. lib. 17. tit. 12. num. 19. Spadaza Theatr. Vidual. diſquiſit. 38. n. 110. & ſeqq. fol. mihi 185. Berſan. de Viduis part. 2. quaeſt. 43. n. 32. & 34. Torr. Variar. Jur. quaeſt. tom. 3. tit. 13. definit. 8. num. 1. & ſeqq. & n. 15. de Luc. ad Franch. dec. 231. in fine Collegium Patavinum apud Peregrin. dec. 41. num. 4. verſic. ſed in contrarium Rot. cor. Cerrun. dec. 2333. n. 5.*

Nec contra prædicta quidquam urget, quòd perpetuitas legati, durante vita Legatariæ relicti, reſtringatur, & limitetur ex illis ſubſequentibus verbis *e fino a tanto vedoverà, e ſtarà in Cortona aſſieme con gli infraſcritti miei Eredi* --, quæ uti involventia plures conditiones, & quidem conjunctas, & copulatas per dictionem *&* operan-

21 tur, quod legatum non debeatur, niſi omnibus conditionibus permanentiq; ſcilicèt, & habitationis cum Filiis in Civitate Cortonæ adimpletis, & verificatis, ut optimè in individuo conſiderant *Rota conſ. 46. num. 10. in fine lib. 2. Decius conſ. 421. num. 1. in fine verſic. quia cum legatum, Cyriac. contr. 30. num. 47. Altograd. contr. 31. num. 13. & ſeqq. Gayll. d. obſervat. 144. num. 11. & ſeqq. lib. 2. Spadaza Theatr. Vidual. dict. quaeſt. 73. num. 59. & ſeqq. fol. mihi 761.*

Etenim cum legatum uſusfructus fuerit in principio collatum ad vitam Uxoris, conditio viduandi, & habitandi cum filiis deindè ſubnexa, cum particula *donec*, vel *quouſque* immutare non valet naturam unici legati conſtituti in prioribus verbis totam vitam

Le-

Digitized by Google

Legatariæ includentibus: Sed illud
conſequi debet Legataria, ſua vita
durante, nec ob defectum habitatio-
22 nis cum Filiis expirat, aut reſolvitur,
ut firmant in ſpecie *Decius d. conſ. 601.
num. 6. Peregrin. d. conſ. 38. num. 12. lib. 2
Rot. Bononien. apud Benintend. d. dec. 98.
num. 5. & 6.* & nominatim reprobato
Ruino, aliiſque in objecto relatis ſub-
ſtinent *Menoch. d. conſ. 146. n. 12. verſic.
nec hic obſtat quod ait Ruinus in conſ. 46.
& c. Cancer Variar. reſol. part. 3. d. cap. 20.
ante num. 209. verſic. ubi reprehendit
Ruinum conſ. 46. & c. Rot. in rec. d. dec. 636.
num. 6. & ſeqq. & num. 12. part. 4. tom. 3.*
quæ emanavit in eadem cauſa, in qua
ſcripſit, & ſuccubuit *Cyriacus d. con-
tr. 50. & cit. dec. 190. num. 17. & ſeqq.
part. 10.*

Potiſſimè quia defectus cohabitatio-
nis non provenit ex aliqua culpa Lega-
tariæ paratæ ad commorandam cum
filia, ſed ex mero caſu fortuito, quia
filiam invida mors matri præripuit;
nam tunc legatum debetur, cum con-
23 ditio ſemper de honeſta, & poſſibili in-
telligatur, ſicque reſtringatur ad tem-
pus vitæ ejus, cum quo debet morari,
ut per *Textum in l. Mevia 13. ff. de an-
nuis legat. l. annua 10. ff. eodem, & l.
Stichus 10. §. altim. ff. de aliment. & ci-
bar. legat.* in puncto proſequuntur *De-
cius d. conſ 601. ſub n. 6. & 7. Soccin. Sen.
d. conſ. 69. n. 5 lib. 1. Menoch. d. conſ. 146.
n. 19. ſub n. 26. in fine, & ſub n. 31. verſic.
quartus eſt caſus, Ruinus. conſ. 4. num. 34.
Arias de Meſa Variar. Reſol. d. lib. 2.
cap. 2. n. 9. Altograd. d. contr. 21. n. 3.
& 9. Sanfelic. d. contr. 117. n. 63. Bar-
ry de Succeſſ. lib. 17. d. tit. 19. num. 2.
verſic. prima limitatio eſt, Peregrin. de
Fideicom. artic. 16. n. 144. Camerel. de
Legat. lib. 8. quæſt. 10. num. 17. fol. 605.
Sac. Conſilium Neapolitan. apud Capyc.
Latr. dec. 51. ſub n. 3. Bartoll. dec. Bri-
xien. 95. n. 5. Senatus Aragoniæ apud Var-
gas d. dec. 56. num. 53. Rot. in rec. d. dec.
636. n. 1. & 2. par. 4. tom. 3.* ubi concor-
dantes, & *dec. 190. n. 17. & 18. par. 10.
& coram Dunozett. jun. deciſ. 398.
num. 8.*

Certoque certiùs reflectendo, quòd
tantus fuit amor, & deſiderium Teſta-
toris providendi benemeritam, & di-
lectam Uxorem, ut in concurſu filio-
rum ſuperſtitum ei univerſalem reli-
querit uſumfructum toto tempore vitæ
ſuæ duraturum: Ac propterea effica-
24 ciori ratione dicendum eſt illum eidem
relinquere voluiſſe, nullis exiſtentibus
filiis, quo in caſu mariti ſolent dila-
tare fimbrias conjugalis affectionis,
& pinguiùs diſponere favore uxoris, ut
probant *Purpurat. conſ 416. n. 3. in fine
verſic. nec maritus. Menoch. d. conſ. 146.
num. 11. verſic. tertio, Arias de Meſa Va-
riar. reſol. lib. 2. d. cap. 2. n. 2. in fine,
Mantic. de Conject. lib. 11 tit. 16. n. 16.
verſic. tertiò, Cancer. Variar. reſol.
par. 3. cap. 20. ſub num. 209. verſic. in-
ſuper.*

Et contraria procedere poſſent, vel
quando non præcedit legatum perpe-
tuum, & vita durante factum, ſed illud
munitum eſt clauſulis temporalitatem
importantibus, puta ſi dictum ſit *donec*,
vel quid ſimile, nam cum dictio *donec*
oſtendat legatum fuiſſe in ſingulos an-
25 nos diſtributum, & annuum, ac mul-
tiplex evaſiſſe, ad hoc ut debeatur, con-
ditio quolibet anno debet verificari, ut
declarando Ruinum, & ſequaces di-
ſtinguit *Altograd. dicta contr. 21. n. 17.
& ſeqq. & antea n. 7 & ſeqq. Sac. Conſi-
lium Neapolitanum apud Capyc. dec. 103.
num. 4.*

Vel loquuntur, quando legatum ſub
præcepto habitandi factum fuiſſet non
favore Legatarii, ſed ejus, cum quo
Legatarius habitare gravatur, quo
caſu verè dicitur temporale, & com-
penſativum mercedis pro educatione
filiorum ſubeunda, proptereaque ceſ-
ſ[illegible] per ipſorum mortem labore, de-
26 [illegible]um pro ſequentibus annis ceſſa-
re emolumentum legati, quia tam la-
bor, quàm merces pro eo debita, reſ-
pectu temporis diviſionem admittit, ut
per Text. in l. Sejo 10. ff. de annuis legat.
tradunt *Cujac. ibidem, quod eſt in lib. 8.
reſponſ. Papiniani verſic. minori*, benè
*Altograd. d. contr. 21. n. 6. & 8. Arias de
Meſa Variar. lib. 2. cap. 7. n. 26. Peregrin.
de Fideic. artic. 16. n. 144. Barry de Suc-
ceſſ. lib. 17. tit. 19. num. 5. Sac. Conſilium
Neapolitan. apud Capyc. Latr. d. dec. 51.
num. 3. Rot. coram Merlin. deciſ. 408.
num. 8.*

Nullo autem modo procedunt, nec
recipi poſſunt, quando legatum cum
one-

onere habitandi factum fuit principaliter favore uxoris Legatarii, & ob dilectionem erga eamdem. In hoc enim themate, ſivè legatum ſit unicum, ſivè annuum, & multiplex, ſivè conceptum per dictionem temporalem donec, vel per aliam conditionalem ſi, ſemper, & ubique remanet perpetuum,
37 & durabile uſque ad mortem Legatariæ, quamvis medio tempore filius defunctus, onus habitationis, veluti extraneum à cauſa finali legati, defeciſſet, ut eſt Textus in l. Cajo 13. §. Imperator ff. de aliment. & cibar. legat. l. illis libertis 84. ff. de condition. & demonſtrat. l. 1. Cod. de legat. ibique Gloſſa egregiè explicans V. poſt mortem, Joſeph Ludovic. lib. 1. conclus. 24. ampliat. 19. verſic. contrarium, Arias de Meſa Variar. Reſolut. lib. 2. cap. 7. n. 25. Mant. d. conſult. 268. num. 30. verſic. nec enim, & num. 38. verſic. quibus ſic ſtantibus, & conſult. 611. num. 10. & ſeqq. & ſub n. 22. Altograd. diſta contr. 21. n. 6. & ſeqq. Cojac. lib. 2. reſponſor. Papinian in l. Sejo ff. de annuis legatis, Gail, de Fruct. d. diſput. 36. art. 1. ſub n. 49. verſic. declaro ſecundo, & n. 50. fol. mihi 707. optimè Merry de Succeſſ. lib. 17. tit. 19. ſub n. 5. verſic. ut dixi, Manfredia ad Capyc. Latr. deciſ. 52. n. 6. Rot. Benvenut. apud Bonaventur. diſta dec. 98. n. 6. in fine, & ſeqq. & ſub num. 8. verſic omnibus, Rot. in rec. diſta deciſ. 636. num. 3. & ſeqq. juncto principio par. 4. tom. 3. d. deciſ. 190. n. 18. & ſeqq. par. 10.

Nec replicaſſe juvit, quòd præceptum cohabitationis, & viduitatis ſervandæ principalitèr redundet in commodum, & utilitatem filiorum, eorumque favore præſumatur injunctum, ut mater intentiori cura, ardentiorique affectu, & amore filios regat, & in-
38 cumbat eorum tutelæ, quam alioquin omitteret per tranſitum ad ſecunda vota, & ne iidem filii, matre ſimul, & dotibus maternis ſeſe videant ſpoliatos, ut de præcepto viduitatis, quod cenſeatur injunctum favore filiorum, & ut Vidua faciliùs induceretur ad commorandum cum eis, eſt elegans Textus in l. ſed ſi hoc 61. §. Cum vir in fine, ibi — quia magis cura liberorum, quam Viduitas injungeretur — ff. de condition. & demonſtrat., & tradunt in ſpecie Decius d. conſ. 485. ſub n. 8. & ſub n. 9. Menoch. conſ. 970. num. 31. & de Præſumpt. lib. 4. præſumpt. 123. num. 17. Arias de Meſa Variar. lib. 2. cap. 5. numer. 17. & n. 22. & ſeqq. & cap. 7. num. 9. Capyc. Latr. conſult. 110. n. 66. Cyriac. contr. 438. n. 57. Spadafor. Theatr. Vidual. diſquiſit. 41. n. 146. & ſeq. fol. mihi 365. Paulut. d. diſſert. 88. num. 99. & n. 105. Peregrin. de Fideicom. artic. 16. n. 151. & conſ. 45. num. 10. num. 11 verſic quare, num. 14. 16. & 17. lib. 2. Caſtill. de Aliment. d. cap. 41. num. 16. verſic. ſecunda eſt conjectura, de Luc. de Legat. d. diſc 23. num. 13. verſic. ſecunda diſcutiebatur Rota coram Cerrin. dec 1813. n. 26.
39 & de alio cohabitationis Decius d. conſ. 601. num. 3. Menoch. d. conſ. 970. num. 19. Paulut. d. diſſert. 88. num. 88. & ſeqq. Burgun. de Uſufruct. num. 138. in principio verſic. ſi verò Teſtator dixerit, & verſic. cum in dubio legatum, Peregrin. de Fideicom. art. 16 num. 145 & ſeqq. & d. conſ 45 num. 10. ſub num. 11. 14. & 16. lib. 2. Spadafor. Theatr. Vidual. d. diſquiſit. 42. num. 144. & ſeqq. fol. 365. & d. diſquiſit 73. num. 26. fol. 738. Rot. in rec. dec. 241. num. 12. part. 5. repetita coram Cerrin. d. dec. 1813. n. 26.

Signanter quando qualitas perſonæ, cum qua habitare debet Legatarius, ejuſmodi eſt, ut operam, & induſtriam ipſius Legatarii requirat, prout erat Guglielma Filia in infantili ætate conſtituta, quæ ratione Sexus, &
40 ætatis omninò indigebat cura, & habitatione matris, ut in ſpecie conſiderant Sigismond. de Hannib. conſ. 179. num. 6. Decius conſ. 601. num. 3. Cyriac. contr. 438. num. 35. Arias de Meſa Variar. lib. 2. cap. 1. num. 7. & cap. 5. num. 12. & ſeqq. & cap. 7. num. 6. & 8. Merlin. Pignatell. contr. 40. n. 13. centur. 2. Caroch. diſcept. 16. num. 15. Manf. d. conſult. 611. n. 5. verſ. aut ſunt à Teſtatore Peregrin. de Fideic. artic. 16. num. 151. Menoch. de Præſumpt. lib. 4. præſumpt. 123. num. 25. & conſ. 146. n. 3. & d. conſ. 970. num. 30. Simon de Prætis de Interpret. ultim. volunt. lib. 4. interpret. 1. dub. 8. num. 59. fol. mihi 397. in Veneta Impreſſione Surd. de Aliment. tit. 5. quæſt. 4. n. 13. & tit. 8. privileg. 23. n. 8. & privileg. 24. n. 5. Gutierrez. de Tutel. par. 1. cap. 22. n. 6. Caſtill. de Aliment. d. cap. 41. n. 16.

n.16. verſic. prima conjectura eſt, *Sammin. d. contr. 127. n.62. Barry de Succeſſ. lib. 17. tit. 19. n.4. Spadon. Theatr. Vidual. dicta diſquiſit. 42. n.145. & 148. fol. mihi 365. de Luc. de Servitut. diſc. 52. num. 11. verſ. ſecundo ob qualitatem, & de Legat. diſc 23. n 13. Gall. de Fructib. diſput 36. artic. 1. ſub n.49. verſic. primo ſi filia ſint fol. 706. Senatus Aragonia apud Vargas dicta dec. 56. n.16.*

Objectum enim tollitur, Tum ex eo, quod cum ex pluribus conjecturis conſtet de mente Teſtatoris legandi contemplatione uxoris, & ſignanter ex quo voluerit uſumfructum durare du-
31 rante vita illius, viduatio, & cohabitatio cenſetur principaliter volita favore uxoris, & ad commodum Teſtatoris, non filiorum, ut in individuo ponderat *Decius d. conſ. 601. n.4. ſub n.5. verſic. & quia apparet iſtam fuiſſe voluntatem, & n.6. & n.8.*, & reſpondendo objecto egregiè *Altograd. dicta contr. 21. n.33.*, ubi alios citat *Surd. de Aliment. tit. 5. d. quæſt. 4. n.13.*

Habitatio enim in Patria, & Domo Teſtatoris, ab eo minimè alterata, poſt quam filiis omnibus deſtitutum, & ſine
32 prole moriturum ſe agnovit, non alia de cauſa dici poteſt relicta, niſi in uxoris Legatariæ favorem, ut commodiori, & decentiori habitatione, qua uti conſueverat vivente viro, frueretur in futurum, ut benè advertit in ſpecie *Altograd. d. conſ. 63. n.30. lib. 1. Sammarc. dicta contr. 127. num.26. & ſeqq. & n.32. & contr 130. n.7.*

Quòd ſi Teſtator tutelam, & habitationem intuitu, & contemplatione filiorum reliquiſſet, optimè conſcius administrationem tutelæ, & præceptum habitationis cum eis per uxorem amplius impleri non poſſe, ob præmortuam
33 unicæ filiæ fœminæ per multos menſes ante ſecutam ejus mortem, utique aliquid circa hoc diſpoſuiſſet, ut in puncto ratiocinatur *Card. de Luc. de Legat. d. diſc. 21. num.8. verſic. item quia poſt quam dictam filiam.*

Cumque hoc non fecerit, ſignum eſt contemplatione uxoris, non oneris Legatum fuiſſe relictum, prout ſemper præſumitur, quando conſtat Teſtatorem legare voluiſſe uxori, etiamſi Tu-
34 tricem eſſe deſinat, & in habitatione non continuet, ut in propria noſtra materia *Gratus reſp. 84. num. 7. lib. 1. Menoch. de Præſumpt. lib. 4. ſæpè citata præſumpt. 124. n.10. & ſeqq. Rot. coram Cerro. dec. 1934. n.2.*

Et jure quidem merito, quia deficientibus filiis conſideravit forſan Teſtator, quod uxor uſufructuaria in priori thalamo ope viduitatis perſeverans, ejuſque Domum inhabitans, defuncti viri, ejuſque Familiæ memoriam
35 conſervabat, & ob id eidem legare voluerit, ſicut perpendit in ſpecie *Arias de Meſa lib. 2. d. cap. 6. num. 1. & ſeqq. Card. de Luc. de Legat. ſæpè citat. diſc 23. ſub n.9. §. Sextò ubi agitur, & n.15. verſic & ſexta fundata*. Vidua namque etiam deficientibus filiis honorificè ſubſtinet mariti memoriam, &
36 in demortui viri conjugio, ac in prioribus nuptiis, quodammodo perdurare cenſetur *§. Non ſolum Auth. de Nuptiis*, & per plura alia jura probat *Tiraquell. de Nobilitat. cap. 18. n.9. & 10. Arias de Meſa Variar. lib. 2. d. cap. 6. num. 1. Franch. in l. ultima n.4. C. de bonis maternis Sanchez. de Matrimon. lib. 7. diſput. 91 num. 32. Rota noſtra in Florentina Uſusfructus 16. Decembris 1620. §. Porrò in fine lib. Matrimon. 102. fol. 88. tergo, & in Bitorgina Legati 3. Septembris 1700. n.14. coram Domino meo Auditore Farſetto.*

Tùm etiam quia Teſtator primo loco nominavit perſonam Margharitæ uxoris dilectiſſimæ, eique pleniſſimum uſumfructum, donec vixiſſet, reliquit, deindè verò adjecit præceptum vidui-
37 tatis, & ultimo loco habitationis; quo fit, ut cauſa finalis ita diſponendi dici debeat favor uxoris, & impulſiva, & ſecundaria, commodum filiorum, & præceptum habitationis, & educationis, ut proſequitur in noſtris terminis *Decius citat. conſ. 601. ſub n.5. verſ. & cum reſpectus Altograd. citat. contr. 21. n.28. Paulus. dicta differt. 88. num. 102. Cancer. Variar. par. 3. d. cap. 20. ſub n.109. verſ. accedere, Cirocch. diſcept. 16. ſub n.18. verſic. & præſertim Spadonæ. Theatr. Vidual dicta diſquiſit. 73. num. 32. & ſeqq. fol. mihi 750. de Luc. de Legat. d. diſc. 23. ſub n.13. §. Secundo deſumebatur verſic. atque videtur Senatus Aragoniæ apud Vargas d. dec. 56. n.19.*

n.29. & 48. Rot. Bonomen. apud Benin-
tend. dicta dec.98. ſub n.5. in fine, & n.6.
Rot. in rec. dicta dec.636. num.8. & ſeqq.
par.4. tom.3. & dicta dec.190. n.19. &
citat. dec.349. n.16. par.10.

Non obſtante, quòd argumentum
deſumptum ab ordine ſcripturæ ſit de-
biliſſimum, & uti nimis ſcrupoloſum
38 reprobetur ex aperta cenſura *Textus in*
l. ſed hoc 36. ff. de excuſat. Tutor., & ex
traditis in propria noſtra materia per
Menoch. lib.4. d. præſumpt.124. n.3. & 4.
Sard. de Aliment. tit.5. quæſt.4. num.17.
Barry de Succeſſ. lib.1. tit.9. num.19.
Arias de Meſa Variar. reſolut. lib.1. d.
cap.7. n.5. in fine. Quoniam prædictæ
Auctoritates, vel loquuntur in legato
facto perſonæ nullam aliam habenti
qualitatem, ad quam poſſit referri le-
39 gatum, quàm onus tutelæ ei injunctum;
vel quando pro onere injuncto uxori,
iſta fuit aliundè à Teſtatore recom-
40 penſata, & in his terminis loquitur
Arias de Meſa d. cap.7. num.5., tunc
enim uſusfructus non poteſt dici relic-
tus principaliter favore uxoris, &
viduitatis ei injunctæ, dum pro iſto
onere aliundè habuit recompenſatio-
nem, vel quando ſimpliciter fuit no-
minata perſona Legatarii antè datio-
nem tutelæ, aut ante præceptum ha-
bitationis. Nulla autem ex eis loquitur
quando ulterius concurrunt aliæ con-
jecturæ, & duplex expreſſio præceden-
ter adhibita, nempè legandi uxori di-
lectiſſimæ uſumfructum toto tempore
vitæ, & cum onere viduitatis, deindè-
que ſubſequitur alterum præceptum
habitandi cum filiis, tunc enim indu-
bitatum eſt, quod concurrentibus plu-
ribus circumſtantiis, prior nominatio,
& ordo ſcripturæ non levem præbet
41 conjecturam pro duratione legati, ve-
luti facti magis contemplatione perſo-
næ Legatarii, quàm cohabitationis, &
educationis filiorum, ut proſequuntur
in individuo *Cancer. Variar. Reſolut.*
par.3. d. cap.10. de Legatis ſub n.209.
verſic. accedere propè finem, Rot. in rec.
deciſ. 636. n.11. & 12. par.4. tom.3.

Tum demum quia Viduitas, &
cohabitatio poſſet dici voluta favore
filiorum, ſi non ſervata viduitate,
& non facta habitatione aliter Teſta-
tor providiſſet; nam iſto caſu, ſi
per mortem filii ſequi non poſſet co-
habitatio, ceſſat primum legatum,
& fit locus ſecundo in caſu nolun-
tatis, & impotentiæ ſpecialitèr ordi-
nato: Non ſic autem res procedit,
quando Maritus injuncto onere vi-
duandi, & habitandi cum filiis uxo-
ri legavit, & eodem onere ceſſante,
42 nullam aliam diſpoſitionem ſubjecit
in gratiam illius. In his enim termi-
nis manifeſtum eſt ſenſiſſe primum le-
gatum ordinare potiſſima uxoris con-
templatione, & ſic in omni caſu, vel
tempore, non attenta oneris deficien-
tia, ejus ſucceſſivam præſtationem
eſſe faciendam, ut unum caſum ab
alio diſtinguendo expreſsè firmant
Angelus de Peruſio conſ.150. ſub n.1.
verſic. ſi autem dictum legatum vel-
lent, & n.2. Common. conſ.38. ſub. n.1.
verſic. & quamvis conditio ſtandi, Cyriac.
d. contr.30. n.11. & ſeqq. Paulut. d.
differt.88. num.107. & ſeq. Fuſar. de
ſubſtitut. quæſt.434. n.76. & 84. Spe-
dam. Theatr. Vidual. d. diſquiſit 63. n.35.
& ſeqq. fol.759. Antunez. de Donation.
lib.1. prælud.1. §. 3. n.115. Torr. Va-
riar. Jur. quæſt. tom.1. tit.4. quæſt.4.
num.12. fol. mihi 665. Rota Romana
in rec. d. dec.190. num.10. part 10. &
coram Dunozet. Jun. dec.398. num.7.

Quidquam non refragante qualitate
perſonæ, nempe impuberis. Favore
enim filiorum impuberum, cum qui-
bus mater juſſa eſt commorari, eatenus
præſumitur in legato contemplatus,
quatenùs cauſa morandi fuiſſet diu-
turna, & perpetua ob filii inſanabi-
lem ægritudinem, vel aliam haben-
tem tractum ſucceſſivum, At ſecus
eſt ubi, pro ut hic, agitur de cauſa
temporali, ſcilicèt de filii infantia,
43 ſeù minori ætate, quia tunc Mater
intelligitur gravata ad habitandum, uſ-
quequo ejus opera, & induſtria ſit
neceſſaria, & conſequenter relictum
uſusfructus, donec cum filiis ſteterit, ne-
que per eorum majorem ætatem, neque
per mortem extinguitur, ut proſequi-
tur *Menoch. ſæpe citat. conſ.146. n.15.*
& ſeqq. Joſeph. Ludovic. Commun. Con-
cluſ. de Admendis Legatis concluſ. 1.
amplíat.19. verſic. ex ſupradictis Paulut.
dicta differt.88. n.85. Peregrin. de Fideic.
art.16. n.131. in fine, & opimè in ſupè
co-

*citat. conſ 38. ſub num.13. verſic. ſin autem ex modo cum ſeq. lib.2. Barry de
Succeſſ. lib.17. d. tit.19 num.4. verſic.
item bona, Rot. Bonomien. apud Beneincend.
tit. dec.98. n.8. verſic. nec obſtat*, ubi ulterius firmat, quod qualitas perſonæ
44 non refragatur, quando, ut hic, impubere effecto majore, adhuc durare
debet legatum.

Et in omnem caſum urget contra
ſuperius allegata generalis reſponſio
nullam replicationem admittens, quod
nempe cum ſaltem innegabile ſit in
hujuſmodi legato fuiſſe æquè prin-
45 cipalitèr contemplatum tam favorem
matris, quam filiorum, primæ ſcilicèt
ratione emolumenti, & filiorum ratione commodi, ac beneficii educationis,
ut conſiderant in ſpecie *Decius conſ.601.
ſub n.4. & 5. Peregrin. conſ 38 num.10.
verſic. ſed hic ſubſiſtendum, & ſub n.13.
verſic. his ceſſantibus lib.2. Menoch. conſ.
146. ſub num.26. & præſumpt 123. n.23.
lib.4. Surd. de Aliment. tit.5. quæſt.4.
num.10. & n 16. Barry de Succeſſ. lib.17.
tit.19. ſub num.4. verſic. favore autem
utriuſque, Caſtill. de Aliment. cap.41.
ſub num.16. verſic. tertius eſt caſus, Altograd. dicta contr.21 ſub n.33. Coſta de
Ratione Rata quæſt.201 num.1. Senatus
Aragoniæ apud Vargas dicta dec.56. n.15.
& ſeqq. & n.44. & n.62. & ſeqq.*, ubi de
legato facto durante minori ætate filiorum *Capyc. Latr. dicta deciſ.52. num.6.
ibique Gizz. num. pariter 6. Rot. in rec.
d. dec.349. n.17. par.10.* etiamſi ob eorum mortem cauſa educationis ceſſaverit, legatum non ceſſat, ſed uxore
46 vivente debetur, ut optimè in terminis
reſpondent *Decius d. conſ.601. num.5.
Peregrin. d. conſ.38. n.10. verſ. ſed hic
ſubſiſtendum lib.2. Menoch. d. conſ.146.
ſub n.26. & 27. & dicta præſumpt. 123.
num.23. lib.4. Altograd. dicta contr.21.
ſub n.33. Arias de Meſa Variar. lib.2.
cap.5. n.19. Merlin. Pignatell. contr.40.
num.39. cent.2. Paulus. differt.88. n.86.
Surd. de Aliment. d. tit.5. quæſt.4. n.16.
Cancer. Variar. par.3. cap.20. num.109.
verſic. quoniam, Caſtill. de Aliment. d.
cap.41. ſub num.16. verſic. tertius eſt caſus, Coſta de Ratione Rata dicta quæſt.
201. num.1. De Luc. de Legat. diſc.31.
num.6.*, ubi reprobat contrarios, *Berſon.
de Vidua cap.2. quæſt.44. num.12. Gall.
de Fructib. diſput.36. artic.2. num.48.
& 49. fol.706. Sac. Conſilium Neapolitanum apud Capyc. Latr. dec 52. num.6.
ibique Gizzar. num. pariter 6. Manfrell.
num.5. & 6., & apud Franch. dec.58. n.3.
ibique De Luc. num.2. Senatus Aragoniæ
apud Vargas dicta dec.56. num.13. Rot.
in rec. dicta dec.349. n.17. par.10.*

Cujus tutiſſimæ aſſertioni multiplex
accedit ratio. Prima nempe, quod
in hujuſmodi mixtura commodum, &
47 favor Legatariæ potius, quàm heredum
debet præponderare, nè legatum extinguatur, ut in puncto advertunt *Decius
conſ.601. n.3. Menoch. cit. conſ. 146. ſub
num.24. verſic. ſexto dato, & citata præſumpt. 123. num.23. lib.4. Peregrin. d.
conſ.38. num.8. verſic. cum autem lib.2.
Barry de Succeſſ. lib.17. tit.19. ſub n.2.
ante finem verſic. quod ſi cauſa, & favore utriuſque, Merlin. Pignatell. dicta controv.40. num.39. centur.2 Mant conſult.
268 n.4. de Luc. de Legat. dicto diſc.23.
num.5. Camarel. de Legat. lib.8. tit. legatum factum ſub conditione habitandi
cum aliquo &c. fol.629. n.4. Sac. Conſilium Neapolitanum apud Capyc. Latr. dicta dec.52. ſub n.6. ibique Gizzar. pariter
n.6. Sanfelic. dec.103. ſub num.13. Senatus Aragoniæ apud Vargas dicta dec.56.
num.13.*

Secunda, quia dum cauſa maritalis
affectionis, qua Teſtator motus fuit
ad relinquendum uxori, ſua vita durante, uſumfructum ampliſſimum ad
alimenta non reſtrictum, prævalet favori filiorum, & heredum, quibus impoſuit onus legati longè graviori
48 commodo tutelæ, & habitationis maternæ; In hoc caſu mixtum aſſumit
naturam, recipitque ſubſiſtentiam ab
eo ſimplici, de quo magis participat,
quodque eſt præponderantius, ut notant in ſpecie *Negus. conſ.49. num.18.
& ſeqq. lib.2. Arias de Meſa Variar. Reſol lib.2. d. cap.5. n.21.*, & omnium melius *Card. de Luc. de Legat. d. diſc.23.
num.8.*

Tertia, quia cum cauſa finalis legandi non fuerit ſola cohabitatio cum
filiis, illorumque educatio, ſed di-
49 lectio etiam, & favor uxoris, hinc
ſequitur, quod concurrentibus duabus
cauſis, quæ diſponentem moverunt
ad legandum, una ex eis ſublata,

non extinguitur legatum, ſed uxore vivente conſervatur *Arias de Meſa Variar. d. lib.2. cap.5. num.19. Altograd. contr.21. ſub n.33. Cancer. Variar. Reſol. par.3. d. cap.10. ſub n.209. verſ.quoniam, Surd. de Aliment. d. tit.5. quæſt.4. n.16.18.& 19. De Luc. de Legat. diſc.31. num.16. Gall. de Fructib. diſput.36. artic.2. num.49. fol. mihi 706. Senatus Aragoniæ apud Vargas d. dec.56. n.45. & ſeqq.*

Quarta demum, quia in conflictu, quæ nam ex pluribus cauſis fuerit finalis, vel in quacunque etiam perplexitate materiæ, ſemper in dubio reſ-
50 pondendum venit pro ſubſiſtentia, & duratione legati, idcircò præſumendi in legatarii magis, vel ſaltem æque principaliter relicti, in gratiam tam ipſius quàm hæredis, ut in ſpecie proſequitur *Decius d. conſ.601. n.8. Soccin. Sen. d. conſ.69. ſub num.3. & num.5. & ſub num.8. paulò ante finem lib.1. Menoch. cit. conſ.146. num.9. & 24. & de Præſumpt. lib.4. præſumpt. 133. num.1. Cancer. Variar. lib.3. d. cap.20. numer. 209. in fine verſic. demum ſubiicitur, Camarel. de Legat. lib.8. num.2. fol. mihi 618. column.1. Altograd. d. contr.21. num.26. & ſeqq. Semintat. d. contr.127. num.19. & 33. Caſtill. de Aliment. d. cap.41. n.16. verſic. quo in loco pro regula promè conſtituit, Berry de Succeſſ. lib.17. tit. 39. ſub num.1. in fine verſic. item in dubio præſumi legatum, Gall. de Fructib. diſput.36. artic.2. ſub num.49. verſic. difficultas in fine, & verſic. eſt, & quartus caſus, Sac. Conſilium Neapolitanum apud Capyc. Latr. d. deciſ.52. ſub n.6. Senatus Aragoniæ apud Vargas d. dec. 56. num.14. & 38 Rota noſtra in Florentina 8. Martii 1698. §. Tertio tum donatio lib. Mot.81. fol. 582. tergo, Rota in rec. cit. dec.636. n.5 par.4.tom.3.*

Tertiam æque vehementem præbet conjecturam opulentia uſusfructus longe, lateque exuberantis onus tutelæ, & vidualis habitationis cum filiis: ubi
51 namque commodum legati onus Legatario impoſitum excedit, tunc contemplatione perſonæ, non autem oneris relictum intelligitur. Recepta eſt namque in hac materia Theorica Bartoli in *l. Pamphilo §. Dius ff. de legat.3.* quòd aut onus æquivalet legato, & illud gratia oneris factum cenſetur; aut commodum legati onus Legata-
52 rio impoſitum longè excedit, & tunc contemplatione perſonæ, non autem oneris relictum intelligitur, in ſpecie *Cephal. conſ.429. num.95. & ſeqq. tom.3. Menoch. d. conſ. 146. n.24. & de Præſumpt. lib.4. d. præſumpt. 133. num.11. Altograd. conſ.63. num.25. & ſeq. lib.1. Ludovic. concluſ. lib.1. concl.14 amplicat. 19. verſic quinto Semintat. contr. 127. num.25. Arias de Meſa Variar. Reſol. lib.2. cap.5. num.9. & ſub n.19. Paulut. diſſa diſſert.88. num.82. Altograd. cit. contr.21. num.29. & 33 Simon de Prætis de Interpretat. ultimar. volunt. lib.4. interpretat. 1. dub.8. num.61. in fine, & num.63. fol. 397. Venetæ Impreſſionis Surd. de Aliment. tit.5. d. quæſt.4. n.23. tit.8. privileg.14. num.7. Berry de Succeſſ. lib.17. d. tit.19. n.3. verſic. quarta Caſtill. de Aliment. cap.41. ſub num.16. verſic. idem quando onus injunctum excedit valorem De Luc. de Legat. diſc.22. ſub n.7 verſic. attenta ſcilicet, & diſc. 23. ante num.14. verſic. tertiam ponderabam Senatus Aragoniæ apud Vargas d. dec.56. n.57. Rot. Bononien. apud Henoand. citata dec.93. num.7. & 8. Rot noſtra in Florentina Majoratuum de Adimaris 9. Septembris 1707. §. Obvim, verſic. quod maximè coram bo. me. Bizzarrino, Rot. Romana coram Coccin. dec.1016 num.18. & 29.* Adeoque per deficientum ejuſdem oneris, vel impotentiam
53 illud adimplendi, legatum non deficit, nec expirat, ſed durat in favorem uxoris Legatariæ, ut proſequitur *Cephal. d. conſ.429. ſub n.98. & ſeqq. Altograd. d. conſ.63. num.26. lib.1. aliique mox allegati.*

Regula quippè eſt in jure noſtro abſoluta, & inconcuſſa, quod ubi legatum reſpicit ſolùm commodum, & favorem uxoris Legatariæ, mors, vel aliud impedimentum, propter quod
54 tutela exerceri, vel cohabitatio ſequi non poteſt, Legatariæ non præjudicat, nec ob non ſecutum implementum expirat legatum *Soccin. Sen. dict. conſ.69. ſub n.3. verſic. ſecundo videtur probari lib.1. Decius d. conſ.601. num.4. & 8. Cyriac. contr.30. num.19. Aſſlict. dicta reſol.116. n.8. Menoch. lib.4. dicta*

præ-

præſumpt. 123. num. 22. Faſar. de Subſtit. quæſt. 434. num. 18. Arias de Meſa Variar. reſol. lib. 2. d. cap. 4. num. 25. Bergom. de Uſufruct. num. 138 verſic. quod ſecùs eſſet ſi contemplatione Legatoria Spadaz. Theatr. Vidual. dicta diſquiſit. 42. num. 149. & 150. diſquiſit. 73. ex num. 28. fol. mihi 758 Caſtill. de Aliment. cap. 41 ſub n. 16. verſic. ſecundus caſus eſt, Barry de Succeſſ. lib. 17. tit. 19. ſub n. 2. §. Quarta eſt, Maſcard. de Probation. concluſ. 1280. n. 75. De Luc. de Legat. d. diſc. 25 num. 4. de Servitut. diſc. 53. num. 7 Camarel. de Legat. lib. 8. tit. Legatum factum ſub conditione morandi cum aliquo ex, & quando favore Legatarii, vel alterius, cum quo morari debet, factum præſumatur num. 1. fol. 618. & tit. legatum factum ſub conditione habitandi cum aliquo ex extinguatur n. 3. fol. 619. Gall. de Fructib. diſp. 36. artic. 2. n. 48. verſic. pro reſolutione fol. mihi 706. Antunez de Donation. lib. 1. prælud. 2. §. 2. num. 114. Paulut dicta diſſert. 88. n. 80. & 81. Manſ. dicto conſul. 168. num. 2. Senatus Aragonia apud Vargas deciſ. 56. num. 10. & 11. Sac. Conſilium Neapolitanum apud Capyc. Latr. dicta dec. 52. n. 3. in fine.

Haud refragante, quòd amplitudo uſusfructus diminuta remaneat à detractione legitimæ, quam Teſtator ab
55 uſufructu excepit, & de jure non comprehenditur ſub legato, quantumvis univerſali totius, & integri uſusfructus *Auth. novissima in fine C. de inoffic. Teſtament. §. Prohibemus Auth. de Triente, & Semiſſe, Surdu. Sen. dicto conſ. 69. n. 10. lib. 1. Theſaur. quæſt. Forenſ. lib. 3. quæſt. 22. num. 12. Andreol. contr. 7. num. 8. Bondin. collect. 9. n. 147. lib. 1. Calderon. reſol. 9. n. 4. Merlin. de Legitim. lib. 3. tit. 2. quæſt. 13. num. 32. & 33. Peregrin. de Fideic. artic. 36. n. 68. De Luc. de Fend. diſc. 90. n. 6. de Servitut. diſc. 48. num. 5. & diſc. 58. n. 3. & de Legitim. diſc. 39. num. 2. & 6. Camarel. de Legat. lib. 3. quæſt. 58. n. 9. fol. 450. & n. 41. Senatus Pedemontanus apud Theſaur. dec. 137. num. 3 Rot. in rec. dec. 579. num. 1. par. 5. & dec. 290. num. 12 par. 10. & poſt Merlin. de Legitim. deciſ. 89. n. 5.* Et ulterius detrahi debent bona fideicommiſſo ſubjecta, & onera hæreditaria, quibus illa ſuppoſita ſunt.

Quoniam quoad exiſtentiam fideicommiſſi, adhùc ſub Judice lis eſt, illiuſque, & onerum hæreditariorum modicitas, juncta etiam detractione legitimæ, exuberantiam, & amplitudinem uſusfructus annuorum ſcutorum 800., & ultra tollere non poteſt, reſpectu præcepti viduitatis injunctæ uxori quadragenario majori, & duos viros expertæ, & incommodi habitationis, & curæ filiorum, quæ in matris
56 levamen, & ſolatium, non autem gravedinem reſultant, cum mutua, & connaturalis ſit inter matrem, & filios cohabitatio, duraque illorum ſeparatio *Peregrin. d. conſ. 38. num. 8. verſic. cum autem lib. 2. De Luc. de Legat. d. diſc. 25. n. 9. verſic. ſecundò ob qualitatem, Arias de Meſa Variar. lib. 2. d. cap. 5. ſub n. 19.*

Quarta deſumitur circumſtantia ex deputatione plurium Tutorum, Curatorum, & Executorum, quibus neque ratione officii, ſeù laboris in curandis perſonis, rebuſque filiorum, neque pro exequendis diſpoſitis in Teſtamento legatum, aut recognitio-
57 nem, aliquam fecit Teſtator, præterquam Margharitæ uxori ſimul cum illis nominatæ; cui proindè uſumfructum reliquiſſe dicendum eſt, non equidem ob cauſam tutelæ, ſeu curæ filiorum, ſed intuitu perſonalis dilectionis illum moventis ad ei relinquendum diſcretivè, & excluſivè ad alios Tutores, ut omiſſis generalibus egregiè in individuo obſervat *Rota noſtra in Florentina 6. Auguſti 1631. §. Vehemens erat lib. monitor. 109. fol. 9. tergo*, quæ deciſio edita fuit ſex Judicibus ſuffragantibus, inter quos Clariſſimus J. C. Silveſter Zachius, cujus deciſionis copia cum ab omnibus haberi non poſſit, hic illius verba retrahimus, ibi = Vehemens erat, & proxima conjectura prædictæ, altera,
„ quæ deducebatur ex unico legato facto ſoli uxori, & non cæteris Contutoribus Fratribus ſuis, quos Teſtator noſter, & amantiſſimos vocat, & tamquam ſibi fideles in ejus Elogio, à confectione Inventarii, nec-
„ non à rationum redditione exemit; certum ſignum, ac evidens probatio, quod Teſtator non in cauſam Tu-
58 „ telæ, ſed in aliam uxori ſuæ lega-

tum

tum reliqueris, & propterea omnino relictum illud debere etiam repudiata tutela, quandoquidem ſi onus tutelæ injunctum fuiſſet cauſa legati, utique illud, & cæteris Contutoribus reliquiſſet, dicit enim J. C. in l. amiciſſimos ff. de Excuſat. Tutor. amiciſſimos quidem, & fideliſſimos Parentes liberis Tutores eligere ſolent, & ideò ad ſuſcipiendum onus tutelæ etiam honore legati eos proſequi, quod cum non fecerit in caſu iſto Teſtator, dicendum eſt, quod alia fuerit cauſa tutelæ, alia legati ex jam dictis, & cum cauſa viduitatis ſit expreſſa in legato, de quo agitur, alia cauſa non eſt quærenda &c. *Rota dec.166. num.7. part.2. in rec.*

Potiſſimè quia in Matris integritate, & amore ſe confidere Teſtator declaravit, nulla in id facta mentione aliorum Tutorum. Ex quibus verbis cum oſtenderit cauſam dilectionis uxoris fuiſſe ipſius probitatem, inte-
59 gritatem, & pietatem, hoc dicitur principaliter motivum legandi, quamvis ob laudabiles qualitates uxoris, & filiorum communium perſonas ei commendaverit, ut egregiè in præciſis terminis ponderat *Menoch. ſæpe laudato conſ.146. n.29.*, ibi — *probitas, ac fides, & integritas dictæ Paulæ fuit in cauſa, ut à dicto Teſtatore maximè diligeretur, & cujus dilectionis ratione ei legaverit, & licèt ei commiſerit filiorum educationem, non tamen educationis cauſa fuit finalis legandi, ſed ipſa dilectio, ob quam aliàs fuiſſet relicturus &c.* — *Bergnin. Cavalcan. de Uſufruct. mulieri relicto ſub num.138. verſic. niſi*, ibi — *niſi ex mente Teſtatoris colligeretur contemplatione Legatarii alimenta cenſeri relicta, ut quando dixiſſet relinquo Uxorem meam dilectam propter benemerita, aut commotum in me amorem, aut quod nutrire, & educare debeat filios meos, confiſus in bonitate, amore, & ſufficientia ipſius, quia tunc per mortem filiorum non extingueretur legatum uſusfructus, aut alimentorum, ut ſupra dixi num.41. & infra num.148. & habetur per Decium &c.* — ibique plures alios citat.

Haud relevante, quod immò quando Teſtator, voluit Legatarium habitare cum filiis ſuis ob ipſius Legatarii expertam fidem, & probitatem, ratio legandi conſiſtat in integritate, pieta-
60 te, & amore, non in ſe ipſis conſideratis, ſed tamquam directis ad filios, quorum intenſiſſimus amor cenſetur principalis cauſa legati, ut in ſpecie reſpondit *Cyriac. contr.438. n.56. Arias de Meſa Variar. Reſol. lib.2. cap.5. ſub num.17. verſic. ubi alium addunt, Menoch. lib.4. dicta præſumpt.113. num.18. Caſtill. de Aliment. d. cap.41 ſub n.16. verſ. tertia eſt conjectura, Barry de Succeſſ. d. lib.17. tit.19. ſub n.4. §. Item hanc verſic. tertiam quando.*

Quandoquidem objectum procederet, ſi aliunde conſtare poſſet, quod educatio, & cohabitatio cum filiis fuerit cauſa finalis legati, & in his terminis intelligi debent in oppoſitum citatæ Auctoritates. Non verò quando conſtat Teſtatorem filios uſufructu bonorum privaſſe, ut illum uxori relinqueret, derogando etiam illius favore
61 conſuetudini Bulgari, & ulterius expreſsè vetuit filiis petere redditionem rationis à matre, quam reſpectu aliorum Tutorum non interdixit. In quibus terminis evidens eſt, quod cauſa finalis legati non fuit cohabitatio cum filiis, eorumque amor, educatio, & tutela, ſed dilectio erga uxorem, cauſata ab ipſius probitate, integritate, aliiſque egregiis animi dotibus, propter quas illam filiis in uſufructu prætulit. Non obſtante quod à legato ampliſſimo uſusfructus non reſtricto ad alimenta, & à liberatione à redditione rationis, quæ refertur ad onus tutelæ, non excludatur animus legandi uxori contemplatione filiorum: Quoniam quidquid ſit de hoc, cum ſaltem negari non poſſit, quòd pinguius tali modo evadat legatum uſusfructus, magis magiſque creſcit argumentum prædilectionis erga uxorem,
62 cum illa major dicatur, quo majora dantur honorato emolumenta, & utilitates, ut advertunt in ſubjecta materia *Sammar. d. contr.130. n.38. & 39. Manſ. dicto conſult. 268. num.5.*, ubi pro magna dilectionis circumſtantia inter cætera conſiderat liberationem à redditione rationis factam uxori *Rot. Bononien. apud Benincaſ. dicta deciſ.98.*

ſub

ſub n.8. verſic. alium liberorum, & verſ. omnibus iſtis in fine, *Senatus Aragoniæ apud Vargas dicta deciſ.36. num.30. & ſeqq.*

Quintam præfefert conjecturam anguſtia patrimonii Margharitæ uxoris, quæ ex fructibus exiguæ dotis ei conſtitutæ conſequi ſolùm poſſet annuam quantitatem ſcutorum circitèr centum, cum quibus alimenta ſuæ conditioni, & viri dignitati congrua, unà cum omnibus expenſis ad id neceſſariis, ſibi parare nequibat. quo caſu legatum dicitur ex cauſa alimentorum, prout ſemper ex tali cauſa factum dicitur, quo-
63 ties collatum eſt in pauperem, quidquid ſecus eſſet, ſi ditiori factum fuiſſet, ut in propria noſtra materia proſequitur *Arias de Meſa Variar. reſol. lib.2. d. cap.3 n.8.* ubi plures citat, *& cap.4. num.11.*

Stante autem legato facto uxori ex cauſa alimentorum, quibus egebat in figura Viduitatis, illud eidem præſtari debet, etiam ſi filiis non natis, ſeu præmortuis, cum illis moram, eorumque tutelam exercere non potuerit, ea ratione, quia ſpeciali favore alimen-
64 torum magis perſona Legatarii, quàm onus cenſetur eſſe contemplatum, juxta Textum expreſſum *in l. Cujo 13. §. Imperator ff. de aliment. & cibar. legat. & in l.1. C. de legat. Soccin. Sen. d. conſ.69. ſub n.3. verſic. tertio arguitur, Peregrin. conſ.38. n.5. lib.2. & de Fideic. dicto artic.16. num.143. 144. 145. & 151. Menoch. dicto conſ.146. n.15. & ſeq. & de Præſumpt. lib.4. dicta præſumpt.123. numer.10. & 11. & præſumpt.183. num.41. Gayll. obſervat. 144. num.12. lib.2. Cyriac. dicta diſcept. 16. num.11 & 21. Manſ. dicto conſult.268. num.5. & ſeqq. Surd. de Aliment. tit 5. quæſt.4. n.9. & tit.8. dicto privileg.23. num.7. & privileg.24. num.2. Camarill. de Legat. lib.8. tit. legatum factum ſub conditione morandi cum aliquo an, & quando favore Legatarii, vel alterius, cum quo morari debet, factum præſumatur n.5. fol.628. Spadaeq. Theatr. Vidual. dicta diſquiſit. 73. n.39. & ſeqq. fol. mihi 760. De Luc. de Legat. diſc.23. num.6. Cyriac. citata contr.50. n.15. & ſeqq. Theſaur. quæſt. forenſ. lib.2. quæſt.54. num.3. Arias de Meſa Variar. lib.2. citato cap.2. num.10. & cap.4. num.11. Merlin. Pignatell. dicta contr.40. n.43. centur.2. Manſ. conſult.611 n.10. Sammar. citata contr.127. n.21. & 30. De Luc. ad Princh. dicta dec.58. n.3. Rota Bononien. apud Briganteud. dicta dec.98. n.1. & 2.*

Minimè relevante, quod ubi onus reſpicit commodum filiorum exiſtentium in pupillari ætate, tunc legatum
65 etiamſi ſit alimentorum, cenſetur factum contemplatione filiorum *Decius d. conſ.485. n.10. prope finem, Cyriach. diſcept.16. n.14. Surd. de Aliment. tit.5. quæſt.4. num.12. & ſeqq. & tit 8 privileg.23. num.8. Menoch. lib.4. dicta præſumpt.123. n.10. & 11. Merlin. Pignatell. contr. 40. num. 16. & 17. cent. 2.* Siquidem contraria opinio etiam in
66 his præciſis terminis verior eſt, ut reprobatis contrariis, fundat ex profeſſo *Peregrin. dicto conſ.38. ſub num.5 & num.10. & ſub n.13. verſic. his teſtamentibus exiſtimarem lib.2. & de Fideic. artic.16. num.151. Barry de Succeſſ. lib.17. d. tit.19. ſub n.6. circa medium verſic. tota dubitatio eſt, quando legatum Alimentorum relictum eſt uxori cum conditione habitandi cum liberis impuberibus, Sammar. citata contr 127 ſub num.22. verſic. non applicatur, & n.29. & 30. Manſ dicto conſult.268. num.14. verſic. verum, & ſeq.*

Sextum conjiciendi genus reſultat ex abſurdo, quod alias ſequeretur; uxori enim vita durante debitus eſſet univerſalis omnium bonorum uſusfructus ad excluſionem filiorum, iiſque non exiſtentibus, non deberetur, in concurſu ſororis ſubſtitutæ, remotioris, & minùs dilectæ, quæ meliorem par-
67 tem filiis obtineret, licèt ab illis viventibus in eodemmet uſufructu excluſa fuiſſet, ut in ſpecie, quòd relicto uxori uſufructu ſuperſtitibus liberis, multo magis, illis deficientibus, legatum fuiſſe dicendum ſit, poſt *Decium*, quem allegat *d. conſ.601.*, in individuo obſervat *Arias de Meſa Variar. dicto lib.2. cap.2. num.1. in fine, & cap.7. n.3.*

Ponderata præſertim maxima affectione mariti erga uxorem, in primo gradu ad prædictum uſumfructum ejus vita durante vocatam, cujus amor
68 maritum impellens ad legandum, omnem alium antecellit, & ſignanter illum ſo-

ſororis, ut punctualiter obſervant *Rom. conſ.8. n.10. lib.3. Cyriac.contr.43. num.91. & ſeqq. Manſ. conſult. 268. num.16.*

Quibus ita ſe habentibus, obeſſe Dominis viſum non fuit conjecturas, quæ in oppoſitum adducebantur, in conflictu enim conjecturarum utriuſque mutuò pugnantium, prævalere deberent illæ pro parte uxoris adductæ, tamquam habentes pro ſe Juris regulam,
69 cujus auxilio innixæ adeò fulciuntur, ut ſemper alias præcellant, niſi manifeſtiſſima in oppoſitum oſtendatur voluntas diſponentis, ut in individuo conſiderant *Card. de Luc. de Legat. d. diſc 22. num.5. verſic. tum etiam ob pondus, ſeu efficaciam Manſ. ſupr cit. conſult.268. ſub num.24. verſ. cum igitur verba diſpoſitionis, & num.28. in fine.*

Hujus autem generis viſæ non ſunt illæ à defenſoribus Mariæ Lauræ adductæ. Prima enim innixa reſolutioni
70 legati in caſum binubatus, & non habitationis Cortonæ, quorum uterque niſi reſpiceret favorem filiorum nimis grave præceptum fuiſſet, immò irritum, & contra libertatem Legatariæ coactæ ad habitandum extra Patriam, & inter extraneos ſibi parum gratos abſque ulla cauſa, propter quod de jure non ſuſtineretur, ad Textum *in l. Titio centum 70. §. Titio centum il 2. ibique Bartol ff de condition. & demonſtrat. Rom. conſ. 43. num.6. lib.1. Alegrad. conſ.63. n.17. & 21. lib.1. Gomez. variar. reſolut. tom.1. de Legat. n.79. in fine verſ. item adde quòd conditio, modus, vel diſpoſitio, ibique Ayllon. n. 76. verſic. conditionem, vel modum in fine, & tom.2. cap 10. num.14. verſic. item etiam, Simon de Pratis de interpret. ultimar. volunt. lib.4. interpretat.1. dub.8. n.54. fol.396. Lara de Anniverſar. & Cappellan. lib.2. cap.8. num.58. relatis per Merez de Majorat. part.1. quæſt.57. n.1. & ſeqq. Amoſtaz. de Cauſis Piis lib.1. cap.11. num.49. & ſeqq. uſque ad n.51. Torr. de Majorat. part.2. quæſt.52. n.35. & ſeqq. fol. mihi 364. Barry de Succeſſ. lib.17. d. tit.19. num.1, Senatus Luſitanus apud Phebum dec.138. num.9. & ſeqq. Rota in rec. dec.241. num.12. part.5.*

Tollitur, quia legatum Viduitatis reſpicit intereſſe Mariti, & cenſetur factum pro allicienda uxore ad ſervandam fidem, & memoriam prioris Con-
71 jugii in ſtatu Viduitatis, ut ſupra probatum eſt *num.18. & ſeqq.* Prout intereſſe uxoris, & mariti reſpicit præ-
72 ceptum habitationis, ut dictum eſt *num.32. & ſeqq.*

Vel ſaltem utrumque præceptum viduitatis, & habitationis favorem tam filiorum, quam mariti, & uxoris concerneret, proindeque filiis prædefunctis, adhuc durat ex altera finali cor-
73 reſpectivitate, quæ uxore in Viduitate permanente verificatur, juxta Auctoritates ſuperius citatas *num.45. & ſeqq.*

Quoties autem tale præceptum commodum Teſtatoris, vel uxoris, vel alte-
74 rius cujuſcumque concernit, ſemper dicitur validum, & impleri debet, ut de præcepto favore Teſtatoris appoſito *Sanchez de Matrimon lib.2. diſputat.40. n.7. Simon de Pratis de interpretat. ultimar. volunt. lib.4. d. interpret.1. dub. 8. ſub num.54. fol. mihi 396. in Veneta Impreſſione, Meres de Majorat. part.1. quæſt.57. num.17. & ſeqq. Rexas de Incompatibilit. part.2. cap.1. num.61. ubi plures alios citat*, de præcepto fa-
75 vore uxoris *Bartol. in d. §. Titio centum in fine Gomez. variar. d. tom.1. cap.10. ſub. num.14. verſic. item etiam circa medium fol. mihi 284. colum.1. in Impreſſione Anni 1631. Cancer. variar. part.3. cap.7. ſub num.6. Sanchez. d. lib.1. diſput.40. num.2. verſic. tertio*
76 *quia*, & de præcepto favore cujuſcumque, aut adjectione talis oneris ex alia quavis cauſa *Simon. de Pratis ubi ſub n.54. Meres de Majorat. par.1. quæſt.57. n.10. & ſeqq. Cancer. Variar. par.3. d. cap.7. n.6. Amoſtaz. de Cauſis Piis d. lib.1. cap. 11. num.51. Torr. de Majorat. part.2. d. quæſt.52. n.37. fol.364. Rota in rec. d. dec.241. n.22. par.5.*

Ejuſdem irrelevantiæ detegitur ſecunda conjectura in oppoſitum adducta conſiſtens in eo, quod Maria Laura eſt major ætate Margharitæ: unde ſi poſt mortem illius fuiſſet vocata,
77 ſubſtitutio eſſet de vento, cum veriſimiliter non poſſet ſperare ſupervivientum; Etenim tota ætatis diſparitas inter dictas Mulieres reducitur ad ſex annos, in qua modica diſcrepantia

tia nemo non videt quanta facilitate poſſit contingere, ut uxor ſit prædeceſſura, juxta frequentes rerum humanarum vices, ſecundum quas ſæpè ſæpius juniores ſenioribus præmoriuntur: Quod ad hunc effectum ſuperabundat, cum ad evitandam ſuperfluitatem, & inutilitatem ſubſtitutionis
78 ſatis ſit, caſum prædeceſſus per rerum naturam poſſe evenire *Altograd. conſ. 69. num.89. & ſeqq. lib.1. Manſ. in alia cauſa Florentina conſult.364. n.29. Rota Bononien. apud Barn. deciſ.4. n.46. & 47. Rota noſtra in Florentina Fideicommiſſi de Pitris 7. Aprilis 1702. n.73. coram Domino meo Auditore Farſetto, Rota Romana in rec. dec.404. num.2. part.14., & coram Priol. deciſ.463. num.5.*

Tantoque minus concludens eſt hujuſmodi conjectura, ponderando, quod una cum ſorore uſufructuaria legitur ſubſtitutus in proprietate Philippus ejus filius, in quo matre prædecedente uſusfructus conſolidabatur, tamquam tacitè à Teſtatore ad illum vocatus, ſicque, cum in hoc caſu præ-
79 deceſſus opportunè proviſum fuerit de ſubſtituto, nihil eſt, cur ſororis vocatio amplius in odium dilectæ uxoris protrahatur, ex firmatis *per Rotam noſtram apud Urceol. dec.4. num.64. & in Florentina Fideicommiſſi 22. Auguſti 1695. §. At cum coram Domino meo Auditore Belluga, Rot. Romana in recent. dec.378. n.16. & ſeq. par.13.*

Et clariùs, attento, quod Teſtator inſtituit, & reſpectivè ſubſtituit ſuos filios, & deſcendentes tam natos, quàm naſcituros primò maſculos, & poſtea fœminas, ſemper in infinitum, & in defectum utriuſque lineæ, ſororem ad uſumfructum invitavit: Undè fit, quod ſi conſideravit ſororem potuiſſe ſupervivere Gulielmæ filiæ in infantili ætate exiſtenti, aliiſque omnibus filiis
80 naſcituris, iiſque eam ſubſtituit; multò magis credendum eſt potuiſſe conſiderare ſupervivientiam ejuſdem, reſpectu uxoris quadragenario majoris, & huic illam ſubſtituere voluiſſe, ut proſequuntur ſuperiùs citatæ Auctoritates.

Haud minori facilitate reſolvitur tertia conjectura, deſumpta ex qualitate ſubſtitutionis vulgaris, cujus vigore ob prædeceſſum Gulielmæ filiæ, & hæredis inſtitutæ, factus fuit locus ſucceſſioni ad favorem Lauræ in uſufructu, & Philippi ejus filii in proprietate: Quoniàm, licèt ſtatim ſecuta morte Gulielmæ, Philippus ſubintrando per vulgarem in locum ipſius dicatur poſt mortem Teſtatoris immediatè vocatus in proprietate, prout immediatè ad illam vocabatur Gulielma: Hoc tamen non procedit reſpectu Lauræ, quæ etſi ſubſtituta eidem Gulielmæ, vel alteri ex filiis, vel fratribus Teſtatoris, quæ ultimo loco deceſſiſſet; nihilominùs cum Gulielma, aliique primo loco hæredes ſcripti, fuerint vocati ad uſumfructum, non ſtatim mortuo Teſtatore, ſed ſecuto etiam obitu uxoris; eodem modo, & cum eadem tempo-
81 ris dilatione dici debebit vocata Laura. ſubſtitutus enim per vulgarem, ſubintrat quidem in locum, & gradum inſtituti præmortui, ſed ſubjacere debet in omnibus, & per omnia iiſdem oneribus, quibus gravatus reperiebatur inſtitutus *Venturin. conſ.17. n.11. lib.1. Menoch. de Præſumpt. lib.4. præſumpt.108. ſub n.55.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Subſtitutio in uſufructu facta alicujus favore poſt mortem filiorum, non importat ademptionem Legati integraliter, & ampliſſimè facti favore uxoris, ſed ita intelligitur, ut filiis mariti, vel non natis, uxori antè ſubſtitutam uſusfructus debeatur. Si duobus uſusfructus fuerit legatus, uni purè, alteri ſub conditione, non eſt locus concurſui inter eos, ſed unus poſt alium erit admittendus, conſtito de voluntate Teſtatoris, quod ad purè honoratum integer, plenuſque pertineret, tale relictum nec patitur diminutionem pro alimentis vocati ad fideicommiſſum, cum onere aſſumendi Cognomen, & Arma Familiæ.

SUMMARIUM.

1 *Ademptio Legati eſt odioſa, nec præſumitur, niſi talem fuiſſe mentem Teſtatoris liquidò oſtendatur.*

2 *Itaut in dubio ſemper ſumenda ſit interpretatio, ademptionis excluſiva.*

3 *In dubio pronunciandum pro Legatario habente Juris, & voluntatis Teſta-*

toris aſſiſtentiam.

4 Præcipuè ſi agatur de adimendo legato uxori facto.

5 Vel alteri Perſonæ conjunctæ.

6 Legati tranſlatio, annexam habet ademptionem.

7 Unde ſi intelligi poteſt quod transferatur, ſtatim illud adimendo ab uſufructuario, & quod transferatur poſt mortem uſusfructuarii abſque ademptione, hæc ſecunda interpretatio capienda eſt.

8 Maximè ſi adſint conjecturæ excluſivæ ademptionis, & tranſlativæ bonorum in ſubſtitutum, poſt mortem uſusfructuarii; & quæ ſint iſtæ conjecturæ, num. ſeq.

9 Clauſula inſtitutionis in tutti gl' altri miei beni operatur, ut legata ab inſtitutione ſint ſeparata, nec in ea comprehendantur.

10 Uſusfructus, aliaque res particulares, de quibus Teſtator ſpecialiter diſpoſuit, in hæreditate remanere non dicuntur.

11 Inſtitutio alicuius ſi facta ſit poſt mortem uſusfructuariæ, cum eadem conditione, & onere cenſetur facta ſubſtitutio.

12 Tranſlatio Legati de una perſona in aliam, intelligitur cum eadem cauſa, conditione, & onere.

13 Si in concurſu filiorum Teſtatoris uxori legatum non admittitur, multò minus debet admitti in concurſu ſororis tranſverſalis, & minus dilectæ.

14 Veriſimilitudo, & Conjectura pro eruenda voluntate diſponentis ademptiva, vel præſervativa Legati ſunt unicè attendenda.

15 Non adempto uno legato, nec aliud cenſetur ademptum, in quo eadem ratio, & determinatio poteſt conſiderari.

16 Legatum unius rei primo Legatario factum, non dicitur ademptum per aliud legatum ejuſdem rei ſecundo relictum, niſi factum fuerit ſub prioris commemoratione ſaltem demonſtrativa.

17 Legatum uſusfructus uni purè relictum, alteri ſub conditione, ſi conditio purificetur, uterque concurrit, & concurſu partes fiunt.

18 Limita, ubi tale legatum uxori verbis ampliſſimis totalitatem, & integritatem denotantibus relinquatur, quia debetur inſolidum, nec poteſt illius pars ad hæredem, vel alium Legatarium pertinere.

Auctoritates contrariæ declarantur, n. 28. & ſeqq. ubi latè

19 Si quis fuerit vocatus poſt mortem uſufructuarii, dici non poteſt, quod voluntas fuerit ejus concurſus cum uſufructuario.

20 Si teſtator noluit nepotem ex filia poſſe concurrere cum uxore in uſufructu, multò minus dicendum eſt eum ipſa voluiſſe concurrere ſororem poſt deſcendentiam maſculinam, & fœmininam vocatam.

21 Concurſus in uſufructu non cenſetur volitus, quando eo admiſſo Perſonæ minus dilectæ pinguius proviſum fuiſſet, quam magis dilectæ.

22 Concurſus prædictus à veriſimili diſponentis voluntate regulatur.

23 Uxori pinguius cenſetur legatum, deficientibus filiis, quam illis ſuperexiſtentibus.

24 Sicuti filii ſupervenientes, contenti eſſe debent nuda proprietate, quando relictus eſt uſusfructus matri, ita vocati per ſubſtitutionem, filiis præmortuis, debent cenſeri vocati, cum eodem onere integri uſusfructus, favore uxoris Teſtatoris.

25 Legata cum onere adhærente, in legatarios tranſeunt.

26 Legati multiplicatio pro onerando hærede, ut illud, & æſtimationem præſtet, non admittitur.

27 Id, quod militat pro excludenda ademptione Legati in totum, militat etiam pro eius diminutione, vel ademptione in parte.

28 Cum Legatario uſusfructus concurrit hæres, quando iſte fuit vocatus verbis amplis, & univerſalibus, plenitudinem proprietatis, & uſusfructus indicantibus.

29 Vel quando eadem res, à pluribus eodem tempore haberi debet.

30 Vel quando non adſunt conjecturæ pro totalitate uſusfructus favore primi legatarii, ſed potius militant in contrarium.

31 Ex præcepto aſſumendi cognomen, & arma alterius Familiæ, deſumitur conjectura relinquendi gravato alimenta.

32 Cum quis vocatus eſt ad ſucceſſionem pro Familiæ artificialis renovatione, debet con-

conſequi neceſſaria alimenta, ex bonis illius familiæ, quam debet renovare.

33 *Voluntas Teſtatoris conſervandi agnationem, excluſa remanet non ſolùm ex multiplici vocatione fœminarum, inter ſe ſubſtitutarum.*

34 *Sed etiam ex vocatione fœminarum excluſivè ad omnes agnatos collaterales.*

35 *Sicuti etiam ex vocatione unius ſubſtituti, fideicommiſſum ſucceſſivum non continente.*

36 *Ubi non ordinatur fideicommiſſum ſucceſſivum, dici non poteſt conſiderata ratio conſervationis Agnationis.*

37 *Præceptum aſſumendi nomen, & arma, de ſe ſolum, & aliis circumſtantiis deſtitutum, non eſt ſufficiens ad meræ agnationis conſervationem inducendam.*

38 *Si Teſtator voluiſſet Agnationem conſervare, non excluſiſſet proprios agnatos, ut fictos, & imaginarios admitteret.*

39 *Subſtitutus in Fideicommiſſo tranſverſali, ob ſolam vocationem alimenta petere non poteſt.*

40 *Amplia etiam ſi ſit filius ipſius gravati, quoties gravatus ſit extraneus, ſive tranſverſalis.*

41 *Non dicto de caſu ſubſidii, non ſunt præſtanda alimenta vocatis, ex fructibus fideicommiſſi.*

42 *In præjudicium Juris Legatario quæſiti, ex deſignatione Teſtatoris, ſubſtitutus nil prætendere poteſt ex fructibus Legati, pro alimentis.*

43 *Subſtitutus in fideicommiſſo, ſi fructus ipſius commodo inveſtiri debent, poteſt ex fructibus ad ipſius favorem inveſtiendis, aliquid petere à fideicommiſſo pro ſe interim alendo.*

44 *Si inſtitutus ſit filius familias, cum onere aſſumendi nomen, & inſignia Teſtatoris, cenſetur teſtator voluiſſe fructus hæreditatis ipſi acquiri, non ejus Patri.*

45 *Gravatus aſſumere cognomen, & arma alterius, non tenetur propria dimittere, ſed illa utriuſque familiæ, poteſt retinere.*

46 *Onus aſſumptionis, cognominis, & armorum leve dicitur, quando non eſt neceſſe propria ſtemmata, & cognomen propriæ familiæ relinquere.*

47 *Maximè, quando eſt aſſumenda alia familia Nobilis, & ſanguine conjuncta.*

48 *Præceptum aſſumendi cognomen, & arma, dicitur adjectum per viam modi, non autem conditionis.*

49 *Maximè, quando implementum non conſiſtit in ſimplici aſſecutione, ſed in retentione, habente tractum futurum, & ſucceſſivum.*

50 *Et quando adjectum eſt poſt vocationem, vel ſubſtitutionem purè, & ſimpliciter factam.*

51 *Quando eſt per viam modi, ſufficit adimplere poſt quæſitum emolumentum.*

DECISIO XLIV.

PRobato ex deductis in præcedenti Deciſione legatum uſuſfructus per præmorientiam filiæ non fuiſſe extinctum; deſcendentes DD. ad examen alterius dubii, an ſcilicèt illud per mortem filiæ fuerit ademptum, vel ſaltem diminutum, negativè quoad utramque partem reſpondendum eſſe cenſuerunt.

Reſpectu enim primæ partis, ademptio legati odioſa eſt, nec præſumenda, niſi talem fuiſſe mentem Teſtatoris liquidò oſtendatur *l. ſi pluribus* 1
33. ff. de Legat. 1. l. 3. §. Si duobus ff. de Adimend. Legat. & l. cum centum 9. ff. Eodem Alex cons. 169. n. 3. & ſeqq. lib. 5. Sfort. Odd. conſ. 43. num. 3. Spad. conſ. 284 num. 7. lib. 3. Rocca diſput. 45. num. 1. & ſeqq. Saminiat. contr. 130. num. 9. & ſeqq. Menoch. lib. 4. præſumpt. 167. n. 1. & ſeqq. Mantic. de Conjectur. lib. 12. tit. 2. num. 1. & ſeqq. Maſcard. de Probation. concluſ. 1280. n. 5. & ſeqq. Camerel. de Legat. lib. 4. quæſt. 9. num. 1. fol. 475. Senatus Mantuanus apud Surd. dec. 38. num. 24. Rota noſtra in Florentina Uſusfructus 16. Decembris 1620. §. Nos tamen lib. motivor. 102. fol. 88 tergo, Rota Romana coram Buratto dec. 168. num. 7. Cavaler. dec. 41. n. 5. Dunozet. Jun. dec. 560. n. 6. & dec. 579. num. 1. poſt De Luc. de Fideic. in Mantiſſa deciſ. 90 ex num. 3. & in Senogallien. Legatorum 18. Junii 1702. §. Quia refragari, coram Eminentiſſ. D. meo Card.

 de la

de la Tremoille, & 12. *Martii* 1703. §. *Haud ſubſiſtente, coram bon. mem. Pio*, & pluribus adductis concordantibus *Hiſpalen. ſeu Granaten. Proventuria* 23. *Aprilis* 1708. §. *Juſtiſſimeque, coram R. P. D. meo Aldovrando*.

Adeout ſi verba aliquam dubietatem involvant, vel interpretationem patiuntur, ſemper capienda ſit intel-
2 ligentia ademptionis excluſiva *l.* 3. §. *Si debbat ff. de Adimend. Legat. Alex. d. conſ.* 169. *num.* 8. *lib.* 5. *Handed. conſ.* 61. *n.* 39. & 40. *lib.* 1. *Decian. d. reſp.* 70. *num.* 23. *verſic. item, & poſtremò lib.* 5. *Epiſcop. Rocca d. diſput.* 45. *num.* 4. & *ſeqq. Cyriac. contr.* 118. *num.* 3. *Sanfeliciet. d. contr.* 230. *num.* 13. *Maſcard. de Probation. diſt. concluſ.* 1280. *num.* 4. & *ſeqq. Mantic. de conjectur. lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 37. & *lib.* 12. *tit* 1. *num.* 2. *Urceol. conſult* 83. *num.* 19. *Camarel. de Legat. lib.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 1 & 2. *fol.* 475. *Surd. d. dec.* 38. *num.* 14. *Rota noſtra in cit. Florentina Uſusfructus* 16. *Decembris* 1620. §. *Nos tamen in fine*, & §. *His ita lib. matrimon.* 102. *fol.* 88. *tergo. Rot. coram Buratt. dicta deciſ.* 368. *num.* 3. & *in rec. dec.* 16. *num.* 15. *part.* 17. *poſt De Luc. de Fideic. in Mantiſſ. dec.* 90. *ex num.* 5. & *in d. Senogalien. Legatorum* 1701. §. *Quia refragari, coram Card. de la Tremoille*, & 12. *Martii* 1703. §. *Quamvis, coram bo. me. Pio*, cum in du-
bio pronunciandum ſit pro Legatario,
3 habente Juris, & voluntatis Teſtatoris aſſiſtentiam *d. leg.* 3. §. *Si debbat, Decian. d. reſpon.* 70. *num.* 7. & *ſeqq. lib.* 5. *Epiſcop. Rocca d. diſput.* 45. *num.* 6. & *ſeqq. Urceol. conſult* 83. *n.* 18. *Mantic. de Conjectur. lib.* 12. *dict. tit.* 1. *num.* 2. *Camarel. de Legat. lib.* 4. *quæſt.* 9. *ſub n.* 1. *fol.* 475. & *fol.* 483. *num.* 26. *Cyriac. contr.* 118. *num.* 4. *Maſcard. de Probation. dict. concluſ.* 1280. *num.* 5. & *ſeqq. De Luc. de Legat diſc.* 50. *num.* 4. *Hodiern. ad Surd. dec.* 38. *num.* 13. & *dec.* 41. *n.* 8. & 9. *Barry de Succeſſ. lib.* 9. *tit.* 29. *de Ademptione Legator. num.* 13. & *tit.* 30. *ſub n.* 1. *Senatus Cathaloniæ apud Fontanell. cit. dec.* 339. *n.* 3. & *ſeqq. Rota noſtra in d. Florentina Uſusfructus* 16. *Decembris* 1620. §. *Nos tamen, Rota coram Gregor. dec.* 236. *num.* 11. *Dunozet. Jun. dec.* 360. *num.* 7. & *dec.* 579. *num.* 2. & *in d. Senogalien. Legatorum* 1703. §. *Haud ſubſiſtente, & §. Concurrente,*
4 *coram bo. me. Pio*, Maximè, ſi agatur de adimendo legato uxori facto, ut de legato favore uxoris, eſt Textus in *l. Filia* §. *ultimo ff. de Condition. & Demonſtrat. Decian reſp.* 70. *n.* 11. & 12. & *ſub num.* 14. & *num.* 23. *verſic. item & poſtremo lib.* 5. *De Luc. de Legat. diſc.* 49. *num.* 13. *Rota noſtra in Florentina uſusfructus* 16. *Decembris* 1620. §. *Nos tamen lib. Matrimon.* 102. *fol.* 88., & in
5 terminis legati facti favore alterius perſonæ conjunctæ, & dilectæ *Handed. conſ.* 61. *num.* 40. *lib.* 1. *Buccaferr. conſ.* 51. *num.* 13. *Urceol. conſult.* 83. *num.* 17.

Neque voluntas Teſtatoris pro ademptione legati probari viſa eſt ex eo, quod in caſu præciſo, quo Filii quandocumque deficerent, Laura fuerit honorata in uſufructu, ibi — *in mancanza de' miei Figli, e Figlie all' ultimo, ed all' ultima mancante ſuſtituiſco, e ſoſtituiſco la Sig. Maria Laura, mia dilettiſſima Sorella, in quanto all' uſufrutto &c.* — Ac proindè non exiſtentibus filiis, clarè reſultet uſumfructum in ſororem fuiſſe tranſlatum, Quo-
6 niam cum legati tranſlatio annexam habeat ademptionem, ut eſt *Textus in l. ſicut* 5. *ff. de Adimend. Legat.* & *in* §. 1. *Inſtit. Eodem titul. Bellon. de Jur. accreſcend. cap.* 5. *quæſt.* 13. *num.* 17. & 18. *Camarel. de legat. lib.* 4. *de tertia cauſa fol.* 476. *num.* 1. & *quæſt.* 1. *num.* 8. & 9. *fol.* 477. *De Luc. eodem tractat. diſc.* 50. *num.* 3. *verſic. potiſſimè, Barry de ſucceſſ. lib.* 9. *tit.* 32. *num.* 1. 2. & 3. *Peccard. in Rubr. Inſtit. de ademption. Legat. num.* 7. & *ſeqq. Rota noſtra in ſæpe citat. Florentina Uſusfructus* 16. *Decembris* 1620. §. *Nos tamen lib. Matrimon.* 102. *fol.* 88. *tergo*, & verba ſupradicta intelligi poſſint, ſtatim ſecu-
7 ta morte filiorum, vivente uxore, vel poſt obitum iſtius, hæc ſecunda interpretatio capienda eſt juxta mox citatas Auctoritates, & tradit etiam *Cyriac. contr.* 118. *num.* 27.

Potiſſimè quia illa eſt conformis voluntati Teſtatoris, deprompta, tum ex eo quod in præcedenti inſtitutione
8 filiorum, tam etſi univerſi juris complexiva uſusfructus antea à proprietate ſeparatus, & uxori per legatum relictus, non continetur, niſi ſub condi-

tio-

tione, & in eventum mortis uſufru-
ctuariæ, cui durante vita uſusfructus
fuit relictus, ita ſuadente non minus
clauſula adverſativa, qua concepta
fuit inſtitutio, ibi — *in tutti gli altri*
miei beni &c. — quæ operatur, ut ab
9 inſtitutione ſeparata ſint, & in ea non
cenſeantur comprehenſa legata *Bartol.*
in l. ſi quis ſervum §. Ultimo ff. de le-
gat. 1. Socin. Jun. conſ. 107. num. 45.
lib. 3. Rodulphin. alleg. 124. n. 25. & 26.
Foſar. de Subſtitut. quæſt. 650. num. 23.
Rot. coram Emerix Jun. dec. 49. num. 4. &
dec. 64. num. 1. & in rec. dec. 112. num. 4.
part. 11. & dec. 340. num. 2. part. 19. &
poſt De Luc. de Fideic. deciſ. 86. num. 22.,
& in propria noſtra materia *Duran. de*
Arte Teſtand. tit. 4. cautel. 4. num. 1. Si-
mon de Pratis de Interpretat. ultimar.
volunt. lib. 3. interpretat. 1. dub. 1. ſo-
lut. 1. n. 50. Barry de Succeſſ. lib. 9. tit. 24.
numer. 38. verſic. item non concurreret.
Quam juris diſpoſitio, juxta quam
uſusfructus, aliæque res particulares,
10 de quibus Teſtator ſpecialiter diſpo-
ſuit, in hæreditate remanere non di-
cuntur *Bellon. de Jur. Accreſcend. cap. 5.*
quæſt. 10. ſub n. 38. Rot. noſtra in Flo-
rentina Majoratuum 9. Septembris 1707.
§. Inſtitutio, coram bon. mem. Auditore
Bonaccurſio.

Si itaque in inſtitutione filiorum ve-
nit dumtaxat uſusfructus poſt mortem
11 uxoris Legatariæ, ſub eadem pariter
conditione mortis, venire debet in ſe-
quenti ſubſtitutione Sororis. Tranſla-
tio quippè legati de una perſona in
12 aliam, cum eadem cauſa, conditione,
& onere intelligitur *l. Cajo 13. ff. de*
aliment. & cibar. legat. & l. legatum 24.
ff. de adimend. legat. Durand. de Arte Te-
ſtand. tit. 6. cauthel. 58. n. 4. inter tracta-
tus diverſorum de Succeſſ. fol. mihi 225.
Mantic. de Conjectur. lib. 10. tit. 6. n. 19.
& lib. 12. tit. 3. num. 3. Gomez Variar.
par. 1. cap. 12. n. 69. ibique Aylon. n. 67.
Cancer. Variar. par. 3. cap. 20. num. 132.
plenè *Menoch. de Præſumpt. lib. 4. præ-*
ſumpt. 174. num. 1. & ſeqq. & per tot.
Barry de Succeſſ. lib. 9. tit. 31. num. 3.
& lib. 17. tit. 4. n. 11. Rota noſtra in di-
cta Florentina Uſusfructus 1610. §. Quo-
niam lib. Memor. 102. fol. 88. tergo.
Rot. poſt De Luc. de Fideic. in Mantiſſa
dec. 88. ſub n. 7. n. 12. & 50.

Tum etiam ex quo in caſu defectus
filiorum maſculorum, prima ſubſtitutio
uſusfructus, collata fuit in filias fœmi-
nas Teſtatoris, per quas legatum uxo-
ris ademptum non remanebat, ſed à
duratione vitæ ipſius, legati duratio
menſurari debebat. Dum ergo in con-
curſu filiarum fœminarum, legatum
13 uxori non fuit ademptum, multò minus
dicendum eſt illud Teſtatorem adime-
re voluiſſe in concurſu Sororis tran-
ſverſalis, minus dilectæ, & in remo-
tiori gradu ad eumdem uſumfructum
vocatæ. veriſimilitudo enim, & conje-
cturæ pro eruenda voluntate diſponen-
14 tis ademptiva, vel præſervativa legati,
ſunt unicè attendendæ, ut in ſubjecta
noſtra materia *Decian. d. reſp. 70. n. 13.*
& ſeqq. lib. 5. Rodulphin. alleg. 147. n. 6.
Rot. coram Gregor. dec. 136. num. 11. ibi-
que Addent. ſub n. 15. & poſt De Luc. de
Fideic. in Mantiſſa dict. dec. 88. num. 6.,
& quod non adempto uno legato, nec
15 cenſeatur ademptum aliud, in quo ea-
dem ratio, & determinatio conſide-
rari poteſt *Decian. d. reſp. 70. num. 15.*
& 16. lib. 5.

Tum demùm quia ademptio legati
facti primo Legatario, non inducitur
per aliud legatum ejuſdem rei ſecundo
relictum, niſi hoc factum fuerit ſub
16 prioris commemoratione, ſaltem de-
monſtrativa *Bellon. de Jur. Accreſcend.*
cap. 5. quæſt. 13. n. 3. & pluribus ſeqq. Se-
natus Mantuanus apud Surd. dicta dec.
38. num. 13.

Quo verò ad diminutionem, iſta
deſumi prætendebatur ex diſpoſitione
Textus in l. idem eſt, & ſi 7. §. Si mihi ff.
de uſufruct. accreſcend., ubi Ulpianus
reſpondit, quod legatum uſusfructus
relictum uni purè, alteri ſub condi-
17 tione, ſi conditio evenıet, uterque
tamquam re conjunctus, concurrit in
medietate ibi — *Si mihi uſusfructus fun-*
di purè, tibi ſub conditione legatus ſit,
poteſt dici totius fundi uſumfructum ad
me pertinere interim, & ſi capite minutus
fuero, totum amittere, ſed ſi extiterit
conditio totum uſumfructum ad te perti-
nere, ſi forte capite minutus ſim; Cæte-
rum cum in meo ſtatu maneo, communi-
candum uſumfructum — *Bellon. de Jur. Ac-*
creſcend. cap. 7. quæſt. 37. num. 134.

Verùm diſpoſitio præfati textus Do-
mi-

tenuis viſa fuit inapplicabilis, quia cum Teſtator uſumfructum non ſimpliciter reliquerit uxori, ſed verbis prægnantiſſimis totalitatem, & integralitatem denotantibus, ibi — *laſcio il pieno, e libero uſufrutto di tutti, e ciaſcheduno de' miei beni, in modo, che non deva reſtringerſi alli ſoli alimenti, ma quello deva pienamente, e intieramente conſeguire &c.* — diminutio legati, & concurſus inter vocatos locum non habet: Quoties enim Teſtator voluit alterum ex
18 vocatis conſequi ſolidum, quia verbis ut hic prægnantiſſimis uni reliquit plenum, & integrum uſumfructum, non poteſt dividi, nec illius pars ad alium Legatarium, vel hæredem pertinere, ut benè firmant *Bald. conſ. 204. ſub n. 1. verſic. quia modo, & conſ. 230. num. 1. verſic. quia apparet lib. 1. Soccin. Sen. conſ. 1. num. 14. & 15. lib. 4. Pariſ. conſ. 94. num. 19. 27. & 44. lib. 2. Gratian. diſcept 350 num. 16. & ſeqq. Cyriac. controv. 51. n. 23. Graſſ. §. Legatum quæſt. 23. num. 3 Barry de Succeſſ. lib. 9. tit. 24. ſub num. 37. verſic. vel ſi Teſtator juſſerit Legatarium*, & pluribus adductis *Camerel. de Legat. lib. 3 quæſt 19. n. 11. fol. mihi 416. Caſtill. de Uſufruct. cap. 47. ex num. 11. & 24. Rot. noſtra in dicta Florentina Uſusfructus 16. Decembris 1620. §. His ita ſtantibus, & pluribus ſeqq. lib. Motivor. 101. fol. 88. tergo. Adden. ad Rot. in rec. dicta deciſ. 636. num. 1. & ſeqq. par. 4. tom. 3. Rot. ipſa in rec. dec. 30. ſub num. 1. par. 3. & deciſ. 99. num. 6. & pluribus ſeqq. par. 12.*

Signantèr quia, quoad filios maſculos ex filiabus fœminis Teſtatoris expreſsè excluſit concurſum, & ordinem ſucceſſivum ſervari voluit, ibi — *e dopo la morte della Madre eſſer libero uſufruttuario di tutta la mia Eredità* —; Si enim Nepotem ex filia fęmina minus dilecta, noluit poſſe concurrere cum matre in uſufructu, prout non
19 concurrit quoties poſt mortem uſufructuarii quis fuit vocatus, in ſpecie *Graſſ. de Succeſſ. §. Legatum quæſt. 23. num. 13. verſic. & hoc intellige, Barry de Succeſſ. lib. 9. tit. 24. num. 38. verſic. quod procedit ſi hæres fuerit inſtitutus*; multò minus dicendum eſt voluiſſe concurſum uxoris dilectiſſimæ cum ſorore, poſt totam deſcendentiam maſculinam,
20 & fęmininam vocata, ſed quoad ipſam, etiam ordinem ſucceſſivum ſervari voluiſſe credendum eſt, in ſpecie *Rot. dicta dec. 30. n. 3. par. 3. rec.*

Et ſi aliàs diceretur, ſorori cæteris omnibus minus dilectæ pinguius proviſum fuiſſet, nedùm reſpectu uxoris, quæ ſolam medietatem uſusfructus ha-
21 buiſſet, quando ſoror ultra aliam medietatem obtinuiſſet etiam legatum unius cenſus ei ab initio purè relicti. Verùm etiam reſpectu filiorum Teſtatoris, qui cum uxore concurrere non potuiſſent in uſufructu. Quæ omnia ſicut repugnant voluntati Teſtatoris, ita etiam apta ſunt ad excludendum con-
22 curſum, qui à veriſimili diſponentis voluntate regulatur, ut proſequitur *Pariſ. d. conſ. 94. n. 43 lib. 2. Dilect. de Arte Teſtand. d. tit 6. cautel. 24. n. 2. Caſtill. de Uſufruct. dicto cap. 47. ſub n. 10. & 11. Camerel de Legat. lib. 3 dicta quæſt. 19. num. 12. fol. mihi 416. Graſſ. de Succeſſ. §. Legatum n. 3. in fine De Luc. ad Gratian. diſcept. 350. n. 8. Rot. in rec. dicta dec. 30. ſub n. 2 par. 3.*

His accedunt conjecturæ dilectionis, & Amoris erga benemeritam uxorem, abundè recenſitæ in alia hodierna mea Deciſione: Quæ dilectionis cauſa nedùm æqualiter viget, tam exiſtentibus, quàm deficientibus filiis, ſed fortiori jure potius militat in caſu deficientiæ, in quo in ſolatium amiſſæ ſobolis,
23 & non ſuperexiſtente perſona, cujus amor Mariti liberalitatem poſſet refrenare, eo magis præſumitur Maritum fimbrias prodigalitatis erga dilectiſſimam uxorem dilatare voluiſſe, ut firmant Auctoritates in dicta præcedenti mea deciſione citatæ *num. 24.* Ac proindè ſicut filiis ſuperexiſtentibus, illi vivente matre contenti eſſe debebant nuda proprietate bonorum; ita purificata per eorum obitum ſubſtitutione ad favorem Philippi Nepotis, & Lauræ ſororis, iſti cum eodem one-
24 re permanentiæ integri uſusfructus penes uxorem, ejus vita durante, cenſeri debent vocati, ut benè in propria noſtra materia proſequitur *Rota noſtra in ſæpè laudata Florentina Uſusfructus 16. Decembris 1620. §. Quinimo lib. Motivor. 101. fol. 88. tergo*, ibi — Quinimò cum Teſtatoris voluntas pro uxore

con-

„ concurrat, id ex neceſſe concludit
„ quod ſicuti, dum illa portio cum
„ reſiduo bonorum penes hæredes fue-
„ rat, uxor ipſa uſuſructuaria ſine ul-
„ la diminutione uſumfructum perce-
„ pit, ita quoque prædicta bonorum
„ parte ob conditionis purificationem
„ in Conſanguineos deventa, totus
„ iſte uſuſructus quocumque excluſo
„ illorum concurſu, prædictæ uxori
„ debebitur, hæc enim patientia, qua
„ prius hæres afficiebatur, cum aliter
„ conjecturæ non ſuadeant, ab eiſdem
„ conſanguineis præſtari debet, acce-
25 „ dente regula, quod omnia legata
„ cum onere adhærenti in Legatarios
„ tranſeunt *l. Imperator §. Si certum*
„ *ff. de legat. 2. Neviſan. in conſ. 72.*
„ *num. 23. Criſtophorus Toroml. in conſ.*
„ *89. num. 10.* & plenè *Surd. in conſ. 143.*
„ *num. 10.* -- *Rota Romana in rec. d. dec.*
30. ſub num. 3. part. 3.

Itaque omnia eo facilius militare
debent in præſenti hypotheſi, attento
quod non agitur de multiplicatione le-
26 gati, ad effectum nempe onerandi hæ-
redem, ut præſtet legatum, & æſti-
mationem, quod difficilius admittitur,
ſed potius ad impediendam diminutio-
nem legati, ſive illius ademptionem
in parte, ad quam evitandam qua-
libet poſſibilis capi debet interpreta-
27 tio, cum totum id, quod ſuperius
num. 1. & ſeqq., firmatum eſt pro exclu-
denda ademptione in totum, militet
etiam pro excludenda diminutione,
ſive ademptione in parte, ut in ſpecie
firmant *Alex.* olim in hac inclyta Civi-
tate Judex emeritus *dicto conſ. 169. n. 8.*
lib. 3. Odd. d. conſ 43. n. 34. Epiſcop. Ro-
ni dicta diſput. 45. n. 1. Rondeniſ. de Ana-
log. cap. 29. n. 2. Mantic. de Conjectur. d.
lib. 12. tit. 1. n. 2. Rota noſtra in citata
Florentina Uſuſfructus 16. Decembris
1610. § Nec tamen lib. Matricar. 102.
fol. 88. tergo.

Contrariis procedentibus, vel quan-
do Teſtator hæredem etiam inſtituit
28 verbis amplis, & univerſalibus pleni-
tudinem nedum proprietatis, ſed etiam
uſusfructus indicantibus, vel quando
eadem res particulariter legata, aut
29 uſusfructus ejuſdem rei eodem tempo-
re fuit pluribus relictus, & à pluribus,
eodem tempore haberi debet; vel
30 quando non concurrunt conjecturæ
pro totalitate uſusfructus favore pri-
mi Legatarii, ſed potius adſunt aliæ
in oppoſitum, oſtendentes nempe vo-
luntatem Teſtatoris pro concurſu, ut
declarant *Stoppa ad Merlin. Pignatell.*
controv. 6. numer. 9. centur. 1. Surd.
de Aliment. tit. 2. quæſt. 15. num. 108. &
ſeqq. Caſtill. de Uſufruct. d. cap. 47. n. 9.
& pluribus ſeqq. & n. 18. & ſeqq. De Luc.
ad Gratian. dicta diſcept. 330. n. 7. Rot.
in dicta Florentina Uſuſfructus 16. De-
cembris 1610. § His ita ſtantibus, &
ſeqq. lib. Matricar. 102. fol 88. tergo.
Adden. ad Rot. in rec. dec. 636. num. 6. &
ſeqq. num. 23. & ſeqq. par. 4. tom. 3. Rot.
ipſa in rec. dicta dec. 30. num. 4. & ſeqq.
par. 3. deciſ. 379. num. 10. & ſeqq. par. 5.
dicta dec 99. n. 8. & ſeqq. par. 11.

Diminutionem pariter ſuadere nobis
non potuit conſideratio, quod Teſta-
tor voluit conſervationem agnationis
artificialis, dum in defectu filiorum
maſculorum ab ipſo deſcendentium,
injunxit onus aſſumendi cognomen, &
arma Philippo Sororis filio. ex præce-
pto autem aſſumendi cognomen, &
31 arma alterius familiæ, deſumitur conje-
ctura relinquendi gravato alimenta;
quia improbabile ſit hæredem ſibi di-
lectum, & tanto onere gravatum om-
ni emolumento deſtitutum fuiſſe du-
rante vita uxoris, quæ in florida æta-
te conſtituta, poterat longo tempore
vivere, ſed potius dicendum eſt, quod
cum Philippus fuerit vocatus ad ſuc-
ceſſionem pro renovatione Familiæ
32 artificialis, debeat etiam conſequi neceſ-
ſaria alimenta ex bonis illius domus,
& Familiæ, quam in gratiam Teſtato-
ris debet renovare, ut dixit *Rot. cor.*
Emerix. Jun. dec. 1137. & dec. 1153 ubi-
bique n. 1. & ſeqq. & Rot. noſtra in Flo-
rentina Uſuſfructus ſupra impreſſo de-
ciſ. 35. n. 5. & ſeqq. & dec. 36. n. 1. & ſeqq.
& n. 11.

Siquidem voluntas Teſtatoris con-
ſervandi agnationem excluſa remanet;
tam ex multiplici vocatione fœmina-
rum, nempe filiarum Teſtatoris inter
33 ſe reciprocè ſubſtitutarum, nec non
ſororis poſtea invitatæ *Rot. noſtra apud*
Urceol. dec. 11. ſub n. 12. & in Aretina
Fideicommiſſi de Bacciis 12. Septembris
1711. § Si verò poſt medium fol. 18.

co-

colum. 2. coram Domino meo Auditore
Farſetto, confirmata me uno ex Judicibus
die 21. Martii 1712. ab Incarnat. Rot. co-
ram Dunozet. Jun. dec. 648. num. 13. in
rec. dec. 667. num. 10. par. 2. dec. 465. n. 7.
& 8. par. 14. & dec. 487. num. 13. par. 19.
& poſt De Luc. de Fideic. deciſ. 13. num. 4.
Quam ex quo ſemine prædicta, eo-
rumque filii ſecundum ordinem diſpo-
ſitionis vocantur excluſivè ad omnes
agnatos collaterales, quorum plures
34 de vera agnatione, & familia Tomaſia
Teſtatori ſupererant, quæ vocatio co-
gnatorum prælativè ad agnatos con-
templationi agnationis directè adverſa-
tur *Rot. noſtra in Florentina Succeſſio-*
nis 13. Februarii 1711. §. Quia imò,
coram Me, & præter ibidem relatos
Altograd. conſ. 66. num. 48. & ſeqq. lib. 2.
Rota noſtra in dict. Aretina Fideicommiſſi
1712. §. Si verò poſt medium Rot. Roma-
poſt De Luc. de Fideic. dec. 12. num. 10.
dec. 12. num. 10. & ſeqq. dec. 13. num. 4.
& dec. 14. n. 18 Quam demum ex quo
vocatio Philippi Nepotis nullum conti-
net Fideicommiſſum ſucceſſivum, at-
35 que perpetuum in ejus deſcendentibus,
ſed præſefert ſimplicem vulgarem ex-
pirantem in primo admiſſo cum plena
libertate bonorum, quæ illicò pote-
rant alienari; undè fit evidens nulla-
tenus dici poſſe conſideratam rationem
agnationis, quæ fideicommiſſum pro-
36 greſſivum requirit, nec in unico tan-
tum gradu ſolet conſervari, ut tradunt
Rodolphin. alleg. 60. n. 6. Rot. noſtra apud
Urceol. dec. 13. n. 78., & in cit. Aretina
Fideicommiſſi 1712. §. Quod debeat, &
§. Si verò, coram D. meo Auditore Far-
ſetto, confirmata me uno ex Judicibus 21.
Martii 1712. ab Incarnatione, Rot. cor.
Celſ. dec. 145. num. 26. & in rec. dec. 151.
n. 13. par. 5.

Nec contra declaratam voluntatem
Teſtatoris quidquam operatur onus
aſſumendi cognomen, & arma, quod
redolet ſimplicem nominis memoriam,
ſed de ſe ſolum, & aliis circumſtantiis
deſtitutum, & multo magis iſtis in con-
37 trarium concurrentibus, ſufficiens non
eſt ad veræ agnationis conſervationem
inducendam, ut in ſpecie firmant *Mar-*
ta conſ. 61. numer. 18. & 24. Altograd.
conſ. 66. num. 60. & ſeqq. lib. 2. Menoch.
conſ. 926. num. 49. Rodolphin. alleg. 124.
num. 11. & ſeqq. Torr. de Majorat. par. 1.
cap. 25. num. 118. fol. 143. & cap. 38. nu-
mer. 39. & ſeqq. num. 52. fol. 390. & n. 61.
verſic. quo cum ita ſint num. 109. &
num. 493. & 496. fol. 443. Conſul. ad
Peregrin. de Fideic. artic. 10. §. Neque
verùm fol. mihi 33. column. 1. in impreſ-
ſione Lugdunenſi D. Palma Nep. alleg. 48.
num. 36. Sac. Conſiſtorium Regni Siciliæ
apud Maſtrill. dec. 166. num. 34. Senatus
Cathaloniæ apud Triſtan. dec. 31. n. 189.
Rot. coram Priol. dec. 251. num. 11. & poſt
De Luc. de Fideic. dec. 12. num. 9. & ſeqq.
dec. 12. num. 15. & dec. 13. num. 9. & apud
Palm. Nepot. alleg. 224. n. 13. Si enim
38 Teſtator voluiſſet ſuam agnationem
conſervare, utique non excluſiſſet ve-
ros, & proprios agnatos, ut fictos,
& imaginarios admitteret, ut proſe-
quitur *Altograd. d. conſ. 66. n. 61. lib. 2.*
Torr. de Majorat. tom. 1. d. cap. 38. n. 40.
fol. 389. Rot. poſt De Luc. de Fideic. dicta
dec. 11. n. 11.

Prout quidquam prodeſſe non poteſt
ſubſtitutio Philippi Nepotis, Quando-
quidem, cum non ſimus in fideicommiſ-
ſo aſcendentis, in quo ſingulis deſcen-
dentibus competit jus obtinendi ali-
menta ex beneficio *Auth. res quæ*, ſed in
fideicommiſſo tranſverſali, à quo ſubſti-
tuti ſolam ſpem ſuccedendi habentes,
petere non valent alimenta ex fructibus
debitis priori gravato, & poſſeſſori Fi-
deicommiſſi, qui interim eſt verus, &
perfectus dominus illorum, eoſque
uti reſtitutioni non ſubjectos ad ipſum
pertinent pleno jure cum libera facul-
39 tate diſponendi, ut in individuo,
quod ex fideicommiſſo tranſverſali
ſubſtitutus ob ſolam vocationem, &
ſeparatam ſucceſſionem, petere non
poſſit alimenta *de Luc. de Fideic. diſc. 170.*
n. 16. & optimè dec. 171. n. 8. ubi quod
hoc procedit etiamſi ſubſtituti ſint fi-
lii, vel deſcendentes ipſius gravati,
40 quoties gravans eſſet extraneus, vel
tranſverſalis *Rot. in rec. dec. 72. num. 5.*
par. 13. & deciſ. 317. n. 13. par. 17.

Potiſſimè, quia non conſtat verſari
in caſu ſubſidii, de quo non dicto,
eo minus locus eſſe poteſt præſtationi
41 alimentorum, ex fructibus Fideicom-
miſſi *de Luc. de Fideic. diſc. 163. num. 5.*
Rot. coram Pentinger. dec. 306. numer. 13.
Kauf. Jun. dec. 1106. num. 4. in fine in
rec.

cit. dec.204. num.14. part.14. & poſt de Luc. in conſil. dec.50. num.18. in Mercurio.

Et fortiùs quia Teſtator fructus prædictos in alium uſum deſtinavit, eos integraliter legando uxori, ſua vita durante. Ac propterea in præjudicium juris Legatariæ quæſito ex deſtinatione Teſtatoris, fructus eidem debiti

42 minui non poſſunt, nec ſuper eo ſubſtitutus aliquid prætendere, ut tradidit per *De Luc. de Fideic. diſc.190. ſub num.8. & per Rot. noſtram in dicta Florentina uſusfructus ſupra impreſſa deciſ.36. n.16.*

Quidquam non refragantibus in oppoſitum citatis Authoritatibus, firmantibus alimenta deberi hæredi, & ſubſtituto ad matrimonium, & ad propagationem Familiæ inviando. Quoniam illæ loquuntur quando fructus non erant alteri perſonæ relicti, ſed inveſtiri debebant ad commodum ſubſtituti, in quibus terminis juſtum eſt, ut is, qui futurus eſt eorumdem fructuum dominus, & interim alimenta

43 non habet, ex fructibus ad ipſum perventuris aliquid percipiat, ut ſe poſſit alere, matrimonium contrahere, & familiam propagare, & in hoc caſu loquitur *dec.1137. num.9. & ſeqq. coram Emer. jun. & dec.1153. lo primo num.12. & ſeqq. & n.17. coram eodem*, prout declarando pugnantes Authoritates benè conſiderat *Card. de Luc. de Fideic. diſc.188. n.12. & diſc.190. num.6. & 8.*

Vel loquuntur quando fructus percipi prætendebantur à Patre tamquam uſufructuario bonorum Filii, cui reſiſtere videtur voluntas Teſtatoris, qui ſi voluit aliquem aſſumere ſuum cognomen, propagare, & cum ſplendore, & decore manutenere familiam aſſumendam, cenſetur etiam voluiſſe,

44 ut ipſe percipiat fructus ſuæ hæreditatis, non Pater nullo modo à Teſtatore contemplatus, nec conſideratus, & in his terminis procedunt firmata per *Rot. noſtram in Florentina uſusfructus d. dec 35. & 36. locis ſupra in oppoſito citatis n.31.*

Et demùm, levamen aliquod afferre non poterat Philippo grave onus proprium familiæ deſerendi, & alienam renovandi. Quia onus aſſumendi cognomen, & arma tunc diceretur exorbitans, & admodum grave, quando Philippus teneretur illa aſſumere, & retinere abſque ulla mixtura, ſed quando tale præceptum non

45 adeſt, cum necesſe non ſit ſtemmata, & cognomen propriæ familiæ relinquere, & ſuperabundet ſi aliena propriis adjungantur *Rot. noſtra in d. Florentina uſusfructus coram dec 35. n.12.* & præter ibidem relatos firmant *Peregrin. conſ.116. num.3. Paſer. conſ.175. num.18. Alexand. conſ.86. num.66. lib. 2. Gratian. diſcept.445. num.17. Barry de ſucceſſ. lib.17. tit.18. n.7.*, onus aſſumptionis cognominis, & armorum le-

46 ve dicitur, & facilis implementi, ut declarat eadem *Rot. d. dec.35. ex num.9. & n.14.* Maximè, quando aſſumenda

47 eſt alia familia nobilis, & ſanguine conjuncta, ut plenè probant plures auctoritates relatæ in *d. Florentina uſusfructus dec.35. num.10. & ſeqq.* ubi in tantum hoc advertum non fuit, quia agebatur de aſſumptione ſtemmatum, & cognominis ſine mixtura.

Sed quatenus etiam importaret onus grave, & maxima dignum recompenſatione, adhuc cum præceptum hujuſmodi cenſeatur adjectum per viam

48 modi, non autem conditionis, ut punctualitèr tradunt *De Luc. de Fideic. diſcur.134. n.25. & de Legat. diſcur.39. num.6.* ubi quod hoc maximè procedit ſi implementum non conſiſtat in ſim-

49 plici executione, ſed in retentione habente tractum futurum, & ſucceſſivum, *Molin. de Primogen. lib.2. cap. 12. num.9. & ſeqq. & num.11. & 41., & cap.14. num.12. & ubi per Addent. iiſdem numeris, Rot. divers. dec.39. n.3. part.1., & in rec. dec.310. num.6. par.7. Card. deciſ.2. n.3. Duran. dec.333. n.1.* principaliter, quando onus adjectum fuit poſt vocationem, vel ſubſtitutionem pu-

50 rè, & ſimpliciter factam, *Molin. de Primogen. d. lib.2. cap.14. n.12. Hopiing. de jur. Inſignium cap.8. §.4. membr.1. num.378. Rot. divers. dec 39. num. 1. & ſeqq. part.1. & coram Duran. d. dec 333. num.1.* profectò non exigit implementum præventivum, ſed differtur uſque

51 ad tempus adepti emolumenti, & proprietatis cum uſufructu conſolida-

tum, ut in individuo obſervat Molina de Primogeniis. lib. 1. cap. 12. num. 21. & cap. 14. num. 22., & utrobiq. addens Caſtill. controv. lib. 5. cap. 115. ſub num. 174. & cap. 180. n. 28., & ſeqq. de Luca de legat. diſcur. 29. num. 6. & de fideicom. d. diſcur. 254. num. 15. Barr. de Succeſ. d. lib. 27. tit. 18. n. 7. Hoping. de Jur. Inſign. d. cap. 8. §. 4. membr. 2. num. 378., Rot. coram Dunoz. cit. dec. 333. num. 3., Caril. d. deciſ. 2. n. 5. & inter diverſ. d. deciſ. 39. ut n. 4. par. 6., & in rec. dec. 310. n. 5. & 7. par. 7.

Et ita utraque.

ARGUMENTUM.

Juſpatronatus, ex quibus gentilitium ſit reputandum late diſcutitur. Diviſione temporis ſecuta inter Compatronos, ſatis conſumptus dicitur turnus reſpectu primi præſentantis, ſi ab eo præſentatus fuit ad Beneficium admiſſus, quamvis non pacificè, ſed cum alterius contradictione, mediante lite. Præſentatio, quamvis facta ultra quadrimeſtre non inficitur, ſi ſecuta ſit intra tempus prorogationis à Sanctiſſimo obtentæ. Eccleſia Parochialis de Jurepatronatu Laicorum, non providetur per concurſum, ſtante præſertim immemorabili, aut centenaria conſuetudine tam conferendi ad Laicorum præſentationem. Plurima pro excluſione Hennuiæ, doctè, ſolidèque deducuntur.

SUMMARIUM.

1 *Præſentatus à medietate Patronorum, & pro alia medietate Patronatus obtinens derogationem Apoſtolicam inſtitui, & gratificari debet.*

2 *Præcipuè in concurſu alterius compræſentati, qui ſimilem gratiam ex poſt obtinuit, cui proindè tamquam anterior debet præferri.*

3 *In Jurepatronatus gentilitio ad augendas voces computantur præſentationes patris, & filiorum, qui una cum patribus admittuntur ad præſentandum.*

4 *Et contemporaneè ſimul admittuntur omnes de familia proximiores, & remotiores.*

5 *Juſpatronatus reſervatum pro Domo, & Familia Fundatoris proprio familiæ cognomine expreſſo, & pluriès repetito dicitur verè, & propriè familiare.*

6 *Sicuti tale dicitur ob antiquiſſimas Inſcriptiones qualitatem gentilitiam, & agnatitiam præſeferentes.*

7 *Uſus etiam ex præſentationibus per ſpatium centum, & ultra annorum factis, non à fœminis, nec extraneis, ſed tantum ab illis de familia, undè validum deſumitur argumentum, pro qualitate gentilitia Juriſpatronatus.*

8 *In Jurepatronatus hæreditario, & mixto præſentationes debent fieri in ſtirpes, & pro ratis portionibus, non collegialiter, & in capita.*

9 *Juſpatronatus dicitur gentilitium, ſi patroni præſentent in capita, & non in ſtirpes.*

10 *Obſervantia quoque uniformis, pacifica, & longæva circa modum præſentandi, cum qualitate agnatitia, per ſpatium centum, & ultra annorum, facit præſumere Juſpatronatus Gentilitium.*

11 *Confeſſiones Patronorum Juſpatronatus eſſe Gentilitium contra confitentes, & habentes ab eis cauſam, plenè probant.*

12 *Sententia ſuper Continuatione Juriſpatronatus Gentilitii cum legitimis contradictoribus lata, Patronis in cauſa exiſtentibus, & in Judicatum tranſacta, facit jus tam quoad citatos, quàm quoad omnes alios.*

13 *Non obſtante præſentatione, cum enunciatione qualitatis hæreditariæ, ſi iſta non fuit effectuata.*

14 *Ex obſervantia, qua Juſpatronatus habitus fuit pro Gentilitio per ſpatium 200. annorum, immutatus dicitur ſtatus beneficii, & Juriſpatronatus, quod prius erat hæreditarium.*

15 *Omiſſio præſentandi nihil concludit, niſi concurrant neceſſaria requiſita prohibitionis, & acquieſcentia præſentare debentis.*

16 *Præſentationes factæ per filios familias cum patribus per multos annos, faciunt præſumi Juſpatronatus Gentilitium.*

Ad effectum immutandi ſtatum Beneficii, ſufficit ſpatium 40. annorum, ibid.

17 *Alternativa naturæ eſt, ut unus pro una vice, & alter pro alia debeat nominare.*

18 *Præſentatio non effectuata habetur ac ſi facta non eſſet, nec per eam turnus remanet conſumptus.*

19 *Si beneficium vacaverit per mortem præſentati, dicitur præſentatio effectuata.*

20 *Et turnus dicitur conſumptus, non obſtante li-*

lite, & conventione facta inter Patronos, quod alternativa incipere deberet à die pacificæ præſentationis; & de ratione.

21 *Dicitur etiam conſumptus per apprehenſionem Poſſeſſionis factam à præſentato, non obſtante oppoſitione, & contradictione.*

22 *Per nominationem pacificam, & non impugnatam, ſecuta acceptatione nominati, dicitur turnus conſumptus ante apprehenſionem poſſeſſionis.*

23 *Præſentatio facta poſt quadrimeſtre Patronis Laicis præfixum, dicitur nulla.*

24 *Quod ſi facta fuerit in termino à Sede Apoſtolica Patrono Laico ad præſentandum prorogato, habetur ac ſi facta fuiſſet in termino Juris coram Ordinario.*

25 *Gratia prorogationis termini ad præſentandum obtenta, durante quadrimeſtre, quamvis ſit omiſſa expreſſio præſentationis factæ ab aliis Compatronis, non vitiatur; ſecùs ſi obtenta fuiſſet poſt quadrimeſtre elapſum.*

26 *Eccleſia Parochialis habens annexam curam Animarum, provideri debet per concurſum.*

27 *Pro Beneficiis de Jurepatronatus laicali non eſt neceſſarius concurſus.*

28 *Stante centenaria, vel immemorabili conſuetudine, Eccleſia quamvis Parochialis poteſt provideri de Rectore abſque concurſu.*

29 *Centenaria, vel immemorabilis tribuit facultatem, & privilegium allegandi quemcumque meliorem titulum de Mundo.*

30 *Habens pro ſe centenariam, & immemorabilem poteſt deducere privilegium Apoſtolicum, & fundationem legem contrariam abrogantem concurſum continentem, quæ valent allegari contra Sacrum Concilium Tridentinum, & alios Canones, & Concilia, decreto irritanti munita.*

31 *In caſibus, in quibus Concilium Tridentinum Centenariæ, & immemorabili non derogat, non remanent ſublatæ, ſed præſervatæ cenſentur.*

32 *Derogatio quantumvis ampliſſima factæ conſuetudinibus, immemorabiles non comprehendit, niſi de iſtis expreſſa fuerit facta mentio.*

33 *Per regulam 36. de triennali Poſſeſſor Beneficii remanet liber, & immunis ab omnibus moleſtiis, quæ contra ipſum poſſunt inferri.*

34 *Et dicta regula ſuffragatur Poſſeſſori Beneficii, etiam contra proviſum Apoſtolicum.*

35 *Et juvat non ſolùm proviſo ab habente Ordinariam poteſtatem conferendi, ſed ab habente illam, vigore Indulti.*

36 *Quamvis agatur de Beneficiis exemptis, reſervatis, vel debitis certo generi Perſonarum.*

37 *Et comprehendit omnes alios caſus exceptis illis ſimoniaci ingreſſus, & intruſionis, contra reſervationes generales in corpore Juris exiſtentes, & expreſsè in dicta regula præſervatas.*

38 *Simonia non nocet Poſſeſſori Beneficii, quotiès non ſit ab ipſo commiſſa, ſed à Patre, vel conjuncto illo non conſentiente, nec cooperante.*

39 *Poſſeſſio triennalis Auctoris juvat poſſeſſorem Beneficii.*

40 *Deſignans, & reſignatarius habentur pro una, & eadem Perſona.*

41 *Lis qualiſcumque ſit, etiam nulliter mota, etſi non verſetur ſuper titulo, & ſubſtantia Beneficii, immò etiam moleſtiæ extrajudiciales, & de facto poſſeſſionem triennalem interrumpunt.*

42 *Sed non procedit, ſtante nullitate citationis, nam tunc lis non interrumpit poſſeſſionem triennalem.*

43 *Moleſtiæ extrajudiciales, & de facto, ut interrumpant triennalem, neceſſe eſt fuiſſe illatas circa poſſeſſionem, & perceptionem fructuum.*

Et quales dicantur moleſtiæ extrajudiciales, ad hunc effectum ſufficientes, ibidem.

44 *Moleſtia de facto non tollunt triennalem, ſi poſtquam illata ſunt aliud triennium labatur.*

45 *Ceſſante proſecutione Moleſtiarum incipit currere novum triennium, quo completo ſit locus regulæ triennalis.*

46 *Ad juſtificandam ſimoniam probatio plena, & concludens eſſe debet.*

47 *Etiamſi civilitèr agatur.*

48 *Afferuntur plures defectus, ob quibus teſtes in crimine Simoniæ non attenduntur.*

49 *Stante atteſtata bona fama, virtute, &*

probitate reſignantis, & reſignatarii Aliter gravantur contra magis concludentis probationis in materia Simoniæ.

50 *Ita ſuſpicio dicta ſimoniæ fugata remanet, quæ reſultare poſſet ex depoſitione teſtium, exceptionibus ſupra n. 46. recenſitas patientium.*

51 *Ad inducendam ſimoniam conventio, ſive pactum antecedens probari debet.*

52 *Collatio tamen, ſeu reſignatio Beneficii proveniens à mera liberalitate, & gratitudine in remunerationem Beneficii accepti de jure non prohibetur.*

53 *Simonia probata remanet ex dato, vel impenſo poſt collationem, aut reſignationem Beneficii, quod præſumitur datum, & impenſum in vim tractatus, & pacti præcedentis.*

54 *Declara, hoc procedere quando crimen ſimoniæ additur excipiendo.*

55 *Item procedit ſi conjectura urgeat pro hac parte, non ſi illa nec pro incluſione, nec pro excluſione Simoniæ militant, & actus ſubſequentes collationem, vel reſignationem Beneficii referri poſſunt ad pactum præcedens, & ad meram liberalitatem, et recompenſationem Beneficii accepti interpretari debent actus potius ex cauſa licita, & excludente delictum, quam ex illicita, & illud includente.*

56 *Nec ſufficit ſi pro delicto militet aliqua ſpecialis præſumptio.*

57 *Pactum, à quo ante reſignationem Beneficii fuit ſolemniter receſſum, non concludit Simoniam.*

58 *Et poſt reſignationem licitam exoriatur lis inter reſignantem, & reſignatarium, poteſt reſignatarius aliquid ſolvere pro extinctione litis, ac pro ſe in poſſeſſione tuendo, maximè pro expenſis in lite factis.*

59 *Solutio facta reſignanti ob ſupervenientem eidem infortunium, & extremam paupertatem poſt reſignationem, expreſſa cauſa, & titulo particulari, non inducit ſimoniam.*

60 *Ea, quæ non dantur principaliter ad aſſequendam rem ſpiritualem, ſed ad alium finem diverſum, Simoniam non probant.*

DECISIO XLV.

Conſtare de bono jure Abbatis Roberti DD. reſponderunt: quia ipſe fuit præſentatus à medietate Patronorum, & pro alia medietate obtinuit à S. Sede Apoſtolica derogationem, & propterea inſtitui, & gratificari

1 debet *cap. cum autem 24. ibique Gloſſ. Verb. judicio, & DD. de Jurepatronat. Lambertin. eodem tractat. lib. 2. par. 3. quæſt. 5. artic. 1. Rot. coram Cerro. dec. 1318. num. 3. & poſt de Luc. de Jurepatronat. in Montiſſ. dec 18. n. 5. & in Aretina Beneficii 11. Januarii 1702. coram R. P. D. meo Anſaldo, & in Barchinonen. Beneficii 23. Martii 1705. §. Tertiò tandem, coram eodem, & in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Eoque robuſtior, coram eodem*, in concurſu præſertim alterius Compræſentati, qui ſimilem

2 gratiam ex poſt obtinuit, & cui proinde venit anterior præferendus *De Luc. de Jurepatronat. diſc. 41. num. 2. Rot. coram Dunozett. Jun. dec. 983. nu. 4. poſt de Luc. de Jurepatronat. in Montiſſ. d. dec. 18. n. 6. & in Mediolanen. Prioratus 11. Decembris 1699. §. Penultimo, coram Reverendiſſimo Domino meo Decano.*

Non obſtat, quod Patroni præſentantes Robertum medietatem vocum non efformeut; Quia ad augendas voces favore Roberti computandæ ſunt præſentationes ne dum Patrum, ſed etiam Filiorum, qui in Jurepatronatus

3 gentilitio ſimul cum Patribus admittuntur ad præſentandum, ut ultra Auctoritates relatas per *Rota Florent. dec. 33. n. 12. inter ſuperius impreſſas* tradunt *Calderon. conſil. 47. num. 6. & ſeqq.*, ubi quod contemporaneè etiam admittun-

4 tur omnes de familia proximiores, & remotiores, non ſervato ordine proximitatis *Rota coram Prod. dec. 46. n. 11. & ſeqq. & deciſ. 139. num. 15*, & pluribus adductis *in Firmana Juriſpatronatus 21. Aprilis 1704. §. Quodque plus eſt, coram bo. me. Muto*, quæ cum fuerit exarata tempore, quo eram illius ſtudiorum Adjutor, & plura contineat ad præſentem cauſam facientia, ideò il-

illam hic inſeruimus §. 1.

Quod autem Juſpatronatum, de
quo agitur, ſit gentilitium, reſultat;
Tum ex quo illud reſervatum fuit pro
domo, & familia Ludovici Fundato-
ris proprio illius cognomine expreſſo,
& pluriès repetito, quod oſtendit il-
5 lud eſſe verè, & propriè familiare,
& gentilitium *De Luc. de Leone legat.
artic. 23. num. 10. verſic. gentilitas*,
*Rota coram Ubaq. dec. 24. n. 5. & deciſ.
30. num. 1. & in Mediolanen. Prioratus
23. Junii 1700. §. Decebat igitur, coram
R. P. D. meo Anſaldo, 15. Junii 1701.
§. Abſque eo quod, coram Eminentiſſ.
D. meo Card. Priolo, & ſuper qualita-
te agnatitia 18. Junii 1703. §. Tertio
hujuſmodi, coram R. P. D. meo Scotto,
& ſuper mixtura, & filiis familias 15.
Junii 1705. §. Conſervant, & ſeqq. cor.
Eminentiſſ. D. Card. Priolo, & 29. Ja-
nuarii 1706. §. Qualitatem enim gen-
tilitiam, coram Ill. D. meo Caffarello
Almæ Urbis Gubernatore, d. Firmana
Juriſpatronatus 1704. §. Quoad præſen-
tatam, coram bo. me. R. P. D. meo Muto,
poſt præſentem §. 1. num. 13., & in Me-
diolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §.
Prudentius, coram R. P. D. meo Anſaldo*;
Tum, ab antiquiſſimis inſcriptionibus
6 qualitatem gentilitiam, & agnatitiam,
pariter præſeferentibus *Rot. coram
Ubaq. dicta deciſ. 24. numer. 6. & 7.
& in Cornen. Cappellaniæ 31. Martii 1701.
§. Confirmatur, coram Eminentiſſ. D.
meo Card. de la Tremoille, Mediolanen.
Prioratus ſuper qualitate agnatitia 18.
Junii 1703. §. Deficiente, coram R. P. D.
meo Scotto, & ſuper mixtura, & filiis
familias 15. Junii 1705. §. Clarerque,
coram Eminentiſſ. D. meo Cardinali Prio-
lo, & 29. Januarii 1706. §. Id ipſum,
coram Ill. D. meo Caffarello Almæ Urbis
Gubernatore*; Tum, ex quo per ſpa-
tium 150. Annorum Fœminæ, & extra-
nei numquam præſentarunt, quod
cum ſit ferè impoſſibile in adeò nume-
7 roſa familia ſpatio tanti temporis num-
quam eveniſſe caſum ſucceſſionis fœ-
minarum, exindè validum deſumitur
argumentum hoc proveniſſe, quia Juſ-
patronatus haberet qualitatem genti-
litiam *Rota in d. Firmana Juriſpatro-
natus 1704. §. His accedunt verſic. tum
demùm præſentationes, de quo infra §. 1.
num. 31.*, ubi plurimi concordantes,
*& in Florentina Cammerarii 8. Maji
1705. §. Obſervantia, & 12. Martii
1706. §. Quod autem, coram R. P. D.
meo Lancetta*, ubi quod iſto caſu non
eſt neceſſe probare fœminas extitiſſe,
*& 2. Junii ejuſdem Anni coram Emi-
nentiſſ. Priolo impreſſa apud Calderon. d.
reſol. 47. num. 41.*

Tum, ex modo præſentandi, dum
in quinque ultimis Statibus ſemper
præſentarunt Patroni in capita, & non
in ſtirpes. Cum enim in Juriſpatro-
natus hæreditario, & mixto præſenta-
8 tio fieri debeat in ſtirpes, & pro ra-
tis portionibus, non collegativè, &
in capita *Clement. plures de Jurepatro-
nat. Calderon. reſol. 47. num. 4. de Luc.
de Jurepatronat. diſc. 33. num. 8. & ſeqq.
& diſc. 61. num. 9. & ſeqq. Rota coram
Priolo dec. 381. num. 10. in rec. dec. 204.
num. 2. part. 13. & dec. 99. n. 4. part. 17.
& in d. Mediolanen. Prioratus 11. Decem-
bris 1699. §. Nec ad emenandum, &
ſeqq. coram Rev. D. meo Decano, &
ſuper qualitate agnatitia 18. Junii 1703.
§. Collimante, coram R. P. D. meo Scotto,
& ſuper mixtura, & filiis familias 15.
Junii 1705. §. Et demum, coram Eminen-
tiſſ. D. meo Card. Priolo*. Ex hoc mo-
do præſentandi arguitur Juſpatrona-
tus fuiſſe, & eſſe gentilitium, non hæ-
9 reditarium, ut proſequuntur mox citatæ
auctoritates, & ſignanter *Rot. in d. Medio-
lanen. Prioratus 1699. §. Nec ad emenan-
dum, & ſeqq. cor. Reverendiſſ. D. meo De-
cano, & ſuper qualitate agnatitia 18. Ju-
nii 1703. §. Collimante, cor. R. P. D. meo
Scotto, & ſuper mixtura, & Filiis familias
1705. §. Et demùm, cor. Eminentiſſ. Priolo*.
Tum ex ſubſecuta obſervantia, jux-
ta quam per ſpatium 150. Annorum
præſentationes ſemper fuerunt factæ ex-
preſſa qualitate gentilitia, & nulla facta
mentione qualitatis hæreditariæ, Quæ
uniformis, pacifica, & adeò longæva
obſervantia benè declarat qualitatem
10 Juriſpatronatus, oſtenditque illud ſem-
per habitum fuiſſe pro gentilitio, ut
præter Auctoritates plena manu conge-
ſtas per *Rot. in Firmana Juriſpatronatus
21. Aprilis 1704. §. Juridica, coram bo.
me. R. P. D. meo Muto, de quo infra §. 1.
n. 4.* firmat *Rot. in Mediolanen. Prioratus
ſuper qualitate agnatitia 18. Junii 1703.*

§. Con-

§. Confirmatur quarto, coram R. P. D. meo Scotto, & super mixtura, & filiis familias 15. Junii 1705. §. Et demùm, coram Eminentissimo D. meo Cardinali Priolo, & 29. Januarii 1706. §. Accedit, coram Illustrissimo D. meo Caffarello Almæ Urbis Gubernatore, Florentina Canonicatus 8. Maji 1705. §. Etenim, & 12. Martii 1706. §. Et quamvis, coram R. P. D. meo Lancetta, & 2. Junii 1706. coram Eminentissimo D. Priolo, impressa apud Calderon. resol. 47. n. 41.

Maximè, quia hæc obſervantia convalidatur à confeſſione Patronorum, & Sententiis in judicatum tranſactis: Patroni enim uſque de Anno 1681. acritèr inſtiterunt Juſpatronatus eſſe merè agnatitium, & plurìes tam judicialitèr, quàm extrajudicialitèr illud pro gentilitio recognoverunt: Quæ
21 confeſſiones contra confitentes, & habentes ab eis cauſam plenè probant, ut præter adductos in *cit. Firmana Juriſpatronatus 1704. §. His accedunt, coram bo. me. R. P. D. meo Muto, de quo ſupra §. 1. n. 30. obſervat Rot. in Mediolanen. Prioratus ſuper mixtura, & filiis familias 29. Januarii 1706. §. Accedit, coram Illuſtriſſimo D. meo Caffarello, & in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Quoniam, & ſeqq. coram R. P. D. meo Anſaldo*, ſententiæ verò pariter canonizant hanc qualitatem agnatitiam, cumque illæ latæ fuerint cum legitimis contradictoribus, Patronis in cauſa exiſtentibus, & tranſiverint in judicatum, fa-
22 ciunt jus tam quoad citatos, quàm quoad omnes alios, ut præter auctoritates recenſitas in dicta *Firmana Juriſpatronatus 1704. §. Quarto præſentatio, coram bo. me. R. P. D. meo Muto, de quo §. 1. n. 13. & 14.* dixit in ſpecie *Rot. in rec. dec. 483. n. 5. par. 1., & in dicta Florentina Canonicatus 8. Maji 1705. §. Maximè, & ſeq. coram R. P. D. meo Lancetta confirmata de Anno 1706. coram Eminentiſſimo Priolo impreſſa apud Calderon. d. reſol. 47. n. 43. & 44., & in Mediolanen. Prioratus ſuper mixtura, & filiis familias 29 Januarii 1706. §. Quæ hujuſmodi coram Illuſtriſſimo D. meo Caffarello Almæ Urbis Gubernatore.*

Haud refragantibus duabus præſentationibus factis cum enunciativa qualitatis hæreditariæ, & exiſtentia filiorum familias, qui de Anno 1640. 1645., & 1646. non præſentarunt: Quia quoad
23 primum, non probatur præſentationem cum enunciativa præfata habuiſſe effectum. Immò cum ex poſt lapſi fuerint centum, & ultra anni, in quibus ſemper præſentationes factæ fuerunt ab agnatis cum expreſſionibus contrariis, ut ſupra dictum eſt, ex hoc mutatus eſſet Status beneficii, & Juriſpatronatus, illudque de hæreditario evaſiſſet gentili-
24 tium, ut præter recenſitos in *cit. Firmana Juriſpatronatus §. Prout nihil urget his impreſſa §. 1. n. 36. & ſeqq.*, firmavit *Rot. in Mediolanen. Prioratus ſuper mixtura, & filiis familias 15. Junii 1705. §. Nec obſtam, & ſeqq. coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Priolo.*

Quo verò ad ſecundum, cum præſentare, & non præſentare ſit actus merè facultativus, pendens ab animo Patroni, omiſſio præſentandi nihil con-
25 cludit, niſi concurrant neceſſaria requiſita prohibitionis, & acquieſcentiæ præſentare debentis, in ſpecie *Vivian. de Jurepatronat. lib. 4. cap. 9. n. 25. Rot. in rec. dec. 220. n. 14. par. 12. & in citata §. 1. poſt præſentem deciſionem n. 22. d. Mediolanen. Prioratus 15. Februarii 1700. §. Hinc ſuperfluum, & §. Cæterum coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & ſuper mixtura, & filiis familias 1705. §. Conformantibus, coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Priolo.* Maximè quia ex poſt lapſi pariter fuerunt ſexagintatres Anni, in quibus quoties filii familias extiterunt; ſemper probatur
26 præſentaſſe, quod totùm ad immutandum ſtatum beneficii ſufficeret, cum ad hunc effectum ſatis ſit ſpatium quadraginta annorum, ut ultra relatos in dicta *Firmana Juriſpatronatus 1704. §. Et ad hunc effectum, de quo ſupra §. 1. numer. 38. & ſeqq.* probat *Rot. in dicta Mediolanen. Prioratus ſuper mixtura, & filiis familias 1705. §. Maximè quia, & ſeqq. coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Priolo.*

Ejuſdem detegitur inſubſiſtentiæ, quod præſentatio facta ab Andrea uno ex dictis Patronis nullius ſit efficaciæ, dum non probatur ad eum tunc temporis ſpectaſſe Jus præſentandi: Quia cum inter Andream, & Joannem Baptiſtam fuerit inita tranſactio, in qua no-

nominatio fuit divisa alternativè, & turnarè, & ſit in conſeſſo inter Partes in præcedenti vacatione nominaſſe Joannem Baptiſtam, ut præſenti vicem jus devolutum fuit ad Andream

27 ex natura alternativa, quæ exigit ut unus pro una vice, & alter pro alia debeat nominare *Clement. plures §. Ut ſed alter de Jurepatronat. Rot. coram Bagn. dec.900. num.2. & 3. Orthobon. deciſ.90. num.2. & ſeqq. & deciſ.107. ejuſdem numeri, & in Venen. Parochialis 9. Decembris 1701. §. Super aſſertis, coram Illuſtriſſimo D. Sancta, Segobien. Canonicatus 17. Martii 1706. §. Nulla, coram R.P.D. meo Anſaldo, Monaſterien. Canonicatus 18. Martii 1707. §. Sane, coram Illuſtriſſimo D. meo Sancto Almæ Urbis Gubernatore, & in Beneven. Parochialis 2. Martii 1708. §. Caret tamen, cor. Eminentiſſimo D. meo Cardinali Priolo.*

Minimè reſragante, quod in tranſactione fuerit conventum, alternativam incipere debere à die præſentationis pacificè, & abſque impugnatione ſecutæ, ſicque illa conſeri non potuerit à præſentatione Joannis Baptiſtæ, quæ per biennium integrum fuit contradicta: Siquidem cum ex pluribus dicti inſtrumenti partibus, clara ſit tranſigentium voluntas, non computandi ſolas præſentationes ineffectuatas, conventio prædicta intelligi debet de lite, quæ impediat effectuationem præſentationis: Idque eſt juri, & rationi conſentaneum, cum præſentatio non effectuata habeatur, ac ſi facta non eſſet, nec

28 per eam Turnus conſumptus remaneat *Gonzal. ad regul.8. gloſſ.43. §.3. num.6. De Luc. de Regular. diſc.4. num.3. Rot. in rec. dec.217. num.3. par.16. & in Veron. Canonicatus 18. Februarii 1701. §. Non ſubſiſtente, coram Eminentiſſimo D. meo Cardinale de la Tremoille, & in Segobien. Canonicatus 11. Aprilis 1704. §. Rejiciantur, coram Illuſtriſſimo D. meo Sancto Almæ Urbis Gubernatore, & in dicta Beneven. Parochialis 1708. §. Etenim.*

Proindeque, cum præſentatus à Joanne Baptiſta, licet ſubſecuta brevi per biennium, ſemper tamen in poſſeſſione permanſerit ab Anno 1691. uſque ad præſentem, quo per obitum Petri tunc præſentati beneficium vacavit: ſi-

29 cut ex hoc dicebatur effectuatio præſentationis ad unciſſimum *conſil. Oldrad. 219.* ſæpius à Rota canonizatum, & ſignanter *coram Seraphin. dec.1141. n.2. Gregor. dec.215. num.1. Bevens. dec.142. n.6. alioque Addit. n.17. Arguell. dec.58. n.15. Orthobon. dec.224. n.8. & 9. in rec. dec.224. n.5. par.14. dec.17. n.6. par.18. & dec.539. n.15. par.19. & in d. Beneven. Parochialis 2. Martii 1708. §. Quod autem, coram Eminentiſſimo Priolo.* Ita conſumptus dicitur Turnus, & alternativa, non obſtante lite, quæ non

30 cenſetur à Tranſigentibus univerſaliter, & indiſtinctè conſiderata, ſed in eum ſolum caſum, quo impediret effectuationem præſentationis, ut optimè in terminis individualibus firmat *Rot. in cit. Beneven. Parochialis 2. Martii 1708. §. Non relevante, & pluribus ſeqq. coram Priolo*, & in proximis terminis, quod Turnus dicatur conſumptus

31 per apprehenſionem poſſeſſionis factam à Præſentato, non obſtante oppoſitione, & contradictione, *Rota coram Emerix Jun. dec.993. nu.4.*, ad differentiam nominationis pacificæ, & non impugnatæ, per quam conſumitur Turnus,

32 ſecuta acceptatione nominati etiam ante apprehenſionem poſſeſſionis *Gonzalez ad Regul.8. gloſſ.45. §.3. n.11. & 17. De Luc. de Præeminent. diſc.28. in fine de Regular. d. diſc.4. num.3. Rot. coram Emerix Jun. dec.944. num.3. & dec.993. num.1. & ſeqq. & n.5.*

Minùs obſtat, quod præſentatio prædicta nulla ſit, tanquam facta poſt lapſum quadrimeſtre, Patrono Laico

33 ad præſentandum præfixum in *Cap. unic. §. Verum de Jurepatronat. in 6.* Quia Andreas obtinuit à Sede Apoſtolica prorogationem termini à jure præfixi, intra quem, cum præſentatio facta fuerit, habetur ac ſi in termino juris

34 illa coram Ordinario exhibita fuiſſet *Pariſ. de Reſignat. Benef. lib.10. quæſt. 7. num.68 verſic. limita ſecundo, & ſeqq. Rot. coram Puteo dec.499. nu.4. ſecundum impreſſionem Lugdunen. Orthob. dec.130. num.8. & 9. in rec. dec.14. num.14. par.10. dec.74. nu.15. par.16. dec.491. num.8. par.18., & in Mediolanen. Præpoſituræ 5. Martii 1704. §. Hæc ſiquidem coram R.P.D. meo Anſaldo, & 23. Januarii 1705. §. Firmato, coram Reverendiſs. D. meo Decano.*

Ab-

Abſque eo quod prorogatio hæc potuerit de ſubreptione redargui, ob non expreſſam Pontifici præſentationem factam ab aliis Compatronis. Quoniam objectum procederet ſi prorogatio tertio loco obtenta fuiſſet poſt lapſum quadrimeſtre, cum tunc jus Patronorum non præſentantium, conſolidatum remanſiſſet in præſentantibus: ſed locum habere non poteſt, quando prorogatio obtenta fuit, quadrimeſtre adhuc durante, hoc quippè caſu cum nullum
25 fuerit quæſitum jus Compatronis, nullum eiſdem irrogatur præjudicium, vel illud eſt purè eventuale, & conſecutivum, cujus omiſſa expreſſio ſubſecutam gratiam non vitiat *Pax Jordan. Variar. Lucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 7. ſub n. 346. verſic. ex eo autem, Rot. coram Creſcent. dec. 11. n. 4. & 5. de Dilationib.*, & egregiè *in d. Mediolanen. Præpoſituræ 23. Januarii 1705. §. Quin bujuſmodi, coram Reverendiſſimo D. meo Decano.*

Prout obeſſe non valet, quod Eccleſia, de qua agitur ſit Parochialis, habens annexam curam Animarum, quæ
26 provideri debet per concurſum, ex diſpoſitione Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 18. & Conſtitutione ſa. me. Pii V. In 33. in ordine §. 4.*, de quibus *Rot. poſt De Luc. de Benefic. dec. 1. numer. 18. & dec. 27. n. 3. & in rec. dec. 166. n. 13. & dec. 434. num. 9. verſic. excluſa per 19.* Concurſus enim in caſu præſenti neceſſarius non eſt, vel quia ſumus in
27 Jurepatronatus laicali, teſte *Fagnan. in cap. cum ad noſtram num. 18. de Electione. Maſſobr. in Prax. habend. concurſ. requiſit. 2. dub. 1. n. 2. Murga de Benefic. quæſt. 3. num. 53. Romaguer. ad Conſtit. Synodal. Gerunden. lib. 3. tit. 11. cap. 8. num. 2. Rota in rec. dec. 192. n. 11. par. 18. & in Legionen. Parochialis 11. Januarii 1706. §. Multoque, coram R. P. D. meo Kaunitz, & in Novarien. Parochialis 16. Novembris 1707. §. final. coram R. P. D. meo Anſaldo.* Vel quia, cum per ſpatium 130. annorum probetur Eccleſiam controverſam fuiſſe ſemper proviſam de Rectore ad ſimplicem præſentationem Patronorum, & nunquam in tot vacationibus fuerit convocatus concurſus: Hæc conſuetudo pluſquam centenaria ſufficiens eſt, ut etiam in futurum Eccleſia prædicta conferri, & provideri
28 debeat abſque ullo concurſu, ut fuit in individuo, quod ſtante centenaria, vel immemorabili, Parochialis poſſit de Rectore provideri abſque concurſu *Pelaja dec. Pontific. lib. 3. dec. 1. n. 144. circa finem, Rot. coram Ubag. dec. 52. n. 2. & ſeqq., & pleniſſimè in Legionen. Parochialis 11. Januarii 1706. §. Quibus præmiſſis, & ſeqq. coram R. P. D. meo Kaunitz, Novarien. Parochialis, ſeu Vicariæ S. Martini 22. Junii 1705. §. Et nihilominus, cor. Eminentiſs. D. meo Cardinali Caprara, & ſuper manutentione eadem die, & anno §. Non refragante, coram eodem, & 16. Decembris 1707. §. Atque hinc, & ſeqq. coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Cum enim centenaria, vel immemorabilis tribuat facultatem, & privile-
29 gium allegandi quemcumque meliorem titulum de mundo, ut proſequitur in ſpecie *Rot. coram Ubag. d. dec. 52. n. 4. & ſeqq. d. Legionen. Parochialis 11. Januarii 1706. §. Quibus præmiſſis coram R. P. D. Kaunitz, & in cit. Novarien. Parochialis 22. Junii 1705. §. Et nihilominus, coram Eminentiſſ. D. Card. Caprara, & 16. Decembris 1707. §. Atque hinc, coram R. P. D. meo Anſaldo* Habens illam pro ſe, poteſt deducere privilegium Apoſtolicum, &
30 fundationem contrariam legem continentem, quæ allegari poſſunt contra decreta Sacri Concilii Tridentini, etſi ſuffulta, clauſula ſublata, ac decreto irritanti, in puncto *Rota in d. Novarien. Parochialis 1705. §. Non obſtante & 16. Decembris 1707. §. Dureverat, coram R. P. D. meo Anſaldo, & cæteris relatis in d. Legionen. Parochialis 11. Januarii 1706. §. Quibus, coram R. P. D. meo Kaunitz.*

In caſibus quippè, in quibus Sacrum Concilium Tridentinum centenariæ, & conſuetudinibus immemorabi-
31 libus non derogat, nunquam illæ ſublatæ remanent, immò præſervatæ cenſentur, in individuo *Rota in ſæpe citat. Legionen. Parochialis 11. Januarii 1706. §. Quibus præmiſſis*, ubi plures concordantes, *coram R. P. D. meo Kaunitz, & in relata Novarien. Parochialis 22. Junii 1705. §. Non obſtante, & in eadem ſuper manutentione ſub eiſdem die, & anno §. Non relevante, coram*

ram Eminentiſs. D. meo Card. Caprera, & 16. *Decembris* 1707. §. *finali*, *coram R. P. D. meo Anſaldo*. Et generaliter quòd
32 derogatio quantumvis ampliſſima factis conſuetudinibus, immemorabiles non comprehendat, niſi de illis expreſſa mentio facta ſit *Pariſ. conſ.* 101. *ſub n.* 84. & *ſeqq. lib.* 1. & *conſ.* 23. *n.* 17. & *ſeqq. lib.* 4. *Rota coram Buratt. deciſ.* 435. *ſub num.* 5. & *ſeqq. Emerix. Jun. dec.* 498. *num.* 4. *in rec. dec.* 614. *num.* 1. *part.* 2. *dec.* 101. *n.* 29. *part.* 10., & *in Oveten. Funeralium* 7. *Aprilis* 1724. §. *Ita tamen*, *coram Reverendiſs. D. meo Decano*, *confirmata* 16. *Januarii* 1705. §. *Hujuſmodi enim*, *coram Omnena*, & *in Trajana dilationis Concur ſuper bono jure* 21. *Martii* 1708. §. *Quibus poſitis*, *cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Præterea aſſiſtit etiam Roberto regula 30. *de Triennali*, cujus vigore poſ-
33 ſeſſor, immunis, & liber evadit ab omnibus moleſtiis, quæ contra ipſum poſſunt inferri *Rebuff. de Pacific. poſſeſſor. num.* 25. *verſic. ex hoc infertur*, *De Luc. de Beneſic. diſc.* 91. *n.* 1. & *ſeqq.* & *in Summa num.* 137. & *ſeqq. Rot. coram Caſſador. deciſ.* 3. *de Reſtitut. Spoliator. Caputaquen. dec.* 349. *n.* 5. *par.* 5. *Buratt. dec.* 109. *n.* 9. & *dec.* 180. *numer.* 1. & 2. *Bich. dec.* 397. *n.* 10. *Celſ. dec.* 391. *n.* 10. & *ſeqq. Emerix Jun. dec.* 32. *num.* 1. & *ſeqq. in rec. dec.* 263. *num.* 8. *par.* 17. & *dec.* 423. *num.* 17. & 41. & *dec.* 463. *n.* 9. *par.* 19. & *in Hipporegien. Beneficii* 11. *Februarii* 1704. §. *Rurſus*, *cor. bo. me. R. P. D. meo Muto*, & *in Colonien. Canonicatus* 9. *Decembris* 1707. §. *Aſt quoad Majoratus*, *coram R. P. D. meo Anſaldo*.

Idque uſque adeò verum eſt, ut re-
34 gula prædicta poſſeſſori ſuffragetur, etiam contra proviſum Apoſtolicum *Rebuff. de Pacific. Poſſeſſor. num.* 15. *De Luc. de Beneſic. diſc.* 91. *n.* 5. D., & olim Collega meus *Petra diſcept. Eccleſ.* 24. *n.* 46. *Rot. coram Molines. dec.* 3. *de Jurepatronat. Caſſador. dec.* 5. *n.* 3. *de Reſtitut. Spoliator. Buratt. dec.* 180. *n.* 1. *Bich. deciſ.* 172. *num.* 1. *Celſ. dec.* 391. *num.* 11. *in rec. dec.* 423. *num.* 11. & 41. *par.* 19. & *in dicta Hipporegien. Beneficii* 11. *Februarii* 1704. §. *Rurſus*, *coram bo. me. R. P. D. meo Muto*, in qua cum hæc materia regulæ de Triennali planè diſcutiatur, eaque ſuerit eodem tempore, quo apud eumdem gerebam munus Studiorum Adjutoris Sacræ Rotæ Romanæ, ideò illam hic inſeruimus §. 1., & opituletur eidem proviſo ab ha-
35 bente ordinariam poteſtatem conferendi, quam habente illam vigore indulti *Rot. in dicta Hipporegien. Beneficii* 11. *Februarii* 1704. §. *Non obſtante*, *coram bo. me. Muto*, *dict.* §. 1. *numer.* 25. & *ſeqq.*
36 quamvis agatur de beneficio exempto, reſervato, vel debito certo generi perſonarum *Mareſcot. Variar. Reſol. lib.* 1. *reſol.* 41. *n.* 23. & 24. *Tondut. Reſol. Beneſic. par.* 3. *cap.* 186. *n.* 6. *Gonzalez ad regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 8. *num.* 61. *verſic. ſi verò. Rot. in dicta Hipporegien. Beneficii* 1704. §. *Rurſus*, *cor. bo. me. R. P. D. meo Muto*, *dict.* §. 1. *n.* 22., omneſque alios caſus comprehendit, exceptis illis ſimoniaci ingreſſus, & intruſionis contra reſer-
37 vationes generales in corpore juris clauſas, expreſsè in dicta regula præſervatas *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 2. *dicta quæſt.* 53. *n.* 15. & *ſeqq. Rot. coram Bich. dec.* 171. *num.* 5. *Emerix. Jun. dicta dec.* 32. *n.* 2. 4. & 5. *in rec. dicta dec.* 423. *num.* 19. & 20. & 41. *par.* 19., & *in eadem Hipporegien. Præpoſituræ* 1704. §. *Rurſus*, & §. *Minus*, *coram bo. me. R. P. D. meo Muto*, *citato* §. 2. *n.* 10. 19. & *ſeqq.*, quoties tamen Simonia commiſſa eſt ab ipſo poſſeſſore beneficii, nec obſtaculum præbet, ſi commiſſa ſit à Patre,
38 vel conjuncto, non conſentiente, nec cooperante poſſeſſore *De Luc. de Beneſic. diſc.* 91. *num.* 6. *Rot. coram Merlin. dec.* 311. *n.* 3.

Neutiquam relevante, quod Robertus non fuerit in pacifica poſſeſſione dictæ Eccleſiæ per triennium, Quia ad
39 hunc effectum poteſt juvari poſſeſſione ſui Auctoris *De Luc. de Beneſic. diſc.* 91. *num.* 7. & *in Summa num.* 140. *Rot. in rec. dec.* 154. *num.* 7. *par.* 1. *dec.* 39. *n.* 1. *par.* 16. aliique adducti *in dicta Hipporegien.* 1704. §. *Probato*, *ſæpè citato* §. 2. *n.* 30. & *ſeqq.* Maximè quia ille poſſedit per 40. annos, & poſtea Eccleſiam ceſſit, & dimiſit Roberto, quo caſu beneficium hujus regulæ procul dubio
40 ſuffragatur ſucceſſori, qui una, & eadem perſona cum reſignante habetur *Mareſcot. Variar. lib.* 1. *reſol.* 41. *n.* 58. & *ſeqq. Rot. coram Cerdl. dec.* 132. *n.* 6.

& 7. in rec. dec. 213. n. 17. par. 6. dec. 31. num. 13. par. 7. & dec. 14. num. 10. par. 10. & in dicta Hipporegien. Beneficii 1704. §. Abſque eo quod, & ſeq. ubi reſpondet contrarii *coram bo. me. R. P. D. meo Muto, nunc impreſſa allegata §. 2. num. 35. & ſeqq.*

Non attenta duplici reſponſione, quod nec Anteceſſor Roberti pacificè poſſederit, & quod reſignatio nulla ſit, & ſimoniaca labe infecta. Etenim quo ad primam objecti partem inſubſiſtentia reſultat ex eo, quòd licèt verum ſit, quòd lis, qualiſcumque ea ſit, etiamſi
41 nulliter mota, & non verſetur ſuper titulo, & ſubſtantia beneficii, immò moleſtiæ extrajudiciales, & de facto poſſeſſionem triennalem interrumpant, ut de lite *Card. de Luc. de Beneſic. d. diſc. 91. n. 21. & ſeq. & in Summa num. 147. Rot. rec. dec. 255. n. 2. par. 11. & dec. 238. num. 7. par. 12.* & de moleſtiis extrajudicialibus, & de facto *Lotter. de Re beneficiar. lib. 2. quæſt. 33. num. 20. De Luc. de Beneſic. dict. diſc. 91. num. 21., & in Summa num. 147. Rot. coram Royas deciſ. 294. num. 1. Celſ. dec. 130. in fine, in rec. deciſ. 264. n. 10. par. 9. & d. dec. 238. n. 7. par. 12.*

Attamen hoc non procedit, ſtante nullitate citationis, & litis motæ, ut
42 in terminis citationis nullæ, quod non interrumpat triennalem poſſeſſionem, *Gonzal. ad regul. de Annali quæſt. 45. & quæſt. 45, & de Triennali quæſt. 34. Antonell. de Tempor. Legal. lib. 2. quæſt. 33. num. 21. D. Piton. diſcept. Eccleſiaſtic. 24. num. 50. Rot. coram Verall. dec. 109. par. 1. Penia dec. 173. n. 1. & ſeqq. ſecundum impreſſionem Lugdunen.*, & de lite nullitèr mota præſertim ex defectu juriſdictionis *Gonzal. ad regul. de ſubrogand. quæſt. 21. per tot. & quæſt. 12. n. 3. & ad regul. de Annali quæſt. 45. num. 4. Dominus Piton. d. diſcept. Eccleſiaſtic. 24. ſub num. 47. & 53. Rot. coram Royas dec. 49. n. 7.*

Et quod moleſtias extrajudiciales, & de facto, ut ab illis interrumpatur triennalis, neceſſe eſt fuiſſe illatas circa poſſeſſionem, & perceptionem fru-
43 ctuum, aliàs nihil operantur, ut benè firmant *Gonzal. in Regul. de Annali d. quæſt. 45. numer. 9. & 10., & ad regul. de Triennali quæſt. 34.*, plenè *Lotter. de Re beneſic. lib. 2. quæſt. 32. numer. 33. & d. quæſt. 33. n. 20. & 30. Antonell. de Tempor. legal. lib. 1. d. cap. 53. n. 17. & 22. Roſa de Executor. Litterar. Apoſtolicar. par. 1. in addit. ad cap. 6. n. 94.* D. & olim Collega meus *Piton. cit. diſcept. Eccleſiaſtic. 24. n. 48. & 49. & num. 51. & ſeqq.*, ubi latè explicat, quales dicantur moleſtiæ extrajudiciales ad hunc effectum ſufficientes, & quales non *Rot. coram Royas dec. 99. n. 8. Bich. dec. 171. n. 26. in rec. dec. 264. n. 31. par. 9. & dec. 263. n. 9. par. 17. & d. dec. 433. n. 22. par. 19.* Prout nihil operari valeant moleſtiæ de fa-
44 cto, ſi poſtquam iſtæ illatæ ſunt, aliud triennium labatur, illarum enim proſecutione de facto ceſſante, novum
45 triennium ſtatim incipit currere, quo pacificè completo, ſit locus regulæ prædictæ *Card. de Luc. de Beneſic. cit. diſc. 91. n. 26. in fine Rot. coram Bich. dec. 171. n. 26., & in rec. d. dec. 264. num. final. par. 9. & dec. 263. n. 10. par. 17.*

Quo verò ad ſecundam partem ſupra relati objecti, irrelevantia detegitur ex defectu legitimæ probationis, quæ
46 ad Simoniæ juſtificationem plena, & concludens eſſe debet *Pignatell. conſult. canonic. 44. n. 7. & ſeqq. & num. 12. num. 10. Rub. de Validitat. Legal. cap. 18. n. 100. Rot. coram Cavalier. dec. 352. n. 1. Seraphin. dec. 1019. n. 1. Buratt. dec. 445. num. 6. in rec. dec. 648. num. 2. par. 18. & in Mediolanen. Præratus 15. Februarii 1700. §. Malèque*, ubi concordantes, *coram Reverendiſſ. D. meo Decano, & in Lycien. Canonicatus 4. Maji 1705. §. Nimis, coram bo. me. R. P. D. meo Muto,* etiamſi agatur civilitèr, & verſemur in crimine difficilis probationis *Rota coram*
47 *me relatus in d. Mediolanen. Præratus 1700. §. Malèque autem, coram D. meo Decano.*

Nec deſumi potuit talis probatio ex teſtibus plures exceptiones patientibus, quales ſunt Primus, & Quartus de auditu deponentes, Tertius, & Quintus de credulitate, alii quatuor ſunt ſocii criminis, ſingulares, inimici, inſtigatores, & accuſatores, & de confeſſione extrajudiciali deponentes, & cæteri
48 de publica voce, & fama teſtantur, abſque eo quod ſpecificent, in quo loco, tempore, & à quibus hæc fama originem habuerit, ut promiſcuè hos defectus in individuo ponderat *Pignatell. d.*

conſult. canonic.44. ſub num.9. & 12. 19. 20. & ſeqq. tom.10. Rub. de Valdiniec. Legal. diſſ. cap.18. n.101. & ſeqq. Rot. coram Ludoviſ. dec.317. num.14. & ſeqq. Emer. Jun. dec.814. n.17. in Mediolanen. Prioratus 15. Februarii 1700. §. Conveniences, coram Reverendiſs. D. meo Decano, & relatis concordantibus, *in d. Lycien. Canonicatus 1705. §. Ex teſtibus, coram bo. me. R. P. D. meo Muto hic impreſſa §. 3. n.11. & ſeqq.*

Potiſſimè concurrente bona fama, virtute, & probitate Reſignantis, & Reſignatarii, quæ ſicut onere rigoroſio-
49 ris, & magis concludentis probationis gravat Actorem *Rot. in d. Lycien. Canonicatus 1705. §. Maximè, coram bo. me. R. P. D. meo Muto, impreſſa poſt præſentem §. 3. num.10.* ita operatur, ut quælibet umbra, & ſuſpicio Simoniæ, quæ ex depoſitione prædictorum teſtium re-
50 ſultare poſſet, fugata remaneat, in ſpecie *Rot. in Mediolanen. Prioratus 11. Decembris 1699.* & adductis concordantibus *15. Februarii 1700. utrobique §. finali, coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & in citat. Lycien. 1705. §. Maximè, coram bo. me. Muto impreſſa d. §. 3. n.10.*

Cæterùm dato etiam, quòd actus, de quibus prædicti Teſtes deponunt, eſſent probati, adhuc ex eis Simoniacalabes non reſultaret, quia de tempore conventæ, & ſecutæ reſignationis nihil reſignanti fuerat datum, aut promiſ-
51 ſum, & tamen ad inducendam Simoniam conventio, ſive pactum antecedere debet *Pariſ. conſ.30. n.21. lib.4. Lotter. de re beneficiar. lib.3. quæſt.29. n.47. & ſeqq. Pignatell. conſult. canonic. tom.10. conſult.44. n.1. & ſeqq. Rub. de Valdin. Legal. cap.18. n.12. & 13. De Luc. de Benefic. diſc.127. n.2. de Penſion. diſc.41. n.11. de Jurepatronat. diſc 28. num.3. de Regular. diſc 48. numer.5. de Canonic. diſc.8. ſub n.5. & diſc.29. n.8. Rot coram Peteo dec.167. n.5. lib.2. in correctis, Penia dec.211. num.3. ſecundum impreſſionem Lugdunen., Seraphin. dec 1029. n.8. Cavaler. dec.339. num.7. Ludoviſ. dec.238. n.9. & dec.517. n.30. in rec. dec.166. n.9. par.2. & dec.648. n.1. par.19.* Beneficia enim, vel munera, quæ actum proviſionis, & reſignationis ſubſequuntur, provenire poſſunt à mera liberalitate,
52 & gratitudine in remunerationem beneficii accepti, quæ de jure non prohibetur, ut proſequitur *Lotter. de re beneficiar. lib.3. d. quæſt.29. nu.46. & ſeqq. Pignatell. d. conſult. canonic.44. ſub n.3. & n.6. tom.10. De Luc. de Regular. diſc. 48. nu.5. Rot. poſt 2. volumen conſilior. Farinacc. dec.154. nu.20. in rec. dec.93. n.14. & 15. par.4. tom.2.*

Et quamvis datum, vel impenſum poſt collationem, aut reſignationem beneficii præſumatur in vim tractatus, & pacti præcedentis, & ob id ſimoniam
53 ex hoc probatam remanere dixerit *Rot. coram Seraphin. dec 237 n.1. & dec 244. n.3.* Tamen hoc procedit, quando cri-
54 men Simoniæ adducitur excipiendo *Lotter. de re beneficiar. lib.3. d. quæſt.29. n.61. Pignatell. d. conſult.44 n.10. tom. 10.* ubi declarat dictas Seraphini deciſiones. Et quando concurrunt aliæ conjecturæ, & circumſtantiæ Simoniam concludentes, non verò illis deficientibus, & multò minus in contrarium militantibus, cum enim conjecturæ nec pro una, nec pro alia parte urgent, & actus ſubſequentes collationem, vel reſignationem beneficii referri non poſſunt ad pactum præcedens ſimoniacum, ſed potiùs ad meram liberalitatem in recompenſationem beneficii ac-
55 cepti, interpretatio capienda eſt, juxta quam actus facti dicantur potiùs ex cauſa licita, & excludente delictum, quàm ex illicita, & delictum includente, ut in ſpecie proſequitur *Rubeus de Valdin. legal. diſſ. cap.18. n.6. & ſeqq. Pignatell. d. conſult. canonic 44. n.10. & 14. tom. 10.*, ubi quòd talis interpretatio capien-
56 da eſt etiamſi pro delicto concurreret aliqua ſpecialis præſumptio.

Minùs obſtat, quòd tale pactum præcedens probetur ex teſtibus noviter de anno 1710. examinatis. Quia cum à pacto, de quo dicti teſtes deponunt, fuerit ſolemniter receſſum per plures
57 menſes ante reſignationem, nihil influere potuit ad impingendam labem Simoniæ, ut poſt alios, quos refert *Rot. in dicta Lycien. Canonicatus 4. Maji 1705. §. Tanto minus, coram bo. mem. R. P. D. meo Muto dict. §. 3. n.11.*

Et fortiùs prædicta procedunt, attento quòd ſecuta reſignatione, exortæ
58 fuit lis inter reſignantem, & reſignatarium,

rium, ad quam extinguendam, & vexationem redimendam, ac ſe in pacifica poſſeſſione conſervandum, potuit re-
58 ſignatarius aliquid ſolvere, maximè ſub prætextu expenſarum in lite factarum *Gloſſ. in cap. dilectus el 1. V. recepit de Simonia, Sanchez Conſil. Moral. lib.2. cap.3. dub.30. n.9. & 10. Pignatell. d. conſult. canonic.44. n.34. & 36. & n.64. & ſeqq. tom.10. Corrad. in Prax. Beneficiar. lib.4. cap.5. ſub num.59. De Luc. de Benefic. diſc.70. num.12 & ſeqq. Zerb. Gemma Epiſcopal. tit.17. quæſt.11. n.1. Rot. coram Buratt. deciſ.307. n.5. Bich. dec.471. num.21. Dunozett. Jun. dec.702. num.3. & deciſ.972. num.1. Emerix Jun. dec.814. num.8. in rec. dec.177. num.24. par.11. dec.187. n.24. par.13. & in Aſten. Prioratus ſuper Inſtitutione 20. Januarii 1708. §. Maximè, coram R.P.D. meo Lancetta.*

Clariùs autem, quia ſolutio fuit ex poſt, & accidentalis occaſione, qua ob ſuperventum infortunium incidit reſignans in extremam paupertatem,
59 cui cum occurrere vellet reſignatarius, ſolutionem fecit expreſſa cauſa, & titulo expenſarum in lite factarum, & propter alias obligationes, quas erga ipſum profitebatur: Quæ cum poſſint referri ad alia beneficia recepta, Simoniam non concludunt; Ea enim quæ non dantur principalitèr ad aſſequen-
60 dam rem ſpiritualem, ſed ad alium finem diverſum, Simoniam non probant *De Luc. de Regular.* in alia Cauſa Florentina *diſc.47. ſub n.4. & 7. & diſc.48. num.5.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. MUTO

Firmana Juriſpatronatus

Luna 21. Aprilis 1704.

ARGUMENTUM.

Ex quibus Juſpatronatus Gentilitium oſtendatur, & ex quibus excludatur in eo qualitas hæreditaria, latè, diffuſèque examinatur.

SUMMARIUM.

1 *A facti circumſtantiis tota Juris cenſura dependet.*

2 *Rota Romana, & Tribunalia ſuprema, non reformidant dicta ab eis corrigere, & in meliùs mutare.*

3 *Præcipuè in quæſtionibus facti, in quibus etiam prudentiſſimi decipiuntur.*

4 *Obſervantia longiſſimi temporis demonſtrat, quale ſit Juſpatronatus deficiente fundatione, cum tale præſumatur, quale illud ſubſecuta uniformis obſervantia declarat.*

5 *Si in præſentationibus, & in inſtitutionibus non fiat mentio qualitatis hæreditariæ, & verba dirigantur in propriam perſonam præſentantis, Juſpatronatus dicitur Gentilitium.*

6 *Maximè, ſi in actibus ſubſequentibus fuit ſpecificata qualitas gentilitia.*

7 *Actus ſubſequentes benè declarant præcedentem præſentationem, quamvis dubiam.*

8 *Si in præſentatione ſit articulatum Jus præſentandi pertinuiſſe ab immemorabili ad illos de familia, magnum eſt adminiculum pro inducenda qualitate gentilitia.*

9 *Quia articuli concipi, & dari non ſolent abſque prævia conſideratione.*

10 *Si conſtet de pertinentia Juriſpatronatus favore illorum de aliqua domo, & familia cum expreſſione proprii cognominis, cenſetur contemplata agnatio, & Juſpatronatus dicitur familiare, & agnatitium.*

11 *Ad hoc ut Juſpatronatus cenſeatur gentilitium requiritur, ut declaretur ſpectare ad illos de domo, & familia.*

12 *Juſpatronatus non agnatitium, non poteſt dici ſpectare ad illos* de Simigardis fol.5.

13 *Sententia ſuper pertinentia Juriſpatronatus, quæ aliquam dubietatem involvat, declarationem recipere debet ab actis, & probationibus præcedenter factis.*

14 *Si poſt affixionem Ædictorum, & citationem intereſſe habentes omiſerunt dare interrogatoria teſtibus, iſti habentur ac ſi formiter, & cum interrogatoriis depoſuiſſent.*

15 *Teſtes deponentes de publica voce, & fa-*

ma,

ma, & de auditu à majoribus cum ſpecificatione particularis perſonæ, in materia antiquiſſima probant pertinentiam Juriſpatronatus.

16 Et contra dictos Teſtes ab Auctore partium colliticantium inductos, nentrà ex iis opponere poteſt.

17 Maximè concurrente approbatione Judiciali eorumdem teſtium per ſpatium centum, & ultra annorum, quæ facit, ut nec dicta, nec perſona illorum poſſint amplius redargui.

18 Sententia præſumitur, ſervatis omnibus de Jure ſervandis, lata.

19 Quando agitur non de probanda ſubſtantia Juriſpatronatus, ſed illius qualitate gentilitia, leviores ſufficiunt probationes, & admittuntur teſtes etiam aliquam exceptionem patientes.

20 Depoſitiones teſtium, & poſſeſſio ſexaginta annorum habita ab illis de familia ſufficiunt ad inducendam qualitatem gentilitiam Juriſpatronatus.

21 Ex præſentationibus ſimultaneè factis à Patre cum filiis arguitur Juſpatronatus eſſe gentilitium, & familiare.

22 Simplex negligentia filii non præſentantis cum Patre qualitatem gentilitiam Juriſpatronatus non excludit, niſi probetur filium fuiſſe repulſum, & repulſioni acquieviſſe.

23 Expreſſiones Patronorum in præſentationibus effectuatis probant qualitatem gentilitiam Juriſpatronatus.

Item expreſſio ab ordinario facta in Edictis, ibidem.

24 Sicuti ſententia in judicatum tranſacta, & effectum ſortita.

25 Expreſſio proprii cognominis denotat fuiſſe conſideratam agnationem, & voluiſſe Juſpatronatus familiare, & gentilitium, etiamſi non fuerit nominata familia.

26 Qualitas gentilitia probata remanet, ex quo in Ædictis, & in illorum reproductione dictum fit Juſpatronatus ſpectare ad illos de familia, ex teſtibus, articulis, & ſtatibus præcedentibus, & ex ſententia inſtitutionis indè emanata idem canonizante.

27 Et hoc modo probata qualitas hæc non poteſt ampliùs impugnari, & controverti, præſertim ab habentibus cauſam ab eo, qui in illis actibus dictam qualitatem nominaverit.

28 Actus à Procuratore geſti, per quos Principalis obtinuit poſſeſſionem Juriſpatronatus, in qua continuavit, præſumuntur de ejus ordine geſti, ſeu ſaltem per poſſeſſionem approbati.

29 Verba de domo, & familia enunciata in actibus, per quos non fuit probata qualitas hæreditaria Juriſpatronatus, ſed deſcendentalis familiæ, non dicuntur ſtare demonſtrativè, ſed taxativè ad qualitatem gentilitiam.

30 Confeſſio, Juſpatronatus ſpectare ad aliquam familiam, contra ipſum confitentem pleniſſimè probat.

31 Articulatio in pluribus ſtatibus, in quibus nunquam fuit facta mentio qualitatis hæreditariæ, ſed tantùm fuit articulata, & probata qualitas deſcendentalis, probat Juſpatronatus gentilitium.

32 Et præſumitur gentilitium ex præſentationibus per centum, & ultra annos à ſolis maſculis agnatis factis, & effectum ſortitis abſque mixtura fœminarum, & extraneorum.

33 Si per ſpatium centum, & ultra annorum fœminæ, & extranei non præſentaverint, cenſentur non præſentaſſe, quia Juſpatronatus erat gentilitium, non quia fœminæ per ſtatutum remanerent excluſæ, quia tanto tempore fœminæ potuerunt hæredes inſtitui, vel concurrere cum maſculis, propter quas Statutum eas non excludit.

34 Juſpatronatus præſumitur hæreditarium.

35 Sed non procedit in Jurepatronatus antiquiſſimo, in quo deficiente Inſtrumento fundationis habet locum præſumptio potius pro qualitate gentilitia, quàm hæreditaria.

36 Ex diuturna obſervantia Juſpatronatus de hæreditario fit gentilitium.

37 Maximè ſi obſervantia ſit inducta ab Auctoribus illorum, qui qualitatem gentilitiam impugnant.

38 Et ad hunc effectum ſufficit lapſus 40. annorum.

39 Spatio quadraginta annorum ſtatus Beneficii immutatur.

40 Contenuaria valet inducere novam concordiam, vel alterum meliorem titulum de novo pro immutanda qualitate hæreditaria in Jurepatronatus.

41 Ultimus ſtatus in Poſſeſſorio emanatus non præjudicat in Petitorio pro regu-

lam-

laudo pertinentia pro futuris vacationibus.

42 *Venienti ex persona propria confeſſio, & facta alterius, quo Juſpatronatus hæreditarium dixit, præjudicare non poteſt.*

43 *Ultimus ſtatus attentus non attenditur.*

Et ex quibus error probetur, ibidem.

44 *Exiſtentibus adhuc illis de familia, Juſpatronatus Gentilitium non poteſt immutari in hæreditarium.*

§. I.

Unica tantum Parte informante, cenſuit *Rota coram me ſub die* 15. *Decembris* 1702. Juſpatronatus Eccleſiæ Ruralis S. Arcangeli Firmanæ Diœceſis eſſe hæreditarium, & conſequenter ſententiam declarantem, illud eſſe gentilitium, & familiare Domus de Singardis ob ejus injuſtitiam in judicatum tranſire non potuiſſe, Sed conceſſa adversùs deciſionem, dicta die à me editam, Parti indefenſæ nova audientia, facto alterius reperito, & pluribus animadverſionibus roborato, in diſceptatione ſuper reſolutis aſſumpta ſub die 16. Junii anni præter elapſi, hæſitarunt Patres; nullamque in materia adhuc involuta dubietate, ob ſuffragiorum diſcrepantiam capere potuerunt reſolutionem, donec acriori hodie renovata contentione, ſcripturis magis ſedulò limatis, proceſſu cauſæ accuratiùs revoluto, novis adductis Juribus, noviſque facti circumſtantiis materia dilucidata, defenſores Fratrum de Singardis pro aſſequendo ſperatæ victoriæ fructu extremos adhibuere conatus; nec ſpem fefellit eventus, nam DD. ex noviter ponderatis agnoſcentes expoſita in prætexta mea deciſione non habere firmi-
1 tatem in facto, à cujus circumſtantiis tota Juris Cenſura dependet, juxta monitum *J. C. in l. ſi ex plagis* 3. *§. In clivo Capitolino verſ. reſpondit. ff. ad l. Aquil.*, repropoſito iterùm dubio ſuper perſiſtentia, vel receſſu à deciſis, poſt longam illius diſcuſſionem, & poſt maturum Cauſæ examen, in eam tandem ſententiam devenerunt, quæ pro receſſu à deciſis fuit reſolutum.

Nunquam enim erubuit Sacrum hoc Tribunal, Juſtitiæ, & veritatis ſcrutator ſolertiſſimus, reſolutionem ſemel, ſive in eodem, ſive in alio, ut vocant tur-
2 no, captam, ad meliora convertere, & ſi quid melius horum, quod prius dictum fuerit, advenerit, competentem prioribus correctionem imponere, exemplo Juſtiniani *in Auth. de Nupt. in princip.*, ibi *Exiſtimavimus autem oportere nunc Conſiliis perfectioribus conſummare conſiderantes etiam quædam corrigere, non aliorum ſolummodo, ſed etiam quæ à nobis ipſis ſancita ſunt; Non enim erubeſcimus ſi quid melius, & jam horum, quæ ipſi prius diximus, adinvenimus, hoc ſancire, & competentem prioribus imponere correctionem, nec ab aliis expectare corrigi legem &c.* Et ex his, quæ non minùs doctè, quam eruditè ponderata fuerunt *in dec.* 13. *in prin. ſp. coram R. P. D. meo Anſaldo, & in addition. ad eand. ſub numer.* 12. Præcipuè in quæſtionibus facti, quas prudentiſſimos etiam ſæ lere ſubdit Neratianus *in l.* 1 *ff. de Jur. & fact.*
3 *Ignorant*, & in contingentia Papinianum ipſum, & Scævolam, præcipua Juris noſtri Luminaria, felicioribus ipſius Juris prudentiæ ſæculis decepiſſe, adversus invidos ſacri hujus Tribunalis detractores, obſervat *Le. ser. de re ben. verſ. in apparat. n.* 93., *& ſeqq.*

Juridicæ hujus reſolutionis fundamentum, deſumpſerunt DD., ex pluribus præſentationibus antiquiſſimis, articulis, examine teſtium, votis conſultorum, ſententiis ordinariorum, confeſſione Partium, aliiſque pluribus actibus comprobantibus qualitatem gentilitiam Juriſpatronatus, de quo ag tur, quos majorum noſtrorum retroacta ætas reſpexit, & dantur *in hodierno ſum. Fratrum de Singardis à ſtatu primo uſque ad finem*, Obſervantia enim longiſſimi temporis demonſtrat qualitatem Juriſpatronatus, quando deficit fun-
4 datio, cum tale illud præſumatur, quale ſubſecuta uniformis obſervantia declarat *Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.* 60. *n.* 9. *Tondut. quæſt. beneficial. par.* 3. *cap.* 157. *n.* 42. *Rota in rec. dec.* 275. *n.* 7. *par.* 7. *dec.* 137. *n.* 11. *par.* 13. *& coram Celſo dec.*

dec.108. n.9. Merlin. dec.798. nu.13., & in Januen. Abbatiæ 27. Junii 1689. §. Præterea, cor. Reverendiſſ. Zamoren. Lucana Beneficii 13. Junii 1701. §. Quibus accedit, coram me, ubi plures individuales Authoritates referuntur, *& §. Præcipue, Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Ex his itaque, cor. R. P. D. meo Caprara, & 11. Julii 1703. §. Cui ſtatuentia, coram R. P. D. meo Caffarello, & in Feſſana. Jurispatronatus 12. Martii 1703. §. De Jurepatronatus, coram R. P. D. meo Caprara, & in Comen. Cappellaniæ 13. Martii 1702. §. Fortiuſque, coram R. P. D. de la Tremoille, & 4. Maji 1703. §. Sublato in fine, coram R. P. D. meo Priolo, & in Mediolanen. Prioratus 11. Decembris 1699. §. Eoque, coram Reverendiſſ. D. meo Decano, & 24. Februarii 1701. §. Et demum, coram R. P. D. meo Scotto, & ſuper dubio filiorum familias 18. Junii 1703. §. Hoc idem, coram R. P. D. meo Scotto, & ſuper dubio Ignobilium 20. Junii 1703. §. Et demum, coram eodem, Mediolanen. Cappellaniæ 23. Martii 1703. §. Quo in-ſuper accedit, coram Reverendiſſ. D. meo Decano.*

In prima namque præſentatione Anni 1533. facta à Dionyſio de Sinigardis, ille aſſeruit Juſpatronatus ad ſe ſpectare, idemque aſſeruit Ordinarius in ejus Edicto, & in ſententia inſtitutionis *Sum. Fratrum de Sinigardis Statu 2.* Et quamvis in dicta ſententia aliiſque actibus tunc expreſſum non fuerit Juſpatronatus ſpectare ad Familiam de Sinigardis, ſed dictum unicè fuerit *illud ſpectare ad Dionyſium de Jure, & antiqua conſuetudine*; tamen, cum nulla legatur facta mentio qualitatis hæreditariæ, & verba ſint perſonaliſſima, & directa in Dionyſium, uti unicum Patronum Juſpatronatus ex propria Perſo-
5 na habentem, hinc ſufficienter convincitur, Juſpatronatus eſſe gentilitium, etiamſi qualitas hæc in præſentatione, & ſententia non fuerit expreſſa, benè *Rota coram Priolo dec.159. ſub num.5. Bures. dec.283. n.5. & in rec. dec.220. n.11. & 12. part.11. in Dertonen. Beneficii 18. Junii 1690. §. Secundò quia, cor. bo. me. Urſino, Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Subſequitur, coram R. P. D. meo Caprara, & in Comen. Cappellaniæ 4. Junii 1703. §. Praeſtitera, in fine, cor. R. P. D. meo Priolo, & in Mediolanen. Prioratus ſuper dubio filiorum familias 18. Junii 1703. §. Corroboratur, cor. R. P. D. meo Scotto.*

Præſertim, quia in actibus ſucceſſivè fuit ſpecificatum Juſpatronatus con-
6 troverſum ſpectare ad illos de Familia, & Domo de Sinigardis, & ad verificandam vocationem Præſentantis, fuit expreſſa qualitas deſcendentalis à Dionyſio *d. Summario Sinigardorum Stat.3. litt.M. & R., & Stat.4. litt. E.* Qui actus
7 ſubſequentes benè declarant præcedentem præſentationem Dionyſii, quamvis iſta dubia foret *Rota coram Celſ. deciſ.156. num.12. & in rec. dec.365. n.1. in fin. part.2.*

In ſecunda præſentatione facta Anno 1581. fuit articulatum, quod ab immemorabili Jus præſentandi ſpectavit, & pertinuit ad illos de Ceppo, ſeu de Domo, ac Familia Sinigardorum, ut
8 in *d. Sum. Stat.3. litt. E., & H.* Qui articuli non leve adminiculum faciunt pro inducenda qualitate gentilitia, cum
9 illi abſque prævia conſideratione concipi, & dari non ſoleant, in ſpecie *Gratian. diſcept 321. num.33. & 34., Card. de Luca de Jurepatronatus diſc.23. num.7. Rota in Florentina Juriſpatronatus de Ricaſolis apud Urcean. de Jurepatronatus lib.4. cap.1. poſt num.71. §. Quoad tertium verſic. quia ſatis eſt, & poſt eundem deciſ.42. num.20.* immò pleniſſimam probationem conſtituunt, ſi conſideratur quod ex poſt fuerunt examinati teſtes formiter, qui unanimiter depoſuerunt dictum Juſpatronatus ſpectare ad Domum, & Familiam de Sinigardis, & vigore præfatarum depoſitionum emanavit Votum Conſultoris, declarans conſtare de Jurepatronatus illorum de Sinigardis, nec non Sententia Inſtitutionis, eoſdem pro veris, & legitimis Patronis canonizans; Quoties enim conſtat de pertinentia
10 Juriſpatronatus favore illorum de aliqua Domo, & familia cum expreſſione propriù Cognominis, & Familiæ de Sinigardis, cenſetur contemplata agnatio, & Juſpatronatus dicitur familiare, & agnatitium, in ſpecie *Lotter. de Re Benefic. lib.2. quæſt.11. n.3. Rota in rec. dec.220. n.10. part.11. dec.479. num.6. part.18. coram Ubago dec.14. n.3.*

num. 5. *Lauren. Beneficii* 19. *Junii* 1702. §. *Quoniam*, *& ſeq. & §. Praediſtegam*, *coram Me*, ubi adducuntur concordantes, *& in Camer. Cappellaniae* 31. *Martii* 1702. §. *Confirmantur*, *coram R.P.D. meo della Tremoille*, *& 7. Martii carpentis Anni S. Aſſumpti*, *coram R.P.D. meo Kaunitz. Faventina Beneficii* 11. *Decembris* 1701. §. *Ex quo*, §. *Subſequitur*, *& ſeqq. coram R.P.D. meo Caprara Ferrarien. Juſpatronatus* 31. *Martii* 1703. §. *Accedente*, *coram eodem*, *&* 14. *Decembris ejuſdem Anni* §. *Juſpatronatus*, *& ſeqq. coram R.P.D. meo Caffarello*, *Auximana Juriſpatronatus* 9. *Martii* 1703. §. *Quo vero*, *coram me*, *& in Mediolanen. Prioratus ſuper qualitate agnatitia* 18. *Junii* 1703. §. *Deficiente*, *& ſeqq. coram R.P.D. meo Scotto*.

Non obſtante quod in Voto Conſultoris, & Sententia declaretur ſolum Juſpatronatus ſpectare ad Dionyſium, & Thomam de Sinigardis, & nihil dicatur de pertinentia favore Domus,
21 & familiæ de Sinigardis, prout requiritur, ut Juſpatronatus cenſeri poſſit gentilitium. Quoniam ultra quod in Voto Conſultoris *dicitur conſtare de Jurepatronatus DD. de Sinigardis*, quod ſufficit ad hunc effectum, cum Juſpatronatus non habens qualitatem agnatitiam, tanquam tranſitorium ad alios, qui non ſunt de familia, & agnatione, non poſſit dici ſpe-
22 ctare ad illos de Sinigardis, nec reſpectu illius conſtare de Jurepatronatus DD. de Sinigardis, ut probant authoritates inferius referendæ in §. *Quinta Praeſumatio*; urget validior reſponſio deſumpta, ex quo cum in eo Judicio producti fuerint articuli, & depoſitiones Teſtium ſuper pertinentia Juriſpatronatus ad Domum, & Familiam de Sinigardis, ſubſequens Sententia in parte, quæ ali-
23 quam dubietatem involuit, declarationem recipere debet ab actis, & probationibus præcedenter factis, in individuo *Rota in Mediolanen. Prioratus ſuper qualitate Agnatitia* 18. *Junii* 1703. §. *Et licet*, *coram R.P.D. meo Scotto*, & generalitèr *Rota in rec. dec.* 76. *n.* 16. *& ſeqq. part.* 9. *& deciſ.* 349. *num.* 12. *par.* 12.

Minus obſtat, quod Teſtes producti non fuerint examinati cum legitimo contradictore, ſed extrajudicialiter depoſuerint, & de auditu, ac propterea nihil probent, Quia reſpectu primæ exceptionis, cum per affixionem Edictorum, fuerint citati omnes intereſſe habentes, producti in actis articuli, & admiſſum à Judice examen in termino de Jure competente, & in contumaciam citatorum, & non comparen-
24 tium, Si intereſſe habentes omiſerunt dare Teſtibus Interrogatoria, ſibi imputare debent, nec eorum omiſſio, & negligentia præjudicium inferre potuit Sinigardis, ſed Teſtes haberi debent, ac ſi formiter, & cum Interrogatoriis depoſuiſſent, *Rota coram Penzingen. dec.* 317. *n.* 27. *& in Caſertina Abbatiæ* 4. *Maji* 1693. §. *Hujuſmodi*, *coram bo. me. Bevilacqua*.

Reſpectu vero ſecundæ exceptionis, cum Teſtes deponant de publica voce, & fama, & de auditu à majoribus, ſpecificando etiam nomen ſui Patris, à quo unus ex eis audivit, in materia
25 antiquiſſima, probant pertinentiam Juriſpatronatus, ut in terminis firmat *Card. de Luca de Jurepatr. diſc.* 13. *ſub num.* 6. *verſ. tertio concurrebat*. *Rota in Aſculana Juriſpatronatus* 26. *Januarii* 1703. §. *Rurſus*, *coram R.P.D. meo Scotto*.

Et pro eliminatione utriuſque, ulterius ponderabant DD., quod Teſtes prædicti fuerunt inducti, & examinati ad Inſtantiam Dionyſii, & Thomæ de Sinigardis, à quibus cum utraque Pars hodie colligatam Cauſam habeat, neutra ex eis contra illos opponere poteſt,
26 eorumque depoſitiones controvertere, & impugnare, ut pluribus congeſtis firmat *Rota in Hipporegien. Beneficii* 14. *Februarii currentis anni* §. *Diſſeremque coram Me*; Quodque pariter valdè conſiderabile eſt, depoſitiones præfatæ fuerunt approbatæ à voto Conſultoris, à Sententia Ordinarii, executioni de-
27 mandata, & totaliter effectuata, quæ approbatio Judicialis per centum, & ultra annos facta, ſuumque effectum ſortita, operatur, ut nec dicta, nec Perſonæ teſtium poſſint amplius redargui, cum Sententiæ præſumi debeant
28 Juſtæ, ſervatis omnibus de Jure ſervandis

diis, in individuum *Rota in Mediolanen. Juriſpatronatus 31. Martii 1701. §. Neque, coram R.P.D. meo Scotto, & in Mediolanen. Primatus ſuper dubio Igualitatum 15. Junii 1703. §. Cumque, coram eodem.*

Maximè in ſubjecta materia, in qua cum non agitur de probanda ſubſtantia Juriſpatronatus, ſed illius qualitate gentilitia leviores ſufficiunt
19 probationes, & admittuntur teſtes etiam aliquam patientes exceptionem, ut in puncto firmat *Card. De Luc. de Jurepatr. diſc. 33. n. 6. Franch. eod. tract. lib. 4. cap. 2. n. 40. Rota apud eum lib. 4. cap. 1. poſt num. 71. §. Quibus ſic ſtantibus, & in rec. dec. 630. num. 6. par. 19. & in Parmen. Juriſpatronatus 5. Aprilis 1683. §. Frater, coram bo. me. Urſino, & in Comen. Cappellaniæ 13. Martii 1702. §. Ex quibus, coram R.P.D. meo de la Tremoille, & 7. Martii currentis anni §. Non obſtat, coram R.P.D. meo Kaunitz.*

Succedit tertia Præſentatio, facta anno 1594., in qua pariter ex articulis, depoſitionibus plurium Teſtium, & Voto Conſultoris pleniſſimè probata fuit qualitas gentilitia Juriſpatronatus; Et licèt contra Votum Conſultoris replicetur, quod illud ſe fundat in concordia anni 1547., quæ ſecum fert qualitatem hereditariam, tamen quidquid ſit de hoc; ſatisfecit reſponſio, quod in dicto Voto conſtituitur fundamentum in depoſitione Teſtium, & poſſeſſione 60. annorum, habita ab illis de Familia, quæ ſunt motiva ſuffi-
20 cientia pro inducenda qualitate gentilitia, & ex quibus ſubſiſtens dici poteſt reſolutio capta à Conſultore, *Rota in dicta Comen. Cappellaniæ 7. Martii currentis anni §. Non obſtat, cor. R.P.D. meo Kaunitz.*

Quodque plus eſt in dicta vocatione fuit juſtificatum Dionyſium Senıorum præſentaſſe una cum Antonio ejus filio, quod cum evenire non poſſit in Jurepatronatus hereditario, in quo filius una cum Patre non præſentat, ſed gradatim poſt mortem illius, cum filius in vita Patris nullum Jus prætendere poſſit in Jurepatronatus hereditario, ex quo non datur hereditas viventis;
21 hinc per præſentationem ſimultaneè factam arguitur Patronatum delatum fuiſſe omnibus de familia, & eſſe familiare, ac gentilitium, juxta magiſtrale *Conſilium Federic. de Sen. il 3. per tot*, & tradunt *Gratian. diſcept. 511. num. 13. Rota coram Priolo dec. 46. n. 11. & ſeqq.*, ubi plures refert, & *dec. 150. num. 3., in Bononien. Beneficiorum 8. Junii 1690. §. Tertiò, coram bo. me. Urſino, Mediolanen. Primatus 11. Decemb. 1699. §. Nec ad minuendum, coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & 15. Februarii 1700. §. Concurrente, coram eodem, 14. Februarii 1701. §. Prodiſſe, cor. R.P.D. meo Scotto, & 5. Maji 1702. §. Nec ad minuendum, & ſeq. cor. R.P.D. meo Priolo, ſuper qualitate Agnatitia 18. Junii 1703. §. Rurſus, coram R.P.D. meo Scotto, & §. Confirmatur, & ſuper dubio filiorum familias ſub iiſdem die, & anno §. Corroboratur etiam ſeqq. coram eodem, Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1701. §. Excedendo, coram R.P.D. meo de la Tremoille, & 4. Maji 1703. §. Sublata, cor. R.P.D. meo Priolo, & 7. Martii currentis anni §. Aſſumptis, coram R.P.D. meo Kaunitz, & in Mediolanen. Præpoſituræ 3. Martii ejuſdem Menſis, & Anni §. Comperto in fine, coram R.P.D. meo Anſaldo.*

Reſponſione non attenta, quod alia vice filius cum Patre non præſentaverit, quia cum non probetur, filium voluiſſe præſentare, fuiſſe repulſum, & repul-
22 ſioni acquieviſſe, ſimplex negligentia, aut omiſſio præſentationis qualitatem gentilitiam non excludit, ut proſequuntur mox allegatæ deciſiones ſignanter *Rot. in dicta Mediolanen. Primatus ſuper dubio filiorum familias 18. Junii 1703. §. Non adverſante, coram R.P.D. meo Scotto.*

Quarta Præſentatio anni 1649. eſt pariter clara, & habet pro ſe expreſſionem, quòd Beneficium erat de Jurepatronatus Familiæ de Sinigardis, factum in Edicto ab Ordinario affixo, in præſentatione Jacobi de Sinigardis, & in Sententia Inſtitutionis ab Ordinario lata, Quæ expreſſiones factæ oc-
23 caſione Præſentationis effectuatæ, optimè convincunt qualitatem gentilitiam Juriſpatronatus, ut de expreſſionibus factis à Patronis in eorum præſentationibus, in ſpecie *Rota coram Priolo de-*

 ciſ.

ciſ. 159. num. 8. in Camer. Cappellania 31. Martii 1701. §. Confirmatur, cor. R. P. D. meo de la Tremoille, & 4. Maji 1703. §. Sublata, coram R. P. D. meo Priolo, Faventina Beneficii 11. Decembris 1701. §. Ex qua præſentatione §. Accedit, & §. Subſequitur, coram R. P. D. meo Caprara, Foſſanen. Juriſpatronatus 12. Martii 1703. §. Accedente, coram eodem, & in Mediolanen. Juriſpatronatus ſuper qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Conſonat, coram R. P. D. meo Scotto. Et de Sententia præſertim in Judicatum tranſacta, &
24 effectum ſortita, in individuo *Rota in dicta Faventina Beneficii 11. Decembris 1701. §. Nihilominus, & ſeqq. cor. R. P. D. meo Caprara, & 2. Julii 1703. §. In qua, & §. Nec qualitas, coram R. P. D. meo Caſſarello, Foſſanen. Juriſpatronatus 12. Martii 1703. §. Accedente, coram R. P. D. meo Caprara, in Mediolanen. Primatus ſuper qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Omnem, coram R. P. D. meo Scotto, Aſculana Juriſpatronatus 26. Januarii 1703. §. Fortius, coram eodem, Camer. Cappellania 31. Martii 1701. §. Et his conſonat, coram R. P. D. meo de la Tremoille, 4. Maji 1703. §. Sublata, cor. R. P. D. meo Priolo, & 7. Martii currentis anni §. Aſſumpti, & §. Non obſtat, cor. R. P. D. meo Kaunitz.*

Quinta Præſentatio anni 1663. habet pro ſe Sententiam declarantem conſtare de Jurepatronatus illorum de Singardis, quæ Sententia gentilitiam Juriſpatronatus qualitatem pariter oſtendit, quamvis in ea non ſit facta mentio familiæ, cum idem ſit dicere *de Jurepatronatus illorum de Singardis*, ac *de Jurepatronatus familiæ de Singardis*, nam vis non ſtat in nomine familiæ, ſed in ex-
25 preſſione proprii cognominis *de Singardis*, quæ conſideratam fuiſſe agnationem denotat, & volitum Juſpatronatus familiare, & gentilitium, in individuo *Card. de Luca de Jurepatr. diſc. 35. n. 4. verſ. tertio, Rot. in rec. dec. 679. num. 7. & 8. par. 18, in Faventina Beneficii 11. Decembris 1701. §. Subſequitur, coram R. P. D. meo Caprara, confirmata 2. Julii 1703. coram R. P. D. meo Caſſarello, & in Mediolanen. Primatus ſuper qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Deſcendo, coram R. P. D. meo Scotto.*

Sexta demum præſentatio anni 1669. eſt pariter clariſſima, cum in Edicto ab Ordinario affixis expreſſum fuerit Beneficium, de quo agitur, eſſe de Jurepatronatus familiæ *de Singardis*, factaque præſentatione in Perſonam Dionyſii Singardi, iſte in reprodu-
26 ctione Edicti taſſus fuit, Beneficium eſſe de Jurepatronatus ejus familiæ, dedit articulos idem continentes, induxit Teſtes, eoſque examinare fecit ſuper pertinentia Juriſpatronatus ad illos de Familia de Singardis, produxit omnes ſtatus præcedentes, hoc idem comprobantes, & demùm uniformem ſententiam inſtitutionis obtinuit; Ex quibus cum perfectè proba-
27 ta dicatur qualitas gentilitia, non poteſt illa hodie amplius impugnari, & controverti, præſertim, à Gratiano, & Cordella, qui cum à dicto Dionyſio cauſam habeant, ejus facto, & confeſſioni contravenire non poſſunt, in ſpecie *Card. de Luca de Jurepatr. diſc. 12. num. 7. Rot. coram Dunozett. Jun. deciſ. 798. in fin. Zarat. dec. 2. num. 9. Faventina Beneficii 11. Decembris 1701. §. Habetur, coram R. P. D. meo Caprara, Foſſanen. Juriſpatronatus 12. Martii 1703. §. Et magis coram eodem, & 14. Decembris ejuſdem anni §. Et clarior, cor. R. P. D. meo Caſſarello, Mediolanen. Primatus ſuper qualitate agnatitia 18. Junii 1703. § Quinto comprobata, coram R. P. D. meo Scotto, & ſuper dubio Ignobilium 15. Junii ejuſdem anni §. Quod autem, & ſeq. coram eodem, & ſuper dubio filiorum familias 18. Junii 1703. §. finali, coram eodem.*

Nec quicquam relevat, quòd tales actus fuerint geſti à Procuratore Dionyſio, qui eidem præjudicare non valent; Quoniam cum ex præcedentibus ſtatibus ſuperius relatis conſtet de qualitate gentilitia Juriſpatronatus, nullum dicitur illatum præjudicium à Procuratore, qui non contravenit in expreſſione qualitatis ad formam præcedentium ſtatuum, cumque in ſequelam actuum à Procuratore geſtorum, & Sententiæ inſtitutionis obtentæ Dionyſius adeptus fuerit poſſeſſionem Juriſpatronatus, in eoque uſque ad mortem continuaverit, illi vel præ-
28 ſumuntur de ejus ordine geſti, vel approbati ob ſubſecutam poſſeſſionem

Be-

Beneficii, & effectuationem actuum ab eo geſtorum, ut pluribus relatis firmavit in puncto *Rota in dicta Comen. Cappellaniæ 4. Maji 1703. §. Minùs obſtat, cor. R.P.D. meo Priolo.*

Sicut non obſtat, quòd verba de Domo, & Familia de Sinigardis in ſupradictis ſtatibus expreſſa, ſint ſimplices enunciativæ Conſultorum, ſententiarum, & Teſtium, quæ dicuntur ſtare demonſtrativè, non taxativè, *ut in præterita mea deciſione §. Quod attinet*; Etenim prædicti ſtatus continent probationes effectivas, & Judiciales declarationes per teſtes, vota Conſultorum, & Sententiarum Ordinariorum, non ſimplices enunciativas, nec verba dici poſſunt ſtare demonſtrativè, dum probata non fuit qualitas hæreditaria, ſed ſolùm deſcendentalis Familiæ, & enunciata fuit pertinentia Juriſpatronatus ad familiam, & illos de Sinigardis in genere, non in ſpecie ad aliquas particulares Perſonas, expreſſo
29 cognomine Familiæ earundem; in his enim terminis nunquam verba dici poſſunt ſtare demonſtrativè, ſed taxativè, ut egregiè diſtinguendo reſpondet objecto *Rota in dicta Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1701. §. Confirmatur, coram R.P.D. meo de la Tremoille, & 4. Maji 1703. §. Et ideo, cor. R.P.D. meo Priolo.*

His accedunt, tum confeſſiones emiſſæ à Gratiano, & Cardella occaſione vocationis anni 1693. in qua expreſſè fatentur controverſum Beneficium eſſe de Jurepatronatus familiæ de Sinigardis *d. Sum. Fratrum de Sinigardis*
30 *ſtatu 8. litt. A. uſque ad F.* quæ confeſſiones contra ipſos confitentes pleniſſimum probationis gradum conſtituunt, in individuo *Rota poſt Vivian. de Jurepatr. dec.41. num.3., & coram Buratt. dec.183. n.2. & ſeqq. & dec.792. per tot., & in Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Et multo magis, coram R.P.D. meo Caprara, Mediolanen. Primatus 5. Maji 1702. §. Et iſta, coram R.P.D. meo Priolo, ſuper qualitate agnatitia, 18. Junii 1703. §. Quinto comprobata, cor. R.P.D. meo Scotto, & ſuper dubio filiorum familias ſub iiſdem die, & anno §. fin., & ſuper dubio agnobilitatis 15. Junii ejuſdem anni §. Quòd autem, & ſeq. coram eodem*. Tum etiam nunquam facta articulatio, nec aliqua
31 mentio in tot ſtatibus qualitatis hæreditariæ, cum unicè in eis fuerit articulata, & probata qualitas deſcendentalis, ut in terminis ponderat *Gratian. diſcept.521. n.33. & ſeqq. De Luca de Jurepatr. diſc.23. num.6. Rot. in Florentina Juriſpatronatus de Ricaſolis apud Vivian. de Jurepatr. lib.4. cap.1. poſt num.71. §. Quoad tertium, & poſt eundem dec.41. num.10. Mediolanen. Primatus ſuper qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Ulterius, coram R.P.D. meo Scotto*; Tum demum Præſentationes per duo ferè ſæcula factæ à ſolis maſculis Agnatis de Familia Sinigardorum, & effectum ſortitæ abſque ulla fœminarum, & extraneorum mixtura, quod
32 pariter urgentem facit præſumptionem, Juſpatronatus eſſe gentilitium, cum non ſit veriſimile in tam longo temporis intervallo, nullam adfuiſſe mixturam cognatorum, vel extraneorum, aut fœminarum, in individuo *Card. de Luca de Jurepatr. diſc.23. n.6. Corradin. conſ.10. num.2. & 19. R.P.D. meus Anſaldus in Addit. ad dec.38. num.15. Rota in dicta Florentina de Ricaſolis apud Vivian. de Jurepatr. lib.4. cap.1 poſt n.71. coram Buratt. dec 183. num.11. & ſeqq., & in dicta Parmen. Juriſpatronatus §. Obſervantia, coram bo. me. Urſino, Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1701. §. Accedit, coram R.P.D. meo de la Tremoille, & 4. Maji 1703. §. Sublata, coram R.P.D. meo Priolo, in dicta Faventina Beneficii 1702. §. Subſequitur, coram R.P.D. meo Caprara, & 2. Julii 1703. §. Cui ſententiæ, coram R.P.D. meo Caſſarello.*

Minimè relevante, quod fœminæ non præſentaverint, quia extantibus maſculis, ipſæ ſunt à Statuto excluſæ. Quoniam cum intra tam longum temporis ſpatium, fœminæ, extranei, vel cognati potuiſſent ſaltem hæredes inſtitui, & ex Teſtamento ſuccedere, prout veriſimile eſt, quod fuiſſent aliquando inſtituti, ſi Juſpatronatus fuiſſet hæreditarium, Vel quod maſculi non fuerint in gradu, propter quem fœminæ excluderentur: Hinc ex quo ii, qui maſculi, & agnati non ſunt nunquam præſentarunt, nec ſucceſſerunt in hujuſmodi Jure-

33 patronatus arguitur hoc non provenisse ab excluſione ſtatutaria, ſed quia Juſpatronatus eſſet familiare, & gentilitium, ex firmatis per Rotam in *Comen. Cappellaniæ 4. Maji 1703. §. Prout quoque, coram R. P. D. meo Priolo*.

Probata ex ſtatibus huc uſque deductis, ex tàm longeva obſervantia,
34 & ex aliis, de quibus ſupra, qualitate gentilitia: nihil obeſſe valet ad eam offuſcandam, quod deficiente inſtrumento fundationis præſumptio ſiet pro qualitate hæreditaria, ex adductis in *præterita mea deciſione §. Hæc autem*; Siquidem talis præſumptio hodie tollitur, Tum ex veritate in contrarium probata, quæ operatur, ut non ſit locus præſumptionibus, Tum etiam ex quo ſumus in Jurepatronatus antiquiſſimo, in quo locum non habet dicta præſumptio, ſed potius contraria,
35 quod ſit gentilitium ad evitandas illas inextricabiles quæſtiones conſideratas per *Gloſſ. in Clement. plures eodem. V. de Jurepatr. & tradit Rot. cor. Priolo dec. 159. num. 20. & in Bononien. Beneficiorum 28. Junii 1692. §. Qualitas coram bo. me. Urſino, & in Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1701. §. Non enim, coram R. P. D. meo della Tremoille, & in Mediolanen. Prioratus ſuper qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Probata, coram R. P. D. meo Scotto*.

Prout nihil urget, quod qualitas hæreditaria Juriſpatronatus reſultet ex concordia inita de Anno 1547., ut *in eadem mea deciſione §. Tantum abeſt, & pluribus ſeqq.* Etenim quicquid ſit de ſubſiſtentia deductorum *in d. deciſione*, Solida DD. viſa fuit reſponſio, quod etiam data qualitate hæreditaria vigore ſupradictæ tranſactionis, cum ex poſt per ſpatium ferè duorum ſæculorum ſupervenerint ſex præſentationes factæ ab illis de familia Sinigarda, prævio examine Teſtium, & votis Conſultoris, in Sententiis Inſtitutionis approbatæ, & admiſſæ, & ſtatim plenariæ executioni demandatæ, ex hoc novo facto inducta fuit obſer-
36 vantia, per quam Juſpatronatus de hæreditario immutavit naturam ſuam, & evaſit gentilitium, ut in ſpecie firmant *Franc. de Jurepatr. lib. 4. cap. 10. num. 28. & ſeqq. Rot. in rec. dec. 147. n. 1. & ſeqq. part. 4. coram Cerro dec. 670. n. 9. & 10. Bich. dec. 35. num. 19. Priol. dec. 46. num. 21. & dec. 159. num. 22. Faventina Beneficii 12. Decembris 1701. §. Ex quo præſentationes, coram R. P. D. meo Caprara, 2. Julii 1703. §. Et quatenus, coram R. P. D. meo Caffarello, & in Mediolanen. Prioratus ſuper qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. Sed quatenus, coram R. P. D. meo Scotto*; Potiſſimè quia Gratianus, & Cordelia habent cauſam ab illis, qui Juſpatronatus immutarunt, ac proindè eis permiſſum non eſt impugnare qualitatem gentilitiam huic Pa-
37 tronatui impreſſam, juxta authoritates ſupra relatas *§. Sexta demum*.

Et ad hunc effectum ſufficit ſolus lapſus 40. Annorum, ut proſequitur
38 *Rota coram Priolo dicta dec. 46. num. 1. & dec. 150. eodem n., & in Mediolanen. Prioratus ſuper qualitate agnatitia 18. Junii 1703. §. fin. coram R. P. D. meo Scotto*, cum ſtatus Beneficii dicti temporis ſpatio immutetur *ad Text. in cap.*
39 *cum de beneficio de Preben. in 6. Rota coram Dunozett. Sen. dec. 365. num. 1., Bich. dec. 118. num. 17. & in Barchinonen. Parochialis del Prat. 1. Decembris 1695. §. Expediti, coram bo. me. Urſino, & in Aſculana Juriſpatronatus 26. Januarii 1703. §. Non obſtat, coram R. P. D. meo Scotto*; Et tamen ex abundanti in præſenti hypotheſi concurrit ferè duplex centenaria, quæ apta eſt inducere præſumptionem novæ concordiæ,
40 vel alterius melioris tituli de mundo pro immutanda qualitate, & ſtatu beneficii, ut in ſpecie obſervat *R. P. D. meus Anſaldus in addit. ad dec. 58. n. 26. ſub num. 27. verſ. verſus, & ſub num. 31. verſ. et retorquetur, Rota in Januen. Abbatiæ 27. Junii 1689. §. Hinc non eſt, coram Reverendiſſimo Zamoren. 10. Martii ejuſdem Anni, coram eodem, & 15. Junii 1693. §. Comprobata, & §. Cum ſubdito, coram R. P. D. meo Caprara, & in Caſertana Abbatiæ 4. Maji 1694. §. Adhuc, coram bon. mem. Benincaſa*.

Similiter obeſſe non valet pro excludenda qualitate gentilitia donatio Juriſpræſentandi anno 1583. facta à Dionyſio Thomæ ejus fratri Conſobrino, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, vel ultimus ſtatus anni

1693. in

1693. in quo Franciſcus Sinigardus fuit præſentatus à Gratiano, & Cordella uti Hæredibus Dionyſii; Etenim reſpectu donationis, ſeu ceſſionis, illa probatur totaliter ineffectuata, reſpectu vero ultimi ſtatus iſte pariter nihil præjudicat; Tum quia emanavit in poſſeſſorio, undè nihil præjudicare poteſt in præſenti hypotheſi, in qua
41 agitur de petitorio, & pro regulanda pertinentia pro futuris vacationibus, in ſpecie *Rota in rec. dec.* 284. *n.* 10. *part.* 1. Tum etiam quia in Judicio, ne dum adeſt Franciſcus, qui prædictam præſentationem reportavit, ſed etiam duæ ejus Sorores, quæ uti venientes ex perſona propria eu confeſſio, & factum Fratris non valet præjudicare *Poſth. de Manut. obſerv.* 32. *num.* 14. *Card. de Luca de Jurepatr. diſc.* 63. *num.* 19. *Adden. ad Gregor. dec* 417. *num.* 13. *in fin. Rot. coram Penia dec.* 32. *num.* 8. *Priol. dec.* 113 *num.* 30. *& dec.* 136 *num.* 4. *&* 16. *Corr. deciſ.* 645. *num.* 4.
42 Tum demum quia incontinenti conſtat de errore dicti ultimi ſtatus ex Inſtantiis factis à Gratiano, & Cordella, in quibus aſſeritur Beneficium eſſe de Jurepatronatus Familiæ de Sinigardis, ex edicto ordinarii, & ſententia Inſtitutionis, in quibus hoc
43 idem clariſſimè exprimitur. Proindeque ſi omnes actus facti in dicto ultimo ſtatu, & ipſamet Sententia Inſtitutionis ſunt conformes ſtatibus præcedentibus, & oſtendunt Juſpatronatus eſſe gentilitium Familiæ de Sinigardis: Votum Conſultoris in quo dicitur Juſpatronatus pro medietate ſpectare ad Gratianum, & Cordellam titulo hæreditario Dionyſii detegitur manifeſtè erroneum, & nullius
44 efficaciæ, cum exiſtentibus adhuc illis de familia, Juſpatronatus Gentilitium non poſſit immutari in hæreditarium, in puncto *Tondut. reſol. benef. part.* 3. *reſol.* 157. *n.* 39.

Et ità DD. ex hoc facto noviter juſtificato, utraque Parte acerrimè informante, receſſerunt à Deciſis &c.

R. P. D. MUTO.

Hipporegien. Beneficii

Lunæ 11. *Februarij* 1704.

ARGUMENTUM.

Deciditur pro validitate Proviſionis Beneficii tamquam de ſæculari ex ultimo ejuſdem ſtatu, qui pleniſſimè examinatur. Adducitur ad tuendum Poſſeſſorem Regula de triennali Poſſeſſione, & attenditur pro tempore dimittendo Reſignatarium ad ſui favorem enumerare tempus, quo poſſedit reſignans.

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apoſtolicæ ſuper falſa narrativa emiſſæ ſubreptionis vitio laborant, & ita non debent exequi, ſed intrat Judicis arbitrium pro retardanda illarum executione.*

2 *Proviſio Beneficii uti de ſæculari ſuſtinetur in vim ultimi ſtatus per multum temporis abſque contradictione obſervati, reſervata ulteriori cognitione ad Petitorium pro futuris vacationibus*, & n. 5.

3 *Etiam contra proviſum Apoſtolicum.*

4 *Quando verſatur quæſtio ſuper ſtatu, & qualitate Beneficii, nempe an ſit ſæculare, vel regulare, ſi impetrans juſtificaverit anteriorem ſtatum legitimè impreſſum, non attenditur ultimus, niſi iſte probetur legitimè præſcriptus.*

5 *Sed hoc procedit, quando quis venit contra ultimum ſtatum re integra, non verò quando gratia jam executa eſt, nam tunc probationes pro firmanda qualitate Beneficii in Petitorio non præjudicant proviſioni bona fide factæ, executæ, & conſummatæ in vim ultimi, & penultimi ſtatus obſervati.*

6 *Quando agitur de ſimplici ſtatu Beneficii in Petitorio, & principaliter de illius qualitatibus ad effectum mutationis ſtatus ejuſdem de ſæculari in regularem, ſi ultimus ſtatus non ſit legitimè præſcriptus, non attenditur in concurſu antecedentis legitimè impreſſi.*

7 *Quando verò eſt controverſia inter proviſos à Sede Apoſtolica, & ſuper executione Literarum Apoſtolicarum ultimus ſtatus ſufficit ad juſtificandam*

Gra-

Gratiam de facto, & ad hoc, ut rejecta qualitatis quæſtione ad Petitorium, ad tenorem ultimi ſtatus judicari debeat.

8 *Maximè quando lis non eſt inter collatores, ſed inter proviſos, & ultimus ſtatus excedit quadragenarium, nam tunc pro ſubſiſtenda collatione jam facta ſtatus tam longævus exuberat.*

9 *Probationes contra ultimum ſtatum pro retardando illius effectu debent eſſe clariſſimæ, & deſumi ab Inſtrumento publico, re judicata, vel confeſſione Partis, contra quas nihil obiici poſſit.*

10 *Enunciativa in hac materia non concludunt, cum non poſſint æquipollere Inſtrumento publico, rei judicatæ, & confeſſioni Partis.*

11 *Et Enunciativa, quod quis ſit Commendatarius Prioratus, nulla facta expreſſione regularitatis, tanquam æquivoca nihil prodeſt.*

12 *Beneficium cum poteſt dari in Commendam, etiamſi non ſit regulare, puta quia quis habet duo Beneficia ſæcularia cum Cura Animarum, quo caſu, ut utrumque obtineri poſſit, alterum ex iis dari ſolet in Commendam.*

13 *Sicut enunciativæ nimis generales, & procedentes ab Actibus, qui non oſtenduntur effectuati nihil probant in hac materia.*

14 *Et multo minus probant, ſi doceatur de poſitiva ineffectuatione illarum.*

15 *Prout ſi ſint erroneæ, & variæ, ac ad Partis ſupplicationem emanaverint.*

16 *Clauſula* ſicut accepimus *in literis Apoſtolicis adjecta, de per ſe nihil concludit, ſed aliam probationem deſiderat.*

17 *Enunciativæ regularitatis deſtruuntur, ex quo teſtes deponant beneficium carere Conventu, & in eo nunquam habitaſſe Monacos.*

18 *Pro conſtituenda qualitate regularitatis requiritur Eccleſiam per quadraginta Annos à regularibus fuiſſe gubernatam.*

19 *Depoſitiones teſtium producens tenetur illas approbare, nec eis valet ampliùs impugnare, ſed contra ipſum plenam probationem faciunt.*

20 *Regula triennalis reddidit tutum proviſum Apoſtolicum, à quibuſcunque moleſtiis tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, ſi nec ſimoniacus, nec intruſus fuerit.*

21 *Quæ regula ſicuti juvat reſignanti, ita etiam juvat reſignatario.*

22 *Amplius etiamſi ſimus in Beneficiis exemptis, reſervatis, vel debitis certo generi perſonarum.*

Poſſeſſio triennalis Beneficii inducit præſumptionem validitatis tituli, & ſuperventæ diſpenſationis, ibid.

23 *Poſſeſſor triennalis ad hoc, ut ſit tutus, neceſſe eſt, quod habeat ſaltem titulum coloratum.*

24 *Titulum coloratum tribuit ſolum proviſio facta à Papa, vel ab Ordinario, non à Nuncio Apoſtolico, qui exceſſit ſuas facultates.*

25 *Nec à Cardinali Indultario.*

26 *Contra, quando Nuncius, & Cardinalis Indultarius poſſidens ſervata forma ſuarum facultatum.*

27 *Auctoritates contraria declarantur.*

28 *Poſſeſſio Beneficii regularis capta à ſæculari irrita eſt, & nulla, & pro vacuo ad quemcumque effectum habetur, cum ei reſiſtat Concilium Tridentinum habens decretum irritans.*

29 *Contra, quia excepto caſu reſervationis clauſa in corpore Juris, aut Simoniaci ingreſſus, expreſsè in regula triennali præſervato, decretum irritans non afficit poſſeſſorem triennalem,* &. num. 31.

30 *Et hoc procedit etiam adverſus omnes reſervationes promanantes à regulis Cancellariæ, licèt illa munita ſint clauſula* ſublata, *& decreto irritanti.*

31 *Deciſio contraria explicatur.*

32 *Ubi non concurrit ſimplex poſſeſſio triennalis, ſed decennalis, & ultra, præſumitur titulus validus etiam contra Decreta Concilii Tridentini.*

33 *Ex triennali poſſeſſione non inducitur ſola præſumptio diſpenſationis, ſed ſæcularizationis, vel cujuslibet alterius melioris tituli de mundo.*

34 *Poſſeſſor Beneficii poteſt ſe tueri ex regula triennali cum poſſeſſione ſui Auctoris.*

35 *Contra quod regula de triennali ſit Perſonalis, & Poſſeſſori tantum ſuffragetur, non autem tranſeat ad ſucceſſorem.*

36 *Limita, quando Poſſeſſor non eſt de novo proviſus, ſed eſt reſignatarius, qui meruit ſuum Jus ab Anteceſſore reſignante.*

Quia reſignans, & reſignatarius pro una, eademque perſona reputantur, ibid.

37 *Impetrator Beneficii certo modo habilis, cum expreſſione nempe quod beneficium alteri collatum non ſit ſæculare, ſed regulare, tenetur narrativam ad unguem verificare.*

38 *Item ſi plenè veritatem narratam non juſtificet ejus gratia remanet inexequibilis, non curatis Juribus Rei, & Poſſeſſoris, cui ſufficit vincere per non Jus Actoris.*

39 *Commenda ceſſat per proviſionem in titulum.*

40 *Etiamſi proviſio fuiſſet nulla, ſi proviſus poſſedit per longiſſimum tempus.*

41 *Nullitas gratiæ amplius deduci non poteſt, poſt triennalem poſſeſſionem.*

§. II.

VAcato de anno 1644. per obitum Caroli Caſtelli Prioratu Sancti Petri de Naviliano Hipporegien. Diœceſis, illius collatio à Nuncio Taurinen. facta fuit in perſonam Petri Franciſci Burræ, qui adepta ejuſdem Beneficii poſſeſſione, illud ſpatio quatuordecim annorum, pacificè retinuit, & ſucceſſivè in manibus Sedis Apoſtolicæ reſignavit, à qua ſibi conferri obtinuit Jo: Andreas Burra, captaque illius poſſeſſione, in ea abſque contradictione per ſpatium annorum 42. continuavit, donec de anno 1700. ad favorem Ludovici de Comitibus reſignavit, expeditiſque ab eo literis Apoſtolicis, præfati Beneficii poſſeſſionem adeptus eſt.

Prætendens autem collationes controverſi Beneficii, ſeu Prioratus tanquam de ſæculari, tam à Nuncio Taurinen., quàm à Sede Apoſtolica factas eſſe nullas, & Beneficium adhuc vacare per obitum ſupradicti Caroli Caſtelli, Joſeph Matthæus Paſtoris, ſub narrativa, quod Prioratus eſſet Regularis, ac ſolitus provideri in Commendam, illum ab Apoſtolica Sede ſibi conferri obtinuit, introductoque Judicio coram A.C. ſuper executione literarum Apoſtolicarum, favorabilem ſententiam reportavit, ſed diverſam ſortem expertus eſt in hoc Sacro Tribunali; nam delegata mihi Cauſa appellationis, cum clauſula — *Parte literis, arbitrio Rotæ* — datoque ad tenorem Commiſſionis dubio in hodierna Audientia, prodiit reſponſum — *Intrare arbitrium pro retardatione literarum Joſephi Matthæi.*

Expreſſit enim Joſeph præfatus Summo Pontifici proviſionem à Ludovico obtentam eidem ſuffragari non poſſe, ex quo Prioratus, de quo agitur, eſſet Regularis Ordinis Canonicorum S. Auguſtini, quodque uti ſæcularis fuerit collatus à Nuncio Taurinen., & à Sede Apoſtolica, proindeque nullis exiſtentibus omnibus his collationibus, dictus Prioratus de tempore impetrationis à Joſepho factæ vacaret ob ceſſationem Commendæ olim factæ Carolo Caſtello; Quæ narrativa cum in omnibus ſuis partibus detegatur in-
1 ſubſiſtens, & falſa, literæ Apoſtolicæ ſuper ea innixæ, vitio ſubreptionis infectæ remanent, & conſequenter exequi non debent, ſed intrat arbitrium Judicis pro illarum executione retardanda *Rota in recent. dec. 351. num. 32. par. 16. & dec. 148. num. 3. & 4. par. 19. Aſculana Parochialis 27. Junii 1681. §. Unicum, in fine, coram bo. mem. Albergato, Aſculana Beneficii 5. Martii 1700. §. Conſtitit, coram Me, Aſculana Beneficii, ſeu Abbatiæ 8. Martii 1700. §. Secundum, coram R.P.D. meo Anſaldo, & 22. Junii 1701 §. Probata, coram Me, & in Polentina Theſaurariæ 4. Junii 1703. §. Agnoverunt, coram R.P.D. meo Kaunitz.*

Et ſanè inſubſiſtens eſt exceptio, quod Ludovico de Comitibus opitulari non poſſit gratia, ſive proviſio à Sede Apoſtolica reportata; quia cum Ludovicus obtinuerit ad ejus favorem reſignari controverſum Prioratum, tanquam ſæcularem ad formam expreſſionis, & proviſionis antecedenter, nempè uſque de anno 1644. factæ à Nuncio, & de anno 1658. à Sede Apoſtolica, collatio Beneficii de anno 1700. in perſonam ejuſdem

2 ſtatum Ludovici uti de ſæculari facta à Papa, ſecuta dicitur juxta ultimum ſtatum ſpatio annorum 57. abſque ulla contradictione obſervatum, qui unicè in hac materia attendi debet, reſervata ulteriori cognitione ad petitorium, & pro futuris vacationibus juxta *Text. in cap. Conſultationibus de Jurepatr.*, de quo ad effectum ſubſtinendi proviſionem Beneficii uti de ſæculari *Card. de Luc. de Beneſ. diſc.63. n.11. Rota dec.2. de Præben. in novis, coram Gregor. deciſ.77. num.9. Bich. dec. 433. ſub num.16. & ſeqq., & in rec. deciſ.154. ſub n.3. part.1. dec.65. n.14. part.11. & dec.215. n.1. & ſeqq. part.15., & in Celſonen. Præpoſitura 2. Decembris 1693. §. Neque hoc, & 14. Junii 1694. §. fin. coram Reverendiſs. D. meo Decano*, etiamſi agatur contra
3 Proviſum Apoſtolicum. *Deſiderius Gualdo in ſua deciſione impreſſa inter alias Terruſen. deciſ.54. ex num.3. lib.2. Rota coram Bich. d. deciſ.432. num.27. & ſeqq. in Aſculana Parochialis 5. Junii 1684. §. Sed omnino, coram bo. me. Benincaſa, Mediolanen. Præpoſitura 16. Novembris 1691. §. At prorſus, & 4. Julii 1692. §. Fundamentum, coram Reverendiſs. D. meo Decano, & 18. Maji 1695. §. Mox, coram Me, Iſclana Beneficii 16. Martii 1696. §. Et quidem, & 14. Junii ejuſdem anni §. Joſeph, coram R.P.D. meo della Tremuille, Aſculana Beneficii, ſeu Abbatiæ 8. Martii 1700. §. Obſtitit, coram R. P. D. meo Anſaldo, Mediolanen. Cappellaniæ 9. Maji 1701. §. Mauritius, & ſeqq. coram R.P.D. meo Priolo, & in Melevitana Juriſpatronatus 31. Martii 1701. §. Ex his, coram R.P.D. meo Scotto.*

Nec obſtat, quod quando quæſtio verſatur ſuper ſtatu, & qualitate Beneficii, nempe, an illud ſit Regulare, vel Sæculare, tunc ſi impetrans juſtificavit anteriorem ſtatum legitimè im-
4 preſſum, non attendatur ſtatus ultimus contrarius, niſi iſte probetur legitimè præſcriptus, ut individuo firmant *Gratian. diſcept 574. num.10. & ſeqq. Tondut. reſol. beneſic. part.3. cap. 166. num.13 & ſeqq.*, ubi quòd ita reſolutum fuit *Lotter. de re beneſic. lib.1. quæſt.34. n.33. & ſeqq. Corrad. in ſua egregia annot.304. n.13. & ſeqq. Addit. ad Gregor. deciſ.77. num.2. verſ. prædictis, Addit. ad Pamphil. dec.339. num.6. verſ. notabiliter*, & magiſtraliter *Rot. coram Pyt. dec.1435. & dec.1487. coram Emerix. Jun. dec.550. §. fin., & in recent. deciſ.308. num.6. & ſeqq. par.1. dec.737. num.6. par.2. dec.41. n.1. par.4. dec.106. num.4. cum duobus ſeqq. par.16. & in Auguſtana Beneficii 12. Januarii 1693. §. fin. coram bo. me. Benincaſa, Celſonen. Præpoſitura 2. Decembris 1693. & 14. Junii 1696. §. Tanto evidentius, coram Reverendiſs. D. meo Decano.*

Etenim, cum Joſeph Matthæus non veniat contra ultimum ſtatum re integra, & ante executam gratiam Ludovici, in quibus terminis procedunt authoritates in objecto allegatæ, ſed idem Joſeph à Sede Apoſtolica per impetrationem proviſus concertet contra alium Proviſum Apoſtolicum, cujus gratia jam executa eſt, & per actualem poſſeſſionem ab ipſo captam ad ſuum conſummatum effectum perducta; in his terminis, Ludovicus poſſeſſor, qui habet aſſiſtentiam ultimi, & penultimi ſtatus ſpatio annorum 57.
5 obſervati, moleſtari non poteſt cum exceptione ſtatus anterioris etiam ſuperlativè demonſtrati, quia probationes illum adſtruentes opitulari quidem valebant pro firmanda Beneficii qualitate in petitorio, & pro regula futurarum vacationum, ſed deſervire neutiquam poſſunt ad irritandam proviſionem bona fide factam, executam, & conſummatam, ut diſtinguendo explicant *Mareſcott. var. reſol. lib.1. cap.55. n.49. & ſeqq. Lotter. de re Beneſ. lib.1. quæſt. 34. num.26. cum dub. ſeqq. Ciarlin. contr.107. num.11. & ſeqq. & ſignanter numer.15. & 16. De Luc. de Beneſ. diſcurſ.36. num.112. Addit. ad Gregor. deciſ.77. num.12. verſ. & circa Rot. diverſ. dec.167. num.10. par.2. in recent. dec.435. num.4. par.3. coram Priol. deciſ.38. num.7. Mediolanen. Præpoſitura 16. Novembris 1691. §. In nihilo, & 4. Julii 1692. §. Fundamentum, coram Reverendiſs. D. meo Decano, & §. Atque & 18. Maji 1695. §. Et ſive, coram Me, in dicta Celſonen. Præpoſitura 2. Decembris 1693. §. Neque hoc, & 14. Junii 1694. §. fin., coram Reverendiſs. D. meo Decano*, & benè in Barchinonen. Parochia-

chialis del Prat. 2. Decembris 1695. §. Minuſque, cor. bo. me. Urſino, & in Celſonen. Beneficii 25. Januarii 1700. §. Neque, & §. Hæc tamen, cum ſeq. cor. bo. me. Jacometto.

Maximè, quia non agitur in præſenti de ſimplici ſtatu Beneficii in petitorio,
6 nec principaliter de qualitatibus Beneficii dubitari contingit ad effectum mutationis ſtatus illius, quo caſu ſi ultimus ſtatus non ſit legitimè præſcriptus, non attenditur in concurſu antecedentis ſtatus contrarii legitimè impreſſi; ſed unicè vertitur controverſia inter Proviſos à Sede Apoſtolica, & ſuper executione literarum Apoſtolicarum; Tunc enim inſpicitur ultimus ſtatus, qui ſufficit ad juſtificandam gratiam de
7 facto, & ad hoc, ut rejecta qualitate Beneficii ad petitorium ad tenorem ultimi ſtatus judicari debeat, ut in ſpecie diſtingunt *Calderin. conſ. 13. de prob. Addit. ad Barat. dec. 776. n. 17. & ſeqq. Rota in recen. dicto dec. 154. n. 2. 3. & 4.*, ubi conciliat contrarias *part. 1. Bich. d. deciſ. 433. n. 17.*, & *in cauſa Barchinonen. Parochialis del Prat. 13. Junii 1695. §. Et licèt alterius, & ſeqq. & 2. Decembris ejuſdem anni §. Expediti, & ſeqq. coram bo. me. Urſino, Mediolanen. Præpoſituræ 26. Novembris 1691. §. Ac proinde, coram Reverendiſs. D. meo Decano, & 18. Maji 1695. §. Minor, coram Me, & §. Et fine.*

Eoque fortiùs, quandò non agitur inter Collatores, ſed inter Proviſos, & ultimus ſtatus non eſt modici temporis, ſed excedit quadragenarium,
8 hoc enim in caſu pro ſuſtinenda collatione jam facta ultimum ſtatum tam longævum exuberat *Corrad. in prax. benef. lib. 1. cap. 6. num. 321. verſ. & in terminis cum ſeq. Gonzal. ad regul. 8. §. 7. ſub num. 27. verſ. quartus etiam*, & admittit etiam *Rota coram Pyn. deciſ. 1355. n. 4. dec. 1435. num. 5. & 6. & dec. 1487. n. 4.*

Poſito autem nos verſari in caſu, in quo incidentèr tractatur de qualitate Beneficii, quodque agatur de literis Apoſtolicis à Lodovico obtentis, & plenarè effectum ſortitis per actualem Beneficii poſſeſſionem ab ipſo adeptam, non eſſet ulterius quærendum, nec examinanda probationes à Joſepho impetrante adductæ, quarum diſcuſſio ad judicium petitorium eſt remittenda, verum ex abundanti conſiderabant Domini, probationes non eſſe talis naturæ, quæ infringere poſſent ultimum ſtatum, cum pro retardando illius effectu probationes ad-
9 verſativæ debeant eſſe clariſſimæ, & deſumi ab Inſtrumento publico, re judicata, & confeſſione Partis, contra quas, nihil, quod illas diſcoloraret, objici poſſit, ut proſequuntur in terminis mox allegatæ authoritates, ſignanter *Rota coram Bich. citata deciſ. 433. num. 29. & 30.*, ubi agebatur de ſtatu beneficii ſæcularis, vel regularis, & *in recen. deciſ. 215. num. 8. 25. & 26. part. 15. & in dicta Barchinonen. Parochialis del Prat. 13. Junii 1695. §. Dum igitur, & 2. Decembris ejuſdem anni §. Quapropter, coram bo. me. Urſino*, quæ omnes loquuntur in ejuſdem terminis ſtatus beneficii regularis, vel ſæcularis, & *§. Lectorius, & ſeqq.*, ubi examinat authoritates in objectu allegatas, hoc idem firmantes, & conſentaneè *in dicta Mediolanen. Præpoſituræ 1691. §. Præſertim, & 4. Julii 1692. §. Certiùs, coram Reverendiſs. D. meo Decano, & 18. Maji 1695. §. Demùm, coram Me.*

Nulla ex his probationibus adducebatur in præſenti à Joſepho, nec alia ſimilia documenta, quæ indubiam, & ſuperlativam probationem conſtitue-
10 rent, ſed reſtringitur tota vis ad quaſdam enunciativas, quæ nihil concludunt in hac materia, cum æquipollere non poſſint Inſtrumento publico, rei judicatæ, & confeſſioni Partis clariſſimæ *Rota coram Gregor. dec. 77. n. 7. & 8. Mediolanen. Præpoſituræ 4. Julii 1692. §. Nec majorem, coram Reverendiſs. D. meo Decano, & 18. Junii 1695. §. In hypotheſi, & ſeqq. coram Me, & in Mediolanen. Juriſpatronatus 31. Martii 1701. §. Minuſque, coram R. P. D. meo Scotto.*

Fortiùs quia, proveniunt à principio erroneo, & infecto. Prima namque anni 1514. emanavit à quodam Franciſco de Monteferrato, qui erat Curatus Parochialis S. Mariæ, & Caſſiani, & in renovatione conceſſionis nonnullorum
11 bonorum, ſe enunciavit Commendata-

gium Prioratus S. Petri de Naviliano, nulla tamen facta expreſſione regularitatis, unde iſta nihil prodeſſe valet, tamquam æquivoca, in ſpecie *Rota coram Bich. citat. deciſ. 433. n. 16. verſ. hinc ad rem in Mediolanen. Præpoſituræ 4. Julii 1692. §. Majorem, coram Reverendiſs. D. meo Decano, & 18. Maji 1695. §. Quandoquidem, coram Me.* Beneficium enim, de quo res eſt, poterat obtineri in Commenda, non ex qualitate regularitatis, ſed quia Franciſcus poſſidebat aliud Beneficium cum
22 Cura Animarum, quo caſu, ut utrumque Beneficium obtinere poſſit, unum ex eis ſolet dari in Commendam, etiamſi ambo ſint ſecularia *Tondut. reſol. benef. par. 3. cap. 166. num. 9.*

Aliæ verò ſubſequentes enunciativæ nihil pariter relevant, quia originem traxerunt à prima anni 1514., ſunt nimis generales, prodierunt in actibus, qui non docentur effectuati, dum de Li-
23 terarum Apoſtolicarum expeditione, & ſubſecuta poſſeſſione documentum non datur, & propterea nihil probant, in ſpecie *Rot. cor. Bich. d. dec. 433. n. 15.* immò reſpectu illius anni 1618. oſtenditur contrarium, ex quo in Bulla Pauli V. narratur tunc Proviſo fuiſſe motam litem, & gratiam effectum ſortiri non
24 potuiſſe *Summar. replicationis Ludovici num. unico*, ſicque probata in effectuatione nullum ſuper his actibus fieri poteſt fundamentum *Rota in dicta Mediolanen. Præpoſituræ 4. Julii 1692. §. Adhuc, coram Reverendiſs. D. meo Decano, & 18. Maji 1695. §. Inſuper, & ſeq. coram Me.* Rurſus ſunt erroneæ, & variæ, quia enunciant Prioratum ſub ordine, & regula S. Be-
25 nedicti, quandò ad præſens aſſeritur eſſe ſub Inſtituto Regulari S. Auguſtini, & emanarunt ad Partis ſupplicationem, ut patet ex clauſula, *ſicut acceperimus*, quæ de per ſe nihil concludit, aliam-
26 que probationem expectat *Rot. coram Cerro. dec. 888. num. 10. cum duob. ſeqq. et recent. dec. 656. n. 2. & 3. par. 2. & in Bracharen. Parochialis coram bon. mem. Juſto apud Marcheſan. de Commiſſ. par. 1. §. 1. num. 3. & in Camerin. Juriſdictionis 11. Junii 1703. §. Et conſequenter, cor. R. P. D. meo Caprara*, ubi plures allegantur concordantes.

Quodque plus eſt prædictæ enunciativæ conquaſſantur, & penitus debilitantur à depoſitione duorum teſtium
27 Nobilium uſque ab anno 1581. examinatorum ad inſtantiam Cæleſtis Delphini præteniſi Commendatarii, uniformiter aſſerentium, Eccleſiam Sancti Petri de Naviliano non eſſe Beneficium curatum, carere Conventu, ibidemque de tempore examinis non habuiſſe, nec in præteritum habitaſſe Monachos, nec Regulares à tanto tempore, cujus initii memoria non extat, ex quo remanet excluſa qualitas regulari-
28 tatis, pro qua conſtituenda, requiritur Eccleſiam fuiſſe per 40. annos à regularibus gubernatam *Barboſ. de Epiſc. par. 3. alleg. 57. n. 168. Marg. de Benef. par. 1. cap. 2. num. 7. & ſeqq. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 8. num. 30. & ſeqq. Rot. cor. Pym. deciſ. 443. num. 4. Buratt. dec. 636. num. 1.*

Dictorumque Teſtium depoſitiones indubium revocari non poſſunt à Joſepho Matthæo, quia cum ipſe in hoc
29 Judicio eas produxerit, per talem productionem approbaſſe cenſetur, & ampliùs impugnari non valent, ſed contra ipſum plenam probationem faciunt *Deſiderius Gondo conſ. 1. num. 19. & 20. conſ. 3. num. 13. conſ. 6. num. 25. conſ. 8. num. 22. conſ. 15. num. 11. Rot. coram Priol. dec. 168. n. 4. Zarat. dec. 11. num. 16. Aſculana Fideicommiſſi, ſeu domus ſuper fructibus 4. Julii 1696. 3. Julii, & 10. Decembris 1698. in omnibus in princ. coram R. P. D. meo Pio, Nullitatis, ſeu Altamura Immiſſionis 17. Januarii 1701. §. Ratio, & §. Talemque, & 10. Februarii 1702. §. Poſſiſſimè, coram Me, Perusina liquidationis fructuum 16. Januarii currentis anni §. Nec dubitarunt, coram Me.*

Rurſus, ex alio capite reſultat validitas, & ſubſiſtentia gratiæ reportatæ à Ludovico, ex beneficio ſcilicèt regulæ de triennali, quæ ſicuti tuebatur Joannem Andream reſignantem, & vigore proviſionis Apoſtolicæ Prioratus pacificam poſſeſſionem, nedùm per triennium, ſed per annos quadraginta duos, à qui-
30 buſcumque moleſtiis, quæ illi tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio inferri poſſunt, etiam contra Joſephum Matthæum adducentem literas Apoſtolicas

ſuæ

ſue proviſionis, cùm nec ſimoniacus, nec intruſus fuerit, ut egregiè legitur in eadem regula in 36., & tradunt *Nicol. conſ. 17. num. 1. Caſtropal. Oper. Moral. tract. 13. diſput. 4. punct. 23. num. 9. Rot. coram Caſſador. dec. 5. n. 3. de Reſtit. ſpoliat. Verall. dec. 349. n. 5. par. 3. Pan. dec. 16. lib. 3. Mantic. dec. 50. num. 10. Cov. dec. 317. num. 4. Buratt. dec. 109. num. 9. & dec. 180. num. 1. & 2. & n. 16. Bich. dec. 597. n. 10. Celſ. dec. 392. n. 10. & ſeqq. Caril. dec. 131. num. 1. & in recent. dec. 148. num. 16. & dec. 231. n. 8. par. 16. dec. 413. n. 17. & plurib. ſeqq.*, ubi, quòd nec admittitur probatio infectionis tituli, *& deciſ. 608. num. 15. & 16. par. 19.* Ita operatur, ut ob pacificam poſſeſſionem triennalem, immò quadragenariam dictæ reſignationis, gratia Ludovici reſignatarii nullo mo-
21 do valeat impugnari, cum poſſit allegare omnem meliorem titulum de mundo, quàm vigore ſolius triennalis poſſeſſionis, & multò magis quadragenariæ allegare valeret præfatus Joannes Andreas reſignans, juxta auctoritates inferius citatas in §. *Minime*, idque procedit etiamſi verſaremur in beneficiis exemptis, reſervatis, vel debitis certo
22 generi perſonarum, ex quo triennalis poſſeſſio inducit præſumptionem validitatis tituli, & ſupervenientis diſpenſationis *Gonzal. ad regul. 8. gloſ. 5. §. 8. num. 61. verſ. ſi verò*, ubi in terminis Beneficii commendati *Moreſan. var. lib. 1. reſol. 41. n. 23. & 24. Tondut. quaſt. Beneſic. par. 3. cap. 186. n. 6.*

Non obſtante, quòd ad hoc, ut tutus ſit Poſſeſſor triennalis, neceſſe
23 eſt, quod habeat ſaltem titulum coloratum, qualem tribuit ſolùm proviſio facta à Papa, vel ab Ordinario, habentibus de jure ordinariam poteſtatem conferendi, non verò proviſio
24 Nuncii, qui excedendo ſuas facultates tribuere non valet Proviſo titulum coloratum. *Rota in recent. dec. 258. n. 9. par. 12. dec. 197. num. 7. par. 16. dec. 198. num. 18. & ſeq. par. 17. dec. 231. n. 8. & 9. par. 18. & in Carthaginen. Beneficii 10. Februarii 1702. §. fin. coram Reverendiſs. D. meo Decano*, & in terminis Cardi-
25 nalis Indultarii conferentis beneficium regulare *Rota in rec. dec. 523. n. 83. par. 19.* Tùm quia, Joannes Andreas Burra, qui reſignavit Beneficium Ludovico anno 1658. fuit à Sede Apoſtolica proviſus, & vigore proviſionis Apoſtolicæ in pacifica poſſeſſione permanſit ſpatio 41. annorum, Tùm etiam quia, tunc ſolùm collatio facta à Nuncio non tribuit titulum coloratum, quando iſte providet beneficia, non habita priùs informatione valoris ſuper non exceſſu ducatorum 24. auri de Camera, contra formam propriarum facultatum, non verò quando Nuncius
26 providet ſervata forma, tunc enim collatio Nuncii dicitur facta authoritate Apoſtolica, & Proviſo ab eo ſuffragari debet regula, quæ generaliter loquitur, omneſque proviſiones complectitur, ut diſtinguendo tradit *Rot. coram Emerix. Jun. dec. 65. num. 4. & 5.* Nec quidquam obſtat *dec. 523. par. 19. recent.*, quia in caſu dictæ deciſionis, Proviſus non habebat poſſeſſionem
27 triennalem, immò proviſio facta fuerat ſub expreſſa conditione, ut intra quatuor menſes, nova proviſio obtineretur à Sede Apoſtolica, ut habetur *in num. 81. verſ. quo verò uſque ad finem ejuſdem deciſionis.*

Minùs obſtat, quod Sæculari poſſidenti Beneficium Regulare reſiſtat diſpoſitio Sacri Concilii Tridentini unâ cum clauſula ſublata, ac decreto irri-
28 tanti, ex quo oritur, quod quæcumque poſſeſſio capta à ſæculari de Beneficio regulari irrita, & nulla ſit, & pro vacuo ad quemcumque effectum habeatur *Rota in Tranen. Præceptoriæ 2. Junii 1690. §. Nec dicta, coram bo. me. Urſino*; Etenim excepto caſu reſervationis clauſæ in corpore juris, aut Simoniaci ingreſſus, expreſsè in regula præſervato, in aliis caſibus vera, & conſtans opinio eſt, quod decretum
29 irritans non efficit, ut triennalis poſſeſſor ſua poſſeſſione juvari non poſſit *Dian. reſol. moral. tom. 3. tit. de diſpenſat. reſol. 170. n. 17.*, & quod dicta regula habeat locum adversùs reſervatio-
30 nes promanantes à Regulis Cancellariæ, licèt omnes illæ muniiæ ſint clauſula ſublata, ac decreto irritanti *Kerhier. ad regul. de triennal. num. 85. Sanchez. conſ. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 34. num. 5. Rota coram Pan. dec. 1004. num. 7. verſ. atque hinc Bich. dec. 171. num. 2. & 3.*

& in recent. dec.345. n.12. par.17. in dicta Mediolanen. Præpositura 16. Novembris 1691. §. final. coram Reverendissimo Domino meo Decano, nec con-
31 tradicit *dicta decisio Treviren. coram bo. me. Ursino*, quia illa, de hac regula non loquitur.

Concilium Tridentinum verò, quidquid ſit, an operetur, ut titulus præſumptus à regula de triennali reſultans, ſit allegabilis; Urget reſponſio, quod ubi non concurrit ſimplex triennalis
32 poſſeſſio, ſed decennalis, immò 57. annorum, præſumitur titulus validus, etiam contra decreta Concilii Tridentini *Barboſ. ad Concil. ſeſſ.24. de reform. cap.17. n.51. in fine, & de Episcop. par.3. allegat.61. n.30.*, ubi plures individuales auctoritates refert.

Minimè relevante, quod titulus præſumptus à triennali promanans excludatur, ex quo reſignatio ad favorem Ludovici facta fuit de Beneficio, uti Sæculari, quod utique tali modo reſignatum non fuiſſet, ſi diſpenſatio præceſſiſſet, ſed reſignans ceſſiſſet Commendæ, prævia narrativa, quod ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica Beneficium ad vitam in Commendam retinebat, Quoniam ex trien-
33 nali poſſeſſione non inducitur ſola præſumptio diſpenſationis, ſed ſecularizationis, vel cujuslibet alterius melioris tituli de mundo, qui vigore illius eſt allegabilis, *Rota cor. Molinen. dec.15. num.1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Arbil. de Graſ. dec.14. num.2. & ſeqq. de probat. Seraphin. deciſ. 316. num.2.*

Probato ex his, Triennalem in caſu, de quo agitur, habere locum ad tuendum Poſſeſſorem, non relevat, Ludovicum pacificè per Triennium Beneficium, de quo agitur, non poſſediſſe; ſiquidem ad effectum, ut in-
34 tret regula præfata, non eſt neceſſè, Beneficiatum per ſe ipſum ſpatio triennii poſſediſſe, ſed juvari poteſt etiam poſſeſſione ſui Auctoris, juxta famigeratam allegationem *Lapi* 89. quam ſequuntur *Card. de Luc. de Benef. diſcur.91. n.7. & in Summ. n.240. Rota coram Pam. dec.352. n.3. & ſeqq. Seraphin. deciſ.316. num.2. Coccin. dec.475. num.4. & in rec. dec.254. num.7. par.1. & dec.39. n.1. par.16.*

Abſque eo quod obeſſe poſſit opinio contrarium ſentientium, quod nempe regula de triennali ſit perſona-
35 lis, & ipſi Poſſeſſori tantum ſuffragetur, non autem tranſeat ad ſucceſſorem *Gonzal. ad dictam regul. de triennali quæſt.13. num.9. & per totam*, ubi contrarium reſpondet, & dicit ita fuiſſe judicatum per *Rotam Azor. Inſtit. moral. tom.2. lib.7. cap.35. quæſt.4. Caſtropal. oper. moral. tom.2. tract.13. diſput. 3. punct.23. num.8. verſ. dixi, quos transmiſit Peleus in Commentar. Analitic. ad regul. Cancell. cap.35. ad regul. de triennali fol. mihi 114. à tergo §. Pacificus Poſſeſſor Bengaus, & Pingon. de Beneſic. §. Quarto ſolio mihi 443. num.13. & 14. Cohier. ad regul. de Triennal. n.85. §. Sed an titulus Paſtor de Beneſic. lib.3. cap. ultimo num.30. Rota cor. Zarat. dec.27. n.19. & ſeqq.*

Siquidem, cum Ludovicus non ſit novus Proviſus ex integro, nec veniat ex jure novo, & omninò independenter ab Anteceſſore, ſed Reſignatarius, qui metitur ſuum jus ab Anteceſſore Reſignante Poſſeſſore, nedùm triennali, ſed 42. annorum vigore litterarum Apoſtolicarum: in iſtis terminis
36 Beneficium regulæ de triennali, quantumcunque perſonale, tranſit ad ſucceſſorem, quia pro una eademque poſſeſſione, illa Reſignantis, & Reſignatarii conſideratur, & ſic ſucceſſor poſſeſſione ſui anteceſſoris ad hunc effectum juvatur, ut explicando *Lapum* tradunt *Mendoſ. in Addit. ad dict. alleg. 89. ejuſdem ſub verſ. & qui alias, & verſic. & concluditur, Marſcott. var. reſol. lib.2. cap.41. n.58. 59. & per tot. Rota coram Caſſador. dec.2. n.4. & 6., & dec.3. de cauſ. poſſeſſ., & propriet.* optimè *coram Cerill. dec 121. n.6., & 7., & in recentior. dec.213. n.17. par.6. dec.51. n.13. par.7., & dec.14. n.10. par.10.*

Hinc ſatis, ſuperque conſtat, falſam eſſe, & obreptitiam expreſſionem factam Pontifici à Joſepho Matthęo, quod Beneficium erat Regulare, quodque Ludovico Proviſo de eo, uti de Sæculari, gratia Apoſtolica non poterat ſuffragari, quam narrativam concludentiſſimè, & ſuperlativis probationibus juſtificare
37 tenebatur, eſt namque Impetrator certo modo, & odibilis, qui tenetur ad un-

unquam narrata verificare, ut plenè fir-
mavit *Rota in Barchinonen. Beneficii 14.
Aprilis 1698. §. Quamvis enim, coram
R. P. D. meo Anſaldo, & in Ilerden. Ar-
chidiaconatus 23. ejuſdem menſis, & anni,
coram Me*, adeout ſi plenè veritatem
narratam non juſtificet, ejus gratia re-
manet inexequibilis, non curatis juribus
rei, & poſſeſſoris, cui ſufficit vincere
38 per non jus actoris, *Gonzal. ad regul. 8.
Gloſ. 15. n. 121., & ſeqq.* benè *Rota co-
ram Dunozo deciſ. 278. num. 1. & per to-
tam*.

Præterea falſa eſt etiam narrativa in
alia parte, in qua expoſitum fuit Ponti-
fici controverſum Beneficium vacare
per ceſſationem Commendæ, nam cum
de eo proviſus fuerit in titulum à Sede
Apoſtolica, Joannes Andreas Burra,
qui illud poſſedit ſpatio annorum
42., & antea Petrus Franciſcus Burra,
qui per 14. annos poſſedit, dubio pro-
39 cul ceſſavit Commenda, quæ conſum-
pta remanſit per dictam proviſionem in
titulum *Gonzal. ad regul. 8. gloſ. 5. §. 8.
num. 61., Rot. coram Buratt. dec. 36. in fi-
ne, ubi Adden. litt. D. Cavaler. dec. 559.
num. 5.* etiam dato, quod ab initio Pro-
40 viſio fuiſſet nulla, dum nullitas non
eſſet amplius allegabilis ob ſubſecutam
pacificam poſſeſſionem ſpatio annorum
57. ut in fortioribus terminis, quod
nullitas gratiæ amplius deduci non poſ-
ſit poſt pacificam triennalem poſſeſſio-
41 nem *Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 5. §. 4. nu-
mer. 61. verſ. ſi vero Rota cor. Caſſador.
dec. 4. n. 5. de cauſ. poſſeſſ., & propriet. in
rec. dec. 154. num. 7. par. 1. dec. 148. n. 16.
& dec. 505. n. 18. par. 18.*

Et ita utraque &c.

---

*Facto verbo in Rota memorialium diei
14. Martii 1704. pro expeditione hujus
Cauſa, fuit reſcriptum* — Expedia-
tur —

R. P. D. MUTO.

Licien. Canonicatus

Lunæ 4. Maji 1705.

ARGUMENTUM.

Reſignatio Beneficii ſubſiſtit ad favorem Reſi-
gnatarii, conſtito de veritate narratorum, etiamſi
publicatio Bullæ Gregorianæ non fuerit ſecuta,
ob impedimentum præſtitum Reſignatario, ma-
ximè ſi facta fuit intra tempus prorogatum.
Nonnulla pro excluſione ſimoniacæ labis benè
expenduntur.

SUMMARIUM.

1 *Clericatus, & identitas proviſi, proba-
tur ex teſtimonio Ordinarii.*

2 *Expreſſio, quod reſignanti Beneficium re-
maneat unde poſſit vivere, non indiget
verificatione, ſi reſignans interim
mutatus eſt.*

3 *Et probatur ex teſtibus.*

4 *Valor beneficii probatur ex teſtibus, & ex
ſimili expreſſione facta à Collitigan-
te.*

5 *Verificatis omnibus expoſitis Papæ, & ju-
ſtificatis literis Apoſtolicis, iſtæ celeri-
ter debent exequi.*

6 *Faciens omnes diligentias pro publicatione
reſignationis Beneficii, ſi fuerit impedi-
tus, ſatisfecit ſuo muneri, & publica-
tio haberi debet pro facta.*

7 *Publicatio reſignationis Beneficii intra
tempus ad publicandum prorogatum fa-
cta valida eſt, & habetur, ac ſi facta
fuiſſet intra tempus à Conſtitutione
Gregoriana præfixum.*

8 *Ad effectum retardandi executionem lite-
rarum Apoſtolicarum juſtificatarum,
admittuntur ſolum exceptiones in con-
tinenti probatæ, non exceptio ſimonia-
cæ pravitatis non juſtificata.*

9 *Maximè in odium impetrantis, qui dicun-
tur odioſi piſcatores, & contra eos ri-
goroſè proceditur.*

10 *Opponentes crimen Simoniæ contra virum
bonæ famæ, gravatur onere rigoroſioris
probationis.*

*Nam Qualitas perſonæ omnem præſum-
ptam Simoniæ labem excludit*, ibi-
dem.

11 *Simoniaca conventio à qua fuit receſſum,*
non

non tollit validitatem reſignationis poſtea factæ, cum pactis, & conditionibus aſſertis.

12 *Simoniaca labes non probatur per teſtes deponentes de auditu à reſignante, qui non præjudicant reſignatario.*

13 *Sicut nec per teſtes de publica voce, & fama, qui non deponunt, ubi, quando, & à quibus famam ortum habuerit.*

14 *Nec etiam per teſtes deponentes de credulitate, quæ nihil probant.*

15 *Nec per teſtes nulliter, lite pendente, abſque juriſdictione examinatos, & quorum examen fuit à Signatura circumſcriptum.*

§. III.

RESignavit Alexander Turchius Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Lycien. Canonicatum Sanctæ Mariæ *dell' Alto, o Bagnara* favore Franciſci Palumbi, reſervata ſibi annua penſione ducatorum 20. auri de Camera, expeditiſque à Reſignatario literis Apoſtolicis, illiſque Ordinario Lycienſi præſentatis, pro earum executione inſtetit, ſed moras nectente Executore, coactus fuit Palumbus pluries, atque pluries inſtare pro Cauſæ expeditione, & à denegata juſtitia ad Sanctam Sedem appellare, eamdemque appellationem ab omnibus gravaminibus ſolemniter repetiit, dum timens ne laberetur tempus præſcriptum ad publicandam reſignationem, tam à Vicario, quam à Paroco petiit, ut publicatio fieret, ſed obtinere non potuit, ex quo Parocus aſſentire noluit ſub prætextu ſibi interdictę poteſtatis à Vicario, Vicarius autem conſtantiſſimè facultatem publicandi priùs Paroco, deindè Notario requirentibus denegavit, & in ſequelam appellationis interpoſitæ expedivit Palumbus in Tribunali Signaturæ Juſtitię citationem, cum inſerta commiſſione appellationis à denegata Juſtitia, quæ Judici, & Parti legitimè intimata fuit.

Dum ſupradicta omnia agebantur in Partibus, curabat Didacus Brunettus impetrare eumdem Canonicatum à Sede Apoſtolica, prout illum obtinuit ſub fundamento, quod in præfata reſignatione favore Palumbi, Simoniaca pacta intercesſiſſent, ac expeditis literis Apoſtolicis, illiſque in Partibus præſentatis, timens Palumbus Curiæ Epiſcopalis, cui directæ erant, nova gravamina, eamdem medio juramento, & cum expreſſione cauſarum ſuſpectam dixit, & expedivit, ac præſentavit alteram citationem Signaturæ, cum inſerta commiſſione avocatoria, cumque his non obſtantibus coram Executore fuerit deventum ad conſtructionem Proceſſus, & illis ipſis diebus, quibus imminebat propoſitio Cauſæ, in plena Signatura, lata fuerit ſententia, denegans executionem literis Apoſtolicis Palumbi, illaſque concedens literis Didaci, Hinc propoſita in Signatura cauſa, circumſcripta fuerunt omnia per Executorem geſta poſt recurſum ad eam, & directa commiſſione quoad merita cauſæ noſtro Tribunali, duo ſuper executione literarum ſubſcripſi dubia, alterum ſuper literis Apoſtolicis Palumbi, & aliud ſuper literis obtentis à Didaco, cumque ſimul cum dubio Remiſſoriæ ab iſto petitæ diſceptandum in hodierna Audientia Dominis meis expoſuerim, aliud – *An mereat arbitrium pro retardanda executione literarum Franciſci Palumbi* – prodiit quod iſtum reſponſum – *non intrare arbitrium* –

Omnia enim contenta in literis Palumbi, quibus obtinuit Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis Lycien. in vim reſignationis ad ejus favorem factæ ab Ale-
1 xandro Turchio, apparent juſtificata; Nam Clericatus, & idoneitas Palumbi ex Teſtimonio Ordinarii comprobatur;
2 Expreſſio, quod reſignans remaneret unde congruè vivere poſſet, verificatione non indiget in caſu præſenti, in quo reſignans obiit, *Rot. cor. Ubago deciſ.* 104. n. 3. & tamen ex abundanti juſti-
3 ficatur mediantibus depoſitionibus Teſtium; Et demum valor Canonicatus narratus in ducatis 24. auri de Camera, & computatis incertis in 60. ducatis, ex
4 depoſitionibus paritèr Teſtium comprobatur, & ex ſimili expreſſione facta Papæ à Didaco, quę ſuperlativam proba-

tio-

tionem facit, *Rot. poſt Tondut. de Penſ. de-*
ciſ. 7. num. 3. dec. 46. num. 9. & dec. 54. nu-
mer. 7. ſicque verificatis omnibus expo-
ſitis Papæ, litteriſque Apoſtolicis planè
5 juſtificatis, debent illæ celeritèr execu-
tioni demandari, *cap. ſi Capitulo 5.,*
ibique Gloſſ. V. exequatur de conceſſ.
Præbend. in 6. Rot. coram ſan. mem. Ale-
xandro VIII. dec. 58. n. 1. & in rec. dec. 82.
num. 1. par. 19. & in Lauden. Vicariæ 29.
Martii 1694. §. primo in fin. cor. R. P. D.
meo Caprara.

Non obſtat defectus publicationis
dictæ reſignationis à Bulla Gregorii
XIII. præſcriptæ, quoniam cum Pa-
lumbus omnes fecerit diligentias pro fa-
cienda dicta publicatione, tam apud Vi-
6 carium Generalem Judicem Executo-
rem, quàm apud Parochum Eccleſiæ
Cathedralis, & fuerit ab eodem Vicario
impeditus, ſatisfecit ſuo muneri, &
publicatio haberi debet pro facta, *Rota*
poſt Novar. in Summar. Bullar. dec. 44.
num. 9. & 10. & dec. 45. n. 7. & 8. & cor.
Molines dec. 329. n. 14. & 15. & in rec.
dec. 412. n. 17. & ſeqq. par. 18. & in Lau-
den. Commendæ 4. Julii 1698. §. Verbis,
cor. R. P. D. meo Anſaldo.

Potiſſimè, quia obtenta fuit proro-
gatio ad publicandum, quæ cum ope-
7 retur, ut tempus adhuc durare dica-
tur, publicatio intra tempus proro-
gatum facta, valida eſt, & habetur ac
ſi intra tempus à Conſtitutione Grego-
riana præfixum, expleta fuiſſet, *Rot.*
coram Merlin. dec. 640. in fin. Buch.
dec. 358. n. 15. Emerix Jun. dec. 154. n. 2.
& in rec. dec. 273. num. 10. part. 18. &
dec. 606. n. 3. par. 19. & in Camerin. Ex-
miſſionis ſuper manutentione 3. Martii 1704.
§. fin. & 13. Februarii currentis anni
§. Minimè, cor. R. P. D. meo Lancetta.

Minùs ſubſiſtit altera exceptio ſimo-
niacæ pravitatis, cui innititur gratia
piſcatoria Didaci; quia cum iſte non
fecerit ſuper hoc puncto ſuas proba-
tiones, & quidem plenas, & conclu-
dentes, ut requiritur, non poteſt re-
tardare executionem literarum Apo-
ſtolicarum in omnibus juſtificatarum,
8 ad quem effectum admittuntur ſolùm
exceptiones incontinenti probatæ, iiſ-
que deficientibus, hujuſmodi Impetran-
tes non reputantur legitimi Contradi-
ctores, *De Luca de Beneſic. diſc. 53. nu-*
mer. 24. & 25. Rot. in rec. dec. 700. n. 8.
par. 2. & dec. 161. num. 11. par. 18.

Hujuſmodi enim Impetrantes dicun-
tur odioſi piſcatores, & ſunt legibus
9 exoſi, contra quos rigorosè procedi-
tur, cum adverſus eos omnia jura
clament, *Hoſtien. in cap. cum in mul-*
tis ſub num. 4. verſ. provide, & ſub
n. 9. verſ. verum de reſcript. in 6. Lot-
ter. de re benef. lib. 2. quæſt. 44. num. 2.
& ſeq., de Luca de Benef. diſc. 134. n. 2.
Rota coram Royas dec. 169. num. 4. &
dec. 303. num. 10., & poſt Antonell. de
jurib. & oner. Cleric. dec. 24. num. 2.

Maximè, quando concurrit probi-
tas, & bona fama ejuſdem Palumbi, com-
probata ex pluribus documentis No-
bilium Lycienſium, & ex fide plurium
graviſſimorum Sacerdotum, & Reli-
gioſorum ferè omnium dictæ Civitatis,
inter quos non deſunt etiam aliqui
totam facti ſeriem recenſentes, &
quamcumque ſimoniæ poſſibilitatem
excludentes, In his enim terminis Di-
dacus eidem impingens graviſſimum
ſimoniæ crimen eò magis gravatur
10 onere rigoroſioris, & magis conclu-
dentis probationis, cum qualitas per-
ſonæ omnem præſumptam ſimoniæ la-
bem excludat *Rota in Mediolanen. Prio-*
ratus 11. Decembris 1699., & 15. Fe-
bruarii 1700. utrobique §. finali, coram
Reverendiſs. D. meo Decano.

Tantum abeſt, quod ex parte Di-
daci hujuſmodi probationes adductæ
fuerint, ut potius conſtet de con-
trario, dum nec ex mandato procu-
ræ ad reſignandum, nec ex Te-
ſtibus illa probata dici poteſt, &
ſanè ex mandato procuræ, quia licèt
in eo conventa fuerit annua penſio du-
catorum 16. auri de Camera, ac reco-
gnitio ducatorum centum monetæ
illarum Partium pro unica vice, ta-
men cum hæc omnia conventa fuerint
cum pacto ſolutionis faciendæ, *poſt-*
quam Sanctiſſimus D. N. Clemens XI.
ſuum conſenſum, & Beneplacitum interpo-
ſuerit, aliàs nullimodè intelligatur
appoſitum, & præſens Inſtrumentum nul-
lius ſit roboris; Sequitur, quod cum hu-
juſmodi Beneplacitum non interceſſe-
rit, & pactum præfatum non habuerit
effectum, dum rejectis dd. conventio-
nibus deventum fuit ad novum Inſtru-
men-

mentum, in quo reſignatio fuit liberè facta cum ſola reſervatione penſionis duc. 10. de Camera, cujus vigore
11 ſecuta fuit reſignatio, excluſa remaneat quævis Simoniæ labes, dum præcedens ineffectuata conventio nullum præſtare poterat impedimentum ad effectum, ut mutato tractatu vigore alterius Inſtrumenti, gratia à Summo Pontifice obtineri potuiſſet cum conditionibus uſitatis, *Pariſ. de Confident. quæſt. 27. n. 164. & 165. De Luca de Benef. diſc. 36. n. 23. & ſeq. & diſc. 39. in fin. & diſc. 79. n. 6. & de Iurepatr. diſc. 48. num. 2. & diſc. 64. n. 17.* benè *Rota in rec. dec. 337. n. 12. & ſeq. & dec. 419. num. 8. & 9. par. 12. & dec. 36. num. 7. par. 13. & poſt Zuff. de Legitim. Proceſſ. dec. 43. n. 6. & ſeq. & cor. Coccin. dec. 2031. n. 4. 6. & 7. & dec. 2056. n. 1.*

Ex Teſtibus pariter probata dici non poteſt Simoniæ labes, nam aliqui ex eis deponunt de auditu à Reſignante,
12 qui non præjudicat Reſignatario, *Rot. apud Marcheſan. de Commiſſ. part. 1. fol. 224. n. 11. coram Seraph. dec. 1029. n. 3. & in rec. dec. 116. n. 32. par. 17.*; Alii deponunt de publica voce, & fama,
13 abſque eo quod juſtificent, ubi, quando, & à quibus hæc fama ortum habuerit, ut opus eſſet, in ſpecie *Rota coram Seraph. dec. 1027. num. 6., Ludoviſ. dec. 517. n. 14. & 23. & in rec. dec. 420. n. 15. part. 12. dec. 141. num. 11. par. 16. & dec. 176. num. 9. & dec. 207. num. 28. part. 17. & in Mediolanen. Prioratus 15. Februarii 1700. §. Nec communicatas, coram Rmo meo Decano.* Aliique demum deponunt de credulitate,
14 qui propterea nihil probant, *Rota coram Ludoviſ. d. dec. 517. num. 17*, illorumque examen fuit circumſcriptum à Signatura, tanquam nulliter, lite pendente, abſque Judicis juriſdictione,
15 & poſt interpoſitam appellationem factum, *Rot. cor. Emerix jun. dec. 709. numer. 6. & dec. 944. n. 7.*

Et ita &c.

Hac eadem die fuit petita remiſſoria, ad probandum in reſignatione interveniſſe labem ſimoniacam, & conceſſa fuit à Rota; ſed illius vigore nulla fuerunt facta probationes, nec de cauſa amplius actum fuit.

A R G U M E N T U M.

Commenda ſacræ Religionis D. Stephani erecta ad preces offerentis fundum determinatæ quantitatis, cum promiſſione manutentionis annui redditus, reſolvitur, non obſtante aſſignatione facta per fundatorem fundi pro valore ſortis oblatæ, eundemque annuum promiſſum, quatenùs deficiat, fore per eundem, ejuſque bona integrè manutenendum, quod ex ſolito ſtylo erectionum, & ex promiſſione facta talis redditus in Inſtrumento confectione, aliiſque in hypotheſi luculenter ponderatis optimè dilucidatur. An, & quando in contractibus maneat ſolemnitates requirantur, & quando ob deficientiam ſolemnitatum per ſubſequentem ejus ratificationem validari dicantur.

S U M M A R I U M.

1 *Reſtitutio in integrum, ſtante injuſtitia, & læſione, venit concedenda.*

2 *Promiſſa manutentione certi annui redditus, obligationi ſit locus in ipſo, quod conſtat redditum eſſe minorem.*

3 *Promiſſa in Dotem quantitate in certis bonis in ſpecie conſideratis perſolvenda, tam quantitas, quàm bona dicuntur ſtare in obligatione.*

Secus ſi ſolutio promiſſa fuerit in bonis in genere, ibid.

4 *Maximè ſi certa bona referantur non ad verbum executivum, ſed ad obligationem.*

5 *Promiſſis taxativè certis bonis, iiſque conſignatis dicitur ſatisfactum obligationi, etſi redditus ſit minor, eo quod fuit expreſſum.*

6 *Bona non dicuntur eſſe in obligatione, ſi fuerunt conſiderata in genere, & reſpectu Territorii alicujus Civitatis, non in ſpecie.*

7 *Si promiſſa fuerint bona, ſimulque promiſſus certus annuus redditus, promiſſio ſervari debet etiam in redditu, nec intrat diſtinctio, an bona ſint in obligatione, & an in ſpecie, vel in genere fuerint deſignata.*

8 *Sive promiſſio reſpiciat ſortem, ſive reſpiciat fructum, ſive reſpiciat utrumque, ad unguem ſervari debet.*

9 *Venditione facta ad corpus, iſtud præſtari debet, facta autem ad menſuram, præſtari debet menſura.*

10 *Venditione facta ad corpus, ſi ſit alteriùs promiſſa certa menſura, promiſſio ſervari debet in utroque.*

11 *Si fructus ſint expreſſi relativè ad cer-*

to

eo bona non majores poſſunt intelligi, quam eadem Bona ſua apta ferre.

12 *Fructus namque ex re, etiamſi expreſſè contrarii, non debentur in majori quantitate, quàm ex re percipiantur.*

Declara, ut n. 74. & ſeqq.

13 *Fundator Commendæ tenetur ad manutentionem fructuum in quantitate promiſſa, ubi non enunciativè fructus fuerunt expreſſi, ſed addita ſpecifica promiſſione manutenendi*, & n. 16.

14 *Menſura pariter in venditione corporis ubi fuit non enunciata, ſed diſpoſitivè promiſſa debet integra manuteneri.*

15 *Prout in erectione Beneficiorum promiſſio manutenendi certum redditum eſt ſervanda, quamvis ſine illa Fundator non teneretur in caſu diminutionis.*

17 *Secus in caſu rei venditæ ad corpus cum expreſſione menſuræ, venditio ſubſtantiatur in corpore, adeout ſi plus eſt, remaneat comprehenſum, & nihilominùs ob expreſſionem menſura ea debet manuteneri, & suppleri ſi ſit minor.*

18 *Ita conſignatis bonis cum promiſſione manutenendi certum redditum, dotatio ſubſtantiatur in bonis, adeout ſi major ſit redditus, ſpectat ad Commendatarium, ſed ſi minor ſit quantitate promiſſa, suppleri debet.*

19 *Diſpoſitio* text. in l. ſi duorum, & in l. ſi venditor ff. de Act. empt., *procedit tam in promiſſione menſuræ, quàm in promiſſione alterius cujuſcunque qualitatis rei venditæ, vel traditæ.*

20 *Et non minùs in Contractibus onerofis, quàm lucrativis.*

21 *Stante enim promiſſione, & obligatione, idem eſt judicium donationis, & venditionis.*

22 *Fundator præſumitur informatus de reddita fundi pro Commenda aſſignati.*

23 *Non excuſatur fundator à ſupplenda diminutione redditus, ſi de eo non informatus adhuc certioravit Religionem de certa quantitate, & cum hac certioratione Commendam fundare obtinuit.*

24 *Data ignorantia, vel bona fide in redditus expreſſione, ea nullatenùs juvat, ſtante ſpecifica promiſſione talis redditus.*

25 *Actio ad ſupplementum contra vendentem cum determinata menſura competit Emptori, vel vendens ſciverit, vel ignoraverit.*

26 *Prout generaliter eſt verum, quod venditor de evictione tenetur, ſive ſciat, ſive ignoret affectiones, & onera rei venditæ.*

27 *Ex dictione* in circa *appoſita expreſſioni redditus rei deſignatæ videtur accepta quantitas totius corporis abſque determinatione certa, & determinata quantitatis.*

28 *Sibique tunc imputare debet ſtipulator, ſi certam, & ſpecificam quantitatem promitti non curavit.*

29 *Declara, ubi expreſſio redditus conſiſtit in ſimplici aſſertione, ſecùs ubi extat promiſſio, quo caſu dictio* in circa *tribuit tantum Judici facultatem remittendi quid modicum.*

30 *Promiſſio ſubſequens ad expreſſionem demonſtrativam annui redditus videtur in eodem ſenſu accipienda, ſtante præcipuè dictione repetitiva* dette.

31 *Contra, quando in eadem oratione, & periodo emanavit expreſſio libertatis rei, & redditus certi, nam ſicut illa non poteſt accipi in ſenſu demonſtrativo, ita nec iſte.*

32 *Eoque magis ſi diſtinctè fuit habitus reſpectus ad redditum, circa quem promiſſio fuerit connotata dictione* — ſpecialmente —, *nam tunc accipi nullo modo poteſt in ſenſu demonſtrativo.*

33 *Dictio autem repetitiva non aliud importat, quam quod promiſſio reſpiciat manutentionem ejuſdem quantitatis ſuperiùs expreſſæ.*

34 *Erectiones Commendarum recipiunt vires, & perfectionem à reſcripto.*

35 *Itaut ultra expreſſa in reſcripto nihil addi poſſit.*

36 *Si reſcriptum emanatum pro erectione Commendæ de redditus quantitate non diſponat, Princeps cenſetur voluiſſe rem regulari juxta Juris diſpoſitionem.*

37 *Ex Juris diſpoſitione taxa redditus regulatur à quantitate pretii juxta taxam antiquitùs vigentem ſcutorum quinque pro centenario.*

38 *Et ſi Princeps prætenditur de minori fructu ſenſiſſe, probari debet per prætendentem.*

39 *Dotes aſſignantur Commendis, ut tot fructus, quaſi ſtipendia per Commendatores percipiantur ad tractanda, &*

ſuſtinenda munera ipſi incumbentia, & qualia ſint iſta, tam in Religione S. Stephani, quam in aliis ordinibus militaribus, ibidem, & n.40.

41 *Fructus Commendarum in certis caſibus ſpectant ad Theſaurum Religionis.*

42 *Commenda quas utilitates, & fructus afferant Religioni, tamen caſu illarum reverſionis ad eam, quam in aliis caſibus.*

43 *In Commendarum fundatione, non ſolùm capitale dotis reſpicitur quod alienari, & hypothecari prohibetur.*

44 *Sed etiam redditus ſolet diſcuti, & recognoſci, qui oblatus, & acceptatus cenſetur, juxta naturam, actus, & ſolitum Religionis.*

45 *In erectione Commendarum, contrahentes ſe conformaſſe cenſentur cum ſubjecta materia, & moribus Loci.*

46 *Ordinationes Sacræ Religionis demandant in vacationibus pro annata, & mortuario fructus Commendarum conſiderari, ad rationem quinque pro centenario.*

47 *Et hoc modo regulari etiam debet redditus in erectione Commendarum.*

48 *Redditus Commendæ, cenſetur volitus in ea quantitate, in qua æſtimationem fieri demandavit, & promiſſionem reportavit Auditor Religionis.*

49 *Auditor Religionis in hac materia eſt Organum Sereniſſimi Magni Magiſtri, iſtiuſque voluntas declaratur à geſtis ab illo.*

50 *Datarius, & Vice Cancellarius Papæ, habent vivæ vocis oraculum, & declarant mentem Papæ.*

51 *Commendarum fundationes ſi admitterentur, non habita matura conſideratione ad qualitatem bonorum, & ad redditus, quæ abſurda ſequerentur.*

52 *In dotatione Commendæ, ſi nihil dictum ſit de qualitate bonorum, & quantitate fructuum, poteſt de iſtis ratio haberi in executione gratiæ.*

53 *Et dicuntur appoſita de voluntate contrahentium, quando fuerunt adjecta in inſtrumento executionis gratiæ.*

54 *Quia Capitula in dubiis, quæ involvunt, declarationem recipiunt ab Inſtrumento.*

55 *Non excuſatur offerens annuum redditum ab ejus manutentione, ex quo aliàs ingeratur majorem, quàm oblatum fundum aſſignare, ſi aſſignans poterat fundum majoris redditus tradere.*

56 *Et tali caſu damnum illatum ei cum quo contraxit mediante aſſignatione redditus minoris eo quod promiſſum eſt, per aſſignantem eſt reſarciendum.*

57 *Commenda fundatio ex precibus, & reſcripto perficitur, quoad conſtitutionem certæ dotis, ſed quoad dationem in ſolutum pro extinctione dicti debiti dotalis alium actum expectat.*

58 *Quoad pacta reſpicientia favorem Sacræ Religionis, non requiritur acceptatio Sereniſſimi Magni Magiſtri, quia Deus dicitur ſemper acceptare.*

59 *Conſenſus, & acceptatio præſumitur in actu favorabili, poſita ſcientia.*

60 *Contrariæ Auctoritates declarantur.*

61 *Annuus redditus dicitur promiſſus ex cauſa neceſſaria, ſi ſine eo Magnus Magiſter, Commendam fundari non permiſiſſet.*

62 *Minor ſine ſolemnitatibus Statuti Florentini, validè ſe obligare non poteſt.*

63 *Solemnitates tamen non requiruntur in minore, ſe obligante ex cauſa neceſſaria.*

64 *Prout tali gaudent Privilegio fundationes Commendarum, ut quoad minores fieri poſſunt, abſque ſolemnitatibus dicti Statuti.*

65 *Ubi ſolemnitates non interveniunt ſalvatur nullitas Contractus minorum, & ſecutam ratificationem, poſt completam minorem ætatem.*

66 *Ratificatio in ſubjecta materia Erectionis Commendarum ſatis deducitur, ex non facta reclamatione per longum tempus, ex fructuum perceptione, & equeſtris habitus delatione, & receptione Commendæ in ſuam perſonam facta, occaſione diviſionis.*

67 *Ratificatio non videtur induci poſſe, non conſtito de ſcientia nullitatis Juris, & facti.*

68 *Ignorantia facti, ex quibus excludatur.*

69 *Ignorantia facti, non valet allegari à minore, qui proximus pubertati interfuit Contractui.*

70 *Ignorantia Juris, ſuper re clariſſima, non prodeſt minori degenti in Civitate conſpicua, ubi faciliimè poterat Peritos conſulere.*

71 *Deciſiones antecedentes ſunt in judicando ſupponenda.*

72 *An-*

72 *Auctoritates in contrarium pro excludenda ratificatione ob defectum ſcientia referuntur.*

73 *Opinio pro inducenda ratificatione ſecundò procedit, ubi circumſtantia concurrunt ad ſcientiam oſtendendam.*

74 *Promittens fructus certi portus in determinata quantitate, ſi prædium tantos fructus non reddat, non poſſunt in exceſſu prætendi; ſecùs ſi illi promiſſi ſint in genere, & non habita conſideratione ad certum determinatum prædium*, & num. ſeqq.

77 *Minor contrahens cum auctoritate tutorum, qui etiam ſint Executores Teſtamentarii, à redditione rationum liberati, remanet efficaciter obligatus favore tertii.*

Et ſolum ampliſſima liberatio facta à Teſtatore Executoribus operatur, ut pupillo ſit præcluſa via eos redarguendi, ibid.

78 *Minor cum Tutorum auctoritate contrahens, efficaciter obligatur.*

79 *Ampliſſima liberatio Executori facta, eum non liberat ab iis, quæ ſunt contraria voluntati Teſtatoris.*

DECISIO XLVI.

Splendori, ac conſervationi Familiæ ſuæ ſedulò incumbens Simeon de Vernonis poſt ordinatum perpetuum fideicommiſſum favore poſteritatis ſ...æ, præcepit fundari Bajulivatum, ſeu Prioratum in Sacra, & inclyta Religione S. Stephani, in quo Primogenitos pro tempore de uno in alium ſuæ Familiæ effectivæ prius, & deindè contentivæ ſuccedere voluit, expreſsè tamen dedit in mandatis, ne pro d. Prioratus erectione, major ſumma quam ſcutorum ſexdecim mille monetæ Florentinæ ex ejus bonis hæreditariis erogaretur.

Pro voluntatis paternæ adimplemento Marchio Bartholomæus, ipſius Filius, ejuſque Tutores teſtamentarii ſupplicem libellum porrexerunt S. Celſitudini Regiæ ad hoc, ut fundationi prædictæ clementer annueret, ſed beneplacitum præbere renuente Sereniſs. Magno Magiſtro, humiliter renovarunt preces Bartholomeus cum ſuis Tutoribus, ut aucta ſumma pro dote d. Prioratus, quæ in totum aſcenderet ad ſcuta 20. mil. juxta æſtimationem bonorum faciendam à Peritis, erectioni à Teſtatore volitè benignè aſſentiri dignaretur, votique compotes effecti, obtinuerunt reſcribi — *Sua Altezza Reale accetta la Commenda nel modo, che viene propoſta, concedendoli titolo di Baliato della Città di Prato, e ſua Dioceſi, la dote, e fondo della qual Commenda, e Baliato ſia di ſcudi venti mila di lire ſette per ſcudo, da conſegnarſi in beni ſtabili degl' acquiſtati nel Territorio di Prato, o altrove nello Stato con gl' effetti ereditarii di Simone Vernoni Teſtatore Padre del ſupplicante, ad Inſtitutore del detto Baliato, con le debite promeſſe, e cautele per l' evizione &c.*

Vigore hujus benigni reſcripti, proceſſum. indè fuit ad æſtimationem bonorum, in cauſam prædictæ dotis aſſignandorum, coram D. Commiſſario Civitatis Pratenſis, cui ab Illuſtriſſimo Sacræ Religionis Auditore præciſè injunctum fuit, quod acceſſitis Peritis, eos diligenter inſtrueret ſuper modo æſtimandi bona, & ſignanter de habenda ſpeciali ratione fructuum, ut ex epiſtola diei 10. Decembris 1654, ibi -- *per il qual effetto V. S. Illuſtriſſima ſarà contenta di ricevere dal medeſimo Signor Vernoni, e ſuoi Tutori predetti la nota in ſcritto de' beni, che vorranno aſſegnare per la Commenda ſuddetta, che devono eſſere della detta valuta di ſcudi venti mila in tutto, e non meno, e avverebbero a render ſcudi mille in circa* — Et rurſus ibi -- *Dovendo appreſſo V. S. Illuſtriſſima ordinare a i medeſimi, che vadino alla viſita di detti beni, e conſiderino con diligenza la qualità di eſſi, avvertendo, che non ſiano ſottopoſti a danni d' Acque, e Fiumi, o ſimili altri diſaſtri, e ſe ſiano da mantenere la ſtima, e il frutto preſente; E avvertito bene il tutto ne faccino diſtinta, e giuſta ſtima a capo per capo con il frutto in circa, che poſſino rendere &c. la quale ſtima, e renduta doveranno i medeſimi ſtimatori metterla in carta, e preſentarla a V. S. Illuſtriſſima &c.* -- Cui quidem Epiſtolæ D. Auditor propria manu, & caractere ſubjunxit -- *Ricordo a V. S. Illuſtriſſima, che in ſimili ſtime la Religione è bene ſpeſſo ingannata, e però ſaccia per grazia*

avvertisco, che l'iſteſſo non ſegue nel caſo preſente, trattandoſi in effetto del ſervitio di S. A., il quale da me gli viene raccomandato con ogni più vivo affetto; E faccia anco moſtrare l'Inſtrumenti delle compre, e acquiſti, e per quanto vegga, che ſi voleſſero dare i beni per ſtima maggiore dell'eſpreſſa in detti Inſtrumenti di acquiſto non dovrà accettarla, ne ammetterla, non oſtante, che ſ'allegaſſe la variazione dependere da miglioramenti, perche queſti ſono coſe in aria, e che ſvaniſcono, e la ſtima ſi ha da fare ſolamente per riconoſcere, che vi ſia il valore della ſpeſa, quale mancandovi, a niente può giovare la dimoſtrazione della ſpeſa ſuddetta. Oltre di che può la compra eſſer fatta meno di cinque per cento, e in queſto caſo dell'aſſegnazione per la Commenda ci vuol anco queſta rendita in circa, Di più avvertirà V. S. Illuſtriſſima, che tra i beni, che vi ſi aſſegna, vi ha da eſſere una Caſa da Padrone proporzionata per un Balì di mille ſcudi di entrata, e queſta non ſi ha da ſtimare —

Atque iterum ex alia Epiſtola de die 1. Aprilis 1655. ibi — *e ſucceſſivamente dovendo i beni predetti farſi ſtimare, V. S. Illuſtriſſima vedrà di eleggere due perſone perite, e maggiori d'ogni eccezione, e pratiche in ſimili materie, che poſſino giuſtamente fare la ſtima predetta, ed avendo a ſe i medeſimi incaricherà loro, che traſferiti in ſul luogo faccino la ſtima predetta, avvertendoli di farla giuſta &c. dovendo i medeſimi avvertire ancora, che detti beni non ſiano ſottopoſti à danni &c., e che ſiano da mantenere la ſtima, ed il frutto preſente, che ſi deve calcolare à ragione di ſcudi cinque per cento in circa &c. La quale ſtima, e rendita doveranno i medeſimi ſtimatori mettere in carta, e preſentarla a V. S. Illuſtriſſima.*

Expleta bonorum æſtimatione, Sacræ Religionis Auditor, pro Tribunali ſedens, actu erexit, & fundavit Bajulivatum, & ſucceſſivè D. Bartholomæus pro dote, & fundo Commendæ, ſeù Bajulivatus ſic erecti eidem Sacræ Religioni, & Sereniſſimo Magno Magiſtro dedit, & donavit — *la ſomma, e quantità di ſcudi 20. mila di lire ſette per ſcudo* — & loco eorum ſolutionis dedit, & conceſſit bona ſic æſtimata, ut ex verbis ibi — *per i quali ſcudi 20. mila il detto Signor Bartolomeo con li conſenſi ſudetti, e conceſſe, e liberamente dà, e concede, e conſegna alla predetta Sacra Religione di S. Stefano, e ſuo Sereniſſimo Gran Maeſtro &c. gl'infraſcritti beni ſtabili &c. come ſotto ſarà eſpreſſo, e notato nella ſtima di eſſi* — quæ bona eſſe valoris ſcutorum 20. millium, & annui redditus ſcutorum 900. circiter, aſſeruit, & affirmavit, dictique valoris, & redditus manutenere, & conſervare promiſit, ſeque, & ſua bona obligavit favore Religionis, & Bajulivorum pro tempore.

Secuta erectione, Marchio Bartholomæus Prioratum poſſedit uſque ad Annum 1688, quo naturæ debitum perſolvit, nullis relictis filiis maſculis, & inſtituta Herede univerſali D. Marchioniſſa Thereſia de Buzochis ejus Uxore, Contra eam Marchio Franciſcus Aurelius defuncti frater judicium inſtituit coram Supremo Magiſtratu pro reintegratione fideicommiſſi in ſumma ſcutorum quatuor mille, & habitis hinc indè conſultationibus à primariis Italiæ Juris Conſultis, quarum aliquæ nunc impreſſæ reperiuntur apud *Palm. Nep. alleg.* 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. & 387. favorabilem Sententiam Actor reportavit juxta modum relatum in *deciſ. diei 14. Julii 1696. lib. not. 135 fol. 443.* Dictoque Judicio terminato Marchio, & Bajulivus præfatus aliud inſtruxit ſuper ſupplemento annui redditus Commendæ uſque ad ſummam ſcutorum 900. circiter, & contrariam ſententiam paſſus *ſub die 3. Septembris 1706.* adverſus eam petiit reſtitui in integrum, diſcuſſiſque meritis cauſæ, Supremo Magiſtratus referendum eſſe cenſuimus, locum eſſe reſtitutioni in integrum juxta modum in principio ſequentis deciſionis referendum.

Conſiſtit quippe de injuſtitia, & læſione ſententiæ in ea parte, in qua denegavit ſupplementum dicti annui redditus, & proindè reſtitutio in integrum Marchioni, eoque defuncto, moderno
1 Commendatario venit omni jure concedenda, *ad Textum in l. 4. §. Condemnatum ff. de re judicat. cap. ex literis 4. de reſtitut. in integrum Rot. noſtra apud Urceol. dec. 14. num. 1. & 2. & dec. 36. num. 1.*

num.1. & ſeqq. Rot. Romana in rec. deciſ.649. n.1. dec.651. n.2. & dec.676. eodem n.1. par.19.

Quòd autem debitum ſit ſupplementum præfatum, clarè reſultat ex lectura dicti Inſtrumenti Fundationis, in quo clarè, & literalibus verbis Marchio Bartholomæus dixit, declaravit, & affirmavit, bona in dotem tradita eſſe annui redditus ſcutorum 900. circiter, dictumque annuum redditum promiſit manutenere, & conſervare, ad quem effectum ſe, omniaque ejus bona præſentia, & futura adſtrinxit, & obligavit, ibi — *quali Beni, Poderi, e Caſe, e Beni ſtabili il prefato Signor Bartolomeo Vernaccia con i conſenſi &c. diſſe, dichiarò, & affermò eſſer beni acquiſtati con gl' effetti dell' Eredità di detto ſuo Signor Padre proprj, liberi, cauti, e ſicuri &c., e di d. valore di ſcudi 20. mila di lire ſette per ſcudo, e più, conforme nelle ſopradette relazioni, e ſtime apparifcono deſcritti, poſti, e ſtimati, e di annua rendita al netto dedotte tutte le ſpeſe per la parte toccante al Padrone di ſcudi novecento in circa ſimili ciaſcun' anno, e tale, e di detto valore, e della d. annua rendita promeſſe, e promette di mantenergli, e conſervarli, e ſe medeſimo, e tutti gl' altri ſuoi beni preſenti, e futuri &c. obbligò per le coſe predette, e ſpecialmente per la detta conſervazione, valuta, e rendita a favore di d. Sacra Religione, e di tutti i chiamati in detto Baliato, e Commenda, e che in qualunque tempo la poſſederanno, goderanno, e averanno, e che in futuro vi averanno intereſſe &c.* — extendendo ulteriùs hujuſmodi per ſe ſuſceptam obligationem ad perſonas, & Bona cujuſcumque futuri Bajulivi, ſeu Commendatarii, per verba totius §. ſubſequentis, & clariùs ibi — *di ſorte che ottenuta la detta Commenda, e Baliato per qualunque di loro in quello chiamato come di ſotto &c. i beni di qual tale &c. s' intendino, e ſiano eſpreſſamente obligati, e ipotecati per la conſervazione della Dote, come ſopra aſſegnata in ſomma di ſcudi ventimila &c. e per la perpetua, e annuale conſervazione de i frutti in detta ſomma di ſcudi novecento ſimili ciaſcun anno al netto per la parte toccante al Padrone, dedotte tutte le ſpeſe a favore di tutti, e ciaſcun' altro ſucceſſore in detta Commenda, e finalmente a favore, & a commodo della detta Sacra Religione di S. Stefano &c.* —

Qua ſtante obligatione, & repetita promiſſione Bartholomæi, quòd bona in extinctionem debiti dotalis conſignata annuatim redderent ſcuta nongenta, quodque ipſe tanti fructus, & redditus annuatim omni futuro tempore ea ſemper, & perpetuò manutenuiſſet, & conſervaſſet, ſtatim ac verificatum fuit fructus bonorum prædictorum, nec de tempore conſignationis, nec in præſens ad dictam quantitatem aſcendere, ſed fuiſſe, & eſſe longè inferioris valoris, factus fuit locus obligationi promiſſoris, ejuſque hæredum, & ſucceſſorum pro manutentione redditus promiſſi, ſupplendi in bonis,
3 vel quantitate uſque ad ſummam totiens in Inſtrumento conventam, ut in individuo Commendarum hujus Religionis *Franciſcus Anſald. conſ.18. n.14. & ſeqq. & conſ.16. n.66. & ſeqq. n.71. & 72.75. & ſeqq. & num.18. & ſeqq. & num.90. & ſeqq. R.P.D. meus Anſald. de Commer. & Mercat. diſc.71. num.30. & 31. Rota noſtra in Piſtorien. Commenda de Bellanti 9. Aprilis 1675.* prout ex motivo in hac parte confirmato *ſub die 11. Martii 1683. §. finali lib. Mot. 130. fol.421. & in Florentina Commendæ de Campana in principio, & §. Nec obſtat, & ſeq. coram Illuſtriſſ. D. meo Archipræſule Florentino.*

Non obſtat, quòd cum dos, ſeu fundus Bajulivatus conſiſteret in ſcutis 20. millibus dandis, & aſſignandis in tot bonis, non in genere conſideratis, ſed in certa ſpecie, ſpectantibus ad hæreditatem Simeonis, tali caſu non tam ſcuta viginti millia, quàm bona pro il-
4 la aſſignata in obligationem deducta cenſeantur, juxta theoricam *Bartoli in l. ſi quis ſtipulatus 57. n.3. ff. de ſolution.* quam ibi ſequuntur *Caſtrenſ. ſub num.1.* aliique ſcribentes, *Ludovic. conſ.159. n.3. Tondut. reſol. civil.14. n.7. & reſol. 17. n.7. de Luca ad Gratian. diſcept. 239. num.11. Gab. conſult.151. n.47. & ſeqq. Cannet. alleg.7. num.6. & 8.* ubi, quòd theorica Bartoli ſemper procedit,

quan-

4 quando deſignatio certæ ſpeciei refer-
tur ad verbum non executivum, ſed
obligativum *Boſſ. de Dote cap.16. n.47.*
Fontanell. de Pact. nuptial. clauſ.5. gloſ.
8. par.13. num.74. & ſeq. de Luc. de Dote
diſc.55. n.3. Rot. coram Argoll. dec.77.
num.15. Buch. dec.350. num.19. & in rec.
dec.10. num.30. part.12., & in Romana,
ſeu Volaterna Domus 16. Janu. 1690. §.
Non obſtat, & ſeq. cor. Beninceſa. Ideo-
que, cum bona tradita ad dictum valo-
rem ſcutorum viginti mille aſcendant,
dicitur ſatiſfactum legi fundationis, nec
5 ad ſupplementum fructuum ſeu annui
redditus, Domina Marchioniſſa Salviati
poteſt adſtringi *De Luc. de Donat. diſc.*
52. n.6. de Legat. diſc.14. num.3. & Miſ-
cellan. Eccleſiaſtic. diſc.33. num.4. Gra-
man. de Evictione cap.30. num.47. & ſeqq.
Solorzan. de Jur. Indiar. tom.2. lib.2. cap.
20. num.70. & ſeqq. Rot. diverſor. dec.
56. num.7. par.2. & coram Cerr. dec.433.
num.6. & ſeqq. in rec. dec.61. n.8. & ſeqq.
part.11. & deciſ.324. numer.8. & ſeqq.
par.19.

Objectum enim deficit in antecden-
ti, & non ſubſiſtit in conſequentia:
Et ſanè deficit in antecedenti, cum
enim non fuerit aſſignatus certus, &
determinatus fundus, puta Sempronia-
nus, vel Sejanus, ſed bona Simeonis
Verzoni, ſita in Territorio Pratenſi,
vel alibi in Statu S. Celſitudinis Regiæ,
ſicuti ad hujuſmodi bona extrahenda
ex hæreditate Simeonis ad ſcuta cen-
tum mille, & ultra aſcendente, uti
incerta, nulla ſpecialis affectio Reli-
gionis cadere poterat, ita nec illa in
6 obligatione eſſe dicuntur, ut in ſpecie,
quod bona alicujus in Territorio cer-
tæ Civitatis exiſtentia, non dicantur
conſiderata in ſpecie, ſed in genere,
Et theorica Bartoli locum non habeat
Rot. coram Bevett. dec.287. n.1. & ſeqq.
& num.4. in rec. dec.63. n.10. par.13. &
dec.186. num.9. & 10. par.17. Rot. noſtra
in Florentina Fundi dotalis 28. Novem-
bris 1704. §. Secundo reſultat, coram bo.
me. Bencorrino.

Non ſubſiſtit autem in conſequentia;
quia Marchio Bartholomæus, non ſo-
lum aſſeruit bona aſſignata eſſe valoris
ſcutorum viginti mille in capitali, ſed
etiam affirmavit annuum redditum
aſcendere ad ſcuta nongenta circiter,
illumque in dicta quantitate manute-
nere, & conſervare promiſit, unde
7 cum ad duo ſe obligaverit, nempè ad
capitale in certa ſumma, & ad annuum
redditum in certa, ac determinata
quantitate, non ſufficit adimplemen-
tum reſpectu unius, nempè capitalis,
ſed requiritur reſpectu utriuſque vel
promiſſæ, & in ſtipulationem deductæ,
ſtante quippè pacto, & promiſſione, vel
8 reſpectu ſortis, vel reſpectu fructuum,
vel reſpectu utriuſque debet hæc omni-
nò ſervari *De Luc. ad de Marin. reſolu-*
tion.42. num.11. verſ. explicatur lib.1. Sa-
crum Conſiſtorium Regni Siciliæ apud
Maſtrill. dec.240. num.9. Rot. poſt Olean
de Ceſſion. Jur. dec.31. num.16. & ſeqq. in
Venetaimpreſſione, & optimè poſt eun-
dem dec.35. num.3. verſ. atque ita, in rec.
dec.16. num.32. & 33. part.10. Sicuti in
terminis emptionis, & venditionis, ſer-
vari debet promiſſio corporis, ſi ven-
ditio ſit ad corpus, promiſſio menſu-
9 ræ, ſi ſit ad menſuram, & utriuſque,
corporis ſcilicet, & menſuræ, ſi facta
venditione certi, & determinati cor-
poris infra certos confines exiſtentis,
illud ulterius tantæ menſuræ promiſ-
10 ſum fuerit *Molina de Contractib. tract.2.*
diſput.367. num.3. verſ. tertiò tamquam
Rot. in rec. dec.93. num.3. & 4. & dec.133.
n.1. & ſeqq. part.9.

Minus obeſſe viſum fuit, quod ex-
preſſio annui redditus in quantitate
ſcutorum 900. ſit demonſtrativè, ad-
quæ ſuadent, tum verba obligationis,
Tum repugnantia, quæ alioquin da-
retur inter Reſcriptum Sereniſſimi
Magni Magiſtri, & Inſtrumentum
fundationis, nec non contradictio,
quod dos, ſeù fundus Prioratus con-
ſiſtat in ſcutis 20. milia, quodque bo-
na eſſe debeant annui redditus ſcuto-
rum 900., qui ſupponit fundum ſcu-
torum 30. milia, Tum inveriſimilitudo
quod dum obligatio manutenendi an-
nuum redditum ſcutorum 900. non le-
gitur nec in Teſtamento Simeonis de
Verzonibus, neque in ſupplici libello,
neque in reſcripto Principis, Tutores
D. Marchionis Bartholomæi tunc tem-
poris in minori ætate conſtituti volue-
rint eum ſponte, & abſque ulla cauſa
obligare ad id, ad quod non tenebatur;
Tùm quia iſta promiſſio eſt rela-

tiva

-tiva ad certa bona, quę cum de ſui natura non ſint capacia ad tales fructus
11 producendos, ſemper vitiatur in exceſſu, cum fructus ex re percipiendi non poſſint excedere redditus rei, qui verè, & naturalitèr ex ea percipi poſ-
12 ſunt, etiamſi in majori ſumma eſſent conventi *Craveit. conſ.105. num.21. in fine Andreol. contr.74. num.1. & ſeqq. Urceol. conſult 13. n.49. Gabriel. de Emption. & Vendition. concluſ.4. num.18. Leotard. de Uſur. quæſt.27. num.43. Gaquan. de Emtion. quæſt.58. num.5. Veſpignan. de Emption. & Vendition. conſult.25. n.23. R.P.D. meus Anſald. de Commerc. diſc.99. num.18. & in addit. ad dec.39. num.12. Panimoll. dec.3. adnot.3. num.64. & 66. Rot. noſtra in Florentina expenſarum 1. Februarii 1709. §. Hinc credere, coram me, & Rot. Romana coram Ottobon. dec.2. num.2. Zarat. dec.103. num.34. & ſeqq. & in rec. dec.131. n.2. part.4.*

Quoniam quæſtio illa, an redditus Scutorum 900. ſit demonſtrativè expreſſus in Inſtrumento fundationis, nec ne, eſt in noſtra hypotheſi extranea, illa quippè cadit quidem, & eſt diſputabilis in caſu quo fructus ſint ſimpliciter enunciati, ſeu demonſtrati; ſed omninò ſilet, quando contractus nedùm ſubſtantiatur in bonis, ſed bona ipſa promittuntur annui redditus, & fructus Scutorum 900. In his quippè terminis, quando adeſt promiſſio, & obligatio expreſſa, & qui-
13 dem reduplicativè facta, promittens ad ſervanda conventa debet adſtringi, & ſtante hac expreſſa obligatione, taxativè ſemper dicuntur inter Partes voliti fructus in certa quantitate, non demonſtrativè, illaſque ita inter ſe conveniſſe, ex quo noluerint Bajulivatum eſſe minoris redditus ſcutorum 900., ut in terminis menſuræ, quod ubi illa non fuit enunciata, ſed diſpoſitivè
14 promiſſa venditor teneatur ſupplere quantitatem promiſſam, ſi deficiat *Molin. de contractib. tract.2 diſput.367. num.3. Bordon. collect.45. num.45. tom.2. Senatus Mantuanus apud Surd. dec.64. num.19. in fine Rot. noſtra apud Venturin. dec.8. num.27. ſub num.35. verſ. nec enim num.39. & ſeqq. Rot. in rec. dec.93. n.3. & ſeqq. & dec.135. n.1. par.9. & dec.62. n.9. par.11. & in Conval-licen. Possesſorio 13. Junii 1704. §. Altero, coram Priolo,* & in terminis erectionis Beneficii, quod promiſſio manute-
15 nendi certum redditum, de jure ſit ſervanda, quamvis illa non concurrente Fundator non teneretur in caſu diminutionis *Rot. in rec. dec.133 n.23. & ſeqq. par.7.*, & in terminis terminantibus Fundationis Commendarum, pro quarum dote quantitativa, fuerint in ſolutum tradita bona cum aſſertione, & promiſſione certi redditus, quod dicta quantitas intelligatur expreſſa in
16 ſenſu taxativo, non demonſtrativo, quodque aſſignans teneatur ſupplere uſque ad ſummam promiſſam *R.P.D. meus Anſald. de Commer. & Mercat. dicto diſc.71. n.30. & deciſio Illuſtriſſimi Archipræſulis Florentini in citata Florentina Commenda de Campana §. Nec obſtat.*

Nullatenùs refragante, quod Auctoritates loquentes de venditione facta ad corpus, cum expreſſione certæ menſuræ non applicentur caſui noſtro; Quia ſicuti vendito certo corpore cum promiſſione, vel certioratione emptori facta, quod illud eſſet tantæ menſuræ, venditio dicitur ad corpus, adeoque in eo ſubſtantiatur, ut emptori quæ-
17 ratur liberè, ſi quid fuerit ultra quantitatem illam tacitè, vel expreſſè promiſſum, & tamen ſi menſura deficiat, venditor, vel ſupplere tenetur, vel pretium diminuere, ut ex *Textu in l. ſi venditor 39. in princ., & l. ſi domum 41. alids 43. ff. de Action. empti Cort. Jun. conſ.131. n.10. lib.2. Ludovic. conſ.130. num.5. Neviçan. conſ.38. n.23. verſ. in contrarium, Gabriel conſ.64. n.4. ad 8. lib.2. Caball. conſ.263. n.27. & ſeqq. & n.30. & ſeqq. lib.1. Pariſ. conſ.64. n.39. & ſeqq. lib.2. Cyriac. contr.53. n.11. & ſeqq. & n.15. & 16. & ſeqq.* optimè *Molin. de Contractib. diſput.367. num.6. verſ. quando, Covarr. pract. quæſt. lib. unic. cap.3. n.7. §. Undecimo, Mantic. de Tacit. lib.4. tit.27. n.19. & ſeqq. Fachin. contr. lib.2. cap.27. loc.D. Veſpignan. de Emption. & Vendition. conſult.3. n.3. & ſeqq. Surd. dec.64. num.14. & ſeqq. & num.27. Rota noſtra apud Venturin. dicta dec.8 num.23. & ſeqq. & num.34.* aliique relati *per Rot. Roman. in rec. dec.93. n.3. & 4. & dec.135. n.1. & ſeqq. par.9.*

Ita

Ita prorsùs in caſu noſtro, conſignatis certis bonis Sacræ Religioni ſub aſſertione, & certioratione tanti redditus, nec non iterata promiſſione illum manutenendi, & conſervandi, quamvis dotatio, & fundatio ita ſubſtantietur in ipſis bonis, ut eorum dominio Commendæ quæſito, Commendatariorum commodo cedere poſſet major
18 fructus ultra quantitatem promiſſam, In caſu tamen, quo fructus multò minor in quantitate repertus fuit, meritò inſtetit Sacra Religio pro ſupplemento uſque ad quantitatem promiſſam; Non obſtante quod in caſu ſit quæſtio de ſupplendo fructu, non autem de ſupplenda menſura, quodque agatur de contractu voluntariæ fundationis Commendæ, qui fraternizat cum
19 donatione, Diſpoſitio ſiquidem *Textus in l. ſi dotem, & in l. ſi venditor ff. de action. empti*, procedit non minùs in promiſſione menſuræ, quàm in promiſſione alterius cujuſcunque qualitatis rei venditæ, vel traditæ, prout juncto alio *Texto in l. ſi in qualitate ff. eod. tit.* quem in propoſito ſummat *Caſtrenſ.* optimè advertunt *Alex. conſ.8. ſub lit. E. lib.4. Ladereh. conſ. 130. in princip. & per tot. Practic. Papien. in form. libell. in caſu venditionis V. Pertinentiarum num.1. Molin. de Contract. dicta diſput. 367. n.9. Senatus Mantuanus apud Surd. dec.64. n.17.* Et non minùs in contractu venditionis oneroſo, quàm in lu-
20 crativo, ut ex conſimili diſpoſitione *Text. in cap. per tuas de donat. Socin. Jun. conſ.42. num.15. lib.2. Caball. conſ. 165 num.18. lib.1.*

Ex ratione ſatis urgenti, quòd, ſtan-
21 te promiſſione, donationis, & venditionis idem eſt judicium *ad Text. in L.1. C. de eviction. Gratian. diſcept.657. n.47. & ſeq. Mangil. de Evictión. quæſt.69. n.9. & 10. Caroch. diſcept.47. n.85.* & in noſtris terminis fuit dictum *in citata Piſtorien. Commendæ 9. Aprilis 1675. §. Ex eo mors*, ubi allegatur diſpoſitio *Text. in cap. per tuas de Donation.*, & alii plures.

Quod autem ſubditur in *contraria deciſione*, rationem dictarum *Legum* præcipuè fundari in præſumpta ſcientia venditoris, cujus culpæ imputarut expreſſio minus juſtæ menſuræ, nullatenus refragatur; Etenim ultra quamquod hoc urget etiam contra fundatorem, qui vel erat informatus de fructu bonorum, prout præſumi, firmat
22 *Parif. d. conſ.64. num.41. lib.1. Sacrum Conſilium Neapolitanum apud Capyc. Latr. dec.147. num.7.*, & ſibi imputet, quòd falſum aſſeruerit, & promiſerit, vel de eo non erat informatus, & ſibi fortiùs imputet, quòd adhuc certioraverit Sacræ Religionis Auditorem de certo fructu, ejuſque ma-
23 nutentionem, & conſervationem ampliſſimè promiſerit, *Sacrum Conſilium Neapolitanum apud Capyc. Latr. d. dec.147 n.7. & ſeqq.*

Objectum ceſſat; Tum quia ignorantia, & bona fides tunc ſolùm poſſet opitulari, ſi verſaremur in ſimplici enunciativa menſuræ, non verò quando concurrit expreſſa, & ſpecifica
24 promiſſio, ut in terminis Commendarum noſtræ Religionis *Rot. cor. Cavaler. dec.336. n.6.* Tum etiam quia ſcientia operetur, ut faciliùs venditor ſupplere teneatur, ſed ea deficiente exindè non infertur, venditorem eſſe liberatum à ſupplendo, cum utroque
25 caſu emptori detur actio ad ſupplementum, ſive nempe venditor ſciverit, ſive ignoraverit, ut ex Textibus apertis *in l. tenetur 6. in principio ff. de Action. Empti, & in l.1. §. Si ignoraverit ff. depoſiti*, in his terminis *Practic. Papien. in form. libell. in caſu vendit. V. pertinentiarum num.1. Parif. conſ.64. n.43. verſ. ſi vel venditor lib.1. Ladereh. conſ.130. n.7.* pleniſſimè *Cyriac. contr.34. n.1. & ſeqq. & num.11. & ſeqq. Mantic. de Tacit. lib.4. tit.17. num.19. verſ. ubi dicit, quod ſi venditor, Senatus Mantuanus apud Surd. d. dec.64 ſub num.12. verſ. ubi dicit, quod agitur*, Et generaliter de evictione, quod de ea venditor teneatur, ſive ſciat, ſive ignoret onera, conſiderata ſolùm diverſitate circa actionem magis, vel
26 minus præjudicialem Venditori *Gregor. de Eviction. cap.13. num.56. Mangil. eodem tract. quæſt.8. num.14. circa fin. Cyriac. contr.371. n.19. Caron. reſol 110. num.11. & ſeqq. Hermoſill. ad Legem l.18. gloſ.1. tit.5. part.5. fol 314. ſub num.16. verſ. & ſi ignorans, & num.29. & l.63. gloſſ.1. n.6. tit.5. part.5. fol.850. Sacrum Conſilium Neapolitanum apud Ca-*

Capyc. Latr. dec.147. n.7. & ſeqq. Rot. coram Seraphin. dec.787. n.3. coram Bich. dec.343. n.28.

Vindicatis Auctoritatibus, faciliùs removentur facti circumſtantiæ. Quòd enim expreſſio annui redditus facta fuerit cum dictione *in circa*, quæ incertitudinem continet, & taxativam omninò excludit, oſtenditque emptorem voluiſſe indicare quantitatem totius corporis, non autem quod certa,
27 & determinata quantitas emeretur, *Corn. conſ.59. num.5. in fine lib.4. Signorol. conſ.332. in princip. Toraml. conſ.38. n.8. & 9. de Luc. ad Gratian. diſcept.512. num.6. Rot. noſtra apud Venturin. d. dec.8. num.19. Rot. coram Dunozett. Jun. dec.35. num.3. & dec.77. num.1. poſt de Luc. de Jurepatr. in Mantiſſ. dec.31. n.4. Prosd. dec.182. num.10. & dec.462. num.9. in recen. dec.213. num.27. part.6.* ſibique imputare debet ſtipulator, ſi nihil
28 certi determinavit *Rot. in rec. dec.73. num.3. in fine part.2. & dec.46. n.8. par.19.* Nihil officit.

Recurrit enim eadem reſponſio, quod dictio *in circa* talem operationem facere poſſet quando menſura, qualitas, vel modus eſſet in ſola aſſertione: Quando verò conſtaret modum, ſeu quantitatem eſſe in obligatione, & promiſſione, omnes conveniunt, quod hæc dictio non tollat
29 obligationem ſupplendi defectum conſiderabilem, ſed firma ſtante promiſſione, Judici arbitrium tribuat remittendi quid modicum, ut in iiſdem terminis menſuræ *Ludovic. conſ.150. n.9. Ponten. de Locat. cap.24. num.43. Rot. Dunozett. apud Buratt. dec.30. per tot. Rot. Martina apud Thomat. dec.195. n.9. & ſeqq. Rot. noſtra apud Venturin. citat. dec.8. n.46. Rot. coram Ludoviſ. dec.118. num.5. ubique Addit. lit. A. in recen. diſt. dec.93. num.8. & 9. & cit. dec.135. n.19. & ſeqq. part.9. d. dec.46. num.12. & ſeqq. part.19. & in d. Cavallicen. Præeminentiæ 13. Junii 1704. §. Inapplicabilis, coram D. Card. Priolo.*

Prout obicem facere non valet, quòd cum Marchio Bartholomæus de annuo reddito demonſtrativè tantùm ſenſerit; ſequens manutenendi, & conſervandi promiſſio accipienda erit,
30 retento eodem themate, ponderando præſertim dictionem *detta*, quæ nunquam relativa etiam ad redditum demonſtrativè acceptum debet referri.

Quoniam, ultra quod objectum ſupponit id, quod principaliter cadit in quæſtione, ſufficit reſpondere, quod cum in parte ſuperiori inſtrumenti bona aſſignata Religioni pro dote, & fundo Prioratus, aſſerantur, & affirmentur propria, libera, & ſecura valoris ſcutorum 10. mil., & annui redditus ſcutorum 900. poſtea verò ſubſequatur promiſſio manutenendi, & conſervandi dicta bona talia, prout aſſerta fuerunt, ejuſdem valoris, pretii, & redditus. Indè promanat quod unica promiſſio in eadem periodo facta, & in ſtipulationem deducta, ſicut accipi non poteſt in ſenſu inutili, & demonſtrativo reſpectu libertatis, ſecuritatis, valoris, & pretii, in eodem ſenſu demonſtrativo accipi nec pote-
31 rit reſpectu redditus, quodque omnia ſimul æquè determinentur à promiſſione, & obligatione manutenendi, & conſervandi, ex firmatis per *Rot. cor. Cerr. dec.718. num.7. & 8. in rec. dec.318. n.10. & ſeqq. part.11. & dec.45. n.9. & 10. part.16.*

Præcipuè quia promiſſio manutentionis, & conſervationis ſpecialiter facta fuit pro valore, & reddito, ibi — *Se medeſimo, e tutti gli altri ſuoi beni obligò per le coſe predette, e ſpecialmente per la detta conſervazione, valore, e rendita &c.* — Ac propterea eò minus manutentioni
32 redditus poteſt tribui ſenſus demonſtrativus, ſtante dictione *ſpecialmente*, quæ indicat annuum redditum fuiſſe expreſsè, & plus quàm alia in promiſſione contenta conſideratum, & volitum *Barboſ. diſt.381. per tot. Torr. Varior. Jur. quæſt. tom.1. tit.3. quæſt.9. n.29. fol.571.*

Dictionemque *detta* poſitam poſt expreſſum, & affirmatum annuum redditum in ſumma ſcutorum 900. operari, quòd in eadem annua quantitate ſcu-
33 torum 900. fuerit promiſſa manutentio, & conſervatio benè *Anſald. ſæpè laudato conſ.16. num.48. Rota in rec. dec.287. n.15. & 16. par.11.*, & generaliter *Mauſ.* in alia Cauſa hujus Sacræ Religionis ſcribens *conſult.120. n.12.*

Demonſtrationem, quam præſeferre
non poſſunt verba obligationis, etiam
nec poſſe viſum fuit à rationibus in
objectio relatis; Quo enim ad primum
conſiſtentem in eo, quòd preces, &
reſcriptum, in quibus petitur, & reſ-
pectivè conceditur fundatio Commen-
dæ cum dote ſcutorum 20. mil., adver-
ſentur inſtrumento, in quo bona fructus
ſcutorum 900. aſſeruntur, tanquam per-
petuò conſervari, & manuteneri pro-
mittuntur, & propterea quod dictum
fuerit in reſcripto ſolùm debeat atten-
34 di; Commendarum enim erectionem ca-
piunt vires, & perfectionem à reſcri-
pto, teſte in terminis Commendarum
hujus militiæ *Anſald. conſ. 140. n. 110.
& ſeqq. De Luc. de Juriſpatronat. diſc. 80.
num. 8.*, & in hac cauſa ſcribens *Palm.
Nep. alleg. 317. n. 15. verſ. ſalvo tamen*,
itaut nec alia pacta, & conventiones
35 deinde addi poſſint, ut in terminis
noſtrarum Commendarum *De Luc. de
Juriſpatronatu d. diſc. 80. num. 8. & ſeqq.*,
& generaliter de aliis Commendis *Se-
lerzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 12.
n. 36.*

In utraque enim ſui parte inſubſiſtens
detegitur objectum. Et quidem in pri-
ma, cum enim Marchio Bartholomæus
obtulerit ſcuta 20. mil. ex bonis Si-
moneis de Verzonibus, in Territorio
Prati, vel alibi exiſtentibus, juxta æſti-
mationem faciendam, & Princeps be-
nignè annuerit oblationi ſibi factæ, nul-
la habita mentione annui redditus:
Dicendum eſt Sereniſſimum Magnum
Magiſtrum, nihil de fructibus diſpo-
ſuiſſe, eo quia ſciebat ipſius volunta-
36 tem circa fructus in reſcripto non de-
claratam ex juris diſpoſitione deſumi
debere, ex notatis per *Palm. Nep. al-
leg. 301. n. 4. Caball.* Florentiæ judicans
*conſ. 124. num. 2. & ſeq. lib. 1. Rot. coram
Emer. ſen. dec. 470. num. 2. in rec. dec. 52.
num. 8. par. 7. dec. 143. n. 5. & dec. 218.
num. 20. par. 8. dec. 483. num. 14. & 15.
par. 9.*, & in noſtris præciſis terminis
Anſald. d. conſ. 18. n. 15.

Hac autem attenta, quantitas fru-
ctuum regulatur à quantitate pretii
37 juxta taxam de Anno 1635. vigentem
ſcutorum quinque pro centenario, de
qua *Gloſſ. in auth. propterea V. juſta C. de
donat. ſeculi. Eccleſ. Caball. conſ. 145. nu-
m. 11. lib. 1. Rot. in rec. dec. 302. n. 6.
par. 14. dec. 61. n. 2. dec. 146. n. 8. par. 13.
dec. 703. num. 11. & 13. par. 18. dec. 584.
num. 3. par. 19.*, & in terminis individua-
libus *Anſald. d. conſ. 18. n. 16.* adeout
qui dicit Principem ſenſiſſe de minori
fructu, juxta qualitatem & prorſus ignora-
38 tam bonorum hæreditariorum Simo-
nis de Verzonibus, id probare tenetur
*Rot. in rec. dec. 226. n. 4. par. 9. dec. 295.
num. 2. par. 12. dicta dec. 302. num. 6.
par. 14.*

Maximè quia juridica taxatio fru-
ctuum concordat in hac parte cum ſo-
lito, & cum Ordinationibus, & Statutis
Religionis: Quod enim attinet ad ſo-
litum, cum Commendæ ideò dotæ,
& fundi aſſignentur, ut ex eis annua-
tim fructus percipiant milites quaſi ſti-
pendia, cum quibus poſſint ſe manute-
39 nere, & honorificè tractare, pro Fide
Catholica pugnare, & aggredientibus
felicissimos ſtatus Sereniſſimi Magni
Magiſtri reſiſtere, aliaque peragere,
de quibus in terminis hujus Religionis
*Anſald. conſ. 11. num. 100. conſ. 13. n. 16.
26. 37. 140. & 173. conſ. 14. num. 190.
conſ. 26. n. 80. & conſ. 27. n. 10. & ſeqq.
conſ. 57. n. 67. conſ. 78. numer. 13. & 33.
conſ. 138. n. 103. & conſ. 140. num. 16. &
num. 25 & ſeqq. R. P. D. meus Anſald. de
Commerc. & Mercat. diſc. 71. num. 38.*,
40 & generaliter de Commendatariis alio-
rum Ordinum Militarium *Selerzan. de
Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 23. n. 8. &
ſeqq. & n. 60. & ſeqq.*, utque fructibus
oblatis, & promiſſis non defraudetur
41 Religio in caſibus, in quibus illi ſpe-
ctant ad Theſaurum, de quibus in cap.
12. & 29. *Statutorum Ordinis*, relatis
per *Anſald. dicto conſ. 18. num. 27.*, & an-
tea *conſ. 14. n. 20. 22. & 26. & n. 231.*,
ubi quòd fructus aſſerant Commendæ
in caſu reverſionis earum ad Religio-
42 nem, abſque Religionis utilitate re-
maneret, & *conſ. 14. num. 41. 42. & ſub
num. 44.*

Hinc inolevit ſtylus, quòd in earum
fundationibus ratio non minùs habea-
tur ad ſortem, & capitale pro indi-
gentiis, & neceſſitatibus Equitis tan-
43 tùm, cum illud alienari, & hypotheca-
ri non poſſit, in individuo *Anſald. d.
conſ. 14. num. 188.*, & de aliis Ordinibus
Militaribus *Selerzan. de Jur. Indiar.*

tom. 2.

tom. 2. lib. 1. cap. 24. n. 2. & ſeqq. & per tot. Quàm ad fructum exindè percipiendum, qui in qualibet fundatione, & erectione Commendæ diſcuti, & recognoſci ſolet, & virtualitèr oblatum à Marchione Bartholomæo, & acceptatum à Sereniſſimo Magno Magiſtro
44 cenſetur, juxta naturam actus, & ſolitum Religionis, ut in individuo ponderat *Aulald. d. conſ. 18. n. 24. & ſeqq.* & quod contrahentes attendere debeant, ſe conformare naturæ ſubjectæ mate-
45 riæ, & moribus loci, in puncto erectionis Commendarum *Aulald. conſ. 18. n. 3. & 24. & conſ. 26. num. 38. 69. 79. & 80. Venturin. conſ. 42. num. 3. 7. ſub n. 9. & 22. Antonius Corinus apud eumdem conſ. 43. n. 62. & ſeqq. lib. 1. Manſ. conſult. 109. n. 16. Rota noſtra in Piſtorien. Commendæ de Bolonis 24. Maji 1676. §. Nec non Dominus Commiss.*

Hoc ipſum confirmant ſtatuta, & Ordinationes Religionis, in quibus diſponitur, quòd in vacationibus fructus, & redditus Commendarum pro
46 Annata, & Mortuario regulentur ad rationem quinque pro centenario contra hæredes, & bona Fundatorum, ita enim ſancitur in *Generali Capitulo [illegible] ſub n. [illegible], & in reformationibus cap. 1. tit. 16. & in addit. ad tit. 3.*
47 *cap. 2.* quas ordinationes ad illum præciſum effectum ponderat *Aulald. d. conſ. 18. n. 3. & 4.*

Clariuſque hanc veritatem comprobant geſta ab Auditore Sacræ Religionis Præſidente, qui cum in executionem, & adimplementum gratiæ nedum converit, quòd Periti in æſtimatione rationem haberent ad certum fructum, ſed in inſtrumento fundationis bona in ſolutum reciperent ſub iterata promiſſione manutenendi, &
48 conſervandi fructum in aſſerta, ac affirmata quantitate ſcutorum 900., id cenſetur pepigiſſe in inſtrumento, quod ex voluntate Principis tacitè, & virtualitèr in gratia continebatur, cum talis miniſter in his externis ſit organum mentis, & vocis Sereniſſimi Magni Magiſtri, illiuſque voluntas à geſtis ab il-
49 lo colligatur, ut de Datario, & Vicecancellario Papæ ſcribunt *Paniſ. de*
50 *conſignat. lib. 12. quæſt. 13. num. 18. de Luca de relation. Curiæ diſc. 9. num. 38. & 31. & diſc. 10. num. 16. Rot. coram Cerr. dec. 703. num. 11. & 12. in recen. dec. 48. n. 8. & ſeqq. part. 3. dec. 113. num. 4. & ſeqq. part. 10.*

Et ſi admitterentur fundationes Commendarum, nulla habita conſideratione ad fructus, & ad qualitatem bonorum, ſequeretur abſurdum, quòd
51 in ſolutum pinguiſſimæ dotis aſſignari poſſent bona minimi fructus, & ad obſeſtamentum inſervientia ad libitum Fundatoris, daretque poſſet caſus, quòd talia bona eſſent ſubjecta fundationibus, periculis, & vinculis: Undè ad hoc abſurdum evitandum, dicendum eſt, ſtabilita etiam dote in precibus, & reſcripto, ſi nihil dictum ſit de qualitate bonorum, & quantitate fructuum, prohibitum non eſſe ſuper illis in executione gratiæ examen, & diſputationem aſſumi, illaque ſpecificari in inſtrumento, quod non per hoc poteſt
52 dici contrarium precibus, & reſcripto, ſed potius suppletivum, & magis ſpecificativum, ideoque caſu ea, quæ ſunt in Inſtrumento addita, cenſentur fuiſſe de mente contrahentium tempore Capitulorum, & reſcripti,
53 ad quem effectum in eodem actu, inſtrumenti extenſio fuit conventa *Rot. coram Cerr. dec. 874. num. 13. Rojas dec. 180. num. 8. Emer. Jun. dec. 146. num. 18. & 19. in rec. dec. 360. num. 1. & dec. 397. num. 18. part. 9. deciſ. 176. n. 12. part. 10.*

Quoties enim capitula, ſeu reſcriptum non explicat germanam, & integram intentionem Partium, ſed aliquam dubietatem involvunt, tunc declarationem, & interpretationem recipiunt ab inſtrumento poſtea mu-
54 tuo conſenſu celebrato *l. ſed Julianus 9. §. Proindè ff. ad Senatus Conſult. Macedon. Rot. coram Otthobon. dec. 133. n. 18. Golſ. dec. 39. num. 3. Emer. Jun. d. dec. 146. num. 19. & 20 rec. dec. 397. n. 18. part. 9. dec. 221. num. 3. dec. 181. n. 12. part. 17. & dec. 98. n. 19. part. 18.*

Abſque eo quòd prædicta contrarietas deduci potuerit ex quo, in precibus, & reſcripto bona valoris ſcutorum 20. mil. offeruntur, & reſpectivè acceptantur, in inſtrumento autem, in quo ſcuta 900. annua promittuntur, implicitè Marchio ſe obligat ad capitale ſcutorum 30. mil., cum

à minori quantitate, & inveſtimento
non poſſit retrahi annuus fructus ſcu-
torum 900. Etenim cum de Anno
1655., quo fuit factum inſtrumentum
erectionis, vigeret præſumptio Juris
pro reddita bonorum ad rationem
55 ſcutorum quinque pro centenario,
Marchio Bartholomæus, qui liberam
habebat poteſtatem aſſignandi Reli-
gioni bona ſtabilia in territorio Prati,
aut alibi in Statu S. Celſitudinis Regiæ
exiſtentia, non debebat in ſolutum
tradere bona, quæ tria pro centena-
rio redderent, ſed vel loca Montium
Florentiæ, vel bona ſtabilia ſcutorum
20. mil. quæ eſſent annui redditus
ſcutorum 900. circitèr, quod ſi non
fecit, tenetur hodiè reſarcire damnum
56 Sacræ Religioni, & Commendatario
ex ſua culpa, & negligentia illatum.
Cap. damnum 86. de Regul. Jur. in 6. Rot.
noſtra apud Urceol. dec 31. n. 11. & Rom.
poſt De Luc. de Dot. dec. 49. num. 1. & in
rec. dec. 481. num. 18. part. 19.

Irrelevans pariter detegitur obje-
ctum in altera ſui parte; quia cum ad
perficiendam fundationem, & erectio-
nem Commendæ, duo requirerentur
contractus, unus donationis, & aſſi-
gnationis dotis in quantitate ſcutorum
20. mil., alter autem dationis in ſo-
lutum pro extinctione dicti debiti do-
talis. Eſto quòd ex precibus, & reſcri-
pto perfecta dici poſſet dotis conſti-
tutio in quantitate, attamen contra-
ctus dationis in ſolutum perfici debuit
57 in futurum, mediante electione certo-
rum bonorum, eorumque æſtimatione,
ex traditis per *Rot. in rec. dec. 63. num. 4.*
part. 1., & deciſ. 26. num. 17. & 18.
part. 10.

Et quatenus etiam datio in ſolutum
perfecta fuiſſet; adhuc potuiſſet Mar-
chio Bartholomæus ſe obligare ad ma-
nutenendum bona annui redditus ſcu-
torum 900., Cum enim pactum hu-
juſmodi ſit Sacræ Religioni favorabi-
le, ex quo melior efficitur conditio
Bajulivatus, pro illius validitate, &
ſubſiſtentia nil aliud exigitur, quàm
conſenſus Fundatoris, cum aliter Sere-
niſs. Magni Magiſtri, vel non requira-
tur in re habente annexum favorem piæ
58 cauſæ, majuſque Religionis decus, &
incrementum, cum Deus, qui ſemper
& ubique præſens eſt, pia noſtra opera
ſtatim acceptet *Caſtrenſ. in L. decernimus*
in fin. n. 3. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Me-
noch. reſp. 89. num. 35. & ſeqq. num. 3.
Tondut. quæſt. benefic. cap. 83. n. 10. Gon-
zalez. regul. 8. gloſſ. 5. §. 7. num. 102. De
Luc. de Donation. diſc. 14. num. 11. &
ſeqq. diſc 23. n. 6. & diſc. 24. n. 2. Ama-
ſæus de Cauſis Piis lib. 1. cap. 4. num. 31.
Sperell. dec. 81. n. 15. & ſeqq. Rota coram
Cavaler. deciſ. 606. n. 10. Dunozett. Jun.
dec. 773. n. 8. & ſeqq., & in puncto do-
nationis factæ Religioni Militari, quòd
Deus illam acceptare dicitur, nec alia
ſtipulatio, aut acceptatio requiratur
Rota in rec. deciſ. 175. n. 3. part. 11. vel
poſita ſcientia, de jure conſenſus, &
59 acceptatio præſumitur in actu favora-
bili *Senatus Mantuanus apud Surd. dec.*
111. num. 13. & dec. 206. num. 11. Rota
noſtra inter dec. Lucen. diverſor. recollect.
per Palm. Nep. dec. 158. num. 3. & 4. Rot.
Romana coram Ubald. Sen. dec. 191. n. 8.
Rojas dec. 34. num. 21. Penting. dec. 178.
num. 3. Priol. dec. 198. num. 8. in recen.
dec. 418. num. 11. part. 4. tom. 1. dec. 174.
num. 4. part. 6. dec. 117. num. 11. part. 9.
dec. 85. num. 17. part. 17. & poſt Zacch. de
Obligat. Cameral. dec. 273. num. 1. poſt
De Luc. de Legat. dec. 24. num. 5. & ſ.
Quidquid dicendum foret, quando
pacta, quæ poſt contractum perfectum
ſuperaddi prætenduntur, fuiſſent Re-
60 ligioni præjudicialia, & onerosa, in
quibus terminis loquuntur Auctorita-
tes in objectio relatæ.

Minùs opitulari potuit Marchioniſ-
ſæ ſecunda ratio, quod nempè non
ſit veriſimile, Tutores voluiſſe obli-
gare Marchionem Bartholomæum vo-
luntariè, & abſque ulla cauſa ad ma-
nutenendum annuum redditum ſcu-
torum 900. circitèr. Quia cum mens
Sereniſſimi Magni Magiſtri fuerit
conſtituendi dictum annuum redditum
pro Prioratu Civitatis Prati, & ex
epiſtolis ſcriptis ab Auditore Sacræ
Religionis conſtet, alitèr fieri non po-
tuiſſe erectionem, ex hoc emergit
fuiſſe deventum ad promiſſionem dicti
annui fructus ex cauſa neceſſaria, ex
61 traditis per *Oſaſch. dec. 70. num. 1. Rot.*
noſtram in Piſtorien. Præceptoriæ de Fan-
tis 14. Septembris 1601. §. Nec ſubſiſte-
re num. 36. cor. D. Auditore Michelotio.

At-

Atque hinc corruit aſſerta nullitas
obligationis, & alienationis Bartholo-
mæi tunc minoris deficientibus Solem-
62 nitatibus Statuti Florentini, de quo in
ſpecie *Caſtrenſ. conſ.106. num.3. lib.2.*
Roland. à Val. conſ. 7. num.17. lib.3. Paladar.
Rupa obſerv.301. num.3. Decian. conſ.39.
ſub num.3. & 4. Scaccia de Appellat. quæſt.
19. remed.2. num.23. Anſald. de Commer.
diſc.18. num.17. & ſeqq. & diſc.19. n.4.
& ſeqq. Rota noſtra apud Urceol. dec.10.
num.2. Magon. dec. Florent.22. num.2.
Hujuſmodi enim ſolemnitates non re-
quiruntur, quando contractus cele-
bratur ex cauſa neceſſaria *Pattor. al-*
leg.121. num.11. Calderon. reſol.95. n.38.
& 66. Dominor Conſtantin. ad Stat. Urb.
annot.24. num.579. annot 25. num.11. &
63 *latius annot.44. num.606. & ſeqq. Marc.*
Medic. examinat.57. num.4. Rota in rec.
dec.422. num.17. & 18. part 19. & apud
Calderon. dicta reſol.95. n.66., & in ter-
minis hujus noſtri Statuti Florentini
Marc. Medic. in Addit. ad examinat.57.
num.11. Sicut nec requiruntur in fun-
dationibus Commendarum hujus Sa-
cræ Religionis factis à minoribus, ut
benè in individuo firmat *Caball.* tunc
64 ejuſdem Sacræ Religionis Præſes me-
mittiſſimus *conſ.180. n.51. & ſeqq. lib.1.*
fol. mihi 146.

Quinimò quatenus prædictæ ſolem-
nitates fuiſſent neceſſariæ, adhuc illa-
rum defectus ſuppletus remaneret ex
ratificatione dictæ fundationis facta à
65 Bartholomæo poſt completam mino-
rem ætatem *Cancel. alleg.6. num.13. &*
ſeqq. Rot. coram Ottbobon. dec.112. n.5.
& coram Cerrin. dec.1338. n.8. dec.1898.
num.6. in rec. dec.62. n.21. part.7. dec.140.
num.3. & dec.173. num.13. part.11. de-
ciſ.305. in fine part.13. & poſt diſſert.15.
Paulut. dec.3. n.3. & ſeqq.

Quam ratificationem deſumi poſſe
viſum fuit, ex quo Bartholomæus
factus major paucos poſt menſes à die
fundationis, per triginta, & ultra an-
nos, quibus vixit, numquam recla-
66 mavit, commendam poſſedit, fructus
illius percepit, equeſtrem habitum de-
tulit, & in diviſione inter fratres facta,
Commendam pro ſua portione recepit,
calculato illius annuo redditu in
ſcutis 800., ut de non reclamatione
Rot. poſt Paulut. diſſert.15. dicta dec.3.
num.11. & 12. & poſt De Luc. de Alie-
nat. dec.37. n.9. de poſſeſſione Commen-
dæ, in terminis Commendæ hujus Reli-
gionis *Gizzarell. reſp.18. n.8. & ſeqq.*
lib.2. Rota noſtra in Florentina Majora-
tus 11. Septembris 1699. §. Penultimo,
coram Illuſtriſſimo Domino Auditore Se-
ragno, Rot. Romana coram Cavaler. de-
ciſ.604. n.2., & in hac Cauſa ſcriben-
tes *Maſerius apud Palm. Nep. alleg.380.*
ſub n.14. & 15. & alleg.386. n.9., ubi
plures citat, *Palm. Nep. alleg.387. n.17.*
verſ. his omnibus, de perceptione fru-
ctuum *Bonden. collect. 29. n.30. lib.1.*
Urceol. de Tranſact. quæſt.13. n.25. Rota
noſtra apud AccarIſ. dec.22. n.11. Rota
Romana in rec. dec.462. n.6. par.13. &
dec.59. n.13. par.14., & de diſpoſitione
facta de re, ſuper qua fuit contractus
celebratus, *Rot. cor. Pentinger. dec.265.*
num.2.

Haud relevante, quod nulla ratifi-
catio induci poſſit, non probata in mi-
67 nore ſcientia nullitatis facti, & juris,
plenè *Bonden. collect.30. n.125. & col-*
lect.43. n.59. & pluribus ſeqq. lib.2. D.
Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.25.
num.175. & ſeqq. & annot.44. n.25.
463. & num.531. Rot. poſt cum dec.61.
num.10. & dec.109. num.22. in rec. de-
ciſ.306. n.18. par.18. dec 475. n.48. &
dec.643. n.19. par.19. poſt De Luc. de Alie-
nat. dec.38. n.22., ubi concordantes,
& in Viterbien. Salviani 16. Aprilis
1706. coram R. P. D. meo Anſald. apud
Calderon. reſol.36. n.42. & 43. Rot. Se-
nen. inter recollect. per Palm. Nep. dec.
Lucen. diverſor. dec.143. n.34. Rot. no-
ſtra apud Urceol. dec 10. n 3.

Etenim, quoad ignorantiam facti,
iſta excluditur, ex quo minor contra-
ctus, non per Procuratorem, Tutorem,
vel aliam perſonam intervenerit, ſed
per ſe ipſum, de tempore, quo eidem
68 pauci menſes deficiebant pro complen-
da minori ætate, Ex quo ipſe effectus
major diviſionem fecerit cum Fratri-
bus, in qua pro ſua portione recepit
Commendam, eamque taxavit in ſcu-
tis octingentis, habita præciſa relatio-
ne ad inſtrumentum erectionis illius,
& tot, tantoſque actus ſuperiùs re-
cenſitos geſſerit; Ex quibus ſublata
remanet ignorantia facti, eaque alle-
gabilis amplius non eſt à minore, qui
con-

69 contractui perſonaliter interfuit, ut ad
effectum ratificationis in ſpecie *Conciol.
alleg.6. num.21. Aſtolin. reſol.38. n.22.
& reſol.107. num.35. Manſ. conſult.184.
ſub num.57. Rot. coram Cocin. dec.1338.
num.9. & dec.1439. num.15. & 16. Gre-
gor. dec.260. n.13. verſ. nec facit, in rec.
dec.321. n.9. & dec.478. num.17. par.4.
tom.2. dec.189. num.48. par.6. dec.306.
num.54. par.7. poſt De Luc. de Alienat.
dec.37. n.10.*, & deciſum fuit in hac cau-
ſa ſuper alio articulo 24. *Julii 1696. §.
Non obſtat, coram D. Venturino*.

Ignorantia verò juris ſuper re, nul-
lam involvente dubietatem, ſuffragari
non poteſt ei, qui vivens in Civitate
conſpicua poterat faciliimè conſulere
Peritos, & ab eis edoceri, quòd in
70 contractibus minorum adhiberi debent
Statutariæ ſolemnitates, in puncto
*Conciol. d. alleg.6. ſub num.21. Aſtolin.
reſol.38. num.23. & 24. & reſol.107. nu-
mer.35. & 36. Rot. diverſor. dec.159.
num.21. par.2. coram Cocin. dicta deciſ.
1338. num.10. & 11. & deciſ.1439. nu-
mer.17. in rec. dec.321. num.10. & 11.
& dicta dec.478. num.18. part.4. tom.2.
poſt De Luc. de Alienat. dicta dec.37. nu-
mer.10. Rot. noſtra in Liburnen. crediti,
ſeu retentionis 1704. §. Et ignorantia ju-
ris*, & deciſum fuit in dicto alio arti-
culo *1696. §. Non obſtat*, ubi reſpon-
71 detur contrariis, quæ deciſio hodie eſt
ſupponenda *Rot. poſt De Luc. in Mon-
tiſſ. de Dote dec.9. num.13. de Teſtament.
dec.33. num.7. & de Judic. dec.27. n.8.
& in rec. dec.495. n.7. par.18. & dec.134.
num.16. par.19.*, & alibi paſſim.

Et quamvis ſupradictas Auctoritates
72 ex profeſſo impugnet *Bondon. collect.
43. n.72. & ſeqq. lib.2.* ubi concordan-
tes *D. Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.
44. n.532. & ſeqq. Rot. poſt De Luc. de
Alienat. dec.38. num.23. & ſeqq.*

Prima tamen opinio pro validitate
contractus securè procedit, quando
adſunt conjecturæ, quæ inducant ſcien-
73 tiam, ut declarant in ſpecie *Bondon. d.
collect.43. n.62. lib.2. De Angel. de Con-
feſſ. tom.2. quæſt.74. n.44. & ſeqq.*, ubi
adducit concordantes, & explicat con-
trarios *D. Conſtantin. ad Statut. Urb. an-
not.44. n.541. Rot. poſt diſſert.15. Pan-
dect. dicta dec.2. n.13. & ſeqq.* ubi decla-
rat contrarios, & *poſt De Luc. de Alie-
nat. dec.38. n.29. & 30.* ubi pariter de-
clarat contrarios.

Quemadmodum prodeſſe non va-
let tertia ratio, quia Marchio Bartho-
lomæus non promiſit Religioni fructus
certi determinati Prædii, ut evenit,
quando promittuntur fructus recom-
penſativi alicujus Prædii, tunc enim
ſi Prædium tantos fructus non reddit,
illos in exceſſu non poteſt prætendere
venditor, ea ratione, quia ſi ipſe
74 prædium non vendidiſſet, illos fru-
ctus tantum, & non majores ab eo
percepiſſet, & in his terminis loquun-
tur Auctoritates ſupra in objectu re-
latæ n.11. & 12. Diverſimodè autem
res ſe habet, quando, ut in caſu noſtro,
Religioni fecerunt promiſſa ſcuta 20.
mil. ex bonis hæreditariis Simeonis de
Vertonibus, quæ redderent ſcuta 900.
circiter, nam tunc aut in hæreditate
Simeonis aderant bona talis annui
redditus, prout re vera adfuiſſe non
75 ambigitur, & ſibi imputare debet
Bartholomæus, ſi cum illis Prioratum
erigi non curavit: Aut bona talis
redditus non aderant, & id notifica-
re debebat Religioni, & Sereniſſimo
Magno Magiſtro, qui vel facultatem
ei vendendi, & alia magis fructifera
emendi dediſſet, vel alio modo provi-
diſſet, ſed nunquam poterat, nec de-
bebat aſſerere, & ſe obligare ad ma-
nutentionem annui fructus ſcutorum
900., & ſi id imprudentèr, & incon-
ſultò fecit, damnum, quod ſibi con-
tingit, ſibi, ſuæque imprudentiæ ad-
76 ſcribere debet *Senatus Mantuanus apud
Surd. in dec.64. n.18.*

Et demùm objicere ſufficere non po-
tuit, quod hæc omnia aſſerta, pro-
miſſa, & geſta ſint à Tutoribus, qui
insimul erant Executores teſtamenta-
rii habentes ampliſſimam poteſtatem
in Teſtamento, adeòut nec eis poſ-
ſent revideri computa, quamvis evi-
dentèr conſtaret malè, & perperam
feciſſe. Etenim hæc generalis facultas,
& prægnantiſſima liberatio indulta
Executoribus, operatur quidem, ut
Bartholomæo eſſet præcluſa via eos
77 redarguendi de geſtis ab ipſis, ſed
quidquam prodeſſe non poteſt pro
obligationibus, & contractibus factis
cum Tertiis Perſonis, quibus minor
cum

cum Tutorum auctoritate contrahens,
18 efficacitèr remanſit obligatus *De Luc. de Dote diſc.* 181. *num.* 16. *Rot. in rec. dec.* 396. *num.* 6. *part.* 15. & in hac eadem cauſa ſcribens *Palm. Nep. alleg.* 377. *n.* 12. & 13. Prout talis facultas nihil opitulari poteſt Executori in iis, quæ ſunt
19 contraria voluntati Teſtatoris *Manſ. conſult.* 514. *num.* 22. & *ſeqq. Torr. Variar. tom.* 2. *miſcellan. part.* 1. *quæſt.* 29. *tit.* 12. *num.* 11. & *ſeqq. fol. mihi* 545. *Rot. coram Pamphil. dec.* 442. *num.* 7. *verſ. è converſo Priol. dec.* 75. *num.* 4. *in recen. dec.* 64. *num.* 14. *part.* 17.

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Promiſſio manutentionis certi redditus, de qua in ſuperiori deciſione, oſtenditur adimpleri debere ex propriis bonis fundatoris, dum, quamvis in executionem diſpoſitionis alterius egerit, ſe tamen, & ſua bona expreſsè obligare velle declaravit, & ex quibus ſua voluntas, & obligatio de proprio deſumatur, vide late.

SUMMARIUM.

1 *Commenda fundator promittens pro dote bona certi valoris, & redditus, ſi capitalia aſſignet in quantitate promiſſa; quæ ſint minoris redditus; aſſignatarius, qui vult ſupplementum redditSuum, tenetur pati diſtractionem ſtabilium aſſignatorum, ex quorum inveſtimento in effectibus magis fructiferis, poſſit ipſe totum redditum promiſſum percipere.*

2 *Temperamentum hoc, quod nemini præjudiciale reputatur, & quo cuicumque jus ſervatur, amplecti meretur, juxta axioma, quod uni non nocet, & alteri prodeſt, non eſt denegandum.*

3 *Rota Florentina, & aliæ Tribunalia ſuprema ſolent, relicto juris rigore, æquitati inniti; ubi de pluribus Tribunalibus fit mentio.*

4 *Stante promiſſione manutentionis certi redditus cum obligatione ſui ipſius, & ſuorum bonorum facta à promittente; iſte in caſu deficientiæ tenetur ad ſupplementum de propriis bonis.*

5 *Illud non procedit, quando obligatio, nomine proprio referri poteſt ad cauſam præambulam teſtamenti, nam tunc obligatio in propriis bonis reſtringitur ad bona ſibi in partem obvenita vigore teſtamenti.*

6 *Sic hæres beneficiatus ſe obligans de proprio, cenſetur ſe velle obligare ad aſſecurandum de proprio, quatenùs ſit in hæreditate, non verò ut ultra hæreditarias vires remaneat adſtrictus.*

Contra, quòd qui de proprio non tenetur, ſi de proprio ſe obliget, de propriis bonis ſatisfacere debeat, num. 7. & ſeqq. & ex n. 9.

Aſſignatur ratio diverſitatis, quæ eſt in hærede beneficiato, ibidem.

7 *Hæres beneficiatus cogitur ſolvere debita, & legata, ex bonis propriis, niſi illa ex bonis hæreditariis ſatisfaciat.*

8 *Unde ſi ſe obligat de proprio, intelligitur, prout de jure, nec ultra vires hæreditarias ſe obligare voluiſſe dicendum eſt.*

9 *Ubi tamen ſe obligans in proprio nullatenùs teneri poterat de propriis bonis, ut Executor, Tutor, Adminiſtrator, Procurator, & ſimiles, ſi expreſsè ſe obligavit de proprio, cenſetur promiſiſſe de bonis propriis independenter à Teſtatore, pupillo, & ſimilibus.*

10 *Et eo magis ſi concurrant conjecturæ oſtendentes eum, qui de proprio non tenebatur, in propriis bonis ſe voluiſſe obligare.*

11 *Concurrentibus enim conjecturis etiam hæres beneficiatus cenſetur ſe ad totum debitum obligaſſe, etiam ultra vires hæreditarias.*

12 *Prima conjectura de voluntate ſe obligandi in propriis bonis eſt, ſi propriam perſonam, & omnia alia ſua bona, verbis ampliſſimis, & generaliſſimis obligavit.*

13 *Maximè attenta dictione* ſuos, *quæ potius ad bona propria promittentis, quàm ad illa Teſtatoris fideicommiſſo ſubjecta referri debent.*

14 *Et dictione* alteri, *quæ diverſitatem bonorum Teſtatoris ab illis ſe obligantis oſtendit.*

15 *Stante voluntate promittentis ſe obligandi de proprio, iſta exequi debet.*

16 *Secunda conjectura eſt, ſi non ſolùm obligavit ſe de proprio, ſed etiam bona præſentia, & futura omnium Commendatariorum pro tempore, & reſpectu iſtorum obligatio de bonis propriis, indepen-*

dependenter ab illis Teſtatoris debeat intelligi.

17 *Si in alia parte diſpoſitionis talem obligationem de proprio intellexit, ſe obligans.*

18 *Tertia conjectura eſt, ſi promittens ſciebat bona Teſtatoris non reddidiſſe, nec reddere annuam quantitatem conventam.*

19 *Hæres beneficiatus ſciens hæreditatem non eſſe ſolvendo, ſi ſe obligat de proprio, tenetur ultra vires.*

20 *Tutor, & Adminiſtrator promittens ultra quam importent bona adminiſtrata, in eo quod plus eſt de proprio promiſiſſe cenſetur.*

21 *Quarta conjectura eſt, ſi promittens admodum dives ſit, & agatur de ſe obligando pro erectione Bajulivatus, redundante in honorem, & decus Familiæ.*

22 *Hæres beneficiatus tenetur de proprio, ſi aliquod commodum ex obligatione reportavit.*

23 *De proprio ſe obligaſſe cenſetur, ſi diverſimodè diſpoſuit ab eo, quod ordinavit defunctus.*

24 *Si reſpectu unius ſummæ clarè expreſſit ſe de proprio velle teneri, & legitimam, & trebellianicam obligavit.*

25 *Et ſub eiſdem verbis utraque obligatio continetur.*

26 *Obligatio de proprio facta in executionem teſtamenti alterius, quando non reſolvatur in fidejuſſionem, quatenus ſcilicèt bona Teſtatoris non ſint ſufficientia,* & numer. ſeqq.

27 *Fidejuſſor tanquam ſubſidiariè obligatus urgeri non debet ante factam principalium excuſſionem.*

28 *Declara hoc procedere favore tertii poſſeſſoris, non fidejuſſoris, qui ſe de proprio obligavit.*

29 *Se obligans* in executionem diſpoſitionis alterius, *ſi cum propriis bonis ſe adſtrinxerit, demonſtrativa tantum dicitur talis expreſſio.*

30 *Dictio* circiter *recipit ampliationem, & moderationem ex judicis arbitrio.*

31 *Et talis dictionis tutior interpretatio dari non poteſt, quam deſumpta ex mente partium intereſſe habentium.*

Et ex quibus talis mens deſumatur, ibidem.

DECISIO XLVII.

PRobato ex dictis in alia hodierna mea Deciſione locum eſſe ſupplemento annui redditus promiſſi à Marchione Bartholomæo, major inter Dominos fuit difficultas ſuper deciſione alterius dubii, quomodo nempè ſuppletio facienda ſit, & ad quem tale onus ſupplendi ſpectet: In quo articulo quoad primam ejus partem diximus hæreditatem Simeonis, ejuſque poſſeſſores teneri præſtare patientiam, ut D. Marchioniſſa Maria Magdalena Verzoni Salviati nominibus, de quibus in actis, ex bonis in dicta hæreditate remanſis, & penès hæredes prædictos, aut Commendatarium, de præſenti exiſtentibus, eorumque alienatione, vel pretio ex eis retrahendo, denuò, & ex integrò, cum conſenſu tamen, & voluntate Sacræ Religionis, valeat aſſignare, ſeu conſtituere fundum, & dotem Commendæ in tot bonis ſtabilibus valoris ſcutorum 20. mil., & annui redditus ſcutorum 900. circitèr ad formam
1 Inſtrumenti. Ita enim omnibus remanet plenè conſultum abſque ullo damno, dum Religio, & Commendatarius pro tempore obtinent capitale ſcutorum 20. mil. & redditum ſcutorum 900. annuorum circitèr, Marchioniſſa nihil de ſuo contribuere debet; Et fideicommiſſum, bonaque Simeonis de Verzonibus nullum damnum patiuntur, nam quatenus etiam Marchioniſſa vellet devenire ad diſtractionem bonorum hæreditariorum Simeonis, iſtius hæreditas reintegrata remaneret ex eiſdem bonis hodie ſubjectis Commendæ, dictæ hæreditati tali caſu reſtituendis. Undè temperamentum hoc nemini præjudiciale, & favorabile Religioni, & Commendatario, qui loco hodierni redditus ſcutorum
2 600. annuorum, ſcuta annua 900. circitèr acquirunt, viſum fuit omninò conſonum juris diſpoſitioni, juxta quam quod uni non nocet, & alteri prodeſt, non eſt denegandum, de qua

eſt

eſt *Textus in l. 2. §. Item Varus ff. de aqua pluvia arcenda, & in l. quodam Liberus §. Paratum ff. de ſervitut.* aliiſque in proximo terminis relati per *Rot. noſtram in Florentina fideicommiſſi de Capponis 31. Januarii 1710. §. At licet, cor. Domino meo Auditore Bonſiun.*

3 Nec non æquitati, cui Tribunalia ſuprema, relicto Juris rigore, inniti ſolent, ut de Senatu Mantuano, idem Senatus apud *Bonden. collect. 20. n. 357. lib. 1.* de Senatu Medioſanenſi *Calvin. de Æquitate lib. 1. cap. 1. n. 17. Mull. obſervat. forenſ. 55. n. 39. lib. 1. Bonden. collect. 33. n. 73. & 74. tom. 2.* de Rota Florentina, *eadem Rota apud Magon. dec. Florent. 28. num. 6. verſ. nihilominus, & dec. 61. n. 35. verſ. nec obſtat dicere, & primo, Monach. dec. Florent 70. num. 33. & 34.* & in alia *dec. ejuſdem Rotæ, impreſſa apud Manſ. conſult. 601. num. 10. tom. 6.* & in alia regiſtrata *inter dec. Lucenſ. diverſor. recollect. per Palm. Nep. dec. 328. num. 47.,* de Rota Romana, *eadem Rota in rec. dec. 249 num. 7. part. 10. dec. 261. num. 11. part. 16. & dec. 466. num. 76. & ſeq. part 19. & poſt De Luc. de Judic. in Mantiſſa dec. 32. num. 6.*

Quo verò ad ſecundam præſentis inſpectionis partem, ad quem nempè onus ſupplendi ſpectet hoc interim, & quouſque bonorum, & novæ dotis aſſignatio cum effectu ſequatur. Cenſuimus condemnandam eſſe Dominam Marchioniſſam Mariam Magdalenam Verzoni Salviati infra terminum ſex menſium, à die noſtræ Sententiæ computandorum, ad ſupplendum annuum redditum Commendæ favore moderni Domini Commendatarii uſque ad ſummam ſcutorum 800., ſalvis Juribus talibus qualibus dictæ Dominæ Mariæ Magdalenæ pro relevatione, ſeu redintegratione adverſus hæreditatem Simeonis.

Præbuit reſolutioni fundamentum obligatio Marchionis Bartholomæi ejus Auctoris in bonis propriis pro manutentione, & conſervatione annui redditus ſcutorum 900., Poſtquam enim aſſeruit, & affirmavit bona eſſe in Capitale ſcutorum 20. mil., & in fructibus ſcutorum 900. annuorum, ſubdit, *e tali, e di detto valore, e prezzo, e della detta annua rendita, promeſſe, e promette di mantenerli, e conſervarli, e ſe medeſimo, e tutti gl' altri ſuoi beni preſenti, e futuri obligò per le coſe predette, e ſpecialmente per la detta conſervazione, valuta, e rendita a favore di detta Sacra Religione, e di tutti i chiamati in detto Baliato, e Commenda &c.*; Promittens quippè manutenere annuum redditum, & ad hunc effectum obligans ſe ipſum, & omnia ejus bona præſentia, & futura, ſi ex bonis aſſignatis tot fructus non percipiantur, qui aſcendant ad annua ſcuta 900. in ſtipulationem

4 deducta; tenetur ſupplere de proprio uſque ad quantitatem promiſſam, cum attenta tali obligatione de propria ſubſtantia, & bonis tenetur ſolvere *Sorrin. Sen. conſ. 154. ſub n. 16. verſ. primò quia licèt lib. 2. & conſ. 100. ſub num. 3. verſ. ſecundo adſtrinxit ſe, & obligavit ſe, & ſua lib. 3. Alexand. conſ. 38. num. 1. & ſeqq. & num. 6. & 7. lib. 1. Cyriac. contr. 456. n. 13. & contr. 458. n. 1. & ſeqq. & n. 37. Coſta in prax. contractual. part. 2. clauſul. 41. ſub n. 1. verſ. etiam quoad bona, Mantan. in pragmatic. 2. n. 168. de Adminiſtrat. univerſitat. Mangil. alias addenti de Evict. quæſt. 186. n. 2. & ſeqq. & num. 18. & ſeqq. Riccius ad Franch. dec. 648. verſ. qui tenet, quod obligatio facta per Tutorem proprio nomine, & ſeq. uſque ad fin. Rota in rec. dec. 408. num. 16. & ſeqq. part. 16.* ubi concordantes.

Non obſtat quod cum Bartholomæus, ejuſque Tutores Commendam fundaverint ex diſpoſitione Teſtatoris, eiuſque bona aſſignaverint pro dote, obligatio manutenendi facta nomine proprio, & cum propriis bonis, ſit referenda ad cauſam præambulam, & debeat

5 reſtringi ad bona ſibi in partem obventa vigore Teſtamenti, & diſpoſitionis Simeonis de Verzonibus, arguendo à ſimilibus terminis Hæredis beneficiati, obligantis ſe nomine proprio, & in ſolidum ad ſolvendum debitum Defuncti, quòd operetur ſolum dicta obligatio de proprio, ut intra vires hære-

6 ditarias Creditor nedum contra bona defuncti, ſed etiam contra bona propria Hæredis poſſit agere, non verò quòd Hæres vigore dictæ obligationis teneatur de proprio ultra vires

Aaaaa he-

hæreditariis, niſi id expreſsè, & ſpecificè dixerit, ut deciſum fuiſſe per Sac. Conſilium Neapolitanum, junctis quatuor Aulis, teſtantur *Ciriacb. diſcept.11. num.17. & ſeqq.* ubi reprobat contrarios *Conciol. de Hæred. art.1. num.425. & ſeqq.* & latiſſimè *art.2.n.1. & ſeqq. & per tot. & num.103. 106. & ſeqq. Calvin. de æquitat. lib.1.cap.33.n.8. De Luc. de Dote diſc.28. num.5. & ſeqq. & diſc.134. num.29. & ſeqq. & de Hæred. diſc.8. ex num.13. Senator Caballonus apud Fontanell dec.491. num.3. & ſeqq. & num.8. & ſeqq. Franch. dec.648. per tot. ibique Ronaus pariter per tot. & de Luc num.2. & 4.* & antea in *obſervationem ad dec.323. num.3. & ſeqq. & ad Gratian. diſcept.364. num.2. & ſeqq.* ubi reprobat contrarios, *& diſcept.553. num.1. & ſeqq. & ad Capyc. Latr. conſult.31. num.1. & per tot. Theor. Compend. dec. part.2. V. exceptio diſcuſſionis inventarii, & V. Hæres cum beneficio, Capyc. Latr. dec.38. num.19. uſque ad 23.* ubi refert, & reiicit contrarios, & *dec.115. num.2. & ſeqq. & num.31 & ſeqq. ibique Gennaro num.3 & ſeqq. Manfredi. ad eandem dict. dec.38. n.1. & ſeqq. Sanfelic. dec.211. num.7. & per tot. & num.18.* per extenſum refert prædictam deciſionem, ſeu decretum junctis aulis, *Rot. coram Bich. dec 430. num.7. & ſeqq. & in rec. dec.392. num.3. part.1. & dec. 700. num.1. & per tot. part.3. dec.81. n.1. part.10. & poſt De Luc. ſuper conſult. Legal. in Montiſſo dec.6. n.1.*

Exemplum quippè Hæredis beneficiati non applicatur caſui noſtro; ille enim cum de Jure cogi poſſit ad ſolvendum legata, & debita defuncti de propriis bonis, niſi ex bonis hæ-
7 reditariis illa ſatisfaciat *De Luc. de Dote diſc 154. num.30. verſ. compatibiles, alter de Luc. ad Gratian. diſcept.553. n.3. & ad Franch. d. dec.648. num.7. verſ. circa præſentem, Rot. coram Bich. dec.430. n.11.*
8 ubi plures concordantes, ſi ſe obligat de proprio, intelligitur prout de Jure, nec præſumitur obligationem à lege ipſius oſſibus inficiam novare, & alterare velle in ſui præjudicium, adſtringendo ſe ad ſolvendum de proprio etiam ultra vires, niſi talem fuiſſe ejus intentionem, manifeſtè conſtet *Grat. diſcept.553. num.30. & ſeqq. & num.34. & ſeqq. Ciriac. diſcept.11. num.28. & ſeqq. De Luc. ad Capyc. Latr. conſult.31. num.2. & ſeqq. & ad Franch. deciſ.323. num.2. & ſeqq. & dec.648. ſub num.6. verſ quod ex ea ratione De Luc. de Dote diſc.28. num.9. & ſeqq. Conciol. de Hæred. art 1. num.426. & art.2 n.20. & ſeqq. & num.131. Sanfelic dec.211. num.7. & ſeqq. Mercador. dec.25. num.7. Rota poſt Pacifie. de Salvian. deciſ.238. n.4. & ſeqq.*

Sed diverſimodè res procedit in noſtra hypotheſi, in qua cum Marchio Bartholomæus nullo caſu poſſet teneri de proprio ad manutenendum dotem, vel fructus Commendæ, obligatio ab eo facta de proprio intelligi non poteſt, niſi de bonis ab ipſo inde-
9 pendenter à Simeone poſſeſſis, ut in terminis Executoris, Tutoris, Adminiſtratoris, Procuratoris, negociorum geſtoris, aliorumque ſimilium firmant *Auctoritates ſupra relata num.4.*

Iſtamque fuiſſe voluntatem Marchionis fit manifeſtum, ſi ponderentur conjecturæ id ſuadentes, & quibus concurrentibus etiam hæres be-
10 neficiatus tenetur de proprio, quamvis debitum tranſcendat vires hæredi-
11 tarias *Ad len. ad Alex. conſ.133. V. integrum lib.5. Ciriacb. d. diſcept.11 n.31. verſ. contraria Gratian. diſcept.364 n.18. & ſeqq. ibique de Luc. num.6. & diſcept. 553 num.31 ibique de Luc. num.4. & ad Franch dec 323 ſub num.4. ad Capyc. Latr. conſult.31. num.4. verſ quod autem alter de Luc. de Dote diſc.28 num.10. in fine Conciol. de Hæred. d. art.3. num.131. Adden. ad Franch. dec.323. in tertio additiou. incipien. videas Sacrum Conſilium Neapolitanum apud Capyc. Latr. dec.148. num.19. & 30. Rot. coram Bich. dec.430. num.9. repetita in recen. deciſ.58. num.7. part.11.*

Prima enim conjectura elicitur ex quo pro manutentione, & conſervatione annui redditus Marchio obligavit ſe ipſum, & omnia alia ejus bona præſentia, & futura cujuſcumque generis, & in quocumque loco poſita, ibi - *e del detto valore, e della detta annua rendita promiſſe, e promette di mantenergli, e conſervargli, e ſe medeſimo, e tutti gl' altri ſuoi beni preſenti, e futuri di qualſivoglia ſorte, e in quel-*

qualſivoglia luogo poſti, e eſiſtenti obligò &c. — ; obligatio enim propriæ perſonæ, & omnium aliorum ſuorum
12 bonorum, cujuſcumque generis, &
ubicumque exiſtentium, facta à Bartholomæo, ratione prægnantiæ, & univerſalitatis verborum, omnia, & quæcumque bona comprehendit, & quidem diverſa ab illis Simeonis Verzoni, Tam attenta dictione illa *ſuoi*, quæ
13 potius ad bona propria Bartholomæi,
quàm ad illa Simeonis fideicommiſſo ſubjecta debet referri *Palm. Nep.* in hac cauſa ſcribens *alleg.*378. *n.*9. *alleg.*382. *num.*18. & *alleg* 385. *n.*1. Quàm illa
14 *alteri*, quæ diverſitatem bonorum ab
illis dicti Simeonis oſtendit, *Rodolphin. alleg.*39. *n.*13. *Torr. Variar. Jur. quæſt. tom.*1. *tit.*2. *quæſt.*36. *num.*82. & *tom.*2. *par.*1. *tit.* 22. *quæſt.*13. *num.*11. *Rot. noſtra poſt De Luc. de Statutar. Succeſſ. in Mantiſſa dec.*1. *n.*100. *Rot. Romana cor. Coccin. dec.*2115. *n* 4. *Emer. Jun. dec.*105. *num.*7. & *in rec. dec.*469. *num.*31 *par.* 19.
Et ſtante voluntate Bartholomæi obligandi non ſolùm bona Simeonis, ſed etiam propria pro manutentione dotis,
15 & fructuum, iſta exequi debet, & bo-
na hæreditaria Bartholomæi deficientium ſupplere debent, *Rot. coram Rich. d. dec.*430. *ex n.*18.

Secunda elicitur ex quo in ſequenti §. Inſtrumenti fundationis, Bartholomæus reperit non ſolùm obligaſſe ſe ipſum, omniaque alia ſua bona præſentia, & futura, ſed etiam omnia bona præſentia, & futura omnium Commendatariorum, & Bajulivorum pro tempore Sicut enim reſpectu Bajulivorum obligatio de proprio intelligi non poteſt correſpectivè ad bona eis obvenienda ex teſtamento Simeonis, dum plures dari poterant caſus, qui-
16 bus Bajulivi non ſuccederent in fidei-
commiſſo, prout in illo non ſucceſſit modernus D. Bajulivus, Ita etiam de proprio, & non correlativè ad bona Simeonis intelligi debet obligatio Bartholomæi, quæ fuit cum illa Bajulivorum æquiparata, & in eodem ſenſu
17 accepta, ita declarando unam partem
diſpoſitionis ab alia, ut fieri debere in terminis Commendarum hujus Religionis, ſcribit *Fontanin. conſ.*42. *n.*78. & *ſeq. lib.*1.

Tertia eruitur ex quo Bartholomæus, ejuſque Tutores ſciebant bona aſſignata non reddere ſcuta 900., dum illa præcedentèr, & de tempore aſſignationis adminiſtrabant, & curarunt à Peritis fieri relationem ſuper capitale ſcutorum 2000., non autem ſuper fructibus, quamvis iſti in certa ſumma æquè principaliter fuerint voliti ab Auditore Sac. Religionis, & ſtipulati, ac promiſſi. Ac propterea ſi non obſtan-
18 te ſcientia, quod prædicta bona Si-
meonis non redderent ſcuta 900., nihilominus voluit talem redditum de proprio manutenere, & promittere; ſignum eſt in tali promiſſione non reſpexiſſe ad bona Simeonis, ſed ad propria, ut in terminis Hæredis beneficiati, qui ſe obligat de proprio, quod
19 teneatur etiam ultra vires, ſi ſcit hæ-
reditatem non eſſe ſolvendo *De Luc. de Dote diſc.*154. *n.*30. *verſ. quare applicando, alias De Luc. ad Gratianum diſcept.* 553. *ſub num.*8. *in fine* §. *Quamvis enim,* & *ad Franch. dec.*648. *n.*7. *verſic. unde, Manfrella ad Capyc. Latr. obſerv.*38. *n.*3. *Rot. Bononien. poſt Baldaſſ. ad Roman. dec.*30. *num.*22. *tom.*2., & de Tutore, & Adminiſtratore promittente ultra
20 quàm importent bona adminiſtrata,
quod de proprio illud plus promiſiſſe cenſeatur *De Luc. de Dote d. diſc.*154. *n.*30. *verſic. ſed ſi ſimpliciter, alias De Luc. ad Gratian. diſcept.* 553. *in fine* §. *Quamvis enim, Rot. Bononien. apud Baldaſſ. ad Roman. dec.* 30. *n.*23 *tom.*2.

Quartum conjiciendi genus præbet veriſimilitudo ſuadens Bartholomæum, pluribus bonis fortunæ ditatum, excedentibus ſummam ſcutorum centum mille, anxiè exoptaſſe erectionem hujus Bajulivatus, ut Familia nedùm di-
21 vitiis, ſed honore etiam, & exiſtima-
tione conſpicua evaderet Qui ſplendor, & decus Familiæ reddit admodum veriſimilem obligationem Bartholomæi in bonis propriis, ut in puncto, quod hæres, ſtante ejus obligatione, teneatur
22 de proprio, & ultra vires, quando ali-
quod commodum reportavit *De Luc. de Hæred. diſc.*8. *n.*14. *Manfrell. ad Capyc. Latr. obſervat.*115. *num.*3. ubi concordantes *Rot. in rec. dec.*233. *n.*16. & *ſeqq. par.*9. *poſt De Luc. in Mantiſſa ſuper Conſtil. legal. d. dec.*6. *n.*7. & 8., & magis

in terminis, & in puncto alterius Commendæ hujus Religionis *Gratian. reſp.18. n.10. lib.2.*

Quintò demum conſiderationem meretur, quòd Bartholomæus non fundavit Commendam eo modo, quo fuit præſcriptum in teſtamento, ſed dotem auxit in ſcutis 4000. contra diſpoſitionem teſtamentariam, præcipientem non poſſe in fundatione Prioratus erogari plus quàm ſcuta 16. mil. Diverſitas autem diſpoſitionis, & obligationis
23 hæredis ab eo, quod ordinavit Defunctus, oſtendit hæredem ſe de proprio obligare, & novationem facere voluiſſe *De Luc. de Dote tit. diſc 18. n.8. & ſeqq., alter De Luc. ad Franch. dec.648. ſub n.6. verſ. quod & ex renunciatione.*

Tantoque magis quia pro augumento ſcutorum 4000. expreſsè voluit tradere bona propria, & accipere tot bona paterna, quæ ei competiiſſent
24 pro Legitima, & Trebellianica, ut legitur in inſtrumento, & probat *Rota in dec. hujus cauſæ edita ſuper reintegratione fideicommiſſi 24. Julii 1696. §. Nec attentis, & ſeqq.*, ubi reſpondet contrariis *coram Domino Auditore Venturino*: Undè dum Bartholomæus poſtquam generaliter ſe obligavit de proprio, deſcendens particulariter ad augumentum ſcutorum 4000. clarè expreſſit, ſe intellexiſſe de bonis propriis, ad ſe ipſum ſpectantibus, nulla habita ratione ad fideicommiſſum Simeonis, de iiſdem intelligi debet obli-
25 gatio reſpectu fructuum, cum ſub iiſdem verbis comprehendatur obligatio de proprio reſpectu utriuſque, ſicque illa diverſimodè intelligi non debent *Rot. coram Gregor. dec.190. n.2. Coccin. dec.1785. in fine, & dec.1815. n.5. & 6. in rec. dec 471. n.14. & ſeqq. par.18.*

Minùs obeſſe valet, quòd admiſſa etiam obligatione Bartholomæi de proprio; tamen cum talis obligatio fuerit
26 facta in executionem Teſtamenti dicti Simeonis, & reſpiciat manutentionem bonorum ab eodem provenientium, reſolvatur in fidejuſſionem, quatenùs bona Simeonis non eſſent ſufficientia, ideoque exiſtentibus in judicio poſſeſſoribus bonorum hæreditariorum, illa
27 debent ſubire onus, non fidejuſſor, qui ſubſidiariè ſolùm, & facta excuſſione poteſt urgeri *l. ſancimus 26. C. de Fidejuſſ. §. Si igitur. Auth. de fidejuſſ. & Auth. præſente C. eodem Sabell. reſol.91. num.2. & ſeqq. Cabrin. de Æquitat. lib.2. cap.114. n.14. & ſeqq. & cap.185. n.32. & ſeqq. Senatus Pedemontanus apud Oſaſch. dec.2. in fine, & apud Theſaur. dec.52. n.3.*

Quoniam æquitas faciendæ prius excuſſionis contra principalem procedit, quando agitur contra Tertium poſſeſſorem, qui ſe non obligavit, non
28 verò contra Fidejuſſorem, qui dum ſe obligavit de proprio, ſibi imputare debet, in puncto *Sabell. d. reſolut.91. n.3. & 4.*

Nec relevat, quòd ſe obligaverit *in executionem Teſtamenti Simeonis*; verba enim hujuſmodi intelligi debent appoſita ad demonſtrandum titulum, ſeu cauſam obligationis, non autem ad eam limitandam ad ſola bona hæ-
29 reditaria, quando revera apparet expreſsè factam de bonis propriis, ut tradunt *Gratian. citata diſcept.264. n.7. Rota in rec. dec.545. n.10. part.5 coram Merlin. d. dec.450. n.9. poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. dec.54. n.16. & dec.57. num.4. & poſt de Luc. in Mantiſſa ſuper Conſiliis legal. d. dec.6. n.10.*

Demum quod attinet ad quantitatem, illam determinavimus in ſcutis 800. quia Bartolomæi promiſſio fuit de ſcutis 900. circiter, quæ dictio *circiter* cum importet modò plus, mo-
30 dò minùs arbitrio prudentis Judicis, ex facti circumſtantiis regulando, ut tradunt *Barboſ. dict.57. num.10. Rota noſtra apud Vantarin. dec.8. num.46. Rota Romana coram Corr. deciſ.436. num.3. Priol. dec.461. n.10. & in rec. dec.417. num.24. part.16. dec.46. n.5. & dec.183. num.9. part.19. & poſt de Luc. de Jurepatronat. in Mantiſſa dec.51. num.5.* Cenſuimus magis congruè, & adæquatè regulari non poſſe, quàm ab eo, quod Partes ipſæ declararunt, dum occaſione diviſionis inter Fratres, anno 1659. factæ, Bajulivo fuit aſſignata Commenda pro annuo reditu ſcutorum 800., ſicque ſi de tempore proximo fundationis fructus Commendæ fuerunt calculati in dicta ſumma, & Marchio Bartholomæus pro eadem ſum-
31 ma fuit contentus Prioratum retine-

re,

re, ſignum eſt, expreſſionem cum verbo *tertiter* de hac eadem annua quantitate fuiſſe intellectam; nulla enim huic dictioni dari poteſt melior, & tutior interpretatio ea, quæ conſentanea apparet veriſimilitudini, rationi, & voluntati Partium *De Luca de Fideic. diſc.* 30. *num.* 12. *Rota in rec. dec.* 95. *n.* 14. *& ſeqq. par.* 16. *& dec.* 185. *n.* 9. *&* 10. *par.* 19. Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Prælatio pro pretio competit ſuper re vendita, ſi venditor ſibi reſervavit dominium, & quando. Creditores pro expenſis funerum, aliis creditoribus, ſive tacitam, ſive expreſſam hypothecam habentibus, præferuntur, quando ſunt neceſſariæ, non ſi ſint exceſſivæ, & voluntariæ. Nomine expenſarum funeris, quæ veniant, & in quibus caſibus latiſſimè recenſetur, ut videre eſt ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Nullus creditor poteſt acquirere Jus ſuper re, quæ non tranſivit in dominium Debitoris, ſed remanſit penes Dominum ob dominium ſibi reſervatum.*

2 *Ubi venditor fidem de pretio habere noluit, puta quia tradidit cum conditione, dummodò pretium ſtatim ſolveretur, dominium rei non transfertur in Emptorem.*

3 *Juvenis apothecæ recipiens quotidianam mercedem ſuorum laborum, à teſtificando non repellitur favore Domini Apothecæ.*

4 *Facta ſemiplena probatione ex depoſitione unius teſtis omni exceptione majoris, & alterius minùs idonei, locus eſt Juramento ſuppletorio.*

5 *Expenſæ funeris omnibus aliis Creditoribus etiam anterioribus, ſive tacitam, ſive expreſſam hypothecam habentibus præferri debent*, & n. 36. & 37.

Etiam doti, & Fiſco, ibidem.

Et an mutuanti pro refectione, vel conſervatione rei, ibidem.

Et præferuntur, ſive hujuſmodi expenſæ factæ ſint ab hærede defuncti, ſive ab alio extraneo, ibidem.

6 *Eademque prælatione fruuntur omnes aliæ expenſæ in ſervitium, & honorificentiam cadaveris factæ, adhuc illo in Palatio exiſtente, & ante tranſportationem ad Eccleſiam.*

Et quæ ſint iſtæ expenſæ, ſpecialiter enumerantur, ibidem.

7 *Atque expenſæ factæ in deferendo Cadaver ad ſepulturam, & in quo conſiſtunt iſtæ expenſæ, ſpecialiter enarratur.*

8 *Nec non pro Miſſis celebrandis, & Sacris Cæremoniis peragendis, aliiſque expenſis, quæ fiunt humato Cadavere, quæ ſingulariter ſpecificantur.*

Sed hujuſmodi expenſæ non conſiderantur pro minuenda legitima, ibid.

9 *Item pro apertione teſtamenti, Copia, & inſinuatione illius, confectione Inventarii, deputatione Curatoris, & aliis pro adeunda, vel deferenda hæreditate, prælatio conceditur.*

10 *Dummodò tamen iſtæ expenſæ ſint neceſſariæ, & moderatæ, & non factæ ob prodigalitatem, & ad pompam, quia in exceſſu non gauderent hujuſmodi privilegio*, & n. 40.

Et ex quibus probetur exceſſus, ibidem.

Melius eſt Cadaver ſine pompa Sepulturæ tradere, & eleemoſinas, & Sacrificia omittere, quàm retinere æs alienum à defuncto debitum, ibid.

11 *Quæ ſit portio expenſarum exceſſivè factarum, Judicis arbitrio remittitur, qui debet habere reſpectum ad qualitatem Perſonæ, ad Bona, & ad conſuetudinem loci.*

12 *Pro expenſis factis in veſtibus lugubribus, Familiæ traditis poſt Cadaveris tumulationem, tribuitur eadem potioritas.*

13 *Contraria opinio eſt verior.*

14 *Declara primam opinionem procedere in loco, ubi adſit conſuetudo, quod tota familia ſequatur funus, & Divinis interſit.*

15 *Privilegio dictæ potioritatis gaudent etiam expenſæ ultimæ infirmitatis.*

16 *Et quæ actio competat pro hujuſmodi expenſis.*

17 *Idque procedit etiamſi infirmitas fuerit gravis, & longa.*

18 *Non eſt ultima infirmitas illa, ex qua quis obiit poſt annos tantùm, licèt nunquam perfectè convaluerit.*

19 *Et multò minùs illa, ex qua quis convaluit.*

20 *Inter expenſas ultimæ infirmitatis numerantur Salaria Medicorum, & Chirurgorum.*

21 *Phar-*

21 *Pharmacopolæ pariter pro unguentis, & medicamentis.*

22 *Famuli, qui infirmo inſervierunt.*

23 *Et Piſtores, Laniones, & Tabernarii pro victu, & alimentis in ultima infirmitate Defuncto præſtitis.*

24 *Et fieri debet probatio, quod iſta pro ultima infirmitate inſervierint, cum extra dictum caſum prælatio non competat.*

25 *Regulariter pro credito Panis, Vini, Carnis, & ſimilibus non datur prælatio, nec hypotheca.*

26 *Cum dicta credita nullum aliud habeant Privilegium, quam illud alimentorum, pro quibus hypotheca non datur.*

27 *Si res ſubminiſtratæ non inſervierant pro infirmo, ut puta condimenta pro cibis, quæ infirmo fuerant prohibita, non competit prælatio.*

28 *Auctoritates in contrarium, ad probandum competere pro alimentis hypothecam cum prælatione, adducuntur, & declarantur procedere, vel in alimentis ſuper certis bonis præſtandis,* & n.29.

30 *Vel in alimentis legatis.*

31 *Vel in alimentis debitis uxori per maritum proportionabiliter ad fructus dotis.*

32 *Sive in debitis marito ab eo, qui dotem promiſit.*

33 *Et tam conſtante, quàm ſoluto matrimonio.*

34 *Vel procedunt in alimentis præſtitis Nautis, Inſtitoribus, vel Miniſtris Societatis, & negociationis, & de ratione.*

35 *Quare mutuanti pro refectione, & conſervatione rei concedatur prælatio, & non concedatur ei, qui dando alimenta conſervavit hominem.*

36 *Prælatio pro expenſis ultimæ infirmitatis, conceditur tam contra creditores habentes hypothecam tacitam.*

37 *Quàm expreſſam.*

Contraria Auctoritates adducuntur, & reprobantur n.39.

38 *Expenſæ funeris, & ultimæ infirmitatis inter ſe æquiparantur, & iiſdem fruuntur privilegiis.*

40 *Et prælationem habent expenſæ ultimæ infirmitatis, quando ſunt moderatæ, & neceſſariæ, non verò ſi ſint exceſſivæ.*

DECISIO XLVIII.

Defuncto, die 3. Februarii anni 1710. ab Incarnatione, Sereniſſimo Principe Cardinali Franciſco Maria ab Hetruria, pluribus relictis debitis, efformatus fuit ſuper ipſius hereditate Creditorum concurſus, delegatiſque ad hunc effectum à S. Celſitudine Regia tribus Judicibus, nempe Illuſtriſſimus DD. meis Petro Matthæo Maggio Sereniſſimi D. Noſtri in Signatura Libellorum Supplicum Gratiæ, & Juſtitiæ Primo Conſiliario, & Proauditore Cameræ, Nicolao Antinoreo Sacræ Religionis Divi Stephani Papæ, & Martiris Præſidente, & Me, primo loco aſſumpſimus cognitionem controverſiarum, vertentium inter Creditores privilegiatos, & potiores, quique prælativè ad alios ſatisfactionem eorum crediti conſequi debebant, Inter illos autem primam ſedem conceſſimus Creditoribus, qui ſibi reſervarunt dominium, Ipſi enim omnibus aliis Creditoribus ex quacumque cauſa venientibus potiores eſſe debent, cum nullus Creditor poſſit jus aliquod acquirere ſuper re, quæ numquam tranſivit
1 in dominium Debitoris, ſed remanſit penès dominum, qui illud ſibi reſervavit *Amat. reſol.3. n.11. Gratian. diſcept.25. num.7. Rodriquez. de Concurſ. Creditor. part.1. artic.7. n.45. & 74. & par.2. in princip. n.31. & artic.4. n.2. & n.3. in fine Gait. de Credit. cap.4. quæſt.11. num.1232. & ſeq. Leſs. de Juſtit. & Jur. lib.2. cap.15. dub.4. num.11. Hevia de Commerc. Terreſtr. lib.2. cap.17. de Prælatione n.5. & ſeqq. D. Conſtant. ad Stat. Urb. annot.30. num.5. & ſeqq. & num.19. & 69. Rota Florentina apud Manſ. conſult.343. n.10. & ſeqq. & n.45. & ſeqq. & n.98.*

Nec à numero dictorum Creditorum expungendum eſſe credidimus Joannem Baptiſtam de Vannu Argentarium, qui Gemmas, & Margaritas tradiderat Sereniſs. Principi; ipſe enim gemmas vendidit, prævia conventione, quòd ſtatim pretium ſolveretur, & non alias,

ali-

aliter, nec alio modo, quo caſu domus non ſequatur pretii ſolutio, dominium non dicitur tranſlatum in recipientem, cui fidem de pretio venditor
2 habere noluit, ut in terminis *Manſ. conſult. 10. num. 10. & 14.* & in alia Cauſa Florentina, *Idem Manſ. conſult. 344. n. 9. de Luc. de Emption. diſc. 5. num. 3. & de Credit. diſc. 13. ſub numer. 2. Aceſta de Privileg. Credit. regul. 1. ampliat. 13. n. 3. Rodriquez. de Concurſ. Creditor. par. 1. artic. 7. num. 68 & 74. Rota Florentina apud Manſ. conſult. 343. ex n. 55.*

Haud relevante, quod pactum hujuſmodi probetur duobus teſtibus, quorum unus inſerviebat eidem Vanno, tamquam Juvenis Apothecæ, Tum quia cum iſte nullum habeat intereſſe in cauſa, non habitet in domo Vanni, nec illius expenſis vivat, ſed convivat in propria
3 domo cum Uxore, & Filiis, & ſolum à Vanno mercedem ſuorum laborum conſequatur, à teſtificando non repellitur, in ſpecie *Angel. in l. quoniam num. 5 C. de Teſtib. Bald. conſ. 50. n. 2. verſ. ſed istis non obſtantibus lib. 2. Campeg. de Teſtib. regul. 12. fallent. 21. Gabriel. eodem titul. concluſ. 10. num. 8. Farinacc. de Teſtib. quæſt. 55. n. 18. De Luc. de Credit. diſc. 129. n. 15. & 16. Rota coram Puteo dec. 3. lib. 1. §. Dubitabatur etiam ante med.*

Tum etiam quia cum primus teſtis ſit integræ fidei, & omni exceptione major, etiamſi ſecundus aliquam pateretur exceptionem, tamen negari non poſſet favore Vanni, concurrere pluſquam ſemiplenam probationem,
4 quo caſu ſemper eſt locus juramento ſuppletorio ab ipſo petito *l. in bonæ fidei 3. C. de rebus creditis Manſ. conſult. 31. num. 15. & conſult. 88. n. 10. tom. 11. Calderon. reſol. 10. n. 15. Pantus. differt. 94. num. 16. Rota Marchiæ apud Thoman. dec. 169 n. 14. & apud Gratian. dec. 36. num. 5. Rota Peruſina apud Caton. dec. 21. num. 4. & apud Ludovic. dec. 100. num. 7. & 8.* ubi quòd dicitur pluſquam ſemiplenè probatum, ubi adſunt duo teſtes alter integer, & alter non *Rota Ferrarien. apud Amat. dec. 61. num. 1. & apud Leonell. dec 54. num 8. & dec. 129. n 3. Senatus Delonus apud Gerard. dec. 20. num. 11. Sacrum Conſilium Neapolitanum apud Grammatic. dec. 41. num. 12. Senatus Montanus apud Gab. conſult. 141. n. 14. & ſeqq. & inter dec. diverſor. Palma Nepotis dec. 154. n. 10. & apud Baldunc. dec. & rer. judicat. tit. 4. dec. 4. n. 21. Rota Lucen. apud Conſal. dec 13. num. 3. & 4. Rota Bononien. apud Poſth. dec. 81. n. 35. & ſeqq. Senatus Burdegalen. apud Burr. dec 85. num. 4.,* ubi de probatione per duos teſtes, quorum alter non erat integer *Rota coram Mantic. dec. 6. n. 11. & dec. 124. n. 12. Puteo dec 411. n. 3. & 4. lib. 2. in correctis, & de Jure jurando dec. 1. per tot. Seraphin. dec. 566. n. 1. & in rec. deciſ. 88. num. 10. part. 18.*

Secundum prælationis gradum præoccupare debere decrevimus actionem funerariam, quæ cum habeat in ſe cauſam publicæ utilitatis, pietatis, & religionis, expenſæ pro funere factæ præferri debent omnibus aliis creditoribus,
5 etiam anterioribus, ſive expreſſam, ſive tacitam hypothecam habentibus *l. impenſa 45. ff. de Religioſ. & ſumptib. funer. & l. final. §. in computatione C. de Jure deliberand. Ger. Spin. conſ. 100. n. 9. & ſeqq. Gratian. diſcept 94. n. 2. & ſeqq., ibique De Luc. n. 1. Medices de Sepultur. par. 2. quæſt. 5. n. 21. Spino de Teſtament. gloſſ. 1. num. 48. & 51. Garz. de Expenſ. cap. 8. ſub n. 24. & ſeqq. Antonell. de Tempor. Legal. lib. 4. cap. ultim. n. 72. Flores de Mena Variar. lib. 1. quæſt. 6. artic. 3. n. 21. & 27. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ. 6 gloſſ. 2. par 5. num. 16. & ſeqq. fol. mihi 310. Polydor. Ripa obſervat. 174. n. 2. & ſeqq. Pegueder. de Juſtit. & Jur. lib. 7. cap. 3. n. 8. Ricciardell. Lyceo Eccleſiaſt. cap. 13. §. 2. ſub num. 100.* ubi reprobat contrarium *Pontanel. in reſp. poſt tom. 1. Summ. Sabelli cap. 1. num. 519. & ſeqq. Cancel. de Hæred. artic. 1. n. 378. & ſeqq. Alderiſ. de Hæreditar. action. par. 1. cap. 7. n. 4. fol. 92. Poſth. de Subhaſt. inſpect. 41. num. 40. & ſeqq. & reſolut. 104. n. 9. & ſeqq. Merlin. de Legitim. lib. 2. quæſt. 15. n. 1. & ſeqq. & de Pignor. lib. 4. tit. 1. quæſt. 17. ex n. 1. Gaet. de Credit. cap. 4. quæſt. 11. num. 1910. & ſeqq. n. 1951. & in Appendice num. 117. Franc. de Præceſſat. in apparat. ex num. 119. Pilaja in addit. ex n. 5. Amoſtan. de Cauſis Piis lib. 6. cap. 5 n. 84. & pluribus ſeqq. Hevia de Commerc. Terreſtri lib. 2. diſt. cap. 27. n. 24. Canon. quarant. reſol. par. 1. cap. 9. n. 9. Aceſta de Pro-*

Privileg. Creditor. regul. 2. ampliat. 1. num. 5. & ſeqq. & ampliat. 3. n. 52. Rodrig. de Concurſ. Creditor. par. 1. artic. 3. n. 2. & n. 8. & ſeqq. & n. 13. & ex n. 19. & par. 2. artic. 4. ex n. 10. D. Conſtantin. ad Statut. Urb. d. annot. 30. num. 151. & ſeqq., ubi quòd præfertur etiam doti, & Fiſco, & n. 158. & ſeqq., ubi an præferatur mutuans pro refectione, vel conſervatione rei Borgnin. dec. 32. n. 3. par. 1. Sacrum Conſilium Regni Siciliæ apud Maſtrill. deciſ. 10. numer. 5. & ſeqq. Senatus Montuanus apud Sard. decis. 112. n. 3. ibique Hodiern. num. 1. & ſeqq. & n. 6. ubi reprobat diſtinctionem Sardi, idem Sard. dec. 255. n. 1. & n. 6. & ferè per totum, Rot. Peruſina apud Ludovic. deciſ. 78. num. 22. & ſeqq. Rot. Ferrarien. apud Amat. dec. 8. n. 3. & apud Lancell. dec. 56. n. 1. & ſeqq. Rot. Lucen. apud Andreol. contr. 164. n. 8. & apud Conſal. ad l. unic. C. ſi quis Imperator. maledixerit §. 28. n. 77. Sacrum Conſilium Neapolitanum apud Capyc. Latr. dec. 47. ex num. 1. & per tot. ubi plures citat, ibique Giginus n. 2. & 5. Novar. ad Franch. dec. 52. ibique De Luc. n. 1. Kappen. dec. Germaniæ 28. n. 15. part. 1. Marta Vot. Piſan. 85. num. 5. & 6. Rot. Senen. apud Marc. Medic. dec. 22. n. 2. & latiùs in Addit. num. 1 & ſeqq. Regia Audientia Valentina apud Leon. dec. 191. n. 6. & Rot. cor. Coccin. dec. 2103. n. 5. Gregor. dec. 421. n. 2., ibique Addit. n. 14. Arguell. dec. 26. num. 71. Dunozett. Jun. dec. 576. num. 20. & ſeqq., ubi quòd hoc procedit, ſive hujuſmodi expenſæ factæ ſint ab Hærede defuncti, ſive ab alio extraneo Pontiger. dec. 125. n. 3. & 4. Emer. Jun. deciſ. 1238. n. 21.

Iſtoque principio poſito, prælationem concedimus pro omnibus expenſis factis, Cadavere adhuc in Palatio exiſtente, nempe pro illius imbalſamatione, luminibus, cuſtodibus, veſtibus ipſius defuncti, Catafalco facto in
6 Palatio, Miſſis in Cappella celebratis,
pannis lugubribus tam pro apparatu ejuſdem Cappellæ, & annexorum, quàm pro tegendo feretro, & ſimilibus De Luc. ad Gratian. diſcept. 94. n. 4. Riccardell. Lyræ Eccleſiaſt. dicto cap. 13. §. 2. n. 100. & 104. Pontirol. in reſp. poſt num. 2. Summa Sabelli alleg. 1. n. 322. & ſeqq. Conciol. de Hæred. artic. 1. n. 384. Barboſ. appellat. 107. n. 2. Lonar. Variar. Lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 18. num. 10. Acoſta de Privileg. Creditor. regul. 2. ampliat. 1. num. 13. Reboff. de Sentent. proviſional. in præfat. n. 47. Rodriquez de Concurſ. Creditor. par. 1. artic. 3. num. 32. Franc. de Proteſtat. in Apparat. ſub n. 106. & 116. ibique Peleja in Addit. n. 3. benè Merlin. de Legitim. lib. 2. tit. 1. quæſt. 15. à n. 8. verſ. primo illa, Hodiern. ad Sard. dec. 112. num. 9. Senatus Montuanus apud Sard. dec. 255. ſub num. 16. Manfredi. ad Capyc. Latr. dec. 47. n. 15. Senatus Luſitanus apud Gamm. dec. 308. num. 2. optimè Rot. cor. Coccin. dec. 2103. n. 6.; pro aliis expenſis factis in deferendo Cadavere ad Sepulturam, & ante illius humationem, conſiſtentibus in Campanarum pulſatione, Cadaveris aſporta-
7 tione, Catafalco, Cereis, Exequiis, Miſſarum celebratione, Sepulturæ conſtructione, Veſtibus datis Familiæ, & aliis perſonis, quæ de conſuetudine ſolent aſſociare Cadaver lugendo. Negueſant. in Sylva reſponſ. quæſt. 98. n. 2. & ſeqq. Pontirol. in dicta alleg. 1. poſt 2. tom. Summæ Sabelli n. 322. & ſeqq. Reboff. ubi ſupra n. 47. De Luc. ad Gratian. diſcept. 94. n. 4. Riccardell. Lyræ Eccleſiaſt. cit. cap. 13. §. 2. n. 100. Acoſta de Privileg. Creditor. regul. 2. d. ampliat. 1. num. 13. Spin. de Teſtament. gloſſ. 2. principal. n. 52. Conciol. de Hæred. d. art. 1. num. 384. Barboſ. appellat. 107. n. 2. Lonar. Variar. Lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 18. n. 10. Aldoriſ. de hæred. aſſum. par. 1. cap. 7. num. 1. fol. 92. & n. 6. Amoſtaz. de Cauſis Piis lib. 6. cap. 5. ſub n. 88. optimè Merlin. de Legitim. lib. 2. tit. 1. d. quæſt. 15. num. 8. verſ. ſecundò illa, Coſta de Ration. Rata quæſt. 73. num. 1. Rodriquez de Concurſ. Creditor. par. 1. artic. 3. num. 35. D. Conſtantin. ad Stat. Urb. d. annot. 30. numer. 162. & 163. Hodiern. ad Sard. d. dec. 112. num. 9. Senatus Luſitanus apud Gammam d. dec. 308. n. 2. Sacrum Conſiſtorium Regni Siciliæ apud Maſtrill. d. dec. 10. num. 11. in fine, Vivius dec. 307. n. 3. Senatus Montuanus apud Sard. d. dec. 255. ſub n. 16. & ſub n. 18. benè Rota coram Coccin. dicta dec. 2103. num. 6.; nec non pro expenſis, quæ fiunt humato Cadavere, veluti in Miſſis, in Sacris Ceremoniis peragendis, in obla-
8 tionibus, aliiſque obſequiis pro Animæ

Suæ

Suffragio Conciol. de Hæred. d. artic. 1. n. 384. Negueſant. in Sylva reſponſ. quæſt. 98. n. 5. & 7. Ricciardell. Lyceo Eccleſiaſt. d. cap. 13. §. 2. n. 100. Panzirol. in dicta alleg. 1. impreſſ. poſt tom. 2. Summæ Sabelli num. 322. & ſeqq., ubi quòd hujuſmodi expenſæ, quæ fiunt Sepulto Cadavere, non conſiderantur pro minuenda legitima *Poſth. de Subhaſtat. inſpect. 41. n. 44. & dicta reſol. 104. n. 52. Merlin. de Legitim. lib. 2. tit. 1. d. quæſt. 15. n. 8. verſ. tertio illa, Coſta de Ration. Rata d. quæſt. 73. n. 1. Barboſ. d. appellat. 307. n. 3. Hodiern. ad Surd. tit. dec. 112. n. 9. Vivius dec. 307. n. 3. Senatus Mantuanus apud Surd. d. deciſ. 255. ſub n. 16. Rot. cor. Coccin. dec. 1103. n. 6.*

Item pro expenſis factis in apertione Teſtamenti, illius copia, & inſinuatione, confectione Inventarii, deputatione Curatoris, & aliis factis pro
9 adeunda, vel defendenda hæreditate *Gratian. diſcept. 94. n. 7. Ricciardell. Lyceo Eccleſiaſt. d. cap. 13. §. 2. n. 106.* ubi plures citat, *Flores de Mena Variar. quæſtion. lib. 1. quæſt. 6. artic. 3. n. 8. & 11. Fagundez de Juſtit. & Jur. lib. 7. cap. 3. n. 8. Leſſ. de Juſtit. & Jur. lib. 2. cap. 15. dub. 4. ſub n. 21. Franc. de Proteſtat. in apparat. n. 124. Garc. de Credit. cap. 4. quæſit. 21. n. 1035. & ſeqq. Rodriquez de Concurſ. Creditor. par. 1. artic. 3. num. 34. Conciol. de Hærede dicto artic. 1. n. 387. Antonell. de Tempor. Legal. d. lib. 4. cap. ultim. n. 108. Acoſta de Privileg. Creditor. regul. 2. ampliat. 2. ſub n. 21. Hævia de Commerc. Terreſtr. lib. 1. dict. cap. 17. ſub n. 24. D. Conſtantin. ad Stat. Urb. d. annot. 30. n. 177. Hodiern. ad Surd. d. deciſ. 112. ſub n. 13. Manfrell. ad Capyc. Latr. dec. 47. ſub n. 17. Bergmo. Cavalcan. dec. 32. num. 7. par. 1. Rot. Marchiæ apud Amat. dec. 41. num. 6. Rota noſtra apud Torr. Variar. Jur. quæſt. tom. 1. Miſcell. par. 1. tit. 12. dec. 18. n. 44. folio 704.*

Dummodò tamen expenſæ iſtæ ſint moderatæ, & neceſſariæ, & non factæ ob prodigalitatem, & pompam, quia in exceſſu non gauderent hoc privile-
10 gio. Meliùs enim eſt defunctum ſine aliqua pompa Sepulturæ tradere, immò etiam Eleemoſinas, Sacrificia, ac Anniverſaria omittere, quàm æs alienum retinere, & non ſolvere illi, cui defunctus tenebatur *l. ſi quis 14. §. Hæc actio, & §. Judex ff. de Religioſ. & Sumpt. Funer. Poſth. reſol. 104. n. 10. Gratian. d. diſcept. 94. n. 6. Merlin. de Legitim. lib. 2. tit. 1. d. quæſt. 15. num. 12. & de Pignor. lib. 4. tit. 2. quæſt. 17. n. 25. Rodriquez de Concurſ. Creditor. par. 1. artic. 3. n. 30. & ſeqq. Cancer. Variar. par. 1. cap. 9. num. 9. Filaja ad Franc. de Proteſtat. in Apparat. n. 7. Aldereſ. de Hæreditar. action. par. 1. cap. 7. n. 3. Simon de Pratis de Interpret. ultim. volunt. lib. 3. interpret. 3. dub. 5. ſolut. 4. ſub n. 2. fol. 353. in Veneta Impreſſione, Conciol. de Hæred. art. 1. ſub numer. 386. & 388. Garz. de Expenſ. cap. 8. n. 1. & ſeqq. & n. 18. prope finem. Dian. Oper. Moral. par. 3. tract. 3. reſol. 116. Gabriel. Vaſquez Opuſcul. moral. tract. de Teſtament. cap. 8. §. 5. dub. 9. per tot. fol. 332. Amoſtaz. de Cauſis Piis lib. 6. cap. 5. num. 12. & 88.* Dominus, & olim Collega meus *Conſtantin. ad Stat. Urb. d. annot. 30. n. 171. & ſub n. 174. Antonell. de Tempor. Legal. lib. 4. d. cap. ultim. num. 77. Cancer. Variar. par. 1. cap. 9. n. 9. Medices de Sepultur. par. 1. quæſt. 5. n. 21. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ. 6. gloſſ. 1. par. 5. n. 30. & 31.*, ubi quod ad congruitatem attenditur qualitas perſonarum, & loci conſuetudo fol. 310. *Spin. de Teſtament. gloſſ. 2. numer. 50. & ſeqq. De Luc. ad Franch. d. dec. 51. n. 1. verſ. & anterioritas, Caſtill. deciſ. 103. n. 11. Ludovic. dec. Peruſin. 78. ex numer. 15.* plenè *Sacrum Conſiſtorium Regni Siciliæ apud Maſtrill. dec. 203. ſub num. 15. & ſeqq. & n. 19. & ſeqq.* ubi ſpecialiter recenſet, quæ nam ſint expenſæ exceſſivæ, *Senatus Mantuanus apud Surd. d. dec. 255. num. 19. Sacrum Conſilium Neapolitanum apud Capyc. Latr. dec. 47. num. 12. & apud Franch. dec. 51. num. 10. Gerard. Maynard. dec. Tholoſan. 10. lib. 5.*, & ob id cum cera fuerit diſtributa nedum perſonis, quæ aſſociaverunt Cadaver, ſed etiam aliis pluribus non intervenientibus, pro rata iſtis conſignata prælationem non competere decrevimus mercatori illius ſolutionem petenti, prout nec pro rata conſignata Presbyteris S. Felicitatis in exceſſivo numero, & ultra ſolitum invitatis, pro rata etiam ceræ exceſſivè conſumptæ in ornando catafalco, & pro expenſis factis in ejuſdem catafalchi ſum-

prvoſa conſtructione DD. prælationem denegarunt, quia exceſſivæ, & ultra modum etiam viſæ fuerunt, me circa hanc aſſertam exceſſivitatem expenſarum Catafalchi in eorum obſequium duntaxat ſubſcribente. Quænam enim, & quanta ſit portio expenſarum exceſ-
11 ſivè, & ad pompam factarum remittitur arbitrio Judicis, qui inſpectu qualitate perſonæ, bonis, & conſuetudine loci illarum congruitatem dijudicabit *Poſth. d. reſol. 104. n. 11. Peleja ad Franch. de Proteſtat. in apparat. n. 4. Antonell. de Tempor. legal. d. lib. 4. cap. ultim. n. 77. Fontanell. de Pactis Nuptial. clauſ. 6. gloſ. 2. par. 5. num. 32 Merlin. de Legitim. d. lib. 2. tit. 2. quæſt. 15. num. 11. & de Pignor. lib. 4. tit. 1. quæſt. 17. num. 15. & 16. Fagundez. de Juſtit. & Jur. lib. 7. cap. 3. num. 8. D. Conſtantin. ad Stat. Urb. annot. 30. num. 171. Modern. ad Surd. d. dec. 112. n. 10. & ſeqq. De Luc. ad Franch. dec. dec. 51. num. 1. verſ. & anterioritas, Sacrum Conſiſtorium Regni Siciliæ apud Maſtrill. dec. 203. num. 13. Senatus Mantuanus apud Surd. d. deciſ. 155. num. 29. Rota in rec. dec. 399. n. 17. & ſeqq. par. 5. dec. 5. n. 3. & dec 86. n. 13. par. 11. & coram Coccin. d. dec 1103 num. 9.*

Major fuit difficultas, an inter exceſſivas funeris expenſas, & proinde privilegio potioritatis carentes, recenſen-
12 dæ eſſent illæ factæ in veſtibus lugubribus traditis familiæ poſt Cadaveris tumulationem, & pro iſtis tribui debere idem potioritatis privilegium, dixerunt *Ricciardell. Lyceo Eccleſiaſt. cap. 13. d. §. 2. num. 105. Cancer. Variar. reſolut. part 1. cap. 9. num. 9. verſ. etiam veſtes lugubres. Antonell. de Tempor. legal. lib. 4 cap. ultim. ſub num. 71. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ. 6. gloſ. 2. part. 9. num. 33. Paulus. differt. 14. n. 16. Cancel. de Hæred. d. artic. 1. num. 383. Spadaræ. Theatr Vedovil. diſquiſit 49. n. 74. 104 & 105. Marta Voto Piſan. 83. num. 7. De Luc. ad Franch. dec. 51. num. 1. verſ. & anterioritas, Modern. ad Surd. dec. 112. num. 11. Sacrum Conſilium Neapolitanum apud Capyc. Latr. dec 84. ſub num. 3 Sacrum Conſiſtorium Regni Siciliæ apud Maſtrill. dec. 10. num. 11.*

Contrariam verò partem, quòd non ſit debita prælatio pro veſtibus hujuſmodi, quæ non recenſentur inter expenſas funeris, quæ fiunt occaſione tu-
13 mulandi Cadaver, cum veniunt ex poſt, & tumulatione ſecuta *l. at ſi quis 14. §. Hactenus, & l. funeris Sumptus 37. ff. de Religioſ. & Sumptib. funer. Gratian. diſcept 94. num. 11. & ſeqq. De Luc. ad eand. diſcept. 94. num. 5. & 7* ubi refert, & rejicit contrarios *Coſta de Remed. ratæ d. quæſt. 73 n. 3. Merlin. de Legitim. lib. 2. tit. 2. d. quæſt. 15. num. 9. & 10. Cyriac. de Expenſ. cap. 8. n. 17 & ſub n. 18.* plenè Dominus, & olim Collega meus *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 30. num. 163. & pluribus ſequentibus*, ubi declarat contrarios *Rota in addit. ad Franch. dec. 51. Senatus Luſitanus apud Gammam dicta deciſ. 308. n. 3. & 5.*

Solumque procedere poſſet prima opinio, quando in loco adeſſet con-
14 ſuetudo, quod tota Familia ſequatur funus, & Divinis interſit *Franch. de Proteſtat. in apparat. n. 111. & ſeqq. & num. 114. D. Conſtantin. ad Stat. Urb. annot 30. num. 167. Leo dec. Valentin. 130. n. 15. Senatus Mantuanus apud Surd. d. dec. 155. ſub n. 28. Senatus Luſitanus apud Gammam d. dec 308. num. 5.*

Indubitanter autem inter privilegiatas funeris expenſas referendas eſſe
15 cenſuimus illas ultimæ infirmitatis, ex qua Sereniſſimus Princeps deceſſit; cum enim publicè interſit, ne homines in eorum infirmitatibus derelinquantur, expenſæ pro illis factæ eadem potioritate gaudere firmant *Cyr. Spin. conſ. 100. num. 7. & ſeqq. Gratian. diſcept. 94 num. 7. 14. & ſeqq. Fagundez. de Juſtit. & Jur. lib. 7. cap. 3. num. 8. Ricciardell. Lyceo Eccleſiaſt. cap. 13. §. 2. num. 102 & 103. Cancel. de Hæred. artic. 1 num 376. & ſeqq. Antonell. de Tempor. legal. lib. 4. cap. ultim. num. 75 Acoſta de Privileg. Creditor. regul. 1. ampliat. 1. num. 10. Peleja ad Franch. de Proteſtat. in apparat. num. 8. Poſth. de Subhaſtat. inſpect. 41. num. 41. & reſol. 104. num. 5. & ſeqq.* ubi latè, & n. 18. & ſeqq. ubi quæ
16 actio competat pro hujuſmodi expenſis, & ex n. 49. *Caſt. de Credit. cap. 4. quæſt. 11. num. 1919. verſ. ſe offert, Rodrig. de Concurſ. Creditor part. 1. artic. 3. num. 22. & 23. Merlin. de Pignorib. lib. 4. tit. 1. quæſt. 17. n. 24. Amoſtaz. de Cauſis Piis ſ. lib. 6. cap. 3. ſub n. 88.* Dominus, &

olim

etiam Collega meus *Conſtantin. ad Stat.
Urb. d. annot. 30. num. 173. Hodiern. ad
Surd. dec. 112. n. 8.*, ubi quod procedit
17 etiamſi infirmitas fuerit gravis, & lon-
ga *Borgnin. dec. 32. n. 4. & ſeqq. & n. 11.
& ſeqq. par. 1. Rot. Lucan. apud Conſal. ad
reg. cancell. §. 18. n. 79. & ſeqq. C. ſi quis
Imperatori maledixerit*, ubi ait non eſſe
ultimam infirmitatem illam, ex qua
quis licet perfectè non convaluerit,
18 attamen poſt annos tantùm ex illa obiit,
*& apud Andreol. contr. 164. n. 8. Caſtill.
dec. 103. n. 13. Sacrum Conſiſtorium Regni
Siciliæ apud Maſtrill. dec. 10. n. 10. Sa-
crum Conſilium Neapolitanum apud Ca-
pyc. Latr. dec. 47. n. 1. & per tot. & n. 19.
& ſeqq.*, ubi quod non habet locum
19 pro expenſis infirmitatis, ex qua quis
convaluit *Koppen. dec. Germaniæ 18. ſub
n. 15 & 16. par. 1. Rot. Ferrarien. apud
Lancell. dec. 16. n. 7. & dec. 56. n. 5. Rot.
Senen. apud Mart. Medic. dec. 21. n. 7.*

Et inter eas connumeravimus Sala-
ria Medicorum, qui defuncto aſſiſten-
20 tiam præſtiterunt, & Chirurgi, qui
illum curavit *Ricciardell. Lyceo Eccle-
ſiaſt. d. cap. 13. §. 2. n. 105. Conciol. de
Hæred. d. artic. 1. n. 386. Aldoſſ. de Hæ-
redit. Action. par. 1. cap. 7. n. 5. Antonell.
de Tempor. Legal. lib. 4. cap. ultim. n. 75.
Poſth. de Subhaſtat. inſpect. 41. n. 40. Gaet.
de Credit. cap. 4. quæſt. 11. n. 1910. verſ.
ſe offert, Rodriq. de Concurſ. Creditor.
par. 1. artic. 3. ſub n. 13. D. Conſtantin.
ad Stat. Urb. annot. 30. n. 173. Franc. de
Proceſſat. in Apparat. n. 123. ubique Pela-
ja n. 8. Hevia de Commerc. Terreſtr. lib. 2.
dict. cap. 17. ſub n. 14. Hodiern. ad Surd.
dec. 112. num. 11 de Marin. ad Reverter.
dec. 486. n. 1. & ſeqq. Maynard. dec. 47.
lib. 1 Senatus Mantuanus apud Surd. de-
ciſ. 255. ſub n. 15. Sacrum Conſilium Nea-
politanum apud Capyc. Latr. dec. 47. n. 13.
ubique Genuens n. 1. & Manfredia n. 10.
& 16.*, Pharmacopolas, pro unguentis,
21 & medicamentis *De Luc. ad Gratian.
diſcept. 94. n. 1. Staiban. reſolut. 64. n. 1.
& ſeqq. & n. 59. Gara. de Expenſ. cap. 8.
num. 1 Pelaja ad Franch. de Proceſſat. in
Apparat. n. 8. Ricciardell. Lyceo Eccle-
ſiaſt. dicto cap. 13. §. 2. n. 105. Conciol. de
Hæred. cit. artic. 1. n. 386. Aldoſſ. de
Hæredit. Action. par. 1. cap. 7. n. 5. Anto-
nell. de Tempor. Legal. lib. 4. cap. ultim.
ſub n. 75. Dominus Conſtantin. ad Stat.
Urb. d. annot. 30. n. 173. Rodriq. de Con-
curſ. Creditor. par. 1. art. 3. ſub num. 13.
& 32. Hevia de Commerc. Terreſtr. lib. 2.
dict. cap. 17. ſub num. 14. Cancer. Variar.
par. 1. reſolut. 9. n. 9. Fontanell. de Pact.
Nuptial. clauſ. 7. gloſſ. 1. par. 10. n. 32.
Mantic. de Tacit. lib. 11. tit. 23 num. 26.
De Luc. de Credit. diſc. 18. num. 3. & 4.
Zaul. ad Statut. Faventin. lib. 7. rubr. 7.
n. 16. Poſth. de Subhaſtat. inſpect. 41. n. 40.
& reſol. 101. n. verſ. ſe offert, Hodiern.
ad Surd. dec. 112. n. 12. Viſcont. ad Franch.
dec. 51. verſic. declara, Borgnin. dec. 32.
ſub n. 7. par. 1. Senatus Mantuanus apud
Surd. dec. 112. num. 7. & dec. 255. n. 6.
& ſeqq. & ex num. 15. Genuens ad Ca-
pyc. Latr. dec. 47. num. 3 ubique Man-
fredia num. 10. 16. & 17. de Marin. ad
Reverter. cit. dec. 486. n. 1. & ſeqq. May-
nard. dec. Tholoſan. 48. lib. 1 Addent. ad
Gregor. dec. 421. ſub num. 14. in fine,
Rot. cor. Dunozett. Jun. dec. 576. n. 13.
22 famulos, qui infirmo famulati ſunt
*De Luc. ad Gratian. diſcept. 94. num. 4.
Ricciardell. Lyceo Eccleſiaſt. d. cap. 13.
§. 2. n. 105. Poſth. de Subhaſtat. d. inſpect.
41. n. 43 & dicto reſol. 104. n. 50. Conciol.
de Hæred. d. artic. 1. n. 386. Franc. de Pro-
ceſſat. in apparat. num. 123. Hodiern. ad
Surd. d. dec. 112. n. 12.*, & Piſtores, La-
niones, & Tabernarios pro victu, &
23 alimentis præſtitis defuncto in eadem
ultima infirmitate *Franc. de Proceſſat. in
Apparat. n. 127. D. Conſtantin. ad Statut.
Urb. annot. 30. num. 175. Maynard. dec.
Tholoſan. 47. lib. 1.*

Taliſque probatio, quod inſervierint
pro ultima infirmitate, facienda eſt,
24 cum extra dictum caſum talis prælatio
non competat, Dominus, & Concivis
meus *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.
30. n. 175. & ſeqq. Rot. in Romana, ſeu
Albanen. Salvianæ 2. Martii 1708. §. Nec
in jure, coram Reverendiſſimo D. meo
Decano.* Pro hujuſmodi enim creditis,
Panis, Vini, Carnis, & ſimilibus re-
gulariter non datur Creditoribus præ-
25 latio, nec hypotheca, ut dixit *Domi-
nus meus Conſtantin. ad Statut. Urb.
annot. 30. n. 395.* nullum enim aliud
habent dicta credita privilegium, quam
26 illud alimentorum, pro quibus hypo-
thecam non dari, firmant *Bartol. in
l. Creditor qui prior ff. qui potior. in
pignor. habeant, Gratian. diſcept. 566.*

n.1. & ſeqq. ibique De Luc. in portione 1.
& ſeqq. ubi objecta ſatisfacit Palm.Ne-
pot alleg.209. n.4. & ſub n.11. Merlin.
Pignatell. contr.61.n.3. & ſeqq. centur.1.
Surd. de Aliment. tit.8. privileg. 51. ex
num.1. Merlin. de Pignorib. lib.3. tit.1.
quæſt.1. n.5. & ſeqq. & per tot. ubi aſſert
& declarat contrarios, De Luc. de Cre-
dit. diſc.28. n.5., ubi reprobat contra-
rios, & de Dot. diſc.5. n.6. & diſc.186.
numer 3. pleniſſimè Salgad. Labyrinth.
Creditor.par 1.cap.24. n.81. ubi adducit
contrarios, & pluribus numeris ſeqq.,
ubi illos declarat, & reprobat Boſſ. de
Aliment. cap.7. n.483. & ſeqq. Conſtan-
tin. ad Statut. Urb. annot.30. n.175. Di-
anus Auditor Bonfin. ad Bonaavent. Ge-
neral. cap.80. n.25. Rot. Marchiæ apud
Gratian. dec.129. n.3. ibique Scoppa n.3.
& ſeqq. & De Luc. n.1. cum duobus ſeqq.
Sacrum Conſilium Neapolitanum apud
Franch. dec.686. n.5. apud Rovit. dec.57.
num.15. Senatus Aragonia apud Seſſ. de-
ciſ.26. n.17. Rota noſtra apud Accorſ.
dec.32. n.3. & ſeqq. Rota Romana in rec.
dec.123. n.11. par.4. tom.1 & dec.398.
num.33. par.9. repetita cor. Bich. dec.250.
num.36. & ſeqq. Multoque magis com-
petit prælatio, ſi res ſubminiſtratæ non
27 inſervierunt pro infirmo, prout ſunt
expenſæ factæ in Coquina, ad condien-
dos cibos, quando condimenta fue-
runt ægroto prohibita Rodriguez de
Privileg. Creditor par.1. artic.3. n.26.

Haud refragantibus contrariis Au-
ctoritatibus relatis per Merlin., De Luc.,
Salgad., & Boſſium locis ſupra citatis,
28 firmantibus etiam pro alimentis com-
petere hypothecam, & quidem præla-
tivè quoad omnes alios creditores, late
Carleval de Judic.lib.1.tit.3.diſp.29 n.1.
& pluribus ſeqq. Quoniam dicta per eos
procedunt ſolùm, vel in alimentis præ-
29 ſtandis ex certis bonis per Teſtatorem,
vel contrahentes deſignatis, ſuper illis
enim dari hypothecam, dicentes Nat-
ta conſ.21. n.18. Gratian. d. diſcept.366.
n.6. ibique De Luc. n.5. & ad Franch. ob-
ſervat.178.n.4. Merlin.Pignatell. contr.
61. ex n.14.centur.1.Barboſ. in l.1.par.3.
num 19. ff. ſolut. matrimon. Surd. de Ali-
ment. tit.8. privileg 51. n.5 & ſeqq. &
ſub n.8. Antonell. de Tempor. Legat. lib.2.
cap.98.n.46. Salgad. Labyrinth. Creditor.
par.1. cap.24. n.98. & 99. Boſſ. de Ali-
ment. d. cap.7. n.485. Rot. Marchiæ apud
Gratian. dec.129. n.13. ibique Scoppa
n.11. & ſeqq. De Luc. n.3. Senatus Con-
ſtantinopolitanus apud Gaudapp. dec.376.
num.1. Conſiſtorium Regni Siciliæ apud
Garb. dicto dec.5. n.13. & 43. Rota noſtra
apud Accorſ. dict. dec.32. num.4. Rota
Romana coram Bich. dec.250. n.39. Vel
30 in alimentis legatis Merlin. Pignatell.
d. contr.61. n.12. & 13. centur.1. Salgad.
Labyrinth. Creditor. par.1. dicto cap.24.
num.98. Merlin. de Pignorib. lib.3. tit.1.
quæſt.1. num.10. & ſeq. Boſſ. de Aliment.
tit. cap.7. n.485. De Luc. ad Gratian.
dicta dec.129. n.3. Rot. poſt De Luc. Con-
ſil. Legal. in Manuſ. dec.30. num.6.
Vel in alimentis debitis per Maritum
Uxori proportionabiliter ad fructus
31 dotis, quæ cum ſint ipſius dotis
acceſſoria, & illius additamenta, privi-
legio tacitæ hypothecæ gaudent, ſicut
dos ipſa fruitur Paul. de Caſtro in l. ſi
cum dotem 22. §. Sin autem n.3. ff. ſo-
lut. matrimon., ubi quòd pro illa opi-
nione obtinuit tres ſententias confor-
mes Burſatt. conſ.130. num.38 Gratian.
diſcept.634. n.4. & ſeqq. ibique De Luc.
n.1. & ſeqq. & ad diſcept.130. num.8. &
ſeqq. Myſinger. obſervat. 64. centur. 1.,
ubi quòd Camera Imperialis approba-
vit hanc opinionem, tanquam veriorem,
Neguſant. de Pignorib. 4. membr.2.
partis n.50. in fine, & n.51. Paciſc. de
Salvian. inſpect.3. cap.2. n.925. Gutier-
rez. de Juramento. Confirmator. part.1.,
quæſt.46. n.3. Scoppa ad Gratian. dec 129.
num.19. & ſeqq. Cancer. Variar. par.1.
cap.16. ſub n.3., ubi quod ita tenet Se-
natus Cathaloniæ, plenè Surd. de Ali-
ment. tit.8. privileg 49. n.1. & pluribus
ſeqq. & privil.50 per totum, pleniſſimè
Salgad. Labyrinth. Creditor. par.1, cap.
24. n.91. & ſeqq., ubi quod nedùm
uxori contra maritum hypotheca com-
32 petit, ſed etiam Marito contra bona
uxoris, vel alterius, qui dotem pro-
miſit Merlin. de Pignorib. d. lib.3. tit.1.
quæſt.1. n.20. Rota noſtra apud Accorſ.
citata dec.32. n.4. & ſeqq., ubi reprobat
contrarios, & declarat procedere tam
33 conſtante, quam ſoluto matrimonio.
Vel demum in alimentis præſtitis Nau-
tis, Inſtitoribus, vel Miniſtris Socie-
34 tatis, aut negociationis, qui cum in-
ſerviant pro conſervatione Navis,
ſo-

Societatis, vel negociationis, creditor illorum habet hypothecam cum prælatione in ipſa Navi, negociatione, & corpore Societatis *Amat. reſol.3. num.3. & ſeqq. Salgad. Labyrinth. Creditor. par.1. cap.14. n.83. & n.103. & ſeqq. Carleval. de Judic. lib.1. dicto tit.3. diſput.29. ſub n.5. Hevia de Commerc. Terreſtri lib.2. dict. cap.27. ſub num.23. Dominus Conſtantin. ad Statut. Urb. dicto annot.30. n.175. & 176.* ubi aſſignat differentiam quare præbens alimenta hujuſmodi perſonis, vel mutuans pro refectione, & conſervatione rei, om-
35 nibus præferatur, & talis prælatio non concedatur ei, qui conſervavit hominem, dando ei alimenta.

Non ſolùm autem prælatio prædicta pro expenſis ultimæ infirmitatis,
36 conceditur contra Creditores habentes hypothecam tacitam *Poſt. de Subhaſtation. in Addit. ad inſpection. 41. n.7. & dicta reſolut.104. n.22. & 23. Fontanell. de Pact. Nuptialib. clauſ.6. gloſſ.2.*
37 *par.5. n.26.* ſed etiam expreſſam *Ger. Spin. dicto conſil.100. n.9. & ſeqq.* abundè *Poſth. dicta reſolut.104. n.24. & ſeqq. Flores de Mena Variar. quæſt. lib.1. quæſt. 6. art.3. num.11. Cancer. Variar. par.1. cap.9. n.9. Gaz. de Credit. in Appendic. ad cap.4. n.117. fol. mihi 472. De Luca eodem tractat. diſc.28. num.3. & 4. Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſul.6. gloſſ.2. par.3. ex n.26. fol. mihi 310. Conciol. de Hæred. dicto articul.1. n.378. & ſeqq. & n.381. de Marin. ad Reverter. dec.486. n.2.* ubi reicit contrarios, & ita judicatum dicit in Regia Camera *Hodiern. ad Surd. dec.112. n.8. Viſcont. ad Franch. dec.51. verſ. declara has deciſiones. Rot. Lucen. apud Andreol. contr.164. n.8. Sacrum Conſilium Neapolitanum apud Cappyc. Latr. dec.47. ex n.3. & n.7. & ſeqq. ibique Gizzius num.1. & Manfredus ex n.10. Bergom. Cavalcan. dec.32. num.7. par.1. Rot. Ferrarien. apud Leonell. deciſ.26. n.7. Sacrum Conſiſtorium Regni Siciliæ apud Maſtrill. d. deciſ.10. num.6. & ſeqq. & n.10. Addent. ad Gregor. dec.412. n.14. in fine. Rot. coram Dunozett. Jun. dec.576. n.13. Argulles dicta dec.26. ſub n.71.*, & optimè conferunt aliæ omnes Auctoritates ſupra relatæ n.5., quæ licèt loquantur de expenſis funeris, optimè tamen applicantur expen-
38 ſis ultimæ infirmitatis, cum illæ inter ſe æquiparentur, & iiſdem privilegiis fruantur *Conciol. de Hæred. dicto artic.1. num.382. & ſeq.* ubi concordantes *Merlin. de Pignorib. lib.4. quæſt.17. num.24. Antonell. de Tempor. legal. lib.4. cap. ultim. n.75. Poſth. reſol.104. ex n.10. Dominus Conſtantin. ad Stat. Urb. dicto annot.30. ſub n.174. Bergom. Cavalcan. dec.32. ſub num.4. par.1. Sacrum Conſiſtorium Regni Siciliæ apud Maſtrill. dicta dec.10. n.10. Senatus Montanus apud Surd. dec.112. n.7. & dec.253. num.25. Rot. Lucen. apud Belmont. dec.10. num.5. Sacrum Conſilium Neapolitanum apud Cappyc. Latr. dec.47. n.18. ibique Gizzius in obſervat. n.1. & Manfredi. n.18. Rot. Ferrarien. apud Leonell. dec.26. num.8. Rot. Senen. apud Mart. Medic. deciſ.21. num.6. & Romana coram Argnell. d. deciſ.26. num.73.* quidquid contrarium,
39 quoad hypothecam expreſſam dixerit *Thomas Anell. alleg.2. n.2. & ſeqq. Montic. de Tacit. lib.11. tit 23. n.23. & 25.* ubi loquitur de impenſis funeris *Vrsini dec.307. n.6. Franch. dec.51. n.1. Reverter. dec 486. per tot.*

Intelligendo tamen de expenſis ultimæ infirmitatis moderatis, & neceſſariis, habita ratione perſonæ, & facultatum ipſius, ſi enim exceſſivæ ſint, &
40 immoderatæ, pro exceſſu nullam competere prælationem, dixit in ſpecie *Poſth. reſol.104. n.10. Antonell. de Tempor. Legal. lib.4. cap. ultim. n.77. Rodriq. de Concurſ. Creditor. par.1. artic.3. n.30 & ſeqq.* Dominus, & olim Collega meus *Conſtantin. ad Stat. Urb. annot.30. n.174. Sacrum Conſilium Neapolitanum apud Cappyc Latr. dec.47. n.22. Koppen. dec. Germaniæ 28. n.16. par.1. Sacrum Conſilium Neapolitanum apud Franch. dec.51. num.10.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Prælatio in Creditorum concurſu, non competit mutuanti ad rem de novo faciendam, ſed tantum ad rem reficiendam, vel conſervandam, ſicut ex eadem ratione conceditur talis prælatio omnibus, qui vel mediante pecunia, vel opera rem à Patrimonio debitoris repertam, ad perfectionem redegerunt, quorum plures ſpecies in deciſione elegantèr enucleantur; Famulis neceſſariis pro ſalario prælatio competit, & illis qui materiam dederant Domino pro Livreis famulorum, & quando. Artificibus, & operariis pariter competit prælatio, pro eorum mercede, in rebus in quibus eorum operam impenderunt.

S U M M A R I U M.

1 *Mutuans pecuniam pro opere de novo faciendo, vel pro re aliqua emenda, nullam habet prælationem ſuper re de novo confecta, vel comperata*, & n. 8.

2 *Niſi ſpecialem hypothecam ſuper ea re ſibi reſervaverit, quo caſu ei competit prælatio.*

3 *Mutuans pecuniam pro conſervanda, vel reficienda re præferri debet ſuper ea re pro toto eo, quod impendit, & gaudet Privilegio* l. interdum 5. ff. qui potior. in pignor. habeant. & l. hujus enim ff. eod.

Quare præferatur mutuans pro reficienda, vel conſervanda re, & non pro illa de novo facienda, ibid.

4 *Res refecta, & conſervata tertii pecunia, pro quantitate in talem cauſam impenſa, in illius tertii præjudicium numquam dicitur extitiſſe in bonis defuncti.*

Supradicta prælatio, non habet locum in concurſu dotis, ibid.

5 *Idem privilegium competit pro impenſis factis, pro aliqua re perficienda.*

6 *Sive conſervatio, vel perfectio facta ſit mediante pecunia, ſive mediantibus operibus.*

Immò potior eſt creditor ex cauſa operarum, ibid.

7 *Artifices pro rebus ſubminiſtratis ad rem de novo inceptam, perficiendam, quando non gaudent prælatione.*

8 *Mutuans pecuniam pro refectione, vel perfectione rei, gaudet dicto privilegio uſque ad ſummam pro neceſſitate rei impenſam, non verò pro illa ad luxum impenſa.*

Pro exceſſu enim cum aliis Creditoribus concurret, ibid.

Impenſa an fuerit neceſſaria nec ne, non bene judicatur ab eventu, ibid.

9 *Mutuans ad rem emendam, ſuper ipſa non gaudet prælatione.*

10 *Expenſæ factæ pro aliquo ad perfectionem redigendo, puta pro reducendis Olivis in Oleum, gaudent prælatione ſuper re ipſa, ex ratione, de qua* ibid.

11 *Mulionibus pro vecturis, ſuper rebus vectis competit prælatio.*

12 *Mutuans pecuniam pro emenda re, omnes alios Creditores ſolam perſonalem habentes vincit, & ideò reſpectu ipſorum gaudet omninò prælatione.*

13 *Salarium famulis prælativè ante aliorum graduationem, ſolvi debet.*

Et an hæc prælatio detur etiam pro honorario Virorum Nobilium Principibus inſervientium n. 17.

14 *Prælatio tamen ob ſalarium conceditur pro famulis neceſſariis tantum, non pro illis, qui retinentur ad vanam oſtentationem, & ornatum.*

15 *Servitium, & quantitas famulorum, debet correſpondere qualitati Perſonæ.*

16 *Ex generali conſuetudine hæreditates S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & Magnorum Principum, tenentur ſolvere Quarantenam famulis, qui de tempore mortis ſervitio addicti reperiuntur.*

18 *Eadem potioritas, quæ datur famulis pro Salario, datur etiam illis, qui materiam dederunt pro Livreis, cum iſta ſint pars Salarii.*

19 *Qui liberè tradidit Domino materiam pro conficiendis Livreis, cum potuiſſet Dominus illam in alios uſus convertere, ſi ceſſionem à famulis non reportaverit, nec habeat requiſita pro ſubingreſſu obtinendo, non fruitur potioritate Salarii.*

20 *Adminiſtrator, pro omnibus expenſis ad res in concurſum deductas, conſervandas, habet prælationem ex natura crediti, non ex Juribus, quæ ei ceduntur.*

21 *Solvens in Cauſam Dotis etiam abſque ceſſione, & requiſitis Gloſſa* in l. Aristo 3. V. pignus ex perſona ff. quæ res pignor. oblig. poſſ. *ſubingreſſionem obtinet.*

22 *Sed*

22 *Sed hoc eſt ſpeciale in dote, & non procedit in aliis creditis privilegiatis.*
23 *Artifices, & operarii ſatisfieri debent antè omnes alios creditores, etiam hypothecarios, pro eorum mercede in rebus, in quibus eorum operam impenderunt.*
24 *Dicd. quando illa res eorum opere, fuerunt ad perfectionem reducta.*

DECISIO XLIX.

POſt conceſſam prælationem Creditoribus, de quibus in precedenti deciſione, operæ pretium fuit examinare, an illa etiam competeret pro Salario, & mercede, nec non pro credito, & expenſis factis pro conficienda, vel reficienda aliqua re, in quibus ſecundum diverſitatem caſuum, diverſimodè juxta inferius exponenda judicavimus: Aſſumendo enim examen confeſſionis novi operis, decrevimus eum, qui mutuavit pro opere de novo conficiendo, vel pro re emenda, ſuper re de novo comparata, vel confecta, nullam habere prælationem, ut eſt *Textus in l. procuratoris 5. §. Plane ff. de Tributor. actione & l. quamvis 17. C. de Pignorib.* & tradunt *Gratian. diſcept. 25. num. 8. & diſcept. 670. num. 1. & ſeqq. & num. 7. & ſeqq. Covarr. Var. reſolut. lib. 2. cap. 7. ſub num. 3. Rodriq. de Concurſ. Creditor. part. 1. art. 7. n. 27. & ſeqq. & ex num. 39. & 101.* ubi adducit rationem *Merlin. de Pignorib. lib. 3. tit. 2. quæſt. 5. num. 68. & quæſt. 23. n. 1. & ſeqq. Surd. de Aliment. tit. 8. privil. 48. num. 4. & 7. De Luc. de Credit. diſc. 15. num. 3. Aceſta de Privileg. Creditor. regul. 1. ampliat 3. dub. 4. & ampliat. 4. num. 13. & pluribus ſeqq.* ubi plures citat, & rejicit contrarios *Pacion. de Locat. cap. 41. num. 17. D. Conſtantin. ad Stat. Urb. annot. 30. num. 109. & ſeqq. Mart. Medic. in addit. ad dec. 20. num. 1. Rot. coram Emer. Jun. dec. 435. num. 3.* niſi credens pecuniam pro emenda re, vel conſtruenda nova fabrica, ſpecialem hypothecam ſuper eadem re
2 ſibi reſervaverit, nam iſto caſu prælationem habebit *ad Text. in l. licet 7. C.* qui potior. in pignor. habeantur, *Gratian. diſcept. 670. ex num. 1. & ſeqq. aliique De Luc. ut num. 1. Merlin. de Pignorib. lib. 3. tit. 1. d. quæſt. 5. ſub num. 68. & quæſt. 23. num. 5. 7. & ſeqq. De Luc. de Credit. diſc. 15. num. 3. 6. & 8. Pacific. de Salvian. interdict. inſpect. 3. cap. 4. num. 675. Covarr. Variar. reſol. d. lib. 2. cap. 7. ſub num. 3. Leſſ. de Juſtit. & Jur. lib. 3. cap. 15. dub. 4. ſub num. 30. verſ. quintus eſt, Aceſta de privileg. Credit. regul. 2. ampliat 4. n. 19. D. Conſtantin. ad Stat. Urb. annot. 30. num. 220. & 230. Rot. Marcinae apud Thomas. dec. 186. num. 2. Koppen dec. Germanic. 18. num. 16. part. 1. Addent. ad Buratt. dec. 62. num. 9. & 10. Rot. in rec. dec. 318. num. 24. part. 5. dec. 318. n. 10. part. 9. & dec. 327. num. 8. & 9. part. 14. & coram Emer. Jun. deciſ. 435. n. 6.*

Præferendum verò cenſuimus eum, qui mutuavit pro reficienda, vel conſervanda re, tunc enim cum taliter impendens pecuniam, vel operas, ſalvam fecerit totius pignoris cauſam, meritò ſuper re, quam ſua pecunia, vel opere
3 conſervavit, præferri debet pro toto eo, quod impendit, & gaudere privilegio *l. interdum 5. ff. qui potior. in pignor. habeant. & l. hujus enim ff. eodem*, ut firmant *Amat. reſol. 3. n. 9. Capyc. Latr. conſult. 117. ex n. 19. Bonden. collect. 20. num. 27. lib. 1. Merlin. de Pignor. lib. 2. quæſt. 67. num. 44. Aceſta de Privileg. Creditor. regul. 2. ampliat. 2. num. 3. & ampliat. 3. ex num. 1. Rodriquez de Concurſ. Creditor. part. 1. artic. 3. num. 14. & ſeqq. artic. 7. n. 1. & ſeqq. & n. 102. & par. 2. artic. 4. ex n. 27. & n. 41. Leſſ. de Juſtit. & Jur. lib. 3. cap. 15. dub. 4. n. 26. Merlin. de Pignor. lib. 3. tit. 1. quæſt. 5. n. 1. & ſeqq. & n. 68. & quæſt. 23. n. 10.* ubi aſſignat differentiam, quare mutuans ad refectionem, vel conſervationem rei acquirat hypothecam cum prælatione, & mutuans pro acquirenda illa careat, eandemque differentiam refert *Gratian. diſcept. 670. n. 7. & 8. De Luc. de Credit. diſc. 15. n. 3. Pacific. de Salvian. inſpect. 3. cap. 4. n. 661. Pacion. de Locat. cap. 41. n. 8. & ſeqq. D. Conſtant. ad Stat. Urb. annot. 30. n. 161.*, ubi quòd res refecta, vel conſervata quoad quantitatem pecuniæ in talem cauſam impenſæ, in
4 præjudicium conſerventis, & reficientis, nunquam dicitur exiiſſe in bonis defun-

fundi, *&* n.209. *&* *ſeqq.* *&* 219. *&* *ſeqq.* *&* 229. *&* *pluribus ſeqq. Rot. Marchia apud Thomat. d. dec* 186. *num.*3. *à Ponte dec.*34. *n.*3. *Franch. dec.*97. *n.*1. *Senatus Mantuanus apud Surd. dec* 311. *n.*1. *Kappen. dec. Germania* 18. *num.*35. *par.*1. *Rot. Senen. apud Mart. Medic. deciſ.*19. *n.*17. *& ſeqq. & examinat.*11. *num.*1. *& ſeqq. Rot. Florentina apud Manſ conſult.*343. *n.*1. *&* 2. *Adden. ad Baratt. dec.*62. *n.*10. *Rot. Romana coram Emer. Jun. dec.*435. *num.*5. *in rec. dec.*328. *n.*22. *par.*5. *& poſt D. Conſtantin. ad Stat. Urb. dec.*70. *n.*3. *& ſeqq.* ubi quod omnibus præfertur excepta cauſa dotis, *& dec.*71. *n.*1. *& ſeqq.*

Prout etiam quando agitur de aliqua re perficienda, impenſæ enim factæ pro hujuſmodi perfectione gaudent
5 eodem privilegio potioritatis, ſuper ipſa re, ut eſt Textus in *d. l. interdum*, ibi — *& ad armandam eam rem, vel reficiendam ego crediderō. De Angel. de Confeſſ. tom.*1. *lib.*2. *quaſt.*60. *n.*5. *Rocca diſput.*138. *n.*4. *Rot. Senen. apud Mart. Medic. dec.*29. *n.*14. *&* 15. *Rot. Romana coram Celſ. dec.*398. *n.*2. *& n.*5. *Emer. Jun. d. dec.*435. *n.*7. *& d. dec.*523. *n.*3. *in rec. dec.*327. *n.*1. *& ſeqq. par.*14. ſive conſervatio, vel perfectio facta ſit mediante pecunia, ſive mediantibus operibus,
6 cum ſemper militet eadem ratio *Acoſta de Privileg. Creditor. d. regul.* 2. *ampliat.*2. *n.*4., ubi quòd immò major concurrit ratio in Creditore ex cauſa operarum *Paton. de Locat. cap.*41. *num.*10. *Rot. Senen. apud Mart. Medic. dec.*19. *numer.*17. *& ſeq.*

Iſtamque theoricam licèt concorditer admitteremus, judicavimus tamen hac prælatione vigore *l. interdum* frui
7 non poſſe Artifices, qui operam, vel materiem præſtiterunt pro confectione Rhedæ, quia cum illa tota eodem tempore facta fuerit, quamvis prius E.G. Faber lignarius confecerit Carrum, Rotas, aliaque ſimilia, & poſtea Faber ferrarius Rotas ferro circumvallaverit, aliaque neceſſaria confecerit, deindeque alii Artifices Vacchettis cooperiverint, bullectis, Vaſis, rebus Sericis, & aureis Rhedam ornaverint, tamen non ob id dici poteſt, iſtos omnes, qui in Rheda poſt primam materiam, vel operam poſuerunt, Rhedam perfeciſſe, ſed potius illam una cum primo conſtruxiſſe, Aliàs enim in confectione ædificii, & cujuslibet alterius operis, is, qui fundamenta jecit, & neceſſaria ſubminiſtravit, diceretur de novo conſtruere, vel mutuare pro nova conſtructione, alii verò omnes, qui materiam, pecunias, aliaque opportuna traderent, pro murorum, ſolariorum, & ſimilium conſtructione, & elevatione, Creditores conſtituendi eſſent, non pro conſtructione Fabricæ, ſed pro illius perfectione; ſicque non daretur amplius nova conſtructio, & nova operis confectio, niſi pro illa minima parte, quæ ad opus principiandum inſerviret, omneſque eſſent Creditores pro rei perfectione, & prælativè, quando Jura, & Doctores denegantes potioritatis privilegium mutuanti pro opere de novo faciendo, totum opus conſiderant, non exiguam partem illius initiativam, ut patet ex illorum lectura.

Hæc tamen omnia procedere diximus, dummodo impenſa pro refectione, conſervatione, vel perfectione ſit neceſſaria, & non exceſſiva, Si enim reficiens, vel perficiens rem, addat antiquæ formæ, & modo magis honorifico, ac ſplendido ædificium reficiat adeout impenſa potius à luxu, quam à neceſſitate fuerit cauſata, privilegio *l. interdum* taliter impendens gaudebit ſolùm pro neceſſaria refe-
8 ctione, & pro exceſſu concurret cum aliis creditoribus, juxta anterioritatem temporis, & abſque aliquo privilegio *Gratian. diſcept.*25. *num.*23. *&* 24. *& diſcept.*670. *ſub num.*9. *Bondon. collect.*20 *n.*27. *lib.*1. *Neguſant. de Pignorib. membr.*2 *part.*5. *ſub num.*15. *propè finem, Giurb. ad Conſuetud. Meſſanen. cap.*9. *Gloſſ.*2. *n.*47. *Aſſinus de Execut.* §.7. *cap* 13. *per tot. fol.*168. *Amat. reſol.*3. *num.*63. ubi plures citat *Molin. de Primogenit. lib.*1. *cap.*10 *num.*23. *ibique Adden. verſ denique in præſenti Acoſta de Privilegiis Creditor. regul.*1. *ampliat.*3. *num.*13. *&* 14. *Noberkon. de Concurſ. Creditor. cap.*1 *n.*291. *Merlin. de Pignor. lib.*3. *tit.*1. *quaſt.*5 *n.*70. *&* 74. *Paton. de Locat. d. cap.*41. *n.*19. *& ſeq.* ubi quod an impenſa fuerit neceſſaria non benè judicatur ab eventu *D. Conſtantin. ad Stat. Urb. annot* 30. *num.*215. *&* 264. *de Angel. de Confeſſ.*

*tom.*1.

tom.1. lib.2. quæſt.60. num.5. Pacifie. de Salvian. d. inſpect.3. cap.4. num.663. verſ. tertiò procedit, Marc. Medic. examinat.11. num.9. Caſtill. dec.205. n.10. & 11. Rot. in recen. deciſ.327. num.6. part.14.

Denegavimus pariter prælationem D. Chiarito, ſuper oleo in hæreditate Sereniſſimi Principis reperto; Cum enim Celſitudo ſua mandaverit Santino, ut ipſum de oleo provideret, & Chiaritus ad hunc effectum mutuaverit pecunias, pro dicto mutuo
9 facto ad rem emendam, & acquirendam nulla prætendi valet potioritas, ut ſupra probatum eſt in principio.

Conceſſimus tamen prælationem pro expenſis factis ab eodem Chiarito pro conficiendo ex olivis oleo, Hujuſmodi enim expenſæ fuerunt neceſſariæ pro perficienda re, & facienda prædicta reductione, & tranſmutatione, qua mediante pretioſior, & perfecta evaſit res vendenda, & augumentum recepit Hæreditas Sereniſſimi Cardinalis; ac propterea expenſæ factæ pro dicta reductione, potiri debent potioritate indulta ex diſpoſitione dictæ *l. interdum*, nec conqueri poteſt anterior Creditor, ſi id, quod poſterior per ſuam pecuniam patrimonio debitoris auxit, hoc ipſum ſine ullo
10 prioris damno auferat, ut benè in terminis terminantibus firmat *Card. de Luc. de Credit. diſc.15. num.4. verſ. reſtitendo autem*, & obſervat *Conſtantin. ad Statut. Urb. dict. annot.30. num.231. & 233.*

Eamdemque potioritatem tribuimus mulionibus pro tranſportatione, & Vecturis Jumentorum, Ex tali quippe tranſportatione oleum majoris valoris evaſit, & majus pretium ab eo retraxit Hæreditas, cum Florentiæ venditum fuerit longè plus, quam factum fuiſſet in loco, ubi confectum fuit; Atque ob id pro hujuſmodi Vecturis ſuper rebus vectis, competere mulioni prælationem diſponit.
11 *Text. in dict. l. hujus enim 6. ff. qui potior. in pignor. habeant. Capyc. Latr. conſult.117. ſub num.19. Carol. de Alexio ad eamdem obſervat.117. num.7. Mantic. de Tacit. lib.11. tit.23. n.1. verſ. ideamque dicendum. Gait. de Credit. cap.4. quæſt.11. num.1990. Afflict. de Execut. §.7. cap.13. verſ. ampliatur præterea, Merlin. de Pignorib. lib.3. tit.1. quæſt.15. n.12. Leſſ. de Juſtit. & Jur. lib.2. cap.15. dub.4. ſub num.26. verſic. ſecundus habetur, Rodriquez. de Concurſ. Creditor. part.1. artic.7. num.18. Antonell. de tempore legal. lib.4. cap. ultim. num.120. Acoſta de Privileg. Creditor. regul.1. ampliat.2. ſub num.3. & ampliat.3. ſub num.7. verſ. amplia ſecundò Zacch. de Salar. quæſt.99. num.21. Pacion. de Locat. cap 41. num.9. & 10. D. Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.30. num.236. & ſeqq. Marc. Medices examinat.11. ſub num.2. Rot. Senen. apud eum dec.19. num.15.*

Pro reſiduali verò credito, pro quo Chiarito potioritatem denegavimus, decretum fuit eum non debere concurrere per tributum, cum aliis Creditoribus non privilegiatis, & prætendentibus ſolùm perſonalem; mutuans namque pro re emenda vincit alios Creditores ſimplicem perſonalem habentes, eorumdemque reſpectu privilegiatus omninò dicitur, & proindè ante cujuslibet eorum gra-
12 duationem, ſeu ſolutionem, debet prælativè de ſuo credito ſatisfieri, ut diſponit *Text. in l. quod quis 17. ff. de Privileg. Creditor. Auth. quo jure C. qui potior. in pignor. habeant Gaill. practic. obſervat 12. num.3. lib.2. Covarr. Variar. reſol lib.1. cap. 7. ſub n.3. Acoſta de Privileg. Creditor. regul.1. ampliat.4. num.10. & ſeqq. Neguſant. de Pignor. membr.4. part 1 num.163. Pacific. de Salvian. Interdict inſpect 3. cap.4. n.674. Surd. de Aliment. tit.8. privileg.48. n.3. & 4. Korpen. dec. Germaniæ 28. num.45. part.1.*

Tranſeundo nunc ad aliud Creditum Salarii, & mercedis, iſtud famu-
13 lis ex hac cauſa creditoribus prælativè, & ante aliorum graduationem ſolvi debere, firmant *Capyc. Latr. conſult.117. num.13. & ſeqq. & ex num.33. Carol. de Alexio ad eamdem obſervat.117. num.9. Carleval. de Judic. tit.1. diſput.29. n.13. Pacific. de Salvian. inſpect.3. cap.4. n.683. Salgad. in Labyrinth. Creditor. part.3. cap.9. num.13. Feliccian. de Cenſib. tom.1. lib.3. cap.5. num.12. Gait. de Credit. cap.4. quæſt.11. num.1566. Zacch. de Salar. quæſt.99. num.16. Pacion. de Locat. cap.41.*

ex n.36. Merl. Medic. in addit. ad dec.19. num.1. Senatus Granaten. apud Larr. deciſ.85. num.4. Sanfelic. dec.113. num.4. Rot. noſtra in Florentina Salarii Famulorum 6. Auguſti 1642. §. Debitum lib. mot.115. fol.269. & 19. Novembris 1644. §. Decimus lib. motuor.117. fol.119. Rot. Rom. coram Dunozett. Jun. dec.376. num.30.

Et quamvis non impugnaretur limitatio, quod hæc prælatio ſolùm concedatur pro Famulis neceſſariis, non
14 pro illis, qui retinentur ad vanam oſtentationem, & ſuperfluum ornatum, ut tradunt *Carleval. de Judic. d. tit.3. diſput.29. num.12. & ſeqq. Pacion. de Locat. cap.41. num.36. & ſeqq.* Tamen probatum non fuit, Famulos fuiſſe exceſſivos, & ſuperfluos, immò potius neceſſarios qualitati Magni Principis, ſervitium enim, & quantitas famulorum
15 debet correſpondere qualitati Perſonæ benè *Sammat. contr.175. n.71. & ſeqq. Menſ. conſult.323. num.11. de Luc. de Servitut. diſc.67. num.4. Boſſ. de Aliment. cap.3. §.5. num.83. & ſeq. Surd. eodem Tractat. tit.4. quæſt.18. num.9. & ſeqq. & num.27. & ſeqq. Menoch.* qui plura jura adducit *de præſumpt. lib.4. præſumpt.157. n.28.*

Ittudque, quod inoffenſo pede procedit reſpectu Salarii decurſi in vita Sereniſſimi Domini Principis Cardinalis, locum etiam habere decrevimus pro Salario 40. dierum poſt ſecutam mortem ejuſdem, cum ex generali conſuetudine, hæreditates S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & Magnorum Principum, teneantur ſolvere quarantenam Perſonis, quæ de tempore mortis ſervitio addicti repe-
16 riuntur, ut loquendo de Hæreditate Illuſtris cujuſdam magnatis Portugalliæ, reſpondit *Senatus Luſitanus apud Gammam dec.308. num.4. & 8.* ubi deciſum fuit ſolvi debere ſtipendia Famulis per triginta dies à tempore mortis defuncti, vigore conſuetudinis ibidem vigentis.

An autem potioritas debita pro credito Salarii Famulis inferioris ſferæ, competat etiam Viris Nobilibus Principibus inſervientibus, indeciſum reliquit *Pacion. de locat. d. cap.41. ſub n.41. Merl. Medic. in addit. ad dictam dec.19. num.3.* dicens quæſtionem tunc temporis pendere coram quinque Judicibus Delegatis, quæ poſtea deciſa, &
17 reſoluta fuit contra Nobiles inſervientes, quibus denegatum fuit prælationis, & potioritatis privilegium, ut in ſententia lata die 14. Decembris 1665. à dictis Judicibus, inter quos aderat *Merl. Medices, & Caballer.* Sed reaſſumpta hac quæſtione coram nobis, adhuc illa pendet irreſoluta, & ad præſens examinatur, Scribentibus hinc indè primariis Advocatis hujus Curiæ.

Prædictaque potioritas Famulis conceſſa, nedum ipſis competere diximus, ſed etiam illis, qui dederunt materiam pro veſtibus, ſeu Livreis Famulorum, earumque ornatu, cum illæ ſint pars Salarii, & Famulis dari ſo-
18 leant *Zacch. de Salar. quæſt.17. ſub n.8. Pacion. de locat. cap.35. num.152. & ſeq. Adden. ad Pamphil. dec.70. num.9. Rot. in rec. dec.815. n.1. part.18.*

Verum favore ejus, qui ſubminiſtravit Livreas, vel materiam pro illis ornandis, Domino, qui poterat res ei traditas vendere, aut in alios uſus ſibi benè viſos convertere, cum erogatio pro conficiendis Livreis ſit caſualis, & non proveniat ex providentia tradentis res illas, is, qui hoc modo ſubminiſtrat materiam, nec ceſſio-
19 nem è famulis reportavit, neque habet requiſita pro ſubingreſſu obtinendo, nulla fruitur potioritate Salarii, nec ſubingreſſione in locum Creditoris dimiſſi, ad quem effectum neceſſaria ſunt requiſita *Gloſſa in l. Ariſto 3. V. pignus ex perſona, ubique ſcribentes ff. quæ res pignor. obligar. poſſ.* & proſequitur *Gratian. diſcept.670. num.10. ubique De Luc. num.9. & 10. Rota cor. Priolo dec.330. num.10. & dec.353. n.2. & in rec. deciſ.159. num.2. & ſeqq. part.15. & dec.331. n.9. & 10. part.17.*

Nec contrarium dicit *Salgad. in labyrinth. Creditor. part.3. cap.8. num.64. & cap.9. n.13.21. & ſeq.* quia ipſe loquitur in ſolutionibus factis ipſimet Creditori, ſeu ſalariato ab adminiſtratore Concurſus, in quo militat diverſa ratio, Expenſæ enim factæ ab hujuſmodi adminiſtratore in ſolvendis Salariis, Famulis, Procuratoribus, Advocatis,

aliiſ-

aliiſque ſimilibus, quorum operibus res ad adminiſtrationem pertinentes fuerunt conſervatæ, quæque aliàs periiſſent, ſunt ſupra cæteras privilegiatæ quia impendens pro conſervatione rei habet ſuper re conſervata prælatio-
20 nem, non ex juribus ab alio ceſſis, ſed ex natura, & qualitate Crediti, ut firmant Auctoritates ſupra relatæ *num.* 3. & conſiderat idem *Salgad. d. cap.* 8. *num.* 64.

Minùs prodeſſe potuit exemplum ſolventis in cauſam dotis, qui etiam abſque ceſſione, & requiſitis *Gloſſæ*
21 ſubingreſſionem obtinet *De Luc. de Dote diſc.* 145. *ſub num.* 56. *Baldacc. dec. & rer. Judicat. tit.* 4. *dec.* 13. *num.* 4. *Rot. coram Coccin. dec.* 1681. *num.* 2. *& ſeqq. & poſt De Luc. de Dote dec.* 15. *num.* 4. *& dec.* 16. *num.* 1. *&* 6. *Romana Cambii ſcutor.* 2000 2. *Aprilis* 1696. *§. Abſque eo quod, coram bo. me. R. P. D meo Muto, & in Aventionen. Fideicommiſſi ſuper fructibus* 19. *Januarii* 1705. *§. Hinc deſcendendo, cor. Illuſtriſſ. D. meo Scotto.* Quoniam hoc, quod eſſe ſpeciale in dote firmant deciſiones
22 præfatæ, non extenditur, neque procedit in aliis creditis privilegiatis.

Prælationem etiam conceſſimus Artificibus, & Operariis in rebus, in quibus eorum operam impenderunt; in illis quippè Artifices prædicti pro eorum mercede ſatisfieri debent primo
23 loco, & ante omnes Creditores etiam hypothecarios, & tempore anteriores, ut exemplificando in Fabro, ſutore, Mareſcalco, & Scriptore tradunt. *Carol. de Alexio ad conſult. Capyc. latr. obſervat.* 117. *n.* 7. *in fine, Carraſcus ad leges Regni cap.* 11. *num.* 190. *in fine, Acoſta de Privileg. Creditor. regul.* 2. *ampl.* 2. *num.* 9. *in fine, Rodriquez in Concurſ. Creditor. part.* 1. *art.* 3. *num.* 55. *verſ. ſecundò pro eadem, & part.* 2. *artic.* 4. *num.* 37. *& ſeqq. & num* 41. *Merlin. de Pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 15. 29. *&* 31. *Garc. de Credit. in appendic. ad cap.* 4. *num.* 132. *Zacch. de Salar. quæſt.* 99. *num.* 21. *Conſtantin. ad Stat. Urb. tit. annot.* 30. *n.* 232 *&* 233. *Rot. Senen. apud Mart. Medic. dec.* 19. *n.* 19. *&* 20.

Quod eſt verum quando res præfatæ mediante eorum opera fuerunt ad perfectionem redactæ, tunc enim ex quo pretioſiorem propria opera, & indu-
24 ſtria rem reddiderunt, & majoris valoris, ac æſtimationis, & majus ob id hæreditas pretium imburſavit, pro eorum mercede ſuper ea prælativè ſatisfieri debent, & quod reliquum eſt, aliis creditoribus venit diſtribuendum *D. Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.* 30. *num.* 252.

Et ita Utraque &c.

ARGUMENTUM.

Alens animalia, vel expenſas pro illis alendis faciens præfertur ſuper eis, & eorum pretio quibuſcumque Creditoribus, etiam illis, qui ſibi reſervarunt dominium, Et ſi aliqua animalia, quæ alimenta habuerunt, vendita ſint, ſuper remanentibus pro toto credito, conſervatur hypotheca, quando alimenta, & res, eiſdem, uti corpus conſtituentibus, tradita ſunt. Annonæ, competit hypotheca tacita ſuper bonis ſui Debitoris, prout ea competit Fiſco, & omnibus Magiſtratibus Civitatis Florentiæ, qui part ... contrahantur, etiamſi tradiderint rem Debitori matrimonii cauſa, & quomodo Ærario Principis ſive publico, ſive privato, & pro bonis ipſius etiam patrimonialibus, & cujuſcumque generis, competit hypotheca, & Privilegia Fiſcalia.

SUMMARIUM.

1 *Animalia ſunt ſpecialiter, & prælativè hypothecata ei, qui pro illis alendis fecit expenſas.*

2 *Et talis creditor præfertur etiam ei, qui ſibi reſervavit dominium.*

3 *Nedum præfertur ſuper animalibus, ſed etiam ſuper eorum pretio.*

4 *Et ſi aliqua animalia vendita ſint, hypotheca integraliter competit ſuper remanentibus, quando alimenta fuerunt eiſdem præſtita, uti corpus conſtituentibus,* & n. 9.

Auctoritates contrariæ in quibus terminis loquantur n. 7. & ſeqq.

5 *Frumentum ſi tradatur pro alimonia Civium, & plures ex iſtis de tempore ſolutionis defecerint, cæteri remanent obligati pro toto debito.*

6 *Auctor fuit in Urbe Auditor Principis Praneſtinorum,*

Nec non Agens, & Miniſter Civitatis Aſculi, ibidem.

8 *Herba, ſi empta ſint in majori quantitate, quàm paſcendo conſumpſerint animalia, prælatio non competit pro toto pretio, ſed pro rata herbarum depaſtarum.*

10 *Prior tempore potior in jure.*
11 *Annona frumentaria pro ſuo credito non habet hypothecam, nec Privilegia Fiſcalia.*
Contra, quod habeat tacitam hypothecam n.13. & ſeqq. *ubi reprobantur contrarii.*
12 *Creditor hypothecarius etiam poſterior præferri debet Creditori non habenti hypothecam etiam anteriori.*
14 *In Civitate, & Statu Florentino Abundantia habet hypothecam tacitam, & Privilegia Fiſcalia, vigore motus proprii S. Celſitudinis Regiæ.*
15 *Magiſtratus omnes Civitatis Florentiæ habent Privilegia Fiſcalia*, & n.22. *& ſignanter.*
16 *Mons Pius.*
17 *Mons Salis.*
18 *Magiſtratus Doanæ.*
19 *Magona ferri.*
20 *Magiſtratus Novem.*
21 *Magiſtratus Artis Lanæ.*
22 *Religio D. Stephani.*
23 *Annonæ frumentariæ hypotheca competit per communicationem privilegiorum, quæ habet Fiſcus.*
24 *Fiſco à die contractus initi cum ſuo Debitore, competit tacita hypotheca.*
25 *Immò in bonis poſt contractum quæſitis præfertur Creditoribus anterioribus, expreſſam hypothecam habentibus.*
26 *Annona emens frumentum, ut illud revendat, mercimonium exercere dicitur.*
27 *Et ob id non gaudet tunc Privilegiis Fiſcalibus.*
Prout illis non gaudet Fiſcus, & Princeps mercaturam exercentes, ibidem.
28 *Sed hoc procedit quando Annona exerceret mercimonium in re non concernente Abundantiam, ſecùs ſi circa rem, Annonam ipſam reſpicientem.*
29 *Prælatio competit Patrimonio Principis publico, & privato, & cujuſcumque generis, & hypothecam, & Privilegia Fiſcalia habet.*
30 *Et hoc nedum de Jure, ſed vigore motus proprii Sereniſſimi Magni Ducis, qui hic transſcribitur.*

DECISIO L.

INter alios Creditores privilegiatos, & potioritatem, vel anterioritatem prætendentes plures alii comparuerunt; Et primo Magiſtratus Abundantiæ hujus Inclytæ Civitatis inſtetit prælativè ad alios ſibi conſignari pretium retractum ex venditione Equorum hæreditariorum Sereniſſimi Domini Principis pro credito alimentorum iiſdem Animalibus, præſtitorum, & die 31. Martii 1713. unanimiter decrevimus prælationem petitam deberi, & pecunias prædictas eſſe conſignandas.

Hypotheca enim cum prælatione competit nedùm ſuper ipſis Animalibus depaſtis, adeout ille, qui fecit
1 expenſas, vel alimenta dedit, quibuſcumque Creditoribus anterioribus, ipſis præferatur *Natta conſ.* 536. *numer.* 8. 9. *&* 10. *Decian. reſp.* 109. *num.*23. *lib.*2. *Neguſant. de Pignorib. membr.*3. *par.*7. *num.*16. *Oter. de Paſc. cap.*13 *n.*27. *&* 29. *ibique Bonden. in Notis n.*11. *& ſeqq. Gait. de Credit. cap.*4. *quæſt.*11. *n.*1562. *num.*2010. *&* 2014. *Surd. de Aliment. tit.*8. *privileg.* 62. *num.*13. *& ſeqq. Merlin. de Pignor. lib.*3. *tit.*1. *quæſt.*5. *num.*17. *& ſeqq. Salgad. Labyrinth. Creditor. par.*1. *cap.*24. *n.*100. *& ſeqq.* ubi concordantes *Gratian. diſcept.*25. *n.*17. *De Luc. ad eum n.*13. *Veſpignan. de Emption.& Vendit. conſult.* 44. *num.*1. *& ſeqq. R.P.D. meus Anſald. de Commerc. diſc.*83. *ex n.*30. *D. Conſtantin. ad Statut. Urbis annot.* 30. *n.*238. *& pluribus ſeqq.* ubi alios refert, *& n.*245. ubi quod talis creditor præfer-
2 tur venditori Animalium, qui ſibi reſervavit dominium ſuper illis, donec ſolvatur pretium *Cavalcan. dec.*23. *numer.*31. *& dec.*44. *n.*47. *par.*1. *Giurb. dec.*40. *num.*1. *& ſeqq. Rot. Senen. apud Mart. Medic. dec.*19. *n.*18. *& ſeqq. & in Addit. ſub n.*3. *Rota noſtra in Florentina Salarii Famulorum* 6. *Auguſti* 1642. §. *Secundo quia qui impendit pro alendo Animali lib. Mot.*113. *fol.*269. ſed etiam
3 ſuper eorum pretio, ut in ſpecie *Merlin.*

Leo. de Pignor. d. lib. 3. quæſt. 5. ſub n. 21. Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 3. diſput. 29. num. 6. Conſilium Placentinum apud Bal. deoc. dec. & rer. judicat. tit. 2. de Prælat. dec. 13. n. 34. Rot. dec. 114. num. 1. par. 4. tom. 1. rec.

Nec obeſſe poſſe cenſuimus, quod plura ex animalibus depaſtis fuerint alienata, & diſtracta in alias perſonas, penes quas illa exiſtunt; Quodque proindè ſuper remanentibus, ad quorum pretium agitur non niſi pro rata crediti alimentorum actio competat.

Quoniam Blada, & Avenæ datæ fuerunt Animalibus Equinis uti conſtituentibus unum corpus, prout apertè reſultat ex partita crediti, quæ ita cantat — *Alla Scuderia del Sereniſſimo Signor Principe Franceſco Maria* —, Cumque nomen *Scuderia*, tamquam collectivum, univerſitatem quamdam ſignificet, prout genus continens plures ſpecies, & omnes Equos ibi exiſtentes comprehendat, Indè ſequitur quod diſtractis etiam aliquibus Equis, competat actio
4 pro toto credito ſuper cæteris remanentibus, cum tali caſu Animalia particulariter non conſiderentur, ſed tamquam unum corpus individuum, quod ſemper eſt idem, licet aliqua membra deficiant, vel pereant, ut egregiè in individuo firmat *Card. de Luc. de Credit. diſc. 19. n. 14.*, & iterum idem judicatum fuit die 25. Auguſti 1713. à Nobis Judicibus Delegatis ſuper hæreditate Sereniſſimi D. Principis Franciſci Mariæ, favore trium Creditorum ex cauſa paleæ datæ pro iiſdem Equis uti conſtituentibus univerſitatem.

Hinc in ſimili ſi tradatur frumentum pro alimonia Civium alicujus Civitatis, & plures ex illis ante tempus ſolutionis defecerint, cæteri remanent obligati pro toto pretio frumenti em-
5 pti, & traditi pro alimonia cunctorum Civium, ut tradit *De Luc. de Regalib. diſc. 135. n. 11.*, & ita referendum cenſui Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Urbano Barberino Præneſtinorum Principi ſa. me. Urbani VIII. ex Fratre Abnepote, tempore quo
6 eram in Urbe illius Auditor Generalis; & alia vice reſcribi obtinui à Sacra Congregatione Boni Regiminis, in quadam cauſa Aſculana, dum eſſem in Romana Curia pro Illuſtriſſima Civitate Aſculi Agens, & Miniſter.

Abſque eo quod obicem facere viſa
7 fuerit Auctoritas *Gratian. d. diſcept. 25. numer. 13. & 14. R. P. D. mei Anſald. de Commerc. & Mercat. dicto diſc. 83. numer. 34. & ſeqq., aliorumque plurium per eum relatorum.* Quoniam, doctrinæ præfatæ loquuntur de Creditore ex cauſa pretii herbarum, quæ ſi emptæ ſint in majori quantitate, quam paſcendo conſumpſerint Animalia, prælatio non competit pro toto pretio, ſed pro ea rata herbarum ab Animalibus depaſtarum; Hoc autem nihil commune habet cum caſu noſtro, in quo omnia Blada, & Avenæ ab Abundantia ſubminiſtrata inſervierunt
8 pro Equis Sereniſſimi Domini Principis, Sicque certum eſt prælationem pro toto illarum pretio ſuper Equis depaſtis competere, ſed difficultas eſt, an ſolum prælatio detur ſuper quolibet Equo pro illa parte Bladarum, & Avenæ, quam ille Equus veriſimilitèr comedit, vel aliquibus ex eis diſtractis competat prælatio pro toto credito ſuper remanentibus, in quo articulo nihil firmant ſupracitati Doctores: Undè remanet firmum, quod quando alimenta ſubminiſtrata ſunt Animalibus, uti unum corpus conſtituentibus,
9 ſi aliqua ex eis diſtrahantur, ſuper reliquis actio inſolidum competit, ex ſupra firmatis *n. 4. & ſeqq.*

Obtento hujuſmodi decreto, Magiſtratus præfatus aliam excitavit prætenſionem, ſuper prælatione ſibi debita pro credito ex cauſa panis, & frumenti ſubminiſtrati Sereniſſimo Principi, & die 13. Octobris 1713. unanimitèr annuendum eſſe credidimus inſtantiæ præfatæ: Cum enim Abundantia pro hac ſumma panem ſubminiſtraverit Sereniſſimo Principi defuncto ab anno 1699. uſque ad menſem Junii 1701. eſt anterior aliis creditoribus cum ea hodie de prælatione concertantibus, & proindè illis debet præferri, ex regula, quod prior tempore potior in jure cenſeri debet,
10 de qua eſt *Textus in Cap. qui prior 54. de Regul. Jur. in 6., & l. potior 11. l. creditor 12. & l. qui balneum 9. ff. qui potior in pignor. habeant. Caball. conſ. 34. num. 1. lib. 2.*

lib.2. Rot. noſtra apud eundem conſ.15. num.2. lib.1. apud Magon. dec. Florent.9. num.1. apud Venturin. dec.29. ſub num.1. & apud Ancariſ. dec.56. num.3. & dec.89. num.1. Rot. Romana in rec. dec.15. num.1. & dec.576. n.8. part.19.

Non obſtante, quod cum Annona frumentaria ſit ſolùm quædam prudens Æconomica adminiſtratio commiſſa Magiſtratibus pro conſervanda in Civitate Abundantia, nullumque contineat redditum, ſeu fiſcale emolumentum, non fruatur, nec gaudeat hypotheca, aliiſque privilegiis fiſcalibus,
11 ut plenè, & ex profeſſo fundat *Epiſcop. Rocca diſput.72. num.38. & pluribus ſeqq.*, ubi contrariis ſatisfacit *Card. de Luc. de Regalib. diſc.44. per tot. R.P.D. meus Anſald. de Commerc. diſc.16. num.4.* Ac propterea Magiſtratus Abundantiæ, pro hujuſmodi credito hypotheca deſtituto, licèt anterior, concurrere non poſſit cum aliis Creditoribus hypothecam habentibus, cujus ratione
12 etſi poſteriores ſint, præferendi veniunt creditori hypotheca carenti, quamvis ſit tempore anterior, *ut eſt Textus in l. creditor 12. §. Si primus ff. Qui potior. in pignor. habeant. & Lex 19. C. eodem titul.*, & tradunt *Merlin. de Pignorib. lib.4. quæſt.14. num.1. & ſeqq. Senatus Mantuanus apud Sard. dec.306. num.9. Caſtill. dec.90. num.39. Rota noſtra apud Ancariſ. dec.52. num.18. Rota Romana in rec. dec.20. num.1.2. & 3. dec.64. num.36. part.17. & dec.176. n.3. part.19.*

Quandoquidem contraria opinio verior, & receptior eſt, quod nempè in bonis ſui debitoris Annonæ com-
13 petat tacita hypotheca, ut reprobatis contrariis Auctoritatibus firmant *Zaul. ad Statut. Faventiæ lib.4. Rubr.41. ſub n.41. Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.30. num.188. & annot.60. n.181. & 182. & antea ex n.251. ubi n.253.* inquit contra ſcripta per *Rocca*, & *De Luc.* fuiſſe judicatum, *Topia de Abundantia part.2. remed.3. n.15. & 16.*

Maximè, in Civitate, & Statu Florentino, ubi adeſt motus proprius Sereniſſimi Ferdinandi II. Magni Etruriæ Ducis, diei 12. Septembris 1647., in quo, Abundantiæ tribuuntur privilegia
14 tacitæ hypothecæ, anterioritatis, omniaque alia privilegia fiſcalia, ibi — *e per tutti i crediti del negozio, e riſcoſſione da quello dipendenti vogliamo, che abbiano i privilegj di tacita ipotheca, anteriorità, e del braccio fiſcale, e tutti gli altri, come le altre publiche riſcoſſioni e in tutto, e per tutto* —

Prout talia privilegia Fiſcalia com-
15 petunt omnibus aliis Magiſtratibus Civitatis Florentiæ, ut de Monte Pio
16 hujus Civitatis *R.P.D. meus Anſald. de Commerc. diſc.84. n.10. Rot. noſtra apud Maſſin. de Conſiſtor. quæſt.39. num.139.*
17 de Monte Salis *Sabell. in Praſtic. Univerſal. §. Monte num.3. Rot. noſtra poſt tom.2. Summæ ejuſdem Sabelli cap.75.*
18 *num.21.*, De Magiſtratu Dohanæ *Coppe-*
19 *roll. reſol.157. num.2.* de Magona Ferri *Rot. noſtra poſt 2. tom. Summæ Sabelli cap.9. n.13. & ſeqq. & ex num.24.* de
20 Magiſtratu DD. Novem legitur reſcriptum diei 29. *Auguſti* 1645. in cauſa Philippi de Nobilibus, quod ſervatur in Cancellaria ejuſdem Magiſtratus; de Magiſtratu Artis Lanæ adeſt motus
21 proprius Sereniſſimi Ferdinandi II. diei 19. Aprilis 1630. ad omnes Magiſtratus ſe extendens, ibi — *non ſi trovando, che ſia qui ſia ſtato revocato in dubbio il privilegio della prelazione dell' Arte della Lana, ne d' altri Magiſtrati, e luoghi publici in occaſione di fallimenti, e graduatorie, e dall' Auditore Fiſcale è ſtato giudicato in queſta maniera, ſi oſſervi il medeſimo nel preſente caſo, & in futuro per tutti i Magiſtrati, e ſimili luoghi publici* — & de Religione Divi
22 Stephani P.P. & Martiris *Sabell. in Praſtic. Univerſal. §. Cavalieri num.14. in fine verſ. & alla medeſima*.

Ex quibus patet, tacitam hypothecam competere Annonæ, aliiſque Magiſtratibus prædictis, tam per expreſſam
23 conceſſionem, quam per communicationem privilegiorum, quæ habet Fiſcus, huic enim competere tacitam hypote-
24 cam à die contractus initi cum ſuo Debitore eſt *Textus in l. aufertur 46. §. Fiſcus ff. de Jur. Fiſci Caball. conſ.17. ex num.1. lib.1. Menſ. conſult.24. n.60. Larrea alleg.44. num.18. Peregrin. de Jure Fiſci lib.6. tit.6. n.1. Merlin. de Pignorib. lib.3. quæſt.85. num.1. Carleval. de Judic. tit.3. diſput.34. n.3. Aſinius de Executione. §. 7. cap.15. n.20.*

ſol.

fol. 173. *&* *cap.* 37. *num.* 1. *fol.* 174. *Marquard. de Commerc. Terreſtr. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 29. *&* 30. *R.P.D. meus Anſald. de Commerc. & Mercat. diſc.* 18. *n.* 9. *Senatus Mantuanus apud Surd. dec* 173. *num.* 22. *Sac. Conſilium Neapolitanum apud Capyc. Latr. dec.* 91. *n.* 4. *Maſſin. de Confiſcat. quaeſt.* 39. *n.* 10. *& ſeqq. Rot. noſtra in dec. dividum impreſſa n.* 32. *& ſeqq. & in alia dec. impreſſa poſt tom.* 2. *Summa Sabelli cap.* 3. *n.* 21.

Immò Fiſcus praefertur creditoribus
25 anterioribus hypothecariis expreſſam hypothecam habentibus in bonis poſtea quaeſitis *l. ſi is qui* 28. *ff. de Jur. Fiſci Caball. d. conſ.* 17. *ex n.* 3. *lib.* 1. *Peregrin. de Jur. Fiſci lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 15. *Merlin. de Pignorib. lib.* 3. *quaeſt.* 87. *n.* 4. *& pluribus ſeqq.* ubi ex profeſſo examinat, *& num.* 10. *in fine*, dicit hanc opinionem eſſe ſequendam *De Luc. de Credit. diſc.* 29. *n.* 1. *& ſeqq. & de Dote diſc.* 83. *n.* 17. *& ſeqq. Carleval. de Judic. d. tit.* 3. *diſput.* 34. *n.* 4. *& ſeqq. Aſinius de Executione* § 7. *cap.* 15. *num.* 1. *& ſeqq. fol.* 172. *Marquard. de Commerc. Terreſt. lib.* 2. *d. cap.* 27. *num.* 30. *Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.* 30. *n.* 181. *Epiſcop. Rocca diſput.* 108. *n.* 34. *Maſſin. de Confiſcat. d. quaeſt.* 39. *n.* 14. *& ſeqq. Conſilium Neapolitanum apud Capyc. dec.* 139. *num.* 12. *Rovertor. deciſ.* 380. *num.* 4. *Rot. coram Baratt. dec.* 639. *n.* 17. *& in rec. dec.* 84. *num.* 13. *par.* 18.

Non obſtat, quod emptio frumenti facta à Miniſtris Annonae, ut illud revenderet Piſtoribus, vel aliis concernat
26 mercaturam, ſeu mercimonium ipſius Annonae teſte *Rovit. conſ.* 73. *num.* 9. *& pluribus ſeqq. lib.* 2., & Magiſtratus, vel Fiſcus, immò ipſemet Princeps quando contrahit cauſa exercendi mer-
27 caturam privilegiis fiſcalibus non gaudent *Altimar. ad Rovit. conſ.* 73. *n.* 8. *lib.* 2. *Anſald. de Commer. diſc* 26. *num.* 4. *num.* 9. *& ſeqq.* ubi concordantes *n.* 12. *& ſeqq.* 18. *&* 19. *Rot. noſtra* in eadem cauſa *poſt tom.* 2. *Summa Sabelli d. cap.* 9. *num.* 10. *& ſeqq.* ubi alios refert.

Quoniam, quidquid ſit quando Magiſtratus Abundantiae creaſſet cambium, vel emiſſet rem non concernentem Annonam cauſa revendendi, & lucrifaciendi, adeout mercimonium concerneret rem, & materiam omninò extraneam ab Abundantia, ſuper quo articulo pendet ad praeſens lis adhùc indeciſa, coram me *in cauſa Griſoni, e Arte della Lana*. Quando cum pecuniis ad Annonam ſpectantibus fuit emptum frumentum, ut occurretur penuriae Civium, licèt poſtea illud ven-
28 datur, vel panis ex eo fiat, ſemper res verſatur circa materiam concernentem Annonam, & Abundantiam, quo caſu Fiſcus, & Magiſtratus, etiamſi dici poſſet mercaturam exercere, adhuc pro pretio frumenti, & panis venditi cauſa negociationis hujuſmodi habere privilegia fiſcalia, pluribus adductis juribus, & rationibus plenè, & magiſtraliter firmavit *Rota noſtra poſt tom.* 2. *Summa Sabelli d. cap.* 9. *n.* 2. *& pluribus ſeqq. & n.* 14. *& ſeqq. & num.* 19. *& ſeqq.* ubi reſpondet Auctoritatibus, & rationibus contrariis.

Demum competere pariter decrevimus praelationem Scriptorio Sereniſſimi Domini Noſtri, ſublata enim hodie eſt differentia inter Aerarium publicum,
29 & privatum Principis, ſed omnia ad eum quomodocunque ſpectantia Fiſci privilegiis, & praerogativis fruuntur *R.P.D. meus Anſald. de Commerc. & Mercatur. d. diſc.* 26. *n.* 6. *& ſeqq. Rot. noſtra* in deciſ. ejuſdem Cauſae impreſſa *poſt tom.* 2. *Summa Sabelli d. cap.* 9. *n.* 14. *& ſeqq.* ubi videri poſſunt plures concordantes, fruſtra hic non tranſcribendi; & circa hoc adeſt lex, ſeu reſcriptum Sereniſſimi Ferdinandi II. dici 18. Auguſti 1605. in calce relationis eidem factae à Magnifica Practica tenoris ſequentis — *lo Scrittojo di Piſa, e tutti gl' altri per li beni proprj, particolari, privati, e patrimoniali di S. Altezza*
30 *non ſi devono avere per privati, & i Debitori di detti Scrittoj ſi hanno per debitori publici, poichè tutti li privilegj conceſſi a beni del Commune, Camera, e Fiſco competono ancora a' beni proprj, privati, e patrimoniali del Principe, come più volte è ſtato giudicato da queſta Ruota nel proprio caſo degli Scrittoj di S. Altezza, la quale ſiccome non ha mai penſato di voler conſeguire quello, che non ſe gli aſpetta di ragione, così non intende, che gli ſi tolga la prerogativa, che per giuſtizia gli ſi convie-*

nn

ne &c. -- ut latiùs videre eſt in filcia 17. Magnificæ Practicæ ab anno 1605. ad 1608. quæ originalitèr conſervatur in Archivio publico Reformationum fol.160.

Et ita utraque &c.

S F O R T I A

Guido Aldobrandeſcus *Comes S. Flora.* — Antonia Salimbenia — Attendulus — Lucia Trezania

Cæcilia, *alias* Chryſeis Aldobrandeſca. — Boſius I. *Comes Cotignola, & S. Flora.* — Franciſcus I. *Dux Mediolani.*

Guido

Fridericus

Boſius II.

Guido Aſcanius *Cardinalis* — Sfortia — Carolus — Marius — Alexander *Cardinalis* — Paulus

Franciſcus *Cardinalis* — Conſtantia — Fridericus

Sfortia *Dux Fiani* — Alexander

Cornelius Bentivolus — Conſtantia — Paulus — Marius — Fridericus *Cardinalis* — Henricus

Ludovicus

D. Dorothea Tocco — Dux Franciſcus — Dux Fridericus — Livia Cæſarina — Alexander

D. Carolus Onerus Cabanilius *Dux S. Joannis, Marchio S. Marci &c.* — D. Eleonora Coſtantia — Dux Cajetanus — D. Georgius

D. Trojanus

AR-

ARGUMENTUM.

Dotis conſtitutio, & quantitas probatur ex ordinibus factis Sponſo pro exactione fructuum certæ quantitatis dotis, etiamſi Capitula matrimonialia non inveniantur. Dos, ut poſſit detrahi ex fideicommiſſo, probari debet deficientia bonorum liberorum, & ad quem tale onus ſpectet. Talis deficientia probatur ex inventario hæreditario, quando illud validum eſt, quæ validitas latè oſtenditur, rejectis pluribus nullitatibus, & defectibus contra illud oppoſitis. Exiſtentia bonorum, quæ ſint litigioſa, intricata, & penes tertium exiſtentia, ad hunc effectum non ſufficit; prout litigioſa, & intricata dicuntur mobilia, quæ Uxor defuncti retinere prætendit pro expenſis funeris, veſtibus lugubribus, & aliis creditis, contra quam pro illorum conſecutione litigare non debet filia dotem petens item nec impediri poteſt conſecutio dotis ex fideicommiſſo filiæ, quæ habet bona materna, & an, & quando hoc procedat, latè explicatur.

SUMMARIUM.

1 *Dotis creditum probatur ex ordinibus factis à dotante, in quibus ejus ſe debitorem fateatur.*

2 *Tales ordines, ſi ſe referant ad Capitula matrimonialia, ſine iſtorum exhibitione nullam faciunt probationem.*

3 *Secus, ſi in ordinibus Capitula matrimonialia ſolùm enuncientur, abſque eo, quòd illa ad ipſa fiat relatio.*

4 *Et quatenus ordines prædicti ſint relativi, ſi tamen contineant certam, & determinatam diſpoſitionem, nulla opus eſt exhibitione Capitulorum relatorum.*

5 *Cum tunc referens plenè probet etiam ſine relato.*

6 *Authoritates in terminis confeſſionis Dotis, & ad aliam Scripturam relativæ adducuntur.*

7 *Si vir dotis creditor non agat vigore Capitulorum matrimonialium, ad quæ Socer in dotis legato ſe retulit, ſed vigore ordinum, in quibus talis relatio non habetur eam conſequi debet, etiam non conſtito* de forma Capitulorum.

8 *Et prætendens hæc continere formam diverſam, id probare debet.*

9 *Cum in dubio uniformitas præſumatur, donec ab illam impugnante Capitula exhibeantur, & de eorum contrarietate doceatur.*

10 *Et ex hac ratione, legata dote à Marito Uxori cum clauſula,* juxta formam inſtrumenti dotalis, *ſi de hoc non appareat, Uxor dotem conſequitur abſque alio onere, quam liquidandi illius quantitatem.*

Adducitur in his terminis notabilis deciſio Sacri Conſilii Neapolitani, ibidem.

11 *Declarantur contrariæ authoritates, ut procedant, quando ex culpa creditoris dotis Capitula, ad quæ fit relatio, non exhiberentur, dareturque ſumus de contentis in eis.*

12 *Exiſtentia Capitulorum matrimonialium penes Maritum eſt plenè, & concludentèr probanda ab eam allegante.*

13 *Et de præciſo tempore motæ litis.*

14 *Itaut exiſtentia de tempore antecedenti etiam proximo non ſufficiat.*

Nec etiam de duobus menſibus antea, ibidem.

15 *Ad probandam exiſtentiam Capitulorum matrimonialium penes creditorem, vel debitorem dotis non ſufficit veriſimilitudo, quòd alteri, vel utrique eorum illa conſignari debuiſſent.*

16 *Ex hoc enim elici poteſt ſimplex præſumptio eorum exiſtentiæ de tempore ſponſalium, quæ ſatis non eſt pro condemnando aliquem ad exhibendum, ſed plena, & concludens exiſtentia probatio requiritur.*

17 *Sicut nec ſufficit ad hunc effectum probare ſcripturam extitiſſe penes Authorem quia ex hoc legitime non infertur ad exiſtentiam penes heredem.*

18 *Solutio de jure cedit priùs in cauſam fructuum, quam ſortis.*

19 *Etiamſi facta fuiſſet pro ſorte, & fructibus.*

20 *Maximè, ſi ſolutio correſpondeat debito fructuum, cum regulariter ea cedat in illam cauſam, cui adamuſſim correſpondet.*

21 *Solutio conventa, aut facta in certam cauſam in una partita, in eandem cauſam quoad cæteras partitas facta præſumitur.*

22 *Adjecta præſertim in altera ex duabus partitis dictione* oltre, *quæ in utraque eaſdem qualitates repetit, omnia æqualiter determinat, & ſupponit eodem jure, eademque cauſa utramque ſolutionem fieri debere.*

23 *Eoque magis juncta cum verbo* alus, *quod ſimilitudinem denotat, & eſt relativum, & repetitivum ſimilium cum*

Ddddd *ſuis*

ſuis qualitatibus.

24 *Deficientia bonorum liberorum probanda eſt ad hoc, ut dos ex fideicommiſſi bonis extrahi poſſit.*

25 *Illamque probandi onus ſpectat ad agentem pro ſolutione dotis, quando hæc ſolum fuit promiſſa, & debita.*

26 *Secus tamen, ſi dos foret etiam ex fideicommiſſo detracta, cum tunc onus probandi exiſtentiam bonorum liberorum, ſpectet ad fideicommiſſarium.*

27 *Extende, ut de deficientia bonorum liberorum conſtare debeat, ſi fideicommiſſo appoſitum fuerit præceptum dotandi fœminas in ſubſidium.*

28 *Prout ita quoque præceptum dotandi, intelligendum alias foret de jure.*

29 *Sive ageretur de diſpoſitione facta ab aſcendenti, ſive ab extraneo.*

30 *Si probetur, vel notoria ſit inopia patris de tempore matrimonii, alia probatio deficientiæ bonorum paternorum neceſſaria non eſt.*

31 *Item hæc ſatis probata dicitur de tempore mortis, ex inventario, quod negativam aliorum bonorum probat.*

Etiam ad effectum obtinendi detractionem dotis ex fideicommiſſo, ibid.

32 *Prout vice verſa pro hac excludenda, exiſtentia bonorum liberorum probata remanet, ex rerum deſcriptione in inventario.*

33 *Inventarium factum ab uno ex cohæredibus alteri prodeſt, ſi is illud ratificaverit, & in judicio produxit.*

34 *Si inventarium confectum appareat cum bona fide, cum citatione creditorum, & cum præſentia judicis, & teſtium, hoc ſufficere debet ad ejus validitatem.*

35 *Et valet hoc caſu inventarium etiam reſpectu abſentium, ſi loco illorum fuit adhibiti teſtes.*

36 *Ejuſque nullitas ſemper excluditur, quoties juxta conſuetudinem loci probatur fuiſſe confectum*

37 *Inventarium non annullatur ex omiſſione deſcriptionis gemmarum, quas uxor hæres credere potuit fuiſſe ſibi à marito donatas,* & n. 44.

Vel quæ fuerunt ſibi à viro prælegata, cum ex hoc eo magis ipſa induci potuerit ad credendum eas ad ſe ſpectare, & non debere deſcribi, n. 46.

Vel quæ ſaltem fuerunt nominata in teſtamento, cum tunc occultari non poſſunt, ideoque ceſſet animus eas ſibi appropriandi, n. 47.

38 *Res pretioſæ, & magni valoris non præſumuntur ſponſæ à ſponſo donatæ, ſed tantum accommodatæ ad uſum, & ut ornatior illa incedat.*

Sive ante, ſive poſt conſummatum matrimonium à ſponſo fuerint tranſmiſſæ, ibid.

39 *Idque etiamſi agatur inter perſonas nobiles.*

40 *Contra in perſonis magnatitiæ nobilitatis, juxta aliquorum ſententiam, qui latè adducuntur.*

41 *Judicis arbitrio remittitur, quæ jocalia, veſtes, & ornamenta dicantur pretioſa, & feſtiva, vel potiùs quotidiana.*

Idque judex arbitrari debet, attentis variis facti circumſtantiis, quæ ponderantur, ibid.

42 *Conſuetudo adeſt in Civitate Neapolitana, hujuſmodi ornamenta pretioſa uxori donandi.*

43 *Quo ſtante conſuetudine, talia ornamenta, niſi contrarium probetur, ſponſæ donata à ſponſo cenſentur, cum quilibet præſumatur ſe conformare cum conſuetudine loci.*

44 *In hærede omittente rem aliquam deſcribere in inventario qualibet credulitas, quod non teneretur, excludit dolum, & inventarium præſervat a nullitate.*

45 *Omiſſio enim per ignorantiam, errorem, vel ſimplicitatem, inventarium non annullat.*

47 *Inventarium non annullat omiſſio deſcriptionis rei in teſtamento nominatæ.*

48 *Prout nec cujuſcumque rei, quæ occultari non poteſt.*

49 *Unde, quia ſtabilia occultari non poſſunt, opus non eſt illa in inventario deſcribere, eorumque omiſſio nullitatem non inducit.*

50 *Bona verò mobilia, niſi cum certo etiam ipſorum valore, prout & tabulæ pictæ cum nomine authorum, & argenta cum pondere deſcribantur, inventarium annullatur, nec hæredi ſuffragatur.*

51 *Contra tamen, ſi plures alia circumſtantiæ, qualitates, & particularitates dictarum rerum in inventario ſint expreſſa.*

Cum ad hunc effectum, ne inventarium annulletur, ſatis ſit mobilia adnotare cum ſuis qualitatibus ibid.

52 *Etiam*

52 *Etiamſi valor mobilium, pondus, & nomen artificum non ſint deſcripta, quippe quæ pro neceſſaria inventarii validitate, nec de jure, nec ex generali conſuetudine requiruntur.*

Et quamvis agatur de mobilibus pretioſis, num.54.

Multoque magis, ſi ſint modici valoris, ibid.

53 *Contraria deciſio reiicitur,* remiſſivè.

55 *Deſcriptio ab hærede omiſſa eo minus inventarium annullat, ſi de dolo non conſtat, qui ab allegante concludentiſſimè probari debet.*

56 *Fortiùs, ubi è contrario omnis doli ſuſpicio excluditur,* & n.65.

57 *Prout excluditur primò ex qualitate perſonæ nobilis, & magnatitii ordinis.*

58 *Secundò, ex qualitate ſexus, vel ætatis, puta ſi ſit mulier, vel minor,* 9. *in quibus, tanquam juris ignaris, eo minus dolus præſumitur.*

59 *Tertiò, ex quo agatur de rebus, quæ occultari non poſſunt.*

60 *Quartò, ex quo inventarium factum ſit à procuratore, qui non præſumitur ad utilitatem alterius dolum commiſiſſe.*

Immò cum ipſe non cenſeatur habere mandatum ab hærede ad dolum committendum, quomodocunque delinquat in inventarii confectione, principali non præjudicat, n.66.

61 *Quintò, ex clauſula, & proteſtatione inventario adjectis* addendi, & minuendi.

62 *Quæ quidem proteſtatio excuſat, etiamſi ſuperveniente deinde notitia hæres non addiderit.*

Idque quamvis hæres quandocumque, & extrajudicialitèr addiderit, n.68.

Et talis additio vigore facultatis reſervata addendi, & minuendi *retrotrahitur ad tempus inventarii,* num.69.

Adducuntur in his terminis authoritates præcisè loquentes, de æſtimatione, & valore rei, ibid.

63 *Sextò, ex ratione ſponte reddita ab hærede rerum omiſſarum.*

Maximè, ſi eas fecerit judicialiter æſtimare cum omnibus ſolemnitatibus, quæ ſubſecuta æſtimatio, ſicuti excludit dolum, ita inventarium ſalvat à nullitate, num.67.

Immò, quando agitur ſolùm de valore, ſtandum eſt hæredis aſſertioni, abſque ulla æſtimatione, n.70.

64 *Septimò, ex quo concurrat aliqua cauſa non deſcribendi, nam quæcumque ea ſit, dolus excluditur.*

71 *Ex omiſſione, quamvis doloſa, hæres non privatur beneficio inventarii, ſed pœna dupli ſolum punitur.*

72 *Affertur quorundam diſtinctio, ut omiſſio deſcriptionis in inventario, quæ mulieri hæredi excipienti non nocet, agenti tamen pro ejus dote, aliiſque creditis noceat.*

73 *Sed hæc diſtinctio reiicitur, tanquam nullo jure probata, immò expreſsè improbata, & contrariæ authoritates explicantur* remiſſivè.

74 *Mulier, ſi ſuæ dotis creditum amitteret, læſa remaneret, ideoque illud petens non agit de lucro captando, ſed de damno vitando.*

75 *Ubi ex inventario probatur negativa aliorum bonorum, alia excuſſio non requiritur.*

76 *Eoque minùs requiritur, ſi bona ſint litibus intricata, & reperiantur penes tertios, quo caſu excuſſio facienda non eſt.*

77 *Filia cohæres tenetur imputare in diminutionem ſui crediti dotalis bona mobilia, aliaque in hæreditate reperta, pro portione eorum ad ipſam perventa.*

78 *Pro altera verò portione perventa ad matrem cohæredem, facienda eſt pariter ab iſta imputatio in ſuas detractiones.*

Talique caſu nullum fit præjudicium fideicommiſſo, quippè quod ſive ab una, ſive ab altera fiat imputatio, eandem patitur jacturam, ibid.

79 *Et quatenus fideicommiſſo expediret unius potius creditum, quam alterius extinguere, tamen filia non teneretur perſequi bona mobilia ad matrem perventa, ſi hæc ab ipſa retineantur pro expenſis funeris, veſtibus lugubribus, aliiſque creditis,* & n.87.

Sed iis relictis, tanquam litigioſis, poterit filia, prout quilibet creditor dotis, directè agere contra bona fideicommiſſi, n.86.

80 *Veſtes lugubres inter funeris expenſas connumerantur.*

81 *Creditor pro his veſtibus, præfertur quibuſcumque creditoribus, ſive tacitam, ſive expreſſam hypothecam habentibus.*

82 *Prout præfertur pro aliis expenſis funeris.*

83 *Etiam creditoribus ex cauſa dotis.*

84 *Refertur aliorum diſtinctio inter veſtes, quibus teguntur cadaver, & ſepulchrum, aliaſque factas occaſione funeris, & inter factas extra cadaver & ſepulchrum, ut prima ad ſumptus funeris pertineant, non autem ſecunda.*

85 *Ideoque, pro his factis extra cadaver, & ſepulchrum, non ſit quis præferendus aliis creditoribus defuncti.*

88 *Ubi bona retinentur à cohærede pro ſuis creditis, onus eſt non creditoris dotis, ſed fideicommiſſarii obtinere declarationem eorum inſubſiſtentiæ, & bona libera ab eo vindicare, pro reintegrando fideicommiſſo.*

89 *Nec creditor dotis ad aliud teneri poterit, quam cedere jura fideicommiſſi ſuper hujuſmodi bonis ſibi competentia.*

90 *Dos favore filiæ detrahenda non eſt à bonis fideicommiſſi ex remedio* Auth. *res* quæ, *ſi ipſa habeat bona materna.*

Sed contra num. ſeq. & n. 96.

Præſertim accedente teſtatoris præcepto, congruè fœminas dotandi, n. 91.

Et declara, ut n. 98.

93 *Dotandi onus aſcendentibus prius, quam matri incumbit.*

94 *Unde aſcendentium bona etiam fideicommiſſo ſubjecta, priùs quam mater tenentur pro dotis conſtitutione.*

95 *Dos à fideicommittente, ſi vivus eſſet, fœminæ deſcendenti, etiam aliunde proviſæ, præſtari deberet.*

96 *Ideoque ex bonis fideicommiſſi aſcendentis poterit fœmina petere congruam dotationem, etiamſi habeat bona materna.*

97 *Diſpoſitio enim* Auth. res quæ *inſpicitur neceſſitatis, qua fideicommittens ad dotandum teneretur, ſi viveret.*

98 *Quicquid ſit, an filiæ dos ex fideicommiſſo præſtanda ſit, quando bona materna ei jam obveniſſent, ejus tamen detractio impediri non debet, quando mater adhuc viva illa poſſidet, iſque pro ſui ſubſtentatione indiget.*

Contrariæ authoritates reiiciuntur, & explicantur remiſſivè ibid.

99 *Neque minus dotatio impediri poterit, quando bona matris ſunt litigioſa, & reperiuntur penes extraneos diſtracta.*

DECISIO LI.

PRo ſatiſfactione dotis ſcutorum 25 m. promiſſæ ab Excellentiſs. D. Duce Franciſco Sfortia occaſione matrimonii contracti inter Excellentiſs. DD. Duciſſam Eleonoram Conſtantiam ejus filiam, & Ducem Carolum Orſinium Cabaniſium; ſeu ſe iſtius fuerunt à debitore exarati duo ordines directi Depoſitario generali S. Celſitudinis Regiæ, in quibus demandabatur ſolutio ſcut. 1080. annuorum ex fructibus pretii Terræ Scanſani apud Depoſitarium prælatum exiſtentis, prout effectivè mandatarii Procurator durante vita D. Ducis Franciſci ſummam prædictam exegit. Iſtius verò obitu ſecuto, inter Conjuges præfatos in quaſi poſſeſſione exigendi manutentionem petentes, & Excellentiſs. D. Ducem Fridericum Sfortiam nomine primogenituræ pro manutentione, aut immiſſione pariter inſidentem, grande exarſit litigium, eoque delegato doctiſſimis Viris DD. Zachariæ Serapio, Petro Matthæo Maggio & Camillo Finetto S.C.R. Auditoribus coram iſtis, Jugales prædicti favorabile Decretum reportarunt, à quo provocante D. Duce Friderico, & diſcuſſione Cauſæ ſuper meritis nobis commiſſa, poſt maturum illius examen, & opportunè etiam diſcuſſis prætenſionibus Duciſſæ Dorotheæ del Tocco Viduæ relictæ à Duce Franciſco, in hodierna audientia concordibus ſuffragiis reſpondimus *dotem Duciſſæ Eleonoræ, & dotem, & antiphatum Duciſſæ Dorotheæ detrahi debere ex pretio Terræ Scanſani*, juxta modum inferiùs exprimendum, *& D. Ducem Cajetanum Sfortiam Ducis Friderici hoc interim defuncti filium immittendum fore, & eſſe in poſſeſſionem, ſeu quaſi ejuſdem pretii dictæ Ter-*

Terræ Scanſani, ut latius in Senten-
tiis.

Cum autem materia hæc volumino-
ſa nimis, variiſque ſparſim implicita
quæſtionibus, & articulis reddita ſit,
Nos, quibus hæc omnia, quoad fieri
potuerit, dilucidè explicare, atque in
unum colligere demandatum eſt, nihil
aptius facere poſſe arbitrati ſumus,
quam totam negocii molem ad quin-
que principalia capita redigere. In
quorum primo conſtare de credito
dotis Eleonoræ, & Dorotheæ, nec
non de deficientia bonorum libero-
rum oſtendemus. In ſecundo exami-
nabitur, an dictis detractionibus ob-
ſtet, quod fideicommiſſum Cardina-
lis Guidonis Aſcanii Sfortiæ præten-
datur tranſverſale. In tertio proba-
bitur eiſdem detractionibus impedi-
mentum non præbere Primogenitu-
ram conditam de anno 1633., nec ex
aſſerta tranſverſalitate, nec ex quo illa
ſit ordinata in Contractu. In quarto
patens fiet obeſſe non poſſe aſſertam
feudalitatem Caſtri Scanſani. In
quinto demum probabitur non con-
ſtare de exceſſivitate dotis Duciſſæ
Eleonoræ, quanta ſit dos Duciſſæ
Dorotheæ, & quæ imputationes ab ip-
ſis ſint faciendæ.

Uſque eo, quem inſtituti noſtri ra-
tio poſtulat, ordine progrediamur,
examen crediti dotalis Duciſſæ Eleo-
noræ aſſumendo, cenſuimus ipſam eſ-
ſe creditricem ſcutorum 17. m. Con-
ſtat enim de credito ex reiteratis or-
1 dinibus Ducis Franciſci, in quibus
fatetur ſe debitorem in quantitate
prædicta ex cauſa dotis promiſſæ D.
Duci Cabanilio ejus genero. Non
obſtante quod ordines prædicti ſe re-
2 ferant ad Capitula matrimonialia, ac
proinde ſine iſtorum exhibitione nul-
lam faciant probationem. Quoniam
in ordinibus enunciantur ſolùm præ-
3 fata Capitula, abſque eo quòd ad ea
ulla fiat relatio; Et quatenus eſſent
relativi, cum in eis omnes conven-
tiones circa dotem factæ enarrentur,
4 & ordines contineant diſpoſitionem
certam, & determinatam, nulla opus
eſt exhibitione relati, & ſine iſto re-
5 ferens plenè probat, *Urceol. de Tranſ-
act. quæſt.61. n.6. 9. & 18. Add. ad
Gregor. deciſ.430. n.13. Rot. cor. Do-
minico. Jun. dec.719. n.9. Bich. deciſ.55.
num.15. Celſ. dec.389. num.20. coram
R.P.D. meo Anſald. deciſ.14. num.15. in
rec. dec.182. num.10. par.9. deciſ.223.
num.7. par.10. & dec.349. n.13. par.17.
& poſt De Luc. de Fideic. deciſ.80. n.2.
de Benefic. dec.31. num.6.*, & in termino
6 confeſſionis dotis, & ad aliam ſcrip-
turam relativæ, *De Angel. de Confeſſ.
tom.1. lib.2. quæſt.5. num.1. Rot. coram
Dunozet. Jun. dec.375. num.10. Merlin.
deciſ.632. num.2. in rec. dec.24. num.10.
par.7.*

Haud relevante, quòd Dux Fran-
ciſcus in ſuo Teſtamento præceperit
ſolvi debere Duci Cabanilio dotem ea-
dem promiſſam in Capitulis matrimo-
nialibus, *ſervata forma eorundem*. Quo-
niam D. Dux dotis creditor vigore
7 iſtorum Capitulorum non egit, ſed
vigore ordinum, in quibus nulla ha-
betur relatio, quòd ſi dictus D.
8 Dux Sfortia prætendit Capitula
matrimonialia continere formam di-
verſam, id probare debet, cum in dubio
uniformitas præſumatur, donec ab il-
la impugnante Capitula exhibeantur,
9 & de eorum contrarietate doceatur,
*Roſenthal. de Feud. cap.6. concluſ.69. n.4.
& ſeqq. Mantic. de Tacit. lib.23. tit.21.
num.10. Rot. in rec. dec.267. n.5. & 6.
par.15.* Et ex hac forſan ratione in ſi-
mili legato dotis, & jurium dotalium
10 à marito Uxori facto cum clauſula,
juxta formam inſtrumenti dotalis, quod
non oſtendebatur, nullum aliud onus
pro dote conſequenda fuit injunctum
Actrici, quàm liquidatio quantitatis
dotis, atque ita reſpondiſſe *Sac. Con-
ſilium Neapolitanum* teſtatur *Urſill. ad
Afflict. dec.337. n.3.*

Et contraria forſan poſſent proce-
dere, quando ex culpa creditoris Ca-
11 pitula, ad quæ fit relatio, non exhi-
berentur, & videri non poſſent, de-
tur que fumus de contentis in eis,
quod non accidit in præſenti hypothe-
ſi, in qua exiſtentia dictorum Capi-
12 tulorum non probatur penes D. Du-
cem Cabanilium, prout neceſſe eſſet,
& quidem plenè, & concludenter, ut
præter adductos per *Rot. noſtram in
Aretina Primogeniturae ſuper exhibitione,
par. 10. inter impreſſas dec.7. num.18.*,
ſi-

ſtituunt Gratian. diſcept. 262. numer. 8.
Calderon. reſol. 95. n. 58. Manſ. conſult.
470. num. 2. Add. ad Buratt. deciſ. 266.
n. 9. Rot. cor. Gregor. dec. 199. n. 7. Du-
ran. dec. 266. n. 1. Ubald. dec. 485. num. 2.
Anfuld. dec. 6. n. 5. & in rec. dec. 297. n. 7.
& 16. par. 6. dec. 140. num. 7. & deciſ.
331. n. 15. par. 10. & deciſ 237. num. 5.
par. 11. dec. 425. n. 19. par. 13., & de præ-
13 ciſo tempore motæ litis Manſ. conſult.
470. num. 1. & ſeqq. Bondin. collect. 24.
num. 14. lib. 2. Rodolph. in Prax. par. 1.
cap. 3. num. 19. Rot. noſtra inter deciſ.
diverſ. recollect. per Palm. Nep. de-
ciſ. 328. num 64. & in Florentina Con-
firmationis tenuta 15. Decembris 1625.
§. Et quamvis, & ſeqq. & dicta de-
ciſ 7. num. 3. & ſeqq. inter ſuperius im-
preſſas. Rot. Rom. cor. Merlin. dec. 569.
n. 3. in rec. dec 207. n. 1. par. 10. deciſ.
237. n. 5. & ſeqq. par. 11. dec. 205. n. 2.
par. 18. poſt Albert. de Inconſt. in Judic.
dec. 43. num. 9., adeout exiſtentia de
14 tempore antecedenti etiam proximo
non ſufficiat Perrza de Inſtrument.
exhibit. tit. 5. reſol. 15. n. 16. Calderon.
reſol. 95. n. 57. Add. ad Gregor. dec. 229.
n. 7. Rot. coram Dunozet. Jun. dec. 532.
num. 6. Coff. dec. 243. num. 4. Cavaler.
deciſ. 82. num. 5. in rec. dec. 20. num. 6.
par. 1. & deciſ. 297. n. 14. par. 6., ubi
de duobus menſibus.

Nec ad probandam exiſtentiam
ſufficit veriſimilitudo, quòd illa con-
ſignari debuiſſent creditori, vel de-
bitori, aut utrique, quo caſu ſemper
15 penes Ducem Cabanilium, vel ipſius
Uxorem debitoris hæredem adeſſe de-
buiſſent. Quoniam ex hoc poſſet eli-
ci ſimplex præſumptio exiſtentiæ de
tempore ſponſalium, quod non ſuf-
16 ficit, cum pro condemnando aliquem
ad exhibendum requiratur probatio
exiſtentiæ perfecta, & concludens,
nec ſatis eſt probatio præſumptiva,
Paseli. annot. 6. num. 2. & 4. Manſ.
conſult. 470. n. 2. & 5 Cyriac. contr. 344.
num. 11. Ab Eccleſ. obſer. 30. n. 7. Perrza
de Inſtrum. exhib. tit. 5. reſol. 15. num. 15.
De Luc. de Judic. diſcurſ. 18. num. 29. An-
fald. de Mercat. diſcurſ. 73. n. 4. Rota
noſtra inter deciſ. diverſor. recollect. per
Palm. Nep. d. dec. 328. n. 63. & 64. & d.
dec. 7. n. 18. & 19. inter ſuperius impreſ-
ſas. Rot. Rom. cor. Gregor. dec. 199. n. 3.
Merlin. dec. 569. n. 3. & 10. & dec. 709.
num. 2. Coff. dec. 247. n. 2. Buch. dec. 160.
num. 12. in rec. dec. 160. n. 6. par. 1. de-
ciſ. 239. n. 1. par. 2. & dec. 237. num. 11.
par. 11., prout nec ſufficit probare
ſcripturam extitiſſe penes Auctorem;
17 quia ex hoc legitimè non infertur ad
exiſtentiam penes hæredem, & ſucceſ-
ſorem, Cov. conſ. 72. n. 9. lib. 4. Manſ-
creato conſult. 470. n. 9. & pluribus rela-
tis, Rota noſtra in d. Florentina Confir-
mationis Tenuta 15. Decembris 1625.
§. Quamvis, & ſeqq. Rot. Rom. coram
Buchio d. dec. 160. n. 15. & ſeqq.

Minùs obſtat, quòd ex ordinibus
prædictis reſultet dotem ſolvi debere
ex fructibus pretii Terræ Scanſani,
quorum proinde exactiones cedere
debent in diminutionem ſortis; Ex
eorum enim lectura contrarium con-
vincitur, ibi — avendo accordato coll'
„ Eccellentiſſ. Sig. Carlo Onero Cavani-
„ glia, che deva riſquotere ſcudi mille l'
„ anno per l' intereſſe di ſcudi 25000. a
„ ragione di ſcudi quattro per cento da
„ me aſſegnatili in conto di dote ſopra i
„ frutti del prezzo della Terra di Scan-
„ ſano. Quorum verborum verus, &
germanus ſenſus eſt, quòd D. Dux
Cabanilies ſuper fructibus pretii Ter-
ræ Scanſani debeat exigere ſcuta mille
annua pro intereſſe ſcutor. 25000.
eidem à D. Duce Franciſco Sfortia
promiſſorum pro dote, & cum hoc
ſenſu concordat juris diſpoſitio, &
veriſimilitudo deſumpta, tum ex quo
18 ſolutio priùs cedit in cauſa fructuum,
quàm ſortis, l. in iis vero 5. §. Apud
Marcellum ff. de ſolut. & l. 1. in fine
C. eodem, & pluribus adductis Rot. Se-
non. inter impreſſas coram Me deciſ. 23. n.
22. & 23. ubi quòd hoc procedit
19 etiamſi ſolutiones factæ fuiſſent pro
ſorte, & fructibus, & ultra relatos
in ea Palm. Nep. in alia Cauſa Flo-
rentina alleg. 184. num. 49. Rota Lucen.
apud eum dec. 111. num. 7. Sac. Conſil.
Neapolit. apud Capyc. Latr. dec. 31. n. 5.
& ſeqq. Rot. cor. Emerix Jun. dec. 838.
num. 2. deciſ. 1190. num. 7. & dec. 1319.
num. 4. Ottobon. deciſ. 241. n. 18. Ubal.
dec. 44. num. 10. poſt De Luc. de Uſur. de-
ciſ. 30. n. 7. deciſ. 31. n. 4. de dot. dec. 50.
num. 37. de donat. dec. 32. num. 1. in rec.
dec. 329. n. 3. & 5. par. 9. & deciſ. 720.
n. 16.

num.16. par.18. & dec.243. num.15. & 346. n.4. par.19.

Tum ex quo ſumma ſcutorum mille adamuſſim correſpondet annuali debito fructuum promiſſorum pro ſcutis 25. mil. ad rationem quatuor pro centenario; Et quia iſta non erat tota dos, ideo Dux Franciſcus alium exaravit ordinem, dans facultatem eidem Duci Caballio exigendi ſcuta octuaginta annua pro aliis ſcutis bis mille pro dote debitis, cumque tam ſumma ſcutorum mille, quam alia ſcutorum octuaginta ad unguem correſpondeant debito fructuum correſpectivè ad ſortem, de qua in quolibet ex dictis ordinibus; Hinc efficaciſſima eruitur circumſtantia, quòd ſolutio cedere debeat in cauſam fructuum, cum regulariter
20 cedat in illam cauſam, & creditum, cui adamuſſim correſpondet, *Maur. de ſolut. cap. 9. numer. 19. Rot. coram Ludoviſ. deciſ. 511. numer. 3. Celſ. deciſ. 150. n.2. & in rec. deciſ. 202. n.2. par. 13. & dec. 643. n.9. par. 18.*

Fortiùs, quia in ſecundo ex dictis ordinibus expreſsè declaratum fuit, quod ſcuta 80. ſolvi deberent pro debito fructuum dotalium, ibi – *faccia „ pagare del detto prezzo di Scanſano „ al predetto Sig. Duca Don Carlo Onor„ ro, oltre alli ſcudi mille annui di pao„ li 10., che li vengono pagati in virtù „ d' altro mio ordine, altri ſcudi 80. di „ paoli 10. l' anno, che tanto importano „ i frutti de' ſuddetti ſcudi 2000. à „ quattro per cento l' anno*. Unde, ſicut ſolutio annua in hoc ſecundo ordine demandata refertur ad debitum fructuum, ita etiam ad iſtud referri debet annua ſolutio in primo ordine demandata, cum enim in utroque concurrat identitas cauſæ, rationis, bonorum, & perſonarum, aſſumptui adſtipulatur regula, quòd ſolutio conventa, aut facta in certam cauſam in
21 una partita, in eamdem cauſam quoad cæteras partitas facta præſumatur, *Rot. dec. 92. ſub n.4. par.1. diverſ. in rec. deciſ. 110. n.13. par.16. & deciſ. 347. n.17. par.19.*, & fuerit adjecta dictio *oltre alli ſcudi mille*, quæ in utroque eaſdem qualitates repetit, omnia æqualiter de-
22 terminat, & ſupponit eodem jure, eodemque titulo, & cauſa utramque ex dictis ſummas ſolvi debere, *Soccin. Jun. conſ. 107. num. 8. lib. 3. Rot. Florent. apud eundem conſ. 144. n. 36. 54. & 58. eod. lib. 3. Pariſ. conſ. 2. num. 65. & conſ. 109. num. 48. lib. 3. Barboſ. dictiom. 428. num. 3. Venturin. conſ. 32. ex num. 103. & ex numer. 107. lib. 1. Senatus Mantuan. apud Surd. dec. 185. n.12. Rot. Bononien. apud Poſth. dec. 68. n.7. Rot. cor. Dunozet. Jun. dec. 187. n.3.*

Maximè juncta cum verbo *oltre*, quod ſimilitudinem denotat, & eſt re-
23 lativum, & repetitivum ſimilium cum ſuis qualitatibus, *Alex. conſ. 119. n.6. lib. 2. Ruin. conſ. 130. num. 1. lib. 3. & conſ. 64. n. 3. lib. 5. Soccin. Jun. conſ. 160. n.13. & conſ. 168. n. 52. lib. 2. Hondod. conſ. 7. n. 21. lib. 2. Menoch. conſ. 185. n. 19. conſ. 200. n.1. & conſ. 793. n. 34. & de retinend. poſſeſſ. rem. 9. n. 156. & de arbitr. lib. 1. quæſt. 20. num. 121. Manſ. conſult. 196. num. 12. & ſeqq. & ex num. 26. & conſult. 541. n.10. Bertazzol. de clauſ. clauſ. 4. gloſ. 18. clauſ. 27. gloſ. 12. n.1. & gloſ. 19. num. 1. Barboſ. dict. 26. num. 2. & ſeqq. Senatus Mantuanus apud Surd. dec. 265. n.24. & deciſ. 274. num. 4. Senatus Pedemont. apud Oſaſch. dec. 52. n.123. & dec. 157. num. 7. Magna Curia Regni Siciliæ apud Intriglioli. dec. 3. n.137. Senatus Aragoniæ apud Seſſe dec. 45. n.6. Rot. Januen. in alia Cauſa Florentina poſt Turre de primogenit. dec. 22. num. 13. Rot. noſtra poſt quod. dec. 1. n. 21. & apud Palm. Neap. alleg. 234. n. 53. & apud Manſ. conſult. 620. n.24. & poſt tom. 1. Summa Sabell. cap. 7. ſub n. 178. 179. & 180. Rot. Rom. apud Palm. Nov. deciſ. diverſ. 218. num. 8. coram Emerix Jun. dec. 1241. num. 4. & deciſ. 1325. num. 24. in rec. dec. 114. n.6. par. 16. & poſt De Luc. de Jurepatr. in Miſcell. deciſ. 6. num. 15. repetita poſt Torr. var. jur. quæſt. tom. 3. par. 2. Miſcellan. tit. 12. deciſ. 8. num. 12. fol. mihi 247.*

Hæc quoad dotem Eleonoræ, quo verò ad creditum dotis Dorotheæ iſtam reſtitui debere, & conſiſtere pro nunc in ſcutis 6571. probabitur infra *dec. 53. num. 14. & ſeqq.* Stabilito
24 autem credito utriuſque dotis, opponebant Defenſores Domini Ducis Sforzæ, quod non doceretur de deficientia bonorum liberorum omninò neceſſaria ad hoc, ut dos ex bonis fidei-

com-

commiſſo ſubjectis extrahi poſſit, quando enim dos ſolùm fuit promiſſa, & debita, onus probandi deficientiam
25 bonorum liberorum ſpectat ad eum, qui pro ſolutione dotis agit, licèt ſecus foret, ſi dos eſſet ex fideicommiſſo detracta, & excorporata, & mulier in poſſeſſione reperiretur, nam tunc ad fideicommiſſarium prætendentem, adeſſe bona libera, onus id pro-
26 bandi ſpectaret, ut diſtinguunt *Caball. conſ. 12. num. 10. lib. 2. Gratian. diſcept. 331. num. 22. & 23. & diſcept. 832. num. 45. Manſ. conſult. 659. n. 12. & 13. D. meus Palm. Nep. alleg. 170. num. 3. & alleg. 209. num. 5. Epiſc. Rocc. diſput. 12. num. 28. 30. & ſeqq. Paſchal. de patr. poteſt. part. 2. cap. 7. ſub num. 7. Peregr. de fideicomm. art. 42. num. 75. Baron. de ext. tom. 3. ſingul. 118. num. 9. fol. 9. Roſſignol. de dot. tom. 1. contro. 16. diſquiſit. 3. §. 15. n. 4. 5. & 6. De Luc. eod. tract. diſcurſ. 42. num. 4. Collegium Piſanum apud Rondin. dec. 29. num. 177. & deciſ. 31. num. 271. Rot. noſtra apud Urceol. dec. 30. num. 27., & apud Accariſ. dec. 95. n. 34. & dec. 99. num. 15. Rot. Rom. cor. Ubald. dec. 537. num. 8. Ereyes dec. 392. num. 10. Zarat. dec. 15. num. 74. dec. 72. num. 17. & dec. 83. num. 7. Celſ. dec. 108. num. 12. Bich. dec. 310. n. 13. & ſeqq. Priol. dec. 290. num. 3. in rec. dec. 130. num. 38. ibique Add. num. 1. & plurib. ſeqq. & n. 141. & ſeqq. part. 9. dec. 14. num. 32. dec. 136. num. 13. & dec. 361. num. 8. part. 17., & inter recollect. per Palm. Nep. dec. 385. n. 3. apud Paulut. diſſert. 37. deciſ. 4. n. 3. & in Comana Fideicommiſſi de Maximis 20. Decembris 1698. §. Reſpectu, cor. b. m. R. P. D. meo Muto, Romana Cenſuum ſuper reformatis 7. Decembris 1699. §. Siquidem, coram Reverendiſſ. D. meo Molines, Urbinaten. Manutentionis, ſeu Spolii 2. Maji 1701. §. Nec relevat, cor. b. m. Muto, Peruſina Pecuniaria 9. Maji 1704. §. Proutſuſque, cor. Reverendiſſ. D. meo Molines, & 26. Januarii 1705. §. Præterea, cor. R. P. D. meo Omanno, Parentina Fideicommiſſi 16. Februarii 1705. §. Sed cor. Reverendiſſ. D. meo Kaunitz, & in Romana Aſſecurationis 10. Maji 1706. §. Minùs, cor. Illuſtriſſ. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Idque etiamſi in Teſtamento Cardinalis Guidonis Aſcanii fuerit appoſitum
27 præceptum dotandi fœminas, dum Cardinalis expreſsè declaravit, tale præceptum intelligi debere in ſubſidium *De Luc. de dot. diſcurſ. 37. num. 7.* & ſuper hoc eodem Teſtamento reſpondit *Rot. in Romana Dotis de Salviatis 22. Januarii 1701. §. Et tanto magis, & §. Ex quibus, cor. Eminentiſſ. D. meo Card. Priolo*, & eſt etiam de jure, quo cautum eſt dotem vigore permiſſionis Teſtatoris à fideicommiſſo detrahendam,
28 debere intelligi in ſubſidium *Radulph. conſ. 19. num. 112. Gratian. diſcept. 996. num. 8. Paſtell. annot. 69. num. 30. Hodiern. contr. 51. num. 83. Epiſc. Rocca diſputat. 12. num. 6. & 7. Manſ. conſult. 53. num. 57. 21. num. 11. Calderon. reſol. 39. num. 11.*, ubi plures citat *Farin. ad Comar. lib. 3. cap. 5. num. 62. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 7. num. 2. Baron. de extens. tom. 3. ſingular. 118. num. 4. & 5. fol. 8. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. num. 3. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 531. n. 129. Card. de Luc. de feud. diſcurſ. 78. n. 13. diſcurſ. 80. n. 12. diſc. 82. ſub n. 6. verſ. ponderabam, de dot. diſcurſ. 37. n. 6. & diſcurſ. 145. n. 66. & ſeqq.*, ubi quòd hoc procedit, ſive diſpoſitio facta ſit ab aſcendente,
29 ſive ab extraneo, & reprobat contrarios, *& in Summa num. 57. 132. & ſeq. Rot. noſtra in Florentina Fideicommiſſi de Medicis 1683. coram b. m. Auditore Franchi impreſſa apud D. meum Auditorem Bonfin. ad Bannimenta generalia cap. 45. append. 1. num. 54. Add. ad Buratt. deciſ. 641. num. 20. Add. ad Gregor. dec. 343. num. 5. Rot. coram Duran. dec. 81. n. 15. Merlin. dec. 900. num. 8. Priol. dec. 399. num. 11. dec. 410. num. 5. & ſeqq. & deciſ. 476. num. 12. & ſeqq. Bich. deciſ. 510. num. 27. poſt Zacch. de oblig. camer. dec. 278. num. 4. & ſeqq. poſt Merlin. de legit. dec. 114. num. 2. in rec. dec. 77. n. 8. part. 5. dec. 235. num. 5. & ſeqq. part. 10. dec. 33. num. 5. part. 15. dec. 14. num. 19. dec. 331. n. 11. & ſeqq. & dec. 389. num. 9. part. 17. deciſ. 39. num. 14. & dec. 190. num. 4. & ſeqq. part. 18. apud Palm. Nep. dec. 294. n. 3. & in Romana Fideicommiſſi de Roſis 9. Junii 1687. §. Nec etiam, cor. Urſino, poſt Urceol. de tranſact. dec. 138. num. 12. in impreſſione Genevæ, & in Beneventan. Fideicommiſſi de Bernardis 4. Decembris 1699. §. Quandoquidem, coram Pio.*

Verùm oppoſitionem hanc non habere in facto ſubſiſtentiam fuit recogni-

mium. Si enim conſideremus patri-
monium Ducis Franciſci in vita, &
de tempore matrimonii, iſte in eas
anguſtias ſe redegerat, ut ad ſe, ac
familiam alendam, & vitam, ſi non
maximo cum faſtu, & prout nobilem,
ac tam ſummo loco natum Procerem
decebat, commodè ſaltem, atque
honeſtè traducendam, ſuppellectilia
ipſa, & vaſa argentea aut vendere,
aut pignori dare, ipſamque etiam
Uxoris dotem alienare coactus fuerit,
ut in Proceſſu probatum remanet, &
eſt etiam notorium, quo caſu alia
30 probatio non eſt neceſſaria, ut favore
Duciſſæ Conſtantiæ Sfortiæ reſpondit
in ſpecie *Rot. in recen. dec.199. num.14.
part.8.*

Si verò bona ab ipſo de tempore
mortis poſſeſſa ſpectemus, ex inven-
tario conſtat, pauca admodum mobi-
lia, eaque modici valoris in ejus here-
ditate reperta fuiſſe, multaque debita
ipſum reliquiſſe, unde ex hoc exclu-
ſa remanet exiſtentia bonorum li-
31 berorum, cum inventarium negati-
vam aliorum bonorum probet, ut in
terminis pro obtinenda detractione
dotis ex fideicommiſſo, *Molin. de pri-
mogen. lib.4. cap.7 num.35. Camer.Var.
reſolut. part.1. cap.9. de dot. & donat.
propter nupt. ſub num.174. verſic. pro quo
eſt optimus textus, Fontanell. de pact.
nupt. clauſ.5. gloſ.1. part.2 num.33. fol.
mihi 25. tom.1. in impreſſione Genevæ,
Rot. noſtra apud Attariſ. d. dec.99. n.16.
Rot. Romana cor. Peuting. dec.115. n.2.
Pamph. dec.399. num.7. inter dec. diverſ.
recollect. per Palm. Nep. dec.385. num.6.
apud Paulut. diſſert.37. deciſ.4. num.8.
verſic. prout non relevant, & in Mele-
vitana Dotis 28. Junii 1700. §. Quod au-
tem coram b. m. R.P.D. meo Muto, & in
Reatina Fideicommiſſi 7. Martii 1704.
§. In præſenti, coram Molines*, prout vice
verſa exiſtentia bonorum liberorum,
pro excludenda detractione dotis ex
bonis fideicommiſſi, probata remanet ex
32 deſcriptione de eis facta in inventario,
in puncto *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.531.
num.127. Rot. cor. Coccin. dec.2189. n.10.
Dunozet. Jun. deciſ.891. num. 10. in rec.
dec.212. num.21. part.18. & poſt Urceol.
de tranſact. d. dec.138. num.21. & in Ro-
mana Fideicommiſſi 29. Martii 1694. §.
Neque ſecundo, coram Reverendiſſ. D. Mo-
lines.*

Non obſtat, quod Duciſſæ Doro-
thea, & Eleonora hæredes Ducis Fran-
ciſci beneficio inventarii non gaudeant,
cum ſecunda ex eis illud omiſerit, &
prima illegitimè confecerit, Unde ne-
gativa non exiſtentiæ aliorum bono-
rum ex eo probata non remaneat, &
permiſſum non ſit creditoribus dotis
pro illa agere, niſi facta excuſſione hæ-
reditatis Ducis Franciſci promiſſoris
dotis penes dd. Duciſſas exiſtentis.

Quandoquidem quoad primam ob-
jecti partem, illa ceſſat, ex quo Du-
33 ciſſa Eleonora inventarium à matre
factum, judicialiter, & extrajudiciali-
ter pluries ratificavit, illudque in ju-
dicio produxit; Et Duciſſa Dorothea
illud cum exuberantia bonæ fidei con-
34 fecit cum citatione Creditorum, præ-
ſentia Judicis, & Teſtium, quod ſuf-
ficit ad illius validitatem, *Ridolph. in
prax. part.1. cap.9. num.125. Canciol.
de hæred. artic.1. ſub n.410. & ſeqq. &
n.414.*, ubi quòd valet etiam reſpectu
35 abſentium, ſi loco illorum ſint adhibiti
teſtes, *Add. ad Gregor. dec.137. lit. B.
Rot. poſt De Luc. de teſtament. dec.20.
num.9.*, aliæque fuerunt adhibitæ
ſolemnitates de ſtylo Civitatis Neapo-
litanæ adhiberi ſolitæ, quibus con-
currentibus adversùs inventarium nul-
36 litas non eſt allegabilis, quæ ſemper
excluditur, quoties illud juxta conſue-
tudinem, & ſtylum loci probatur fuiſſe
confectum, *Handed. conſ.33. num.5. lib.1.
Rogen. conſ.55. num.59. lib.1. Calderon.
reſol.37. num.9. & ſeqq. Ridolph. in prax.
part.1. d. cap.9. num.144. & ſeqq. Rot.
Lucen. apud Senen. contr.49. num.57.
& 58. Rot. noſtra apud Seraphin. Maſ-
ſin. de confiſcat. quæſt.39. num.113. &
ſeq. & in alia deciſione impreſſa apud Ri-
dolphin. in Prax. par.1. d. cap.9. n.176. &
ſeq. & num. 181. Rot. Romana coram Du-
rano dec.212. n.5. dec.241. n.5. dec.387.
In prima num.1. & in Beneven. Beneruus
1697. coram Pio impreſſa apud Bertach.
vol.35. ſub num.12. & poſt De Luc. de
Teſtam. in Mantiſſ. dec.38. n.34.*

Abſque eo, quòd ad nullitatem
convincendam allegabilis ſit omiſſio
deſcriptionis Gemmarum; quia Du-
ciſſa Dorothea credere potuit, iſtas ſibi

37 ſuſtè à Marito donatus. Licèt enim
res pretioſæ, & magni valoris non de-
ſtinatæ ad uſum quotidianum, ſed fe-
ſtivum, non præſumantur Sponſæ à
Sponſo donatæ, ſed tantùm accom-
38 modatæ ad uſum, & ut ornatior Sponſa
incedat, ſive ante, ſive poſt conſumma-
tum matrimonium à Sponſo fuerint
tranſmiſſæ, Altograd. conſ. 88. num. 28.
lib. 1. De Marin. reſol. 90. n. 1. & ſeqq. &
n. 17. & ſeqq. lib. 1. ibique De Luc. n. 1.
reſol. 71. num. 1. & reſol. 142. n. 3. lib. 2.
ibique De Luc. num. 2. & ad Franch. de-
ciſ. 503. num. 11. Molin. de rit. nupt. lib. 3.
quæſt. 50. num. 10. & ſeqq. Menoch. de Ar-
bitrar. caſ. 118. n. 5. Sanchez de Matrim.
lib. 6. diſput. 25. num. 10. & 12. Thomaſ.
de Invent. tit. 8. ſub n. 157. Jovius de So-
lemnit. gloſ. 20. §. 3. ſub num. 110. verſic.
ſive jocalia pretioſa, & n. 213. in princip.
& verſic. at ſi ei animus, De Angel. de
Confeſſ. tom. 1. lib. 2. quæſt. 64. n. 5. & 6.
Fontanell. de Pact. Nupt. clauſ. 7. gloſ. 3.
par. 6. n. 54. & ſeqq. & par. 7. n. 89. Pi-
gnat. ad Stat. Ferrar. tom. 1. lib. 2. rubr.
101. ſub n. 15. Tamburin. de Sacrament.
lib. 8. tract. 7. cap. 2. §. 1. num. 32. Berſan.
de Viduit. cap. 2. quæſt. 4. num. 1. & ſeqq.
& ex num. 16. Paulut. diſſert. 14. n. 32.
& ſeqq. ubi plures citat Michalor. de
Fratrib. par. 1. cap. 28. n. 5. & ſeqq. Bal-
duc. deciſ. & rer. judicat. tit. 4. de dot.
dec. 5. numer. 14. Rocc. reſponſ. 14. ex
num. 2. lib. 2. & n. 14. Seminat. contr.
187. num. 23. Manſ. conſult. 36. ex n. 6.
& 7. tom. 11. Altimar. ad Rovit. dec. 12.
num. 14. verſic. obſerva ſecundo, Gutier-
rez Pract. quæſt. lib. 2. dicta quæſt. 19. n. 2.
Scoppa ad Gratian. dec. 118. num. 12. &
ſeqq. Giza. ad Capyc. Latr. obſervat. 184.
num. 1. & ſeqq. ibique Manfrell. num. 6.
Borgnin. Cavalcan. dec. 18. num. 13. &
ſeqq. par. 2. Senatus Mantuanus apud
Surd. dec. 166. n. 8. ibique Hodiern. n. 1.
& ſeqq. Magna Curia Regni Siciliæ apud
Caſtill. deciſ. 93. n. 4. & ſeqq. Senatus Lu-
ſitanus apud Gamm. dec. 308. n. 13. Leo
deciſ. Valent. 35. numer. 11. Colle-
gium Patavin. apud Peregrin. deciſ. 140.
n. 3. Rot. coram Seraphin. dec. 914. num. 3.
Gregor. dec. 474. n. 2. Merlin. dec. 885.
n. 5. & ſeqq. Arguell. dec. 67. n. 3. & ſeqq.
& deciſ. 102. num. 1. Coccin. deciſ. 160.
num. 4. Ottholon. deciſ. 162. n. 9. Emerix
jun. dec. 366. n. 6. & deciſ. 579. n. 2. in
rec. dec. 219. num. 3. & ſeqq. par. 1. deciſ.
340. n. 1. & 2. par. 10. & deciſ. 221. n. 9.
& deciſ. 658. num. 4. par. 19. & apud Se-
minat. poſt dictam contr. 187. n. 1. & in
Romana Tenutaria 7. Martii 1701. §.
Sic etiam, coram b. m. R. P. D. meo Mass,
39 etiamſi verſemur inter perſonas nobi-
les, Ludovic. conſ. 118. numer. 3. & 4.
Andreol. controv. 281. num. 3. & pluri.
ſeqq. Gratian. diſcept. 189. n. 19. & 20.
ibique De Luc. n. 4. & 5. De Marinis re-
ſol. 90. n. 25. lib. 1. ibique De Luc. n. 3.
& ad Franch. dec. 503. n. 11. Paulut.
d. diſſert. 14. num. 35. & ſeqq. Balduc.
deciſ. & rer. judic. tit. 4. de dot. d. dec. 5.
num. 24. Jovius de Solemnit. gloſ. 20. §. 3.
num. 212. & 213. Berſan. de Viduit. cap. 2.
dicta quæſt. 4. num. 12. & ſeqq. Michalor.
de Fratr. par. 1. d. cap. 28. num. 10. Tran-
ched. conſult. 29. num. 2. lib. 2. Hodiern. ad
Surd. dec. 166. ſub num. 2. Giza. ad Capyc.
Latr. d. obſervat. 184. ſub n. 1. Scoppa
ad Gratian. d. obſervat. 118. n. 22. & Rot.
Lucen. apud Cruſal. dec. 20. n. 6. & ſeqq.
Rot. coram Merlin. dec. 885. num. 17. &
ſeqq. & in rec. dec. 113. n. 2. par. 1.

Tamen, cum non deſint DD. con-
trarium tenentes in perſonis nobilibus,
& magnatibus ordinis, quibus res etiam
40 pretioſæ ad uſum quotidianum inſer-
vire ſolent, & inter alios Altograd. d.
conſ. 88. num. 29. & 30. lib. 1. Cyriac.
contr. 120. num. 72. Jo. Andreas Georgius
alleg. 45. n. 32. Marcian. conſ. 59. num. 2.
verſ. nihilominus, & num. 9. & 11. lib. 2.
Staiban. reſol. 24. n. 73. lib. 2. Lopez de
Donat. inter virum, & uxor. §. 9. n. 18.
& §. 11. num. 11. Gratian. diſcept. 738.
num. 68. Prat. diſcept. lib. 1. cap. 10. n. 44.
De Luc. ad De Marin. meliorat. 71.
num. 3. lib. 2. Gutier. pract. quæſt. lib. 2.
quæſt. 19. n. 4. Senatus Mantuan. apud
Surd. d. dec. 166. num. 31. & ſub n. 42.
Altimar. ad Rovit. dec. 12. ſub num. 14.
verſic. quæ concluſio fallit, Sac. Conſ.
Neap. apud Afflict. d. deciſ. 315. num. 7.
ibique Urſill. ſub n. 1. & apud Capyc.
Latr. dec. 184. num. 26. & 27. Magna Cu-
ria Regni Siciliæ apud Caſtill. deciſ. 93.
num. 10. Judiciſque arbitrio rem ſtatur,
quæ jocalia, veſtes, & ornamenta di-
cantur pretioſa, & feſtiva, vel potiùs
41 quotidiana, cum hoc à qualitate per-
ſonarum, quantitate dotis, divitiarum,
loci conſuetudine, aliiſque circumſtan-

tiis

tiis debeat à Judice arbitrari, *Gratian. d. diſcept. 189. num. 13. Cyriac. contr. 120. num. 53. 60. & 69. Tranchedin. conſult. 29. n. 13. lib. 1. Manſ. d. conſ. 36. num. 7. tom. 11. Gutierrez Pract. quæſt. lib. 2. dicta quæſt. 19. n. 6. & ſeqq. & n. 9. Paulut. differt. 14. n. 32. & ſeqq. Bonden. d. collect. 42. num. 99. lib. 1. Balducc. deciſ. & rer. jud. tit. 4. d. deciſ. 5. n. 14. Antonell. de Temp. Legal. lib. 2. cap. 19. n. 50. Michalor. de Fratr. par. 1. d. cap. 28. num. 11. De Angel. de Confeſſ. tom. 1. lib. 2. d. quæſt. 64. num. 7. & 8. Sanchez de Matrim. lib. 6. diſput. 25. num. 10. Rodriguez de Concurſ. credit. par. 1. art. 1. num. 136. Menoch. de Arbitr. caſ. 218. n. 5. Gutierrez pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 19. n. 4. & ſub n. 9. Pigant. ad Stat. Ferrar. tom. 1. lib. 2. rubr. 101. n. 16. Fontanell. de Pact. Napt. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 6. numer. 58. & 59. Berſan. de vid. cap. 2. quæſt. 4. n. 9. & ſeqq. & num. 11. Jovius de Solemnit. gloſ. 10. d. §. 3. num. 110. verſ. quando autem, & ſub n. 113. verſ. placet tamen, De Luc. ad Franch. d. deciſ. 503. num. 11. Senatus Mantuanus apud Surd. d. dec. 166. ſub num. 31. Sac. Conſil. Neapolit. apud Afflict. dec. 315. num. 15. Rot. cor. Merlin. d. deciſ. 885. num. 28. Emerix. Jun. d. deciſ. 579. n. 3. in rec. dec. 113. ſub num. 3. par. 1.*

Quòdque plus eſt, non deſint *Doctores* teſtantes in Civitate Neapolitana adeſſe conſuetudinem hujuſmodi
42 ornamenta pretioſa Uxori donandi, inter quos *Loffred. conſ. 42. n. 6. Marcian. conſ. 59. num. 3. lib. 2. Georg. d. alleg. 45. num. 32. & ſub num. 36. verſic. unde concludendo, Anna ſingular. 157. Gutierrez Pract. d. lib. 1. quæſt. 19. n. 4. De Luc. ad Gratian. diſcept. 189. num. 10.* ubi alios refert, *ad De Marin. meliorat. 71. num. 3. lib. 2. & ad Franch. deciſ. 503. num. 11. Manfrell. ad Capyc. Latr. obſervat. 184. num. 15.*, & relato *Thoro, Prato, & aliis Altimar. ad Rovit. d. dec. 12. ſub n. 14. verſic. fallit ſecundo*, quo caſu, cum quilibet cenſeatur ſe conformare cum conſuetudine loci, contraria proba-
43 tione non facta, hujuſmodi ornamenta donata cenſeri indubium eſt, in ſpecie *Loffred. cit. conſ. 42. n. 6. Marcian. d. conſ. 59. num. 3. lib. 2. Georg. d. alleg. 45. ſub n. 33. & ſeqq. Prat. diſcept. 10. n. 50. tom. 1. Gratian. d. diſcept. 189. num. 11. & ſeqq.* ibique *De Luc. num. 10. & ad Franch. d. deciſ. 503. numer. 11. Bonden. dicta collect. 42. num. 106. & ſeqq. lib. 1. Menoch. de Præſumpt. lib. 3. præſumpt. 16. num. 11. Berſan. de Vid. d. cap. 2. quæſt. 4. num. 24. Michalor. de Fratr. par. 1. d. capit. 28. n. 15. Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol. par. 4. de renunciat. quæſt. 19. n. 4. & par. 7. de jure quarta quæſt. 9. num. 8. & 9. Sanchez de Matrim. d. lib. 6. diſput. 26. ſub num. 13. verſic. ſecundo limita, Altimar. ad Rovit. d. deciſ. 12. ſub num. 14. verſ. fallit ſecundo, Manfrell. ad Capyc. Latr. obſervat. 184. num. 14. Scoppa ad deciſ. Marchiæ Gratian. d. obſervat. 118. num. 28. & plurib. ſeqq. & num. 35.* ubi plures refert *Senat. Mantuan. apud Surd. dicta deciſ. 166. n. 32. & ſeqq.* ibique *Hodiern. n. 5. Caſtill. d. dec. 93. ſub n. 14.*

In his itaque circumſtantiis, potuit Duciſſa Dorothea juſtè credere jocalia,
44 & gemmas eſſe proprias, nec debere illas in inventario deſcribere, quæ credulitas in ea excludit dolum, & inventarium præſervat à nullitate, in ſpecie *Gratian. diſcept. 998. num. 10. & 11. Rocc. diſput. 47. num. 18. & 19. Manſ. conſult. 471. num. 18. Rot. cor. Duran. d. dec. 387. la prima n. 20. in rec. dec. 521. num. 17. par. 18. & poſt De Luc. de Teſtam. in Mantiſſa dec. 6. num. 16. & in Conſilii deciſ. 13. num. 8. & in dicta Romana Pecuniaria 7. Martii 1701. §. Sic etiam, & ſeq. cor. Muto,* omiſſio enim
45 per ignorantiam, errorem, vel ſimplicitatem inventarium non annullat, *Hodiern. contr. 5. n. 34. & 39. Sammiat. contr. 49. n. 19. & 20. Manſ. conſult. 471. num. 4. Conſil. Neapolit. apud Capyc. Latr. dec. 129. ſub n. 12. Rot. noſtra in Florentina Conſervationis indemnitatis 13. Octobris 1638. §. Cæterum his non moventibus, coram Marco Venturino Lib. Mot. 113. fol. 149. Senat. Luſit. apud Gammam dec. 125. num. 1. Rot. in rec. dec. 181. n. 1. par. 6.*

Fortiùs quia gemmæ præfatæ fuerunt eidem à Marito prælegatæ, quod
46 eò magis ipſam inducere potuit ad credendum illas ad ſe ſpectare, & non debere deſcribi, ut benè in individuo de bonis à Marito Uxori legatis, & non deſcriptis in inventario *Senatus Luſitanus apud Gamm. d. dec. 125. n. 2.*

Et in omnem caſum, cum tam ex
his omnibus, quàm ex quo gemmæ
prædictæ non poterant occultari, utpo-
47 te nominatæ in teſtamento Mariti, ex-
cludatur animus ſibi appropriandi bo-
na hæreditaria, ſublata etiam remanet
nullitas inventarii, ut in ſpecie de re-
bus deſcriptis in teſtamento, & non
appoſitis in inventario, *Rot. cor. Cer-
ron. dec. 151. num. 9. verſic. & ſaltem iſta
relatio*, & de non deſcribente rem,
48 quæ occultari non poteſt *Hodiern.
contr. 5. n. 36. & 37.* Unde, ex quo
ſtabilia occultari non poſſunt, neceſſe
49 non eſt illa in inventario deſcribere,
eorumque omiſſio inventarium non
annullat *Cyriac. contr. 316. num. 3. &
ſeqq. Ridolphin. in Prax. par. 1. d. cap. 9.
n. 64. & par. 5. cap. 3. num. 180. verſic. de-
hor, Rot. Lucen. apud Sammiat. contr. 49.
num. 47. Rot. d. deciſ. 199. n. 1. poſt 2.
volum. conſ. Farinac. Gregor. deciſ. 169.
num. 8. Duran. d. deciſ. 387. in prima n. 17.
& 21. Coccin. dec. 1863. n. 3. in rec. dec. 81.
num. 9. par. 14. dec. 522. n. 16. par. 18. poſt
De Luc. de Teſtam. in Mantiſſ. d. dec. 6.
n. 13. & deciſ. 58. num. 44.*

Minùs obeſſe potuit omiſſa deſcri-
ptio aliorum mobilium ſine valore, ta-
bularum pictarum abſque nomine Au-
50 ctoris, & argentorum abſque ponde-
re, ex quibus inventarium annullari,
nec hæredi ſuffragari poſſe, firmat *Rot.
in Bononien. Bonorum coram Urſino poſt
De Luc. de Teſtam. in Mantiſſ. dec. 8. n. 1.
& 3.* plenè *in Romana Peramiaria 7. Mar-
tii 1701. §. Quod autem, & ſeqq. & 21.
Junii ejuſdem anni §. Apparentur, &
ſeqq. cor. b. m. R. P. D. meo Mato.* Quo-
niam, cum in caſu noſtro plures cir-
cumſtantiæ, qualitates, & particulari-
tates dictarum rerum ſint expreſſæ, hoc
51 ſufficit, cum ad hunc effectum ſatis ſit
mobilia adnotare cum ſuis qualitati-
bus, *Handed. conſ. 53. ſub num. 7. lib. 1.
Rot. Lucen. apud Sammiat. d. contro 49.
num. 36. Rot noſtra apud Maſſin. de Con-
fiſcat. d. quæſt. 39. num. 117. fol. mihi 235.
& in dicta Florentina Conſervationis in-
demnitatis 13. Octobris 1638. §. Caterum,
coram b. m. Martio Venturino Lib. Mot.
113. fol. 149. Rot. Rom. poſt Albrit. de
Inconſt. in judic. dec. 2. num. 15.*, etiamſi
æſtimatio, aut valor mobilium, pon-
dus, & nomen Artificis, qui tabulas
pictas, aliaque ſimilia elaboravit, non
ſint in inventario deſcripta, cum illa
52 pro neceſſaria illius validitate, nec de
jure, nec ex generali conſuetudine
requirantur, ut individualiter tradunt
*Bossa conſ. 78. n. 10. & ſeqq. Giovagnon.
conſ. 20. num. 13. lib. 2. Menſ. conſult. 269.
num. 35. & ſeqq. Hodiern. contr. 5. n. 29.
& ſeqq. Ridolphin. in Prax. par 1. cap. 9.
num. 57. Phanuc. de Invent. par. 3. n. 31.
in fin. inter tract. diverſ. de invent.
quæſt. 140. Faber. in Cod. lib. 6. tit. 9.
def. 17. & de error. Pragmat. decad. 1. er-
ror. 8. Graſſ. §. Inventarium quæſt. 11.
num. 5. Severus Delanus apud Gerardi.
dec. 143. num. 19. Rot. Januen. apud Ar-
menian. dec. 53. num. 21. Rot. Lucen. apud
Sammiat. contr. 49. n. 50. & ſeqq. & n. 56.
& ſeqq. Rot. noſtra in Florentina Conſer-
vationis indemnitatis 13. Octobris 1638.
§. Caterum coram olim D. Auditore Mar-
tio Venturino Lib. Mot. 113. fol. 149. &
in Florentina Fideicommiſſi 10. Decem-
bris 1700. §. Advertendo coram D. Audi-
tore Baccio, & in alia deciſ. apud Maſſin.
de confiſcat. quæſt. 39. num. 116. fol 235.
Add. ad Pamphil. dec. 75. num. 8. verſic.
item nec omiſſio, & ſeqq. Rot. coram Po-
mo dec. 1447. num. 11. Seraphin. dec. 771.
num. 1. Peutinger. dec. 265. num. 20. Cer-
ron. dec. 151. num. 8. Duran. dec. 241. ſub
num. 8. & 9. & in rec. dec. 163. num. 8. &
dec 256. num. 8. part. 19. poſt Albrit. de
inconſt. in judic. dec. 2. num. 15.* ubi repro-
bat contrarios, poſt *De Luc. de teſtam.
dec 20 in prima num. 10. & 23.* & rece-
dendo à deciſione in objectio allegata in
53 eadem *Bononien. Bonorum coram Fen-
giſtrato* apud moderniorem *Firmanum poſt
Vet. 53. num. 12.*, ubi refert, & tenet
contrarios, dicens hoc procedere,
etiamſi agatur de mobilibus pretioſis,
& multò magis, ſi ſint, ut in caſu no-
ſtro, modici valoris, confirmata in
54 alia *deciſ impreſſa poſt De Luc. in conſtit.
in Mantiſſ. dec. 13. num. 5. & ſeqq.*, ubi
plenè, *& in Anconitana 29. Martii 1700.
coram b. m. R. P. D. meo Mato apud Cal-
deron. reſol. 37. num. 38.* ubi plures alios
citat, *& n. 44. & 45.*

Potiſſimè, quia non conſtat omiſſio-
nem prædictam factam fuiſſe cum dolo,
55 prout probari deberet, & quidem con-
cludentiſſimè, in ſpecie *Gratian. diſcept.
567. num. 12. Palm. Nepalliger. 13. n. 15.*

Se-

Seminiat. contr. 49. num. 21. Calderon. d. reſol. 37. n. 18. & 19. Manſ. conſult. 471. num. 5. Epiſc. Racc. diſput. 47. num. 4. Rodolphon. in prax. part. 1. d. cap. 9. n. 62. Rot. noſtra in dec. ibidem impreſſa n. 184., & apud Seraphin. Maſſin. de confiſc. dict. quaeſt. 39. num. 221. fol. mihi 226. & in Florentina Fideicommiſſi de Bartolinis 2. Septembris 1709. §. Minus, coram D. de Nobilibus Lib. Mot. 121. fol. 646. Rot. dec. 199. num. 12. poſt ſecund. vol. Farinacc. coram Gregor. dec. 169. num. 1. Duran. d. dec. 387. la prima n. 23. & ſeqq., & in rec. dec. 774. num. 4. part. 2. dec. 182. num. 13. & 14. part. 6. dec. 321. num. 15. part. 18. & poſt De Luc. de teſtam. in Montiſ. dec. 6. num. 10. & in Anconitana 29. Martii 1700. cor. b. m. R. P. D. meo Muto apud Calderon. d. reſol. 37. n. 39. & 40. ubi plures concordantes, & apud Bertach. d. vot. 55. n. 11. Immò omnis doli ſuſpicio excluditur ex qualitate

56 perſonae nobilis, & Magnatum ordinis; ex quo res tanquam nominatae in teſtamento celari non poterant: ex quo inventarium factum fuit per Procuratorem, qui ſine proprio lucro, & utilitate ad commodum Duciſſae Dorotheae non praeſumitur dolum commiſiſſe: ex quo in confectione inventarii fuit adjecta clauſula, & proteſtatio *addendi &c. ſi quid apparebit omiſſum*; ex quo ſponte de eis rationem reddidit Dorothea: ex quo concurrunt plures cauſae

57 non deſcribendi hujuſmodi bona, ut ſuperius dictum eſt; ut de qualitate perſonae proſequitur in ſpecie *Phanucc. de invent. part. 3. num. 40. in fine, Manſ. conſult. 470. num. 15. Rodolph. in prax. part. 1. d. cap. 9. num. 66. & 67. & part. 3. cap. 2. num. 180. verſic. dolus, Rot. noſtra apud eundem ibid. num. 183. & 184. Surd. dec. 112. in fin. Rot. coram Duran. d. dec. 387. num. 19. apud Bertach. dicto vot. 55. num. 11. & poſt De Luc. de teſtam. dec. 20. la ſeconda num. 21. & dec. 21. n. 3. & in Conſult. in Montiſ. dec. 13. num. 8. & apud Calderon. d. reſol. 37. num. 41.,* ubi plures citat, praeſertim quando eſt

58 mulier, vel minor, in quibus tamquam juris ignaris, eo minùs praeſumitur dolus, *Senatus Mantuanus apud Surd. d. dec. 112. num. 13. & 14. Rota noſtra apud Maſſin. de confiſcat. d. quaeſt. 39. num. 129. fol. 226. & in dicta Florentina de Bartolinis 1709. §. Etenim Lib. Mot. 135. fol. 646. Rot. Rom. coram Penia d. dec. 1447. ſub num. 11. & 15.* de rebus, quae oc-

59 cultari non poſſunt, *Sac. Conſ. Neapol. apud Capyc. Latr. dec. 129. num. 3. Rot. poſt De Luc. de teſtam. dec. 20. la ſeconda num. 16.* de inventario facto à Procu-

60 ratore, qui non praeſumitur ad utilitatem alterius dolum commiſiſſe, ut proſequitur *Gratian. d. conſ. 19. n. 20. propè fin. verſic. item quia lib. 2. Rot. noſtra apud Maſſin. de confiſcat. d. quaeſt. 39. num. 123. fol. mihi 226. & in d. Florentina Conſervationis indemnitatis 1638. cor. Martio Venturino §. Super hoc tamen Lib. Mot. 113. fol. 149. & in dicta Florentina de Bartolinis 1709. §. Etenim Lib. Mot. 121. fol. 646. Rot. Rom. apud Calderon.*

61 *d. reſol. 37. n. 40.*, de clauſula, & proteſtatione addendi, & minuendi *Grat. diſcept. 310. num. 9. & diſcept. 998. n. 15. Roland. à Vall. de invent. part. 4. tit. 4. §. Sed quid ſi haeres num. 7. fol. 104. inter tract. diverſ. de invent. quaeſt. 140. n. 6. & 7. Rodolph. in prax. part. 1. d. cap. 9. num. 68. & part. 3. cap. 2. num. 180. verſ. dolus, Bondon. collect. 21. num. 79. tom. 2. Rocca diſp. 47. n. 14. & ſeqq.*, ubi quòd excuſat, etiamſi ſuperveniente notitia,

62 poſtea non addiderit, & declarat contrarios, & repetit *diſput. 154. num. 23. Calderon.* qui plures citat *dict. reſol. 37. num. 11. Surd. dec. 112. num. 12. & ſeqq. Rot. Januen. de mercat. dec. 35. num. 3. in fine Rot. noſtra apud Maſſin. de confiſc. d. quaeſt. 39. num. 128. fol. mihi 126. & in d. Florentina Conſervationis indemnitatis 1638. §. Caeterum ſuppoſito, coram Martio Venturino Lib. Mot. 113. fol. 149. & in Florentina Fideicommiſſi de Bartolinis 2. Septembris 1709. §. Etenim, coram de Nobilibus Lib. Mot. 121. fol. 646. Add. ad Pamph. dec. 75. num. 8. Rot. Rom. in recent. dec. 331. num. 21. part. 3. dec. 181. num. 3. part. 6. dec. 302. num. 7. part. 12. dec. 15. num. 1. dec. 48. num. 9. part. 15. deciſ. 321. num. 18. part. 18. coram Gregor. d. dec. 169. num. 4.* ibique *Add. num. 12. Penia d. dec. 1447. num. 13. & poſt De Luc. de teſtam. dec. 21. num. 10. & in Montiſ. de teſtam. dec. 6. num. 12.* & de ratione ſponte red-

63 dita rerum omiſſarum, *Rot. poſt De Luc. de teſtam. dec. 10. la ſeconda num. 16., & dec. 21. ſub num. 11. & in Montiſ. de teſtam. dec. 6. num. 12.* & quòd concur-

rен-

ſtente aliqua cauſa, quæcunque ea ſit,
64 dolus excludatur, *Rot. Januen. de Mercat. dec.35. num.4. Rot. noſtra apud Maſſin. de conſiſtat. d. quæſt 39. num.120. fol.126. Rot. Rom. in d. Anconitana cor. bon. mem. R. P. D. Mato apud Calderon. reſol.37. n.39.*

Excluſo autem dolo, omiſſa deſcri-
65 ptio qualitatum in inventario illud non annullat, *Dec. conſ.633. num.11. Hondod. conſ.23. num.15. & ſeqq. lib.2. Gratian. d. diſcept.720. num.10. & 11., & diſcept.797. num.15. Hodiern. contr.5. num.35. & 46. Calderon. d. reſol 37. n.16. Manſ. d. conſult 471. num.4 Rodolph. in prax. part.1. d. cap.9. num.58. & ſeqq. & part.3. cap.2. num.180. verſ. ſed nos in hac, Sammarc. contr.49. num.8. & 9. Paccon. alleg.192. num.13. & ſeqq. Palma Nep. alleg.23. num.9. Staiban. reſol 95. n.8. & 9. Rot. Marchi apud Thomas. dec.218. num.8. Rot. noſtra apud Rodolph. d. cap.9. num.183. & 184. & in dicta Florentina Conſervationis indemnitatis 1638. coram Martio Venturino §. Cæterum Lib. Mot. 113 fol.149., & in Florentina Fideicommiſſi de Bartolinis 2. Septemb. 1709. §. Etenim coram D. Auditore de Nobilibus Lib. Mot. 121. fol.646. & apud Accariſ. dec. Florent 40 n.23. Senatus Mantuan. apud Surd. deciſ.212 num.10 & 13. Rot. cor. Mantic dec 256. num.5 Gregor. dec.169. num.3. Cavalcr. dec 508. n.7. verſic. tota difficultas, Duran. dec.387. la prima num.14. Cerr. dec.710. num.8. in recen. dec.102. num.7. part.11. dec.271. num.8. part.14. dec.15. num.1. & dec.48. num.10. part 15., & apud Bertach. d. vot. 55. num.10. verſic. vel ad ſummum, poſt De Luc. de teſtam. dec.20. la prima n.13., & dec.20. la ſeconda num.25. & 26. deciſ.21. n.2. & 13. & dec.23. in fin., & in Mantiſſ. de teſtam. dec.6. num.9. & in conflict. dec.13. num.7. in d. Anconitana cor. R. P. D. meo Mato apud Calderon. d. reſol.37. num.39. & ſeqq. & in dicta Romana Perannuità 7. Martii 1701. §. Quodquam cor. R. P. D. meo Mato.*

Tantòque magis, quia inventarium prædictum fuit exaratum mediante opera Procuratoris, qui cum non
66 præſumatur habere à Duciſſa Dorothea mandatum ad dolum committendum, quomodocumque delinquat in illius confectione, principali præjudicare non poteſt, in puncto *Cardin. de Luc. de hæred. diſc.20. n.12. & diſcur.22. num.17. Concıol. red. tract. art.1. n.393. Gratian. diſcept.998. num.14. ibique De Luc. n.2. & 3. Bondon. collect.21. n.78. lib.2. Calderon. dicta reſol.37. num.21. Rota noſtra apud Seraph. Maſſin. de Conſiſt. ſupracit. quæſt.39. num.129. fol. mihi 126. & in alia deciſ. impreſſ. apud Torr. Var. jur. quæſt. tom.2. Miſcell. par.1. tit.12. dec.18. num.38. fol.703. Rot. in rec. dec 181. n.15. par.6. dec.85 n.24. & dec.466. num.25. & ſeqq. par.9. coram Cavill. dec.180. n.17. & in Bononien. Bonorum 1697. coram Pio, regiſtrata apud Bertach. d. vot.55. num.12. poſt De Luc. de Teſtam. deciſ 20. la ſeconda n.31.*

Et fortiùs, quia Domina Duciſſa ex poſt judicialiter æſtimare, & deſcribere fecit valorem eorundem Mobilium cum omnibus ſolemnitatibus requiſitis, & deputato etiam Curatore
67 hæreditati Ducis Franciſci, quæ ſubſecuta æſtimatio, ſicut excludit dolum, ita inventarium ſalvat à quacumque prætenſa nullitate ob omiſſionem. Deſcriptio enim, ſive additio, quando in inventario fuit reſervata facultas *addendi*, & *minuendi*, poteſt fieri
68 quandocumque etiam extrajudicialiter, & deſcribenti ſuffragatur, *Rot. poſt De Luc. de teſtam deciſ 21. num.10.*, & vigore talis facultatis deſcriptio retrotrahitur ad tempus inventarii, &
69 habetur, ac ſi à principio valor ſpecificatus fuiſſet, in ſpecie *Manſ. d. conſult. 269. n.39.* ubi plures concordantes, & loquitur præcisè de æſtimatione, & valore rei, *Rota poſt De Luc. de teſtam. d. dec 21. num.12.* Immò in fortioribus terminis, quòd quando agitur ſolùm de valore, ſtandum ſit
70 aſſertioni hæredis abſque ulla æſtimatione, in ſpecie *Manſ. d. conſult. 269. n.39. Rota apud Bertach. d. vot. 55. ſub n.12. verſ. ubi quod ſi non eſt quæſtio.*

Ac in omnem caſum dato etiam, quòd omiſſio ſpecificæ deſcriptionis non poſſet ſalvari à dolo, non per
71 hoc privaretur hæres beneficio inventarii, ſed pœna dupli ſolùm veniret puniendus, ut eſt *Text. expreſſus in l. fin. §. Licentia C. de jur. deliberand.* latè *Menoch. conſ.471. num.58. & ſeqq. Andreol.*

drad. contr. 38. n. 1. & ſeqq. & contr. 109.
num. 1. & ſeqq. ubi plurimos citat Strei-
ben. reſol. 95. n. 5. & ſeqq. Rocc. diſput. 47.
num. 22. Manſ. conſult. 269. n. 68. & con-
ſult. 471. num. 4. Palm. Nep. alleg. 13.
num. 8. & 13. Bonden. collect. 21. n. 80.
tom. 2. Sammart. d. contr. 49. num. 10. &
ſeqq. De Luca ad Gratian. dict. diſcept. 998.
num. 6. & ſeqq. Calderon. d. reſolut. 37.
num. 17., plenè Paulut. diſſert. 7. n. 22.
& ſeqq. Peregrin. de fideic. art. 3. num. 83.
Rodolphin. in prax. part. 1. d. cap. 9. n. 71.
& 72. De Luc. de hared. diſc. 20. num. 9.
Concıol. eod. tract. art. 1. num. 391. Se-
natus Mantuan. apud Sord. dec. 222. n. 10.
Rota noſtra in Florentina Fideicommiſſi
de Bartolinis 2. Septembris 1709. §. Has
tamen, cor. D. de Nobilibus Lib. Mat. 221.
fol. 646. Add. ad Pamphil. dec. 75. num. 7.
Rot. coram Priol. dec. 83. num. 35. in rec.
dec. 181. num. 10. & ſeqq. part. 6. dec. 83.
num. 26. & dec. 485. num. 19. part. 9. de-
ciſ. 343. num. 40. & ſeqq. part. 11. poſt De
Luc. de teſtam. dict. dec. 21. n. 14. & apud
Bertachin. vot. 55. num. 10. & ſeqq.

Minimè relevante, quòd hucuſque
deducta procedere poſſent, ſi ageretur
de privando D. Duciſſam beneficio in-
ventarii, eamque in bonis propriis
condemnandi, non verò dum ipſa
petit conſecutionem ſuarum dotium,
& creditorum, agitque de lucro ca-
72 ptando Rot. poſt De Luc. de teſtam. in
Montiſſ. dec. 9. n. 3. & 5., tum quia nul-
lo jure probatur diſtinctio hæc, immò
quòd beneficium inventarii proſit tam
73 mulieri pro dote agenti, quàm exci-
pienti, per Text. in d. l. fin. C. de jur.
delib., firmant in ſpecie Calderon. d. re-
ſol. 37. num. 17. in fin. & reſpondendo
objecto Rot. poſt De Luc. de Teſtament.
dec. 10. lo 2. num. 17. & 18. & deciſ. 21.
num. 19. & ſeqq. ubi contrarias authori-
tates explicat, & in Bononien. Bonorum
1697. coram Pio regiſtrata apud Bertach.
dict. vot. 55. num. 14., ubi refert, & de-
clarat contrarios, & adducit concor-
dantes; tum etiam quia, ſi Duciſſa am-
mitteret creditum ſuæ dotis, læſa re-
maneret, & ſic ipſa non agit de lucro,
74 ſed de damno vitando, in ſpecie Rot.
poſt De Luc. de teſtam. d. dec. 21. num. 19.,
& in ſæpe cit. Bononien. Bonorum coram
Pio apud Bertachin. dict. vot. 55. n. 14.

Reſoluta ex his prima objecti parte,
ſublata etiam remanet ſecunda circa
excuſſionem hæreditatis Ducis Franciſ-
ci, quia ſi ex inventario probatur
negativa aliorum bonorum, alia ex-
75 cuſſio non eſt neceſſaria Rot. noſtra apud
Accariſ. dicta deciſ. 99. num. 16. Rota
coram Emerix. Jun. dec. 1291. num. 18.
maximè quia bona ſunt involuta, liti-
76 bus intricata, & reperiuntur penes ter-
tios, quo caſu excuſſio facienda
non eſt, Coſt. conſ. 8. numer. 17. Fon-
tanell. de Pact. Nupt. clauſ. 7. gloſ. 13.
par. 14. num. 27. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3.
quæſt. 73. num. 383. Baron. de citation.
tom. 3. ſingul. 118. n. 10. & 11. ubi re-
probat contrarios ſol. mihi 9. De Luca
de dot. diſcurſ. 145. num. 85. Rot. coram
Peutinger. dec. 115. ex num. 2. Emerix
Jun. deciſ. 1097. num. 10. & deciſ. 1291.
n. 18. & 19. poſt De Luc. de dot. in Man-
tiſſ. dec. 14. num. 5. & ſeqq. Reatina Fi-
deicommiſſi 7. Martii 1704. §. Certius, cor.
Reverendiſſ. D. meo Decano, & in d. Ro-
mana Pecuniaria 15. Martii 1706. §. Con-
tabit, & ſeq. coram eodem & 31. Januarii
1707. §. Sicuti, & ſeqq. & §. Quo vero
coram eodem, & in Romana reſtitutionis
dotis 11. Februarii 1707. §. Perperam, cor.
eodem Reverendiſſimo Molines.

Nec Duciſſa Eleonora pro diminu-
tione ſui crediti dotalis compelli po-
teſt ad recipiendum mobilia, gemmas,
aliaque in dicto inventario deſcripta,
quia pro medietate ipſa ad hoc fuit
condemnata, & imputationem evitare
non poteſt; pro altera verò medietate,
77 cum mobilia præfata retineantur à Du-
ciſſa Dorothea, ipſa tenetur illas in
ſuas detractiones imputare, & nullum
præjudicium reportabit fideicommiſ-
ſum, cum ſive ab una, ſive ab altera
78 ex dictis Duciſſis fiat imputatio, ſem-
per fideicommiſſum, quod eſt debitor
utriuſque, eandem jacturam patietur,
in ſpecie Rot. in d. Civitatis Vetulæ Fi-
deicommiſſi 21. Decembris 1705. §. In ni-
hilum, coram R. P. D. meo Lancetta.

Et quatenus etiam fideicommiſſo
expediret ſatisfacere potiùs dotem
Duciſſæ Eleonoræ, quam Dorotheæ,
79 adhuc omnia mobilia in dotem illius
imputari non poſſent, cum Duciſſa
Dorothea proteſtata ſit, ſe illa reti-
nere pro expenſis funeris, inter quas
80 connumerandas eſſe prætendit etiam
ve-

31 *Cauſa oneroſa conſiderari poteſt, non obſtante gravamine injuncto reſtituendi primogenituram, quando annuus redditus illius eſſet adeo pinguis, ut compenſaret partem bonorum donatorum.*

32 *Secus tamen, ſi non adſit ſufficiens documentum talis compenſationis, & coæquationis, immò contrarium appareat.*

33 *Ob incertam eventualitatem lucri dici non poteſt, quem recepiſſe integrum pretium ejus, quod dedit.*

34 *Pretio æſtimabilia etiam ſunt, quæ ab incerto eventu dependent.*

35 *Declara id procedere, dummodo adſit ſpes fundata, & probabilis.*

Adeout ſpes incerta à reciproca donatione proveniens non ſit conſiderabilis, num.37.

36 *Item declara, ut pluris æſtimetur res etiam minimi valoris de præſenti tradita, quàm alia valoris longè majoris ſperata, & ab incerto eventu dependens.*

38 *Cauſa oneroſa, vel lucrativa in fideicommiſſo reſpectu fœminæ conſideranda eſt attento lucro, vel utilitate in ipſa fœmina.*

39 *Fideicommiſſum, ſeu primogenitura reciprocè ordinata à duobus fratribus, favore propriorum ſucceſſivè deſcendentium, duas continere dicitur donationes, unam, quæ à quolibet ipſorum fit propriis deſcendentibus, alteram, quæ unus donat alteri, ejuſque deſcendentia.*

40 *Et hoc caſu diſpoſitio in ea parte, in qua quilibet frater vocat ſuos deſcendentes, eſt merè lucrativa.*

41 *Ex cauſa lucrativa acquiſitum dicitur, quando ex parte acquirentis nihil datur.*

42 *Nihil implicat, ut contractus in uno caſu, ejuſque initio inſpecto, ſit oneroſus, in altero verò caſu, & inſpecto eventu ſit lucrativus.*

43 *Prout evenit in donatione, & fideicommiſſo reciproco.*

44 *Item in pacto de lucranda dote.*

45 *Nec non in donatione facta intuitu matrimonii, & futuræ prolis.*

46 *Unde tales contractus tam diſpoſitioni* Auth. res quæ, *quàm legitimæ detractioni ſubiiciuntur*, & num.76.

47 *Dos, & legitima ad effectum detractionis earum à fideicommiſſo conventionali reciproco, & oneroſo æquiparantur.*

48 *Et de una ad alteram generaliter valet argumentum.*

49 *Immò dos in multis caſibus magis privilegiata eſt, quàm legitima.*

50 *Ceſſante oneroſitate cauſa fideicommiſſum, ſive in ultima voluntate, ſive in contractu ordinatum, detractioni dotium ſubiicitur.*

51 *Amplia, quamvis in contractu expreſſa prohibitio alienandi, etiam ex cauſa dotis, facta ſit*, & numer.70.

Etiamſi talis prohibitio adjecta ſit in contractu à fratribus inito pro conſervandis bonis in agnatione, numer.63.

52 *Maximè reſpectu valoris bonorum à fratre, à quo fœmina deſcendit, renunciatorum, quæ ad ipſum tempore renunciationis ſpectare potuiſſent.*

53 *Non enim poteſt aſcendens ſupponere bona reciproco fideicommiſſo favore fratrum, ſive deſcendentium ex eis in præjudicium dotis debitæ filiabus fœminis*, & n.77.

54 *Prohibitioni alienationis etiam ex cauſa dotis, quæ fuit pars pretii, quæque reſpicit favorem tertii, qui aliàs non contraxiſſet, non poteſt derogari abſque utriuſque contrahentis voluntate.*

55 *Ideoque hoc ſtante prohibitione ab utroque contrahente viciſſim facta, locus non*

eſt

i iſti diſpoſitioni Auth. res quæ.

56 *Declara, id ſolum procedere, quando bona proveniunt ab eo, qui prohibitionem appoſuit, nam ſicut poterat non tradere, ita poteſt ea concedere cum onere non dotandi fœminas recipientis.*

Authoritates in puncto donationis, & feudi adducuntur, ibidem.

57 *Secus, quando bona proveniunt ab aſcendente ſimul, & collaterali, ſeu extraneo.*

Iſto enim caſu dos ſemper detrahi poterit à bonis proprii ſtipitis, n. 59.

60 *Legitima à fideicommiſſo conventionali reciproco inter plures fratres ordinato detrahitur.*

61 *Ceſſante intereſſe collateralis, ejuſque deſcendentium, ceſſat prohibitio ipſorum favore facta alienationis etiam ex cauſa dotis.*

Nec intereſſe aſcendentis, ejuſque deſcendentium favor, qui ſolùm ſupereſt, ſufficiens eſt ad privandas fœminas detractione dotis eis à lege permiſſa, n. 64.

Maximè, ſi in iiſdem deſcendentibus ceſſaverit etiam finis volitus à fideicommittente, ibid.

62 *Donatio reſpiciens ſolùm intereſſe donatarii dicitur ſimplex, non autem onerosa, & ob cauſam.*

65 *Ceſſante ratione, & cauſa motiva, ceſſat etiam juris diſpoſitio, in materia* Auth. res quæ.

66 *Remedium* Auth. res quæ, *juxta veriorem opinionem, innititur legali neceſſitati, qua teſtator, ſi viveret, teneretur fœminas deſcendentes dotare.*

Aliæ rationes reprobantur remiſſivè, ibid.

Talis neceſſitas ſuum deſumit initium ab ipſo inſtanti conditi fideicommiſſi, numer. 68.

Et ab ea fideicommittens contrario pacto, vel prohibitione ſe, ſuaque bona eximere nequit, n. 69.

67 *Vel juxta aliorum ſententiam innititur diſpoſitio dictæ* Auth. *favori publicæ utilitatis, ad conſulendum nempe mulierum honeſtati, atque matrimonia faciliùs contrahantur.*

70 *Et tale Privilegium favore publico introductum privatorum pactis, & conventionibus contrariis abrogari non poteſt.*

71 *Dos, & legitimà in fideicommiſſis reciprocis ordinatis in Teſtamento, non poteſt ab aſcendente validè prohiberi*, & n. 75.

72 *Unde nec ei id permitti debet in fideicommiſſo conventionali reciproco facto in contractu*, & n. 76.

73 *Ne per indirectum concedatur aſcendentibus id, quod directè permiſſum non eſt, quod fieri non debet.*

74 *Eadem enim facilitate, qua fiunt fideicommiſſa reciproca in ultima voluntate, fieri poſſunt etiam in contractu, & utroque caſu æquè valida ſunt.*

78 *Vaſſallus non poteſt feudum antiquum, & paternum in primogenituram erigere in præjudicium comprehenſorum.*

79 *Nec poteſt illud alio quovis modo in præjudicium ſucceſſorum alterare.*

80 *Quamvis conſenſerint omnes jus habentes de tempore factæ diſpoſitionis.*

81 *Eòque magis, ſi Caſtrum fuerit etiam fideicommiſſo ſuppoſitum, nam tunc eò minùs permiſſum erit præjudicare ſucceſſivè vocatis, quibus duplex aſſiſtit qualitas.*

82 *Amplia, etiam interveniente Domini directi conſenſu.*

83 *Quia tolleretur jus quæſitum vocatis, quod tanquam injuſtum Principi non eſt permiſſum.*

Sive Princeps procedat de poteſtate ordinaria, ſive de poteſtate abſoluta, ibidem.

84 *Quod injuſtum eſt, Deus facere non poteſt, neque id derogat, ſed perfectiorem reddit ejus Omnipotentiam.*

85 *Sic illud facere nequit Princeps, qui Deum in terris repræſentat.*

86 *Non attenditur diſpoſitio facta in primogenitura in eo, quod iſta diſcordat ab antiquiore fideicommiſſo in præjudicium fœminarum.*

DE-

DECISIO LIII.

CONſtitutæ DD. Duciſſæ Eleonora, & Dorothea clementiſſimo Juſtiniani Imperatoris Indulto, inſerto in *Auth. de reſtit. & ea, quæ parit in undecimo menſe poſt mortem viri §. Quamobrem*, quod poſt legum noſtrarum ope Eruditorum reviviſcentiam, ab Irnerio primo earum Gloſſatore repoſitum fuit in Juſtinianeo Codice ſub *tit. Commun. de legat.*, & ibi compendioſè relatum ſub nomine *Auth. res quæ*; inter multiplices prætenſiones coram nobis deductas excitarunt etiam illam detractionis dotium ex primogenitura anno 1633. ordinata in inſtrumento tranſactionis initæ inter Ducem Marium, & Paulum Sfortiam pro ſedandis diſſenſionibus, & controverſiis exortis occaſione diviſionis bonorum paternorum, aliorumque eorum Prædeceſſorum. Pro iſtis enim dirimendis, prævio receſſu à lite inter fratres introducta in Sac. Rota Romanæ Auditorio *coram b. m. Verospio*, provido conſilio decreverunt, & convenerunt, *ut pro omni, & toto eo, quod præfatus D. Paulus in & ſuper hæreditate, & bonis paternis, illiuſque fideicommiſſorum quomodolibet habere, & prætendere poſſet, ultra tamen annuam portionem, unicamque ſolutionem*, & alias reſervationes eidem reſpectivè faciendas, ut infra *Idem Excellentiſſ. D. D. Marius illi, & illius vita durante tantum, & alias, ut infra, in ſolutum dare, cedere, & aſſignare teneatur, ut ex nunc, Oppidum Proceni, &c.*

Item, ut ſalvis præmiſſis — *Idem Excellentiſſ. D. Dux teneatur eidem Excellentiſſ. D. Duci Paulo ibidem præſenti perpetuò manutenere exigibilem annuam præſtationem ſcutorum mille octingentorum, quo uſque vixerit.*

Item, ut ultra præmiſſa — *Idem D. Dux teneatur eidem Dom. Paulo pro una tantum vice perſolvere ſcuta viginti duo millia, redigenda ex pretio Status S. Floræ, ſeu Vallis Montanæ, liberæ, ſeu vinculatæ, prout ex eodem pretio habere poterunt, ſcuta verò decem millia ſcutis ambabus [illegible].*

Et ſtantibus, ac ſalvis ſemper præmiſſis, & infra dicendis, & non aliàs, &c. de quo, &c. *Idem Excellentiſſ. D. Dux Paulus omnia, & ſingula jura, omneſque actiones, & prætenſiones, quas habet, ſibique competunt in & ſuper omnibus, & ſingulis aliis bonis ſtabilibus, juriſdictionalibus, feudalibus, allodialibus, & aliis quibuſcumque rebus, & bonis etiam mobilibus, & ſemoventibus, repertis, & obventis in hæreditate paterna, & aliorum quorumcumque ſuorum majorum, & prædeceſſorum ubilibet exiſtentium, cæteriſque rebus, juribuſque hujuſmodi quocumque nomine nuncupatis, & per eundem D. Ducem quomodolibet poſſeſſis, &c. in perpetuum ceſſit, renunciavit refutavit, remiſit, & condonavit, præfato Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Duci Mario Sfortia quamdiu vixerit, & poſt illius obitum Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Principi D. Ludovico illius filio, aliiſque filiis ipſius Ludovici, uſque in quemcumque gradum, etiam in perpetuum, & in infinitum, quamdiu illius linea, ac deſcendentia maſculina duraverit de primogenito in primogenitum. Finita verò linea D. Ludovici ſuccedant alii filii, & deſcendentes maſculi ex præfato Duce Mario, quamdiu illius linea, & deſcendentia maſculina duraverit ſemper ordine primogenituræ in perpetuum, & in infinitum.*

,, Finita verò, vel aliter extincta li-
,, nea maſculina Ducis Marii integra-
,, liter, & abſque ulla penitus diminu-
,, tione, revertantur, & devolvantur,
,, ac devolvi debere voluerunt, &
,, convenerunt ad ipſummet Paulum,
,, qui integrè ſuccedat, & ſuccedere
,, debeat quamdiù vixerit, & poſt eum
,, filii nepotes, pronepotes, & aliique
,, deſcendentes maſculi legitimi, &
,, naturales de primogenito in primo-
,, genitum, quamdiù ipſius linea, &
,, deſcendentia maſculina duraverit in
,, perpetuum.

,, Hanc autem irrevocabilem inter
,, vivos donationem ceſſionem, renun-
,, ciam, refutantiam, cunctaque alia,
,, & ſingula in præſenti inſtrumento
,, contenta idem D. Dux *Paulus, fecit, & facere declaravit erga prædictum Ex-*

*ullentiſs. D. Ducem, & alios prænomi-
natos ordine præſcripto pro conſervatione
ſplendoris eorum Excellentiſſimæ Domus,
& Familiæ de Sfortiis, ac aliis ex cauſis
rationabilibus, &c.* — ſub reſervationi-
„ bus tamen pactis, & conditionibus an-
„ tedictis, & infra dicendis, ut vide-
„ licet ſint dicto D. Duci Paulo reſer-
„ vata ſemper, & quandocumque
„ integra, & illæſa omnia, & ſingula
„ jura ſucceſſionis ipſius, & ſuorum
„ pro tempore legitimorum deſcen-
„ dentium, ut ſupra dictum eſt, prout
„ ſpecialiter, & expreſsè reſervavit,
„ & reſervat.

Vigore conventionum hujuſmodi,
bona in primogenitura comprehenſa
adeptus eſt Dux Marius, cujus deſ-
cendentia maſculina extincta, illa
devenerunt ad Ducem Franciſcum di-
cti Pauli primogenitum, cumque de
tempore, quo dicta bona ab ipſo
poſſidebantur, nuptui tradita fuerit
Duciſſa Eleonora illius filia, illique
promiſſa dos ſcutorum 27. mil. ſuper
bonis à Patre tunc temporis poſſeſſis,
eidem hypotheca acquiſita fuit, etiamſi
illa ſubjecta ſint reſtitutioni ad favo-
rem alterius fratris, & patrui reſpecti-
vè faciendæ, cum diſpoſitio *Auth. res
quæ* habeat locum tam in fideicommiſ-
1 ſo puro, quam in conditionali, & ſi-
ve illud ſit univerſale, ſive particula-
re, ut probat litera *textus*, & tradunt
*Peregrin. de fideicomm. art. 42. num. 54.
Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 1.
part. 2. n. 98. Faſar. de ſubſtit. quæſt. 551.
num. 58. Beſſ. de dot. cap. 5. num. 177.
cum duob. ſeqq. fol. 625. Rot. noſtra
apud Baldacc. dec. & rer. judicat. tit. 4.
de dot. dec. 13. num. 1. & apud Urceol. de-
ciſ. 30. num. 25. & ſeqq. Rot. Rom. in rec.
dec. 495. num. 6. ubi concordantes adducit
par. 19.*

Idque procedit nedùm pro dote
Duciſſæ Eleonoræ, ſed etiam pro alia
Duciſſæ Dorotheæ, quæ pro reſtitu-
tione ſuæ dotis habet hypothecata om-
nia bona fideicommiſſaria Soceri, ut
2 in puncto nurus, quòd ex fideicom-
miſſo poſſit detrahere dotem, *Bonden.*
qui plures refert *collect. 3. num. 3. lib. 1.
Rubeus de validit. leg. cap. 63. ex n. 59.
Rota noſtra apud Baldacc. d. dec. & rer.
judicat. tit. 4. de dot. dec. 13. n. 24. Rot.
Rom. cor. San. Mem. Alex. VIII. deciſ.
43. num. 3. & dec. 71. n. 1. & 2., & in
Mutinenſi Dotis 18. Junii 1700. §.
Nulla, cor. bon. mem. R. P. D. meo Ma-
ro*, prout ei obligata remanent omnia
bona de tempore contracti matrimo-
3 nii à marito poſſeſſa, *l. 1. §. Et ut ple-
niùs, Cod. de rei uxor. action. §. Fuerat
Inſtit. de action. Gratb. ad conſuetud. Meſ-
ſan. cap. 13. gloſ. 3. numer. 31. Rubeus de
validit. legat. d. cap. 63. ſub n. 148. Mer-
lin. de pignor. lib. 4. quæſt 43. num. 1. Rot.
noſtra apud Caball. reſol. 25. num. 1. lib. 1.
inter deciſ. Palm. Nep. dec. 138. numer. 1.,
& apud Accareſ. deciſ. 38. numer. 7. & de-
ciſ. 109. num. 34. & poſt Gironel. de Caball.
dec. 26. n. 7. Rot. Romana coram Dunozet.
Jun. dec. 615. n. 2.*

Haud relevante, quòd primogeni-
tura, de qua agitur, non fuerit or-
dinata à Paolo, ſed à Duce Mario
tranſverſali, quæ proinde non ſubji-
4 citur dotium detractioni, *Senatus Man-
tuanus apud Surd. deciſ. 62. num. 18. Rot.
noſtra in Florentina de Orlandis 9. Au-
guſti 1593. §. Pauci Lib. Mot. 73. fol. 247.
Rot. Rom. coram Merlin. deciſ. 657. nu. 3.
Arguell. deciſ. 26. numer. 2. Emerix. Jun.
dec. 1145 num. 1. deciſ 1230. n. 2. & de-
ciſ. 1291. num. 2., & poſt Merlin. de pign.
deciſ 137. num. 2. in rec. dec. 170. num. 7.
par. 18., & in Romana Cambii ſcutorum
2000. 2 Aprilis 1696. §. Secundò non re-
git, & §. Quo verò cor. bon. mem. Muto,
& in Romana Pecuniaria 15. Martii
1706. §. fin. coram Reverendiſs. D. meo
Molines Decano.*

Quoniam, cùm Paulus plura bona,
& conſiderabiles prætenſiones, quas
habebat ſuper bonis aſcendentium, ceſ-
ſerit, & renunciaverit Duci Mario, &
contentus fuerit, quòd ſuper illis ordi-
naretur Primogenitura, cùm hoc, quòd
finita linea maſculina Marii, omnia bo-
na à Mario poſſeſſa ad renunciantem
reverti deberent, primogenitura or-
dinata ſuper dictis bonis in caſu rever-
ſionis, ob magis diuturnam durationem
5 lineæ Pauli, pro conſiderabili parte re-
putanda eſt aſcendentalis, tanquam
conflata ex bonis Pauli, nedùm, quæ
ipſe obtinere potuiſſet de tempore re-
nunciationis, ſed etiam quæ acquire-
6 bat pro pretio præventivæ renunciatio-
nis, & permiſſæ permanentiæ, & fru-
tio-

tionis eorum in linea Marii, ſtante enim hac renunciatione, cum expreſſa reſervatione ſucceſſionis favore Pauli, caſu quo linea Marii prius extingueretur, dicitur ſuper bonis reverſis volita, & ordinata à Paulo, per organum
7 Marii primogenitura, quæ per conventam reſervationem, & ſucceſſivam conſolidationem bonorum, fuerunt effecta patrimonium Pauli, adſtipulante ad id regula, quòd reverſio bonorum, facta vigore pacti præcedentis, & cum effectibus, & bonis ſtipulantis, illius hæ-
8 reditati acquiruntur, & tanquam de hæreditate ipſius conſideranda ſunt, *Fontanell. de pact. nuptial. clauſul. 4. gloſ. 28. part. 5. num. 6. & 7. fol. 490. in impreſſ. Genevæ, Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 619. n. 1. & ſeqq. Peregr. de fideic. art. 10. n. 1. & art. 41. n. 21. Epiſc. Rocca diſp. 12. n. 37. & 38. Magna Curia Regni Siciliæ apud Giurb. dec. 24. n. 9. & ſeqq. Conſil. Neap. apud Franch. dec. 39. n. 1., ibique De Luc. num. 1. Rot. coram Duran. dec. 210. n. 18. & ſeqq. Cavaler. deciſ. 58. n. 2. & ſeqq. Celſ. dec. 402. num. 6., & in Romana Fideicommiſſi 12. Junii 1702. §. Abſque eo quod, & ſeqq. & 4. Decembris ejuſdem anni §. Poſita coram Reverendiſſ. Domino Kaunitz, & in Bononien. Immiſſionis 6. Martii 1702. §. Prædicta cor. Illuſtriſſ. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore 2. Julii 1704. §. Nec iterum, & ſeqq., & 13. Martii 1706. §. Etenim, & ſeqq. coram Emin. D. Cardinali Priolo, & in*
9 *ſubjecta materia Rota noſtra in dicta Florentina de Orlandinis 9. Auguſti 1593. §. Puncto verſ. de dote ad patrem reverſa, ut perſonam induat naturam, Lib. Mor. 72. fol. 147.*

Ac proinde, tali caſu diſpoſitio dici debebit aſcendentalis, Primogenitura
10 enim, & fideicommiſſa à pluribus fratribus ordinata pro portione ad aſcendentem ſpectante, dicuntur aſcendentalia, & pro alia portione bonorum à
11 tranſverſali collata, dicuntur tranſverſalia, *Rot. noſtra poſt tom. 1. Summæ Sabel. li cap. 7. art. 3. n. 33. fol. 104., Rot. Rom. poſt diſſert. 48. Paulut. deciſ. unic. nu. 5., & in rec. dec. 128. n. 2. & 3. part. 5., & in Narnien. fideicommiſſi de captionibus ſuper confirmatione ſententiarum 9. Maji 1695. §. Et quod coram bo. me. Muto, &*
12 agendo de dote detrahenda ab alio fideicommiſſo Domus Sfortiæ reſpondit in ſpecie eadem *Rot. in Romana dotis de Salviatis 15. Maji 1699. §. Nam cum jam probatum, & 22. Januarii 1701. §. Sed tale coram Eminentiſſ. D. meo Card. Priolo.*

Immò ipſamet donatio facta à tranſverſali, ad hoc, ut aſcendens ſuper
13 bonis donatis primogenituram ordinaret, quòd illa dicatur aſcendentalis, benè *Rot. in d. Romana Fecundationis 15. Martii 1706. §. Tum pariter quia, coram Reverendiſſ. Domino meo Molines*, & probant aliæ Authoritates relatæ in antecedenti Deciſione n. 19.

Certòque certiùs, quia tempore conditæ primogenituræ indubitatum
14 erat, prout etiam hodie incontroverſum eſt, Terram Scanſani fuiſſe aſſignatam Mario Seniori à Cardinali Guidone Aſcanio, quæ propterea cum uſque de eo tempore remanſerit affecta
15 oneri dotandi fœminas, ut probant authoritates relatæ in dicta antecedenti Deciſione num. 16, & quidem favore nedùm filiarum, & neptium, ſed aliarum omnium fœminarum deſcendentium
16 in infinitum, & donec durabit fideicommiſſum, *Roſignol. de dot. tom. 1. contract. 16. præamb. 13. ſub n. 45. & 62. Marta de ſucc. legal. par. 4. quæſt. 21. art. 10. num. 4. & 5. De Luc. de dot. diſcurſ. 37. ſub num. 9. & diſcurſ. 163. nu. 4. Burſat. de vodac. cap. 2. quæſt. 5. n. 65. & 66. Veſpignan. de empt. & vendit. conſult. 52. num. 1. Rota noſtra apud Baldacc. dec. & rer. judic. tit. 4. de dot. d. deciſ. 14. n. 26. ubi plures concordantes.*

Hinc regulando voluntatem à poteſtate, dicendum eſt Paulum noluiſſe bona hujuſmodi ſubjicere fideicommiſſo tranſverſali, & fœminas ab ipſo
17 deſcendentes à detractione dotis ſuper illis excludere, Permiſſum enim non eſt hæredi gravato ordinando novum fideicommiſſum, ſucceſſivè vocatis, aut aliter jus habentibus vigore fideicommiſſi antiquioris quomodocumque
18 præjudicare, *Molin. de primogen. Lib. 2. cap. 4. num. 10. Torr. de majorat. part. 1. cap. 37. num. 137. fol. 182. Semmaer. controv. 100. num. 12. & 13. ubi concordantes, Senatus Mantuanus apud Surd. deciſ. 93. num. 7. Rot. in rec. dec. 318. n. 12. part. 4. tom. 3. deciſ. 419. num. 2. par. 13.*

de-

deciſ.1. num.9. par.14. deciſ.274. num.4. par.15. deciſ.724. n.1. par.18. & dec.475. num.15. part.19. & coram Emerix. Jun. deciſ.466. num.1. poſt Torr. de pact. fut. ſucc. in Mantiſſ. dec.5. n.9. & dec.6. n.12.

Spectandum quippe, & conſiderandum eſt in hac materia, à quo bona proveniant, ne aliàs ſit in poteſtate aſcendentis gravati, ordinando fideicommiſſum ſimul cum tranſverſali, illud de aſcendentali tranſmutare in tranſverſale, & diſpoſitionem *Auth. res quæ*
19 tollere, & abolere, & in fraudem legis, & fideicommiſſi antiquioris fœminas dotibus privare, *De Luc. de dot. d. diſc.145. n.17.*

Minùs obſtat, quòd hujuſmodi primogenitura fuerit ordinata in contractu, ſiquidem privilegium *Auth.* prædictæ locum ſibi vindicat etiam in fideicommiſſo conventionali, & facto in
20 contractu, ut tradunt *Curt. jun. in dicta Auth. num.35. Jaſon. conſ.157. nu.21. lib.2. Honded. conſ.41. num.14. lib.1. Lanuch. conſ.112. num.16. Gizarb. obſervat. 89. num.6. Franc. Rocc. reſp.19. num.10. lib.1. Marcian. diſput.94. nu.11. & ſeqq. Epiſcopus Rocc. diſputat.12. n.1. & ſeqq.*, ubi refert, & rejicit contrarios, *Fontanel. reſp.69. num.1. & ſeqq. Lopus de donat. inter vir. & uxor. §. 16. num.14. Baptiſta de S. Blaſio de Privileg. dotium num.4. privileg.341. n.41. inter tractatus magnos tom.9. fol.460. Peregr. de fideic. art.41. n.58 & conſ.23. n.11. lib.3. Odd. de fideicom. quæſt.38. num.59. Molin. de rit. nupt. lib.3. quæſt.18. num.17. & ſeqq.*, & reprobatis contrariis *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5. gloſ.1. par.2. nu.94. & ſeqq. fol. mihi 33. in impreſſ. Genevæ*, *& num.98. Beſſ. de dot. cap.15. num.180. & ſeqq. fol.615. De Luc. de dot. diſcurſ. 45. n.7.* ubi reprobat contrarios, *& diſcurſ.145. num.13., & in Summa nu.104. Sperell. dec.165. num.10. & ſeqq. Senat. Mont. apud Sord. dec.61. num.1.*, ibique *Hodiern. num.31. Rot. cor. Pamphyl. deciſ.228. num.8. & ſeqq. Ottobon. dec.43. num.9. in rec. deciſ.128. n.3. & 4. par.5. & poſt Zacch. de oblig. camer. deciſ.189. num.8. verſic. quam in conventionali, & deciſ.132. num.14. cum aliis plena manu congeſtis in Romana Cambii ſcutorum 2000. 2. Aprilis 1696. §. Secundo non vegat, coram Muto, & in Terracinen. Cancellaria Angeli 14. Martii 1707. §. Atque, coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Neutiquam refragante, quod hæc opinio limitetur, & locum non habeat, quando verſamur in contractu oneroſo ultro citroque obligatorio, in quo
21 ceſſat diſpoſitio *dicta Auth.*, ut firmant *Epiſc. Rocca d. diſput.12. n.3. Maria de ſucceſſ. legal. par.4. d. quæſt.25. art.10. num.57. & ſeqq. Peregr. de fideic. art.41. num.58. verſic. contra tamen, Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5. gloſ.1. par.2. n.94. & 97. fol. mihi 33. Odd. de fideicomm. d. quæſt.38. num.59. & ſeqq. Beſſ. de dot. cap.15. numer.180. & ſeqq. Roſignol. eod. tract. tom.1. contract.16. diſput.3. §.12. num.1. De Luc. in ſimili tract. d. diſcur. 45. num.8. & 9. & d. diſcur.145. ſub numer.13. Rot. noſtra poſt tom.2. Summa Sabell. cap.7. art.5. num.18., & in dicta Florentina de Orlandinis 9. Auguſti 1593. §. Pactis quibuſdam Lib. Mot.73. fol. 247. Rot. Rom. poſt Zacch. de oblig. camer. d. deciſ.132. numer.23. repetita coram Dunozett. junior. deciſ.650. eod num.*

Prout oneroſum eſſe contractum, de quo agitur, contendebatur, tam ex quo deſcendentes unius lineæ habent onus reſtituendi deſcendentibus alterius lineæ; quàm ex eo, quia ab
22 ipſo contractus initio Marius, ejuſque deſcendentes receperunt pretium oneris reſtitutionis faciendæ Paulo, ejuſque deſcendentibus, nempe ceſſionem ei à Paulo factam, & verſa vice deſcendentes Pauli obtinuerunt ſpem ſuccedendi in omnibus bonis Marii, in caſu, quo illius linea maſculina deficeret, quod cum evenerit, & illa ſpes, quæ à principio erat incerta, eventualis, & ſub alea fortunæ expoſita, reducta poſtea ad ſuum effectum continere dicitur cauſam oneroſam, & habet quamdam ſpeciem emptionis, &
23 venditionis, contractuſque oneroſi, & correſpectivi haud obnoxii legitimæ, aut dotis detractioni, ex iis, quæ cæteris adductis ponderat *Urceol. de tranſact. quæſt.87. ſub num.16. verſic. tertius eſt in impreſſ. Genevæ anni 1701.*, quæ additione carent aliæ præcedentes impreſſiones, *Rot. noſtra poſt tom.3. Summæ Sabelli cap.3. n.68.*

Etenim quoad primam objecti partem, illa ceſſat, ex quo non quælibet

cauſa, & contractus onerofus operatur, ut non ſit locus detractioni legitimæ, vel dotis, ſed illa dumtaxat, quæ eſt merè onerofa, non quæ habet
24 lucrum admixtum, *Decian. reſp.1. n.73. & ſeq. lib.4. Hodiern. in l. hac adictali quaſt.39. num.18. Cod. de ſecund. nupt. Gratian. diſcept.247. num.16. Manſ. conſult.7. num.37. Boſſ. de dot. d. cap.14. ſub num.31. fol.554. Epiſc. Rocca d. diſput.14. num.23. Merlin. de legit. lib.2. tit.1. d. quaſt.19. num.14. Rot. Lucen. apud Palm. Nep. dec.149. num.9. Rot. coram Seraph. d. dec.416. num.12. repetita inter diverſ. dec.488. part.4.*

Unde cum onerofus ſimpliciter dici non poſſit titulus fideicommiſſi conventionalis, & reciproci, compenſatur quippe illo caſu onus reſtituendi impoſitum deſcendentibus unius lineæ cum ſpe retinendi omnia bona liberè, vel acquirendi illa alterius lineæ ob iſtius prædeficientiam, Et ſic ad ſummum hujuſmodi fideicommiſſum, ob
25 damni, & lucri incertitudinem, continebit cauſam mixtam, ut proſequuntur *Gabriel. d. conſ.136. num.46. & 47. lib.2. Deciani in ead. Cauſa reſp.1. num.73. & ſeqq. lib.4. Gratian. diſcept.247. num.26. Epiſc. Rocca d. diſput.14. num.23. 25. & 29. verſ. ſiquidem, Merlin. de legit. lib.2. tit.1. quaſt.19. num.11 & 14. De Luc. de dote diſc.145. num.14. Urceol. de tranſact. quaſt.87. num.16. verſ. & quatenus in alt. impreſſ.1701. Rot. coram Seraph. dict. dec 416. num.8. & ſeqq. & n.19.*

Hoc ſufficit ad hunc effectum, cum enim detractio dotis ex fideicommiſſo facienda, utpote innixa publicæ utilitati, ſit materia favorabilis, & benigna in-
26 terpretatione juvanda, ut pluribus congeſtis *Boſſ. de dot. cap.15. n.101. & ſub n.182. fol. mihi 591. & 616. Marta de ſucceſſ. legal. part.4. quaſt.21. art.10. num.5. Rot. noſtra inter deciſ. diverſor. recollect. per Palm. Nep. d. dec.221. n.18.* hunc mixtum induendo naturam ſimplicis aſſumere debebit naturam ejus,
27 quod eſt favorabilius, ut in iiſdem terminis tradunt *Gabriel d. conſ.136. num.46. & 47. lib.2. Deciani. dict. reſp.1. ſub num.73. lib.4. Epiſcop. Rocc. ſæpe laudata diſput 14. num.24. Gratian. d. diſcept.247. num.16. Merlin. de legit. lib.2. tit.1. d. quaſt.19. num.15. Hodiern. in d. l. hac adictali quaſt.39. num.20. Cod. de ſecund. Nupt. Manſ. d. conſult.7. n.37. & conſult.676. num.104. & ſub n.115. Boſſ. de dot. d. cap.14. ſub num.31. fol.554. Urceol. de tranſact. d. quaſt.87. num.16. verſic. & quatenus in impreſſ. anni 1701. Rot. Lucen. diverſor. recollect. per Palm. Nep. d. dec.149. num.9. & 10.*, ubi reprobat contrarios, *Rot. Rom. cor. Seraphin. dec.416. n.12. 25. & 26.*

Quo verò ad ſecundam objecti partem, illud tunc forſan procedere poſſet, quando bona remanere debuiſſent libera in linea Pauli; tunc enim ob acquiſitionem conſiderabilis partis bonorum recompenſata remaneret ceſſio: ſed quando ut in caſu præſenti, Paulus habebat prætenſiones ſuper notabili bonorum poſſeſſorum portione, cum in hæreditatibus paterna, & avitis conſtet ſolùm adfuiſſe fideicommiſſa ſucceſſionem tribuentia pro æquali omnibus fratribus, non autem primogenituras, illaque renunciaverit Mario pro acquirenda incerta, & omninò eventuali ſpe ſuccedendi in bonis ipſius, linea maſculina ejuſdem extincta, non in perpetuum, ſed durante linea maſculina Pauli, quæ fuit gravata reſtituere Friderico, & Henrico Sfortiæ communibus fratribus, illorumque in infinitum deſcendentibus: in his terminis cum non videatur verificabile, quod tantum
28 receperit Paulus, quantum dedit exclufa remanet cauſa onerofa, propter cujus verificationem requiritur, quod ſpes ſuccedendi à principio conſiderata tanti valeat, quanti id quod do-
29 natur *Menoch. conſ.691. num.3. & ſeqq.* & plures referens dicto *conſ.1016. n.15. 17. & 18. Gratian. diſcept.247. num.15. Merlin. de legit. lib.1. tit.1. dict. quaſt.18. num.5 & dicta quaſt.19. num.11.* & optimè *Urceol. de tranſact. d. quaſt.87. n.16. verſic. verum hæc opinio in ultima impreſſ. Genevæ anni 1701. Manſ. conſult.7. n.38. conſult.324. n.17. & 19. & conſult.676. num.99. & 108. Rot. Lucen. inter recollect. per Palm. Nep. dec 149. n.9.*

Debet enim ad excludendum titulum lucrativum tam ex parte dantis, quam recipientis ſervari omnimoda æqualitas, adeout quantum quiſque vel in re, vel in ſpe recepit, tantum tri-

tribuat, & ſi plus ſpei, vel rei recipiens
habeat, quam alteri dederit, in ex-
ceſſu, & in eo, quod plus res valet,
30 alienatio dici deberet lucrativa, *Man-
gil. de impet. d. quæſt.10.n.7. Roſ. de dot.
d. cap.14. ſub num.31. fol.534. Merlin. de
legit. lib.2. tit.2. quæſt.18. num.3. 10. &
11. & dicta quæſt.19. num.11. Rot. La-
cun. inter recollect. per Palm. Nep. dec.149.
num.6. & 7. Rot. cor. Seraph. d. dec.416.
n.10.11. & 30. & ſeqq.*

Et quatenus cauſa oneroſa conſide-
rari poſſit, etiam non obſtante gravami-
ne injuncto deſcendentibus Pauli
reſtituendi primogenituram extraneis
ſucceſſivè ſubſtitutis, quando annuus
redditus illius eſſet ita pinguis, ut
compenſaret eam partem bonorum,
31 quam Paulus donavit Mario ipſiuſque
deſcendentibus maſculis, ut ingenioſè
proſequitur *Urceol. de Tranſact. d. quæſt.
87. n.16. §. Verum hæc opinio verſic. ſi
tamen annuus fructus*; Deficit tamen
in præſenti ſufficiens documentum
32 compenſationis, & coæquationis hu-
juſmodi, cum enim valdè veriſimile
eſſet, quod ſucceſſio bonorum de
anno 1633. exiſtentium in familia
Sfortia ad Paulum pro æquali ſpecta-
ret cum Mario, portio à Paulo re-
nunciata, etſi longè minor portione
Marii, non remanebat ſufficienter
compenſata cum majori fructu portio-
nis Marii, temporaneo, & dependen-
te ab incerto, & omninò caſuali
eventu reſtitutionis faciendæ à deſ-
cendentibus Marii, & acquiſitionis
faciendæ à deſcendentibus Pauli; Ob
hanc enim prorſus incertam eventua-
litatem dici non poteſt deſcendentes
33 Pauli recepiſſe integrum pretium ejus,
quod dedit Paulus eorum aſcendens,
ut pluribus relatis *Manſ. conſult.676.
num.99. & 102. & ſeqq.*

Nam quamvis verum ſit etiam ea,
quæ ab incerto eventu dependent eſ-
34 ſe pretio æſtimabilia, *Merlin. de legit.
lib.2. tit.1. quæſt.1. ſub num.12. Manſ.
conſult.642. num.25. Rot. noſtra poſt
tom.3. Summ. Sabelli cap.1. num.150. &
ſeqq. & apud Manſ. conſult. 553. ſub
num.150. & ſeqq. in Florentina Nulli-
tatis venditionis 31. Auguſti 1708.
§. Nec ad tollendam, coram D. meo An-
dreuce Farſetti Lib. Mor.38. fol.486. Rot.
Rom. in Romana [illegible] 18. Junii 1706.
§. Quæ tamen reductio, cor. Illuſtriſs. D.
meo Scotto nunc Almæ Urbis Guberna-
tore*; Tamen, ultraquòd hoc ſolùm
intelligitur, quando adeſt ſpes fun-
35 data, & probabilis, ut latè explicat
Manſ. conſult.423. n.16. & ſeqq. Pluris
æſtimatur, & valet res etiam minimi
valoris, quæ de præſenti traditur,
quam alia conſiderabilis, & valoris
longè ſuperexcedentis, ſperata, &
omninò ab incerto eventu dependens,
36 ut plenè probat *Rot. noſtra dec.6. n.18.
& ſeq. inter novviter impreſſas, coram me*,
& quod ſpes illa incerta ex reciproca
donatione proveniens non ſit conſi-
37 derabilis, *Menoch. ſæpe cit. conſ.691. n.5.
& 6.* ubi alios adducit *Gratian. dict. diſ-
cept.247. ſub num.27. Graſſ. §. Legitima
quæſt.38. ſub num.19. Manſ. d. conſult.423.
ſub num.17. & ſeqq. Merlin. de legit. lib.2.
tit.1. quæſt.19. ſub n.15.*

Iſtaque omnia eò validiùs proce-
dunt, attento quòd hodie agitur cum
fœminis, quæ à primogenitura etiam
in maſculorum defectum fuerunt om-
ninò excluſæ, adeout ipſæ damnum
quidem ſenſerint à donatione anno
1633. facta per Paulum, & nullum
lucrum, nec commodum receperint
ex acquiſitione facta per maſculos li-
neæ Pauli vigore reciprocæ ad eorum
favorem purificatæ. Unde ipſarum
reſpectu portio bonorum à patre do-
nata, & reciproco fideicommiſſo ſub-
jecta, intelligitur alienata ex cauſa
merè voluntaria, & lucrativa, & ex-
cluditur conſideratio cauſæ oneroſæ,
& correſpectivæ, ad quem effectum
conſiderandum eſſe lucrum, & utilita-
38 tem in ipſa fœmina, *Gabriel. conſ.136.
num.15. & ſeq. lib.2.* & pluribus addu-
ctis egregiè præcæteris explicat *Urceol.
de tranſact. ſæpe cit. quæſt.87. ſub n.16.
verſ. quartus, & ultimus caſus in ultima
impreſſione anni 1701.* quæ eſt additio
non appoſita in præcedentibus impreſ-
ſionibus, *Manſ. conſult.676. num.100.
verſ. qua ratio, & ſub n.111.*

Quibus accedit, quod ſi aliquo
modo correſpectivitas, & onus in hac
donatione conſiderari poſſet, illa ad
ſummum reſpiceret Paulum, & Ma-
rium, non deſcendentes. Cum enim
primogenitura, de qua agitur, dum

contineat diverſas donationes, unam
quæ à quolibet ex dictis fratribus fit
39 propriis deſcendentibus, & alteram,
qua unus frater donat alteri, ejuſque
lineæ, & deſcendentibus maſculinis in
infinitum, ut in ſpecie conſiderat
*Gabriel. conſ.136. num.43. lib.2. Menoch.
conſ.1126. num.31. Epiſcop. Rocca diſp.14.
num.30. Merlin. de legit. lib.2. tit.1.
quæſt.19. ſub num.13. verſ. præponoque,
& n.14. De Luc. de dot. d.diſcurſ.145. n.14.
Rot. coram Seraph. deciſ.416. num.18.*
Hinc reſpectu propriorum deſcenden-
tium vocatorum, atque in ea parte
diſpoſitionis, in qua quilibet frater
vocat ſuos deſcendentes, contractus
eſt merè lucrativus, & ſimplicem con-
tinet cauſam liberalitatis, quoniam
inter eos, & proprium aſcendentem
40 nulla intervenit mutua donatio, ſed
ex mera ejus liberalitate vocantur,
ut explicat *Gabriel. d. conſ.136. n.43.
lib.2. Menoch. dict. conſ.1126. num.31.
Epiſcop. Rocca dict. diſput. 14. num.32. &
ſeqq. Merlin. de legit. lib.2. tit.1. dict.
quæſt.19. ſub num.11. De Luc. de dot. diſ-
curſ.43. num.8. & diſc. 145. num.14.
verſ. in illis verò contractibus*, ubi quod
deſcendentes cujuslibet lineæ habent
bona proprii ſtipitis ex cauſa lucrati-
va, *Rot. noſtra inter deciſ. Lucenſ. di-
verſ. recollect. per Palm. Nep. dec.158.
num.16. §. Neque ad deſtruendum, Rot.
Rom. coram Seraphin. dec.416. num.18.,
& ſub num.20. repetita inter deciſ. divers.
448. part.1.* Ex cauſa enim, & titulo
merè lucrativo ſemper acquiſitum di-
ci debet, quando ex parte acqui-
41 rentis rem nihil datur ad utilitatem
dantis, & quando accipiens nihil de
ſuo contribuit, ut tradunt *Menoch.
conſ.1126. num.21. & ſeqq.* ubi multipli-
citer exemplificat *Merlin. de legit. lib.2.
tit.1. quæſt.18. num.2. Mangil. de imput.
quæſt.10. num.6. & ſeqq. Manſ. conſult.
314. num.18. & 19. Rot. cor. Seraphin. d.
dec.416. ſub num.21.*

Nullaque adeſt implicantia, ut unus
contractus in uno caſu, atque ejus
initio inſpecto ſit onoroſus, in altero
verò caſu, & in progreſſu, inſpecto-
42 que eventu ſit lucrativus, ut ponde-
rat *Bertrand. in l. hac edictali num.30.
C. de ſecund. nupt. Hodiern. in eadem l.
hac edictali quæſt.39. num.18. & ſeqq.
Bald. conſ.401. in princip. lib.1. Palm.
Nep. alleg.156. num.9. De Luc. de dot. d.
diſcurſ.145. num.14. verſ. in illis verò
contractibus, Rot. coram Seraph. dict. de-
ciſ.416. n.24.*

Proindeque in donatione, & fidei-
commiſſo reciproco, in quo legitima
prohibita eſt, quamvis conventio à
43 principio ſpeciem oneris habeat, effe-
ctu tamen, & eventu inſpecto, quo
per purificationem conditionis acqui-
ritur portio alterius, lucrum contine-
re dicitur *Rot. cor. Seraph. cit. dec.416.
ſub num.23.* Ideoque in pacto de lucran-
da dote, quod in ſui principio oneroſum
eſt, & nihilominus per prædeceſ-
ſum uxoris ſecuto effectu acquiſitionis,
merè lucrativum cenſetur, ut poſt
*Bald. firmat Caſtrenſ. in l.1. C. de muſ.
donat. Menoch. d. conſ.1126. num.15.
verſ. dotis lucrum, Hodiern. in dicta l.
44 hac edictali quæſt.39. num.19. Mangil. de
imput. d. quæſt.10. num.9. & 33. Baſſ. de
dot. cap.14. ſub num.31. fol.354. Rot. cor.
Seraph. cit. dec.416. num.10. & ſub n.23.*,
& in donatione intuitu matrimonii, &
futuræ prolis, quæ etſi principium
habeat oneroſum, correſpectivum, &
45 ultro citroque obligatorium, attamen
reſpectu filiorum, aliorumque deſcen-
dentium ad ipſam vocatorum, qui ſunt
in mero lucro, dicitur continere cau-
ſam liberalitatis, *Ludovic. Bell. conſ.198.
ſub num.10. verſ. nec obſtat, & num.21.*,
& ob id diſpoſitioni *Auth. res quæ* hu-
juſmodi contractus ſubjecti remanent,
46 ut cæteri relicti de donatione intuitu
matrimonii, & futuræ prolis *Ludovic.
Bell. dict. conſ.198. ſub num.10. verſ. nec
obſtat, & n.21. Sperell. d. dec.165. n.33.*,
& in terminis donationis oneroſæ, &
reciprocæ, in qua legitima prohibita
eſt, & conventionis de lucranda dote
firmant *Menoch. Hodiern. & Rot. coram
Seraph. locis mox indicatis, & in Romana
Immiſſionis 7. Maji 1706. §. Abſque eo
quòd, & ſeq. cor. bon. mem. Caſſarellio.*

Et quamvis plures ex ſupradictis
authoritatibus, & ex aliis inferius alle-
gandis loquantur in terminis legitimæ
detrahendæ ex fideicommiſſo conven-
tionali reciproco, optimè applicantur
47 detractioni dotis faciendæ ex eodem
fideicommiſſo reciproco, & in contra-
ctu ordinato, cum ad hunc effectum

dos,

dos, & legitima æquiparentur, & in utraque diſpoſitio *Auth. res quæ pari*-formiter militet, ut benè in individuo proſequitur *Sperell. dec.163. n.21. in fin. Rot. in rec. dec.128. n.4. & n.10. & 11. part.5.*, quam deciſionem refert, & ſequitur *Rub. de valid. legal. dict. cap.69. num.149. & 150.* & generaliter quod dos, & legitima æquiparentur, & ab una ad aliam valeat argumentum, *Decian. conſ.34. num.11. lib.1. Rogan. conſ.9.*
48 *n.19. & conſ.14. n.9. lib.1. Vegg. conſ.72. n.8. Menoch. conſ.106. n.89. & conſ.133. num.14. & de arbitr. caſ.149. n.9. Cald. in l. ſi curatorem verbo ſine curatore numer.96. C. de integ. reſtit. Faſar. de ſubſtitut. quæſt.196. num.68. Barboſ. argument. jur. loc.39. num.4. & loc.61. nu.3. Rot. cor. Gregor. deciſ.489. num.17. & in recent. deciſ.666. num.7. par.18.*, quinimò dotes in multis caſibus eſſe magis
49 privilegiatas, & majoribus potiri prærogativis, quàm legitimam, ex pluribus probat *Rot. noſtra apud Urceol. deciſ.30. ſub num.25. circa med. verſ. ſed nec etiam comparatio, quam ille facit*, & in alia deciſione impreſſa apud *Palm. Neap. allegat.399. num.49. & 50. & apud Torr. var. jur. quæſt. tom.1. tit.2. dec.30. ſub n.40. & 41. fol.436.*

His igitur ita ſe habentibus, ex hujuſmodi primogenitura detrahendæ erunt dotes, non obſtante quòd illa fuerit in contractu ordinata: ceſſante enim onerofitate cauſæ, fideicommiſſum, ſive in ultima voluntate, ſive in
50 contractu ordinatum ſit, ſemper eſt ſubjectum detractioni dotium, ut de fideicomiſſo, & primogenitura in contractu firmant Authoritates ſupra citatæ num.20., quibus addimus *Roſſ. guel. de dot. tom.1. contract.16. diſquiſ.3. §.12. num.3.* Idque, quamvis in contractu expreſſa prohibitio alienandi etiam ex cauſa dotis facta ſit, ut in
51 ſpecie tradunt *Grat. d. obſervat.89. numer.6., Marcian. tit. diſput.94. n.10. 11. & 12. Ludovic. Bellas d. conſ.198. n.11. Roſſ. de dot. d. cap.13. ex num.180. fol. 615. Sperell. dicta deciſ.165. nu.30. Rot. coram Coccin. deciſ.1335. num.1. & 2.*, ubi plures refert, & planè *in d. Romana Cambii ſcutorum 1000. 2. Aprilis 1696. §. Secundo nec urget, coram b. m. R. P. D. meo Mato.*

Indubitantius reſpectu valoris bonorum tam quæ ad Paulum ſpectare potuiſſent de tempore renunciationis, quam aliorum, quæ adipſum ſpectaſ-
52 ſent in incertiſſimo caſu deficientiæ lineæ Marii in præmium præventivæ renunciationis, & fruitionis permiſſæ deſcendentibus Pauli, Pater enim non poteſt ſupponere bona reciproco fideicommiſſo ad favorem fratrum, ſive deſcendentium ex eis in præjudicium dotis debitæ filiabus fœminæ, quæ ſemper poſſunt detrahere dotem
53 ex portione proprii parentis, ut benè conſiderat *Epiſc. Ricc. ſæpe cit. diſp.14. num.29. verſ. advertendo potiſſimum, De Luc. de dot. d. diſcurſ.145. numer.14. Rot. in rec. d. dec.128. numer.2. & ſeqq. par.5.*

Minimè refragante, quod ſine dicta prohibitione Marius non contraxiſſet, nec in omnibus bonis ab ipſo poſſeſſis Paulo pro ſe, ſuiſque deſcendentibus jus ſucceſſionis conceſſiſſet, vel ſaltem non eo pretio, & ceſſione, quam à Paulo recepit, contentus fuiſſet. Primogenitura enim hæc, favore agnationis, & pro magis ſplendida, & honorifica familiæ conſervatione condita fuit, & in integra, ac non diminuta, volita ob id bonorum conſervatio, ac proinde, cum conventio individuitatis bonorum, illorumque alienationis prohibitio etiam ex cauſa dotis ſit pars pretii,
54 & reſpiciat favorem tertii, qui alias non contraxiſſet, non poſſit illi derogari abſque utriuſque contrahentium voluntate, *Rot. noſtra in d. Florentina de Orlandinis 9. Auguſti 1593. §. Pariter Lib. Mot.73. fol 147.*, & quod ſtante prohibitione detractionis dotis viciſſim à contrahentibus facta diſpoſitioni
55 *Auth. res quæ* locum eſſe non poſſit *Surdus* (?) *de ſubſt. tit. 3. quæſt. 73. nu.313. & ſeqq. fol. mihi 202. Tiraquell. de primogenit. quæſt.61. num.9. Peter de fideicom. quæſt.8. num.440. & ſeqq. Vemens* (?) *deciſ.18. num.9. Rot. coram Seraph. deciſ.374. ſub n.2. & 3. & dec.447. n.1. & 10.*

Quoniam, aut bona proveniunt ab eo, qui prohibitionem appoſuit, & ad eum ſpectat, itaque caſu ſicut ille poterat bona non tradere, ita poteſt

traſit ea cum vinculo, & onere non
56 dotandi fœminas recipientis concede-
re, ut loquendo de deſcendentibus
donatarii, qui ſit extraneus donantis,
*De Luc. de dot. diſc.145. n.14. verſ. in
contractibus*, & exemplificando in feu-
do *Mantic. de Tacit. lib.12. tit.22. ſub
num.10. in fin. Beff. de Dot. cap.13. nu-
mer.14. poſt medium verſic., ac plane
Dominus fol.517. Rot. noſtra poſt tom.2.
Summa Sabell. cap.7. art.2. num.31. fol.
mihi 104. in impreſ. Veneto anni 1697.*,
aut bona, ſuper quibus adjecta fuit
prohibitio detractionis dotis, prove-
niant ab aſcendente ſimul, & colla-
terali, ſeu extraneo, & tunc recur-
57 rit reſponſio, quod oppoſitio poſſet
vim habere, quando verſamur in con-
tractu oneroſo, & correſpectivo, in
quo collateralis, vel extraneus quan-
tum recepit, tantum dedit, non quan-
do ſumus in contractu lucrativo, vel
mixto, ut in puncto fideicommiſſi or-
dinati in contractu reſpondendo Au-
58 ctoritatibus in objecto relatis *De Luc.
de dot. d.diſcur.45.nu.7., & d.diſcur.145.
num.13. & 14.*, ubi quod à bonis pro-
prii ſtipitis dos ſemper detrahi poterit,
59 egregiè *Beff. de dot. cit. cap.15. n.180.
& ſeqq.*, ubi plures cumulat *fol.615.
Sperell. cit. dec.165. num.20. & ſeqq. &
num.25. & ſeqq. Rot. in d. Romana Cam-
bii ſententiam 2000. 2. Aprilis 1696. §.
Secundo, nec regis coram b. m. Muto*, &
in terminis legitimæ, quòd à fideicom-
miſſo conventionali reciproco inter
plures fratres ordinato detrahi poſſit,
60 *Gratian. diſcept.147. nu.24. & ſeqq. An-
dreol. controv. 286. num.33. & 39. Epiſc.
Rocc. dicta diſput.14. nu.21. & ſeqq. Mer-
lin. de legit. lib.2. tit.2. quæſt.19. nu.13.
De Luc. de legit. diſcur.9. num.2. Urceol.
de tranſact. dict. quæſt.87. num.16. Rot.
cor. Seraph. ſæpe cit. dec.416. n.12* con-
firmata à Congregatione particulari
à Sanctiſſimo deputata *in Romana Pri-
mogenituræ Julii Cæſaris de Columna*;
ſuper eodem fideicommiſſo edita 21.
*Martii 1712. §.Quo vero ad legitimam,
coram Illuſtriſſ. Dom. meo Aldovrando*,
*eadem Rot. in Romana Immiſſionis 7. Maji
1706. §. Abſque eo quod coram b. m. Caſ-
ſarello*.

Maximè, quia ob extinctionem li-
neæ deſcendentium Ducis Marii, &
propter reſtitutionem ab iis jam fa-
ctam deſcendentibus Pauli, omnino
prorſus Ducis Marii intereſſe, & om-
nis pariter ejus deſcendentium favor
ceſſavit. Quamobrem, cum unicum
in præſens Pauli intereſſe, atque uni-
cus ejus deſcendentium favor ſuperſit,
nihil omnino cauſæ eſt, cur il onere
dotandi fœminas ab eodem Paulo deſ-
cendentes ex remedio *Auth. res quæ*,
61 ſeſe eximere poſſint, ut diſtinguendo
inter prohibitionem alienationis ex
cauſa dotis percutientem favorem
concedentis, & prohibitionem reſpi-
cientem ſolum favorem recipientis, in
ſpecie *Card. De Luc. de dot. d.diſcur.145.
ſub num.13. §. Si verò contractus eſt in-
ter extraneos*, ubi loquitur de contra-
ctibus merè oneroſis, & quòd dona-
tio reſpiciens ſolùm intereſſe Donata-
62 rii dicatur ſimplex, non autem onero-
ſa, & ob cauſam, firmant plures re-
lati per *Michaelor. de fratrib. par.1. cap.
20. n.17*.

Et licet in præſens ceſſaſſe non vi-
deatur intereſſe Ducis Marii, quod in
favore familiæ, atque agnationis ejuſ-
que dignitate conſervanda conſiſtit;
tamen, ultra quòd ex prohibitione
alienationis ob cauſam dotis facta à
fratribus in contractu inter ipſos ini-
to pro conſervandis bonis in agnatio-
63 ne, & familia detractio dotis impedi-
ta non remanet, in ſpecie *Mart. de
ſucceſſ. legal. par.4. d. quæſt.21. art.10.
n.61*.

Cum omnes deſcendentes Friderici
ſenioris, & Henrici Sfortiæ fratrum
Ducis Marii defecerint, ſolumque ſu-
perſint deſcendentes Ducis Friderici
Junioris pendente lite defuncti, in
quibus ceſſare finem à Mario volitum
latè probarunt defenſores Dominæ
Ducisſæ Dorotheæ, & Eleonoræ; In
his terminis ceſſat etiam Marii inte-
reſſe, & remanet ſolùm intereſſe Pau-
64 li non ſufficiens ad privandas fœminas
detractione dotis eis à lege permiſſa,
ut mox probatum eſt *num.61. & 62.*
& quod ceſſante ratione, & cauſa
motiva, ceſſat etiam juris diſpoſitio
65 in ſubjecta materia *Auth. res quæ*,
firmat *Rot. in dicta Romana Dotis de Sab.
vatiis 22. Januarii 1703. §. Et licet cor.
R. P. D. meo Anſaldo*.

Com-

Comprobantur hæc omnia inſpectis rationibus, quibus innixa eſt præfatæ *Auth. res quæ* diſpoſitio. Duæ enim, quæ pro magis principalibus in hac materia reputantur, conſiſtunt, vel in legali neceſſitate, qua Teſtator, ſi viveret, teneretur ad fœminarum deſcendentium dotationem, poſt ipſius mortem in ejus bona transfuſa, quam conſiderant, & tanquam veriorem, & ma- 66 gis communiter receptam extollunt *Menoch. de arbit. caſ. 182. nu. 66. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 189. nu. 5. 24. & 103. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 531. n. 148. Peregr. de fideicom. art. 42. nu. 7. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 1. part. 2. num. 2. in fin. De Luc. de dot. diſcur. 37. ſub nu. 10. verſic. tertia demum*, ubi alias rationes reprobat, *& diſcur. 38. num. 5. & ſeqq. & n. 9.* ubi pariter reprobat alias rationes, *Baſſ. de dot. cap. 15. num. 100. Rub. de valid. legal. cap. 69. ſub num. 90. Epiſc. Rocc. diſput. 21. nu. 10.*, ubi plures concordantes, *Rot. noſtra inter deciſ. diverſ. recollect. per Palm. Nep. dec. 221. num. 10. & apud Baldacc. deciſ. & rer. judic. tit. 4. de dot. deciſ. 13. num. 9.*, *& poſt tom. 2. Summ. Sabell. cap. 7. art. 3. num. 31. fol. mihi 104. in Veneta impreſſ. anni 1697.*, *& apud Urceol. dec. 20. numer. 25. verſ. eſt enim non voluntas fideicommittentis, & dec. 51. num. 97. inter ſuperius impreſſas*, *Rot. Rom. poſt De Luc. de dot. dec. 52. n. 10. in rec. dec. 199. num. 10. & 11. par. 8. & in dicta Romana Pecuniaria 31. Januarii 1707. §. Contravertere, coram Reverendiſſ. D. meo Molines*.

Vel in favore publicæ utilitatis, ad conſulendum nempè mulierum honeſtati, utque matrimonia facilius contrahantur, & Urbes Civibus repleantur, 67 ut colligi videtur ex verbis ejuſdem *Auth.*, & ſcribunt *Roman. conſ. 54. nu. 26. lib. 1. Palm. Ne[illegible]lleg. 210. nu. 8. & 9. Baſſ. de dot. d. c[illegible] 15. num. 102.*, *& ſub num. 182. fol. 59[illegible] 616.*, *Rub. de validit. legal. cap. 62[illegible]68. & d. cap. 69. num. 85. & ſeqq. &[illegible]n. 90. & ſeqq. Rot. in rec. dec. 16. num. 8. part. 4. tom. 1.*, *dec. 128. num. 5. par. 5. dec. 312. num. 4. & 5. par. 6. & coram Bich. dec. 572. n. 10.*, *& poſt De Luc. de dot. d. dec. 52. num. 11. repetita coram Rojas deciſ. 495. pariter num. 11.*, impreſſionis Romanæ anni 1679., quæ deciſio prætermiſſa fuerat in priori impreſſione facta Lugduni anno 1661. deciſionum ejuſdem Rojas, *& in dicta Romana Cambii ſcutorum 2000. 1. Aprilis 1696. §. Secunda non urgit, coram bo. mem. R. P. D. meo Muto*.

Dictarumque rationum ſive prima, ſive ſecunda conſideretur, ſemper apparebit ad impediendam diſpoſitionem *Auth. res quæ*, non obſtare prohibitionem detractionis dotis in contractu factam. Si enim prima reſpiciatur, quæ magis recepta videtur, cum legalis neceſſitas conſtituendi dotes filiabus, & deſcendentibus fœminis, qua adſtringitur fideicommittens, ab ipſo inſtanti conditi fideicommiſſi ſuum 68 deſumat initium, ut ex pluribus probat dicta noſtra *dec. 52. num. 26. & 27.* Quemadmodum, qui pro conſtitutione, vel reſtitutione dotis bona ſua obligaſſet, ſuam obligationem impugnare, & facto ſuo ei contravenire, & derogare non poſſet; Ita, qui bona fideicommiſſo ſubjecit, ea ab onere fœminas dotandi, quod lex iis im- 69 ponit, eximere contrario pacto non poterit, ut in puncto fideicommiſſi conventionalis in contractu ordinati, *Odd. de fideicomm. d. quæſt. 38. num. 60.*, & egregiè proſequitur *Sperell. dicta deciſ. 165. n. 24. & 25.*

Si verò ad aliam rationem reflexio habeatur, idem ſequi debet effectus; publica enim utilitas privatæ, anteponenda eſt, & privilegium favore publico à lege introductum privatorum pactis, & conventionibus contrariis, tolli, & abrogari non eſt permiſſum, ut in propriis terminis fideicommiſſi 70 in contractu conditi, obſervat *Rot. d. dec. 128. n. 7. par. 5. rec.*

Quòd ſi aliàs diceretur, eſſet aperta via fraudibus, quia pater, vel alius aſcendens cupiens impedire filiæ, vel deſcendenti detractionem dotis ex bonis fideicommiſſo ſubjectis, & ſciens id ſibi à lege non permitti, quamvis talem fuiſſe voluntatem ſuam expreſsè in Teſtamento dixerit, ut unani- 71 miter firmant *Peregrin. de fideicom. art. 42. nu. 6. & ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 531. num. 71. De Luc. de dot. diſ. 145. numer. 18. Sperell. dec. 165. num. 25. & ſeq.*

Muto.

Mart. Med. extem.3. num.96. Surd. de-
ciſ.62. num.11. ubi quòd ita Senatus
decidit, eo tunc abſente, & Florentiæ
pro negocijs Sereniſſimi Ducis Mantuæ
degente, *Intriglial. dec.4. num.40. Rot.*
noſtra inter deciſ. Lucæ diverſ. recollect.
per Palm. Nep. dec.163. num.152., &
in alia dec. impreſſa apud Baldaſſ. deciſ.
& rer. judicat. tit.4. de dot. d. deciſ.13.
num.14., & apud Accariſ. dec.95. n.32.
Rot. Rom. in rec. dict. deciſ 128. numer.6.
par.3. poſt De Luc. in conſilct. legal. in
Montiſſ. dec.30. num.4. poſſet, modica,
vel ſimulata compenſatione recepta,
contractum inire cum fratre, vel alia
perſona etiam extranea, detractionem
dotis propriis deſcendentibus pariter
72 prohibere ſatagente, & cum ea de
mutua, & reciproca ſucceſſione con-
venire, interdicendo fœminis utriuſque
lineæ dotis conſecutionem, ſuper bo-
nis in viciſſitudinario gravamine com-
prehenſis, & ſic deſcendentes privatæ
remanerent beneficio *Auth. res quæ*,
73 & per indirectum aſcendentibus con-
cederetur id, quod directè permiſſum
non eſt, quòd fieri non debet.

Eadem enim facilitate, qua fiunt
fideicommiſſa reciproca in ultimis
voluntatibus, ordinari etiam poſ-
ſunt in contractibus, cum in utro-
que ex dictis actibus æquè benè fiant,
74 & valida ſint plenè *Epiſc. Rocca d. diſ-*
put.14. n.3. & ſeqq. ubi innumeros con-
gerit, & reprobat contrarios, *& n.26.*
Odd. de fideic. quæſt 38. num.39. Senat.
Pedemont. apud Oſasb. dec.85. num.6. &
ſeqq. Senat Mantuan. apud Surd. dec.244.
num.6. Sperell. dec 163. ſub num.30. Ma-
gna Curia Regni Siciliæ apud Maſtrill.
dec.190. n.9. apud Milanen. dec.8. n.385.
lib.1. & apud Giurb. dec.108. num.16.
Conſil. Neapol. apud Capyc. Latr. deciſ.1.
num.2. & ſeqq. ubique Manfredi. num.1. &
apud Sanfelic. dec.202. num.3. Rot. noſtra
apud Magon. dec. Flor.71. num.6. & apud
8 *Congruitas dotis detrahendæ ex fideicommiſſo, non eſt regulanda à dotibus ex bonis liberis aſſignatis aliis fœminis, ſed limites puræ neceſſitatis excedere non debet.*

9 *Contra, ſi fideicommittens præceperit fœminis congruam dotem præſtari, quæ talis dici non poteſt, ubi eſt minor quantitate tradita aliis mulieribus de familia.*

10 *Totum fideicommiſſum interverti poteſt, ſi totum pro dote congrua eſt neceſſarium.*

Maximè, ſi gravatus ultra filiam dotandam, alias non habeat, nam tunc poteſt pinguiorem dotem conſtituere, & eò faciliùs totum fideicommiſſum diſtrahere, n. 12.

11 *Sed hoc intellige, quoad portionem conſtituentis, vel reſtituentis dotem, non quoad portionem cohæredis.*

13 *Bona fideicommiſſo ſubjecta, tam pro conſtitutione, quàm pro reſtitutione dotis, alienari poſſunt.*

14 *Sed talis alienatio locum habet ſolùm pro dote, quæ effectivè probatur ſoluta.*

Adeout nec attendatur confeſſio facta à marito, ibid.

Niſi ſit ſufficienter adminiculata, quia tunc probaret, n. 15.

16 *Dotis ſolutio probatur ex effectuum dotalium alienationibus, factis ab utroque conjuge, vel à muliere cum conſenſu Viri.*

Nam nemo alienat, quod antea non habuit, ibid.

17 *Pretium ex re dotali retractum, & utrique conjugi ſolutum, totum ad virum perveniſſe præſumitur, adeout integrum uxori reſtituendum ſit, niſi doceatur in iſtius utilitatem verſum fuiſſe.*

18 *Nec ſtatur confeſſioni mulieris, quòd pecunia, vel bona ad eam pervenerint, & in illius utilitatem converſa fuerint.*

19 *Etiamſi talis confeſſio eſſet juramento firmata.*

20 *Contraria authoritates declarantur procedere, quando confeſſio mulieris eſſet facta cum debitis ſolemnitatibus, vel in judicio, vel quando eſſet ſufficienter adminiculata, vel quando mulier ſola etiam cum conſenſu viri alienavit, ſola ſe obligavit, & pretium recepit.*

21 *Mulier conſentiens alienationi bonorum dotalium, vel liberorum amittit jus agendi contra bona fideicommiſſi pro ſuarum dotium reſtitutione.*

22 *Sed hoc procedit, quatenus probetur in muliere ſcientia fideicommiſſi, & quòd iſtud abſorbebat omnia bona mariti.*

23 *Aliàs ignorantia in ea præſumitur,* quæ

quæ ſtante, nulla poteſt mulieri culpa imputari, nec privanda eſt privilegio conſequendi dotem, ex bonis fideicommiſſi.

Maximè, ſi agatur de fideicommiſſis familiæ Magnatum antiquiſſimæ, quia tunc eò faciliùs eorum ignorantia præſumitur, ibid.

24 *Uxor hæres mariti, debet reddere rationem de omnibus ad ejus manus pervenitis, eaque imputare in ſuum creditum dotis.*

25 *Prout filia habens apud ſe bona libera, non poteſt pro rata valoris illorum, petere dotem ex bonis fideicommiſſi.*

26 *Dotis ſolutio retardari non debet ob debitum mobilium incertum, nec juſtificatum.*

27 *Privilegium* Auth. res quæ, *locum habet etiam pro antephato.*

28 *Veſtes lugubres ex communi conſuetudine viduæ debentur.*

Præſertim ex conſuetudine Civitatis Neapolis, n.33. & n.40.

Et prætendens talem conſuetudinem in loco non adeſſe, id probare debet, numer.35.

29 *Amplia, ut veſtes prædictæ non reſtituantur, etiamſi mulier tranſierit ad ſecundas nuptias, poſt annum luctus.*

Et de veritate hujus ampliationis remiſſivè n.30. 31. & 47.

32 *Amplia ſecundò, ut ſi hæredes viri has veſtes dederint caſu, quo non tenebantur, illas donaſſe præſumantur.*

33 *Amplia tertiò, ut ea debeantur, etiamſi uxor non dediſſet dotem.*

36 *Amplia quartò, ut ſi uxor mortuo viro veſtes de proprio ſibi feciſſet, expenſas pro iis factas repetere poſſit.*

37 *Nec pro iis repetendis neceſſe eſt probare ſe vidualem habitum detuliſſe.*

38 *Veſtium lugubrium appellatione veniunt, nedum veſtimenta viduis pro ſua dignitate debita, tam æſtiva, quàm hyemalia.*

39 *Amplia quintò, ut debeantur, etiamſi pretioſa ſint.*

Et tam pro earum perſona, quam pro tota familia, & famulis magnorum Dominorum, n.42.

Sed etiam lectus vidualis, n.43.

Et panni lugubres pro parandis manſionibus, n.46.

Nec non biga, ſeu rheda, ſi in vita mariti vidua erat ſolita illa uti n.47.

40 *Debent ea de novo fieri, nec reſtituuntur hæredibus viri, etiamſi ſint pretioſa*, & n.41.

44 *Limita, ut tales veſtes non debeantur, ſi maritus deceſſit decoctus.*

48 *Tam pro hujuſmodi veſtibus, & credito ex earum cauſa contracto, quam pro antephato, competit creditori retentio mobilium hæreditariorum.*

49 *Mobilia, & graſcia in hæreditate reperta cenſentur conſumpta pro funerum expenſis.*

50 *Pro veſtibus lugubribus ſolent in Civitate Neapolis taxari ducat.* 1500.

51 *Et pro his in ſubſidium competit detractio ex bonis fideicommiſſo, vel primogenituræ ſubjectis.*

DECISIO LV.

Vindicato ex dictis in præcedentibus deciſionibus credito dotium Dominæ Duciſſæ Dorotheæ, & Eleonoræ, recurrebant Scribentes pro D. Duce Sfortia, ad illarum quantitatem, aſſerentes quoad dotem Duciſſæ Eleonoræ, eſſe exceſſivam, & conſequenter pro quantitate illius con-
1 gruitatem excedente, non eſſe locum ſubſidiario remedio *Auth. res quæ*, *Gabriel. conſ.111. num.2. lib.2. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.531. num.160. & n.163. & ſeqq. De Luc. de feud. diſc.78. ſub num.23., de dot. diſcur.43. num.4., diſcurſ.145. num.88. & ſeqq.* ubi plures alios citat, *& in Summ. num.137. Mareſcott. var. lib 2. cap.69. num.26. & ſeqq. Antonel. de loc. legal. lib.2. cap.9. num.192. Tonagl. de Sac. Rot. Audit. cap.14. ſub num.16. Roſignol. de dot. tom.1. contract.16. prænot.23. num.48., & diſquiſ.2. §.7. num.5. Rub. de Validit. legal. cap.70. num.337. Calder. reſol.59. num.33.,* ubi plurimos alios refert *Balduc. deciſ. & rer. judic. tit.4. de dot. dec.13. ſub num.4. Rot. noſtra inter dec. diverſ. recollect. per Palm. Nep. dec.221. n.20. Rot. Rom. cor. Dunoz. jun. dec.891. num.7. & 8. & in Bononien. Fideicommiſſi de Bovi 1691. cor. Molines*

re-

regiſtrata apud Bertach. not.60. numer.9.

Verùm, objectum hujuſmodi pariter DD. inſubſiſtens viſum fuit, pro parte enim Ducis ad fideicommiſſum vocati, doctum non fuit de hac exceſſivitate, quæ regulariter non præſumitur,
2 ſed ab allegante eſt plenè, & concludenter probanda, ut in ſpecie dotis *De Luc. de dot. d. diſcur.145. num.89.*, ubi concordantes, *Epiſc. Racc. diſput.21. num.18. Rot. Senen. dec.24. n.19. & 20. inter novitèr impreſſas, coram me*, ubi cæteri referuntur, *Rot. noſtra inter deciſ. Lucen. diverſ. d. deciſ.221. numer.1. Rot. Rom. coram Priol. dec.424. num.1. Anſald. deciſ.94. num.17. & 28. repetita apud Palm. Nep. deciſ.195. num.12. in rec. dec.260. num.23 par.15.*

Imò in contrarium urgent præ-
3 ſumptiones pro illius congruitate, & ſignanter illa deſumpta ex judicio paterno, cui in hac materia valdè tribuendum eſſe, rectiſſimè jura cenſue-
4 runt, *Palm. Nep. alleg. 126. num.19. Menoch. de Arbitr. caſ.149. n.5. bo. me.* Concivis meus *Herronius Maſſen. in ſua deciſ. Rot. Januen. impreſſ. apud Baldasc. deciſ. & rer. judicat. tit.4. deciſ.29. n.32. Rot. Senen. d. dec.24. num.13. coram me*, ubi plurimi adducuntur, *Rot. Rom. cor. Anſald. d. dec.94. num.11. 24. & 27. repetit. apud Palm. Nep. d. dec.195. num.7. in rec. deciſ.213. n.1. par.11. deciſ.236. num.11. deciſ.541. n.10. par.18. & poſt Torr. de Pact. fut. ſucceſſ. dec.152. n.14. poſt De Luc. de teſtam. deciſ.20. la prima num.13. & 19. & apud Baldasc. deciſ. & rer. judicat. tit.3. dec.51. num.12.*

Nec non alia deprompta ex ſolito utriuſque familiæ, & patriæ tam Ma-
5 riti, quàm Uxoris, dum inter cætera, Ducilla Conſtantia Soror Ducis Marii Sfortiæ, nupta fuit cum dote ſcutor. 35. m., Renata dicti Marii Uxor dedit eidem dotem ultra ſummam ſcut. 50. m., ut in *dec.76. la ſeconda in princ. & num.3. poſt Conſtant. ad Stat. Urb.* Ea verò, qua nupſit Catharina Soror Ducis Franciſci cum Duce Salviato, ſuperavit ſummam ſcutorum 26. m., ut in *Romana Dotis de Salviatis, cor. Emerix jun. inter ſuas dec.1291. in princ. & ſub num.10.* Conſuetudo autem, & ſolitum conſtituendi ſimiles dotes in fa-
6 milia, omnem exceſſus dotis ſuſpicionem avertit, *Mareſcott. var. lib.1. d. cap.69. num.18. Pacion. alleg 26. num.9. & 10. Rub. de Valdesi. Legal. cap.61. n.14. Palm. Nep. alleg.25. num.12. Gabriel de Succeſſ. obſ.44. num.36. & 41. Caſtald. conſult.86. num.16. Baſſ. de dot. cap.15. num.17. fol.318. Tanaglia de Suc. Rot. Aud. d. cap.14. num.17. Farſar. de Subſtit. d. quæſt.531. num.166. Rot. noſtra inter deciſ. Lucen. diverſ. recollect. per Palm. Nep. d. dec.221. n.23. Rot Rom. coram Emerix Jun. deciſ.532. num.3. dec.882. num.24. deciſ.1034. n.1. & ſeqq. & dec 1097. n.12. in rec. deciſ. 18. n.17. & dec.88. n.6. par.5. deciſ.245. n.31. par.8. dec.48. num.28. par.12. inter recollect. per Palm. Nep. deciſ. 72. num.3. & ſeqq. dec.73. num.1. deciſ.291. num.15. & dec.194. num.7. poſt De Luc. de Teſtam. d. dec.20. la prima num.15. & 16., & apud Baldasc. deciſ. & rer. judic. tit.3. dec.51. n.19.*

Maximè, quia Ducillæ Catharinæ, quæ ex dictis mulieribus fuit ultimo loco dotata, promiſſa fuit dos de anno 1663., & illa, de qua agitur, fuit promiſſa de anno 1706., in qua longa temporis intercapedine, ob excreſcentium luxus mulierum, vel illarum multiplicationem, dotes notabiliter auctæ
7 remanſerunt, prout illas ex his cauſis recepiſſe, & magis magiſque in dies recipere augumentum, dixit *Michalor. de Fratr. par.3. cap.5. num.29. Pacion. alleg.26. ſub n.9. & alleg.67. numer.15. Rot. Marchi. apud Gratian. dec.19. n.37. in ſu. Theſaur. dec.193. n.6. Rot. in rec. dec.28. n.18. & deciſ.88. n.2. par.5. d. dec.48. num.19. & 30. par.12. inter deciſ. Lucen. diverſ. recollect. per Palm. Nep. dec.295. n.13.*

Haud relevante, quòd congruitas dotis detrahendæ ex fideicommiſſo, normam accipere non debeat à dotibus ex bonis liberis aſſignatis, aliis fœminis de familia, ſed tanquam ſub-
8 ſidiaria limites puræ neceſſitatis excedere non debeat, *Manſ. conſult. 134. num.22. & ſeqq. ubi plures concordantes. De Luc. de dot. diſc.144. num.48. Tanaglia de Rot. Aud. d. cap.14. numer.16. verſ. quæ omnia, Rota inter dec. Lucen. diverſ. recollect. per Palm. Nep. d. dec.294. num.4.*

Quo

Quoniam, cum Cardinalis Guido
Aſcanius præceperit fœminas congruè
dotari debere, ibi - *Fœminas tamen
ex prædictis, ut ſupra donatis, congruè
dotandis* — dos fœminis à donatariis
deſcendentibus conſtituenda non eſt,
ad terminos puræ neceſſitatis, cum con-
grua dos dici non poſſit ea, quæ eſt
9 minor quantitate tradita aliis mulieri-
bus de familia, ut cæteris relatis egre-
giè reſpondendo objecto firmat *Rot.
inter deciſ. Lucan. diverſ. recollect. per
Palm. Nep. d. deciſ. 294. num. 7. & 8. &
coram Emerix jun. dec. 1291. n. 21.*

Idque, etiamſi pro tali dote conſti-
tuenda, vel reſtituenda, integrum
diſtraheretur fideicommiſſum, quia
ad hunc effectum totum fideicommiſ-
ſum interverti poteſt, ſi totum pro
10 dote congrua eſt neceſſarium, *Bald.
in Auth. res quæ num. 4.* ibique *Caſtren.
num. 5. Padilla n. 109. aliique Scribentes,
Cod. comm. de legat. Peregrin. conſ. 39. in
fin. lib. 5. & de fideicom. art. 42. num. 16.
Petra eod. tract. quæſt. 8. n. 465. Faſar.
de ſubſt. quæſt. 531. n. 54. Rob. de Valid.
Legal. cap. 61. num. 23. & ſeqq. Baſſ. de
dot. cap. 15. n. 106. & ſeqq. & n. 272. in
fin. fol. mihi 638. De Luc. eod. tract.
diſcur. 145. num. 34.*, ubi, quòd poteſt
diſtrahi fideicommiſſum in totum,
quoad portionem conſtituentis, vel
11 reſtituentis dotem, non quoad por-
tionem cohæredis, *& in Summ. nu-
mer. 100. Hodiern. contr. 9. numer. 47.
74. & 79. & ad Surd. dec. 62. num. 88.
R. P. D. meus Anſald. in add. ad dec. 94.
num. 36. Rota Senen. dec. 24. num. 13. inter
noviter impreſſas coram me, ubi concor-
dantes Rot. Florentinæ inter dec. Lucan.
recollect. per Palm. Nep. dec. 263. n. 153.
Rota Rom. in rec. dec. 312. num. 36. par. 6.
& inter dec. Lucan. diverſ. recollect. per
Palm. Nep. d. dec. 294. num. 8.*

Maximè, quando dotans aliis filiis
caret, nam gravatus, dotare, ſi unam
filiam habeat, itaut in aliam lineam,
vel columnellum fideicommiſſum ſit
tranſiturum, poteſt dotem pinguiorem
12 conſtituere, & eò facilius notabilem fi-
deicommiſſi partem diſtrahere, *De Luc.
de dot. diſcur. 145. ſub num. 34.*, aliique
plures adducti *per Rot. Senen. d. dec. 24.
num. 13. inter noviter impreſſas coram
me. Anſald. in Addit. ad d. dec. 94. n. 37.
Rot. Rom. inter recollect. per Palm. Nep.
d. deciſ. 294. ſub num. 8. verſic. attento
potiſſimum, & poſt De Luc. de teſtam. de-
ciſ. 10. n. 18. & 19.*

Stabilita quantitate dotis Duciſſæ
Eleonoræ in ſcutis 27. m., & deſcen-
dentes Domini ad quantitatem dotis
reſtituendæ Duciſſæ Dorotheæ Uxori
Ducis Franciſci Sfortiæ, reſponſum
fuit illam pro nunc debitam eſſe in ſcu-
tis 6571., & quidem ſuper bonis fi-
deicommiſſo ſubjectis, cum tam pro
13 conſtitutione, quàm pro reſtitutio-
ne dotis, fideicommiſſa alienari poſ-
ſint, ut poſt plurimos, quos refert
*Bondon. collect. leg. 3. numer. 1. &
ſeqq. lib. 1. Manſ. conſult. 235. n. 3. Robr.
de valid. legat. d. cap. 61. num. 27. 40. &
ſeqq. cap. 63. num. 1. & ſeqq. numer. 178.
verſ. nec non in terminis Rota noſtra apud
Caball. conſ. 24. num. 2. lib. 1. & apud Bal-
dacc. dec. & rer. judic. tit. 4. de dot. dec. 13.
num. 15. & apud Palm. Nep. dec. Lucan.
diverſ. dec. 221. num. 1. 3. & ſeqq. &
apud Accarſ. dec. 99. num. 1. Rota Rom.
poſt De Luc. de dot. in Mantiſſ. dec. 14.
numer. 2. in rec. dec. 591. numer. 3. & 4.
part. 18. & apud Palm. Nep. deciſ. 385.
num. 8.*

Quidquam non refragante, quòd
Duciſſæ Dorotheæ fuerit conſtituta
dos in longè majori ſumma, quia,
cum coram nobis fuerit pro rata ſcu-
torum 6571. dumtaxat probata dotis
ſolutio, pro ea ſolùm quantitate in-
trat remedium *Auth. res quæ*; lex enim
permittens alienationem bonorum fi-
deicommiſſi pro dotis conſtitutione,
vel reſtitutione, locum habet ſolum
14 pro dote, quæ verè, & effectivè do-
ceatur ſoluta, adeout, nec ſufficiat
confeſſio de recepto facta à marito,
*Rovit. conſ. 61. num. 9. lib. 1. Faſar. de
ſubſt. quæſt. 532. num. 23. & ſeqq. Pere-
grin. de fideic. ar. 22. num. 83. Menoch.
de præſ. lib. 4. præſ. 190. n. 50. Odd. de
fideicom. quæſt. 44. numer. 119. & 120.
De Luc. de dot. diſc. 43. num. 3. & diſc.
145. num. 90. Roſignol. eod. tract. tom. 1.
diſquiſit. 3. §. 21. num. 5. verſ. alteriùs,
de Angel. de confeſſ. tom. 1. lib. 1. quæſt.
8. limitat. 6. n. 131. Baſſ. de dot. cap. 10.
num. 110. & ſeqq. fol. 435. Ricciardell.
lit. Eccleſiaſtic. cap. 16. §. 3. ſoll. 18.
num. 22. & ſeqq. Rot. noſtra poſt tom. 2.*

Sum-

Summa Sabell. cap. 7. art. 3. num. 65. fol. mihi 107. in Venetia impreſſ. anni 1597. & Florentina Fideicommiſſi de Medicis 1683. coram Illuſtriſs. olim D. meo Audit. Fratti impreſſa apud Dom. meum Audit. Bonafin. ad Bonnum. gener. cap. 45. appendic. 2. num. 4. & apud Accarſ. diſt. deciſ. 99. num. 7. Rot. Rom. coram Peuting. deciſ. 352. num. 28. Prid. deciſ. 144. num. 8., & in rec. deciſ. 185. num. 23. part. 10. dec. 567. numer. 7. & ſeqq. par. 19., & poſt Salgad. labyr. credit. dec. 32. num. 1. & ſeqq., & in Civitatis Vetula Fideicommiſſi 4. Maji 1705. §. Exceptio, coram R. P. D. meo Lancetta, ubi tamen quod ſi confeſ-
15 ſio mariti eſſet ſufficienter adminiculata probaret.

Solutam verò fuiſſe dotem in dicta ſumma ſcutor. 6571. monetæ Neapolitanæ conſtitit Dominis, ex reſtitutione capitalium dotalium utrique conjugi facta à debitoribus, & ab alienationibus aliorum ex eis partim factis ab utroque conjuge, partim à Domina Duciſſa cum conſenſu viri, ejuſque in ſolidum obligatione, quæ alienationes, & receptiones effectuum dotalium, probant præcedentem illorum traditionem marito factam, quia
26 nemo alienat, quod antea non habuit, ad *Text. in l. qui reſtituere ff. de rei vindic.* & in ſimili tradunt *Gratian. diſcept. 772. num. 9. & 10. Altogr. conſ. 84. nu. 106. lib. 1. Rot. dec. 237. num. 5 & deciſ. 314. n. 2. par. 14. rec.*

Conſtat pariter pretium ex eiſdem bonis redactum, utrique ex conjugibus ſimul ſolutum fuiſſe. Unde intrat juris præſumptio, ut ad virum non ſola ejus medietas, ſed totum perveniſſe cenſeatur, adeout integrum
27 uxori reſtituendum ſit, niſi realiter doceatur, quod pecuniæ ſint verſæ in mulieris utilitatem, *Conciol. alleg. 76. num. 5 & ſeqq. & numer. 7. & ſeqq.* ubi quod id debet probari plenè, & concludenter, *Urceol. in 1. append. ad conſult. 14. num. 32. & 33. & in 2. appendic. num. 5. Caren. reſol. 175. num. 4. & ſeqq. De Luc. de empt. diſc. 22. num. 6. Samin. contr. 21. num. 4. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 10. num. 44. De Angel. de confeſſ. tom. 1. lib. 2. quaſt 22. num. 1. & ſeqq. & quaſt. 23. num. 9. Calvin. de aquit. lib. 2. cap. 152. n. 1. & ſeqq & cap. 153. num. 7. Mangil. de evict. quaſt. 75. n. 4. & ſeqq. Baſſ. de dot. cap. 10. num. 229. & ſeq. fol. mihi 436. Veſpign. de empt. & vend. cap. 49. num. 10. Borell. in ſumma deciſ. par. 2. tit. 3. nu. 101. & 165. Rot. Marchia apud Thomat. deciſ. 109. num. 9. Senat. Burdegalen. apud Boer. dec. 23. num. 6. Senat. Pedemont. apud Theſaur. dec. 223. n. 14. & apud Oſaſch. dec. 43. nu. 7. Sac. Conſil. Neapolit. apud Afflict. dec. 209. num. 2. & ſeqq.* ibique *Caravita in princip. Ricc. & Urſill. numer. 1. & ſeqq. apud Capyc. dec. 78. n. 9. Rot. cor. Bich. dec. 464. num. 12. & ſeqq. & dec. 649. num. 3. in rec. dec. 239. n. 9. par. 10. dec. 426. n. 12. par. 19.*

Nec ſufficit, ſi mulier fateatur pecunias, ad eam perveniſſe, & in illius utilitatem fuiſſe converſas *Hondod. conſ. 45. numer. 13. lib. 1. Marescott. var. reſol. lib. 2. reſol. 5. numer. 5.*
28 *Cyriac. contr. 215. num. 12. Poſth. reſol. 68. num. 29. Gratian. diſcept. 498. n. 1. & ſeqq.* ibique *De Luc. num. 1. & ſeqq. Urceol. conſult. 14. ſub numer. 33. & in 2. appendic. ad d. conſult. 24. numer. 6. Caren. d. reſol. 175 num. 5. Conciol. d. alleg. 76. num. 8. Merlin. de pignor. lib. 3. cap. 52. num. 3. & ſeqq. Olea de ceſſ. jur. tit. 5. quaſt. 3. num. 3. De Angel. de confeſſ. tom. 1. lib. 2. quaſt. 22. n. 1. & ſeqq. Mangil. de evict. d. quaſt. 75. num. 5. Urſill. ad Afflict. d. dec. 209. num. 1. & ſeqq. Senat. Pedemont. apud Theſaur. dec 223. num. 1. Sac. Conſil. Neapolit. apud Capyc. Latr. dec. 248. num. 34.*, etiamſi talis aſſertio mulieris eſſet juramento firmata, *Hondod.*
29 *d. conſ. 45. num. 32. lib. 1. Conciol. d. alleg. 76. num. 11. & ſeqq. De Luc. ad Gratian. d. diſc. 498. ſub num. 1. Urceol. in 2. append. ad d. conſult. 24. ſub n. 7. De Angel. de confeſſ. tom. 1. lib. 2. dict. quaſt. 22. ſub num. 2. & quaſt. 23. n. 7. & 8. Mangil. de evict. d. quaſt. 75. numer 6. Senat. Pedemont. apud Theſaur. d. dec. 223. n. 3. Sac. Conſil. Neapolit. apud Capyc. Latr. d. dec. 248. num. 35.*

Et contraria procedunt, quando mulier faſſa eſt, pecuniam fuiſſe converſam in ſui utilitatem, cum debitis ſolemnitatibus, vel coram Judice, vel quando confeſſio eſt ſufficienter adminiculata, vel quando mulier ſola

etiam

etiam cum conſenſu viri alienavit, ſola
ſe obligavit, & pretium recepit; In qui-
bus caſibus, verum eſt confeſſionem
mulieris ſibi præjudicium afferre, ut
pecuniæ ad ejus manus perveniſſe, &
30 in ejus utilitatem converſa dicatur,
*Mangil. de evict. d. quæſt.75. n.3. & 9.
Boſſ. de dot. d. cap.10. n.229. fol.436.,
optimè De Angel. de confeſſ. tom.1. lib.
2. d. quæſt.21. n.6. & 7., & tot. quæſt.23.
n.10. & ſeq. Veſpign. de empt. & vendit.
d. cap.49. num.11. Gratian. d. diſcept.
498. n.8. & 10. Cyriac. contr.35. n.11. &
ſeqq. Cyriac. diſcept.67. n.5. Urceol. in
primo appendic. ad conſult.24. num.32.
& 33. verſic. declara tamen, Urſill.
ad Afflict. d. deciſ.209. numer.30. Rota
in rec. dec.397. n.6. & 7. par.18.*

Minimè refragante, quòd pro ratis
effectuum liberorum, quæ fuerunt alie-
nata cum conſenſu Duciſſæ Dorotheæ,
non poſſit iſta habere regreſſum con-
tra bona fideicommiſſi. Mulier enim
conſentiens alienationi bonorum dota-
lium, vel liberorum amittit jus, & po-
31 teſtatem agendi contra bona fideicom-
miſſi, nec illa moleſtare poteſt, pro
ſuarum dotium reſtitutione, *Boſſ. de
dot. cap.15. num. 169. fol. 637. Rob.
de Valdes. legal. d. cap.63. numer.175.
Berſan. de vid. cap.1. quæſt.13. n.29. De
Luc. de dot. diſcur.145. num.48. in fin.,
& in Summ. n.135. Rot. in rec. dec.139.
num.10. par.5. deciſ.40. n.51. dec.303.
num.17. & dec 304. num.16. par.13. &
poſt Merlin. de Pign. dec.50. n.62. coram
Cerr. dec.111. num.10. & dec.646. n.11.
& poſt De Luc. de fideic. dec.24. num.12.
& deciſ.16. n.15. & 16. in Mantiſſ. con-
firmata 19. Martii 1694. §. At prœcedo,
coram Reverendiſſ. D. meo Molines Deca-
no, & in Romana Fideicommiſſi de Cla-
vellenſibus 3 Junii 1701. §. Quæ ob-
ſtare, & ſeq. cor. dell' Olmo 3. Julii 1702.
§. Nec urget, coram Eminentiſſ. D. meo
Card. de la Tremoille 8. Februarii 1703.
§. Ex eo enim, coram R.P.D. meo Lancetta,
& 22. Junii ejuſdem anni §. Juſtitiam,
coram b. m. R.P.D. meo Muto, & in Fa-
nalienſen. Canthola Angeli 1. Junii 1699.
§. Abſque eo quod, & 22. Januarii 1700.
§. Replicatione, & §. final. coram ea-
dem.*

Siquidem, objectum procederet, qua-
tenus à vocatis ad fideicommiſſum
probaretur Duciſſam Dorotheam, ha-
buiſſe ſcientiam fideicommiſſorum
32 familiæ Sfortiæ, quòdque iſta om-
nia bona abſorbebant, ſed cum
hoc probatum non fuerit, & in mu-
liere illorum ignorantia præſumatur,
præſertim dum agitur de familia Ma-
gnatum antiquiſſima, ſtante hac juſta,
& probabili ignorantia, nulla eidem
imputari poteſt culpa, & conſequen-
33 ter privari non poteſt privilegio, ſuam
dotem conſequendi, ex bonis fideicom-
miſſo ſubjectis, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.
532. num.32. Boſ. de dot. cap.15. n.180.
in fin. fol.640. Rota noſtra in Florentina
Detractionis Dotis 22. Decembris 1643.
Lib. Mat.116. fol.510., & poſt tom.2.
Sum. Sabell. cap.7. art.3. num.66. fol.
mihi 107. in Veneta impreſſ. anni 1697.
& in alia deciſ. impreſſa apud Accurſ.
dec.99. num.19. Rota Rom. dec.445. n.9.
part.19. rec.*, & pluribus congeſtis in
*Romana fideicommiſſi 7. Martii 1704. §.
Nam et mulier, coram Rev. D. meo Mo-
lines Decano.*

Decrevimus inſuper in utriuſque
ex dictis dotibus diminutionem, per
dictas Duciſſas imputandam eſſe pro
nunc ſummam ſcutorum mille, pro
valore, & æſtimatione rerum hæredi-
tariarum Ducis Franciſci ad earum
manus perventarum, pro ratis, & por-
34 tionibus hæreditariis. Uxor enim hæ-
res Mariti, debet reddere rationem de
omnibus, ad ejus manus perventis,
eaque imputare in ſuum creditum do-
tis, *Rota dec. 487. num.12., & dec.626.
num.9. part.18. rec. tom.2.*, & filia,
quæ apud ſe habet bona libera, non
poteſt pro rata valoris illorum, petere
35 ſatisfactionem dotis, ex bonis fideicom-
miſſi, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.531. n.121.
& quæſt.532. num.33. Rota noſtra apud
Accurſ. dec.57. numer.10., & apud D.
meum Audit. Bonfin. ad Bonnicon. Genr.
cap.45. appendic.1. num.53. Rota Rom. in
rec. dec.356. num.13. & 14. part.19., &
in Civitatis Vetulæ Fideicommiſſi 22.
Decembris 1705. §. Non obſtat cor. R.P.D.
meo Lancetta.*

Cumque, pro magis diſtincta, & præ-
ciſa quantitate, debitum hæredum in-
digeret pleniori liquidatione, ideo
utrique parti jura reſervavimus, nec
de hoc conqueri poteſt, Dom. Dux

Sfortiæ, quia quando etiam ipſe eſſet
creditor in majori ſumma, adhuc reſ-
pectu Duciſſæ Eleonoræ, cum ipſa ſit
certa, & indubitata creditrix dotis,
non poteſt ſolutio illius retardari ob
26 majus debitum mobilium incertum,
& non juſtificatum, & omninò inve-
riſimile; reſpectu vero Duciſſæ Doro-
theæ, certum eſt eidem eſſe debitum
antephatum ex bonis mariti, etiam fidei-
commiſſo ſubjectis, ſi libera non adſunt,
cum privilegium *Auth. res quæ*, non
ſolum pro dote, ſed etiam pro an-
27 tephato locum habeat, ut per *Text.
in §. Quamobrem verſ. ſancimus, Auth.
de reſtit., & ea quæ parit in undecimo
menſe*, firmatur in ſpecie *Rovit. conſ.53.
num.1. & ſeqq. & n.12.*, ubi plures doc-
tores Conſilii Neapolitani refert *lib.1.*
ubi late, ibique *Altimar. num.1.*, ubi
plures citat *Malfeſ. conſ.19. num.10. Odd.
de fideicom. quæſt.45. art.7. num.130.
Caſtil. de frum. & aquar. cont.1. diſtinct.
82. n.3. Gamb. ad conſuet. Maſſan. cap.13.
gloſ.1. n.18. Boſſ. de dot. cap.15. n.112.
fol. mihi 595. Card. De Luc. eod. tract.
diſc.143. n.37. Novar. ad Pragmat. de do-
nat. propter nuptias n.18. Marta de jurisd.
lib. part.4. quæſt.21. art.10. n.48. Pont.
diſcep.51. n.21. lib.1. & in annot. ad Paſcal.
de patr. poteſt. part.2. cap.7. ad n.12. verſ.
quid autem ſit dicendum de antephato fol.
mihi 151. Conſil. ad Peregrin. de fideicom.
art.42. verſ. quarto declaratur fol. mihi
267. al.2. in impreſſ. Lugdunenſ. Gizzar.
ad Capyc. Latr. dec.39. n.31. Thor. vot.58.
num.38. lib.1., & in compend. dec. tom.2.
verbo bona alienari prohibita fol.52. Ho-
dier. ad Surd. dec.62. num.16. & 110.
Sac. Conſil. Neapolit. apud Franch. dec.
613. prope fin., ibique De Luc. n.7.
Regia Audientia Siciliæ apud Maſtrill.
dec.236. n.10. poſt med. Rot. coram Otto-
bon. dec.83. n.5. & 6.*

Inſuper etiam certum eſt, Duciſſæ
Dorotheæ deberi veſtes lugubres, quæ
28 ex communi conſuetudine deberi vi-
duis firmant *Rovit. conſ.97. num.1. &
ſeqq. lib.1.*, ubi quòd hujuſmodi veſtes
non reſtituuntur, etiamſi mulier tran-
29 ſierit ad ſecundas nuptias, poſt annum
luctus, & *conſ.9. ſub num.13. lib.2. Lu-
dovic. Boll. conſ.77. num.37. Surd. de
alim. tit.4. quæſt.2. num.37. Ioann. de
poteſt. in apparat. num.120. Fontanell.
de pact. nupt. clauſ.7. gloſ.3. part.3. nu-
mer.26.* abundè *Gamb. ad conſuet. Maſ-
ſan. cap.13. gloſ.4. nu.18. Roder. in Epi-
tome ſucceſſ. cap.33. num.49. Paulus.
diſſert.14. num.8. & ſeqq. & num.10.
& ſeqq. & num.45. & ſeqq.*, ubi an
teneatur reſtituere, ſi mulier ad ſecun-
30 das nuptias tranſeat, *Scopp. ad Pignat-
tell. contr.44. ſub num.12. lib.1. Spadaf.
theatr. vidual. diſquiſit.47. num.3. &
ſeqq. & num.36. & ſeqq. & nu.81. &
ſeqq. Antonell. de temp. legal. lib.2.
cap.10. nu.3. Carol. de Alex. ad conſult.
Capyc. Latr. obſervat.114. nu.19. Con-
ciol. de hæred. art.3. num.182. & ſeqq.
& num.183. & ſeqq.*, ubi an teneatur
reſtituere dictas veſtes, ſi tranſeat ad
ſecunda vota, *Berſan. de vidua d. cap.
2. quæſt.3. num.2. & ſeqq. & nu.10. &
ſeqq.* ubi pariter examinat quæſtionem
31 de muliere tranſeunte ad ſecunda vo-
ta, *Gutierrez. pract. quæſt. lib.2. quæſt.
95. num.6. & ſeqq. & num.9.* ubi quòd
ſi hæredes viri veſtes dederint in caſu,
quo non tenentur, donaſſe illas præ-
32 ſumitur, *Novar. deciſ.84. num.1. Senat.
Pedemont. apud Theſaur. dec.43. num.1.
Rot. Genuen. de merc. dec.42. num.2. Rot.
Luc. ... Mar.7. fol.8. § Quæ reſponde-
tur, & apud Ancariſ. d. dec.106. ex
n.36. Sac. Conſil. Neapolit. apud Franch.
dec.413. num.1. & 2.*, ibique *Rot. nu-
mer.1. & apud Capyc. Latr. dec.94. n.1.*
ibique *Gizzarell. num.1. & Manfrell.
num. pariter 1.*, ubi plures alios refert,
& *n.2. & ſeqq.* ubi etiam ſi uxor non
33 dediſſet dotem, *Rot. in rec. deciſ.302.
n.5. par.19.*

Talemque conſuetudinem vigere in
Civitate Neapolis teſtantur *Marcian.
34 conſ.55. num.1. in fin. lib.1. Rovit. con-
ſil.97. num.1.* ibique *Altimar. num.5.
lib.1., idem Rovit. conſ.9. ex numer.1.
lib.2.*, ubi, an præſtari debeant ab hæ-
rede in allodialibus, vel feudalibus,
*Brill. ad conſuetud. Neapolit. tit.8. cap.
4. num.32. Merlin. Pignatell. contr.44.
num.14. lib.1*, ibique *Scoppa num.13.,
& ad Grattian. dec. March.47. num.29.
& 30. Berſan. de vid. cap.2. quæſt.3. nu-
mer.5. Paulus. d. diſſert.14. ſub num.21.
Rot. collect. dec.1931. Sac. Conſil. Nea-
polit. apud Capyc. dec.26. num.1.* ibique
*Matthæus Sorrent. num.1. apud Franch.
d. dec.413. num.2.* ibique *De Luc. n.2.*

apud

apud Capyc. Latr. dec 94. num.1., ibique *Greʒz. num.1. & in obſervat. ad deciſ.184. num.11. idem Capyc. Latr. conſult.124. n.30.*

Adeout, ſi hæres mariti, vel alius obligatus hujuſmodi indumenta aſſignare, talem conſuetudinem in loco adeſſe negat, hanc negativam proba-
35 re tenetur, in ſpecie *Altimar. ad Rovit. conſ.97. ſub numer.3. lib.1 Urſill. concluſ.89. num.182. Grarb. ad Conſuetud. Maſſan. cap.13. d. gloſ.4. num.18. in fin. Fontan. ad Stat. Urb. lib.1. cap.136. num.3. Berſan. de vid. cap.2. quæſt.3. numer.17. & ſeqq. Spadeʒ. theat. vid. diſquiſ.47. num.27. 31. & 134. Paulut. d. diſſert.14. ſub num.12. Sac. Conſil. Neap. apud Capyc. d. dec.26. n.2. apud Franch. d. dec.413. num.1. Rot. noſtra apud Accariſ. d. dec.109. num.37.*, licet contrarium teneat *Conciol. de hæred. d. art.3. numer.187.*

Et ſi Uxor, mortuo Marito, veſtes lugubres de proprio ſibi fecit, expenſas pro eis factas repetere poteſt,
36 *Altimar. ad Rovit. d. conſ.97. nu.4. lib.1. Marcian. d. conſ.33. n.2. lib.1. Gratian. diſcept.986. num.17. Paulut. d. diſſert.14. num.16. Guttier. pract. quæſt lib.2. d. quæſt.95. num.7. Covarr. var. par.3. cap.21. num.5. Conciol. de hæred. d. art.3. num.184. Antonell. de temp. legal. lib.2. cap.10. num.5. Ayora de partit. part.1. cap.6. num.3.*, ibique *Add. lit. A. Spadeʒ. theat. vid. d. diſquiſit.47. num.89. & 90. Gian. ad Capyc. Latr. d. dec.94. num.3.*, ibique *Manfrell. num.1. in fin. Rot. noſtra apud Accariſ. d. dec.109. numer.38. & ſeqq.*, ubi, quòd pro repe-
37 tendis hujuſmodi expenſis, non eſt neceſſe probare, ſe vidualem habitum detuliſſe, & reprobat contrarios.

Veſtium autem hujuſmodi appellatione, nedùm veniunt veſtimenta Vi-
38 duis, pro ſui dignitate debita, tam æſtiva, quàm hyemalia, *Altimar. ad Rovit. d. conſ.97. num.9. lib.1., & num.15. Molfeſ. ad Conſuet. Neap. par.5. quæſt.9. numer.9. Surd. de aliment. tit.4. quæſt.2. ſub num.12., & quæſt.17. num.5. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.7. gloſ.3. par.3. num.15. & ſeqq. Sanchez. de matr. lib.6. diſput 25. num.22. Paulut. d. diſſert.14. num.14. Conciol. de hæred. d. art.3. numer.183. Aldeviſ. de hæredit. abſtin. par. 1. cap.7. ſub num.49. fol.101. Berſan. de vid. d. cap.2. quæſt.3. num.4. Gian. ad Capyc. Latr. dec.94. num.5. Novar. d. de-*
39 *ciſ.84. num.3.*, ubi de conſuetudine Neapolis, etiam magni valoris, *Altimar. ad Rovit. conſ.97. numer.7. lib.1.*, ubi alios citat, *Paulut. d. diſſert.14.*
40 *num.13.*, ubi quod hujuſmodi veſtes debent fieri de novo, & etiamſi pretioſæ ſint, nunquam reſtituuntur hæ-
41 redibus Mariti, *Conciol. de hæred. art.3. num.182. Antonell. de temp. legal. lib.2. cap.10. nu.3. & 4. Berſan. de vid. cap.2. quæſt.3. num.4.* pro tota familia, & fa-
42 mulis Magnorum Dominorum, *Altimar. ad Rovit. d. conſ.97. num.7. lib.1. Maſcard. de probat. concluſ.1064. in fin. Berſan. de vid. cap.2. d. quæſt.3. numer.5. Rocmus collect.1931. in fin., & collect. 2615. verſic. quinimò, Novar. deciſ.84. n.2. Rot. noſtra apud Torr. var. jur. quæſt. num.2. miſcellan. par.1. dec.28. ſit.12. n. 44. fol.794.*

Sed etiam lectus vidualis, *Altimar.*
43 *ad Rovit. d. conſ.97. num.6. n.9. & n.15. lib.1. Scapp. ad Pignatell. d. controv.44. ſub num.12. & 13. lib.2. Guttier. pract. quæſt. lib.2. quæſt.94. ex num.1.*, ubi li-
44 mitat in Marito, qui deceſſit decoctus, & *quæſt.95.*, ubi an illud amittat
45 Uxor, quæ ſecundò nupſit, *Paulut. d. diſſert.14. num.24. Conciol. de hæred. art.3. num.182. Berſan. de vid. cap.2. d. quæſt.3. num.8. Velaſc. de privileg. paup. par.2. quæſt.3. nu.113. Sac. Conſil. Neapolit. apud Franch. d. dec.413. n.2.*, ibique *Viſcont. & Amendol. numer.2. apud Capyc. Latr. d. dec.94. numer.1.*, ibique *Greʒz. num.1., & ad dec.184. nu.19.*, ubi plures deciſiones Sacri Conſilii refert, & *num.11.* Panni lugubres pro paran-
46 dis manſionibus, *Altimar. ad Rovit. d. conſ.97. num.6. lib.1. Paulut. d. diſſertat.14. num.24. Berſan. de vid. cap.2. d. quæſt.3. ſub num.5. Greʒz. ad Capyc. Latr. d. deciſ.184. num.21.*, ubi de praxi Civitatis Neapolis, *Sac. Conſil. Neapolit. apud Franch. d. dec.413. n.2.*, Biga, ſeu
47 rheda, ſi in vita Mariti erat ſolita illa uti, *Altimar. ad Rovit. d. conſ.97. num.8. lib.1. Paulut. d. diſſert.14. nu.24. Conciol. de hæred. d. art.3. ſub numer.186. Berſan. de vid. cap.2. d. quæſt.3. num.10. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.7. gloſ.3. nu.30. in fin. Rocmus collect.1615. verſ.*

& conſulent, Zaul. ad Stat. Favent. lib. 7. rubr. 27. num. 22. Novar. d. dec. 84. ſub n. 3. verſ. ſed contingit, & ſeqq.

Pro quibus veſtibus lugubribus, & credito ex earum cauſa contracto, nec non pro antephato, competere
48 creditori retentionem mobilium, dixit in ſpecie *Pontirol. in reſponſ. 1. n. 412.* ubi alios refert *impreſſ. poſt tom. 2. Summa Sabelli. Rot. noſt. apud Torr. var. jur. quaſt. tom. 2. miſcellan. par. 1. tit. 11. deciſ. 29. num. 42. & ſeqq. fol. mihi 704., & in Florentina 12. Auguſti 1530. §. Quia reſpondetur, Lib. Motrv. 6. fol. 8.,*
49 & quod illa, & graſciæ cenſeantur conſumptæ pro expenſis funerum, *Rota in Cremonen. Venala Fideicommiſſi 4. Maji 1703. §. Reliqua, coram R. P. D. meo Lancetta*, & quidem forſan etiam in majori ſumma, quam ſit illa ſcutorum mille, cum pro indumentis, & arredis hujuſmodi debitis Principiſ-
50 ſis, & Duciſſis, Tribunalia Neapolis ſoleant condemnare hæredes mariti ad ducatos 1500., ut eſt notoria praxis dictæ Curiæ, de qua teſtantur *Altimar. ad Rovit. d. conſ. 97. num. 15. lib. 1. Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. tom. 2. par. 5. & 6. num. 6. & 8. De Luc. ad Franch. dec. 413. n. 4. Novar. d. dec. 84. num. 3. in fine.*

Itaque, non exiſtentibus bonis liberis, poſſe etiam detrahi ex fideicommiſſo, & pro eis bona vinculo pri-
51 mogenituræ, vel fideicommiſſi ſubjecta, poſſe alienari, & diſtrahi, in ſpecie firmant *Ludovic. Bell. d. conſ. 77. num. 37. Paulut. cit. differt. 14. n. 61. & ſeqq.*

Et ita utraque, &c.

ARGUMENTUM.

Poſitus ſub conditione tacita *à l. cum avus ſubintellecta*, facit expirare fideicommiſſum, niſi ex conjecturis conſtet de contraria voluntate Teſtatoris, quo caſu cenſetur gravatus reſtituere ſucceſſivè ſubſtituto; prout ex concurrentia, aliis reſtituere debet poſitus ſub conditione expreſſa.

SUMMARIUM.

1 *Subſtitutio in teſtamento aſcendentis, ſemper cenſetur facta ſub conditione, quatenus ultimo loco gravatus decedat* ſine filiis.

2 *Et per obitum gravati cum filiis, expirat fideicommiſſum, & evaneſcunt ſubſtitutiones ſequentes.*

3 *Conditio,* ſi ſine filiis, *tacita,* & à l. cum avus *ſubintellecta, ad excludendum ſubſtitutum, majorem vim habere non poteſt, quam expreſſa.*

4 *Et ſicut expreſſa conditio,* ſi ſine filiis, *non facit deficere fideicommiſſum, quando conſtat de voluntate Teſtatoris in contrarium.*

5 *Ita illud non facit deficere conditio tacita, ſed conſtito de voluntate Teſtatoris, poſiti ſub conditione* à l. cum avus, *tenetur gravatus reſtituere ſucceſſivè ſubſtitutis.*

6 *Conditio tacita* à l. cum avus *ſubintellecta, ad effectum expirationis fideicommiſſi, formam deſumit à conditione expreſſa, & regulatur cum terminis* conſil. Oldrad. 21.

DECISIO LVI. 1

Deceſſit uſque de anno 1607. Antonius de Graſſis, ſcripto ſibi ex teſtamento Herede, Coſimo ejus filio naturali, cui ſubſtituit filios, & deſcendentes maſculos in infinitum, iſtoque ſine filiis maſculis decedente, ſubſtituit filias fœminas per fideicommiſſum cum prohibitione alienationis, aliiſque conditionibus, & oneribus, de quibus latiùs in teſtamento in actis producto; Caſu verò, quo Coſimus ſine filiis maſculis, & fœminis deficeret, tunc, & eo caſu ſubſtituit, & ejus Hæredes univerſales eſſe voluit, Corneliam de Taſſis Teſtatoris neptem, & Vincentium Pierotum ejuſdem Teſtatoris Pronepotem, quibus ſubſtituit eorum, & cujuslibet eorum filios, & ſucceſſores maſculos reciprocè, & per fideicommiſſum, lineaque maſculina utriuſque defecta, ſubſtituit filias fœ-

fœminas, cum onere celebrari faciendi qualibet Anno in perpetuum quaſdam Miſſas.

Mortuo Teſtatore, deceſſit etiam Coſimus, relictis poſt ſe Antonio, & Aloyſia filiis, apprehenſiſque ab illis per obitum primi bonis fideicommiſſo Antonii Senioris ſubjectis, inſurrexerunt adverſus eam DD. de Pieronis, & Gallis filii dictæ Corneliæ, & ſub motivo, quod per obitum Antonii Junioris ſine filiis, fideicommiſſum ad eorum favorem fuiſſet purificatum, Judicium inſtruxerunt, pro immiſſione ad bona fideicommiſſo ſuppoſita, illoque adhuc pendente, deceſſit, relicto poſt ſe Ferdinando Albertaïr filio, cujus nomine Chriſtophorus Pater bona fideicommiſſaria adeptus eſt. Unde inſtaurato, contra eum, Judicio immiſſionis à ſupradictis, ipſoque excipiente, ſe comprehenſum ſub conditione, *ſi ſine filiis*, *à l. cum avus* in teſtamentis aſcendentium ſubintellecta, poſt acerrimam litem prodiit, conſenſu partium, Anno 1636. Rotalis Sententia, concedens immiſſionem DD. de Gallis, & Pieronis pro medietate.

Defuncto ex poſt, de Anno 1659. Ferdinando, DD. de Gallis prætendentes per extinctionem lineæ Pieronæ in ipſorum perſonis fuiſſe purificatum, totum fideicommiſſum, immiſſionem petierunt coram Magiſtratu ſupremo ad domum poſſeſſam à DD. de Borgiacchis, aliaque bona fideicommiſſo Antonii Senioris ſubjecta, cauſaque nobis Judicibus ultimarum appellationum commiſſa, in hac prima ſeſſione infraſcriptas concluſiones firmavimus.

Recognovit enim Rota quòd fideicommiſſum favore dominorum de Gallis, & Pieronis, fuit ordinatum ſub conditione *à l. cum avus* ſubintellecta, quatenùs ultimo loco gravatus decederet ſine filiis, quam ex conjectura pietatis haberi debere pro appoſita in
1 qualibet fideicommiſſo Aſcendentis, favore deſcendentium, antequam bona ad ſubſtitutos tranſverſales tranſeant, firmant *Torr. de Primog. tom. 2. quæſt. 16. num. 98. Rota in rec. dec. 131. num. 4. par. 16.* aliique adducti *per Rotam Senen. in Montis Alcini fideicommiſſi 15. Aprilis 1707. in princ. coram Me* inter impreſſas *dec. 6. num. 1.* Proinde, cum Aloyſia deceſſerit, relicto poſt ſe Ferdinando filio maſculo, ad cujus favorem intrare poſſe diſpoſitionem *legis cum avus*, fuit deciſum per d. Sententiam Anni 1636. pro hac rata, in qua
2 ipſe ſucceſſit, vigore diſpoſitionis *d. l. cum avus*, dicitur defecta conditio, ſub qua ſubſtituti fuerant DD. de Gallis, & Pieronis, & expiravit fideicommiſſum, ut expreſsè diſponit *Text. in d. l. cum avus 102. ff. de condit., & demonſtrat., & l. cum acutiſſimi 30. C. de Fideicomm. Ruinald. Jun. conſ. 358. n. 1 & 6. & conſ. 464. n. 17. & 18. Caſanat. conſ. 4. ſub num. 123. verſ. quando lex cum avus, Decian. reſp. 1. n. 41. lib. 1. Rain. conſ. 131. num. 4. lib. 3. Alegrad.* in hac cauſa pro DD. de Gallis Scribens *conſ. 60. ſub n. 1. & conſ. 61. num. 1. lib. 2. De Luc. de Fideicomm. diſc. 74. num. 4. & in Summ. num. 118. & 119. Menoch. dec. Bononien. 66. num. 5. Rota Romana in Romana fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Aſt quia, coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Non obſtat, quod cum conditio tacita ſi ſine filiis, *à l. cum avus* ſubintel-
3 lecta, majorem vim habere non poſſit, quam expreſſa, ad excludendum ſubſtitutum, ſed ad ſummum valeat eumdem effectum operari *Corn. in l. generaliter §. Cum autem num. 4. C. de Inſtit., & ſubſtit. Menoch. præſumpt. 89. num. 18. lib. 4. Faber. de ſubſtit. quæſt. 395. num. 5. & quæſt. 399. per tot. Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 50. n. 7. Gratian. diſcept. 305. num. 1.* ubi plures citat, *& num. 18. & 20. De Luc. ad eum diſcept. 106. ſub n. 7. 8. & 9. & 10. in fin. Antonen. de donat. lib. 1. prælud. 2. §. 2. num. 157. Pontanell. dec. 45. adnot. 2. num. 91. Rota in rec. dec. 308. num. 21. part. 14.* ſicut expreſſa conditio *ſi ſine filiis*, non facit deficere fideicommiſſum, quando conſtat de voluntate Teſtatoris in contrarium, ut limitan-
4 do Theoricam *Oldradi* in ejus famigerato *conſ. 21.* tradunt *Torret.* in alia cauſa Florentina *conſ. 82. n. 2. lib. 2.*, ubi quod ita fuit judicatum in hac Rota *Senen. apud Caball. conſ. 39. n. 16. & ſeqq. lib. 1. & apud Mart. Medices dec. 8. n. 35. Rota noſtra apud Urceol. dec. 13. n. 8. & apud Palm. Nepot. alleg. 127. n. 36. & ſeqq. & alleg. 134. num. 26. verſ. nec dicatur ſub num. 53. verſ.*

verſ. addebat Informantes, & num. 56. repetita apud Manſ. conſult. 610. & in Florentina prætenſi Fideicommiſſi de Borghenius 25. Auguſti 1713. §. Cum igitur, cor. D. meo Auditore Farſetti, Rota Romana in rec. dec. 219. num. 15. part. 17. dec. 684. ſub num. 8. & 9. part. 18. deciſ. 89. num. 2. par. 19. tom. 1. & dec. 550. num. 7. & ſeqq. part. 19. tom. 2. & apud Balduc. dec. & rer. judicat. tit. 3. de legat. & fideic. dec. 51. num. 8. & ſeqq. & poſt De Luc. de fideic. dec. 59. num. 4. & iterum de fideic. in Mantiſſa dec. 38. n. 1. & apud Torr. vot. jur. quæſt. tom. 1. tit. 1. dec. 18. ſub num. 7. & 8. fol. 488. ita, nec expirationem illius operari poſſit conditio tacita, à lege ſubintellecta, ſi expreſsè, vel ta-
5 citè ex conjecturis appareat, Teſtatorem voluiſſe perſonas poſitas à lege in conditione, fuiſſe vocatus, & ſucceſſivè ſubſtitutis gravatas reſtituere, in ſpecie *De Luc. de fideicom. in Summ. n. 110.*, Conditionem tacita à *l. cum avus* ſubin-
6 tellecta, ad effectum expirationis fideicommiſſi, formã deſumit à conditione expreſſa, & regulatur cum terminis *d. conſ. Oldrad. 21.* ut tradunt *Rota. conſ. 131. num. 4. lib. 3. De Luc. de fideicom. in Summ. num. 118. & ſeqq. Monach. d. dec. Bononien. 66. num. 3. Rot. in Romana fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Aſt quia, & ſeq. coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Stabilita hac Theorica, devenerunt DD. ad examen conjecturarum pro dignoſcendo, an eſſent ſufficientes ad effectum recedendi à dicta regula, verum quia ſuper illis ſuffragia non fuerunt conformia, ideo fuit dictum, ut particulariter examinarentur, prout factum fuit ab eadem Rota, tempore mei in dicto Munere ſucceſſoris, ideò occaſionem non habui, deſuper deciſionem extendere.

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Deciſio hæc verſatur circa materiam, de qua in deciſionibus *ſexta, & ſeptima Rotæ Roman.* In illis quippe decidit ur favore filiorum ultimæ fœminæ gravatæ, in exclusionem extranei ſubſtituti, ex celebri reſponſo Papiniani in *l. cum Avus ff. de condit., & demonſtrat.*, confirmato à Juſtiniano in *l. cum acutiſſimi Cod. de fideicom.* non obſtantibus conjecturis, quæ vel irrelevantes, & æquivocæ, accedentibus potiſſimis conjecturis, ex quibus eo proclivius, poſtma hæc juris diſpoſitio recepta fuit.

SUMMARIUM.

1 *Conditio* — ſi ſine filiis — *quamvis non expreſſa, ſuppletur à lege favore deſcendentium ex ſtimulo naturalis Charitatis, juxta textum* in l. cum Avus ff. de Cond. & Demonſtrat.

2 *Maximè, ſi agatur de excludendis ſubſtitutis extraneis.*

3 *Et etiam in caſu, quo ſit ſubſtituta cauſa Pia, cujus favor non propellit favoris ſanguinis, & deſcendentia.*

4 *Sive agatur de Teſtamento condito à Teſtatore maſculo, ſive condito à fœmina.*

5 *Et cujuſcumque ſexus ſit perſona gravata, ſive maſculini, ſive fœminini.*

6 *Diſpoſitio prædicti Textus ſibi locum non vindicat, quoties ex conjecturis conſtat, Teſtatorem voluiſſe præferre ſubſtitutum, filiis perſonæ gravatæ.*

7 *Conjectura tamen requiruntur urgentiſſima, nec ſufficiunt illationes vagæ, & æquivocæ.*

8 *Vocatio facta cum certa qualitate, quæ non convenit filiis, operatur, quod iſti uti ſpecialiter excluſi, non dicantur in tacita conditione poſiti.*

9 *Sed hoc non deſumitur à vocatione fœminarum,* immediatè *natarum ab aliquo; quia hoc non probat, quod deſcendentes ex dd. fœminis, non fuerint voliti ſub conditione tacita.*

10 *Vocatio extranea filiarum, non obſtat quominus filii talium filiarum cenſeantur in conditione poſiti.*

11 *Conditio* — ſi ſine filiis ex ſe natis, vel proprii corporis — *non importat excluſionem nepotum, & ulteriorum deſcendentium* à l. cum avus.

12 *Subſtitutio facta, in caſu quo deficerent primò vocati, & ipſa reſolvitur in caſu, quo ex ultimo, filius non ſuperſtat.*

13 Con-

13 *Conditio ſi ſine filiis, ſubintelligitur etiam ſi perſona vocati, & gravati ſit circumſcripta, & ad certitudinem redacta, vel per nomen proprium, vel per nomen appellativum, ut ab exemplis* uſque ad n.18.

19 *Verba appoſita ad diſtinguendum unum ab alio genere vocato, trahi non debent ad effectum excludendi filios vocatorum, à conditione tacita, & à lege ſubintellecta*, & n.24.

20 *Interpretatio capienda eſt, ut ab extraneis filii non excludantur, quoties Teſtatoris verba, talem ſenſum recipere poſſunt.*

21 *Vocatio filiarum*, immediatè *natarum, non cenſetur appoſita ad excludendam diſpoſitionem* l. cum avus, *ſed ad inducendam prælationem inter filias primi gradus, & alias fœminas expreſsè vocatas, quando talis dictio adjecta fuit ſolùm vocationi filiarum primi gradus, non aliis fœminis vocatis.*

22 *Maximè, ſi aliàs ſequeretur abſurdum, quod certo eveniente caſu, fœmina immediatè nata, poſtponerentur aliis remotioribus, ad quod evitandum, contradiſtincta dici debet una ſpecies fœminarum ab aliis, cum dictione* immediatè, & n.24.

23 *Proximitas gravati, & non gravantis, juxta opinionem Florentiæ receptam, attenditur.*

24 *Verbum*, immediatè, *quando fuit appoſitum ad unum finem, & effectum non poteſt operari alium, & diverſum effectum*, & n.26.

25 Fuſar. de ſubſt. quæſt. 321. num.91. *firmans appellatione filiorum non venire Nepotes, quando fuerunt vocati filii*, immediatè, *nati, & aliæ Auctoritates in contrarium adductæ, latè declarantur*, & numer. ſeqq.

27 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, juxta opinionem in Rota Florentina, receptam.*

28 *Et ſi quoquo modo conſtat de mente Teſtatoris non recedendi ab hac regula, ei ſtandum eſt.*

29 *Filii, & deſcendentes, ut dicantur poſiti in conditione tacita, non eſt neceſſè probare eorum vocationem, ſed ſufficit non conſtare de excluſione.*

30 *Diſpoſitio* Text. in l. cum Avus, *faciendam aliquos, non habet locum in majoratibus.*

31 *Iſtorum opinio poteſt procedere in majoratu facti, non autem in majoratu juris, & primogenitura.*

32 *Subſtitutiones, ſi fuit ordinata contemplatione certæ qualitatis, filii carentes qualitate, ut ii in conditione non poſiti, non excludunt ſubſtitutum.*

33 *Ab eo, quod Teſtator diſpoſuit in ingreſſu ſucceſſionis, non infertur ad id, quod voluerit in progreſſu*, & n.35.

34 *Maſculi per plura media fœminina, paſſim admittuntur in progreſſu, quamvis Teſtator in ingreſſu vocaverit maſculos ab unico medio fœminino procedentes.*

35 *In materia* l. cum avus, *volitum in ingreſſu, non poteſt dici volitum in progreſſu.*

36 *Diſpoſitio* l. cum avus *ceſſat, quando ſubſtitutio fuit facta ultimo, cum talis dicatur ille, poſt quem nullus ſupereſt.*

37 *Quod procedit ſi ultimus exprimatur relativè ad lineam generalitèr ſumptam.*

38 *Secùs autem ſi ultimus fuerit expreſſus relativè ad certas, & determinatas perſonas alicujus lineæ.*

39 *Auctoritates contrariæ declarantur*, & numeris ſeqq.

40 *Conditio* — ſi ſine filiis maſculis — *adjecta cenſeri non poteſt ultimo maſculo de linea maſculina.*

41 *Conditio* — ſi ſine filiis — *non cenſetur adjecta gravato favore fœminarum, & earum deſcendentium, ſi fuerit contemplata agnatio.*

42 *Fœminæ immediatæ hæredis, non veniunt ſub appellatione deſcendentium per ipſius lineam maſculinam.*

Linea maſculina alicujus, non ſumit initium ab ipſo ſtipite, ſed ab illius filio maſculo, ibid.

43 *Ultimus maſculus, ſive ultimus de linea maſculina, ſi mens teſtatoris non repugnet, gravatus dici poteſt ſub conditione tacita* — ſi ſine filiis — *itaut fœminæ excludant ſubſtitutum.*

44 *Conditio expreſſa* — ſi ſine filiis maſculis — *facit ceſſare tacitam, favore filiarum, juxta theoricam* Bartol. in d. l. cum Avus n.4.

45 *Amplia, ut illam faciat deficere etiam fœ-*

favore deſcendentium à fœminis.

46 Bartolus, *in hac ſua theorica multos habet contradictores.*

47 *In Civitate Florentiæ,* Bartoli *opinio recepta eſt.*

48 *Sed limitatur ejus opinio, in caſu quo poſt maſculos vocatus, & in conditione poſitus vocata fuerint, & gravata etiam fœmina.*

49 *Item limitatur in caſu, quo non ſit ſubſtitutus agnatus Teſtatoris, ſed tranſverſalis minus dilectus, qui prætendit excludere deſcendentem.*

50 *Fœmina nupta non ſequuntur agnationem Patris, ſed Mariti, & iſtius agnationem ſolent prædiligere.*

51 *Filii fœminarum, ut in conditione poſiti non cenſeantur, requiritur contemplatio, & reſpectus ad agnationem ſubſtituti, nec ſat eſt ſimplex agnati ſubſtitutio.*

52 *Ideo excludunt ſubſtitutum in omni caſu, quo illius agnatio non fuerit contemplata.*

53 *Agnatio non dicitur contemplata ex eo ſolum, quod agnati vocati fuerint,* & n.52.

54 *Si Teſtator pluries cogitaverit de liberis, & deſcendentibus, & eos in conditione ponere prætermiſerit in ſubſtitutione controverſa, ceſſat diſpoſitio* Text. in l. cum Avus.

55 *Et ita fuiſſe in Rota Florentina judicatum dicit* Ger. Spin.

56 *Maximè, ſi in una teſtamenti parte expreſſe excluſit filios fœminarum, nam eos etiam in alia excluſos voluiſſe dici debet.*

57 *Contra quod cogitatio generica filiorum in una parte teſtamenti, non faciat ceſſare diſpoſitionem* legis cum avus *quoad aliam ſubſtitutionem.*

Niſi alia concurrant circumſtantiæ, de quibus, ibidem.

58 *Præcipuè, ſi de filiis mentio facta fuerit in parte prorſus diverſa, quidquid à diſcretiva argui poſſit ſtante rationis, & perſonarum identitate.*

59 *Oblivio filiorum præſumi poteſt in parte, in qua de eis mentio non fuit habita.*

60 *Vel ideo filii reticiti cenſentur in Teſtamento accuratè confecto, quia Teſtator eos voluerit relinquere ſub juris diſpoſitione.*

61 *Diſpoſitio* Text. in l. cum Avus, *ſi in una Teſtamenti parte expreſſè fuit abrogata in excluſionem filiorum, eo magis intrat in ſubſtitutione, in qua nulla de filiis mentio facta fuit.*

62 *Maximè, ſi in parte in qua Teſtator procedit abrogando, agitur de deferenda ſucceſſione Perſonæ, ſibi proximiori, & magis dilectæ, in alia vero parte agitur de deferenda ſucceſſione extraneo, vel tranſverſali, in præjudicium deſcendentes.*

63 *Non eſt locus diſpoſitioni* d.l. cum Avus, *quando Teſtator fecit longam ſeriem ſubſtitutionum, quas omnes pendere à conditione tacita* — ſi ſine filiis — *eſt admodum inverſimile.*

64 *Limita, ſi conſtat Teſtatorem non curaſſe, quod ſeries univerſa ſubſtitutionum penderet ab unica conditione.*

65 *Fideicommiſſo poſſunt cenſeri gravati filii poſiti in conditione tacita ex conjecturis.*

Et ſtante tali voluntate Teſtatoris fideicommiſſum ob conditionem à l. cum Avus *ſubintellectam, non expirat* n.67.

66 *Sicuti ex conjecturis repetitum ſæpe dicitur fideicommiſſum à filiis poſitis in conditione expreſſa, per receſſum à* Conſil. Oldradi 21.

68 *Tacita conditio* l. cum avus, *fraternizat cum ſimili conditione expreſſa.*

69 *Immò nihil differt ab expreſſa.*

70 *Agnatione contemplata, filii fœminarum non dicuntur poſiti in conditione tacita, ad excluſionem agnatorum,* & n.73.

71 *Agnatio non dicitur contemplata niſi voluntas Teſtatoris fuerit expreſſa, vel tacita, deſumpta ex urgentibus, & indubitatis conjecturis.*

72 *Agnatio dicitur contemplata, ex pluries repetita qualitate maſculina.*

74 *Etiam ſi fœmina agnata ſint vocatæ, dum, & iſtæ viventes agnationem conſervant.*

75 *Adducuntur Auctoritates individuales, pro impedienda diſpoſitione* l. cum Avus.

76 *Agnatio non dicitur contemplata ex pluries repetita qualitate maſculina, ſi deficiant alia conjecturæ illius votum comprobantes.*

77 *Agnatio non cenſetur contemplata à Teſtato-*

*trice fœminã, quæ propriam fœmi-
nam excludere non præſumitur.*

Adducuntur Doctrinæ in materia l. cum avus, ibid.

78 *Item ſi fœminarum vocatio præcedat vocationem agnatorum.*

79 *Item ſi vocati ſint extranei ſimulcum cum agnatis.*

80 *Item ſi ſimul cum agnatis fuerint vocatæ fœminæ, vel cognati.*

81 *Item quando non omnes agnati vocantur, ſed aliquibus ſuperexiſtentibus, præferuntur extranei,* & n.86.

82 *Item ſi Teſtator nulla in parte Teſtamenti mentionem fecerit de agnatione, vel familia, ſed ſemper locutus fuit verbis naturalibus.*

83 *Agnationem fuiſſe contemplatam, & de ea nullam mentionem factam fuiſſe imperceptibile videtur in Teſtamento accuratè condito, & in quo Teſtator ſtuduit ſe explicare, & controverſias poſſibiles dirimere.*

84 *Agnatio, ut contemplata non dicatur, ſufficit rem eſſe dubiam.*

85 *Agnatio, nunquam dicitur contemplata, ſi in caſu contraventionis ſubſtituuntur extranei, & non agnati.*

DECISIO LVII.

NObilis Matrona Nannina de Gondis nupta Ugolino Borbonio ex Marchionibus del Monte, in ſupremo ſuæ voluntatis elogio, exarato de anno 1619. univerſalem inſtituit hæredem, Marchionem Cerbonem ipſius filium, eique ſubſtituit ejus filios, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales, illiſque deficientibus, prius filias fœminas immediatè natas ex ipſo Cerbone legitimas, & naturales, & deinde vocavit fœminas per rectam lineam maſculinam ab eodem Cerbone deſcendentes; Et tandem pro tertia parte ad ſucceſſionem invitavit, ſocietatem bonorum Hominum S. Martini, & pro reſiduo filios maſculos legitimos, & naturales Alexandri de Gondis, ac eorum deſcendentes maſculos per lineam maſculinam, iſtaque ultima ſubſtitutio, ſuper qua cadit controverſia, concepta legitur his verbis, videlicet, *E ſe avveniſſe, che ò per non eſſer cominciata, ò per eſſer finita la linea maſculina legitima, e naturale di d. Sig. Cerbone, non fuſſero al mondo nè figli maſchi legitimi, e naturali, nè deſcendenti maſchi per linea maſculina legitimi, e naturali di d. Signor, nè figliole femmine immediatamente nate di lui, nè femine deſcendenti da eſſo per linea maſculina, in tal caſo, e chi di tutte le ſopranominate perſone deſcendenti da eſſo Signor Cerbone morrà l'ultimo, in tutte le facultà, che io laſcio alla morte mia, detrattone, i debiti, ed i legati, comprehenſivamente ſoſtituiſco per un terzo i Buonomini di S. Martino, perchè ne diſpenghino ſecondo gl' ordini loro, e per gl' altri due terzi i figli maſchi legitimi, e naturali del già Signor Aleſſandro Gondi mio Padre, miei Fratelli Carnali, e ciaſcheduno di eſſi, e li loro, e ciaſcheduno di loro figlioli, e deſcendenti maſchi per linea maſculina &c.*

Mortua Teſtatrice, & acceptata per Cerbonem filium hæreditate materna, deceſſit iſte, nullis relictis filiis maſculis, ſed unica tantum filia fœmina, nempè D. Baroniſſa Anna Maria Uxore D. Baronis Aloyſii del Nero, quæ poſt radicatam in ipſa ſucceſſionem, poſtremò loco naturæ debitum perſolvit, ſuperſtitibus ex ea Barone Nero, aliiſque Fratribus del Nero Heredibus, & dictorum bonorum poſſeſſoribus, contra quos inſurrexerunt Ven. Societas S. Martini pro tertia parte, & DD. de Gondis pro aliis duabus partibus, uti ſubſtituti in teſtamento prædicto, immiſſionem ad præfata bona prætendentes; cauſaque in nos compromiſſa, laudavimus immiſſionem petitam non eſſe concedendam.

Cum enim verſemur in diſpoſitione aſcendentis, collata in beneficium deſcendentium, in ea etſi nulla in litera ſubſtitutionis appareat facta mentio de filiis, quinimò ſubſtitutio nominatim directa appareat uni perſonæ, in defectum alterius, attamen ex conjecturata mente Teſtatoris, in illa continerì dicitur tacita, & à jure ſubintellecta conditio, *ſi ſine filiis*, ita vehementiſſimè impellente ſtimulo pietatis, & naturalis charitatis ordine præſum-

pto in aſcendentibus erga deſcendentes, juxta quam plus cenſetur volitum, & dictum, quam ſcriptum, ut
1 reſpondit Papinianus in famigerata *l. cum avus* 101. *ff. de condit. & demonſtrat.*, reaſſumpta, & commendata per Juſtinianum *in l. generaliter* 6. §. *Cum autem C. de inſtit. & ſubſtitut. & in l. cum acutiſſimi* 30. *C. de Fideic.*, de qua *Palm. Neap. alleg.* 100. *num.* 4. *&* 5. *& alleg.* 303. *ſub num.* 27. *verſic. Faſar. conſ.* 39. *Torr. de Primog. Ital. part.* 1. *quaeſt.* 16. *num.* 1. *fol. mihi* 74. *Rot. in rec. dec.* 132. *num.* 2. *& ſeqq. par.* 16. *dec.* 170. *num.* 7. *&* 8. *par.* 17. *Romana Fideicommiſſi* 15. *Aprilis* 1701. §. *Verum, coram Anſaldo, Camerinen. Fideicommiſſi* 3. *Julii* 1702. §. *Rurſus, coram bon. mem. R. P. D. meo Muto*, impreſſa *poſt dec.* 58. §. *Unico n.* 10., *Romana Fideicommiſſi* 29. *Januarii* 1706. §. *Agitur enim, coram Reverendiſs. D. meo Molines Sacrae Rotae Decano*.

Itaque tacita conditio potiori jure ſubaudienda eſt, quando agitur de excludendo ſubſtituto extraneo, ut in praeſenti; impium quippe, & ab omni ordinata charitate alienum exi-
2 ſtimari debet, quod Teſtatrix praeterea voluerit propriae Soboli, & propriis deſcendentibus, ſubſtitutos extraneos, ut conſiderant *Zanch. in l. heredes mei* §. *cum ita num.* 856. *ff. ad Trebellian. Cephal. conſ.* 391. *ſub numer.* 15. *Gratian. reſp.* 75. *nu.* 35. *& ſeqq. lib.* 1. *Bondin. collect.* 12. *num.* 7. *& ſeqq. lib.* 1. *Torr. de Primog. tom.* 1. *quaeſt.* 16. *n.* 10. *& ſeqq. fol. mihi* 74. *Rot. in rec. dicta dec.* 132. *num.* 3. *par.* 16. *poſt De Luc. de Fideic. dec.* 23. *num.* 9. *Romana Fideicommiſſi* 15. *Aprilis* 1701. §. *Verum, coram R. P. D. meo Anſaldo, & in Romana Fideicommiſſi* 29. *Januarii* 1706. §. *Concurrit, coram Reverendiſs. D. meo Molines*. Et quamvis inter alios ſubſtitutos ad tertiam partem vocata ſit cauſa pia, nempe Societas S. Martini, Inſpiciendo quippe ordinem charitatis, & affectionis, major concurrit dilectio erga proprios deſcendentes, quam erga piam cauſam, quae naturalem affectionem extinguere nequit, & cui in hoc
3 puncto tantus favor à legibus non tribuitur, quantus conceditur propriae Soboli, & deſcendentiae, ut in terminis ſubſtitutionis piae cauſae, quod non faciat ceſſare conditionem, *ſi ſine filiis*, à lege ſuppletam, & ſubintellectam *Menoch. conſ.* 625. *num.* 18. *Ruſtic.* olim hujus noſtrae Rotae Auditor *in l. cum avus lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 135. *Mantic. de Conjectur. ultim. volunt. lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 3. *& ſeqq. Peregrin. de Fideic. artic.* 18. *num.* 87. *verſic. quod fallit ſubſtitutione, Faſar. de ſubſtit. quaeſt.* 393. *num.* 55. *& ſeqq.* ubi ex profeſſo examinat materiam *Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *par.* 12. *num.* 17. *Torr. de Primog. tom.* 1. *dicta quaeſt.* 16. *num.* 9. 11. *&* 12. *Merlin. Pignatell. controv.* 5. *num.* 1. *contor.* 2. *Bondin. collect.* 11. *num.* 9. *lib.* 1., plenè *Rot. Senen. in Montis Alcini Fideicommiſſi* 15. *Aprilis* 1707. §. *Tales autem, coram me*, nunc impreſſa inter *dec. Senen.* in 6. *num.* 4. *& ſeqq. Rot. Romana in rec. deciſ.* 170. *num.* 14. *& dec.* 211. *n.* 16. *&* 17. *par.* 14. *& in dicta Romana Fideicommiſſi* 15. *Aprilis* 1701. §. *Verum animadverterunt, coram R. P. D. meo Anſaldo*, & in citata *Romana Fideicommiſſi* 29. *Januarii* 1706. §. *Quae quidem, coram Reverendiſs. Molines*.

Hocque procedit, ſive Fideicommiſſum conditum ſit à maſculo, ſive à
4 foemina, ut in puncto Fideicommiſſi conditi à foemina *Mantic. de Conject. lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 14. *Faſar. de ſubſtitut. d. quaeſt.* 393. *num.* 31. & in quacumque ſubſtitutione ordinata poſt mortem alicujus deſcendentis ſive maſculini ſexus, ſive foeminini, ut in ca-
5 ſu quo foemina erat gravata expreſsè, diſponit Textus in *d. l. cum acutiſſimi* 30. *C. de Fideic.*, & tradunt *Cephal. conſ.* 391. *num.* 16. *& ſeq. Decian. reſponſ.* 107. *nu.* 7. *& ſeq. lib.* 1. *Menoch. conſ.* 637. *num.* 17. *verſic. & hac quidem, & n.* 22. *& de Praeſumption. lib.* 4. *praeſumpt.* 89. *num.* 20. *verſic. nec adhibenda, Venturin.*
6 *conſ.* 17. *num.* 1. *lib.* 1. *Mantic. de Conject. d. lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 13. *Faſar. de ſubſtitut. d. quaeſt.* 393. *num.* 27. *Rot. in citata Romana Fideicommiſſi* 29. *Januarii* 1706. §. *Agitur, & per totum, coram Reverendiſs. D. meo Molines*.

Nec receſſum à praedicta regula ſuadere potuerunt conjecturae, quae pro parte Actorum adducebantur, & quibus concurrentibus numquam prae-

ſu-

ſumitur Teſtatorem voluiſſe ab inſti-
tuti filiis excluſum remanere ſubſtitu-
6 tum, nec diſpoſitionem præfatarum legum intrare debere, ut probant *Socin. Sen. in d. l. cum avus num. 72. & ſeqq. Ruſtic. ad eandem legem lib. 1. cap. 4. ex num. 2. & cap. 16. num. 11. & ſeqq. Ancharan. conſ. 46. num. 2. Socin. Jun. conſ. 128. num. 32. & ſeqq. lib. 2. Caball. conſ. 48. num. 20. lib. 1. Alegrad. conſ. 61. num. 2. & ſeq. & num. 64. lib. 1. Gio. Spin. conſ. 63. numer. 14. Venturin. conſ. 25. num. 119. lib. 1. Gabriel. Commun. concl. lib. 4. de Fideic. concl. 2. numer. 56. Mantic. de Conject. lib. 10. tit. 8. num. 6. in fin. & num. 16. Fuſar. de ſubſtitut. d. quæſt. 393. num. 108. Maſſin. de Confiſcat. quæſt. 33. num. 19. verſic. quia diſpoſitio legis, Rot. noſtra apud Magon. dec. 52. num. 7. Rot. Romana coram Celſ. dec. 159. num. 3. Ottobon. dec. ſ. 170. num. 5. Bonrr. Jun. dec. 813. num. 17. poſt de Luc. de Fideic. in Mantiſſa dec. 2. ſub n. 25. & dec. 9. n. 15.*

Quoniam, cum agatur de recedendo à regula legali, validiſſimè roborata à Juris præſumptione, nec non à motivo, & ſtimulo naturalis pietatis, & charitatis, non ſufficiunt quævis conjecturæ, nec admittuntur illationes vagæ, & æquivocæ, ſed requiruntur
7 urgentiſſimæ, valdè vehementes, & quæ neceſſariò concludant, ut in ſpecie obſervant *Ruſtic. in d. l. cum avus lib. 6. cap. 4. n. 7. 8. & 16. Decian. reſp. 1. num. 120. & ſeq. & nu. 207. verſic. item reſpondeo, & reſp. 107. num. 15. & ſeq. lib. 2. Caſtill. contr. jur. lib. 5. cap. 93. num. 16. Palm. Nep. alleg. 393 ſub n. 18. verſic. licèt ergo, & verſic. talis autem. Fuſar. de ſubſtitut. d. quæſt. 393. numer. 112.* plenè *Conſal. ad Peregrin. de Fideic. art. 25. §. Sed quidem dubitatum, & ſeqq.* ubi reſpondet contrariis *fol. mihi 106. & ſeq. in impreſſione Lugdunen. De Luca de fideicommiſſ. diſc. 74. ſub n. 2. Bald. dec. dec. & rer. judicat. tit. 3. de legat. & fideic. dec. 5. num. 7. & dec. 4. num. 3. & 12. Rot. Januen. inter dec. Lucen. diverſor. recollectas per Palm. Nep. dec. 195. num. 47. in fine, Rot. Senen. in Montis Alcini Fideicommiſſi 15. Aprilis 1707. §. Et quatenus, coram me,* ubi concordantes, nunc impreſſa *d. dec. 6. nu. 5. Rot. Romana in d. Romana Fideicommiſſi 19. Januarii 1706. §. Quia è premiſſa, coram Reverendiſſ. Molines.*

In hac autem conjecturarum claſſe, recenſeri non poſſunt illæ DD. de Gondis favorabiles. Prima enim deſumebatur, ex quo Teſtatrix ſubſtituit filias fœminas, cum qualitate immediatæ nativitatis ex Cerbone filio, ibi — *e quando non ci foſſero di detto Signor Cerbone figliuoli maſchi di maſchio legitimi, e naturali, ſoſtituiſco come ſopra le figliuole femmine immediatamente nate di detto Signor Cerbone* — Et fœminas deſcendentes per rectam lineam maſculinam ejuſdem Cerbonis, ibi — *e quando non foſſero al mondo figliuole femmine legitime, e naturali immediatamente nate di eſſo Signor Cerbone, ſoſtituiſco per come ſopra volgarmente, e per Fideicommiſſo le femmine legitime, e naturali, deſcendenti per linea retta, e maſculina del detto Signor Cerbone* — Quæ qualitates immediatæ nativitatis ex Cerbone filio, & deſcendentiæ per lineam rectam maſculinam ab eodem Cerbone, cum quibus fœminæ ſubſtitutæ noſcuntur, dum filiis dd. fœminarum non adaptantur, iſti comprehenſi dici non poſſunt, ſub diſpoſitione *l. cum avus, & l. cum acutiſſimi.* Quando enim vocatio facta eſt cum certa qualitate, quæ filiis non conve-
8 nit, tunc illi non faciunt deficere conditionem ſubſtitutionis, quia cenſentur ſpecialiter excluſi *Paris. conſ. 19. numer 94. & ſeq. lib. 3. Peppon. conſ. 74. numer. 20 Seraf. reſp. 1. numer. 111. tom. 1. lib. 2. Ruſtic. in d. l. cum avus lib. 6. cap. 4. num. 16. Gabriel. Commun. concl. lib. 4. de Fideic. concl. 1. n. 12. Alegrad. contr. 75. num. 44. Mantic. de Conject. lib. 10. tit. 8. num. 6. Maſſin. de Confiſcat. quæſt. 33. numer. 19. de Luc. de Fideic. diſc. 31. num. 8. verſic. quod ſcilicet. Rot. coram ſan. mem. Alex. VIII. d. dec. 170. n. 4. & 8.*

Verum, hæc conjectura nullius roboris viſa eſt. Vocatio enim fœminarum immediatè natarum à Cerbone, vel ab ipſius recta linea maſculina deſcendentium, operatur quidem, quod in ex-
9 preſſa vocatione, iſtæ ſolùm fœminæ comprehenſæ ſint, non verò quod maſculi ab eis deſcendentes non veniant ſub tacita conditione à lege ſubintellecta, ut in individuo Teſtatoris ſub-

 ſti-

ſtituentis in defectum maſculorum ſuas
filias fœminas tantùm, & filias maſculo-
20 rum, quod nihilominus ſi filiæ præ-
defunctæ cum filiabus deceſſerint, iſtæ ad
excluſionem ſubſtituti vigore *l. cum*
avus ſuccedere debeant *Decian. reſp.*
107. *num.* 10. *verſic. non obſtat primum,*
& ſeq. lib. 2. *Caphal.* in eadem cauſa ſcri-
bens *conſ.* 391., & de Teſtatore ſubſti-
tuente ſub conditione *ſi ſine filiis ex ſe*
21 natis, vel ſine liberis proprii corporis,
quod non exinde à conditione *l. cum*
avus excluſi cenſeantur Nepotes, &
ulteriores deſcendentes *Roſtr. in l. cum*
avus lib. 3. *cap.* 10. *n.* 47. & de ſubſtitutio-
22 ne facta ſub conditione, caſu quo de-
ſineent primo vocati *Rot. in ſept. coto-*
ta Romana Fideicommiſſi 15. *Aprilis*
1601. §. *Et ex his remotis, & ſeq. coram*
R. P. D. meo Anſaldo.

Quando enim perſona gravati fuit
circumſcripta, & ad certitudinem re-
dacta, vel per nomen proprium, vel
per nomina appellativa ex proprietate
ſermonis indicantia filios, vel nepotes,
vel Pronepotes primi, ſecundi, vel ter-
tii reſpectivè gradus, tunc ſubſtitutio
23 dicitur directa in illas certas perſonas,
quæ deſignatæ ſunt, ſed eo ſolùm
caſu, quo deceſſerint ſine liberis;
ſi enim cum liberis moriantur, con-
ditionem fideicommiſſi facit deficere
conjectura pietatis, & iſte eſt caſus
Textus in *d. l. cum avus*, ubi ſubſti-
tutio nominatim facta fuerat nepoti
24 decedenti ad favorem Patrui, & nihi-
lominus liberis relictis Juriſconſultus
reſpondit, fideicommiſſi conditionem
ob conjecturam pietatis defeciſſe, &
tradunt *alii Decian. d. reſp.* 107. *ſub*
num. 20., *Faſar. de Subſtit. quæſt.* 303.
numer. 77. & 81. *Rot. in rec. deciſ.* 80.
in princip. & numer. 3. *par.* 19. ubi Ni-
colaus, Vincentius, & Franciſcus nomi-
25 nibus propriis inſtituti fuerant, & ad
invicem reciprocè ſubſtituti, *dicta Ro-*
mana Fideicommiſſi 15. *Aprilis* 1701. *co-*
ram R. P. D. meo Anſaldo, ubi erat caſus
26 de Maffeo filio, inſignito qualitate ex-
plicata Principis Praneſtinorum *coram*
Camerinen. Fideicommiſſi 3. *Julii* 1702.
coram bo. me. R. P. D. meo Mota impreſſa
poſt *deciſ.* 58. §. *Unde*, ubi de Luca An-
27 tonio Nepote Teſtatoris ex filio, & *in*
dicta Romana Fideicommiſſi 29. *Januarii*
1 *706. coram Reverendiſſimo Molines*, ubi
28 de Diana, & Agnete filiabus Teſtatoris.

Potiſſimè in caſu noſtro, in quo cum
Teſtatrix duas claſſes fœminarum à
Cerbone provenientium vocare volue-
rit, nempe primi, & ulterioris gradus,
nullaque ex eis, de tempore teſtamenti
eſſet in rerum natura, ut illas indivi-
duaret, & ſpecificaret, neceſſariò earum
29 vocatio circumſcribi debebat cum ter-
minis, quibus uſa eſt, vel aliis ſimili-
bus, & æquipollentibus, Hoc autem
ad demonſtrandas perſonas vocatas,
& ad contradiſtinguendam unam claſ-
ſem fœminarum ab alia, non pro im-
pedienda operatione *legis cum avus*,
prout in dubio ſemper verba in ſenſu
demonſtrativo accipi debent. *Rot. Lo-*
ren. apud Palm. Nep. dec. 317. *num.* 9.
Rot. noſtra apud Venetum dec. 35. *n.* 9.
Rot. Romana coram Emerix. Jun. dec. 117.
n. 4. *in rec. dec.* 474. *n.* 17. *par.* 18. & *dec.*
177. *n.* 5. *par.* 19. Maximè in ſubjecta
materia omnem legis, & pietatis favo-
30 rem habente, quæ non patitur, ut ab
extraneis ſiliæ excludantur, quoties Te-
ſtatoris verba in alium ſenſum detor-
queri poſſunt, ut firmant *Auctoritates*
ſupra relatæ n. 7.

Idque clarius convincitur, ſi pon-
deretur, ut fas eſt, quod verbum illud
immediatamente, fuit ſolùm appoſitum
filiabus primi gradus, non aliis fœminis
deſcendentibus à Cerbone per lineam
maſculinam; & tamen ſi fuiſſet adje-
ctum pro excludendis deſcendentibus
utriuſque claſſis fœminarum, & tollen-
31 do beneficio *legis cum avus*, illud in
utroque loco Teſtatrix adhibuiſſet,
quod cum non fecerit, ſignum eſt hu-
juſmodi verbum demonſtrativè fuiſſe
appoſitum, & ad denotandam prælа-
tionem volitam inter fœminas primi
gradus, ſeu immediatè natas à Cerbo-
ne, & alias fœminas ulterioris gradus
ab eodem Cerbone provenientes, per
lineam maſculinam, aliàs enim cum
dari potuiſſet caſus, quod Cerbo
ſuſcepiſſet filios maſculos, & fœminas,
32 & deinde maſculi deceſſiſſent, relictis
fœminis, iſtæ de prælatione cum filiabus
Cerbonis contendiſſent, & ultimis pri-
mæ antepoſitæ fuiſſent, tamquam proxi-
miores perſonæ poſtremo loco defun-
ctæ, cujus proximitatem de jure juxta
opi-

23 opinionem Florentiæ receptam attendi
debere, firmavit *Marnar. de Fideic. quæſt.*
35. n. 48., ubi quod ita fuit judicatum
in Rota Florentina *Rota noſtra lib. Mot.*
21. fol. 145., *& in Florentina Fideicom-*
miſſi de Medicis 20. Martii 1616. §. Præ-
ſuppoſito lib. motivor. 96. fol. 262. &
inter deciſ. diverſor. recollectas per Palm.
Nepot. deciſ. 213. n. 48. & dec. 263. n. 2.
apud Saminiat. contr. 101. n. 25. & apud
Monach. deciſ. Florent. 53. num. 2. & inter
deciſiones Florentinas in hoc Volumine
impreſſas dec. 6. n. 11. ubi concordantes,
& dec. 14. n. 33.

Ad quam juris diſpoſitionem impe-
diendam præcepit Teſtatrix, prius ſuc-
cedere debere filias immediatè natas à
Carbone, & poſtea alias fœminas ab
eodem Carbone per lineam maſculinam
derivantes; ſicque verba illa *immedia-*
tamente, tanquam appoſita ad certum
24 finem, nempe pro inducenda inter
prædictas fœminas primi, & ulterioris
gradus prælatione, non poſſunt diver-
ſum finem, & effectum operari *Sena-*
tus Montanus apud Surd. dec. 45. n. 16.
Rot. Senen. apud Mart. Medic. deciſ. 20.
n. 30. Rot. noſtra apud Venturin. dec. 7.
n. 17. Rot. Romana poſt de Luc. de Fideic.
in Mantiſſa dec. 82. in prima n. 9.

Ac proinde, non obſtat doctrina
Faſar. de Subſtit. quæſt. 331. numer. 93.,
firmantis appellatione filiorum non ve-
nire nepotes, quando Teſtator vo-
25 caverit filios *immediatè* natos, Tum
quia hoc procedit, quando verbum
immediatè, fuit appoſitum pro reſtrin-
genda vocatione ad filios, & ad ex-
cludendum nepotes, non verò quan-
do adjectum fuit ad contradiſtinguen-
das, & præferendas fœminas primi
gradus, aliis fœminis gradus ulterioris,
& ſic ad alium effectum, quam ad il-
26 lum excluſivum aliarum perſonarum;
Tum etiam quia, cum ardua ſit quæſtio
an appellatione filiorum veniant Ne-
potes, & in Rota noſtra Florentina re-
27 cepta ſit, & canonizata opinio nega-
tiva, ut tradunt *Corn. conſ. 199. ſub*
n. 34. circa medium, ubi quod ita fuit
judicatum Florentiæ, aſſidente ibi ſo-
lemniſſimo Doctore *lib. 2. Decius conſ.*
95. num. 7. circa medium, & in allega-
tione impreſſa poſt 1. tom. ſummæ Sabelli
cap. 6. quæſt. 3. per tot. & quæſt. 16. Cy-
riac. contr. 8. ſub num. 69. Mantic. de Con-
ject. lib. 8. tit. 8. ſub num. 2. Alexander
Orgeant poſt de Luc. de fideic. in Mantiſſa
dec. 63. n. 6. & 7. & in n. 27. Rot. noſtra
apud Magon. dec. Florentin. 71. num. 12.
& ſeqq. apud Urceol. dec. 4. num. 1. & ſeqq.
& dec. 13. num. 82. & ſeq. & apud Sa-
miniat. d. contr. 101. num. 112. & ſeqq.
& n. 134. & ſeqq. confirmata 7. Aprilis
1702. n. 21. & ſeqq. & num. 35. & ſeqq.
lib. mot. 137. fol. 211. & antea *lib. mot. 49.*
fol. 165. §. Nec etiam lib. mot. 80 fol. 487.
lib. 125. fol. 249. §. Ad objectum, & in d.
Florentina de Melocchis 7. Novembris
1662. & in Florentina Fideicommiſſi de
Cappondes lib. mot. 135. fol. 50. & 22.
Auguſti 1695. cor. D. Auditore Bellanio,
nil mirum, ſi dum quoquomodo con-
ſtet de mente Teſtatoris non rece-
dendi à regula, nepotes ſub appel-
28 latione filiorum vocati, & compre-
henſi non cenſeantur, quod non acci-
dit in præſenti caſu, in quo non egi-
mus vocatione Teſtatoris, ſed ſufficit
non conſtare de clara ejus mente fi-
lios excludendi, ut *lex cum avus* ſuam
29 favore ipſorum, poſſit facere opera-
tionem.

Minus obſtant aliæ Auctoritates ſu-
pra in objecto relatæ, Illæ enim lo-
quuntur, vel quando vocatus filius pri-
mogenitus, aut major, & propter hanc
qualitatem dicunt ceſſare diſpoſitionem
30 *dictarum legum*, ut ita exemplificant
Parıſ. Gabriel. Peppon. Altograd. Mantic.
Maſſin. De Luca locis in objecto relatis,
quorum tamen opinio, quando non ſu-
mus in majoratu Saltuario, non eſt in
31 praxi recepta, qualitas enim primoge-
niti, ſeu majoris natu, non efficit, ut
obrumpatur, & diſſolvatur vinculum
pietatis, cui innititur diſpoſitio Tex-
tus in d. l. cum avus, ut in ſpecie tra-
dunt *Roſſic. ad l. cum avus lib. 6. cap. 4.*
n. 4. 5. & 6. Palm. Nep. alleg. 395. n. 18.
& ſeqq. De Luc. de lino legat. lib. 2. art. 9.
n. 5. art. 70. n. 7. & art. 81. n. 16. 24. & ſeqq.
Torr. de Majorat. tom. 1. cap. 19 ſub n. 6.
verſic. niſi quod favore majoratus fol.
114. cap. 40. n. 148. cap. 41. §. 6. n. 102. &
ſeqq. fol. 751. Rot. Januen. apud Baldaſſ.
dec. & rer. judicat. tit 3. dec. 34. n. 13. in
fine verſic. neque, & inter dec. [illegible] di-
verſor. recollectas per Palm. Nep. dec. 195.
num. 47. in fine, & apud eundem Palm.
al-

alleg. 394. *n.* 16. ubi infinitos congerit, & *n.* 24. & *ſeqq. Rota noſtra apud Paluz. Nep. alleg.* 100. §. *Secundo verò caſu ſol. mihi* 681., & latiùs in alia *dec. apud Baldaſſ. dec. & ver. judic. tit.* 3. *dec.* 37. *n.* 32. *& ſeqq. & poſt Torr. de Pruneg. dec.* 10. *n.* 163.

Vel loquuntur quando inſtitutio, & ſubſtitutio facta fuit contemplatione certæ qualitatis, qua ſi caret filius inſtituti, non poteſt favore ipſius ſubintelligi conditio *ſi ſine filiis*, ob reſiſtentiam voluntatis Teſtatoris, qui tam in
32 ingreſſu, quàm in progreſſu qualitatem illam requiſivit, ut erat caſus *deciſionis* 270. *coram Ottobono*, in qua relictum fuerat legatario prædium tamquam Clerico, & contemplatione qualitatis Clericatus, quæ etiam fuit requiſita in ſubſtituto, proindèque concludit *Rota*, quod *lex cum avus*, prodeſſe non poteſt ei, qui non eſt Clericus, tamquam à Teſtatore excluſus; Hoc autem non adaptatur caſui noſtro, in quo vocatæ fuerunt fœminæ natæ à Marchione Cerbone immediatè, & mediatè, & qualitas immediatæ nativitatis fuit appoſita ad alium effectum, non pro abroganda diſpoſitione *l. cum avus*, & in ingreſſu, à quo inferri non valet ad voluntatem in pro-
33 greſſu, ex eo enim quod Teſtatrix in tranſitu ſucceſſionis à maſculis ad fœminas, vocaverit illas, quæ immediatè natæ eſſent à Marchione Cerbone, vel ab eo deſcenderent per lineam rectam maſculinam, tamen ex hoc inferri nequit, quod eamdem qualitatem adeò optaverit in progreſſu, ut excluſis lineis, ſive perſonis, in quibus ſucceſſio radicata jam fuerat, illam deferre voluerit ad extraneos, & privare deſcendentes beneficio eis à lege indulto, ut in puncto Teſtatoris vocantis in ingreſſu primos filios maſculos ſuarum filiarum, & ſic maſculos
34 per unicum medium fœmininum, quod ex hoc inferri non poſſit qualitatem iſtam volitam, & repertam fuiſſe in progreſſu, adeo ut excluſi dici debeant maſculi per plura media fœminina procedentes *Rot. in Avenionen. ſeu Carpentoraten. Fideicommiſſi de Tertulis* 23. *Februarii* 1704. §. *Tandem*, & *ſeq.* & 21. *Novembris ejuſdem Anni* §. *Etenim*, & *ſeqq. coram R. P. D. meo Lancetta*, & 5. *Junii* 1705. §. *finali coram Caſſarello*, & 2. *Decembris ejuſdem Anni* §. *Penultimo coram Reverendiſſ. D. meo Molines*, & quod in ſubjecta noſtra materia volitum in ingreſſu, non
35 poſſit dici repertum in progreſſu *Torr. de Pruneg. tom.* 1. *cap.* 37. *num.* 144. *verſ. præſertim quia fol.* 330.

Inſubſiſtens pariter detecta fuit ſecunda conjectura, deſumpta ex quo Teſtatrix vocatis maſculis, & fœminis à Marchione Cerbone deſcendentibus, ultimo ex eis deſcendenti ſubſtituit DD. de Gondis, pro duabus ex tribus partibus, & pro alia tertia parte ſocietatem Bonorum Hominum S. Martini, quod verificari non poſſet ſi ſubintelligi deberet conditio, quatenus ul-
36 timus decederet *ſine filiis*, quia implicat, quod quis ſit ultimus, & quod decedat relictis filiis, cum ultimus ſit ille, poſt quem nullus ſupereſt, ut in individuo conſiderant *Menoch. conſil.* 1155. *num.* 24. & 25. *Petr. Aloyſius dela Roſa apud Torr. de Pruneg. tom.* 2. *d. quæſt.* 16. *num.* 108. *fol.* 83. *Venturin. conſ.* 25. *num.* 127. *Roncon. apud eum conſil.* 26. *num.* 29. & *conſ.* 27. *num.* 2. & *ſeqq. ſub num.* 5. & *ſeqq.* & *numer.* 15. *cl.* 2. & *ſeqq. lib.* 1. ſecundum quæ conſilia in dicta cauſa judicavit *Rot. noſtra in dicta Florentina Fideicommiſſi de Nobilibus* 22. *Novembris* 1638. §. *Et ex his*, & *ſeqq. lib. motivor.* 115. *fol.* 1. & *in alia dec. Florentina die* 19. *Julii* 1551. §. *Ad hanc deciſionem lib. motivor.* 16. *fol.* 557. & *die* 15. *Julii* 1561. §. *Mors quia lib. motivor.* 21. *fol* 374. & *in alia deciſione pariter Florentina, impreſſa apud Sommat. d. contr.* 101. *num.* 33. & *ſeqq.* & *ſub numer.* 40 *confirmata die* 7. *Aprilis* 1702. *coram Domino meo Auditore Farſetto lib. motivor.* 137 *fol.* 121

Etenim, aut Teſtator ſubſtituit ultimo de linea generaliter ſumpta, & iſto caſu cum ultimus dici non poſſit ille, qui filium relinquit, in quo conſervatur, & durat linea, iſte ultimus di-
37 citur poſitus tamquam terminus præcedentis ſubſtitutionis, in tranſitu ad alteram ſubſtitutionem ſequentem, & reſpectu ipſius intelligi non poteſt tacita conditio *ſi ſine filiis*.

Aut verò ſubſtitutio facta fuit cer-

tis,

tis, & determinatè perſonis alicujus lineæ, ut in noſtra hypotheſi, in qua vocati fuerunt filii, & deſcendentes maſculi, & poſt eos fœminæ immediatè natæ à Cerbone, aliæque fœminæ ab eo deſcendentes per lineam maſculinam, & ultimo ex dd. perſonis decedentis ſubſtituti fuerunt Boni Homines S. Martini, & DD. de Gondis, ibi — *E ſe gli avveniſſe, che per non eſſer continuata, o per eſſer finita la linea maſculina legitima, e naturale di detto Signor Cerbone non foſſero al mondo ne figlioli maſchi legitimi, e naturali, ne deſcendenti maſchi per linea maſculina legitima, e naturale di detto Signor Cerbone, ne figliole femmine immediatamente nate di lui, ne femmine deſcendenti da eſſo per linea maſculina, in tal caſo a chi di tutte le ſopra nominate perſone deſcendenti da eſſo Signor Cerbone morrà l' ultimo, ſoſtituiſco per un terzo i Buonomini di S. Martino &c.* Iſtoque caſu cum nulla adſit repugnantia,
38 quod ultima ex perſonis ſuperius deſcriptis habeat filios, ut de facto illos habuerunt, tam D. Baroniſſa, quàm ejus Soror præmortua, ſubſtitutio eidem facta poteſt intelligi quatenus ultimus ex dictis vocatis moriatur *ſine filiis*, ut conſiderat *Torr. de Primog. tom. 1. cap. 35. num. 153. §. Intellige prædicta fol. mihi 146. Faſar. de ſubſtit. quæſt. 403. num. 28. Rot. in rec. dec. 303. n. 16. par. 19.*

Nec contrarium dicunt Auctoritates in objecto allegatæ, quia non loquuntur quando vocatæ fuerunt certæ perſonæ unius lineæ, & ultimæ
39 ex eis facta fuit ſubſtitutio, ſed in alio caſu omninò diverſo, quo ſubſtitutio fuit facta ultimo de linea, in qua ex mox dicta ratione tacita conditio non poteſt intelligi. Aut ultimo maſculo, vel deficiente linea maſculina, tunc enim pariter negant ſubintelligi poſſe conditionem, *ſi ſine filiis maſculis*, quia eſt impoſſibile,
40 quod ſit ultimus maſculus, vel ultimus de linea maſculina, & quod decedat cum filiis maſculis *Torr. de Primog. tom. 1. quæſt. 16. n. 108.* prout nec intelligi poteſt dicta conditio reſpectu filiarum fœminarum, quæ non habent
41 qualitatem maſculinam, nec reſpectu deſcendentium ex eis, quando Teſtator habuit rationem conſervandæ agnationis, ut videre eſt ex earum lectura, & hoc modo etiam explicat, & conciliat *Torr. de Primog. dicto tom. 1. cap. 35. num. 153. verſic. intellige.*

Quidquam non refragante, quod in præſenti Teſtatrix ſubſtituerit Societatem Bonorum Hominum S. Martini, & DD. de Gondis quatenus non inciperet, vel extingueretur linea maſculina Marchionis Cerbonis, & ſucceſſiva enumeratio perſonarum fiat exemplificativè ad demonſtrandas perſonas in dicta linea maſculina contentas, ac propterea ſubſtitutio facta ultimæ ex ſupra nominatis perſonis perinde habeatur, ac ſi eſſet facta ultimo lineæ maſculinæ.

Quoniam objectum ceſſat ex facto, cum inter cæteras perſonas ſpecificatas fuerint recenſitæ etiam filiæ imme-
42 diate natæ à Cerbone, quæ ſub ipſius lineæ maſculinæ comprehendi non poſſunt, cum linea maſculina initium ſumat non ab ipſo Cerbone, ſed à filio maſculo illius *Caſtrenſ. in l. maritus 21. num. 5. C. de Procurator. & conſ. 190. lib. 2.* cujus theoricam, in terminis fideicommiſſi, majoratus, & primogenituræ ſequuntur *Romuald. Jun. conſ. 127. numer. 17. & 18. Ventura. d. conſ. 23. n. 48. & conſ. 16. num. 5. lib. 1. Rovit. conſ. 17. num. 4. lib. 1. Tondut. reſolut. civil. 181. num. 5. Fachin. contr. Jur. lib. 11. cap. 25. §. Cæterum, Cyriac. contr. 181. num. 84. & contr. 365. num. 23. Altograd. in alia cauſa Florentina contr. 97. num. 61. Dondr. conſult. 3. num. 10. Gratian. diſcept. 901. num. 12. & ſeqq. Urceol. conſult. 60. n. 6. & ſeq. Epiſcop. Rocca diſput. 26. num. 17. Rodolphin. alleg. 33. num. 16. Manſ. conſult. 204. num. 25. & ſeq. Peregrin. de fideic. artic. 26. num. 19. Caſtill. quotidian. contr. lib. 5. cap. 93. num. 17. & ſeqq. Rojas de Incompatibilit. Regnor. par. 1. cap. 6. num. 345. & 346. Faſar. de ſubſtitut. quæſt. 346. num. 36. & 37. Alvarad. de Conjectural. mente Defuncti. lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 45. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 21. artic. 13. num. 17. De Luc. de legat. legal. tom. 1. artic. 16. num. 13. Torr. de Primog. Ital. tom. 1. cap. 5. numer. 56. & num. 68. & ſeqq. uſque ad num. 77. ubi declarat fol. 19. & ſeqq. & cap. 39. §. 3.*

num.64. fol.495. & §.11. num.15. fol.621. & cap.41. §.8. num.23. fol.775. & tom.2. quæſt.6. num.6. & ſeqq. fol.30. Senatus Cathalon. apud Fontanell. dec.34. nu.11. Rot. apud Poſt. de Manut. dec.168. nu.6. Rub. dec.493. n.6. & ſeqq. in rec. dec.575. n.4. par.19.

Et non proficeret de jure; Certum
enim in jure eſt, quod facta ſubſtitutio-
ne ultimo maſculo, vel ultimo de li-
nea maſculina, quando mens Teſtato-
ris non repugnat, intelligitur quate-
nus iſte ultimus, *ſine filiis*, decedat, nam
quamvis talis perſona ſit ultima in li-
nea maſculina, poteſt tamen decede-
43 re cum filiabus fœminis, & deſcen-
dentibus ex eis, & efformare lineam
fœmininam, ut obſervat *Torr. de Primog. tom.1. ſæpè citato cap.25. num.152. §. intelligo prædicto fol. mihi 146.*

Minus ſubſiſtit tertia conjectura,
quod Teſtatrix in conditione poſuerit
filios maſculos, & lineam maſculinam,
quæ maſculinitatis expreſſio in condi-
44 tionali facta oſtendit ipſam fœminas
in dicta conditione ponere noluiſſe,
immò eas poſitivè excluſiſſe, ut ex theo-
rica *Bartoli in d. l. cum avus nu.4.* pun-
ctualiter firmant *Caſtr. ibidem lib.3. cap.4. num.1. Laderch. conſ.135. num.2. & conſ.136. nu.2. Ventura. conſ.25. numer.136. & ſeq. conſ.26. num.29. & 30. & conſ.27. num.7. lib.2. Almagrad. conſ. 62. num.13. & 17. lib.1. Faſar. conſ.124. num.28. & ſeq. & de ſubſtit. quæſt.402. num.127. Menoch. conſ.1055. num.25. & præſumpt.89. num.97. lib.4.* pluresque alii, quos refert, licet non ſequatur *Rot. Senen. in Groſſetana, ſeu Senen. Immiſſionis 15. Aprilis 1707. §. Non obſtat, coram me nunc impreſſa dec.7. n.2.,* plenè *Rot. noſtra in d. Florentina Fideicommiſſi de Nobilibus 12. Novembris 1638. §. Et ex his, & ſeqq. lib. matrimon. 113. fol.1. & in alia Florentina reſtitutionis in integrum de Melocchis 7. Novembris 1662. §. Joannes, & §. Ulterius lib. mat.125. fol.149.* & pluribus relatis in alia *deciſione impreſſa apud Sammini. contr.201. num.44. & ſeqq. confirmata die 7. Aprilis 1702. num.129. §. Ulterius, & ſeqq. lib. matrimon.137. fol.211. Rot. Romana in rec. dec.95. num.10. par.11. & dec.406. num.17. par.14.,* prout excluſiſſe etiam deſcendentes ab iiſdem

45 fœminis, ut proſequitur in terminis
Menoch. dicta præſump.89. num.98. lib.4. Rot. noſtra apud Sammin. d. contr.201. n.46.

Quamvis enim in contrarium gra-
viſſimorum DD. Auctoritates, & Tri-
bunalium plura judicata adducerentur
ad probandum, quod poſitis etiam in
conditione perſonis cum qualitate
maſculina, non indè ſequatur quod
maſculis deficientibus fœminæ, & deſ-
cendentes ab eis non ſint impedimento
admiſſioni extraneorum, ſufficit enim
46 Teſtatorem explicitè non excluſiſſe
fœminas, ut defectu generis maſculi-
no illarum mentionem ſupplere valeat
diſpoſitio legis, quæ inter vocationem,
& excluſionem media ſubintrat, ut
fœminæ, & filii ex eis, quibus non
aſſiſtit cortex, & materialitas verbo-
rum pro ſcriptis, & conſideratis ha-
beantur, ut unanimes in hoc omnino
terminis affirmant *Decian. reſp.107. numer.10. verſic. non obſtat ſecundum lib.2. Palm. Nep. alleg.113. num.16. & alleg. 391. num.17. verſ. & revera, Paulut. diſſert.91. num.129. & ſeq. Torr. de Majorat. par.1. cap.25. §.14. num.146. verſic. hujuſmodi, & num.149. & ſeqq. fol. mihi 145. cap.40. num.148. cap.41. §.6. num.104. fol.751. & par.2. quæſt.16. numer.17. & ſeqq. & num.103. & ſeqq. fol. 85. & quæſt. Jur. lib.1. tit.1. quæſt.4. num.10. & ſeqq. fol.121. & inter dec. Lucan. diverſorum recollectas per Palm. Nep. dec.263. num.196. Baldacc. dec. & rer. judicat. tit.3. de legat. d. dec 3. nu.5. & ſeq. & deciſ.4. num.3.* & pluribus relatis plenè *Rot. Senen. in cit. Groſſetana, ſeu Senen. Immiſſionis 15. Aprilis 1707. coram me nunc impreſſa dec.7. num.3. & ſeqq. Rot. Romana in rec. deciſ.132. num.8. & ſeqq. par.16.* in qua fuit receſſum à ſupra citata *dec.406. par.14. & poſt De Luc. de fideicom. deciſ.13. nu.9. & 10. & in Mantiſſ. dec.63. n.72. & ſeqq.* & in ſæpè laudata *Romana Fideicommiſſi 13. Aprilis 1701. §. Et ſecundo coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Tamen Domini relinquentes diſcuſ-
ſionem hujus articuli in abſtracto, in
quo quidquid firmatum fuerit in aliis
47 Tribunalibus, Defenſores DD. de Gon-
dis prætendebant in hac Civitate indu-
ctam fuiſſe contra fœminas conſuetu-

di-

dictum in judicandi. Prævaluerunt apud Dominos geminæ facti conſiderationes, ob quas limitatur prima ex ſupradictis opinionibus, & recipitur ſecunda. Altera, nempè quod hic non ſolùm fuerunt vocati maſculi, & linea maſculina, ſed etiam fœminæ, tam
48 immediatè natæ à Carbone, quàm alii deſcendentes à maſculo ulteriorem gradum, ut pro limitatione contrariæ opinionis conſiderat Gratian. cap. 13. num. 13. & ſeqq. Rota inter recollectas per Palm. Neap. dec. 263. num. 196. Altera, quam decidit in Rota noſtra procedunt ubi fuit ſubſtitutus agnatus Teſtatoris, non quando, ut hic, eſt vocatus tranſverſalis de hæc mnos di-
49 lecta, & diverſæ agnationis, qui deſcendentem excludere prætendit, ut ſe declarat etiam Rot. in dicta dec. impreſſa apud Sammarc. tit. contr. 101. nu. 49. & 50. & in qua confirmatoria 7. Aprilis 1702. num. 133. & 240. lib. motivorum 137. fol. 211. illamque declarationem amplectuntur omnes, & ſignanter Torr. de Primog. par. 1. d. cap. 25. num. 147. & ſeqq. fol. 145. cap. 41. §. 6. nu. 106. fol. 751. & part. 2. quæſt. 16. ſub num. 34. verſic. præterea fol. 76. Petrus Aloyſius dela Roſa ibidem num. 103. & ſeqq. Baldass. deciſ. & rer. judic. tit. 3. dec. 3. num. 4. & deciſ. 4. num. 3. ubi plurima concordantia Rot. Senen. in d. Groſſetana immiſſionis 1707. coram me nunc impreſſa dicta dec. 7. num. 3. & ſeqq. & Rot. Romana d. dec. 132. num. 6. & ſeqq. par. 16. aliæque auctoritates mox ſupra citata.

Nec prodeſt replicatio, quod DD. de Gondis ſint de Familia paterna Teſtatricis, ſicque ſint ejuſdem agnati; Tum quia fœmina nupta non ſequun-
50 tur agnationem patris, ſed mariti, illamque, & filios, ac deſcendentes proprios prædiligere ſolent, Tum etiam quia, ut ceſſet conjectura pietatis, favore filiorum ex fœminis, ſatis non eſt
51 fuiſſe ſubſtitutum agnatum, præſertim diverſæ agnationis ab illa deſcendentium primo loco vocatorum, niſi ulterius ex teſtamento conſtet, diſponentem reſpexiſſe ad agnationem, eamque contemplare voluiſſe, quæ contemplatio, cum ex inferius dicendis abundè conſtet non fuiſſe voluntas, ſola agnatorum ſubſtitutio, ad hunc
52 effectum ſuffragari non valet, ut in ſpecie obſervat. Torr. Varior. Jur. quæſt. tom. 1. tit. 2. quæſt. 4. nu. 15. & 16. fol. 232. Rot. Senen. in d. Groſſetana, ſeu Senen. Immiſſionis 15. Aprilis 1707. §. Ita non poteſt coram me dict. dec. 7. n. 9. & ſeqq. Et generaliter, quod non ſufficiat vocare agnatos, ad hoc ut ratio
53 agnationis habita dicatur, niſi eos Teſtator expreſſerit ea intentione, ut agnationem conſervaret Paulus. diſſert. 91. num. 79. ubi alios refert Angel. Rodulphin. alleg. 124. num. 27. Rota Romana apud Palm. Nep. alleg. 224. num. 8. Rota noſtra in Aretina Fideicommiſſi 12. Septembris 1711. §. Quod debeat, & §. Si verò, coram D. meo Auditore Farſetto, confirmata me uno ex Judicibus 21. Martii 1713. ab Incarnatione.

Prout irrelevans recognita fuit quarta conjectura, quod Teſtatrix plures in ejus diſpoſitione de liberis, & deſcendentibus cogitavit, & tamen illos in conditione ponere prætermiſit, quo
54 caſu cenſetur noluiſſe filios, ac deſcendentes excludere ſubſtitutum, ut diſcuſſo fortiter articulo, concludit Gor. Spin. conſ. 65. n. 1. & tribus ſeqq. & latiùs conſ. 66. ex n. 1. ubi, ex dinumeratione Doctorum oſtendit hanc eſſe communem ſententiam, & addit ſecundum eam fuiſſe Florentiæ judica-
55 tum, ab eaque in judicando nefas eſſe recedere Alexg. qui in alia cauſa Florentina ſcripſit conſ. 63. num. 13. 14. & num. 67. lib. 1. Rodulphin. alleg. 90. n. 8. & ſeq. Conſol. ad Peregrin. de Fideic. artic. 25. ad num. 59. §. Oſtendit obſervo fol. 207. ſecundum impreſſionem Lugdunen. De Luc. de fideic. diſc. 31. n. 8. Rota noſtra in Florentina Reſtitutionis in integrum de Malaſpina 7. Novembris 1661. §. Ut videtur, & ſeqq. lib. mot. 125. fol. 149. & apud Magon. dec. Florent. 32. num. 12. & apud Sammarc. tit. contr. 101. n. 32. confirmata die 7. Aprilis 1702. num. 226. & ſeqq. lib. motiv. 137. fol. 211.

Maximè, quia in alia parte teſtamenti quoad filios fœminarum, ſpecificè expreſſit voluntatem ſuam contrariam diſpoſitioni l. cum avus, decedente enim una ex filiabus immediatè natis à Marchione Carbone, ſuperſtitem ſubſtituit, etiamſi prædefuncta reliquiſſet filios, ibi — E in caſo di morte le

ſoſtituiſco l' una all' altra, etiam che alle morranno ſenza figlioli -- Quod oſtendit quid Teſtatrix circa filios fœminarum præcipuè voluerit, cum verba clara in
56 una parte teſtamenti appoſita, alia ejuſdem teſtamenti, quæ dubietatem involvunt declarent, & interpretentur, ut ad terminos *l. cum avus* tradunt *Rot. noſtra in dicta Florentina Reſtitutionis in integrum de Melocchis 7. Novembris 1662. §. Quibus firmatis lib. motiv. 125. fol. 249. Rot. Romana in dicto Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Provenerunt, coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Hujuſmodi enim argumentum in propoſito noſtro communiſſimè contemnatur, nam exceptis caſibus, vel voti agnationis, vel voluntatis Teſtatoris, alioquin ſatis claræ pro excluſione filiorum, in quibus terminis procedunt deciſa per *Rotam noſtram*, & ſcripta ab Auctoribus ſupra citatis, nuda eorumdem mentio in una parte Teſtamenti, ceſſare non facit operationem legis quoad aliam ſubſtitutionem, ſeu
57 teſtamenti partem, in qua de filiis ſermo factus non fuit, nam iſthac reſpectu, inſtat conjectura pietatis, dans fomentum veriſimili voluntati morientis, ſecundum quam præferendus eſt filius primi ſubſtituti ulteriori honorato, ſeu ſubſtituto, ut individualitèr tradunt *Corneus conſ. 197. n. 6. & 7. lib. 3. Altograd.* in alia cauſa Florentina ſcribens *conſ. 45. n. 38. & ſeqq. & num. 41. lib. 1.* ubi in fine dicit, ita fuiſſe per hanc Rotam judicatum *Ruſtic. ad l. cum avus lib. 3. cap. 8. n. 3. & ſeqq. & per tot. Graſſ. de Succeſſ. §. Fideicommiſſum quæſt. 25. in fine, Mantic. de Conject. ultimar. volunt. lib. 10. tit. 8. n. 22. Peregr. de Subſtit. quæſt. 303. n. 109. & ſeqq. De Luc. de fideic. diſc. 147. ſub n. 10. Baldaſſar. dec. & rer. judic. tit. 3. de legat. & fideic. dec. 3. n. 10. & ſeqq.* ubi explicat contrarios, *Rota noſtra* in cauſa ſuper qua ſcripſit *Ger. Spin. d. conſ. 65. & 66.* in prima inſtantia coram Judice QQ. ut ex *ejus motivo §. Nec prædictis* quod aſſervatur in Magna Camera Fiſcali in filtia actorum, & ſententiarum Judicis QQ. S. Spiritus, & S. Crucis à die 2. Martii 1584. uſque ad diem 30. Aprilis 1585. fol. 789., & in deciſione DD. Trium illius confirmatoria 26. *Martii* 1586. *lib. motivor.* 60. *fol.* 83., & in alia deciſione in Cauſa Petturi, & Riccardi die 4. *Julii* 1635. §. *Nec prædictis, & pluribus ſeqq.* quæ aſſervantur in prima filtia motivorum exiſtentium in Cancellaria Magiſtratus Supremi fol. 421. *Rot. Romana rer. Contro. dec. 480. n. 5. Pamphil. dec. 100. n. 12. & 13. dicto Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Quin etiam, & §. Et ſecundò, coram Anſaldo, cit. Camerinen. Fideicommiſſi 9. Julii 1701. §. Prout non valeoat, coram bo. me. R. P. D. meo Muto impreſſa poſt dec. 58. §. unico n. 17. Auximana Juriſpatronatus 9. Martii 1703. §. Præterea in fine, coram Eodem, & in dicto Romana Fideicommiſſi 29. Januarii 1706. §. Inſubſiſtens, coram Reverendiſſimo Molinari.*

Eoque validiùs, quando diſcretiva hæc reticentia, & reſpectiva filiorum mentio, non cadit in eadem ſubſtitutione, ſed in penitus diverſis, tum in ordine ad Perſonas honoratas, tum
58 in ordine ad rationem, quæ impellere potuit ad diverſimodè diſponendum. Hac enim data circumſtantia, vim non facit dicta diſcretiva, quæ momenti ſolummodò eſt, quando in eadem oratione apponitur: Quo circa, ea percutiente diverſa, & in ſpiritu rationis diſconnexa, non attenditur ad impediendam ſupplerionem legis, quia
59 ea in nihilo obſtante, adhuc, vel præſumitur potius filiorum oblivio in ea parte, in qua de illis non meminit, quàm voluntas eiſdem adverſativa, vel cum verſemur in teſtamento accuratiſſimè confecto, & omnibus numeris abſoluto, ut elegans illius ſtructura patefacit, inde arguitur, quod eo ipſo,
60 quod filios non excluſit, rem relinquere voluit ſub diſpoſitione juris, quæ independenter ab Hominis facto, ponit in conditione filios deſcendentes ad excluſionem ſubſtituti, ut tradit in individuo *Decian. reſp. 107. n. 11. §. Neque obſtat lib. 2.*, & decidendo contra *Ger. Spin. in d. conſ. 65. & 66. Rota noſtra in eadem cauſa, coram Judice prima Inſtantia §. Nec prædictis, & ſeq.* ut in ejus motivo aſſervato in Camera Fiſcali in Filtia dicti Judicis fol. 789. *confirmata à DD. Tribus die 28. Martii 1586. lib. Motivor. 60. fol. 83.*, & in dicta alia cauſa

Pe-

Peteri, & Riccardi 4. Junii 1635. §. Quia reſponſum, & ſeqq., ut ex filtis primæ Mortuorum in Cancellaria Magiſtratus Supremi fol. 421. *Rot. in cit. Romana fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Occurſum, & §. Et ſecundò, coram R. P. D. meo Anſaldo*, & poſt plures, quos refert, optimè *in dicta Romana Fideicommiſſi 29. Januarii 1706. §. Fortius, coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, & in dict. Canceriano. impreſſa poſt dec. 38. §. Unico n. 17. & 18.*

Quod verò fœminas reciprocaverit, etiamſi illæ deceſſerint cum filiis, pariter nihil urget, ex ſuperius inſinuata ratione, quod illa eſt in diverſa ſubſtitutione, & quando voluit in aliis caſibus impedire diſpoſitionem *l. cum avus*, expreſſis, & literalibus verbis ſcivit ab ea recedere, ut fecit tam in reciproca inter filias immediatè natas à Cerbone, quàm in alia inter filias ab eo per rectam lineam deſcendentes; Ac propterea dum in ultima ſubſtitutione Ven. Confraternitatis S. Martini, & DD. de Gondis, nullam appoſuit clauſulam, filiis obſtativam, ſed ſimpliciter, & nudè ſubſtituit, nullo ſuper impoſito adjecto filiorum excluſionem præſeferente, clarum utique eſt, quod de attendis filiis non cogitavit, ſed rem conſultò reliquit juris diſpoſitioni, nam aliàs
61 excluſionem tàm ſeriò, & ſpecificè in præcedentibus inculcatam, in hac etiam ſubſtitutione repetere non omiſiſſet, ut benè in individuo proſequitur *d. dec. Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Si igitur, coram R. P. D. meo Anſaldo*, & generaliter *Rot. noſtra apud Urceol. dec. 4. num. 17. Rot. Romana in rec. dec. 262. n. 13. part. 17. dec. 638. num. 8. part. 18. & dec. 122. n. 8. & dec. 671. n. 8. part. 19.*

Concurrente præſertim palpabili diverſitatis ratione, inter unum caſum, & alterum; Etenim in præcedenti ordine ſucceſſionis, Teſtatrix receſſit à diſpoſitione Juris, reciprocè ſubſtituendo fœminam ſuperſtitem, licèt prædefuncta
62 filios reliquiſſet, quia agebatur de continuatione ſucceſſionis in perſona prædilecta, & ſibi proximiore: Quod non accidit in tranſitu, à linea Marchionis Cerbonis, ad lineam DD. de Gondis, qui ſunt reſpectu Teſtatricis Tranſverſales, ex eo etiam, quod de filiis non curaverit in concurſu propriarum neptum, & fœminarum per rectam lineam Cerbonis deſcendentium, inferri non poteſt, quod illos odio habere voluerit in alia ſeparata ſubſtitutione, in qua agitur de excluſione deſcendentium Teſtatricis, in quorum linea, bona ingreſſa ſunt, propter tranſverſales de linea minus dilecta, & quæ numquam bona poſſederunt, ex traditis *per Torr. de Primog. tom. 1. cap. 37. num. 145. & ſeq. fol. mihi 550.* & reprobando *Cerriam Spin. Rota noſtra* in cauſa ſuper qua ipſe ſcripſit, ut *in motivo Judicii primæ inſtantiæ §. Præterea*, quod eſt in dicto libro aſſervato in Cameræ Fiſcali fol. 789. & *DD. tres in ſententia confirmatoria 18. Martii 1586. lib. mot. 60. fol. 83. Rot. in rec. dec. 671. num. 2. part. 19.*

Ejuſdemque irrelevantiæ detecta fuit quinta conjectura, deprompta ex longa ſerie ſubſtitutionum facta ultimæ ex perſonis nominatis deſcendentibus à Cerbone, favore filiorum, & deſcendentium maſculorum, prius Alexandri de Gondis, Patris Nannina Teſtatricis, & deinde Joannis Baptiſtæ ejus Patruelis; quæ ſubſtitutiones cum prorſus inutiles redderentur, ſi ultimæ fœminæ decedenti cenſeretur facta ſubſtitutio, ſub conditione *ſi ſine filiis*, quæ faceret expirare fideicommiſſum;
63 credendum non eſt Teſtatricem voluiſſe dictas ſubſtitutiones pendere à caſu, quo ultima fœmina filios non relinqueret, ut in individuo pro receſſu à diſpoſitione *l. cum avus*, conſiderat *Hieronymus Pappon. conſ. 74. n. 12. verſic. ſecunda conjectura*, & in alia cauſa Florentina *Alograd. d. conſ. 61. num. 48. verſic. quinta conjectura lib. 1. Rot. noſtra in dicta Florentina Fideicommiſſi de Nobilibus §. Quamvis contra.*

Quoniam, aut Teſtatrix non curavit ſubſtitutiones ab ipſa ordinatas eſſe dependentes ab aliqua conditione, prout non curaſſe prætendebant ſcribentes pro Fratribus del Nero, dum nedùm ſubſtitutiones DD. de Gondis, ſed illas etiam deſcendentium Cerbonis voluit pendere à conditione, ſi D. Cerbo hæres inſtitutus acceptaſſet

onus in legitima, quo recuſante om-
nes evaneſcere debere præcepit, &
iſto caſu nihil implicat, quod eve-
64 niente conditione omnes ſubſtitutio-
nes expirent *Urceol. conſul. 70. numer. 4.
& ſeq. Calderon. reſol. 55. num. 14. Fani-
nell. dec. 43. adnot 3. ex num. 3. Addit.
ad Rot. Romanam in rec. dec. 632. n. 74.
& ſeqq. par. 4. tom. 3. eadem Rot. in rec.
dec. 149. n. 16. & 17. par. 6.*

Aut voluit durationem, & proro-
gationem fideicommiſſi in ſucceſſivè
vocatos, prout aſſerebant Defenſores
DD. de Gondis, iſtoque caſu nulla
adeſt repugnantia, quod ſubintelliga-
tur conditio, *ſi ſine filiis*, ſed pote-
65 runt ſubſtituti prætendere fideicom-
miſſum fuiſſe ad eorum favorem repe-
titum à filiis ſuccedere debentibus;
Quemadmodum enim conditio ſi ſine
filiis expreſſa, ſtantibus conjecturis pro
duratione fideicommiſſi, non facit illud
66 deficere, ſed gravati cenſentur filii
ſubſtitutis reſtituere, ut declarando
celebre *conſil. Oldradi* 21., firmant *Fa-
ninell. d. dec. 43. adnot. 3. num. 11. Rota
in rec. dec. 185. num. 5. par. 7. dec. 383. nu-
mer. 20. par. 9. dec. 142. num. 5. par. 10. &
dec. 444. num. 5. par. 19.*

Ita multò minus iiſdem conjecturis
concurrentibus, & conſtito de volun-
tate Teſtatricis Fideicommiſſum per-
67 petuandi, illud expirare poterit ob
conditionem tacitam *De Luc. de fideic.
in Summa ſit. ad conſil. 21. Oldradi*, &
de l. cum avus, & *l. cum acutiſſimi nu-
mer. 120. & ſeqq. Rot. noſtra in Floren-
tina Fideicommiſſi Martii* 1708. *coram
me*, nunc impreſſa *dec. 36. num. 3. Rota
Romana in rec. dec. 634. num. 3. & nu. 9.
verſic. cæterum par. 18.*, Tacita quippè
conditio *l. cum avus* pro duratione,
68 vel expiratione fideicommiſſi, normam
deſumit à conditione expreſſa, & cum
ea fraternizat *De Luc. de fideic. in ſum-
ma num. 118. Calderon. reſol. 55. num. 2.
& ſeqq. Rot. Bononien. apud Menoch. de-
ciſ. 66. num. 3. Rota noſtra coram me d.
dec. 36. num. 3. & 6. Rot. Romana in dicta
Romana fideicommiſſi 25. Aprilis 1701.
§. Aſt quia, & §. Maximè, coram R. P.
D. meo Anſaldo*, & quod hæc condi-
tio tacita, nihil differat ab expreſſa *Fu-
69 ſar. de ſubſtit. quæſt. 393. num. 5. Rot. no-
ſtra loco mox citato, & Rota Romana
in rec. dec. 308. n. 21. par. 14.*

Et demùm inſubſiſtens reperta fuit
poſtrema conjectura, quod Teſtatrix
voluerit incumbere conſervationi
agnationis, primò Marchionis Corbo-
nii, & deindè DD. de Gondis, quia
ſtante in ſubſtitutione facta ſæminis,
70 non ſubintelligitur conditio *ſi ſine fi-
liis*, cum per eam excludantur agna-
ti ſubſtituti, & admittantur deſcen-
dentes fœminarum, qui de agnatio-
ne non ſunt, ut in individuo firmant
*Comin. conſ. 2. num. 4. verſic. & per hoc
Decius conſ. 381. num. 5. Gav. Spin. dicto
conſ. 63. num. 13. & dicto conſ. 66. num. 7.
Alexand. d. conſ. 61. nu. 40. lib. 2. Van-
tutin. conſ. 23. num. 130. & conſ. 27. n. 19.
& ſeqq. lib. 2. Fuſar. conſ. 124. num. 32.
& de ſubſtit. d. quæſt. 393. nu. 121. Pe-
regrin. de fideic. art. 25. num. 25. Fran-
ciſcus Roccus reſp. 59. num. 4. & 5. lib. 1.
Rot. Januen. inter dec. Lucan. diverſor.
recollectas per Palm. Nep. dec. 275. nu. 3.
num. 5. ſub num. 8. & num. 53. Rot. noſtra
apud Magon. d. dec. 52. num. 9. & nu. 11.
& apud Semenitis. d. contr. 101. nu. 39.
Rot. Romana coram Emer. Jun. dec. 823.
ſub n. 17.*

Viſum enim fuit Dominis in hac
conjectura interventu Partis, non habere
facti exiſtentiam; quia diſpoſitio non
cenſetur facta favore agnationis, niſi
voluntas Teſtatoris in hoc ſit expreſ-
71 ſa, vel eruatur ex Sole pelurgentium,
& indubitatarum conjecturarum *Caſa-
nat. conſ. 38. num. 78. Mant. vinſult. 349.
num. 21. Torr. de Primog. par. 1. cap. 38.
num. 61. fol. 391. & Variar. Jur. quæſt.
tom. 1. tit. 2. quæſt. 23. in alia cauſa Flo-
rentina num. 23. fol. 325. & quæſt. 26.
nu. 37. & 38. & tom. 3. Miſcellan. par. 1.
tit. 12. quæſt. 51. nu. 13. fol. mihi 89. Rot.
Lucan. poſt eumdem de Primog. deciſ. 22.
num. 12. Rot. noſtra apud Menoc. dec.
Florent. 10. num. 37. & 44. & inter dec.
Lucan. diverſor. recollectas per Palm.
Nep. dec. 364. n. 30. & in Florentina Fi-
deicommiſſi de Bonacurſis S. Mariæ pro-
fic. lib. mot. 138. fol. 394. Rot. Romana
coram Ubald. dec. 166. nu. 8. poſt Baldum.
ad Roman. dec. 11. num. 7. tom. 2. & dec.
& rec. judic. tit. 3. de legat., & fideic. dec.
30. n. 23. & 34. in rec. dec. 167. n. 24.
part. 11. poſt De Luc. de fideic. dec. 12.
num. 7.*

Quæ

Quæ profectò non concurrunt in præſenti, potiſſima enim circumſtantia à Defenſoribus DD. de Gondis conſiderata, conſiſtit in eo, quod tam in linea Carbonis, quam in illa DD. de Gondis, ſint pluries repetita quali-
72 tas maſculinitatis, quam voluit ſuiſſe à diſponente ad effectum oſtendendi ſuum deſiderium conſervandi agnationem, in præciſis terminis, nempe
73 ut locus eſſe non poſſit diſpoſitioni *l. cum avus*, firmant *Sorcin. Sen. in l. cum avus ſub n.81. ff. de condit. & demonſtrat. Roland. a Valle conſ.81. num.40. & 41. lib.3. Rot. noſtra apud Magon. d. deciſ.52. num.9.* etiamſi defectu maſculis
74 admiſſæ ſint filiæ fœminæ immediatè ab ipſis deſcendentes, dum iſtæ quoque, donec vivunt, agnationem conſervant, ut in ſpecie ad impediendam
75 diſpoſitionem *legis cum avus*, tradunt *Gen. Spin. d. conſ.66. ſub n.7. Altograd. d.conſ.62.n.50.lib.1.Rot. noſtra apud Magon. d. dec.52. num.10.*

Verùm, deficientibus aliis verbis, & demonſtrationibus, ex quibus appareat agnationis conſervationem volitam
76 fuiſſe, ſola qualitas maſculinitatis terque, quaterque repetita, ſufficiens non eſt ad agnationis conſervationem inducendam, ſed ex ea prædilectio ſexus unicè arguitur, ut uno ore concludunt *Sard. conſ.319. num.11. Caſanat. d. conſ.38. n.39. Theſaur. quæſt. forenſ. lib.2. quæſt.12. n.60. Manſ. conſult.298. num.9. & 10. Caſtell. quotid. contr. lib.4. cap.129. n.38. & ſeqq. Paulut. diſſert.91. n.82. & ſeqq. Torr. eodem tractat. tom.1. cap.37. n.184. fol.353. Rot. noſtra apud Urceol. dec.13. n.71. & 72. & inter dec. Lucen. diverſor. recollect. per Palm. Nep. dec.364. n.51. Rot. Romana coram Zeratt. dec.31. n.8. & ſeq. Cerr. dec.885. num.6. Celſ. dec.145. n.9. in rec. dec.244. num.6. & 7. & ſeqq. par.11. dec.463. n.3. par.13. dec.349. n.19. par.19. & poſt De Luc. de Fideic. dec.14. n.15. & 16. & in Monteſ. ſa pariter de Fideic. dec.3. n.13. & dec.4. n.14., & in Montis Faliſci Fideicommiſſi 12. Maji 1705. §. Nec arguendum, cor. Caprara.*

Quin immò, ex aliis conjecturis numero, & qualitate majoribus, hæc agnationis conſervatio nolita præſumitur; ſive enim attendatur perſona Teſtatri-
77 cis, quæ utpotè fœmina non cenſetur agnationem conſiderare voluiſſe, & excludere proprium ſexum fœmininum, & deſcendentes ab eo *Caſanat. d. conſ.38. n.72. & ſeqq. Sanminiat. contr. 51. n.8. Torr. Variar. Jur. quæſt. lib.1. tit.2. quæſt.23. n.25. fol.315. Mieres. de Majorat. par.2. quæſt.6. n.240. De Luc. de Fideic. diſc.24. n.10. & diſc.27. n.5. Rot. noſtra apud Palm. Nepot. dec.213. num.10. §. Minus, & ſub num.22. in Florentina Fideicommiſſi 20. Junii 1710. §. hujus coram me nunc impreſſa dec.14. num.18. Rot. Romana coram Zerat. deciſ.23. num.26. & dec.31. num.9. & 10. & in rec. dec.84. n.7. par.10. & dec.267. n.15. par.11.* & in propria materia *l. cum avus, Sorcin. Sen. in eadem l. cum avus num.83.*, ſive conſideretur, quod antequam fieret tranſitus ad controver-
78 ſam ſubſtitutionem DD. de Gondis, fuerant vocatæ fœminæ, quarum vocatio, quando præcedit illam agnatorum, numquam agnatio in mente habita cenſetur *Rot. Lucen. poſt Torr. de Majorat. dec.25. num.15. §. Et contemplatione agnationis Rot. noſtra apud Palm. Nepot. dec.213. num.18. & ſeqq. & in dicta Florentina Fideicommiſſi 1710. §. Hujus coram me d. dec.14. num.19. & in Cortonen. Legati Uſusfructus ſuper admiſſione §. Siquidem, coram me*, ubi plures concordantes, nunc impreſſa *deciſ.44. num.33. & ſeqq. Rot. Romana coram Priol. dec.151. n.10. & 11. Cerr. dec.885. num.8.*

Maximè, quia DD. de Gondis ſubſtituti non fuerunt in tota hæreditate, ſed fuerunt ſimultaneè vocati, una cum repræſentantibus Ven. Congregatio-
79 nem S. Martini, quæ vocatio agnatorum cum extraneis, valdè urget ad excludendam conſervationem agnationis *Odd. conſ.44. num.37. & ſeqq. Sanminiat. dicta contr.51. n.7. Rot. noſtra inter dec. Lucen. diverſorum recollectas per Palm. Nep. dec.213. ſub num.15. ſub n.18. & ſub num.19. & Romana poſt de Luc. de Fideic. dec.12. n.10. & 11. & dec.13. num.3.* quemadmodum excluſa cenſetur, quoties fœminæ, vel cognati ſunt
80 vocati ſimul cum agnatis *Altograd. conſil.66. num.52. lib.2. Rot. noſtra apud Magon. dicta dec. Florent.10. n.46. in dicta dec.213. numer. 15. 18. & 19. inter re-*

collectas per Palm. Nep. & apud eundem Palm. allegat.134. n.62. & ſeqq. Rot. in rec. dec.19. n.3. par.18. & poſt De Luc. de Fideicom. dec.12. n.11. & dec.13. n.4.

Et fortiùs quia Teſtatrix contemplavit ſolùm deſcendentes maſculos Alexandri Patris, & Joannis Baptiſtæ Patruelis, quibus deficientibus ad ſucceſſionem non invitavit cæteros agnatos, ſed Congregationem prædictam
81 S. Martini. Quando autem non vocantur omnes agnati, ſed pluribus ex illis exiſtentibus ſubſtituuntur extranei, conſideratio agnationis nunquam dicitur habita *Gabriel.conſ.97. n.7. lib.1. Torr. de Primog. tom.1. cap.38.num.382. fol.421. & num.423. fol.433. & Variar. Jur. quæſt. lib.1. tit.1. quæſt.13. num.18. fol.70. & tit 2. quæſt.4. n.7. & quæſt.15. num.19. fol 329. Rot. noſtra inter dec. Lucan. diverſor. recollectas per Palm. Nep. dec.113. n.18. & in Florentina Fideicommiſſi dell' Antella lib. mat.rov. 134. fol. 49. §. Quod autem nullam, Rot. Romana in rec. dec.244. n.32 par.11. & dec.321. num.27. par.19. poſt De Luc. de Fideicom. dec.13. n.3. & in Aquapenden. ſeu Montis Faliſci Fideicommiſſi 11. Maji 1705. coram Eminentiſſimo Caprara, & in Tudertina Fideicommiſſi 8. Februarii 1707. §. Utique, coram R.P.D. meo Anſaldo.*

Proſuſque inveriſimile eſt, quod eadem Teſtatrix, nec in primo ſubſtitutionis ordine favore deſcendentium, nec in ſecundo favore tranſverſalium, nec in prohibitione alienationis, ſeu illius ratione, loquuta unquam fuerit per verba civilia, connotantia familias, & agnationes, quarum conſervationi, & propagationi
82 ex ordine ſtuduiſſe ſupponitur; Et tamen in teſtamento accuratiſſimè exarato, & in quo Teſtatrix ſtuduit adeo clarè ſe explicare, & controverſias contingibiles dirimere, ut vix figurari poſſit caſus, cui ipſius providentia appoſitè non conſuluerit, imperceptibile
83 eſt eam conſervationem agnationis deſideraſſe, ut verbis ambiguis uti voluiſſe, ſuamque voluntatem litibus, & interpretationibus ſubjectam relinquere, præſertim in ſubjecta materia, in qua ſola dubietas ſufficiens eſt ad conſervationem agnationis excludendam,
84 quæ nunquam volita præſumitur, niſi, vel expreſsè, vel conjecturis undequaque patentibus convincatur *Pantaleon. diſcept.91. n.42. & 81. Torr. de Majorat. tom.1. cap.38. numer.478. fol.440. Rot. Lucan. apud Palm. Nep. d. alleg.116. num.33. & ſeqq. Rota poſt De Luc. de fideic. dec.11. num.7. dec.12. n.6. & deciſ. 14. num.14. & in rec. dec.618. num.4. par.18.*

Quodque omnem prorſus eliminat difficultatem eſt ponderatio, quod Marchio Cerbo filius fuit prohibitus legitimam detrahere, ſervata notiſſima cauthela Soccini, eoque maternæ diſpoſitioni non acquieſcente, & gravamen ſuper legitima intra quindecim dies non acceptante, omni commodo reliquæ hæreditatis privatur, non favore agnationis Mariti, aut Patris, ſed ad commodum cauſæ piæ, quæ tali caſu hæres inſtituitur in totum, poſthabitis omnibus, tam de Familia Marchionis Cerbonis, quam DD. de
85 Gondis: Agnationis autem ratio penitus excluſa remanet, quando in caſu contraventionis non ſubſtituuntur agnati, ſed extraneum *Palm. Nep. allog.116. num.35. Manſ. conſult.199. numer.12. Torr. Variar. Jur. quæſt. lib.1. tit.2. quæſt.4. num.7. fol. mihi 121. Rot. Lucan. poſt Torr. de Primog. dec.32. ſub num.11. & apud Palm. Nep. alleg.116. num.33. Rot. noſtra inter dec. Lucan. diverſor. recollectas per Palm. Nep. deciſ.210. nu.49. Rot. Romana coram Gregor. dec.433. n.15.*, Et quod nunquam dicatur volita agnationis contempla-
86 tio, quoties dari poteſt caſus, quod extraneus præferatur agnato *Palm. Nep. allegat. 116. num.15. & alleg.114. numer.14. Torr. Var. Jur. quæſt. tom.1. tit. 2. quæſt.4. num.7. fol.121. Rot. coram Cavr. dec.885. numer.8. Celſ. deciſ.145. num.15.*

Ac-

ARGUMENTUM.

Proſequitur eadem materia l. cum avus, de qua in præcedenti deciſione, & adducuntur plures conjecturæ, pro demonſtranda voluntate Teſtatricis, fuiſſe admittere diſpoſitionem legis prædictæ in ſuo teſtamento, quæ conjecturæ late recenſentur in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Conjectura illa prævalet, quæ veniunt in adjumentum regulæ, deſumptæ ex diſpoſitione* Textus in l. cum avus.

Adducuntur Auctoritates generales hoc ipſum firmantes, ibidem.

2 *Filiorum prædilectio inducta* ex lege cum avus, & l. cum Acutiſſimi *eruitur ex conditione tacita, à lege ſubintellecta.*

3 *Teſtator, ſi ſuppoſuit in aliqua parte ſui Teſtamenti adeſſe filios in conditione tacita, inde eruitur voluntas, eos præferendi ſubſtituto, & quod in ejus teſtamento locum habeat diſpoſitio* l. cum avus.

4 *Filii cenſentur in conditione*, l. cum avus *poſiti, ſi verba ſupponentia eorum comprehenſionem in conditione tacita, alioquin verificari non poſſent, & remanerent ſine effectu operandi.*

Prout dd. verba adaptari non poſſunt illi parti teſtamenti ad quam ſit ampliſſima relatio, quia relatio operatur repetitionem per modum expreſſi, non taciti, n. 6.

Sicut verificari non poſſunt in compendioſa, quæ continet vulgarem tacitam n. 8. & ſeq.

5 *Conditio appoſita inſtituto tacitè repetita cenſetur ſubſtituto. Declara, ut* num. 7.

6 *Relatio geminata, & verbis prægnantibus operatur, ut omnia cenſeantur repetita per modum expreſſi, non autem taciti.*

9 *Subſtitutio compendioſa comprahendit vulgarem non tacitam, ſed expreſſam verbis generalibus.*

10 *Teſtator ſi dixit ſe appoſuiſſe in Teſtamento conditionem tacitam, iſta non poteſt intelligi, de ea quæ continetur* in l. cum avus, *ſecùs ſi ſuppoſuit filios in teſtamento fuiſſe poſitos in conditione tacita.*

11 *Conditio tacita ex diſpoſitione* Text. in l. cum Avus *venit ſupplendo Teſtatoris voluntatem, & in Teſtamento inſcripta cenſetur.*

12 *Teſtatorem voluiſſe filios ponere in conditione tacita, reſultat ex verbis etiam ſuppoſitivis, & enunciativis.*

13 *Verba ſuppoſitiva ſunt de ſe apta declarare dubiam Teſtatoris voluntatem.*

14 *Verba ſuppoſitiva diſponunt favore filiorum, & deſcendentium.*

15 *Item diſponunt, ſi ſint prolata ab eo, qui facultatem habet diſponendi.*

16 *Et ſecum ferunt fideicommiſſum, & vocationem, favore perſonæ à Teſtatore præſuppoſitivè conſideratæ.*

17 *Filiorum nomine, an veniat Eccleſia, ſeu Monaſterium in materia* l. cum avus.

18 *Teſtator, ſi à conditione tacita excepit Monaſteria, & illegitimos, omnes alios ſub diſpoſitione* l. cum avus *comprehendere voluiſſe dicendum eſt.*

19 *Exceptio firmat regulam in oppoſitum, quoad omnes in ea non comprahenſos.*

20 *Filiorum legitimorum, & naturalium appellatione, non veniunt legitimati, nec Eccleſia, & Monaſterium.*

21 *Teſtator ſeriò, & deliberatè excludens à conditione* ſi ſine filiis, *legitimatos, & Eccleſias, talis excluſio intelligitur à conditione tacita* l. cum avus, *non ab expreſſa, ſub qua iſti non comprahenduntur*, & n. 20. & 22.

22 *Filii naturales legitimati, veniunt ſub conditione tacita in excluſionem ſubſtituti.*

23 *Teſtatores non cenſentur providiſſe caſui, quo nobiles fœminæ extra matrimonium filios conciperent.*

24 *Illegitimitas nepotum ex filio nullum dedecus affert eorum Aviæ.*

25 *Nepotes, & ulteriores deſcendentes veniunt ſub conditione tacita, ex diſpoſitione* Text. in l. cum Avus.

26 *Proximior natus, poſt quam minus proximus ſucceſſit, ab iſto bona non avocat.*

27 *Filii, eo magis in conditione poſiti cenſentur, ad excluſionem extranei, ſi Teſtator expreſsè præceperit, quod attendatur proximitas gravati, ex ratione, de qua* ibidem.

28 *Non*

28 *Non eſt veriſimile Teſtatorem voluiſſe tollere beneficium* l. cum avus *deſcendentibus, quando bona tranſire deberent ad extraneos.*

29 *Filii primorum heredum magis dilecti ſemper præſumuntur, ad excluſionem ulterioris, & remoti ſubſtituti.*

30 *Si Teſtator derogavit diſpoſitioni* l. cum avus, *in uno caſu, derogaſſet etiam in alio, ſi illi locum eſſe voluiſſet.*

31 *Derogatio* l. cum avus *in uno teſtamenti parte appoſita, in alia repetita cenſetur.*

32 *Regula non procedit, concurrente diverſitate rerum, perſonarum, & temporis.*

33 *Deciſio Rotæ Florentinæ declaratur.*

34 *Filii gravati expreſſe excluſi in concurſu ſubſtituti extranei, eo magis excluſi dici debent, in concurſu ſubſtituti deſcendentis.*

35 *E contra verò excluſi in concurſu ſubſtituti deſcendentis, non inde excluſi dici cenſentur, in concurſu ſubſtituti extranei.*

DECISIO LVIII.

Exploſa igitur omnibus, & ſingulis, quæ filiis Baroniſſæ Annæ Mariæ adverſari dicebantur, firmo jure ſubſiſtit regula, quæ ob illorum exiſtentiam removet ſubſtitutos extraneos à commodo ſucceſſionis; Verum quando ab indiciis, & præſumptionibus ſingulariter enucleatis, regula prædicta non omnino vindicata remaneret, in illius fomentum accedunt conjecturæ validiſſimæ, ex quibus, & omnino confunduntur contrariæ præſumptiones, ſi quæ ex dictis non ſatis remanerent eliſæ, & regula adeò conſtabilitur, ut in conflictu conjecturarum quaſi adjutrix accedat illis, quæ
1 ſibi conformantur, quæque de jure ſemper prævalent contrariis, quibus regula non aſſiſtit, ut in noſtris individualibus terminis firmat *Roſſit. in l. cum avus lib.6. cap.4. n.16. ff. de condit. & demonſt. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.393. n.110. & ſeqq. Baldacc. dec. & ver. judicat. tit.3. de legat. & fideicom. deciſ.4. num.13. Rota noſtra 28. Martii 1586. lib. motivor.60 fol.83. §. In primis namque in fine, Rot. Rom. coram Cerron. deciſ.480. n.6. & in Camerinen. Fideicommiſſi 3. Julii 1702. §. Prout non relevat, coram bo. me. R.P.D. meo Muto, quæ* poſt præſentem inſeritur §.1. n.18., & generaliter *Ciancial. alleg. 7. num. 3. Palm. Nep. alleg.221 num.69. & 91. & alleg.354 num.4. Rota noſtra apud eundem alleg.235. n.77. apud Urceol. dec.4. n.89. & in Florentina Fideicommiſſi de Bracciis 7. Aprilis 1702. num.196. & ſeqq. lib. mot.137 fol.221. Rot. Romana apud Romuleum controv.136. n.16. coram Emerix Jun. dec.359. n.7. & dec.1289. n.16. & in rec. dec.199. n.12. par.19.*

Inter has autem conjecturas, validiſſima ſe in oſtendit prorſus, quod Teſtatrix ſuppoſuit, & dixit in ejus ſupremo elogio, filios fuiſſe poſitos in conditione, nedum expreſſè, ſed etiam tacitè, ibi — *e finalmente dichiaro, che dovunque nel preſente mio Teſtamento ſono chiamati, e poſti in condizione tacita, o eſpreſſa li figli, e deſcendenti legitimi, e naturali, hò voluto, e voglio intendere legitimi, e naturali, e di legitimo matrimonio, concetti, ſin da principio della concezione loro, talmente, che i legitimati per qualunque privilegio, e di qualunque quanto ſi voglia ſupremo Principe reſcritto, ne ancora, per ſuſſequente matrimonio, non vengano compreſi, &c.* — & rurſùs, ibi — *e. la Chieſa, ne il Monaſtero voglio, che vengano fatte nome, e in luogo di figliuoli, e di deſcendenti, e ſiano poſti in condizione eſpreſſa, o tacita, e in diſpoſizione.*

Cum autem prædilectio filiorum inducta ex *l. cum avus, & l. cum acutiſſimi*, reſultet ex tacita dumtaxat illo-
2 rum poſitione in conditione à lege ſubintellecta *Roſſit. in l. cum avus lib.5. cap.6. n.37. Menoch. conſ.1153. ſub numer.24. Cor. Spin. conſ.65. ſub n.16. verſ. quinto accedit Ventura.* in cauſa Florentina ſcribens *conſ.25. num.127. & 136. & conſ.27. n.21. lib.1. Altograd.* in alia Cauſa Florentina ſcribens *conſ.45. n.1 & ſeqq. lib.1. Mantic. de Conject. lib.10 tit.8. n.6. in fine, Rot. noſtra in Florentina Fideicommiſſi de Nobilibus 12. Novembris 1638. §. Et ex his lib. mot.113. fol.*

ſub.1. & in aliis deciſione impreſſa apud Senonat. contr.101. num.32. verſ.ceſſante, Rot. Romana in rec. dec.684. n.3. & 4. par.18.

Indè manifeſtè infertur, quod ſi Teſtatrix in ſua diſpoſitione ſuppoſuit adeſſe filios tacitè in conditione poſi-
5 tos, illoſque vocavit, dummodò pollerent qualitate legitimitatis ex vero matrimonio quæſitæ in ipſo inſtanti conceptionis, in neceſſariam pariter conſequentiam venit, ipſam præſuppoſuiſſe, atque profeſſam fuiſſe in aliqua teſtamenti parte, plus dixiſſe quam ſcripſiſſe.

Nec dubitari valet, quin hæc tacita conditio, ſub qua à Teſtatrice fuerunt poſiti filii, intelligi debeat in ea parte teſtamenti, in qua ſubſtitutio fuit facta ultimo loco. Integro enim teſtamento rimato, inveniuntur quidem plures loci, in quibus filii fuerunt poſiti in conditione expreſſa, ſed quoad conditionem tacitam, alia non eſt aſſignabilis ſedes, quam illa ſubſtitutionis controverſæ. Si enim loquimur de Cerbone, ejuſque filiis, in hac parte filii ſunt diſpoſitivè vocati. Si progredimur ad ſubſtitutiones reciprocas fœminarum, in illis excluſio filiorum eſt literalis. Si tranſcendimus ad Agnatos ulteriores, quoad eos quoque filii, & deſcendentes ſunt literalitèr invitati. Dum itaque conditio tacita, de qua tanta ſerietate Teſtatrix loquitur, verificabilis non eſt, argumento ſumpto à partium enumeratione, niſi in ſubſtitutione loci Pii, & DD. de Gondis facta ultimò ex perſonis nominatis, neceſſariò in hac Teſtamenti parte appoſita dici debebit, ne aliàs verba remaneant ſuperflua, & ſine effectu, in ſpecie *Mant. conſult.37. num.37. & 44. lib.9.*

Minimè relevante, quod hæc tacita conditio intelligi poſſit de conditione defectus deſcendentiæ Marchionis Cerbonis, ſub qua relictum fuit legatum ſcutorum bis mille PP. Jeſuitis, eaque inde repetita fuit in ſubſtitutione PP. S. Pauli, & S. Joſephi, facta in caſum non acceptationis. Conditio enim appoſita inſtituto, tacitè repetita cenſetur ſubſtituto, ut per Textum *in l. licet ff. de legat. 1., firmat. Roſſet. ad diſtam l. cum avus in prægnan. cap.3. n.36. verſ. tertio alterumque, Galganet. de condit. & demonſtration. par.1. cap.3. ſub num.10. in fine, Rota in diſta Cameracen. Fideicommiſſi poſt præſentem §. Unica n.3. & ſeqq.*

Quandoquidem, in diſto legato facto PP. Jeſuitis, omnes perſonæ fuerunt expreſſè poſitæ in conditione, ibi — *E ſe gli occorſe, che quantunque il Sig. Cerbone aveſſe alla ſua morte laſciato prole legitima, e naturale, tutta volta in progreſſo di tempo non ſi trovaſſero al mondo, nè ſuoi figlioli maſchi di maſchio legitimi, e naturali, nè ſue figliole femmine immediatamente nate da lui, e di ſua Conſorte legitima, nè femmine diſcendenti da eſſo Signor Cerbone per linea maſculina legitima, e naturale, in tal caſo io laſcio a molto RR. PP. &c.* — Caſu vero quo ipſi PP. Jeſuitæ non acceptarent legatum, in eo ſubſtituuntur, primò PP. S. Pauli, & poſtea PP. S. Joſephi cum iiſdem obligationibus, modis, conditionibus, & declarationibus, prout relictum fuerat Jeſuitis, ibi — *voglio, che ſiano anche privi dell' altro legato di ſcudi due mila, il quale perciò in tal caſo da prenominati PP. del Gesù io traſferiſco ne medeſimi PP. di S. Paolo, con le medeſime conditioni, modi, carichi, oblighi, dichiarationi, e in effetto nell' iſteſſo modo per l' appunto, e in tutto, e per tutto come l' arebbero i Molto RR. PP. Geſuiti &c.*

In legato autem facto cum iiſdem conditionibus, declarationibus, & iiſdem prorſus modo, & formis, quibus factum fuit legatum Jeſuitarum, aliiſque verbis ampliſſimis, cenſetur repetita conditio *ſi ſine filiis* ſupra in
6 alio legato appoſita verè, & propriè per modum expreſſi, non autem tacitè *Caſanat. conſ.55. num.1. & conſ.56. num.3. Caſtill. controv. Jur. lib.4. cap.45. à num.11. ad 13. Rot. inter dec. Lucen. diverſ. recollect. per Palm. Neg. dec.556. num.38. Tried. dec.439. num.6. & ſeqq. Ubeg. dec.12. num.5. & in rec. dec.135. n.3. par.18.*

Auctoritatibus in objecto allegatis non refragantibus, quia non loquuntur in relatione facta verbis prægnantiſſimis, & generalibus, ſed in condi-

Ooooo tio-

7 tione, quæ vel ex identitate rationis,
vel ex alia ſimili cauſa, abſque expreſ-
ſa relatione repetita cenſetur, ut
ex earum lectura.

Minus verba prædicta conditionem
tacitam exprimentia intelligi poſſunt
de compendioſa, quæ in ſe continet
8 vulgarem tacitam. Non ſolùm quia,
Teſtatrix nunquam in ſuo Teſtamento
verba fecit de ſubſtitutione tacita, ſed
de conditione. Verum etiam quia, in
9 ſubſtitutione compendioſa non com-
prehenditur vulgaris tacita, ſed expreſ-
ſa verbis generalibus, ut firmant *Bar-
tol. in l. 1. num. 7. & 8. ff. de Vulgar.
Graſſ. recept. ſententiar. §. Subſtitutio quæſt.
7. num. 1. Sfort. Oddus de compendioſa in
prælud. par. 2. quæſt. 3. numer. 2. & ſeqq.
& part. 5. quæſt. 2. num. 1. Intrigliol. de
ſubſtit. centur. 1. quæſt. 13. & centur. 3.
quæſt. 37. Peregr. de Fideicommiſſ. art. 34.
num. 3. 13. & 14. ibique Conſol. in prin-
cip. verſ. adde fol. 117. in impreſſione
Lugdunen. Trentacinq. de ſubſtit. par. 1.
cap. 1. numer. 3. & ſeqq. & par. 4. cap. 3.
num. 1. Faſar. de ſubſtit. quæſt. 231. per
totam Guidopap. dec. 511. Senatus Man-
tuanus apud Surd. dec. 37. n. 11. Rota
Senen. apud Marc. Medices dec. 69. n. 37.
Rota noſtra apud Caball. conſ. 90. n. 3.
lib. 1.*

Prout non obſtat, Teſtatricem in-
tellexiſſe de conditione tacita appoſita
in Teſtamento, qualis non eſt illa
legis cum avus, quæ ſupplendo vo-
luntatem diſponentis, qui plus dixit,
& minus ſcripſit à lege ſubintelligitur.
10 Etenim objectum procederet, ſi Teſta-
trix ſpecificaſſet tacitam hanc condi-
tionem fuiſſe à ſe in ſuo teſtamento
adjectam, ſed cum ipſa tale quid non
dixerit, ſolumque ſuppoſuerit in Te-
ſtamento expreſsè, & tacitè filios
fuiſſe poſitos in conditione, hoc benè
verificatur in tacita conditione *l. cum
avus*, quæ ſupplendo Teſtatoris vo-
luntatem in Teſtamento ſubintelligit,
11 & quaſi in eo ſcribit hanc conditio-
nem *ſi ſine filiis*, ut firmant *Caſtill.
ad Stat. Urb. annot. 36. num. 68. Rot. in
rec. dec. 308. num. 10. par. 14. & dec. 503.
num. 18. par. 19. Romana Domus 17. Mar-
tii 1679. §. Quam plures coram Cardi-
nal. Taja, & in dicta Romana Fidei-
commiſſi 13. Aprilis 1701. §. Atque ita
coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Parique inſubſiſtentia laborat, quod
verba prædicta ſuppoſitivè, & enun-
ciativè emiſſa fuerint occaſione diſ-
poſitionis, & declarationis factæ cir-
ca qualitatem legitimitatis; Tum quia
ex hac diſpoſitionis parte quantumvis
ſuppoſitiva perſpicuè patet Teſtatri-
cem fuiſſe in eo ſenſu, quod in diſ-
12 poſitione præcedenti ex benigna legis
ſuppletione, ſubintelligeretur tacita
conditio favore filiorum, atque ita
verba ſuppoſitiva, ſeu enunciativa ad-
ducuntur, ut operentur non in vim
diſpoſitionis, ſed in vim præciſæ, &
13 undique concludentis declarationis,
quam fieri poſſe quibuſcumque verbis
etiam enunciativis, & diſpoſitivis *Manſ.
conſult. 512. nu. 1. Rot. coram Emer. Jun.
dec. 116. num. 5.* Tum etiam quia, favo-
re filiorum, & deſcendentium verba
14 etiam enunciativa, & ſuppoſitiva diſ-
ponunt *l. unum ex familia 69. §. final.
ff. de legat. 2. & l. fideicommiſſa 11. §.
Hæc verba ff. de legat. 3. Bondon. col-
lect. 33. n. 110. lib. 1. De Luc. de Fideic.
diſc. 128. nu. 7. Rot. penes Torr. variar.
Jur. quæſt. tom. 2. tit. 2. dec. 12. num. 5. in
rec. dec. 150. num. 11. & 12. par. 15. &
in Romana Fideicommiſſi 8. Aprilis 1707.
§. Nam etiam, cor. Eminentiſſ. D. meo
Cardinali Priolo.* Tum demum quia
verba præſuppoſitiva prolata ab eo,
15 qui habet facultatem liberè diſponen-
di de re enunciata, ſive præſuppoſita,
diſpoſitionem inducunt *Caſanat. con-
ſil. 15. num. 10. & ſeqq. Genua de Ver-
bor. enunciat. lib. 1. quæſt. 3. num. 42. &
quæſt. 4. num. 88. Salgad. Labyrinth. cre-
dit. par. 2. cap. 10. num. 35. Rota coram
Emerix Jun. dec. 116. num. 6. & dec. 138.
n. 9. & inter recollectas per Palm. Ne-
p. dec. 271. num. 23.* & meliùs ad rem no-
ſtram, quod ſecum ferant fideicom-
16 miſſum, & vocationem favore Perſo-
næ, quæ præſuppoſitivè à Teſtatore
conſiderata reperitur *Decian. conſ. 23.
ſub num. 4. & conſ. 38. num. 1. Odd. con-
ſil. 64. ſub num. 36. verſ. ſecundò princi-
paliter, & numer. 77. Manſ. conſult. 512.
num. 2. Sanfelic. contr. 134. num. 9. Ca-
ſtill. controver. Jur. lib. 2. cap. 16. nu. 27.
& ſeqq. & num. 77. & ſeqq. Rot. in rec.
dec. 360. num. 6. par. 17. dec. 36. num. 9.
dec. 243. num. 3. & 4. & dec. 377. num. 9.
par. 18.*

par.18. & apud Torr. Variar. Jur. quæſt.
tom.1. tit.2. dec.11. num.16. fol.469. &
in Romana Primogenituræ de Fabiis 12.
Decembris 1707. §. Minuſque officit, co-
ram Omaneo, & in Aſſiſien. Immiſſio-
nis 18. Decembris 1708. §. Quo enim
jure, coram Eminentiſs. Poliguac.

Secunda conjectura reſultat ex quo
Teſtatrix, cupiens occurrere quæſtio-
ni, quæ inter Doctores diſceptatur;
an Eccleſia, & Monaſterium in ſubje-
17 cta materia filiorum nomine compre-
hendi poſſint, de qua latè *Soccin. Sen.*
in d. l. cum avus num.99. & ſeqq. Roſit.
ad eamdem legem lib.5. cap.1. num.1. &
ſeqq. & cap.6. num.37. & ſeqq., à tacita
conditione *ſi ſine filiis* modo, quo ſu-
pra, expreſſa, ſeu præſuppoſita exce-
pit Monaſteria, filioſque illegitimos,
quos beneficio dictæ conditionis no-
luit poſſe frui, ſeu gaudere, ibi —
volendo, che i legittimati per qualun-
que privilegio &c. ne ancora per ſuſſe-
quente matrimonio non vengano compre-
ſi &c. ne la Chieſa, ne il Monaſtero vo-
glio, che vengano fatto come, o in luogo
de' Figliuoli, o ſiano poſti in condizione
eſpreſſa, o tacita — & quidem verbis
amplis, & generalibus omnem conditi-
onem tacitam comprehendentibus, in
quacumque parte teſtamenti illa appo-
ſita ſit, & conſiderari poſſit, ibi —
dovunque ſono chiamati, ò poſti in con-
dizione eſpreſſa, ò tacita, figli — Inde
enim datur intelligi, quòd omnes filii,
& deſcendentes legitimi in quacum-
18 que parte teſtamenti in conditione
poſiti ſint, ſuccedere debent, ac im-
plere conditionem tacitam, ſemel,
atque iterum à Teſtatrice repetitam,
& indicatam, ità ſuadente vulgata
propoſitione, quòd aliquorum exce-
ptuatio firmat regulam in oppoſitum
19 quoad omnes alios in dicta exceptua-
tione non comprehenſos ad Textum
in *l. nam quòd liquidè 4. ff. de pen.*
legat. Everard. in loco ab exceptione ad
regulam numer.1. & 3. Rodulphin. alle-
gat 17. num.7. & allegat.113. num.37.
Rot. coram Emerix. Jun. dec.740. nu.5.
& dec.1191. num.8. & in Romana Fi-
deicommiſſi de Marchettis 7. Decembris
1699. §. Et ſane, coram Anſaldo.

Poſtremò quia ſi quæ alia tacita
conditio, *ſi ſine filiis*, in prædicto Te-
ſtamento excogitari poſſet præter fi-
lium *legitimum avus*, in ea reperietur
adjecta qualitas legitimitatis, & na-
20 turalitatis, excludens proindè legitima-
tos, Eccleſias, & Monaſteria, quæ
ſub nomine filiorum legitimorum, &
naturalium non veniunt, ut tradunt
Baldaſs. ad Roman. conſ.15. num.51. Al-
tograd. contro.70. n.42. & ſeqq. Man-
tic. de Conject. lib.11. tit.7. numer.20.
Menoch. lib.4. præſumpt.83. nu.35. Pe-
regrin. de Fideicom. ar.28. num.78. ver-
ſic. tertius caſus, Intrigliol. de ſubſtitut.
centur.3. quæſt.63. num.31. Roſit. in
l. cum avus lib.5. cap.1. n.60. & ſeqq.
Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.419. num.35.
Cavalcan. dec.77. num.7. & ſeqq. par.
3. Rota coram Corr. dec.591. num.4. &
rec. dec.306. num.11. par.5. & deciſ.179.
num.17. & 18. par.6.

Dum itaque ab hac tacita conditio-
ne, Teſtatrix adeò ſeriò, & delibera-
tè excepit legitimatos, Eccleſias, & Mo-
naſteria, ſignum eſt, eos excludere in-
21 tellexiſſe à conditione tacita vigore
l. cum avus ſubintellecta, cui nulla
qualitas inerat, & ſub qua non facta
hac expreſſa declaratione in Teſtamen-
22 to filii naturales legitimati comprehen-
ſi fuiſſent, ut diſponit *Textus in l.*
generaliter 6. §. Cum autem Cod. de In-
ſtitut. & ſubſtit., & tradunt *Decian.*
reſponſ.107. num.14. lib.2. Baldaſs. ad
Roman. conſ.66. num.51. Fuſar. de ſub-
ſtit. quæſt.393. n.19. ubi concordantes
Rot. Senen. in Montis Alcini fideicommiſ-
ſi 15. Aprilis 1707. §. Non obſtante, co-
ram me tunc impreſſa *d. dec.6. n.6. &*
ſeqq. Rot. Romana in rec. dec.131. n.2.
par.16. & plenè *in Camerinen. fideicom-*
miſſi 3 Julii 1701. §. Siquidem, & ſeqq.
cor. bo.me. R.P.D. meo Muto, ubi plurimi
concordantes; Cumque de iſta deci-
ſione plures in hac, & præcedenti de-
ciſione facta fuerit mentio, & à me
tunc temporis ejuſdem R.P.D. Muti
Studiorum Adjutore fuerit extenſa,
ideo placuit illam hic inſerere §. *Unica*
n.11. & ſeqq.

Neutiquam refragante, quod decla-
ratio iſta Teſtatricis referri non de-
beat ad ſubſtitutionem de qua agitur,
in qua filiabus immediatè natis ex
Marchione Cerbone, vel aliis filiabus
per lineam rectam maſculinam, ab eo

deſcendentibus ſubſtituebantur hære-
des extranei, cum inveriſimile prorſus
ſit, nobilem, & honeſtiſſimam Teſta-
23 tricem præcogitaſſe, atque providiſſe
caſui, in quo fœminæ ab ipſa deſ-
cendentes, extra matrimonium filios
concepterent. Quoniam cum potuiſſet
dari caſus, quod fœminæ prędictæ de
tempore mortis reliquiſſent ex præde-
functo filio nepotes, reſpectu iſtorum
24 qualitas illegitimitatis nullum dedecus
attuliſſet nobiliſſimæ Teſtatrici, ut ex
*Crovagnon. conſ.32. numer.58. & ſeqq.
lib.1.* firmant *Rot. in rec. dec.88. n.31.
par.19.*, & ipſi quamvis non occupan-
tes primum gradum poſt fœminas prę-
fatas, comprehenſi remanebant ſub diſ-
poſitione *l. cum avus*, quæ locum ha-
25 bet, nedum in filiis primi gradus,
ſed etiam in ulterioribus deſcendenti-
bus Fideicommiſſo gravatis, dicta *l.
cum acutiſſimi 30. Cod. de fideicommiſſis
Decian. reſponſ.107. num.14. lib.3. Bal-
docc. ad Roman. conſ.66. num.50. Vor-
parin. conſ.15. n.128. lib.2. Rocc. diſ-
put.25. num.4. Peſar. de ſubſtit. d. quæſt.
393. n.30. & num.81. Addent. ad Pam-
phil. dec.100. num.27. Rota coram Eme-
rix Sen. dec.78. nu.15. in rec. dec.308.
numer.25. part.14. & deciſ.132. num.2.
par.16.*

Tertia conjectura deſumitur, ex quo
Teſtatrix quocumque eveniente caſu
ſive mortis, ſive alienationis expreſſit
pro regula, ſeſe velle ſemper ſucce-
dere proximiorem ultimo gravato, uſ-
que adeò, ut ſi aliquis ex vocatis tam-
quam proximior ultimo gravato ſuc-
ceſſerit, deindeque ſupervenitet alius
proximior eidem gravato, iſte avoca-
re poterit bona ab eo, qui poſt pro-
ximioris nativitatem, minus proximus
evaſit, ut in §. ſi alere, ejuſdem Teſta-
26 menti, contra Juris diſpoſitionem, quâ
attenta proximior ſuperveniens non
avocat bona ab eo, qui tempore habili
tamquam proximior ſucceſſit *Bellon.
Jun. conſ.72. n.50. Menoch. conſ.413. n.16.
& ſeqq. Peregrin. de Fideicom. art.32.
num.72. & 74. Barbat. eodem tract. par.3.
cap.3. num.51. & 52. Torr. Variar. Jur.
quæſt. tom.1. quæſt 4. art.1. n.4. fol. mi-
hi 18. Caſtill. contr. lib.5. cap.91. per tot.
Rot. diverſ. dec.38. n.1. & dec.379. n.19.
par.1. in rec. dec.93. n.29. & ſeqq. par.21.
dec.397. n.14. & ſeqq. dec.398. num.12.
dec.400. n.4. & 5. par.15. & coram Eme-
rix Jun. dec.403. n.1. & dec.413. n. pe-
nult. primo, & poſt De Luc. de fideic. in
Manuſſ. dec.7. n.13.*

Si itaque Teſtatrix, adeò enixè voluit
ultimi gravati proximitatem attenden-
dam eſſe, ut non curaverit à Juris
communis diſpoſitione recedere, quan-
to magis dicendum erit in caſu dubio,
habente aſſiſtentiam Juris, Pietatis, &
Charitatis, noluiſſe bonis matri ob-
ventis privare filios, primam cauſam
ſuccedendi habentes, in concurſu DD.
de Gondis, & Cauſæ piæ, quorum pri-
mi quinto conſanguinitatis gradu di-
27 ſtant ab ultimo defuncto, & ſecunda
nullam cum eo conſanguinitatem ha-
bet. Aliàs enim non ultimi gravati
proximior ſuccederet, ſed longè re-
motior de linea diverſa, quod tam-
quam abſurdum, & menti Teſtatricis
repugnans admittendum non eſt, in ſpe-
cie *Manſ. dicta conſultat. 37. n.44. &
ſeqq. tom.9.*

Quartum conjiciendi genus præbet
ponderatio, quod Teſtatrix defectu
maſculis, & fœminis à Marchione Cer-
bone deſcendentibus, ſubſtituit deſcen-
dentes omnes maſculos in infinitum,
primo Alexandri Gondi Patris, poſtea
Joannis Baptiſtæ conſobrini, & deinde
28 Philippi Patrui pariter in infinitum:
Perceptibile autem non eſt, quod Nan-
nina, quæ agnationis rationem in men-
te non habuit, nec de illa ullo modo
ſollicita fuit, vocare voluerit ad ſuc-
ceſſionem remotiſſimos tranſverſales,
& viceverſa excludere cogitaverit ne-
potes proprii filii hæredis univerſalis
inſtituti, immò hoc aberrat ab omni
veriſimilitudine, juxta quam filii pri-
29 morum hæredum, magis dilecti ſemper
ad excluſionem ulterioris ſubſtituti,
& remotioris antepoſiti cenſentur, ut
in his terminis probant *Soccin. Sen. in
dicta l. cum avus n.10. ff. de condit. &
demonſtrat. Alexand.* in alia Cauſa Flo-
rentina ſcribens *conſ.45. n.24. & plu-
ribus ſeqq. & n.42. lib.1. Baldocc. ad Ro-
man. conſ.66. n.77. Manſ. conſult. 321.
num.21. & ſeq. tom.4. & conſult.37. n.10.
lib.9.*

Quinta eruitur conjectura, ex quo
Nannina ſciens ſe præſervaſſe ad ſu-
vo-

vorem deſcendentium beneficium proveniens *ex l. cum avus*, & nolens hoc indiſtinctè procedere ad excluſionem omnium ſubſtitutorum, ideò illud limitavit ad favorem fœminarum immediatè deſcendentium, vel ex Cerbone, vel ex ejus linea maſculina, quos inter ſe reciprocavit, etiam ſi decederent cum filiis: Unde dum in eodem paragrapho, & in oratione immediatè ſequenti, poſt quam bis immediatè derogavit diſpoſitioni dictæ legis, ultimo ex ſupra nominatis perſonis decedenti ſubſtituit DD. de Gondis, & ſocietatem Bonorum Hominum S. Martini nulla adjecta derogatione; hinc infertur, quod ſi Teſtatrix in ea parte, & paragrapho, in quo ſpecificè cogitavit tollere beneficium *legis cum Avus*, atque reiteratè derogavit, nihil de auferendo dicto beneficio dixit, reſpectu ultimi ex vocatis de linea Marchionis Cerbonis, ſignum eſt quoad iſtum voluiſſe legem ſuam facere operationem,
30 nam aliàs, ſi voluiſſet filios excludi per extraneos à beneficio dictæ legis, id expreſſiſſet, ſicut expreſſerat, quando voluit illos excludi per exiſtentiam deſcendentium fœminarum reciprocè ſubſtitutarum, ut egregiè ratiocinatur *Rot. in ſæpe citata Romana Fideicommiſſi 25. Aprilis 1701. §. Si igitur, coram R.P.D. Anſaldo.*

Non refragante, quod hæc conditio, ſeù qualitas, *miſſa ſine filiis* in una parte Teſtamenti appo-
31 ſita, in alia repetita cenſeatur, ut in præciſis terminis reſpondit *Rota noſtra die 26. Junii 1555. lib. mot. 18. fol. 252. §. Non obſtat præſumpta mens.*

Siquidem concurrente in præſenti diverſitate rerum, perſonarum, & ora-
32 tionis, repetitio numquam admittitur, ut plenè congeſſit per *Rot. Senen. ſeu Sovana. Fideicommiſſi 21. Maji 1708. §. Potiſſime, & ſeq. coram me*, nunc impreſſa *dec. 38. n. 5. & ſeqq.*, & in propria noſtra materia *Baldacc. ad Romon. d. conſ. 66. n. 64. & ſeqq. Rota in rec. dec. 453. n. 14. par. 19.* In contrarium non urgente deciſione *Rotæ noſtræ diei 26. Junii 1555.* quia in illius caſu, Teſta-
33 tor favore extraneorum ſubſtitutorum excluſerat nepotes, unde arguit deciſio, quod eo faciliùs illos voluerit repelle-
34 re in ſubſtitutione reciproca, favore filiarum: Hoc autem non adaptatur noſtræ hypotheſi, in qua filii fœminarum immediatè natarum à Cerbone, vel deſcendentes per lineam maſculinam ipſius, excluſi quidem fuerunt favore fœminæ ſuperſtitis, & magis dilectæ, ſed ex hoc inferri non poteſt, quod illos etiam voluerit excludere ad
35 commodum DD. de Gondis remotiorum, & de linea minus dilecta, ut benè in propoſito conſiderat *Rot. coram Seraph. dec. 1116. ſub n. 10. Rota noſtra in Cauſa Cerchi, e Sourdis, et in mutruo quod conſervatur* in filza Actorum, & ſententiarum Judicis QQ. S. Spiritus, & S. Crucis à die 2. Maji 1584. uſque ad 30. Aprilis 1585. exiſten. in Magna Camera Fiſcali *fol. 789. §. Præterea.*

Et ita utraque &c.

In hac Cauſa fuit factum Compromiſſum inter Partes, & concordatum inter eas, quod ſtari deberet duabus Sententiis, tributa facultate cuilibet ex Collitigantibus à prima Sententia reclamandi. Unde interpoſita à DD. de Gondis appellatione adverſus Sententiam, una mecum latam à Reverendiſſimo D. Nicolao Caſtellano Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimi Domini mei Archipræſulis Florentini Vicario Generali Meritiſſimo, & Sanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Florentinæ Præpoſito, diſcordante ab ea D. Bonaventura Neri Badia, Rotæ Florentinæ Auditore; ad formam Compromiſſi, fuit commiſſa Cauſa aliis Judicibus de conſenſu Partium electis, qui ſub die 26. Februarii 1713. ab Incarnatione, Sententiam à Nobis latam confirmarunt, cujus vigore DD. Barones del Nero poſſeſſionem omnium bonorum adepti ſunt, & ſic hæc graviſſima Cauſa finem habuit.

R.P.D.

R. P. D. MUTO.

Camerinen. Fideicommiſſi.

Lunæ 3. Julii 1702.

ARGUMENTUM.

Subſtitutio in teſtamento Aſcendentis facta, intelligitur ſub conditione *ſi ſine filiis* ad explicationem Textus in *l. cum avus ff. de condit. & demonſtrat.* cum concordantibus. Recenſentur plures conjecturæ in contrarium ponderatæ, & plures aliæ adducuntur in oppoſitum, quæ ut validiores, & habentes aſſiſtentiam regulæ, decidi tur prævalere debere. Examinantur ulterius verba teſtamenti, ex quibus deducitur Teſtatorem voluiſſe ſubſtituere ſub dicta conditione *ſi ſine filiis*, etiam præſcindendo à diſpoſitione dictæ *l. cum avus*.

SUMMARIUM.

1 *Ægidianæ Conſtitutioni locus non eſt, ſtante injuſtitia Sententiæ.*

2 *Subſtitutio in caſu præmorientiæ alicujus facta, exſpirat propter obitum gravatis cum filiis, ſive conditio* ſi ſine filiis *à lege ſubintellecta ſit, ſive ex conjecturata mente Teſtatoris appoſita.*

3 *Conditio* ſi ſine filiis *in caſu obitus alicujus ex filiis adjecta, in caſu obitus omnium repetita cenſetur, quando concurrit unitas, & connexio ſubſtitutionum,* & n. 19.

Talis unitas, & connexio reſultat ex copula, et, *nec non ex conjunctione orationis, & continuatione ſubſtitutionum* ibidem, & n. 19.

4 *Maxime, ſtantibus dictionibus repetitivis, & relativis.*

Dictio, così, *latinè* ita, *vel,* ſic, *eſt repetitiva formæ, & qualitatis præcedentis,* ibidem, & n. 19.

5 *Dictio,* detti, *eſt relativa.*

6 *Conditio* ſi ſine filiis *in præcedentibus, & ſubſequentibus partibus teſtamenti adjecta, in intermedia cenſetur repetita.*

7 *Maximè, quando non eſt aſſignabilis diverſitas rationis, quare fuerit volita in aliis partibus, & non in iſta,* & n. 19. & 26.

8 *Et fortiùs, ſi urgentior militat ratio pro repetitione conditionis in parte, in qua non fuit adjecta quam in aliis,* & numer. 19. & 26.

9 *Et talis ratio conſideratur, ſi ſubſtituti, & minus dilecti, eſſent melioris conditionis inſtitutis, & magis dilectis.*

10 *Subſtitutio facta in teſtamento aſcendentis, dicitur conditionalis, quatenus aſcendens decedat* ſine filiis.

11 *Diſpoſitio* l. cum avus, *militat etiam favore filii naturalis legitimati.*

12 *Et ſi legitimatio ſit ampliſſima nomine naturales legitimati, quamvis Teſtator expreſſè poſuerit ſub conditione filios legitimos, & naturales.*

13 *Non obſtante, quod legitimatio facta ſit cum clauſula* ſine præjudicio venientium ab inteſtato, *& de ratione,* ibidem.

14 *Contraria Auctoritates declarantur procedere, quando legitimati habent reſiſtentiam voluntatis Teſtatoris, non quando hæc illis aſſiſtit.*

15 *Vel quando legitimatio obtenta eſt poſt jus perfectè quæſitum ſubſtitutis, ob purificatam, & agnitam ab ipſis ſucceſſionem, aliàs ſecus.*

16 *Diſpoſitio* l. cum avus *habet locum etiam quando ſubſtitutus eſt filius Teſtatoris.*

17 *Mentio habita in genere de filiis cum diſcretiva vocatione aliquorum ex eis, eſt ſimplex conjectura, quæ non ſufficit, ut dicatur receſſum à diſpoſitione* l. cum avus.

18 *Præcipuè ſi in contrarium urgent conjecturæ validiores.*

19 *Una conjectura eſt, ſi conditio* ſi ſine filiis, *vigore dictionis diſtributivæ omnes qualificat, & omnibus poteſt cenſeri adjecta.*

20 *Dictio,* ciaſcuno, *latinè,* quilibet, *ſeu* alter, *eſt diſtributiva ſingulorum, & licèt in numero ſingulari prolata, omnibus ſupra nominatis inſolidum attribuit diſpoſitionem.*

21 *Ex æquali inſtitutione, & ſubſtitutione, æqualis reſultat affectio.*

22 *Alia conjectura eſt, ſi Teſtator æqualiter dilexit filios, & nepotes, nam ſi iſti ſunt ſubſtituti filiis ſub dicta conditione, ſub eadem conditione filii deberent dici ſubſtituti nepotibus.*

23 *Item ſuppletur dicta conditio, ſi aliàs inter filios, & nepotes æqualiter dilectos, & honoratos, induceretur inæqualitas.*

25 *Item*

25 *Item ſi Teſtator ſubſtituit nepotes, & pronepotes ad portionem Patruorum, tunc multò magis dicendum eſt voluiſſe recedere à diſpoſitione legis, ponentis pronepotes in conditione ad portionem propriis Parentis.*

Immò ex hoc illorum vocatio inducitur, ibidem.

26 *Item ſi adſit identitas, vel majoritas rationis.*

27 *Item ſi fuit prohibita alienatio perſona, de cujus poſitione in conditione dubitatur, inducta privatio in caſu delicti cum ſubſtitutione aliorum, & inducta ei in certis caſibus reintegratio.*

Immò ex hoc conſeri ex teſtamento vocata talis perſona.

28 *Item ſi voluit bona conſervari in agnatione, & deſcendentibus, ad hoc, ut iſti divites, & cum ſplendore poſſent ſe manutenere.*

§. Unico.

PER obitum Lucę Antonii Ronchæ ultimo loco ſequutum, nullis ſuperſtitibus fratribus, prætenſionem excitavit Silveſter Oliverii Teſtatoris filius, fuiſſe purificatum ad ejus favorem fideicommiſſum, ad quod pro quarta parte vocatus reperiebatur præfatus Lucas, aliique ipſius fratres prædefuncti; Cumque talis prætenſionis ſubſiſtentiam à R. P. D. Paſſerino Judice deputato ab A. C. canonizari obtinuerit, commiſſa Cauſa appellationis huic Sacro Tribunali, propoſui ſub die 28. Februarii anni pręteriti duplex dubium, Alterum nempè — *An ſit locus Ægidianæ?* Et alterum ſuper Remiſſoria, & dilata reſolutione primi, fuit conceſſa Remiſſoria Petro Antonio ad probandum, ſe eſſe filium dicti Lucæ Antonii, ut latiùs habetur ex dicta deciſione ſub eadem die à me extenſa, quam probationem cum expleverit mediante examine ſeptem concordium Teſtium, tranſportatoque ad Urbem Remiſſoriali proceſſu, curavit contra Antonium, Petrum, & alios de Roncha filios, & hæredes præfati Silveſtri interim defuncti, iterum à me ſuper negocio principali proponi dubium, quod fuit ipſius favore reſolutum

Præbuit huic reſolutioni fundamentum, injuſtitia ſententiæ A. C., quæ impedit, nè Ægidiana Conſtitutio locum
3 habeat *Rota coram Dunozet Junior. dec.839. num.1. Corr. dec.315. num.8. & dec.561. n.2. & in Romana Salviani 3. Decembris 1688. §. Verum his minimè refragantibus, coram Reverendiſſimo D. Tarvgen. & in Romana Immiſſionis 26. Martii 1700. in principio, cor. R.P.D. meo Pio.*

Hæc autem injuſtitia deducitur ex eo, quod cum hodie minimè dubitari poſſit de filiatione Petri Antonii, optimè reſultante ex depoſitionibus dictorum Teſtium, qui benè concludunt tam arctiſſimam cuſtodiam Ventris materni, quàm educationem, tractatus, aliosque actus geſtos ab illius Parentibus, ut in eorum hodierno reſtrictu, quæ omnia in præſenti diſputatione per Actores non controvertebantur, propterea Judex præfatus immiſſionem concedere non poterat Silveſtro, propter obitum Lucæ Antonii nepotis fideicommittentis, cui tam ipſe, quàm alii Teſtatoris filii ſubſtituti fuerunt in caſum premorientiæ, cum hæc ſubſtitutio per obitum Lucæ, relicto poſt ſe dicto Petro Antonio filio evanuerit, juxta *Text. expreſſum in l. cum avus ff. de condit. & demonſtrat.*, ibi — *Conjectura*
4 *ra pietatis reſpondi defeciſſe* — ibique Scribentes communitèr, Et in terminis conditionis *ſi ſine filiis* vigore dictæ legis ſubintellectæ, vel ex conjecturata mente Teſtatoris appoſitæ, firmant in ſpecie *Rota cor. Pamphil. dec. 100. n.10. Dunozet Jun. deciſ. 331. num.1. & in rec. deciſ. 310. num.2. par.18. & in Romana fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Aſt quia, cor. R.P.D. meo Anſaldo.*

Nullatenùs relevante, quod Oliverius Teſtator in caſum obitus Caroli Vincentii, Lucæ Antonii, & Caroli Silveſtri Nepotum, ſubſtituerit ſimplicitèr, & abſque ulla conditione *ſi ſine filiis* Joſephum, Carolum, & Silveſtrum filios; unde talis conditio à Teſtatore non adjecta, ſubintelligi, & ſuppleri non

non debeat; Quoniam voluntas Teſtatoris ſubſtituendi proprios filios ſolùm in caſu, quo Lucas Antonius, aliique Fratres deceſſiſſent ſine filiis, claré colligitur ex verbis Teſtamenti, & ſuppletur ex diſpoſitione legis: Et ſané eruitur ex verbis Teſtamenti ab Oliverio conditi, quia ipſe inſtituit, & reciprocè ſubſtituit Carolum Vincentium, Lucam Antonium, & Carolum Silveſtrum Nepotes, caſu quo aliquis ipſorum ſine filiis deceſſiſſet, ibi — *Soſtituendo li ſuddetti Carlo Vincenzo, Luca Antonio, e Carlo Silveſtro ad invicem liberamente in caſo, che ciaſcuno di loro moriſſe in pupillare età, ò dopo in qualſivoglia tempo ſenza figli legitimi, e naturali* — Et deinde, continuando ſubſtitutiones in caſum obitus omnium dictorum Nepotum, eaſque conjungendo cum verbis copulativis, & repetitivis, immediatè ſubdit — *E morendo li ſuddetti Carlo Vincenzo, Luca Antonio, e Carlo Silveſtro, tutti in pupillare età, e dopo in qualſivoglia tempo, ad eſſi così morienti ſoſtituiſco li ſuddetti Giuſeppe, Carlo, e Silveſtro, e loro figli legitimi, e naturali*. Quæ unio, & connexio ſubſtitutionum per copulam *Et*, operatur, ut una ſubſtitutio interpretationem recipiat ab altera, & conſequenter, ut conditio *ſi ſine filiis*
3 in caſu obitus, alicujus ex Nepotibus adjecta, in caſu obitus omnium dictorum Nepotum, in quo de illa mentio facta non fuit, volita, & repetita cenſeatur, ut individualiter firmant *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſump. 178. num. 31. & 32. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 450. numer. 3. Manſ. tom. 9. conſult. & rer. judicator. in ſupplement. fideicommiſſ. & legat. conſult. 37. ſub n. 14. Rot. coram Dunozet. Junior. dicta deciſ. 331. num. 3. & 4.*

Potiſſimè quia ultra conjunctionem orationis, & copulam *Et*, ſuperaddidit Teſtator dictionem *così*, latinè *ità*, vel *ſic*, quæ eſt pariter repetitiva for-
4 mæ, & qualitatis præcedentis, ut obſervant in ſpecie *Honded. conſ. 79. n. 19. lib. 1. Odd. conſ. 67. n. 34. Bero conſ. 64. num. 47. lib. 1. Surd. conſ. 448 num. 16. Gozadinus. reſponſ. 97. num. 41. lib. 1. Cyriac. controv. 281. num. 58. Gratian. diſcept. 831. nu. 3. 4. & 5. Cavaus reſol. 110. ſub num. 7. verſ. ex quibus colligitur, Belmont. dec. 72. nu. 19. Rondinel. deciſ. Piſan. 49. num. 75. Rota Florent. apud Palm. Nepot. alleg. 234. num. 30. Rota noſtra inter diverſ. dec. 568. nu. 4. par. 1.*, ubi ad hunc effectum ponderat etiam dictionem *diſti*, relativam
5 ad ſubſtitutos, quæ hic pariter concurrit.

Et fortiùs attento, quod non ſolùm in præcedenti reciproca ſubſtitutione Nepotum, ad invicem copulata, unita, & connexa cum illa, de qua agitur, fuit explicitè adjecta conditio *ſi ſine filiis*, ſed in aliis ſubſtitutionibus ſequentibus ſemper expreſſa, & repetita fuit eadem conditio.
6 Quo fit, ut ſubſtitutio facta in caſu obitus omnium Nepotum, eò magis intelligi debeat facta ſub dicta conditione in omnibus partibus Teſtamenti, antè, & poſt pluries repetita, in individuò *Rot. dicta dec. 568. numer. 4. par 1. diverſ.*

Creſcitque vis hujus circumſtantiæ, ſi ponderetur, quod nulla eſt aſſignabilis ratio diverſitatis, quarè, in priori ſubſtitutione reciproca ordinata inter dictos tres Nepotes Teſtatoris, unus alteri ſuccedere non valeat, niſi in caſu, quo aliquis eorum ſine filiis decederet, & quarè in poſteriori ſubſtitutione, eveniente obitu alicujus ex filiis Teſtatoris, ſub eadem conditione reciprocè ſubſtituti fuerint alii filii ſuperviventes, & dicti tres Nepotes, eveniente autem obitu omnium filiorum, iidem Nepotes vocati fuerint repetita conditione *ſi ſine filiis*, & talem conditionem repetere noluerit in caſu obitus omnium Nepotum. Quando autem nulla eſt aſſignabilis ratio diverſitatis, proptèr
7 quam conditio *ſi ſine filiis* in una, vel pluribus ſubſtitutionibus adjecta, non fuerit volita in alia, in qua omiſſa fuit, ſemper ex præſumpta mente Teſtatoris repetita cenſetur, ut probant in præciſis terminis *Fuſar. de ſubſtit. dicta quæſt. 450. num. 9. Card. de Luc. de fideicommiſſ. diſc. 110. n. 4. Rot. coram Dunozet Jun. dicta dec. 331. numer. 10. & 11.*

Quinimò nedùm nulla conſiderari po-

poteſt differentia in ſupradictis caſibus,
ſed major, & urgentior militat ratio
pro repetitione conditionis in ſecun-
da parte ſubſtitutionis, ordinatæ in ca-
ſu obitus omnium Nepotum, quàm
in prima inter ipſoſmet Nepotes. Nam
ſi Teſtator in caſu obitus alicujus ex
Nepotibus cum filiis, noluit alios
Nepotes inſtitutos, & primo loco ſub-
ſtitutos, ac magis dilectos ſuccedere,
8 tanquàm ſubſtitutos dumtaxat ſub ex-
preſſa conditione *ſi ſine filiis*; multò
fortius dicendum eſt, excludere vo-
luiſſe Joſephum, Carolum, & Silve-
ſtrum Teſtatoris filios, ſuperexiſtenti-
bus liberis dictorum Nepotum; alias
enim melioris conditionis eſſent dictus
Silveſter, ejuſque fratres, ultimo lo-
9 co ſubſtituti, & conſequenter minùs
dilecti in hac portione, quàm dicti
Nepotes in ea inſtituti, & reciprocè
ſubſtituti, ſicque magis dilecti, in
profectò *Alegrad. conſ.60. num.36. lib.1.
Theſaur. dec.170. ſub nu.19. verſ. quan-
to ſi Donator, Rota in Melevitana fi-
deicommiſſi 23. Januarii 1692. §. Sublato, coram R. P. D. meo Priolo.*

Ruſus ex diſpoſitione legis ſupple-
tur etiam dicta conditio *ſi ſine filiis*,
quia cum Oliverius Teſtator ſit A-
ſcendens, præſumitur de jure, ipſum,
ſubſtitutionem facere voluiſſe Lucæ
10 Antonio ex prædefuncto filio Nepoti,
quatenùs iſte deceſſiſſet ſine filiis, &
non aliàs, juxta famigeratum reſpon-
ſum *Papiniani in l. cum Avus 102.
ff. de condit., & demonſtrat., in l. cum
acutiſſimi 30. Cod. de fideic., & in l.
generaliter 6. §. Cum autem Cod. de In-
ſtitut. & ſubſtitut.*, de quibus *Sera-
phin. Maſſimus de conſilio boni viri quæſt.
28. num.159. & quæſt.23. num.18. Ro-
ta in rec. dec.170. num.7. & 8. par.17.
& in Romana fideicommiſſi 15. Aprilis
1701. §. Verbum, coram R. P. D. meo An-
ſaldo.*

Haud refragante, quòd diſpoſitio
ſupradictarum legum habeat locum,
quando agitur favore filii legitimi, &
naturalis dumtaxat, non autem, na-
turalis legitimati, quando fuit ſubſti-
tutus extraneus, non quando ſubſti-
tutio facta fuit ad favorem filiorum
Teſtatoris; & quando Teſtator de fi-
liis non cogitavit; Ac propterea cum
Petrus Antonius Ronca ſit filius na-
turalis, & Lucæ Antonio ipſius Patri,
aliiſque fratribus ſint ſubſtituti Silve-
ſter, cæterique filii Teſtatoris, iſteque,
vel in conditione poſuerit, vel ex-
preſsè vocaverit Nepotum filios in
aliis Teſtamenti partibus, concurren-
tibus his obſtaculis, non poſſit idem
Petrus Antonius prætendere ſub diſ-
poſitione legum prædictarum ſe eſſe
comprehenſum.

Siquidem, quod Petrus Antonius
ſit filius naturalis, nihil obeſt, quia
cum ipſe legitimationem obtinuerit ab
Archivio Romanæ Curiæ, gaudere
debet omnibus effectibus, & præro-
gativis, quas habent filii legitimi, &
naturales, & ex legitimo Matrimonio
nati, cum per fictionem legis, quæ,
mediante reſcripto Principis, illis tri-
buit qualitatem legitimitatis, habean-
tur, ac ſi verè, & realitèr eſſent ta-
11 les, ut in terminis individualibus,
quod filius naturalis legitimatus cen-
ſeatur à Teſtatore poſitus in conditio-
ne vigore dd. legum ad excluſionem
ſubſtituti *Bald. in dicta l. g. cum acu-
tiſſimi num.12. Cod. de fideicom., &
conſ.349. colum.1. verſic. ſequitur vide-
re lib.3. Hercules. in leg. ex facto §. Si
quis rogatus, il primo, column.15. verſ.
& adverte ff. ad Trebellian. Intrigliol.
de ſubſtit. centur.3. quæſt.51. n.13. Me-
noch. de præſumpt. lib.4. præſumpt. 89.
num.103. Mantic. de conject. lib.10.
tit.7. num.17.*, & latiùs *lib.11. tit.10.
ſub num.9. verſic. contrariam igitur
ſententiam, cum ſeqq. Peregrin. de
fideicomm. artic.23. num.41. verſic. quo
etiam, Fuſar. de ſubſtit. quæſt.407. n.18.
Addent. ad Pamphil. dec.100. n.27. Rota
in rec. dec.132. num.2. par.16.*, & in
fortioribus terminis, quòd filii legiti-
mati, quando legitimatio eſt ampliſ-
12 ſima, ut in caſu noſtro, veniant, ſi
Teſtator expreſsè poſuit ſub conditio-
ne filios legitimos, & naturales *Pere-
grin. de fideicomm. artic.23. n.39. Graſſ.
de ſucceſſ. §. Fideicommiſſum quæſt.38.
num.2. verſic. ſecunda opinio, Mantic. de
conject. lib.11. tit.10. numer.9. verſic.
contrariam ſententiam* latiſſimè *Cyriac.
controv.207. ex num.47., uſque ad fi-
nem, Andreol. controv.150. num.12. Fu-
ſar. de ſubſtit. quæſt.407. ex numer.1.*

 aſ-

uſque ad 8. *& ſub num.*17. ubi de veniori, & magis communi *Rot.* in *recentior. dec.*388. *num.*9. *par.*1 & latiùs *dec.*117. *nu.*11. *par.*15. *dec.*12. *ſub numer.*7. *&* 8. *part.*16. *& coram Seraphin. dec.*880. *num.*5. *Ubald. deciſ.*217. *num.*1. *Emerix Jun. dec.*334. *ſub nu.*3., *& ſeqq.*, *& num.*14., *& in Romana*, *ſeu Balneoregien. fideicommiſſi* 2. *Decembris* 1699., *§. Siquidem*, *coram Me*.

Prorſus non relevante, quòd legitimatio Petri Antonii legatur facta cum clauſula *ſine præjudicio venientium ab inteſtato*. Quia hæc operaretur quidem, ut non poſſent venire legitimati ad ſucceſſionem inteſtatam Patris naturalis, nullo modo verò aufert eiſdem ſucceſſionem, ad quam vigo-

13 re fideicommiſſi vocati ſunt, cum enim clauſula prædicta, præſervativa Juris tertii, ad ſucceſſionem ab inteſtato ſit reſtricta, comprahendere non poteſt alium caſum omninò diverſum, quo hæreditas deferatur ex Teſtamento, & vigore fideicommiſſi Aſcendentium *Lancellott. conſ.*176. *numer.*34. *& ſeqq. inter conſil. ultim. volunt. diverſ. tom.*1. *Gozadin. conſil.* 6. *numer.*33. *&* 78. *Gabriel. conſ.*29. *num.*16. *& ſeqq lib.*1. *Gratian. diſcept.* 496. *num.*20. *& ſeqq. Locidor. de Illegitim. cap.*24. *n.*16. *Rota coram Ubald. dec.*117. *n.*10.

Contrariis authoritatibus non obſtantibus, quia vel loquuntur, quando ſucceſſio legitimatorum ad bona in fideicommiſſo comprehenſa habet reſiſtentiam voluntatis Teſtatoris, non autem quando illis ejuſdem Teſtatoris voluntas aſſiſtit, qui eos vocavit ex-

14 preſsè, aut ſub generalitate verborum, quæ apta ſint eoſdem comprehendere; In his enim terminis legitimati, ex præſumpta mente fideicommittentis, faciunt deficere conditionem *ſi ſine filiis legitimis, & naturalibus*, ſub qua ſubſtituti vocantur, ut declarando contrarios, diſtinguit *Locidor. de Illegitim. cap.*24. *num.*14. *& ſeqq. Lap. eodem tractat. commentar.*3. *§.*1. *nu.*11. *verſ. verum*, *Ludovic. conſ.*13. *num.*21. *& ſeqq. Addit. ad deciſ.*117. *§. fin. coram Ubald. Rota coram Seraphin. dec.*880. *num.*5. *Emerix Jun. dec.*334. *num.*17., & latè *in rec. dec.*217. *num.*13. *& ſeqq. par.*15. *& dec.*11. *à num.*8. *uſque ad num.*15. *par.*16., *& in dicta Romana*, *ſeu Balneoregien.* 1699. *§. Verum*, *coram Me*, vel loquuntur de legitimatione obtenta cum dicta clauſula, poſt jus perfectè quæſitum fideicommiſſariis ſubſtitutis, ob ſequutam mortem hæredis gravati, & agnitam ab ipſis ſucceſſionem, ac apprahenſam poſſeſſionem bonorum, ſed non procedunt,

15 nec intelligi poſſunt in legitimatione impetrata, re adhuc integra, ſcilicèt in vita Patris, & antequam veniret caſus purificationis fideicommiſſi, cum enim iſto caſu nullum aliud jus dici poſſit quæſitum in fideicommiſſo ſubſtitutis, niſi ſub conditione, quatenùs ſcilicèt filii naturales non evaderent legitimi, hac conditione purificata per legitimationem ab Archivio Romanæ Curiæ obtentam, ex præſumpta voluntate fideicommittentis, ſubſtitutio exſpiravit, & irrita remanſit, ut explicata contrariis, proſequitur *Locidor. de Illegitim. dicto cap.*24. *n.*17. *Rota in recentior. dec.*310. *num.*11., *& ſeqq.*, & ſignantèr *ſub num.*25. *§. Et Rota diſſerentia par.*18. *tom.*1., *& dec.*673. *n.*10. *& ſeqq. & per tot.*, *& dec.*750. *num.*4., *& ſeqq. par.*18. *tom.*2.

Minùs obſtat, quod Lucæ Antonio fuerint ſubſtituti Silveſter, aliique filii Teſtatoris, qui cum magis dilecti præſumantur filio ultimi gravati legitimato, in præjudicium illius tollitur non poſſe conjectura pietatis, de qua in dictis legibus *cum avus*, *& cum acutiſſimi*; Quoniam huic objecto reſiſtit expreſsè litera *Textus in eadem leg. cum avus*, in qua Papinianus reſpondit, conditionem *ſi ſine filiis deceſſerit*, cenſeri adjectam etiam in Teſtamento Avi ad favorem Nepotis, illumque impedire, ne purificata dici poſſit ſubſtitutio filii Teſtatoris facta in caſum

16 obitus ſimplicitèr, & abſque ulla explicita conditione, cum iſti, eorumque deſcendentes in portione ipſis relicta cenſeantur prædilecti filius Teſtatoris, & ultra literam Textus, ad favorem deſcendentis, etiam quando ſubſtitutus eſt filius Teſtatoris, conſulunt *Odd. conſ.*46. *num.*66. *Gozadin. conſ.* 4. *num.*15. *Roin. conſ.*37. *num.*9. *lib.*4. *Mantic. de Conject. lib.*10. *tit.*7. *num.*11.

Te-

by Google

Tiraquell. in l. ſi unquam, V. donatione largitus num.294. C. de revocand. donat. Craſſ. §. Fideicommiſſum quaeſt.21. n.3. Intrigliol. de Subſtit. centur.3. quaeſt.52. num.3. Roſitc. in dicta leg. cum avus lib.2. cap.1. Menoch. de Praeſumpt. lib.4. praeſumpt.89. num.119. Gabr. de fideicomm. concluſ.2. num.11. & reprobatis contrariis *Faſar. de ſubſtitut. quaeſt.393. n.72. & ſeqq. Hector. Felicius allegat. jur.42. num.9. par.3. Rota coram Penia dec.545. num.7. & in dicta Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §.Verum, coram R.P.D. meo Anſaldo.*

Prout non relevat, quod Teſtator pluries cogitaverit de Pronepotibus, eos ponendo ſub conditione, *quatenus aliquis Nepotum decederet*, ſicque, dum de eiſdem Pronepotibus mentionem aliquam non fecit, caſu quo omnes dicti Nepotes decederent, ſignum eſt, quod in eum caſum illos vocare noluerit, nec comprehendere ſub diſpoſitione legis, *cum avus*, quae ex praeſumpta voluntate Teſtatoris locum non habet, quoties ab eo in aliis partibus Teſtamenti facta ſuit mentio de
17 perſonis, quae ſub tacita conditione venire vocandae. Etenim generica cogitatio Pronepotum, cum diſcretiva vocatione aliquorum ex eis, eſt ſimplex conjectura, quae de per ſe ſola non ſufficit, ad hoc, ut recedatur à praeſumpta praedilectione Teſtatoris erga propriam ſobolem, in naturali pietate fundata *Zanch. in l. haeredes mei §. Cum ita n.164. verſ. praemiſſa quaeſtione ff. ad Trebellian. Roma. conſ.131. n.5. & ſeqq. & num.12. & ſeqq. lib.3. Altograd. conſ. 45. n.38. & ſeqq. & n.41. lib.1. Roſitc. in l. cum avus lib.3. cap.8. per tot. Mantic. de Conject. ultim. volunt. lib.10. tit.8. n.11. Craſſ. de Succeſſion. §. Fideicommiſſum quaeſt.23. in fine, Faſar. de ſubſtitut. dicta quaeſt.393. n.45. 46. & 86.*, & latiùs *num.109. & ſeqq. Rota cor. Cerrino dec.480. n.5. & 6. Pamphil. dicta dec.100. num.12. & 13. & in dicta Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis anni praeteriti §.Quaeſtionem, & §. Et ſecundò, cor. R.P.D. Anſaldo;* Maximè quando concurrunt conjecturae in contrarium, quae, ſi ſint numero plures, & fortiores, procul
18 dubio praeferuntur ſupradictae deſumptae à diſcretivo modo loquendi, quae generalis eſt, & de ſe ipſa inſufficiens, ut proſequitur *Altograd. d. conſ.45. numer.41. lib.1. Faſar. de ſubſtit. quaeſt.393. num.108. cum tribus ſeqq. Mantic. de Conject. lib.10. tit 8. num.12. Rota cor. Cerrino d. dec.480. ex n.5.*

In praeſenti autem plurimae, eaeque urgentiſſimae conjecturae concurrunt pro ſupplenda dicta conditione, *ſi ſine filiis*, quarum prima reſultat ex eo, quod non ſumus in pluribus diverſis, & ſeparatis ſubſtitutionibus diverſarum perſonarum, in quarum una ſit adjecta conditio, *ſi ſine filiis*, in alia non, quo caſu diſputant Doctores, an cenſeatur conſultò omiſſa, & à Teſtatore non volita, ſed verſamur in una, & eadem ſubſtitutione inter eaſdem perſonas facta, nempe inter Nepotes in duobus caſibus, uno ſcilicèt, quo aliquis ipſorum decederet ſine filiis, & altero, quo omnes decederent, inter ſe identificatis, unitis, & connexis per copulam, *et*, per dictionem, *ſic*, & per identitatem, immò majoritatem rationis; in quibus terminis conditio praedicta,
19 appoſita in uno gradu ſubſtitutionis, non excludit, quin in alio unito, & connexo, & in quo diverſitas perſonarum non concurrit, repetita cenſeatur, ut reſpondendo objectio, in individuo tradit *Modernus Lucen. in conſult. & ver. judicatar. tom.9. ſupplement. de fideicomm. & legat. conſult.37 num.14. Rot. coram Dunozet. Jun. dicta dec.331. num.2. 3. & 4.*, & magis ad rem à *num.10. uſque ad finem, & in recen. deciſ.102. n.14. & 15. par.18.*

Secunda elicitur conjectura ex eo, quod conditio, *ſi ſine filiis*, adjecta in prima parte ſubſtitutionis, in qua tres Nepotes Teſtatoris vocati ſunt, reſpicit, & qualificat omnes dictos tres Nepotes, ibi -- *& in caſo, che ciaſcuno di loro moriſſe ſenza figli legitimi, e naturali* -- Dictio enim illa, *ciaſcuno*, latinè, *quilibet*, ſeu, *alter*, eſt distributiva
20 ſingulorum, & licèt in numero ſingulari prolata, tamen omnibus ſupra nominatis inſolidum attribuit diſpoſitionem, ac effectus; ut illa non conſumetur in primo moriente, ſed ad omnes Nepotes referatur in puncto *Rota coram Dunozet. Jun. dicta dec.331. n.8. & 9.*, ac propterea, ſi conditio *ſi ſine*

filiis vigore dictæ diſtributivæ primo, ſecundo, & tertio ex Nepotibus dece-
21 dentibus adjecta cenſetur, & omnes illos qualificat, exiſtentia filiorum unuiuſcuiuſque ex dictis Nepotibus operatur excluſionem Silveſtri, aliorumque ſubſtitutorum, ut optimè proſequitur *Rot. coram Domant. jun. dicta dec. 331. ſub n. 9. verſ. ac proinde.*

Tertia promanat conjectura ex æquali dilectione, quam Teſtator oſtendit erga Joſephum, Carolum, & Silveſtrum filios, & Nepotes ex filio prædefuncto; omnes enim inſtituit pro æquali, tres nempe filios in tribus partibus, & Nepotes in alia quarta parte, ad quam aſpirare potuiſſet eorum Pater, ſi vi-
22 xiſſet, & omnibus, & ſingulis ex dictis filiis ſuis, ſive filiis morientibus, ſubſtituit alios filios ſuperſtites, & dictos Nepotes in ſtirpes, ex qua æquali inſtitutione, & ſubſtitutione, æqualis reſultat affectio, Poſita autem æquali dilectione filiorum, & Nepotum, ſequitur, quod filii præfati cenſeri debeant ſub-
23 ſtituti Nepotibus ſub conditione, *ſi ſine filiis*, ſicuti ſub dicta conditione, Nepotes ejuſdem Teſtatoris filiis ſubſtituti fuerunt *Roman. conſ. 66. n. 14. in principio, & in fine, Laurentius de Pinu conſ. 6. n. 27. Menoch. conſ. 434. num. 35. & 36. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 20. n. 25.* Aliàs inter dictos filios, & Nepotes induceretur inæqua-
24 litas, quam voluiſſe Teſtatorem præſumendum non eſt inter deſcendentes ſuos æqualitèr honoratos, ac dilectos, ut ad ſupplendam conditionem *ſi ſine filiis*, eorumque vocationem tradunt *Roman. conſ. 66. n. 18. & ſeqq.*, & ſignanter num. 23 *Menoch. conſ. 434. n. 34. & 35. Cephal. conſ. 114. n. 16. Mantic. de Conject. lib. 11. tit. 10. n. 25. Angel. Rodulphin. uneca allegat. 133. num. 1. & per tot.*

Quartum conjiciendi locum præbet ſubſtitutio Nepotum, & filiorum ex eis naſcendorum in tota hæreditate facta, caſu quo Joſeph, Carolus, & Silveſter filii decederent ſine filiis, ibi — *Et morendo tutti detti Giuſeppe, Carlo, e Silveſtro ſuoi figlioli ſenza figli legitimi, e naturali, in detto caſo vuole detto Teſtatore, che in detta Eredità, e Beni ſuccedano, & in eſſo, & eſſi ſoſtituiſce, & ſuſtituiſce in ogni miglior modo, che può li detti Carlo Vincenzo, Luc' Antonio, e Carlo Silveſtro ſuoi Nepoti, e loro figlioli* — Si itaque fideicommittens voluit ſubſtituere Nepotes, & Pronepotes ad portiones Patruorum, multò
25 magis dicendum eſt, noluiſſe recedere à diſpoſitione legis, ponendo Pronepotes in conditione ad portionem propriı Parentis, immò ad eam illos vocare voluiſſe, ut tradunt *Rodulphin. allegat. 33. num. 13. Rota dec. 236. n. 2. part. 1. rec. & coram Celſo deciſ. 119. n. 13.*

Quinta conjectura conſurgit ex identitate, & majoritate rationis, de qua ſupra dictum eſt in §. *Creſcitque, & ſeq.*, qua concurrente, id, quod ſtatuitur
26 in uno caſu, cenſeri debet ſtatutum, & diſpoſitum etiam in altero, in ſpecie *Rota in rec. dec. 102. n. 8. & n. 13. & ſeqq. par. 18 coram Domant. jun. dicta deciſ. 331. num. 10. & in dicta Romana fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §. Addebatur, cor. R. P. D. meo Anſaldo.*

Sexta, & quidem urgentiſſima reſultat conjectura ex ampliſſima prohibitione alienationis, & ex pœnis privationis in caſu delicti, comminata nedum filiis, & Nepotibus, ſed etiam Pronepotibus, aliiſque deſcendentibus Teſtatoris, cum præcepto, quod talia bona devolvi deberent ad alios non delinquentes, donec delinquens à Principe non reintegraretur, reintegratione autem ſecuta, voluit, ſic privatos recuperare bona ante delictum ab ipſis poſſeſſa, Quæ prohibitio alienationis, & privatio Nepotum, ac Pronepotum delinquentium, & ſubſtitutio in eorum portione facta de iis,
27 qui benè vixerint, necnon ſucceſſiva eorum reintegratio ad bona fideicommiſſaria in caſu reintegrationis obtentæ à Principe, manifeſtè arguit Pronepotes, aliiſque deſcendentes præcedentes fuiſſe poſitos ſub conditione, & poſitivè vocatos, cum privatio habitum præſupponat, & prohibitio alienationis non cadat ſuper bonis, ad quæ filii non fuerunt vocati, ut in noſtris præciſis terminis *Rota dec. 170. num. 11. par. 17. & dec. 102. n. 4. par. 18. rec.*

Septima demum non minùs valida conjectura elicitur ex ratione, propter

pter quam Teſtator devenit ad ordinationem fideicommiſſi in caſum delicti ad favorem Pronepotum, aliorumque deſcendentium, qui non deliquiſſent, in eo conſiſtente, quia noluit filios, Nepotes, Pronepotes, aliosque deſcendentes incidere in paupertatem, ſed exoptavit, ut bona ſua conſervarentur in familia, agnatione, & deſcendentibus, ibi — *E acciò detti ſuoi figlioli, e nepoti, eredi, e loro figlioli, e deſcendenti non venghino in povertà, e non ſiano forzati a vergogna della loro famiglia andar mendicando, e acciò li beni di eſſo*
18 *ſo Teſtatore ſiano conſervati nella ſua Famiglia, Caſata, e Deſcendenti &c.* Ex qua quidem ratione conſervandi bona in deſcendentibus, & agnatione, eoſque divites conſervandi, infertur, illos fuiſſe comprehenſos ſub conditione legis, *cum avus*, & ad fideicommiſſum vocatos, aliàs ex bonis fideicommittentis ipſi diteſcere non poſſent, nec in eis prædicta bona conſervarentur, in individuo *Rota in rec. dec.131. n.17. & ſeqq. par.16. & dec.170. n.11. par.17. & dec.102. n.4. par.18. & in dicta Romana Fideicommiſſi 15. Aprilis 1701. §.Pro coronide,& ſeq.coram R.P.D. meo Anſaldo.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Subingreſſio in locum creditoris dimiſſi locum habet concurrentibus ſolitis requiſitis, etiamſi non ſit notificatum creditori anteriori pactum de ſubintrando Fidejuſſor an, & quando poſſit reportare ceſſionem ex intervallo, & ſi ſolvat præſumitur ſolviſſe pro acquirendis juribus contra principalem non pro illis extinguendis. In Contractu Doctoris requiruntur ſolemnitates Statuti, non in Contractu Notarii.

SUMMARIUM.

1 *Subingreſſio in juribus Creditoris dimiſſi competit, concurrentibus conventione, traditione pecuniæ ad hunc effectum, & illius verſione.*

2 *Item competit, ſi adſit Ceſſio jurium.*

3 *Cum qua poteſt Ceſſionarius ſe defendere adverſus omnes creditores poſteriores cedentis.*

4 *Subingreſſio, ut habeat locum notificari debet creditori anteriori pactum de ſubintrando.*

5 *Sed hæc quæſtio eſt ardua, & difficilis.*

6 *Et talis opinio impugnatur à pluribus.*

7 *Creditor dimiſſus poteſt compelli ad cedendum jura, ſecluſo ejus præjudicio.*

8 *Maximè ſi ſolvens ſit fidejuſſor.*

9 *Et quoties compelli poteſt ad cedendum, dimittens ſubingreſſionem acquirit abſque alia notificatione.*

10 *Nam ſi invito Creditore anteriore poteſt obtineri hæc ſubingreſſio, multo magis eo inſcio, & ignorante.*

11 *Fidejuſſor etiam ex intervallo poteſt ceſſionem reportare.*

12 *Sed non procedit ſi ſit obligatus uti principalis, principaliter, & inſolidum.*

13 *Contra, quia talis fidejuſſor reſpectu debitoris principalis, & ad effectum acquirendi contra ipſum jura conſideratur uti fidejuſſor.*

14 *Maximè ſi præcedenter petita, & conventa fuit jurium ceſſio.*

15 *Anterioritas competens pro ſorte, datur etiam pro fructibus.*

16 *Fidejuſſor ſolvens non præſumitur velle debitum extinguere, & principalem liberare, ſed contra eum jura acquirere.*

17 *Maximè ſi declaravit ſolvere in vim fidejuſſionis, ſibique debitam eſſe dixit jurium ceſſionem.*

18 *Doctor poteſt ſe obligare ſine ſolemnitatibus Statuti.*

19 *Contra de veriori.*

20 *Notarius ſine dictis ſolemnitatibus poteſt ſe obligare.*

21 *Et de ratione.*

22 *Solemnitates Statutariæ non requiruntur in contractu jurato.*

DE-

DECISIO LIX.

DIximus creditum Honufrii ſumere debere ſuam anterioritatem ab anno 1660. Concurrit enim tam conventio ſubingrediendi in juribus Joſephi, traditio pecuniæ ad hunc effectum, & illius verſio, Quibus concurrentibus clarum eſt ſubingreſſionem in locum Creditoris dimiſſi competere ſolventi, juxta celebrem
1 Gloſſam *in l. Ariſto V. Pignus ff. Quæ res pignor. vel hypothec. dat. obligar. non poſſunt*, & tradita per *Cappr. Galeott. controv.56. num.31 lib.1. Amat. reſol.7. num.18. & 21. Epiſcop. Rocca diſput.137. ſub num.1. Mantic. de Tacit. lib.21. tit.18. num.16. Roderic. de Annuis redditib. lib.2. quæſt.16. num.50. Olea de Ceſſ. Jur. tit.4. quæſt.1. num.21. Carleval. de Judic. lib.1. tit.3. diſput.35. num.12. Rot. in recen. dec.294. num.1 part.17. & poſt de Luc. de Credit. in Miſcell. deciſ.4. num.5. & ſeqq. & deciſ.6. num.4. & apud Paulut. diſſert.56. dec.1. n.2. & 3. & deciſ.2. num.1.*

Quam expreſſa ceſſio jurium facta ſolventi, quæ operatur, ut ipſe in omnibus, & per omnia acquirat jura cre-
2 ditoris dimiſſi etiam quoad anterioritatem, ut pluribus relatis benè *Rot. Romana coram Emer. Jun. dec.1175. n.1. & ſeqq. dec.1248. n.2. & 3. poſt De Luc. de Dote dec.50. num.35.* cum qua ſe de-
3 fendere poteſt contra omnes creditores poſteriores cedentis, ut poſt alios, quos adducit *Rot. coram Emer. Jun. dec. 669. num.1.*

Non obſtat quod ad hoc, ut ſubingreſſio præfata locum habeat ultra ſupradicta requiſita neceſſaria etiam ſit notificatio pacti de ſubintrando facta creditori anteriori, illiuſque
4 ſcientia, ut probant Auctoritates plena manu relatæ *per Rot. apud Paulut. diſſert.56. d. dec.1. n.5.*

Quoniam omiſſa diſcuſſione hujus quæſtionis in abſtracto, quam arduam,
5 intricatam, & difficilem dixit *Tondut. reſol. civil.29. num.12. verſic. ex quibus apparet Olea de Ceſſ. Jur. tit.4. quæſt.1. num.15. ad medium, Rot. apud Paulut. diſſert.56. cit. dec.1. ſub num.6. & in Romana Salviani 19. Novembris 1666. §. Quam ſententiam, cor. Eminentiſſimo D. Card. Carpineo*, & quam ex profeſſo impugnant Auctoritates abundè
6 recenſitæ *per Rot. apud Paulut. diſſert.56. d. dec.1. n.6.*

Satisfecit Dominis reſponſio, quod cum in præſenti creditor anterior poſſit compelli ad cedendum jura creditori poſteriori ſolventi, prout
7 ſecluſo præjudicio, & damno Creditoris dimiſſi ſemper iſte ad ceſſionem jurium faciendam poteſt adſtringi *Gratian. diſcept.686. n.10. Rota noſtra apud Aecorſ. dec.86. num.18. Rota Romana apud Paulut. d. diſſert.56. dec.1. num.9. & dec.2. num.5. & in Urbevetana Salviani 28. Februarii 1707. §. Nec minus coram Eminentiſſ. Priolo*, maximè quan-
8 do ſolvens eſt fidejuſſor *l. fidejuſſoribus ff. de Fidejuſſor. Herring de Fidejuſſor. cap.27. part 3. n.6. Rota noſtra apud Aecorſ. dec.56. num.9.* ubi concordantes.

Subingreſſio in juribus Creditoris dimiſſi intrat favore ſolventis cum pacto de ſubintrando, etiam ſi creditor anterior nullam talis pacti ſcientiam habeat; licèt ſecus dicendum foret, quando creditor anterior invitus compelli non
9 poſſet ſua jura cedere ſolventi, ut declarant Auctoritates plenè relatæ *per Rot. apud Paulut. d. diſſert.56. dec.1. num.7. & pluribus ſeqq. & dec.2. num.3. & ſeqq.* quibus addimus eundem *Paulut. d. diſſert.56. num.31.* Si enim creditore anteriore invito poteſt hæc ſubingreſſio obtineri, multo magis eo inſcio, & ignorante id fieri poterit,
10 ut ex pluribus proſequitur *Rota apud Paulut. cit. diſſert.56. dec.1. n.9.*

Minus obſtat ceſſionem factam non fuiſſe incontinenti. Quia ceſſio ſive incontinenti, ſive ex intervallo reportetur ſemper proficua eſt fidejuſſori,
11 ad Textum *in l. cum is ff. de Fidejuſſor.* & tradunt *Gabriel. conſ.63. n.6. & 10. lib.1. Gratian. diſcept.186. num.4. ibique De Luc. num.9. Andreol. contr.360. n.13. & ſeqq. Tondut. reſol. civil.128. num.8. Menoch. de Præſumpt. lib.3. præſump.143. num.6. Canc. de Conſil. quæſt.71. num.17.*

He-

Hering. de Fidejuſſor. cap.16. num.43. Olea de Ceſſion. Jur. tit.5. quæſt.4. n.13. Manfreil. ad Capyc. Latr. dec.32. n.12. Rot. noſtra apud Accarſ. d. dec.42. n.9. & 10. Adden. ad Pamphil. dec.532. n.7. Rot. coram Merlin. dec.235. num.4. & in. dec.512. num.2. & ſeqq. d. Romana Cenſus 4. Februarii 1705. §. Manſque coram R.P.D. Omanna.

Reſponſione non attenta, quod hoc non procedat in obligato uti principale, principaliter, & inſolidum, qui cum non ſit ſimplex fidejuſſor, ſed correus debendi, iſte contra alios correos ex intervallo ceſſionem jurium re-
12 portare non valet *Senatus Mantuanus apud Surd. dec.308. num.11. & ſeqq. Hodiern. ad eum n.1. & pluribus ſeqq.* qui plurimos alios refert, & plenè diſcutit, Tum quia licèt vigore obligationis inſolidum fidejuſſor dicatur reus debendi, & contra ipſum pro integra ſumma agere valeat creditor, reſpectu tamen debitoris principalis, & ad effectum acquirendi contra ipſum jura
13 conſideratur uti fidejuſſor, *Gabriel. cit. conſ.63. num.10. lib.2. Amat. reſol.37. num.33. Olea de Ceſſion. Jur. tit.5. quæſt.4. num.19. Merlin. de Pignorib. lib.4. quæſt.70. num.31. Sac. Conſilium Neapolitanum apud Franch. dec.55. num.8. & apud Capyc. Latr. dec.52. num.6. & ſeqq. Rot. noſtra apud Accarſ. dec.42. ſub num.10. Rot. inter diverſor. dec.153. num.7. part.1. & coram Merlin. d. dec.512. num.9. & in cit. Romana Cenſus 4. Februarii 1705. §. Manſque in fine, coram R.P.D. Omanna.* Tum etiam quia præcedenter petita, & conventa fuit jurium ceſſio, quod ſufficit ad hoc, ut etiamſi ex poſt ſucceſſivè reportetur, ſemper fidejuſſori debeat opitulari, quamvis ipſe
14 principaliter, & inſolidum ſit obligatus *Gratian. d. diſcept.216. num.5.*, & declarat idemmet *Hodiern. ad Surd. d. dec.308. ex num.5. & 6. Manfreil. ad Capyc. Latr. d. dec.32. n.9.*

Firmata anterioritate pro ſorte, hæc eadem militat reſpectu fructuum, qui gaudent eadem anterioritate, & pri-
15 vilegiis ſortis principalis *De Luc. de Dote diſc.138. num.14. & ſeqq. Negusant. alleg.17. num.23. Andreol. contr.348. num.13. Poſth. reſol.122. num.49. Grat. diſcept.730. num.19. Tondut. reſol.11. num.3. & ſeqq. Capon. diſcept.39. n.9. & diſcept.207. num.26. Olea de Ceſſion. Jur. tit.4. quæſt.1. num.36. Senatus Pedemontanus apud Oſaſch. dec.129. num.11 Rot. coram Ubald. dec.107. num.4. part.3. Dunoz. dec.259. num.3. Merlin. dec.650. n.1. Bich. dec.104. num.22. & ſeqq. Prsel. deciſ.350. num.8. & 10. Celſ. dec.398. n.6. & 7.* optimè *cor. Emer. Jun. d. dec.1275. num.1. & ſeqq. & d. dec.1248. num.3. in recen. dec.195. num.4. & 6. part.12. & dec.104. num.10. & 11. part.19.* benè poſt *De Luc. de Credit. in Manuſſa dec.5. num.7. & dec.6. num.15. & in Romana Cenſus 14. Maji 1683 §. Hinc non valemus cor. bo. me. Paulutio, & in Romana Salviani 22. Junii 1705. §. Probata, cor. bo. me. R.P.D. meo Muto.*

Nec debitum fructuum evitari potuit ex prætenſa extinctione crediti fructiferi. Quia cum ſolutio ſacta fuerit à fidejuſſore, non præſumitur iſte
16 voluiſſe debitum extinguere, & principalem debitorem liberare, ſed potius contra eumdem jura acquirere, ut eſt Textus in *l. cum is 36 verſic. non enim ff. de Fidejuſſor. Tondut. reſol. civil. 128. num.3. & ſeqq. Epiſcop. Rocca diſput.131. num.14. & diſput.137. num.13. Card. de Conſib. quæſt.71. num.18. in fine Merlin. de Pignorib. lib.4. quæſt.70. n.26. & ſeqq. Hering. de Fidejuſſor. cap.28. num.44. verſic. non obſtat,* benè *Rota coram Merlin. dec.512. num.1. & ſeqq. Corr. dec.911. num.4. in rec. dec.364. n.1. & ſeq. part.4. dec.273. num.21. part.9. & dec.330. num.5. part.17. & in Romana cenſus 4. Februarii 1705. §. Pendebant, coram R.P.D. Omanna, & 26. Junii ejuſdem anni in principio coram Eodem.*

Signanter quia ſpecificè ſe declaravit ſolvere in vim fidejuſſionis ab ipſo factæ, ſibique debitam eſſe jurium ceſ-
17 ſionem contra Ludovicum, quod indicat voluntatem extinguendi dumtaxat debitum proprium, non illud principalis debitoris, contra quem ceſſio jurium petita, & reportata fuit *Rot. noſtra apud Accarſ. dec.42. n.9. & 10. Rot. coram Merlin. dicta dec.512. n.13. verſic. ſed quidquid ſit, & ſeq. & in citata Romana Cenſus 4. Februarii 1705. §. In facto, coram R.P.D. Omanna.*

Et demùm quoad nullitatem obli-
ga-

gationis Jacobi, iſtam non adeſſe opponebatur ex qualitate doctorali, qua
18 Jacobus docebatur inſignitus, & propter quam ipſius obligationem abſque ſolemnitatibus ſubſtineri prætendebatur *ex Menoch. conſ. 242. num. 22. & 23. Epiſcop. Rocca diſput. 13. ex n. 1. Borgnin. de Tutorib. n. 163. Fulgin. de Emphyteuſ. tit. de ſolution. Caval. quæſt. 1. num. 189. Rot. in rec. dec. 236. n. 7. & 8. par. 16. deciſ. 373. n. 10. par. 17. & dec. 183. num. 7. & 8. par. 18. & in Firmana Cenſus 22. Maji 1659. §. Non obſtat, coram bo. me. Albergato.*

Sed DD. reprobato hoc fundamento, tamquam minùs vero, & in jure non
19 ſubſiſtente, ex traditis in ſpecie *per Cirocch. diſcept. 71. n. 44. Monterent. ad Statut. Bonon. lib. 3. de Contract. cum Minor. & Fil. famil. Gloſſ. excipimus verſic. duodecimo ſecundum fol. 71. col. 1. tom. 2. De Luc. de Alienat. diſc. 30. num. 1. & ſeqq. diſc. 63. n. 5. & in Summa n. 90. & de Dote diſc 179. n. 6. & in Conflict. obſervat. 8. Farinac. in Repertor. de Contractib. quæſt. 14. n. 66. Simoncell. de Decretis lib. 3. tit. 8. ex num. 44. & ſeqq. Groſſ. de Contractib. inſpect. 2. quæſt. 53. per tot. Carol. Anton. de Luca de Præſtant. Laurea Doctoral. cap. 79. n. 1. & per tot. Altimar. de Nullit. Contract. tom. 6. rubr. 1. par. 4. quæſt. 38. ſub n. 320. verſic. requirantur in contractibus faciendis per Doctores fol. 177. colum. 2. verſus finem, Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 44. artic. 5. n. 506. & 507. Rot. in rec. dec. 59. n. 1. par. 18.*

Validitatem obligationis deprompſerunt ex quo Jacobus de tempore facti contractus erat etiam Notarius, qui
20 poteſt ſe obligare nullis adhibitis ſolemnitatibus Statutariis, in ſpecie *Trentacinq. Variar. Reſol. tom 1. lib. 2. reſol. 6. n. 3. Rot. in Bononien. Pecuniaria 15 Junii 1685. coram Floreȝ impreſſa poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. dec. 257. ſub num. 8. verſic. nec etiam, repetita poſt Urceol. de Tranſact. dec. 128. in impreſſione Genevæ, & confirmata 16. Maji 1687. §. Verum etiam, coram bo. me. Rondinino, & in alia Bononien. Pecuniaria 13. Junii 1701. §. Sed ultra, coram Eminentiſſimo D. meo Card. Priolo, & 3 Julii 1702. §. Quæ ſi procedunt, coram R. P. D. meo Lancetta, impreſſ. apud Paulut. diſſert. 2. deciſ. 3. num. 8. & deciſ. 4. num. 5.*

Abſonum enim, & incongruum eſt, perſonam publicam, cui à lege publica fides commiſſa eſt, in ſuis negociis
21 pro perſona fragili, ac imbecillis judicii, & pro minore haberi, & reputari debere, ut in individuo proſequitur *Rot. in dicta Bononien. Pecuniaria 13. Junii 1701. §. Sed ultra, coram Eminentiſſimo Priolo, & 3. Julii 1702. §. Quæ ſi procedunt, coram Lancetta, apud Paulut. poſt diſſert. 2. d. dec. 3. n. 8. & cit. dec. 4. n. 5.*

Concurrente præſertim juramento, quod operatur, ut contractus minoris validus ſit, etiamſi ſolemnitates Statu-
22 tariæ non fuerint adhibitæ *Paulut. diſſert. 59. n. 7. Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 45. n. 9. & ſeqq. Rot. in rec. dec. 127. n. 15. & ſeqq. par. 17. & dec. 297. num. 2. 33. & 34. par. 19. & in Caleritana Vineæ 2. Junii 1706. §. Nec obſtat, coram Reverendiſſimo D. meo Molines.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Pro vocandis filiis in conditione poſitis conjecturæ debent eſſe perfectæ, & concludentes, quamvis agatur inter deſcendentes, & quæ conjecturæ ſufficientes non ſint, plenè oſtenditur. Teſtamentum ob præteritionem Poſthumi an, & quando irritetur, & cui competat talis querela. Deficientibus Statutis Loci Subditi, an, & quando recurrendum ſit ad illa Civitatis dominantis, late diſſeritur.

SUMMARIUM.

1 *Subſtitutio alicujus, ejuſque filiorum intelligitur per vulgarem.*

2 *Etiamſi adſit clauſula* in ſtirpes, & non in capita.

3 *Filii in conditione poſiti regulariter non cenſentur vocati, & hæc opinio eſt inconcuſſè recepta in Rota Florentina* ibidem.

4 *Nec ab iſta regula receditur, niſi conjecturæ ſint urgentiſſimæ, quando ſumus in Tranſverſalibus.*

5 *Licèt in teſtamento Aſcendentis leves, & minùs urgentes requirantur.*

6 *Sed etiam in Deſcendentibus conjecturæ debent eſſe in ſuo genere perfectæ, & concludentes.*

7 *Conjectura ſufficiens dicitur diſpoſitiva vocatio filiorum in alia teſtamenti parte.*

8 Con-

8 *Contra, quia iſta conjectura potius retorquetur.*

9 *Maximè, ſi expreſſa vocatio facta fuit per vulgarem, à qua non arguitur vocatio per fideicommiſſum filiorum in conditione poſitorum.*

10 *Secunda conjectura eſt digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum.*

11 *Sed talis digreſſus non eſt conſiderabilis, quando omnes ſubſtitutiones dependent ab unico caſu obitus inſtitutorum ſine filiis.*

12 *Maximè, ſi adſint verba reſtrictiva.*

13 *Item non attenditur digreſſus, qui præcedit poſitionem filiorum in conditione, ſed debet ſubſequi.*

14 *Nec digreſſus dependens à ſubſtitutionibus factis per vulgarem.*

15 *Sed debent eſſe fideicommiſſaria.*

16 *Et continere plures ſubſtitutionum gradus.*

17 *Tertia conjectura deſumitur ex oneribus piis perpetuis impoſitis hæredibus.*

18 *Sed hæc conjectura non recipitur, quando onus fuit injunctum inſtitutis, & ſubſtitutis, quod non adaptatur poſitis in conditione.*

19 *Maximè, ſi ſubſtituti vocati fuit per vulgarem, quo caſu gravamen dicitur impoſitum, eveniente tantum caſu ſubſtitutionis vulgaris.*

20 *Alia conjectura eſt, ſi pia cauſa ſit ſubſtituta.*

21 *Contra.*

22 *Item pro conjectura adducitur poſitio in conditione, cum qualitate legitimorum, & naturalium, reciproca inter primos, ſubſtitutio compendioſa, & clauſula codicillaris,* & num. ſeqq. uſque ad num. 25.

26 *Reprobatur conjectura ex qualitate legitimorum, & naturalium deſumpta.*

27 *Etiamſi agatur inter deſcendentes.*

28 *Saltem quando non conſtat fuiſſe habitam rationem conſervationis agnationis.*

29 *Reprobatur conjectura deſumpta ex reciproca inter primos.*

30 *Rejiciuntur conjectura deſumpta ex ſubſtitutione compendioſa, & ex clauſula codicillari,* & n. 31.

32 *Et ſi clauſula codicillaris operaretur vocationem, actum eſſet de opinione* Gloſſæ in l. Lucius.

33 *Conjecturæ, quæ in hac materia de per ſe non concludunt, ſimul junctæ operantur.*

34 *Sed non procedit, quando iſta in ſuo genere imperfecta ſunt, & irrelevantes.*

35 *Teſtamentum Poſthumi prætéritione corruit, & nullius roboris eſt.*

36 *Subſiſtitur tamen ſtante clauſula codicillari, per quam hæres ab inteſtato cenſetur gravatus reſtituere hæredi ſcripto.*

37 *Sed hoc procedit, quando filius fuit ſcienter præteritus, non ſi ignoranter, nam tali caſu teſtamentum omninò irritatur, & clauſula codicillaris nihil operatur.*

38 *Item vigore dictæ clauſulæ reconvaleſcit teſtamentum, ſi Poſthumus decedit in pupillari ætate, & inteſtabilis.*

39 *Contra, quia quando agitur de filio ignoranter præterito, deficit voluntas Teſtatoris, qui ſi conſideraſſet filium habere potuiſſe, tali modo non diſpoſuiſſet,* & n. 40.

41 *Filia à Statuto excluſa, non habet jus querelandi teſtamentum.*

42 *Exiſtentibus agnatis, filiam ab inteſtato excludentibus, an ipſa ob præteritionem poſſit rumpere teſtamentum favore extranei.*

43 *Quando rupto teſtamento filia ſuccedit, tunc indubitanter poteſt teſtamentum querelare.*

44 *In ſucceſſione ab inteſtato, prima cauſa ſuccedendi eſt filiorum.*

45 *Sive maſculi ſint, ſive fœminæ.*

46 *Statutum Montis S. Sabini, non exiſtentibus filiis maſculis, aut aliis deſcendentibus per lineam maſculinam, filias fœminas vocat.*

47 *Et talis vocatio reſultat, ex quo illud diſponit, filias non ſuccedere, exiſtentibus dictis filiis, & deſcendentibus.*

48 *In defectu Statutorum Montis S. Sabini, recurri debet ad Statuta Civitatis Florentiæ dominantis.*

49 *Sed hoc procedit, quando in loco ſubjecto nullum adeſt Statutum de caſu controverſo diſponens.*

50 *Secùs ſi talem caſum decidat vocando filias fœminas etiam à contrario ſenſu, nam tunc non recurritur.*

Afferuntur Auctoritates individualiter de recurſu ad Statutum Florentinum loquentes, ibid.

51 *Et aliæ generales de non recurrendo ad Statutum dominantis, quando illud*

Loci particularis diſponit etiam à contrario ſenſu.

52 *Aſcendentes in ſucceſſione ab inteſtato, excludunt Tranſverſales.*

53 *Statutum prævalet diſpoſitioni Juris communis.*

54 *Patruus excludit Aviam paternam vigore Statuti Florentini* lib.2. rubric.130.

Et an illam excludat vigore Statuti Montis S. Sabini, ibid.

55 *Ad Statutum Civitatis dominantis recurritur ſolùm, quando Statutum particulare Loci, nec in genere, nec in ſpecie diſponit.*

56 *Contra, quod neceſſè ſit Statutum loci ſubditi diſponere de caſu contingenti, nec ſufficiat ſi diſponat de materia.*

57 *Stante Statuto Petra Sancta, excludente matrem, ſi quæſtio ſit de excludenda Amita, iſta etiam excluſa remanet, ab Statutum Civitatis Florentia dominantis.*

58 *Recurſus ad Civitatem dominantem eo facilius fit, ſtante* lege Urbem noſtram, *per quam hoc ſpecificè cavetur.*

Doctores de materia legis Urbem noſtram *agentes referuntur*, ibid.

Prædicta lex Urbem noſtram *qua loca comprehendat* n.74. *ubi verba legis adducuntur.*

59 *Et ſtante hac lege recurritur ſive Statutum Loci ſubditi non loquatur de materia, ſive de ea loquatur, & caſum particularem non attingat.*

60 *Quoad effectum enim idem eſt, quod de materia nullo modo diſponat, vel quod non decidat caſum indecidendum.*

61 *Quando utrumque Statutum eſt compatibile, utrumque ſervari debet, illud Loci ſubditi in caſu de quo loquitur, & Loci dominantis in caſu ab illo Loci ſubjecti non diſpoſito.*

62 *Statuta hujuſmodi non dicuntur inter ſe abrogatoria, ſed illud Loci Superioris venit addendo, & ſupplendo alteri Loci ſubditi.*

63 *Non recurritur ad Statutum Loci Superioris, quando Locus ſubditus eſt infeudatus, & ab eo ſeparatus.*

64 *Contra, quod infeudatio nihil operetur reſpectu Loci, qui ſemel fuit de dominio, & juriſdictione alicujus Civitatis.*

Quia infeudatio cenſetur facta cum legibus, & juribus, quibus regi, & gubernari ſolebat caſtrum infeudatum, ibid.

65 *Feudum reverſum ad Dominum, ſubjacet eiſdem legibus, quibus reguntur alia Loca dominii ejuſdem Principis*, & n.76.

Maximè ſtante lege Urbem noſtram n.73.74.75. & 76.

66 *Deficientibus Statutis Montis S. Sabini, recurritur ad Statuta Florentia.*

67 *Statuta, & leges condita poſt infeudationem, & diſmembrationem Caſtri à Civitate, non comprehendit Caſtra diſmembrata.*

68 *Statuto mandante, quod in caſibus omiſſis recurratur ad Jus commune, pro jure communi intelligitur Statutum Civitatis dominantis.*

69 *Contra, quod intelligatur jus commune Romanorum.*

70 *Declara, quod ſi Civitas ſit ſeparata tempore conditi Statuti, tunc indubitatum eſt verba prædicta intelligi debere de jure communi Romanorum.*

Et de ratione, ibid.

71 *Patruus excludit à Succeſſione Amitam tam vigore antiqui Statuti Florentini, quàm vigore reformationis, &* n.54. & 67.

72 *Subdeclara, ut hoc intelligatur, quando Civitas ſubjecta diſponit, quod recurratur ad Jus commune, non verò ſi id diſponatur à Statuto Civitatis dominantis, & quidem verbis comprehendentibus bona tunc ſubjecta & in futurum ſubjicienda; nam tunc tale Statutum ſe extendit ad Loca etiam poſtea devoluta, & incorporata*, & n.73. & 75.

77 *Statutum Florentinum attenditur in defectum Statutorum Montis S. Sabini, quamvis iſte regatur diverſis, & particularibus Miniſtris.*

78 *Conſtitutio Ægidiana habet locum in Civitate, & Statu Avenionenſi.*

DE-

DECISIO LX.

Eleonora de Gulielmis, nupta Simoni de Muccis, in ſuo ultimo teſtamento, hæredem univerſalem inſtituit Joannem Philippum Muccium filium ſuum, cui ſine filiis maſculis decedenti, ſubſtituit Catharinam, & Thereſiam filias, nec non Aldegondam ex Joanne Philippo hærede inſtituto Neptem.

Poſt mortem Teſtatricis primo loco deceſſit Thereſia, & deindè Joannes Philippus, nullis relictis filiis maſculis, ſcripta ſibi hærede proprietaria Aldegonda filia, & uſufructuaria Eliſabeth Petra Uxore, adverſus quam inſurrexit filia una cum Catharina, & allegantes ad eorum favorem purificatam ſubſtitutionem factam in teſtamento Eleonoræ, duplex exorta fuit difficultas. Prima nempè an Eleonora potuerit diſponere de bonis ab ipſa poſſeſſis, vel illa eſſent ſuppoſita fideicommiſſo Philippi Gulielmi ipſius Patris, purificato in perſonam Joannis Philippi Mucci ultimo loco defuncti. Et altera, cui nam pertineant bona q. Gabrielis de Muccis, num videlicet eidem Joanni Philippo ejus Fratri, & reſpectivè Viro, & Auctori Eliſabeth, an verò præfatæ Eleonoræ Auctrici dictæ Aldegondæ: Et utrique Partium prætenſioni reſpondendum eſſe cenſuimus, juxta modum inferius ſubnectendum.

Quo enim ad primum dubium, bona ſuppoſita fideicommiſſo Philippi Gulielmi remanſerunt libera in perſonam Eleonoræ, quæ proinde de illis diſponere potuit, idque ſive attendatur pars diſpoſitiva teſtamenti, ſive pars conditionalis: Et ſanè inſpecta diſpoſitiva, in qua Teſtator hæredibus inſtitutis filiis maſculis, in illorum defectu ſubſtituit filios maſculos Jacobi Fratris ſui, iiſque etiam deficientibus, filias fœminas ipſius Teſtatoris, & earum filios, ibi — *tali caſu eidem D. Jacobo ſubſtituit in dicta ejus hæreditate omnes filias natas, & naſcituras legitimas, & naturales dicti D. Teſtatoris, & earum filios in ſtirpes, & non in capita* —. Subſtitutio autem hujuſmodi, quiſque filiorum intelligitur per vulgarem, nec fideicommiſſariam importat, adeout aditione hæreditatis paternæ facta ab Eleonora filia, fideicommiſſum expiraverit, ex recepta theorica *Cuman. in l. cum avo 33. §. In fideicommiſſo ff. de legat.* 2. de qua *Palm. Neap. alleg.* 46. *n.* 37. & 38. *Rodulphus. alleg.* 104. *num.* 7. *ibique Rot. n.* 31 & 32. *Hieronymus Maſſinus* Concivis meus *in ſua deciſione Rotæ Januæ, impreſſa apud Baldaſſ. dec. & rer. judicat. tit.* 3. *de legat. & fideic. deciſ.* 49. *num.* 3. *Rot. noſtra apud Urceol. dec.* 13. *num.* 11. *& in Florentina prætenſi Fideicommiſſi* 11. *Decembris* 1693. §. *Quandoquidem, coram bo. me. Auditore de Marinis lib. Meteorum.* 234. *fol.* 232. *& in dec.* 31. *n.* 2. *& ſeqq. inter impreſſas coram me*, ubi plurimi concordantes, *Rot. cor. Emerix Jun. dec.* 56. *n.* 1. *& in Romana Cenſus* 18. *Martii* 1707. §. *Non obſtante, coram R. P. D. meo Lancetta.* 1

Nec quidquam operatur clauſula, *in ſtirpes, & non in capita*, quia aliis efficaciſſimis conjecturis deficientibus, illa pro receſſu *à theorica Cuman.* nihil concludit, importat enim ſimplicem vulgarem, & modum aliàs ſuccedendi per ſubſtitutos, abſque paſſivo gravamine, ex firmatis in puncto *per Rot. noſtram apud Urceol. dec.* 19. *n.* 11. *in dicta Florentina prætenſi Fideicommiſſi* 1693. §. *Alteram, & ſeq. coram clar. D. Auditore de Marinis lib. Meteor.* 234. *fol.* 232. *& d. dec.* 31. *n.* 40. *&* 41. *inter impreſſas coram me*, ubi plures alii referuntur. 2

Hoc idem ſuadet pars conditionalis ejuſdem teſtamenti, ibi — *caſu dicta ejus filia ex hoc vita migraverint ſine filiis legitimis, & naturalibus, tam maſculis, quàm fœminis, tali caſu &c.* — ſub qua conditionali licèt comprehendatur Joannes Philippus filius Eleonoræ, nihilominus ei reſiſtit regula, quod filii in conditione poſiti, regularitèr non cenſeantur vocati, juxta celebrem *Gloſ. in l. Lucius* 1*a* 2. *ff. de hæredib. inſtituend.* paſſim ubique receptam, & ſignantèr in Rota noſtra, ut videre eſt *in deciſ. impreſſa apud Caball. reſ.* 136. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. *Magon. deciſ.* 27. *num.* 1. *dec.* 71. *n.* 14. *& dec.* 73. *n.* 4. *apud* 3

Qqqqq 2 Ma-

Monach. dec. Florent. 10. n. 23. & apud Mart. Medices in Addit. ad deciſ. 8. n. 4. & ſeqq. & apud Baldacc. deciſ. & rer. judicat. tit. 3. dec. 44. n. 39. & in Florentina Fideicommiſſi de Naſis, coram bo. me. Auditore Paravio, apud Torr. Varſar. tom. 1. tit. 2. dec. 10. num. 84. fol. mihi 461., ubi plurimas alias Auctoritates, de ſtylo Rotæ noſtræ teſtantes adducit, *& apud Sommant. contr. 108. ſub n. 33., & in Florentina Fideicommiſſi de Verdis 10. Octobris 1700. in principio, coram Illuſtriſſimo D. meo Auditore Scrapes, & in Florentina Cambiorum, & Fideicommiſſi 14. Januarii 1713 §. Cum enim, coram D. meo Auditore Bonfanti, & in Piſana prætenſi Fideicommiſſi 14. Septembris 1713. §. Etenim coram eodem, confirmata in omnibus Judicibus de Menſe Junii 1714.*, & firmatur in motivo utriuſque Judicii *in Florentina Fideicommiſſi de Borgheſinis 15. Auguſti 1713.*

Non obſtante, quod pro excluſione à dicta regula in tranſverſalibus, requirantur quidem conjecturæ concludentiſſimæ, univocæ, & omninò convincentes, ut tradunt in ſpecie *Venturin. conſ. 2. num. 185. lib. 1. Caroccii de ... 61. n. 48. Caroni reſol. 47. num. 8. & reſol. 91. num. 12. Sommant. contr. 33. n. 38. Palma Nep. alleg. 154. n. 2. Bondon. collect. 11. num. 12. lib. 1. Manſ. d. conſult. 23. n. 3. num. 9. Roſit. de liber. in condit. poſit. lib. 2. cap. 1. n. 14. Conſtantin. ad Statut. Urb. annot. 36. n. 103. Zanner. dec. Lucen. 65. num. 10. Caſtell. deciſ. 63. num. 19. Mart. Medices in addit. ad dec. 8. n. 4. & 7.* ubi, quòd Rota Florentina urgentiſſimas conjecturas requirit, & rigoroſius in hoc procedit, quam Rota Romana *Rot. noſtra apud Baldacc. deciſ. & rer. judicat. tit. 3. de legat. & fideic. d. dec. 44. n. 41. & 42. & apud Torr. Varſar. tom. 1. tit. 2. d. dec. 10. n. 98. fol. 464. & n. 117. & in Florentina Cambiorum, & Fideicommiſſi 14. Januarii 1712. §. Maxime, coram D. meo Auditore Bonfanti, & in eadem Piſana Prætenſi Fideicommiſſi 14. Septembris 1713. §. Etenim, coram Eodem, Rot. coram Gregor. dec. 315. n. 5. ibique Addent. n. 8. Bonavit. dec. 385. n. 3. ibique Addent. n. 10. Rojas dec. 110. n. 4. & deciſ. 115. n. 4. Zaras dec. 63. n. 18. in rec. dec. 287. n. 3. & dec. 487. n. 28. par. 19. & apud Palm. Neapol. dec. 87. n. 4. & 13.*

4

Sed quando, ut in præſenti, verſamur in teſtamento aſcendentis, favore deſcendentium, quibus aſſiſtit veriſimilis Teſtatoris voluntas, & affectio, tunc ſufficit hanc quomodocumque adjuvare conjecturis etiam levibus, & minus urgentibus, in puncto *Torres.* in alia cauſa Florentina *conſ. 81. num. 60. lib. 1. Rodenoſch. conſ. 8. num. 5. & conſ. 9. num. 1. Poſth. reſol. 99. num. 39. Andreol. contr. 179. n. 4. Manſ. conſult. 23. num. 9. num. 9. Gab. conſult. 50. n. 3. & 4. Palma Neapo alleg. 86. n. 33. Calderon. d. reſol. 55. n. 8.* ubi plures citat, *& num. 19. Bondon. collect. 11. n. 10. & ſeqq.* ubi alios ad ſatietatem cumulat, *& n. 14. tom. 2. Conſtantin. ad Statut. Urb. d. annot. 36. numer. 104. Rot. noſtra apud Caron. dec. 91. n. 17. & apud Torr. Varſar. tom. 1. tit. 2. d. dec. 10. n. 98. fol. 464. Rot. Romana coram Gregor. dec. 315. n. 5. & dec. 337. n. 8. Dunozett. Sen. dec. 109. n. 3. Dunozett. Jun. dec. 487. n. 11. Buth. dec. 424. n. 12. in rec. dec. 526. n. 5. par. 15. dec. 16. num. 9. & 10. par. 14. dec. 383. n. 3. par. 15. dec. 276. n. 4. dec. 383. n. 4. & dec. 714. n. 5. par. 18. dec. 97. num. 12. & dec. 168. n. 7. part. 19. poſt Conſtantin. ad Stat. Urb. deciſ. 117. num. 8. & dec. 118. num. 28. & in Fanen. Fideicommiſſi 28. Junii 1709. §. Præſentem coram Caprara, & in Firm. Aſſe... 13. Martii 1707. §. Bla... Seu... coram Reverendiſſimo Ontano, & in Firmana immiſſionis 17. Junii 1708. §. Secunda conjectura coram Reverendiſſimo Molines.*

5

Quoniam, licet verum ſit conjecturas minus urgentes requiri ad vocandum filios in conditione poſitos, quando verſamur in teſtamento Aſcendentis, tamen etiam iſto caſu requiri conjecturas, quæ in ſuo genere perfectæ ſint, & concludentes, obſervant in individuo *Anel. Amat. conſ. 91. n. 7. & 8. Gonzaga conſ. 82. num. 198. lib. 1. Venturin. conſ. 2. num. 187. & 188. lib. 1.* plenè *Sommant. contr. 33. num. 24. & ſeqq., & num. 29. & ſeqq. Concil. alleg. 41. num. 18. & 34. Caſtald. conſult. 34. num. 10. & 31. Manſ. d. conſult. 23. ſub num. 5. num. 9. Calderon. d. reſol. 55. n. 9. & num. 30.* ubi concordantes *Palm. Nep. alleg. 154. num. 4. Roſit. de Liber. in condit. poſit. lib. 2. cap. 1. n. 11. & 12. Hodiern. contr. 10. num. 7. & 8. Torr. de...*

6

Pri-

Primogenit. tom.2. quæſt.55. num.43. & 55. fol.383. Conſtantin. ad Statut. Urb. d. annot.36. num.105. & ſeqq. & n.108. & 109. Seraph. dec. Bononien.2. n.106. Gravell. dec.125. n.55. & ſeqq. & n.90. Rot. noſtra in d. Florentina dell'ordine Tommaſo nuncupata, & apud Torr. Varior. tom.2. tit.2. d. dec.10. num.117. fol.466. & lib. narrat.67. fol.36. §. Conjecturæ Rot. Romana poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. dec.34. num.11. & poſt de Luc. de Fideic. dec.55. num.5. & apud Calderon. d. reſol.55. num.38. coram Celſ. dec.145. num.2. & 3. & dec.228. num.2. Arguell. dec.32. num.3. in recen. dec.160. num.16. part.10. dec.383. num.4. part.15. & deciſ.79. num.1. & ſeqq. part.18. & in Taurinen. fideicommiſſi 11. Decembris 1705. §. Quod agatur coram R.P.D. Anſaldo.

Talia genera viſa non ſunt illa, quæ afferebantur pro parte Eliſabeth, ſed omninò frivola, & inefficacia. Nihil enim concludit illa deſumpta, ex quo in alia parte teſtamenti, filii fuerunt diſpoſitivè vocati, quam eſſe ur-
7 gentem conjecturam pro vocatione poſitorum in conditione, tradunt in propoſito *Rodomaſch. conſ.8. num.9. & conſ. 56. num.14. Manſ. conſult.75. num.12. tom.9. Peſar. de ſubſtitut. d. quæſt.437. num.84. Conſtantin. ad Stat. Urb. d. annot.36. num.198 & ſeqq. Fontanell. dec.43. adnot.1. num.40. Thomat. dec.23. n.12. & 13. Rot. noſtra apud Caton. d. dec.31. num.19. Adden. ad Buratt. dec.385. ſub num.14. verſic. ſecundo Rot. coram Pamph. dec.1297. num.3. & dec.1338. n.4. & ſeqq. Gregor. dec.315. num.4. Pamphil. dec.43. n.3. Bich. dec.603. num.14. & in recen. dec.87. num.2. part.8. dec.313. n.12. part.10.*

Poteſt enim retorqueri conjectura hujuſmodi, quia ſicut Teſtator in alia parte Teſtamenti filios vocavit in certo caſu, ita etiam illos in aliis caſibus vocaſſet, ſi eos ſubſtituere, & ſuccedere voluiſſet, quod cum non
8 fecerit, ſed filios in conditione tantum poſuerit, ex hoc eruitur in hoc caſu illos ſubſtituere noluiſſe, ut in terminis ſcribunt *Anell. Amat. diſſ. conſ.91. num.28. Bellon. Jun. conſ.26. n.49. Manſ. d. conſult.83. num.10. tom.9. Torr. de Primogenit. tom.2. quæſt.55. num.68. verſic. tertiò, & alibi fol.385. Rot. noſtra in d. Florentina Cambiorum, & Fideicommiſſi 1712. §. Secùs verò coram D. Auditore Bruſino, Adden. ad Pamphil. dec.43. num.7. verſic. in contrarium Rot. coram Celſ. d. dec.145. n.27.*

Maximè, quia expreſſa vocatio facta fuit per vulgarem, ex qua eo minus arguitur ad diverſam ſpeciem ſubſtitutionis fideicommiſſariæ quoad poſi-
Et concurrente hac centenaria, immemorabili, vel titulo expreſſo, non eſt neceſſe probare ſcientiam in eo, contra quem juriſdictio quaſi Epiſcopalis præſcribitur, d. dec. Flor. 33. §. 3. n. 70. p. 595.

Quando autem ſcientiæ probatio requiritur, ex quibus actibus reſultet, ibid. n. 71. & pluribus ſeqq.

Et ex quibus in Abbate Scientia non juſtificetur ad effectum, ut lædatur ejus juriſdictio quaſi Epiſcopalis, vel ſaltem ſcientia remaneat æquivoca, dicta dec. Flor. 33. §. 3. à n. 75. uſque ad n. 82., ubi latè pag. 596.

Actus numero, & qualitate majores, & titulo ſuffulti, præferuntur aliis actibus Epiſcopi pro excludenda juriſdictione quaſi Epiſcopali, dicta dec. Flor. 33. §. 3. n. 83. pag. 597.

Et an Epiſcopo ſuffragetur aſſiſtentia juris ad excludendam in Abbate juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ibid. num. 84. pag. 597.

Ex quibus verbis donationis cenſeatur conceſſa Abbatibus hæc juriſdictio quaſi Epiſcopalis, latè dict. dec. Flor. 33. §. 3. n. 3. 4. & 5. cum ſeqq pag. 585.

Cenſetur conceſſa ex reſervatione facta à Sede Apoſtolica, ſolius cenſus ab Abbate præſtandi, ibid. num. 4.

Et ex dictione: *nihil omninò*, ibid. n. 5.

Item ex privilegio receptionis Eccleſiæ, & Monaſterii ſub immediata protectione B. Petri, ampliſſimis verbis concepto, d. dec. Flor. 33. §. 3. n. 6. pag 585.

Item ex confirmatione facta per Pontificem cum clauſula: *pleno jure, & pertinentiis*, ibid. n. 7. pag. 586.

Item ex prohibitione facta per Pontificem Epiſcopis, ne audeant loca, & Monachos interdicere, & excommunicare, cum conceſſione facta Abbati omnium jurium, & pertinentiarum, & memoratorum pleno jure, & cognitione cauſarum inter ſubditos eidem reſervata, dict. dec. Flor. 33. §. 3. n. 8. & n. 29. pag. 589.

Item ex facultate Abbati conceſſa excommunicandi quoſcumque, dicta dec. Flor. 33. §. 3. n. 9. pag. 586.

Item ex aliquorum jurium Epiſcopalium exceptione, ibid. n. 11.

Item ex Brevi concedente Abbatibus facultatem accipiendi à quocumque Epiſcopo Chriſma, Oleum Sanctum, Conſecrationes Baſilicarum, & Ordinationes Clericorum, dict. dec. Flor. 33. §. 3. n. 12. pag. 587. n. 33. pag. 589. & n. 14. ubi quod hujus Brevis veritas, & legalitas probatur etiam ex enunciatione illius facta in Brevi alterius Pontificis, ibid. n. 14.

Et hæc facultas non debet cenſeri coarctata ad Septa Monaſterii, intra quæ ne-

ceſſitas talis uſus pro Monachis non adeſt, ſed conceſſa pro omnibus aliis perſonis habitantibus in locis Abbati ſubjectis, dicta dec. Florent. 33. §.3. n.18. pag.587. n.26. pag.588. num.29. 30. 31. & 32. pag.589.

Item ex facultate conceſſa Abbati conſtruendi Eccleſiam, & eam cum Cruce ſignandi, dec. Flor. 33. §.3. numer.20. pag.588.

Maximè ſi dicta facultas juncta ſit cum facultate exercendi Pontificalia, & Spiritualia, ibid. n.21. & de ratione n.22.

Item ex obſervantia ſubſecuta ſuper exercitio jurium Epiſcopalium, dicta deciſ. Flor.33. §.3. n.34. pag.589.

Quia obſervantia melior eſt interpretatio, quæ rebus dubiis accomodari poſſit, ibidem n.57. pag.592.

Quamvis contrarius intellectus videretur magis conformis privilegiis, & de jure verior, dict. dec. Flor.33. §.3 num.58. pag.592.

Fortiùs ſi obſervantia ſit judicialis, dicta dec. Flor.33. §.3. n.59. pag.592.

Et adſint ſententiæ executæ, & per Epiſcopum ſuccumbentem approbatæ, mediante acquieſcentia, ibid. num.61. & 62. pag.593.

Quæ tamquam latæ ſuper ſtatu, & cum Epiſcopo legitimo contradictore, probant contra omnes Ordinarios, ibid. n.63. pag.593.

Et de ratione, ibid. num.64. pag.594.

Ex quibus autem actibus obſervantia, ſeu quaſi poſſeſſio in exercitio jurium Epiſcopalium deſumatur, dicta dec. Flor.33. §.3. à n.34. uſque ad n.56.

Eoque magis talis obſervantia attendi debet pro arguenda conceſſione jurium Epiſcopalium, ſi cum ea concurrat obſervantia negativa reſpectu Epiſcopi, qui numquam actus juriſdictionales exercuerit, ibid. n.56. pag. 592.

Decretum Sacræ Congregationis, & Conſtitutio Pontificis, concedentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem Abbati, faciunt jus quoad omnes, tam pro caſibus præteritis, quam pro futuris, dicta dec. Florent. 33. §.3. n.60. pag.593.

Abbas nullius Diœceſis cum juriſdictione quaſi Epiſcopali poteſt vocare quem vult pro Sacramentis adminiſtrandis, ibidem n.13. pag.587.

Poteſt auctorizare collationem Juriſpatronatus, & ejuſdem donationem, dec. Flor. 33. n.35. & 36. ubi de Præpoſito Piſcienſi pag.568.

Abbas Cavenſis habet Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, dicta dec. Flor.33. § 3. numer.35. & ſeqq. pag.590. & ſeq. & n.59. pag 592.

Plura de Abbatibus Cavenſi, & Caſſinenſibus, vide dicta in concluſionibus ſuperius indicatis, in quibus de eis agitur.

ABSENTIA

Probanda eſt ab allegante, dec. Flor. 26. n.35. pag.498.

Et niſi probetur non præſumitur, ibidem n.44. pag.499.

Maximè ſi agatur de domiciliato, cujus præſentia, & habitatio ſemel fuit probata, dict. dec. Flor.26. n.45. pag.499.

Contrariæ Auctoritates declarantur, ibid. n.46. & ſeqq. pag.499.

Et Vide Verb. Piliatio verſ. ſecus ex taciturnitate.

ABSOLUTIO

Abſolutio ab expenſis *Vide Verb.* Expenſæ.

ABSURDUM

Abſurdum eſt inducere novitatem, ex qua ſequi poteſt irritatio plurium actuum præteritorum, & ex ea oriri litigia, ideoque evitandum, dec. Senen. 23. num 21. pag.130. & dec. Flor.18. n.13. pag.431.

Abſurda à mente contrahentium arceri debent, etiamſi opus ſit impropriatione verborum, dec. Senen.30. num.6. & 7. pag.181.

Et ut abſurdum evitetur, qualibet capi debet interpretatio, dec. Senen. 35. §.1. num.43. pag.231.

ACCEPTANS

Gratiam acceptans cum certo onere conceſſam, tale onus in ſe aſſumpſiſſe cenſetur, illudque adimpleviſſe docere debet, dec. Flor.26. n.47. pag.499.

ACCESSORIUM

Ceſſat, principali ſublato, dec. Senen. 9. n.20. pag.52.

Venit appellatione principalis, dec. Senen. 21. n.43. pag.115.

ACTA

In certo judicio incidenter geſta ſuper filiatione, & ad alium finem, non juvant in alio, in quo de ea principaliter agatur, dec. Flor.27. n.18. pag.506.

ACTOR

Agere debet ordinariè, non via executiva, ſi ita declaratum fuit per ſententiam,

cui

cui ipſe acquievit, dec. Flor.29. num.7. pag.524.

Non rectè agens ſibi impedimentum præſtitiſſe dicitur, ac propterea eo non juvatur, ibid. n.11. pag.525.

Promovens prætenſionem redimendi, debet irredimibilitatem excludere, dec. Senen. 42. n.25. pag.273.

Et Reo, ut abſolvatur, ſufficit turbidam reddere intentionem Actoris, ibidem n.26.

Actoris enim probatio debet perneceſſe concludere, & non per poſſibile, ita ut ſola poſſibilitas contraria ſufficiat ad excludendam probationem, dec. Flor. 28. n.37. pag.520.

ACTUS

Approbatus amplius impugnari non poteſt, dec. Senen.23. n.31. pag.132.

Et acceptatus pro parte, non poteſt pro altera reprobari, ibid. n.32.

Amplia, nec à muliere, vel minore, ibid. n.33.

Ineffectuatus habetur, ac ſi geſtus non eſſet. dec. Senen.22. n.12. pag.120.

Actus juriſdictionales ferè per duo ſæcula geſti, cum non doceatur antea contrarium geſtum fuiſſe, faciunt præſumere eundem ſtatum ab initio impreſſum fuiſſe, & in præſens continuare, dec. Flor. 33. §.3. n.66. pag.594.

Nec tali caſu præjudicat, quod actus non doceantur geſti immediatè poſt emanata privilegia, ibid. n.67., & *vide materiam in Verb.* Abbas.

Ita ſemper ſunt interpretandi, ut quantum poſſibile eſt, evitetur receſſus à præcedenti conventione, dec. Senen.49. n.11. pag.298.

In concurſu actuum, & circumſtantiarum invicem pugnantium prævalere debent plures numero, qualitate majores, & juris aſſiſtentia fulciti, dec. Senen.11. n.35. pag.65. & dec. Senen.17. n.37 pag.94.

Vel titulo ſuffulti. dec. Flor.33. §.3. n.83. pag.597.

Actuum contextualitas arguit correſpectivitatem, dec. Senen.46. n.12. pag.285.

In actibus provenientibus ex cauſa univerſali attenditur potius ipſa cauſa, quam exercitium aliquorum actuum, dec. Flor. 33. §.3. n.64. pag.594.

ADMINISTRATIO

Probatur ex confeſſione adminiſtrantis, dec. Senen.28. §. unic. n.83. pag.174.

ADMINISTRATOR

Ante redditam rationem non poteſt dici creditor, vel debitor, dec. Senen.24. n.6. pag.134.

Et ideò non valet prætextu crediti, bona per eum adminiſtrata retinere, ibid. n.5. & *vide late materiam in Verb.* Tutor.

Non bonificatur Adminiſtratori Partita in debitum poſita, niſi plenè juſtificata ſolutione, dec. Sen. 28. §. unic. num.52. pag.170.

Quilibet non tenetur reinveſtire capitalia effectuum fructiferorum, vel cenſuum ex neceſſitate retrovenditorum, ſed ſolum remanet debitor pretii. dec. Senen. 28. §. unic. n.34. pag.168.

Et ſi reinveſtiat nomine proprio, fructus ex reinveſtimento perceptos ſibi acquirit, ibid. n.35.

Salarium debetur adminiſtratori immune ab omni onere, dec. Senen.27. num.10. pag.155.

Ideò non tenetur concurrere ad expenſas factas pro recognoſcendis erroribus librorum adminiſtrationis, ibid. n.11. & ſeqq. & *vide in verb.* expenſæ.

ADOPTATUS

Antiquitus tranſibat in poteſtatem adoptantis, & retinebat familiam Patris naturalis, eamque cum illa Patris adoptivi conjungebat, dec. Flor.35. n.39. & 40. pag.608.

Hodie tamen hoc non procedit in adoptato ab extraneo, qui in poteſtatem adoptantis non tranſit, & familiam Patris naturalis non mutat, ibid. n.37.

Secùs ſi ſit adoptatus ab aſcendente, ibid. n.38.

ADOPTIO

Differt à commigratione in alienam familiam ex præcepto Teſtatoris, & ab una ad alium non valet argumentum, deciſ. Flor. 35. n.41. pag.609.

Quia adoptio tribuit jus familiæ, & filiationis, dict. dec. Flor.35. n.35. pag.608.

Commigratio verò ſolùm jus familiæ, ibid.

Item adoptio expoſcit auctoritatem Judicis competentis, ibid. n.36.

Commigratio verò in alienam familiam expletur ſola voluntate Partium, ibid.

Non tollit patriam poteſtatem reſpectu Patris naturalis, deciſ. Flor. 35. num. 32. pag.608.

Ideò in bonis delatis filio adoptato, Patri na-

naturali uſuſfructus competit, ibidem num. 33.

Pater naturalis non liberatur ab onere alendi filium datum in adoptionem extraneo, dicta dec. Flor. 35. n. 41. pag. 609.

Contrarium ſententes reiiciuntur, ibid. *Vide plurà in Verb.* Arrogatus.

ADVOCATUS

Atteſtationi Advocati, qui teſtamentum extendit, plurimùm defertur, pro declaranda voluntate Teſtatoris, dec. Senen. 35. §. 2. n. 34. pag. 240.

Salarium Advocato debetur, etiamſi patrocinium ex quocumque caſu fortuito præſtare nequiverit, dec. Flor. 3. num. 7. pag. 330.

ÆCONOMUS

Confeſſio Æconomi, juncta aſſiſtentia, vel præſumptione Juris, vel judicialis, vel adminiculata, vel geminata præjudicat principali, dec. Senen. 11. n. 22. pag. 63.

ÆGIDIANA

Ægidianæ locus non eſt, ſtante injuſtitia ſententiæ, dec. Flor. 58. §. unic. n. 1. pag. 851.

Habet locum in toto Statu Eccleſiaſtico, etiam in Civitate Avenionenſi, dec. Flor. 60. n. 78. pag. 876.

ÆQUALITAS

Omnimoda ſervanda eſt inter ſocios, dec. Senen. 47. n. 20. pag. 290., *& vide in Verb.* Socius.

ÆQUITAS

Ex æquitate, & ad evitandos inutiles circuitus mandatum executivum pro majori quantitate relaxatum, quàm ſit debitum, ſuſtinetur, ſi executio ſit ſolùm cæpta, non autem completa, & conſummata per diſtractionem pignorum, dec. Senen. 1. n. 8. & 9. pag. 3. & 4. *& vide latè in Verb.* Executio.

Non patitur, ut creditor ex dilatione conceſſa debitori damnum ſentiat. dec. Senen. 4. n. 35. pag. 31.

ÆRARIUM

Publicum, & Privatum Principis, & omnia ad eum quomodocumque ſpectantia, Fiſci privilegiis, & prærogativis fruuntur dec. Flor. 50. n. 29. pag. 763.

ÆSTIMATIO

Conſtituit emptionem, & venditionem, dec. Senen. 4. n. 34. pag. 31.

Et quando ſecùs, dec. Senen. 8. num. 13. pag. 47.

Damni an fieri debeat, inſpecto valore meſſis, vel damni illati. *Vide in Verb.* Damnum.

ÆSTIMUM

Æſtimum *Vide in Verbo* Liber.

ÆTAS

Probatur per fidem Baptiſmatis, ſecùs filiatio, dec. Flor. 27. n. 13. pag. 506.

AFFECTIO

Æqualis reſultat ex æquali inſtitutione, & ſubſtitutione, dec. Flor. 58. §. unic. numer. 22. pag. 856., *& vide plura in Verb.* Prædilectio, *& in Verb.* Amor.

AFFINES

Conſanguinei Affinium veniunt appellatione attinentium, dec. Senen. 13. n. 2. pag. 68.

Etiamſi non deſcendant ab uno ex Affinibus, ſed ſint ſolummodò de eorum linea contentiva, ibid. n. 3., *& Vide in Verb.* Legatum.

AGER

Agri ſeparati, & inter ſe diſtantes, exiſtentes tamen intra fines deſignatos in eodem Communi, veniunt in locatione facta de Prædio, dec. Senen. 21. n. 2. pag. 108. & n. 36. pag. 114., *& Vide plura in Verb.* Prædium.

Veniunt appellatione Prædii, tamquam illius acceſſoria, quando ex deſtinatione Patris Familias ſunt prædio annexi, ibid. n. 45. pag. 115.

AGNATIO.

Contemplata ut dicatur, expreſſa Teſtatoris voluntas requiritur, vel tacita reſultans ex urgentibus, & indubitatis conjecturis, dec. Flor. 57. num. 71. pag. 840. & n. 84. pag. 842.

Una ex conjecturis deſumitur ex pluries repetita qualitate maſculinitatis, dec. Flor. 22. num. 9. & 12. pag. 384. & dec. Flor. 57. n. 72. & 73. pag. 841.

Etiamſi poſt maſculos feminæ ab eis deſcendentes ſint vocatæ, ibid. n. 74. & de ratione n. 75.

Declara tamen, ut ſola hæc conjectura non ſufficiat, ſed arguat ſolummodò prædilectionem ergà maſculos, d. dec. Flor. 57. n. 76. ead. pag. 841.

Alia conjectura deſumitur ex vocatione feminarum agnatarum, earum vita durante tantum, & maſculis non exiſtentibus, dec. Flor. 22. n. 10. & 13. pag. 384.

Item ex vocatione Cognatorum, & extraneorum in perpetuum, cum onere aſſumendi cognomen, & arma Teſtatoris abſque mixtura d. dec. Flor. 22. n. 11. & ſub num. 13.

Declara tamen hoc onus aſſumendi cognomen

men, & arma aliæ circumſtantiis deſtitutum non ſufficere, dec. *Flor.*44. n.37. pag.691.
Non cenſetur contemplata à Teſtatrice fœmina, quæ proprium Sexum excludere non præſumitur, dec. Flor.57. num.77. pag.841.
Item, nec concurrente multiplici vocatione fœminarum, inter ſe ſubſtitutarum, dec. Flor.44. n.33. pag.691.
Præſertim ſi fœminæ ſint vocatæ prælativè ad maſculos, dec. Flor.44. n.34. p.692. & dec. Flor.57. n.78. pag.841.
Item, quando non fuit ordinatum fideicommiſſum ſucceſſivum, d. dec. Flor.44. n.35. & 36. pag.691.
Item, nec quando Teſtator excluſit proprios agnatos, ut fictos admitteret, & immaginarios, ibid. n.38.
Item, nec quando cum agnatis vocati ſunt ſimultaneè extranei, dec. Flor.57. n.79. pag.841.
Aut Fœminæ, vel Cognati, d. dec. Flor.57. n.80. pag.841. & deciſ. Senen.7. num.8. pag.44.
Fortiùs, quando extranei præferuntur aliquibus agnatis, veluti quia vocentur etiam in caſu, quo aliqui ex agnatis ſuperexiſtant, d. dec. Flor.57. n.81. & 86. pag.842.
Item, nec quando in caſu contraventionis vocantur extranei, prætermiſſis agnatis, dict. dec. Flor.57. n.85. pag.842.
Item, nec quando Teſtator omiſit mentionem facere de agnatione per verba civilia, ſed ſemper, & in omnibus partibus teſtamenti locutus fuit per verba naturalia, dict. dec. Flor.57. num.82. pag.842.
Potiſſimùm, ſi agatur de teſtamento accuratè confecto, & in quo Teſtator ſtuduit ſe explicare, & controverſias poſſibiles dirimere, quo caſu imperceptibile eſt nullam mentionem fuiſſe factam de agnatione, ſi voluta fuiſſet, dict. dec. Flor. 57. num.83. pag.842.
Item non cenſetur contemplata ex eo ſolùm, quod ſit ſubſtitutus agnatus, niſi fuerit vocatus tamquam agnatus, dec. Senen.7. num.9. pag.44. & dec. Flor.57. n.51. & 52. pag.837.
Quandoque enim vocatur, vel ratione affectionis particularis, vel ſimplicis conjunctionis, dict. dec. Senen.7. n.10. pag.44.
Et licèt quando adeſt Statutum pro agnationis conſervatione, præſumatur Teſtatorem ſe eidem conformare voluiſſe, ideoque vocaſſe agnatos contemplatione agnationis, dict. dec. Senen.7. num.6. pag.43.
Tamen hæc præſumpta conformatio ceſſat, quando agitur de agnato non comprehenſo in Statuto, dict. dec. Sen.7. n.16. pag.44.
Vel quando ſunt vocatæ fœminæ, & deſcendentes ab eis à ſtatuto excluſi, d. dec. Senen.7. n.8. & n.17. pag.44.
Ut contemplata non dicatur, ſufficit rem eſſe dubiam dec. Flor.57. n.84. pag.842.
Non conſervatur per fœminas, dec. Senen.7. n.18. pag.44.
Nec per maſculos ab eis deſcendentes dec. Senen.37. n.4. p.255.
Limita quoad fœminas à maſculis agnatis immediatè natas, quia illæ donec vivunt conſervant agnationem, dec. Flor.57. numer.74. & 75. pag. 841.
Ratio Agnationis conſervandæ non eſt trahenda de una linea ad aliam, dec. Sen.7. n.19. pag.45.
Maximè conſtito de contraria mente Teſtatoris, in alia linea fœminas vocantis, dict. dec. Senen.7. n.20. pag.45.
Ratio Agnationis conſervandæ ſuadere videtur, ut ſuccedatur in ſtirpes, dec. Senen.25. n.36. pag.146.
Contra n.37. & ſeqq. *& Vide latè in V.* Succeſſio.
Stante voto agnationis conſervandæ, fœminæ non cenſentur poſitæ in tacita conditione *l. cum Avus ff. de Condit. & Demonſtrat.* dec. Senen.7. num.7. pag.43. *& vide latè in V. conditio* ſi ſine filiis.
Plura de agnatione, *vide in Verbo* Teſtamentum, Fœmina, Statutum, Neptes.

ALIENATIO.

Bonorum in Forenſes an, & quando permittatur *Vide in Verbo* Statutum quoad prohibitionem alienationis in forenſes.
Facta pro ſolvendis debitis Teſtatoris non imputatur hæredi in detractiones, deciſ. Sen.39. num.8. pag. 259.
Invalida non admittit retractum dec. Sen.3. num.38. & 39. pag.17.
Neceſſaria eſt illa, quæ provenit à lege, ut v.g. Conſtitutio uſusfructus, dec. Flor.37. n.3. pag.618.
Ea verò, quæ provenit ab urgentia Creditorum, & obligatione culpoſa, dicitur voluntaria in origine, licèt ex poſt fiat neceſſaria, ibid. n.4. d. pag.618.

Novus alienat, quod antea non habebat dec. Flor.55. n.16. pag.820.
Permiſſio alienationis ex cauſa dotis, appoſita limitativè ad prohibitionem præcedentem, capienda eſt in caſu, quo vigeret prohibitio, deciſ. Floren.31. num.15. pag.539.
Prohibitio alienationis. Vide in Verb. Prohibitio.

ALIMENTA.

Appellatione Alimentorum veniunt etiam utenſilia, neceſſaria ad conſervationem Cibariorum, & rerum, ex quibus homo alitur, dec. Senen.44. n.3. pag.277.
Item vaſa ad Coquinam, & menſam neceſſaria, ibid. n.4.
Item mobilia pro domus commoda habitatione dict. deciſ. Senen.44. num.5. pag.277.
Veluti lectum cum omnibus ornamentis neceſſariis, ſcamna, tabulæ pictæ, aliæque Supellectiles, d. dec. Senen.44. n.6. & 7. pag.277.
Debita perſonæ non vili, quæ propriis humeris nequeat frumentum, vinum, & ſimilia ad domum traducere, debentur immunia ab expenſis Vecturarum, ibid. n.1. pag.276.
Ne aliàs alimentarius illa recipiat diminuta, d. dec. Senen.44. num.2. p.276.
Hypoteca pro alimentis non datur dec. Flor. 48. n.26. pag.751. *& Vide in Verb.* hypotheca, *& in Verb.* Prælatio.
Non bonificantur alimenta, & Cibaria Tutori pro pupillo, uſque ad ætatem trium annorum, dec. Senen.28. §. Unic. num.32. pag.167.
Quia Mater uſque ad triennium tenetur filium alere, & lactare, ibid. num.33. pag.167.
Obligatio alimentorum provenit à Jure divino, & naturali, nec per leges humanas abrogari poteſt, dec. Senen.41. n.32. pag.269.
Præſtationes alimentorum anticipatè ſolvi debent, quia venter non patitur dilationem, dec. Senen.41. n.37 pag.269.
Vidua præſtita ab hæredibus Viri, compenſantur cum fructibus dotis, qui eidem ſolvi deberent, dec. Senen.28. §. Unic. n.41. pag.168. *& vide latiùs in Verb.* Dos quoad fructus.

ALIMENTA quibus, & à quibus debeantur.

Extraneo in locum filii aſſumpto debentur dec. Senen.35. §.2. n.18. p.240.
Filio aliundè non habenti, à Patre præſtari debent. dec. Senen.41. n.1. pag.264.
Et non ſolùm alimenta, ſed omnia alia eidem neceſſaria, ibid. n.7. p.266.
Etiamſi Uxorem duxerit, Patre invito, d. dec. Senen.41. n.6. p.265.
Amplia, ut non ſolùm pro ipſius ſubſtentatione, ſed etiam Uxoris, ibid. n.2. pag.264.
Limita quoad Uxorem, quando filius nupſit invito, & contradicente Patre, d. dec. Senen.41. n.3 pag.265.
Sed contraria opinio, quòd etiam tali caſu Pater teneatur alere filium, & ejus Uxorem, verior, & communior eſt, ibid. n.4. & de rationibus n.6. & ſeqq.
Quæ procedit, etiam ſi Filius Uxorem penitùs duxerit indotatam, d. dec. Senen.41. n.12. pag.266.
Ratio, quia Socer duplici ex cauſa nurum alere tenetur, nempè dotis, & Sanguinis, ideò deficiente dote, licèt una ex rationibus ceſſet, ſupereſt tamen altera, ibid. n.13. pag.267.
Contrariæ Auctoritates loquuntur, vel quando nurus habet aliundè, quo vivere poſſit, vel filius poteſt ex arte ſibi victum quærere, dicta dec. Senen.41. n.14. & 15. pag.267.
Declara, quod dictum eſt filio, invito Patre, nubenti, alimenta pro ſe, & familia deberi, verum eſſe, ita tamen, ut non ſint præſtanda adeò ampla, ſicuti filio obedienti, ſed paulò tenuiora, ibid. n.26. & 29. pag 268.
Et de ratione, ibid. n.27.
Non tamen reſtringuntur ad neceſſaria pro ſola vitæ ſubſtentatione, d. dec. Senen.41. n.30. pag.269. & de ratione, ibid. & num. ſeqq.
Filio debentur etiam ingrato, niſi tale delictum admiſerit, proptèr quod impunè occidi poſſet d. dec. Senen.41. n.31. pag.269.
Non dicitur tamen ingratus, qui peccat contra bonos mores, licèt Patrem, & legem contemnat, ibid. n.33.
Ideò debentur ei alimenta ſupra puram vitæ neceſſitatem, intra quam etiam ingrato debentur d. dec. Senen.41. n.34. pag.269.
Ne aliàs eadem pœna puniatur magis, & minùs delinquens, ibid. n.35. & 36.
Filio ad fideicommiſſum adventitium vocato,

eo, ratione ſatisfaciendi oneribus eidem impoſitis à Teſtatore, debentur pinguiora à patre, qui uſumfructum ex dictis bonis adventitiis percipit, deciſ. Flor.36. n.17. pag.614.
Id tamen non provenit ex commodo uſusfructus, ſed à natura, & lege, præcipiente Patrem teneri filio alimenta ſubminiſtrare, ad menſuram bonorum ab ipſo poſſeſſorum, ibid. n.18.
Et pro hiſce alimentis ex bonis adventitiis conſequendis, filius præfertur Creditoribus Patris, d. deciſ. Floren.36. num.19. pag.615.
Et quid ex hoc inferatur, *vide in Verb.* Pater.
Alimenta majora, quæ filius percipit, non ex qualitate bonorum, aut voluntate diſponentis, ſed ex ſola legis diſpoſitione, continere non valent recompenſationem, quæ filio etiam divitis in gratiam Teſtatoris nubenti provenire debet, ibid. n.22. pag.615.
Alia vid. infra in verſ. Subſtituto.
Filius pro alendo ſe, & patre non tenetur vendere bonorum adventitiorum proprietatem, d. dec. Flor.36. num.21. pag.615.
Nepotibus, & extraneis in locum filiorum aſſumptis, debentur, dec. Senen.35., §.2. n.28. pag.240.
Pater liberatur ab obligatione alendi filium proportionabiliter ad redditum bonorum adventitiorum filii, ſuper quibus non habet uſumfructum, dec. Flor.35. n.28. pag.608.
Item liberatur, ubi filius ex præcepto Teſtatoris aſſumit ipſius cognomen, & arma, & recipit hæreditatem in recompenſationem talis oneris, ibid. num.43. pag.609.
Non tamen liberatur, dando filium in adoptionem extraneo, d. dec. Flor.35. n.40. pag.609.
Quando eſt pauper, ipſe ali debet ex bonis adventitiis filii, ibid. num.29. & 30. pag.608.
Patrono, & ejus Uxori debentur ab Eccleſia, dec. Sen.41. n.8. pag.266.
Subſtituto in fideicommiſſo, vel Primogenitura facta pro agnationis conſervatione, ibid. n.16. pag.267.
Quia tali caſu præſumuntur alimenta relicta filio, à quo per filiorum procreationem talis conſervatio dependet, dict. dec. Senen.41. num.17. pag.267.
Immò relicta cenſentur non ſolum pro filio, ſed etiam pro Uxoris, & Domus manutentione, ibid. n.18. pag.267.
Item ſubſtituto in fideicommiſſo, cujus commodo fructus ipſius inveſtiri debent, aliquid debetur ex illis loco alimentorum, dec. Flor.44. n.43. pag.693.
Item vocato ad ſucceſſionem pro familiæ artificialis renovatione debentur neceſſaria alimenta, ex bonis illius familiæ, quam debet renovare, ibid. num.32. pag.691.
Sed non debentur alimenta ſubſtituto in fideicommiſſo tranſverſali, ob ſolam vocationem, d. dec. Flor.44. n.39. p.692.
Etiamſi ſit filius, vel deſcendens ipſius gravati, quoties gravans ſit extraneus, vel tranſverſalis, ibid. n.40.
Non debentur ſubſtituto, quoties Teſtator fructus hæreditatis alteri legavit, vel ad alium uſum deſtinavit, d. dec. Flor.44. n.42. pag.693.
Item non debentur vocatis, ex fructibus fideicommiſſi, non docto de caſu ſubſidii, ibid. n.41. pag.692.
Non debentur filio, qui ex Arte vivere poteſt, dec. Senen.41. n.15. pag.267.
Et denegari poſſunt ei, qui poteſt ex hæredari, ibid. ſub n.10. pag 266.

ALIMENTA quoad taxationem

Taxa alimentorum dimetiri non valet ab illis factis in principio ſæculi præteriti, dec. Senen.41. n.24. pag.268.
Quia ab illo tempore ob luxus excreſcentiam, aucta eſt expenſarum neceſſitas, ibid. n.25.
Affertur exemplum taxæ alimentorum factæ per Rotam Senenſem nobili Matronæ in Scutis 70., d. dec. Senen.41. n.23. pag.268.
In taxandis alimentis, primo loco inſpici debet patrimonium alere debentis, ibid. n.19. pag.267.
Secundo detrahi debent expenſæ neceſſariæ pro ſua propria perſona, Uxore, & filiis d. dec. Senen.41. n.20. pag.267.
Et quidem juxta ſolitum, & conſuetum, itaut non poſſit prætendi illarum diminutio, nec augumentum permitti, ibid. num.21.
Et denique inſpici debet qualitas perſonæ, & mos Regionis, d. dec. Senen.41. n.22. pag.268.
Praxis, quod Judex non benè informatus de

de quantitate bonorum reſervet ſibi facultatem augendi, aut minuendi taxam alimentorum, ex probationibus in futurum faciendis, dato aliquali fumo ſufficientiæ bonorum, rationabilis oſtenditur d. dec. Senen. 41. n. 38. pag. 269.

ALIMENTA, & Sumptus litis.

Debentur filio agenti contra Patrem, Uxori contra Maritum, & extraneo agenti ad bona tamquam propria, ſi aliundè non habeant, deciſ. Senen. 29. num. 1. pag. 177.

Declara, dummodò Actor agat pro re fructifera, secùs ſi pro ſimplici credito pecuniario, vel alia re infructifera, d. dec. Senen. 29. n. 16. pag. 179.

Et talia alimenta non imputantur in caſu victoriæ in ſortem, nec in caſu ſuccumbentiæ reſtituuntur, ibid. n. 2. pag. 177.

Et solùm in caſu victoriæ cum fructibus rei petitæ compenſantur, dicta dec. Senen. 29. n. 3. pag. 177.

Et quod non imputentur, nec reſtituantur, procedit etiamſi in decreto adſit clauſula *ſine prejudicio eadem præſtantis*, ibid. n. 4.

Ideoque illa recipiens compelli nequit ad præſtandam cautionem de illis reſtituendis, in caſu ſuccumbentiæ, dict. dec. Senen. 29. n. 5. pag. 177.

Contra, ſi adſit clauſula *in cauſam declarandam*, ibid. n. 12. pag. 178.

Quæ clauſula ſæpè ſolet apponi ad hoc, ut Judex vel ſuum ſenſum non aperiat, vel maturiùs deliberare poſſit de meritis cauſæ, dict. deciſ. Senen. 29. numer. 12. pag. 178.

Item contra, ſi adſit conſuetudo illa reſtituendi, vel ſaltem ſtylus Tribunalis, ibid. n. 6. pag. 177.

Quia tunc tali ſtylo deferendum eſt, dicta dec. Senen. 29. n. 7. pag 177.

Ampliatur concluſio, quòd talia alimenta pauperi colitiganti debeantur, ut procedat, etiamſi agatur ad bona particularia, non autem ad univerſitatem bonorum, ibid. n. 8. & 10.

Quia in utroque caſu militat eadem ratio, ne ſcilicèt pauper ob impotentiam, litem cogatur deſerere, dict. dec. Senen. 29. n. 9. pag. 177.

Contrariæ Auctoritates reprobantur, ibid. ſub n. 9.

Non debentur, non conſtito de requiſitis, dicta dec. Senen. 29. n. 13. pag. 178.

Præcipuum autem ex dictis requiſitis eſt paupertas, quæ concludenter ab eo, qui petit alimenta, probari debet, quando non agitur de perſona, quam lex ipſa pauperem præſumit, ut eſt Monachus litigans cum Monaſterio, Filius cum Patre, & Uxor cum Marito, dict. dec. Senen. 29. n. 14. pag. 178.

Excluditur autem hæc probatio paupertatis in eo, qui poteſt ſe, ex arte ſua, & exercitio proprio ſtatui non indecente, ſubſtentare, ibid. n. 15.

ALLODIALITAS

Ex quibus deſumatur, dec. Flor. 54. n. 3. & pluribus ſeqq. pag. 808.

ALTERNATIVA

Natura alternativæ eſt, ut unus pro una vice, & alter pro altera debeat nominare, deciſ. Flor. 45. n 17. pag. 699.

AMMISSIO

Lucri paſſa per Artificem cauſa litis à ſuis negociis diſtractum, an, & quando reficienda ſit, cum aliis expenſis litis. *Vide latè in Verb.* Expenſæ.

AMOR.

Conjugalis in Viro ardentior ceteris omnibus eſſe ſolet, etiam ſupra paternum, & filialem, dec. Flor. 43. n. 4. pag. 670.

Æquiparatur ebrietati, & furori dec. Flor. 40. §. Unic. n. 32. & 33. pag. 650.

Impetum Amoris refrænare difficillimum, dict. dec. 40. §. Unic n. 31. pag. 649.

Ideoque ex cauſa amoris delinquenti, vel remitti, vel mitigari debet pęna, prout remittitur, vel minuitur ebrio, & furioſo, juxta ſtatum, & qualitatem ebrietatis, & furoris, in quo reperitur, ibid. num. 34. pag. 650. *Vide latius in Verb.* Pęna.

ANIMALIA.

A Locatore conſignata Conductori, cenſentur vendita cum dilatione ſolutionis pretii ad finem locationis, dec. Sen. 4. n. 34. pag 31.

Fętus animalium, an, & quando connumerentur in fructu prædii. *vid. in Verb.* Fructus.

Gregem, vel armentum conſtituentia, veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, dec. Sen. 33. n. 6. 7 & 9. pag. 210. & n. 16. pag. 211.

Ideo pro illis conſervandis hæres, gravatus tenetur nova capita in locum mortuorum ſubrogare, dict. deciſ. Senen. 33. pag. 209. & n. 16. & 18. pag. 211.

Amplia, etiamſi animalia de tempore puriſica-

ficati fideicommiſſi excreverint, quia augumentum gregis cedit commodo ſubſtituti, ibid. n.11. pag.210.
Item veniunt animalia deſtinata ad culturam, dicta dec. Senen.33. n.12. & 14. pag.210.
Quia dicuntur inſtrumenta neceſſaria, & pars fundi, ibid. n.14.
Sicut etiam talia dicuntur cætera exiſtentia in fundo ad multiplicandum, vel ſtercorandum, dict. dec. Senen.33. n.13. & 14. pag.210.
Etiamſi gregem non conſtituant, quia ad hunc effectum ſufficit, ut conſtituant fundum inſtructum, ibid. n.15. & 17. pag.211.
Amplia, ut veniant animalia exiſtentia in fundo de tempore purificati fideicommiſſi, cum præſumantur nata ex antiquis, & ſubrogata in locum demortuorum, dicta dec. Senen.33. n.19. pag.211.
Ideò non proficit hæredi gravato mortem allegare, quia tenetur ad manutentionem fundi inſtructi, & ad ſubrogationem animalium in locum demortuorum, ibid. num.18. 20. 21. & 22. pag.211.
Mortua, vel deteriorata an detrahantur in calculandis fructibus, *vid. in Verb.* Liquidatio.
Præſumantur alita, & prædia ſtercorata cum paleis, & concimibus prædii, in quo exiſtunt, niſi contrarium probetur, dec. Senen.4. n.57. pag 34.

ANNONA

Emens frumentum, ut illud revendat, mercimonium exercere dicitur, dec. Flor.50. n.26. pag.763.
Et ob id non gaudet privilegiis fiſcalibus, ibid. n.27.
Sed hoc procedit, quando exercet mercimonium in re non concernente abundantiam, dicta deciſ. Flor. 50. num. 28. pag.763.
Secùs, ſi circa rem, annonam ipſam reſpicientem, ibid.
Frumentaria pro ſuo credito non habet hypothecam, nec privilegia fiſcalia, dicta dec. Flor.50. num.11. pag.762.
Contra, quòd habeat tacitam hypothecam, ibid. num.13. & ſeqq. ubi reprobantur contrarii.
In Civitate tamen, & Statu Florentino habet hypothecam tacitam, & privilegia fiſcalia vigore motus proprii S. Celſitudinis Regiæ, ibid. num.14. & 23., & *vide in Verb.* Magiſtratus.

ANNUA præſtatio.

Annua præſtatio, *Vide in Verbo* Redditus.

ANNUI redditus.

Annui redditus, *Vide in Verb.* Redditus.

ANTIDATA

Suſpicio antidatæ tollitur, quando poſt deſcriptionem partitæ in libro fuerunt alia regiſtrata ante diem, in qua prætenditur conſcripta partita controverſa, dec. Flor. 28. n.43. pag.435.
Quale dicatur indicium proximum antidatæ, *Vide in Verb.* Falſitas, & Indicium.

APOCA

Subſcripta à debitore plenè contra ipſum probat, dec. Senen.18. n.1. pag.95.
Idemque procedit in Schedula vulgo dicta *Pagherò*, ibid. n.2. & dec. Senen.47. n.11. pag.289.
Et utraque omnes reicit exceptiones, dicta dec. Senen.18. n.3. pag.95.
Trino teſte, guarantigia, & juramento munita ad terminos Statuti Senenſis celeriter executioni demandari debet, dec. Senen.49. n.1. pag.297.
Præcipuè, quando continet pactum conſonum juris communis diſpoſitioni, ibid. num.2.
Alia Vid. in Verb. Scriptura.

APPELLATIO

Datur à dilatione Judicis in pronunciando, quando ex ea Parti præjudicium emerſit, dec. Senen.48. n.22. pag.295.
Declara, ſi dilatio proveniat ex imperitia, & tarditate in judicando, ut quia, eadem re per plures vices conſiderata, diſtulit judicare, ibid. n.24.
Secùs quando, vel non conſtat de præjudicio, vel illud provenit ex culpa, & negligentia Actoris, d. dec. Senen.48. n.23. pag.295.
Vel quando dilatio fuit brevis, & proveniens ex novarum exceptionum examine, ibid.

APPELLATIONE

Alimentorum, quæ continentur, *vide in Verbo* Alimenta.
Attinentium qui veniant, *vide in Verb.* Attinentes, & *in Verbo* Affines.
Bonorum, *Vide in Verb.* Jura.
Damnorum, *vide in Verb.* Expenſæ.
Deſcendentium, *vide in Verb.* Deſcendentes.
Et an ſuccedant per vulgarem, vel per fideicommiſſariam, *vid. in Verb.* Subſtitutio.

Domus, & Familiæ, *vide in Verb.* Arrogatus.
Filiorum, *vide in Verb.* Filii.
Hæreditatis, *vide in Verb.* Hæreditas.
Hæredum, *vide in Verb.* Hæres.
Liberorum, *vide in Verb.* Liberi.
Lineæ, *vide in Verb.* Linea.
Minoris, *vide in Verb.* Minor.
Prædii, *vide in Verb.* Prædium.

ARBITER

Aſſertione arbitri non probatur compromiſſum, dec. Senen.2. n.10. pag.7.
Limita primò, quando agitur de paupere regno, ibid. n.11.
Limita ſecundò, quando Pars tali aſſertioni non contradicit, dict. deciſ. Senen.2. n.12. pag.7.
Debet laudum proferre ſuper omnibus differentiis, eaſque ſimul decidere, & terminare, nulla facta reſervatione, dicta deciſ. Senen.2. n.16. pag.7.
Nec etiam ſimplicis facultatis æſtimandi bona, ibid. ſub n.16.
Aliàs eſt nullum, ibid.
Limita primò, in Arbitro habente facultatem etiam Arbitratoris, qui poteſt pronunciare ſuper uno, vel pluribus capitibus, aliis omiſſis, ſeu reſervatis, dict. dec. Senen.2. n.18. pag.8.
Limita ſecundò, in arbitro, qui pronunciavit ſuper ſubſtantia debiti, & reſervavit illius liquidationem, quia ex hoc non dicitur, omnes controverſias non terminaſſe, dict. dec. Senen.2. num.17. pag.7.
Præſertim ſi Pars fuerit negligens in liquidando, quo caſu laudum ferri poteſt ſuper liquidis, relictis in ſuſpenſo illiquidis, & incertis, abſque eo quod aliquod gravamen ſuccumbenti dici poſſit illatum, dicta dec. Senen.2. n.20. pag.8.
Loquens in Laudo de ſumma minori, & de majori mentionem non faciens, ſuper majori non laudaſſe intelligitur, deciſ. Flor.16. n.3. pag.413.
Maximè, ſi ad hoc, ut ſumma major compræhenderetur, fuiſſet neceſſaria reconventio, quæ facta non fuit, ibidem num.4.
Et fortiùs ſi is, ad quem ſpectabat ſumma major, tempore laudi de ea non habebat notitiam, dicta dec. Flor.16. num.5. pag.413.
Vel ſi laudum fuiſſet injuſtum, quatenus hanc ſummam majorem compræhendiſſet, uti ſi latum eſſet contra Statutum, d. dec. Flor. 16. n.7. pag.414., & *vide in Verb.* Sententia, & *in Verb.* Laudum.
Reliqua, *Vide in Verb.* Compromiſſum, & *vide in Verb.* Laudum.

ARBITRIUM

Judex interponere poteſt in facti dubietate, ita lege permittente, dec. Senen. 14. n.4. pag.70., & dec. Senen.50. num.34. pag.307.
Quod fundari debet in veriſimilitudine, & rationabilitate, dict. dec. Senen.14. n.6. pag.71.
Judicis arbitrio remiſſum eſt decernere, penes quem perſona educanda ali debeat, dec. Senen.48. n.12. pag.294.
Ex quibus autem tale arbitrium ſit regulandum, *Vide in Verb.* Educatio.
Principis in committendis, vel delegandis cauſis, potius uni, quàm alteri, regulari debet ex qualitate materiæ, dec. Senen. 16. n.24. pag.87.
Vel ſi ex ea regulari non poſſit, quia ſit indifferens, regulatur ex diſpoſitione Juris, ibidem.
Et ſic commiſſio, vel delegatio fieri poterit Judici ordinario, ibid. n.25. pag.88.

ARBOR

Aliqua de Arboribus, *Vide in Verb.* Damnum, *in Verb.* Conductor, & *in Verb.* Uſufructuarius.

ARBOR FAMILIÆ

Fundans ſe in deſcriptione arboris familiæ facta in libro, illam adducere debet nitidam, & ab omni macula expurgatam, dec. Flor.28. n.37. p.520. *alia Vid. in V.* Liber.

ARGUMENTUM

Ab adoptione ad commigrationem in aliam familiam non valet, dec. Flor.35. n.41. pag.609.
De Cambiis ad cenſum valet, dec. Senen.22. n.9. pag.120.
A' diſtretiva ſtante rationis diverſitate frigeſcit, dec. Senen.6. n.21. pag.41.
Immò, ut concludere valeat, identitas rationis, & perſonarum requiritur, dec. Flor.57. n.58. pag.838.
A' diſpoſitis in una parte teſtamenti valet ad aliam, dec. Flor. 1. n.33. pag.318.
Et an, & quando à diſpoſito in caſu contraventionis arguatur ad ſimilem diſpoſitionem in caſu mortis, ibid. n.35. & ſeqq. pag.319.
A' Legitima ad dotem, & è contra valet, dec. Flor. 53. n.48. pag.801.

A

A majori prædilectione eſt validum, & efficax pro arguenda, vel excludenda vocatione, dec. Senen.6. n.22. pag.41. & dec. Flor.31. n.69. pag.547.

Ab ordine ſcripturæ eſt debiliſſimum, dec. Flor.43. n.38. pag.678.

Limita alus concurrentibus circumſtantiis, ibid. n.41.

ARMA

Arma, *Vide in Verb.* Agnatio, Alimenta, Onus, Uſusfructus.

ARMENTUM

Armentum, *vide in Verb.* Grex.

ARROGATUS

Tranſit in familiam Arrogantis, & omnia jura filiis legitimis, & naturalibus competentia acquirit, dec. Senen. 37. n.5. pag.255.

Et ſuccedit in fideicommiſſo ordinato pro illis de domo, & agnatione, ibidem num.6.

Quia dicitur de Domo, & Familia Arrogantis, dict. deciſ. Senen. 37. num.6. pag. 255.

Maximè ſi Teſtator arrogatos non abhorruit, ſed illos in aliquo caſu vocavit, nam tunc multò magis veniunt arrogati ſub verbis aptis ad illos comprehendendum, ibid. n.7.

Aliqua vide in Verb. Adoptio.

ARTICULANS

Non fatetur, dec. Senen.14. n.1. pag.70. & quando, *Vide in Verb.* Articuli.

ARTICULI

Admiſſio articulorum poteſt proviſionaliter denegari, donec actor proportionatum judicium inſtruat, & ſaltem neceſſaria adimpleat, dec. Flor. 29. n.8. pag.524.

Et ſi injuſtè illorum admiſſio fuiſſet denegata, non poteſt illam petens ex abrupto examinare teſtes ſine Partis citatione, ſed ſuas debet facere diligentias pro revocatione Decreti, ibid. n.9.

Non obſtante allegatione impedimenti pro obtinenda revocatione Decreti, niſi conſtet omnem fuiſſe adhibitam diligentiam pro impedimento tollendo, dict. deciſ. Florent.29. n.10. pag.524.

Tali enim caſu articulans ſibi ipſi impedimentum præſtitiſſe dicitur, ibid. n.11. pag.525.

Immò etiamſi impedimentum ex facto Partis proveniat, non habetur materia articulata pro probata in odium impedientis, niſi etiam conſtet, quod ſi teſtes fuiſſent examinati, totum id, quod in articulis continebatur, affirmaſſent, d. dec. Florent.29. num.13. pag.525.

Præſertim ſi impedimentum fuerit juſtiſſimum, ibid. num.14.

Denegatio articulorum, injuſtè facta in uno dominio, non facit, ut materia articulata haberi debeat pro probata in judicio diverſo, moto in alio dominio, d. dec. Florent.29. num.15. pag.525.

Etiamſi proceſſus factus coram Judice, qui injuſtè denegavit articulorum admiſſionem, fuerit ab Adverſario coram alio reproductus, ſi reproductio facta fuit in parte, & partibus favorabilibus tantùm, ibid. n.16. pag.526.

Denegari debet admiſſio irrelevantium, improbabilia, & inveriſimilia continentium, d. dec. Florent.29. n.17. pag.526.

Et quando, & ex quibus cauſis tales dicantur, latè ibid. à num.18. uſque ad n.21.

Non continent confeſſionem omnium in eis contentorum, ſed tamen deſerviunt pro adminiculo veritatis, dec. Senen.14. n.1. pag.70.

Etiamſi non fuerint jurati, ibid.

Quia non ſolent fieri ſine magna conſideratione, dec. Senen.21. n.40. pag.114. & dec. Flor.45. §.1. n.9. pag.707.

Maximè à Procuratore in cauſa propria, d. dec. Senen.21. n.40. pag.114.

Præcipuè verò quando concepti fuerunt cum verbis, *che la verità sia, & è*, & dictum fuit de capitulatis eſſe publicam vocem, & famam, dec. Senen.14. n.2. pag.70.

Quo caſu faciunt plenam probationem, dec. Senen.21. num.41. pag.114.

ARTIFEX

Qui cauſa litis, artis ſuæ lucrum amiſit, an, & quando ſit de tali damno, unà cum aliis expenſis litis reintegrandus, *vide, latè verb.* Expenſæ.

Satisfieri debent Artifices, & Operarii ante omnes alios creditores, etiam hypothecarios, pro eorum mercede in rebus, in quibus operam impenderunt, dec. Flor.49. num.23. pag.759. ubi de Fabro, Sutore, Mareſcalco, & Scriptore.

Declara, quando illæ res eorum opera fuerunt ad perfectionem redactæ, ibid. num.24. & *Vide in verb.* Prælatio.

ASSERTIO

Judicis decretum interponentis in contractu

Mulieris habet pro ſe præſumptionem juris, & de jure ex diſpoſitione Statuti Senenſis, *Rubr.169. diſtinct. 2.* dec. Senen.36. n.15. pag.249.

Partis in ſui commodum, & Adverſarii præjudicium non probat, dec. Flor. 28. n.40. pag.520.

ASSISTENTIA

Juris non ſuffragatur Epiſcopo in loco exempto, qui probatur ſpectare Abbati inferiori cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali, dec. Flor.33. §.3. n.84. pag.597., *& Vide materiam in Verb.* Abbas.

Onus operandi, aſſiſtentiam ſupponit, & ſine aſſiſtentia operatio expleri non poteſt, dec. Senen.30. num.8. & 9. pag. 181.

Promiſſa aſſiſtentia in aliquo negocio, venit aſſiſtentia cum operatione, ſi Partes locutæ ſint de aſſiſtentia *dicta*, & ſupra mentio habita ſit de aſſiſtentia cum operatione, ibid. num.2. pag.180. *& Vide latius in verb.* Socius.

ASSOCIATIO

Datur Creditori vigore clauſulæ conſtituti, dec. Senen.24. n.3. pag.134.

Etiam contra bona fideicommiſſo ſuppoſita, pro dote fœminarum deſcendentium, ibid. num.4. *& Vide in verb.* Dos quoad remedium *Auth. res quæ &c.*

ATTESTATIO

Atteſtationi Advocati, qui teſtamentum extendit, plurimùm defertur, pro declaranda voluntate Teſtatoris, dec. Senen. 35. §.2. num.34. pag.240., *plura* de atteſtatione *Vide in Verb.* Fides, *& in Verb.* Teſtis.

ATTINENTES

Appellatione attinentium veniunt etiam conſanguinei affinium, dec. Senen.13. n.2. pag.68.

Ampliâ, ut num.3. *& Vide in Verb.* Legatum.

AUDITOR

Auditores Rotæ Florentinæ quomodo ad hujuſmodi munus promoveantur, & quomodo fuerit electus Author, & qua die cæperit poſſeſſionem, aliaque plura vide poſt dec. Senen.50. num.38. pag. 308., *& Vide latè verb.* Rotæ Florentinæ Auditores.

AUGUMENTUM

Pecuniæ, ſuperveniens poſt contractum cambii, ad quem pertineat, *vide in Verb.* Cambium, *& in Verb.* Litteræ Cambii.

AUTHORITAS

Doctoris *vide in Verb.* Doctor.

AUTHOR

Iſtius operis fuit Adiutor ſtudiorum R. P. D. Muti, Rotæ Romanæ Auditoris, & R.P.D.Mareſuſci, nunc Papæ Auditoris, ab ipſo Authore commendati, vide poſt dec. Senen.35. num.39. pag.221.

Item fuit Auditor in Urbe Principis Præneſtinorum, dec. Flor.50. n.6. pag.761.

Nec non Agens, & Miniſter Civitatis Aſculi, ibid.

Qua die cæperit poſſeſſionem Auditoratus Rotæ Florentinæ, *vid. in Verb.* Auditor.

Ætatis annorum 27. ſcripſit, & obtinuit in Cauſa, de qua poſt dec. Senen. 28. ſub n.13. & §. unic. ſub n.96. pag.176.

Anno 1709. 25. Octobris, & ætatis ſuæ 41. fuit electus Auditor Magni Ætruriæ Ducis, ſeu Conſultæ, & quomodo, in Epiſtola ad Lectorem, tit.2. n.8.

Anno 1714. die Martis 8. Maji fuit factus Aſſeſſor Magiſtratuum Montis Pietatis, Doanæ, & Collectarum, nec non unus ex Deputatis Congregationis Salis, & Congregationis Farinarum, ibid.

Die 8. Julii ejuſdem anni 1714. fuit electus Examinator concurrentium ad Canonicatus Collationis MM. Ætruriæ Ducum in Metropolitana Eccleſia Florentina, ibidem.

Quanto tempore compilaverit Volumen hoc Deciſionum, dec. Flor.60. poſt numen.78. pag.876.

Fratres Authoris, nempe Pater Joannes Baptiſta, & Pater Bartholomæus de Comitibus Societatis Jeſu, laudantur, eorumque munera recenſentur, dec. Flor. 40. n.40. pag.638.

B

BANNITUS

Reſtitutus vigore gratiæ ſubreptitiæ occidi poteſt à quolibet de Populo, ubi adeſt Statutum, quòd poſſit impunè occidi, dec. Flor.40. n.9. pag. 633., *& Vide in Verb.* Salvuſconductus.

BANNUM

De Banni veritate conſtare debet ex Proceſſu, & Sententia pro eo lata, deciſ. Flor.26. n.37. pag.498.

Unde niſi illud adducatur, ejus probatio per

per teſtes non admittitur, ibid. n.38.

BAPTISMA

Baptiſma, *Vide in Verb.* Fides.

BENEFICIUM

A' Statuto induitum non denegatur ei, qui probat qualitates ab ipſo Statuto requiſitas, dec. Senen.3. n.2. pag.11.

BENEFICIUM ECCLESIASTICUM.

Dari poteſt in Commendam, licèt non ſit regulare, deciſ. Flor.45. §.2. num.12. pag.718.

Sed ſufficit, quod unum ſit incompatibile cum altero, licèt ſit Sæculare, ibid.

Ceſſat tamen Commenda per proviſionem in titulum, dicta dec. Flor.45. §.2. n.39. pag.721.

Etiamſi proviſio fuiſſet nulla, ſi proviſus poſſedit per longiſſimum tempus, ibid. num.40.

Incompatibile non vacat, niſi per pacificam retentionem alterius, dec. Flor.13. numer.28. pag.391.

Poſſeſſio Beneficii probatur ex ſententia privationis illius, dec. Senen.15. n.41. pag.80.

Item ex confeſſione impetrantis ob ſecutam privationem, ibid. num.43. pag. 81.

Plura de poſſeſſione ad effectum regulæ de triennali, *vide in Verb.* Regulæ Cancellariæ.

Privatio infligi non valet Clerico ob delicta Carnis, niſi ter monitus numquam reſipiſcat, & in peccato pertinaciter perſeveret, dec. Senen.15. num.49. & 50. pag.81. & ſeq., *& vide in Verb.* Beneficiatus.

Secùs conſtito de emendatione, & pœnitentia, ibid. n.4. pag.74.

Proviſio ut de Sæculari ſubſtinetur in vim ultimi ſtatus, per multum tempus abſque contradictione obſervati, reſervata ulteriori cognitione ad petitorium pro futuris vacationibus, dec. Flor.45. §. 2. num.1. & 5. pag.716.

Etiam contra Proviſum Apoſtolicum, ibid. num.3., *& vide alia in Verb.* Ultimus ſtatus.

Regulare ut dicatur, requiritur Eccleſiam per 40. annos fuiſſe gubernatam per Regulares, dec. Florent.45. §.2. n.18. pag.718.

Nec regularitas probatur ex enunciativis, ſi illæ deſtruantur depoſitione teſtium aſſerentium beneficium carere conventu, & in eo numquam habitaſſe Monachos, d. dec. Florent.45. §.2. n.17.

Præſertim ſi Teſtes ſint inducti à prætendente regularitatem, quia tunc contra ipſum plenè probant, ibid. n.19.

Sacerdotale quando dicatur, *vide in Verb.* Sacerdos.

Status beneficii immutatur per Spatium 40. annorum, d. dec. Florent.45. numer.16. pag.698, & §.1. nu.38. & 39. pag.712. *vide in Verb.* Juſpatronatus.

Beneficium quoad concurſum, *vide in Verb.* Concurſus quoad Parochias.

BENEFICIATUS

Privatus beneficio manutenendus eſt contra illud impetrantem, tamquam anterior poſſeſſor, dec. Senen.15. num.44. pag.81.

Idque non obſtante ſententia privationis, ſi ab ea fuit appellatum, quia donec de ejus viribus diſceptatur, manuteneri debet, ibid. n.47.

Non privatur beneficio, niſi ter monitus in peccato perſeveret, d. dec. Senen.15. n.4. pag.74. & n.49. & 50. pag.81.

Præſertim hodiernis temporibus, quibus Eccleſia mitiùs agit contra pœnitentes, ibid. n.51. pag.82.

Etiamſi agatur de Crimine, quod illum reddat de hæreſi ſuſpectum, adhuc enim converſus beneficiis jam adeptis non privatur, ibid. num.60. pag.83.

Et converſio ad bonos mores non excluditur ex ſententia carcerationis, in gradu appellationis revocata, dicta dec. Senen. 15. n.52. pag.82.

BENEPLACITUM APOSTOLICUM

In alienatione bonorum Eccleſiæ (præſcindendo à Conſtitutione Urbana) per lapſum 30. annorum cum obſervantia præſumitur, dec. Flor.24. numer.35. pag.482.

Ex Conſtitutione verò Urbana, centenaria requiritur, ibid.

BONA

An, & quando alienari valeant pro dotibus, *vid. in Verb.* Dos quoad remedium *Auth. res quæ*.

Alienabilia ſemel effecta in Forenſem, ſemper talia remanent, dec. Senen.20. numer.21. pag.103.

Et an, & quando in Forenſes alienari poſſint, *vide in Verb.* Statutum quoad prohibitionem alienationis in Forenſes.

Ali-

Aliqua bona quòd non comprahendantur in venditione, vel permutatione, deſumitur ex eo, quòd venditio, vel permutatio facta fuerit relativè ad aliam venditionem, in qua ipſa non comprahendebantur, dec. Senen.21. num.24. pag.111. & n.47. pag.115.

Item ex eo, quòd illorum poſſeſſio capta non fuerit à perſona diligentiſſima in capienda poſſeſſione cæterorum, ibid. n.25. pag.111.

Item ex eo, quòd præcedenter detinerentur titulo locationis, & facta venditione non fuerit petita penſionis diminutio, dict. dec. Senen.21. num.27. pag.112.

Nam ex majori, vel minori penſione arguitur, quid fuerit in locatione comprahenſum, ſicut ex majori, vel minori pretio, quid fuerit comprahenſum in venditione, dict. dec. Senen.21. n.28. & 29. pag.112.

Item ex qualitate perſonarum, & abſurdo, quòd quis ſuum jactet, d. dec. Senen.21. n.26. pag.111.

Item ex actibus ſucceſſivis, in quibus facta ſit mentio de locatione, & nullum verbum de diſmembratione talium bonorum, ibid. n.30. pag.112.

Item ex quo ſequeretur eadem bona promiſſa fuiſſe duplici titulo incompatibili, veluti locationis, & permutationis, dict. deciſ. Senen.21. n.31. pag.113.

Item ex implicita declaratione, & facto unius ex contrahentibus, licèt inter alias perſonas emiſſa, ſi ſit veriſimilis, & adminiculata, ibid. n.34.

Etiam ſi ſit facta ex intervallo, ibid.

E' converſo autem dicuntur comprahenſa, ſi aliqua tantùm ſint exceptuata, cum exceptio firmet regulam in non exceptuatis, dict. dec. Senen.21. numer.42. pag.114.

Declara, hoc non procedere reſpectu eorum bonorum, quæ poſitivè probantur non comprahenſa, quia exceptio ſolùm operatur reſpectu ejus, quod ſub regula continetur, ibid. n.43.

Tunc enim expreſſio aliquorum, quæ fuerunt exceptuata, dicitur ſtare demonſtrativè, dict. dec. Senen.21. num.46. & num.49. pag.115.

Devoluta ad favorem agnatorum, per ingreſſum ſubſtituti in Religionem incapacem bonorum, non recuperantur per tranſitum ejuſdem mediante, diſpenſatione Pontificis, factum, ad aliam Religionem capacem, dec. Flor. 13. n.33. pag.393.

Nec in prajudicium agnatorum retrotrahitur diſpenſatio apoſtolica, ibid.

Fideicommiſſaria ſi fuerunt ſimul cum liberis diviſa, & uni libera, alteri fideicommiſſaria aſſignata, agens pro fideicommiſſariis tenetur pro evictione tot de liberis refundere, etiam data ſcientia fideicommiſſi, dec. Senen. 24. num. 24. pag.137.

Poſſeſſa per gravatum in loco, in quo poſſidebat fideicommittens, præſumuntur de jure fideicommiſſaria, niſi de intermediis acquiſitionibus doceatur, dec. Flor. 17. n.3. pag.421.

Declara, procedere, concurrentibus aliis conjecturis, & adminiculis, & ſpecialibus demonſtrationibus, ibid. n.8.

Limita primò, ſi concurrant conjecturæ in contrarium veluti, lapſus longiſſimi temporis à die conditi teſtamenti, quia tunc præſumitur hæres de proprio acquiſiviſſe, dicta deciſ. Flor.17. n.9. pag.423.

Maximè ſi conſtet de induſtria ſucceſſivè poſſidentium, & de variis eorumdem acquiſitionibus, ibid. n.10.

Etiamſi non probetur acquiſitio omnium bonorum, quæ libera prætenduntur, d. dec. Flor.17. num.11. pag.423.

Limita ſecundo, quando poſſidentur bona in loco latè patente, & per fideicommittentem non fuit facta ſpecialis, ſed generalis denominatio, ibid. n.12.

Quia demonſtrationes nimis generales non faciunt præſumere identitatem bonorum, d. dec. Flor.17. n.13. pag.423.

Qui fructus connumerari debeant ad augendum redditum, latè ſingulas ſpecies fructuum enumerando, dict. dec. Sen.4. num.27. & pluribus ſeqq. pag.30. & ſeqq.

Qui teſtes ad hunc effectum ſint ſufficientes, dict. dec. Senen.4. num.13. & ſeqq. pag.28.

DEFENSIO

Quæ conſiſtit in Jure, ſuppleri debet à Judice, ſi non fuerit à Partibus allegata, dec. Sen.3. num.8. pag.13.

Et cenſetur à Judice recognita, & rejecta, ſi reſultet ex facto propoſito, ibidem num.9.

DELEGATIO

An, & quando dicatur ſubreptitia, *vide in Verb.* ſubreptio verſ. vitium.

An fuerit obtenta pro cauſis in futurum movendis, deducitur ex obſervantia, dec. Sen.11. n.10. pag.67.

Per Principem facta non comprehendit, niſi cauſas in reſcripto expreſſas, ibid. num.2. pag.66.

Fortiùs ſtante declaratione Principis, procedendi de conſenſu partium, d. dec. Sen.11. n.7. & 8. pag.67.

Stricti capienda eſt, & reſtricta ad unam cauſam, ad aliam non valet extendi, ibid. n.6. pag.66.

Etiamſi facta ſit cum omnibus annexis, connexis, & incidentibus, adhuc enim non extenditur ad cauſam diverſam, ibidem n.9. pag.67.

DEMENS

Dementi quis Tutor, & Curator dari non poſſit, *vide in Verb.* Tutor verſ. pupillo.

DENUNCIATIO

Fieri debet à conductore Locatori de caſibus contingentibus circa rem, vel operas conductas, dec. Floren.3. num.9. pag.330.

Et quando ſecus, *vid. in Verb.* conductor verſ. tenetur.

Inducta à Statuto ad unum finem, non poteſt diverſum operari, dec. Sen.3. num.49. pag.19.

Quæ Vicino fieri debet à venditore, ne ſit locus retractui, fieri poteſt etiam ab Emptore, licèt requiratur pro forma, ibid. n.45. pag.18.

Et *Honded.* contrarium ſentiens allegatur, ibid. n.48. pag.18. & declaratur num.51. pag.19.

Denunciationes matrimoniales à Parocho factæ, inſerviunt tantùm ad detegenda matrimonii impedimenta, dec. Flor.27. n.17. pag.506.

DE-

DEROGATIO

Gratiam derogationis fideicommiſſi ſi quis à Principe obtinuit, cum onere vocandi in alienatione proximiores ſubſtitutos, docere debet adimpleviſſe onus cum acceptatione gratiæ in ſe aſſumptum, & omnes in loco exiſtentes vocaſſe, dec. Flor.26. n.47. pag.499.

Statuto, vel conſuetudini moderatoriæ dotium præſumitur derogatum per triceannale tempus, quando adeſt obſervantia, dec. Flor.24.n.36.pag.482.

DESCENDENTES

Appellatione deſcendentium veniunt omnes deſcendentes in infinitum, dec. Sen.31. n.3. pag. 186.

Etiam fœminæ, dec. Sen.32. n.1. pag.201. & dec. Sen.38. n.1. pag.256.& dec. Flor. 1. num.2. pag.313., *&* *vide in Verb.* Fœminæ.

An autem facta vocatione deſcendentium, ſuccedant per vulgarem, vel per fideicommiſſariam, *vide in Verb.* Fideicommiſſum verſ. perpetuum, *&* *in Verb.* ſubſtitutio vulgaris.

Maſculi in infinitum veniunt nomine hæredum, ſucceſſorum, & deſcendentium maſculorum in perpetuum, dec.Sen.26. n.3. pag.149., *&* *vide in Verb.* Vocatio verſ. deſcendentium.

Omnes veniunt appellatione liberorum, dec. Sen.25. n.21. pag.143.

Poſiti cenſentur in tacita conditione *ſi ſine filiis*, ſi vocati ſunt tranſverſales, dec. Senen.7. n.12. & 13.pag.44.*&* *vide in Verb.* Conditio ſi ſine filiis.

Præceptum nubendi impoſitum extraneis, eò magis injunctum dici debet deſcendentibus fœminarum, dec. Flor.36.num.13. pag.613.&614.

Cum immediatè deſcendentes à fœmina agnata Semiagnati dicantur, ibidem pag.614.

Quando, & ex quibus non veniant in vocatione facta de filiis, dec. Sen.25. n.16. & pluribus ſeqq pag.142. *&* *vide latè in Verb.* vocatio verſ. filii primi gradus.

Remotiores uno gradu ſuccedunt in ſtirpes cum proximioribus, ſubingrediendo in locum Patris prædefuncti, virtute vulgaris anomalæ, dec. Sen.26. n.4. pag.149., *&* *vide latè in Verb.* ſubſtitutio vulgaris anomala verſ. virtute.

DESCENDENTIA

In familiis nobilibus in loco originis, & habitationis habetur pro notoria, & non eſt neceſſaria alia ſcientiæ probatio dec. Flor.26. num.48. pag.500.

Probatur ex Patris teſtamento, ubi aliquem filium vocavit, deciſ. Floren.11. num.4. pag.378.

Item probatur in Civitate Florentiæ ex libris decimarum, concurrentibus adminiculis, ibid. n.5.

Item ex diviſionibus, confeſſionibus, & aſſertionibus conjunctorum, ſeriò emiſſis, d. dec. Flor.11. n.6. pag.379.

Maximè ſi proveniant à conjunctis ſatis proximis, ibid. n.7.

Item probatur ex pluribus ſimul junctis, quamvis illa uti ſingula non probarent, d. dec. Flor.11. n.8. pag.379.

Et ſufficiunt duæ demonſtrationes, ibidem num.9.

Item probatur ex quo quis fuerit receptus in Conſobrinum à filius fratris, d. dec. Flor.11. n.21. pag.380.

Item ex fide Baptiſmatis, notorietate, & publica voce, & fama, ibidem num.22. pag.381.

Nec excluditur hæc probatio, ex quo V.G. Cajus non denominetur filius Franciſci, ſed Joannis, ſi probetur plures Cajos fuiſſe eodem tempore, d. dec. Flor.11. n.10. pag.379.

Neque ex confeſſione Procuratoris, ibid. n.11. & ſeqq. pag.380., *&* *vide latè in Verb.* Procurator verſ. Confeſſio.

Alia, *vide in Verb.* Filiatio per tot. *&* *in Verb.* Identitas verſ. Perſonæ.

DESCRIPTIO

In libris *delle Tratte* Civitatis Florentiæ non fit, niſi plenè conſtito de filiatione, dec. Flor.27. num.18. pag.508.

Nativitatis, & Baptiſmatis in libro facta à Patre probat filiationem, dec.Flor.28. n.41. pag.520.

Declara, ut ibid. n. ſeq., *&* *vide in Verb.* Filiatio per tot., *&* *in Verb.* Liber verſ. deſcriptio.

DEUS

Facere non poteſt, quod injuſtum eſt, neque id derogat, ſed perfectiorem reddit ejus omnipotentiam, dec. Flor.53. n.84. pag.805.

DICTIO

Ac, eſt ampliativa, & augumentativa, dec. Sen.35. §.1. n.51. pag.231.

Alia, importat ſimilitudinem cum expreſſis, cum quibus, mediante copula, *&*, conjungi-

gitur, dec. Sen. 25. num. 17. pag. 142. & deciſ. Floren. 33. §. 3. n. 24. pag. 388.

Contra, quòd aliquando ſignificet diverſa ab omnibus expreſſis, dec. Senen. 35. §. 1. n. 52. pag. 231. & dec. Flor. 4. n. 25. pag. 340.

Al quale, eſt relativa, & demonſtrat perſonam priùs expreſſam, deciſ. Senen. 31. n. 13. pag. 188.

Item eſt repetitiva præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus, deciſ. Flor. 43. n. 13. pag. 673.

A' tal tempo, & in tal caſo, reſtringit diſpoſitionem ad caſum præcedenter expreſſum, dec. Flor. 31. n. 15. pag. 538.

Et reſtringit ſucceſſionem ad tempus determinatum mortis præcedentis ſubſtituti, ibid. n. 59. pag. 545., *& Vide in Verb.* Subſtitutio vulgaris.

Ciaſcuno, latinè quilibet, ſeù alter eſt diſtributiva ſingulorum, & licèt in numero ſingulari prolata, omnibus ſupra nominatis inſolidum attribuit diſpoſitionem, dec. Flor. 58. §. unic. n. 20. pag. 855.

Circiter, ſeu *in circa* incertitudinem continet, & taxativam excludit, dec. Flor. 46. n. 27. pag. 733.

Et recipit ampliationem, & moderationem ex Judicis arbitrio, dec. Flor. 47. n. 30. pag. 744.

Et arbitrium meliùs regulari non poteſt, quàm ab eo, quod Partes ipſæ intereſſe habentes declararunt, ibid. n. 31.

Et ex quibus declaratio Partium deſumatur, ibid.

Così latinè *ita*, vel *ſic*, eſt repetitiva formæ, & qualitatis præcedentis, dec. Flor. 58. §. unic. num. 4. pag. 851. & num. 19. pag. 855.

Del medeſimo, appoſita in ſubſtitutione, relativè ad perſonam alicujus, dicitur ſtare demonſtrativè, non autem reſtrictivè, conſtito de voluntate inducendi fideicommiſſum perpetuum, dec. Senen. 31. n. 6. pag. 186.

Ad magis proximè nominatum eſt referenda, dec. Senen. 32. n. 15. pag. 204.

Detti, eſt relativa, deciſ. Flor. 58. §. unic. n. 5. pag. 851.

Et repetitiva rei ſuperiùs expreſſæ cum omnibus ſuis qualitatibus, deciſ. Senen. 30. n. 2. pag. 180.

Juncta cum dictione *ut ſupra* de ſui natura fideicommiſſum reſtringit, dec. Flor. 31. num. 21. pag. 538.

Idemque operantur generaliter omnes dictiones relativæ, ibid. n. 22. pag. 539.

Di nuovo importat actus reiterationem, dec. Flor. 8. n. 4. pag. 362.

Et, copulans in petitione plura, oſtendit ſuper omnibus pariformiter inſtitum fuiſſe, dec. Senen. 12. n. 5. pag. 66.

Requirit concurſum utriuſque copulati, dec. Senen. 22. n. 40. pag. 124.

Appoſita inter duas ſubſtitutiones ſeparatas, illas identificat, adeout qualis eſt una, talis & altera cenſeatur, dec. Senen. 31. n. 17. & 18. pag. 189.

Ille, vel *ille*, denotat perſonalitatem, & coarctat relationem ad proximè nominatos, deciſ. Senen. 25. numer. 19. & 20. pag. 143.

Inſolidum, unumquemque ex Fidejuſſoribus obligat ad totam ſummam, dec. Flor. 22. num. 23. pag. 465.

Ita tamen, uti declarativa, & explicativa determinat omnia præcedentia, etiamſi eſſent capita ſeparata, quando congrua diverſitatis ratio aſſignari non poteſt, dec. Flor. 8. n. 3. pag. 362.

Non altrimenti, inducit formam, & eſt limitativa mentis contrahentium ad expreſſa, dec. Senen. 30. n. 8. pag. 181.

Omne, comprehendit omnia, & nihil excludit, dec. Senen. 35. §. 1. n. 53. pag. 231.

Appoſita in ſubſtitutione facta de deſcendentibus, aut hæredibus, an operetur, ut recedatur à Theorica *Communi*, deciſ. Senen. 31. n. 41. & ſeqq. pag. 194. *& Vide lati in Verb.* Subſtitutio vulgaris.

Pro, idem ſignificat, ac vice, vel loco, dec. Senen. 28. §. unic. n. 37. pag. 168.

Dictiones autem *vice*, vel *loco* denotant impropietatem, ibid. n. 38.

Quandocumque, etiamſi deficiat, poteſt dici ordinatum fideicommiſſum ſucceſſivum, & in eo includi vulgaris anomala, dec. Senen. 26. n. 6. pag. 149., *& Vide in Verb.* Subſtitutio compendioſa.

Quatenus, importat conditionem, dec. Senen. 9. n. 17. pag. 52.

Semper, & ſimiles perpetuitatem denotantes intelliguntur juxta ſubjectam materiam, nec porriguntur ad caſus, & perſonas diverſas ab illis, quibus appoſitæ ſunt, dec. Flor. 31. n. 44. pag. 543.

Et de vi hujus dictionis in ſubſtitutionibus, *Vide latius in Verb.* Subſtitutio vulgaris verſ. etiam ſi.

Tali caſu, reſtrictiva dicitur, & limitativa, dec.

dec. Flor.4. n.13. pag.338.

Tam, & quam, ſtant inter ſe augumentativè, & ampliativè, dec. Senen.12. n.4. pag.66. & dec. Flor.4. n.26. pag 341.

Appoſita in ſubſtitutione maſculorum, & fœminarum an deſignet purificationem ſimultaneam fœminarum cum maſculis, & excludat ſucceſſionem per prius, & poſterius, dec. Flor.14. n.23. pag.400.

Uno cum, unitatem, & ſimultaneam æqualitatem importat, dec. Flor.23. num.16. pag.471.

Uſque, ſtat incluſivè, dec. Senen. 22. n.38. pag.124.

Ut ſupra, iſtius dictionis natura eſt ad omnia ſuperiùs expreſſa referri, dec. Senen. 34. num.3. pag. 213., *& vide in Verb.* Primogenitura verſ. ordinata.

Appoſita in una ſubſtitutione repetit ordinem ſuccedendi expreſſum in alia præcedenti, ibid. n.1. pag.212.

An, & quando potius referri debeat ad ſolum ordinem ſuccedendi ſuperiùs expreſſum, vel etiam ad qualitatem maſculinitatis volitam in præcedenti ſubſtitutione, *vide in Verb.* maſculinitatis verſ. volita.

DILATIO

Non admittitur, ſi in damnum eam conferentis retorqueatur, dec. Flor.20. num.16. pag.445.

Petitiones poſt mortem alicujus informati pro experienda prætenſione contra non informatos, facit præſumere animum occultandi prætenſionis injuſtitiam, deciſ. Flor.26. n.58. pag.501.

Alia de dilatione, *vide in Verb.* Æquitas.

DISCRETIVA

An, & quando ex diſcretiva à Teſtatore facta arguatur excluſio fœminarum, *vide in Verb.* Fœminæ.

Argumentum à diſcretiva in jure, & in materia fideicommiſſi eſt validiſſimum, dec. Flor.17. n.21. pag.424.

Sicut etiam in pactis, & conventionibus, dec. Flor.19. n.16. pag.440.

Et in donationibus, deciſ. Flor. 8. num. 8. pag.362.

Limita ſtante rationis diverſitate, quo caſu ſrigeſcit, deciſ. Senen.6. num.21. pag.41. *& vide in Verb.* Argumentum, verſ. à diſcretiva.

Locutio diſcretiva non operatur in iis, quæ ſunt omiſſa, ſed à jure ſubintelliguntur, dec. Senen.31. n.30. pag.191.

Modus diſcretivus loquendi operatur, ut ſit locus juri accreſcendi in ea parte, in qua nihil fuit diſpoſitum, ſi in alia fuerit à diſponente expreſsè prohibitum, dec. Senen.35. n.22. pag.218., *& vide in Verb.* Jus accreſcendi verſ. item locum non habet ad med.

DISDICTA

Reſpicit favorem debitoris, ut pecuniam reperiat, & Creditoris, ut ſe paret reinveſtimento, dec. Sen.22. n.3. pag 118.

Serata, & à Partibus approbata, cambium extinguitur, d. deciſ. Senen.22. num.2. pag.118.

Contrarium verius, quòd ſola diſdicta verbalis abſque effectiva ſortis reſtitutione cambium non extinguat, ibid. n.3. & 4. & n.12. pag.120. & de ratione num.28. pag.122. & n.48. pag.125. & per tot.

Præſertim pro tempore, quo durat terminus ad reſtitutionem ſortis præfixus, poſt factam diſdictam, ibid. n.18 pag.121.

Quia extinctio cambii non illicò ſequitur poſt diſdictam, d. dec. Senen.22. n.19. & 20. pag.121.

Et hæc maximè procedunt, ſi debitor fuit ſolitus ante diſdictam non cambiare, & pati curſum damnorum, & intereſſe, ibid. n.21.

Vel ſi expreſsè ſuſcepit onus cambiandi uſque ad ſortis extinctionem, d. dec. Senen.22. n.31. & n.35. pag.123.

Quo caſu licèt per diſdictam expiret terminus, ad cambiandum præfixus, durat tamen facultas uſque ad integram ſolutionem ſortis, ibid. n.33.

Vel ſi conventum fuit, quòd tranſacto tempore creditor repetere poſſit ſortem cum fructibus decurſis, dicta dec. Senen. 22. n.42. & 43. pag.124.

Quæ conventio non poteſt intelligi de fructibus, pendente termino diſdictæ, ſi illa facta ſit præcedenter, & ſecunda conventio ſit relativa ad illam, ibid. num.44. & n.45. pag.125.

Vel ſi conſtat ex verbis diſdictæ mentem diſdicentium fuiſſe repetendi ſortem, quo effectu non ſecuto, diſdicta non habetur in conſideratione, dicta dec. Senen.22. n.49. pag.125.

Ratio quia quando effectus eſt à Partibus conſideratus, ſimplex factum non attenditur, ibid. n.50.

Contrariæ auctoritates referuntur, & de-

clarantur, d. dec. Senen.22. n.53. & 54. pag.126.

Limitatur tamen concluſio, quòd ſola diſdicta cambium non extinguat, ſi adſit deſtinatio certi temporis cum clauſula taxativa, ibid. n.34. pag.123. & num.54. pag.126.

Item declaratur, dummodo onus cambiandi ſit impoſitum creditori, ſecùs ſi debitori, quia mediante diſdicta cenſetur mandatum revocatum, dicta deciſ. Senen.22. n.13. pag.120.

Prout contingit in Societate in genere, & in Societate Officii, ibid. n.14.

Contra hanc declarationem, d. dec. Senen. 22. n.15. 16. & 17. pag.121. & n.23. & ſeqq. ubi plenè pag.122.

Et diſparitas exempli de Societate oſtenditur, ibid. n.29. 30. & 31. pag.122.

Et quòd non cenſeatur mandatum revocatum, attenta promiſſione ſolvendi fructus uſque ad reſtitutionem, dicta deciſ. Senen.22. n.37. pag.123.

Maximè attenta dictione illa *uſque*, quæ ſtat incluſivè, ibid. n.38. pag.124.

Et quòd in hac materia dubium tollatur per obſervantiam, dicta deciſ. Senen.22. n.52. pag.126.

Et quæ dicuntur in cambio, procedunt etiam in cenſu, quia de uno ad aliud valet argumentum, ibid. n.9. pag.120.

Et de ratione, ibid. n.10. & 11.

Ideò etiam in cenſu, non obſtante diſdicta, fructus debentur uſque ad actualem pecuniæ reſtitutionem, dicta deciſ. Senen. 22. n.5. pag.119.

Amplia primò, etiamſi ultra diſdictam concurrat ſolutio partis cenſus, ibid. n.6.

Amplia ſecundò, etiamſi facta fuiſſet inſtantia per creditorem, & obtentum mandatum, vel gradus in ſententia graduatoria, adhuc enim cenſus durat, donec actualis ſequatur ſatisfactio, dicta deciſ. Senen. 22. n.7. pag.119.

Amplia tertiò, etiamſi ſecuta ſit actualis bonorum aſſignatio, facta pro cenſus extinctione, quæ tamen non fuerit effectuata, ibid. n.8. pag.120.

DISJUNCTIO

Realis, aut verbalis quando dicatur adeſſe ad effectum, ut excludatur jus accreſcendi, *vide in Verb.* Jus accreſcendi verſ. locum habet.

DISPENSATIO

Super impedimentis matrimonii per lapſum temporis perſumitur, dec. Flor.24.n.37. pag.482.

Prout etiam ſuper obſtaculo pro obtinendis Ordinibus, Beneficio, vel penſione, ibid. n.38.

DISPOSITIO

Clara in caſu contraventionis dubium in caſu obitus declarat, dec. Sen.6. n.25. pag.42.

Eadem locum habet, ubi militat eadem ratio, dec. Sen.3. n.29. pag.15. & dec. Senen.22. n.17. pag.121.

Generalis non habet locum in iis, in quibus adeſt diſpoſitio particularis, dec.Sen.16. n.7. pag.86.

Pœnalis dicitur, quando injunctum eſt certum onus, & in caſu non implementi privatur quis emolumento, vel aliquid de ejus patrimonio diminuitur, dec. Flor.1. n.23. & 34. pag.324.

Item quando diſpoſitum fuit cauſa coercendi hæredem, vel contrahentem ad aliquid faciendum, vel non faciendum, ibid. n.25.

Item quando aliquid permittitur, & in caſu contrario admittur per verba adverſativa, d. dec. Flor.1. n.26. pag.325.

Quod procedit, etiamſi verba ſint per modum conditionis concepta, ibid. n.27.

Præcipuè quando conditio eſt poteſtativa, d. dec. Flor.1. n.28. pag.325.

Item quando in compromiſſo facta fuit obligatio ad ſummam determinatam, quæ referri non valeat ad creditum, eo quod ſit illiquidum, & controverſum, ibid. num.30.

Et in dubio ad dignoſcendum, an diſpoſitio ſit pœnalis nec ne, unicè inſpicitur veriſimilis mens contrahentium, dict. dec. Flor.1. n.31. pag.325.

Pœnalis diſpoſitio an, & quando à legibus improbetur, dec. Flor.13. n.13. pag.391.

Pœnalis, & in caſu contraventionis clara, dubium in caſu obitus declarat, dec. Sen. 6. n.25. pag.42.

Teſtatoris in dubio interpretari debet, ut ſit juri conformis, deciſ. Senen.15. num.11. pag.141.

Idemque procedit in diſpoſitione Statutaria, ibid. n.12.

Textus in l. cum Avus ff. de condit. & demonſtrat., & in l. cum acutiſſimi C. de Fideic., an, & quando locum habeat, *vide latè in Verb.* conditio ſi ſine filiis percol.

Cen-

Cenſetur quid medium diſpoſitio textus prædicti inter excluſionem, & expreſſam vocationem, ideò ſuffragatur ei, qui non eſt expreſsè vocatus, nec expreſsè excluſus, dec. Sen. 7. n 4. pag. 42. & dec. Flor. 57. n. 46. pag. 836.

Ex diſpoſitis in una parte teſtamenti, arguitur quid Teſtator in alia parte diſponere voluerit, deciſ. Florent. 1. num. 33. pag. 318.

Et quando à diſpoſitis in caſu contraventionis arguatur ad ſimilem diſpoſitionem in caſum mortis, & quando non, ibid. n. 35. & ſeqq. pag. 319.

DISSENSUS

Unius quandoque plus operatur, quàm omnium aliorum conſenſus, dec. Senen. 10. n. 8. pag. 57.

DISTRACTUS

Eadem requiruntur in diſtractu, quæ intervenire debent in contractu, dec. ſenen. 22. n. 11. pag. 120.

DIVES

Divites præſertim hodiernis temporibus pauciores ſunt pauperibus, dec. Senen. 3. n. 55. pag. 20.

DIVISIO

Facta ſimul diviſione de bonis liberis, & fideicommiſſariis, ſi uni ex dividentibus libera, alteri fideicommiſſaria fuerunt aſſignata, & poſtea qui libera obtinuit, agat pro fideicommiſſariis, tenetur tot de bonis liberis refundere, etiam data ſcientia fideicommiſſi, deciſ. Senen. 24. n. 14. pag. 137.

Hæreditatis in partes intellectuales an tollat conjunctionem realem, & jus accreſcendi, *Vide in Verb.* Jus accreſcendi verſ. locum habet.

Inter plures fratres, & columnellos an præjudicet fœminis alterius columnelli quoad dotem debitam vigore *Auth. res quæ*, *vide in Verb.* Dos quoad remedium Auth. res quæ in ſexta ampliatione verſ. ſubdeclara.

DOCTOR IN GENERE

Auctoritas individualis Doctoris ubi adeſt, procedendum non eſt cum auctoritatibus ſimilibus, vel ratiociniis, dec. Senen. 36. n. 33. pag. 252.

Loquens contra receptas opiniones non attenditur, dec. Senen. 3. n. 53. pag. 19.

Minor an poſſit ſe obligare ſine ſolemnitatibus Statuti, *vide in Verb.* Statutum quoad ſolemnitates verſ. Doctor.

Singularis in ſuo dicto, ſi careat contradictione, facit caſum legis, dec. Senen. 35. §. 2. n. 30. pag. 240.

Et contra illum non admittuntur ratiocinia, & ſubtilitates, ibid. ſub n. 31.

Verba Doctoris, ſeu Juriſconſulti factum narrantis jus non faciunt, dicta dec. Senen. 35. §. 2. n. 8. pag. 236.

DOCTORES IN SPECIE

Anguiſciol. conſ. 111. circa alienationem ex cauſa dotis factam in forenſem contra diſpoſitionem Statuti, reprobatur tamquam loquens contra communem, dec. Senen. 20. n. 17. pag. 103.

Bartol. in l. ſi non ſortem §. Si centum ff. de condit. indebit. circa materiam mandati executivi exceſſivi declaratur, deciſ. Senen. 1. n. 9. pag. 4.

Item *in l. quidam relegatus in princ. ff. de Rebus dubiis* de ſignificatione dictionis *alia* approbatur, dec. Flor. 33. §. 3. num. 24. pag. 388.

Ejuſdem theorica *in l. cum Avus n. 4. ff. de condit. & demonſtrat.* plures habet contradictores, & quibus in caſibus non procedat, dec. Flor. 57. n. 46. pag. 836.

Bellon. de Jure accreſcen. cap. 9. quæſt. 24. num. 130. circa quæſtionem, an ſtante indefinita ſubſtitutione ſit locus juri accreſcendi declaratur, dec. Sen. 35. §. 2. n. 39. pag. 241.

Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 3. diſput. 35. n. 13. verſ. ſed ſi debitor, & n. 18. & ſeqq. uſque ad n. 23. circa materiam ceſſionis à tertio ſolvente ex bonis debitoris reportatæ reprobatur, dec. Flor. 23. n. 32. pag. 474.

Cantiol. ad Stat. Eugub. rubr. 55. circa retractum declaratur, dec. Senen. 3. num. 16. pag. 14.

Idem *alleg. 71. n. 31. & 32.* circa depoſitionem Teſtis de auditu, & crudelitate, an probet contra inducentem reprobatur, dec. Sen. 21. num. 16. pag. 110.

Conſtantin. ad Stat. Urb. annot. 24. circa retractum declaratur, dec. Senen. 3. n. 20. pag. 14.

Corradin. de Prælat. quæſt. 12. de eadem materia declaratur, ibid. n. 11.

Cumanus theorica in *l. cum ita 33. §. In fideicommiſſo n. 4. ff. de legat. 2. & in l. Gallus 29. §. Quidam rectè n. 7. ff. de Liber. & Poſth.* declaratur in quo caſu non procedat, dec. Sen. 31. n. 7. pag. 187. & dec. Flor. 1. n. 4. & ſeqq. pag. 314. & *vide in Verb.* ſubſtitutio vulgaris.

Cy-

*Cyriac. contr.*522. *n.*101. de eadem materia explicatur, dict. dec. Senen. 31. num. 48. pag. 195.

*Dec. conſ.*504. *num.*8. circa materiam *l. cum Avus ff. de condit. & demonſtrat.* declaratur, dec. Sen. 6. num. 14. pag. 40.

*Card. de Luc. de Fideic. diſc.*17. *ſub num.*5. loquens de ſubingreſſione virtute vulgaris anomalæ declaratur, dec. Senen. 26. num. 16 pag 150.

Idem *de fideicom. diſc.*18. *num.*9. *& ſeqq. & diſc.*21. *ſub n.*8. §. *Procedat* circa eamdem materiam ſubingreſſionis virtute vulgaris anomalæ, tamquam à Rota Romana rejectus, reprobatur, ibid. n. 26. pag. 151.

Idem *de fideicom. diſc.*144. *n.*6. tenens in ſubſtitutionibus ordinatis favore hæredum, & deſcendentium utramque qualitatem requiri, reprobatur, dec. Sen. 31. n. 20. pag. 104. & n. 37. pag. 106.

Faber ſuper Inſtit. tit. de Mandat. §. *Tua tantum ſub n.*3. circa literas commendatitias declaratur, dec. Flor. 21. n. 19. pag. 455.

*Fulgoſ. conſ.*145. *ſub n.*2. circa probationem identitatis bonorum declaratur, dec. Flor. 17. num. 8. pag. 422.

*Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*321. *n.*92. firmans appellatione filiorum non venire Nepotes, quando Teſtator vocavit filios immediatè natos, declaratur, dec. Flor. 37. n. 25. & 26. pag. 833.

Idem *quæſt.*340. *n.*1 *ad* 10. requirens in ſubſtitutionibus ordinatis favore hæredum, & deſcendentium utramque qualitatem, explicatur, dec. Sen. 31. num. 15. & ſeq. pag. 105.

Idem *conſ.*166. *n.*4. circa detractionem dotis faciendam ex bonis fideicommiſſi alterius columnellis, in perſona dotare debentis conſolidati, reprobatur, dec. Flor. 31. n. 7. pag. 786.

*Gab. conſult.*110. *n.*19. *& ſeqq.* circa ſtatutum de æquali jure reddendo, declaratur, dec. Sen. 10. n. 31. pag. 105.

*Gratell. dec.*18. *n.*52. circa theoricam *Camœni* rejicitur, dec. Sen. 31. num. 58. & 59. pag. 197.

*Handed. conſ.*3. *lib.*1. circa retractum declaratur, dec. Sen. 3. n. 12. pag. 13.

*Mantic. de tacit. lib.*12. *tit.*34. *num.*6. ſentiens jus accreſcendi non cenſeri volitum in contractu ex onere pluribus injuncto, reprobatur, dec. Senen. 35. ſub num. 7. pag. 116.

Mart. Medic. in principio Sæculi præteriti ſedit Auditor Rotæ Senenſis, dec. Sen. 41. n. 24. pag. 268.

Oldrad. celebre *conſil.*21. circa expirationem fideicommiſſi *ff. ſive ſtatu*, non habet locum conſtito de contraria voluntate diſponentis, dec. Flor. 36. n. 4. pag. 825. & dec. Flor. 37. num. 66. pag. 840.

Panan. fuit Capitaneus Juſtitiæ in Civitate Senarum, dec. Sen. 38. n. 3. pag. 236. & in epiſtol. ad Lectorem lit. 1.

*Rot. Florentina lib. mstruor.*18. *fol.*352. §. *Non obſtat*, circa materiam *l. cum Avus* declaratur, dec. Flor. 38. num. 33. 34. & 35. pag. 849.

Plura alia de Rota Florentina, ejuſque Auditoribus, *vid. Verb.* Auditores, *& Verb.* Rota Florentina.

*Rota Romana coram Cavill. dec.*141. *num.*7. circa materiam probationis abſentiæ declaratur, decil. Florent. 26. num. 46. pag. 499.

*Coram Dunozett. Jun. dec.*17. circa materiam probandæ filiationis ex enunciativa, declaratur, dec. Flor. 27. n. 27. pag. 508.

*Coram Cerr. dec.*444. circa ſucceſſionem in fideicommiſſo ordinato pro hæredibus, & deſcendentibus, quòd requiratur utraque qualitas, declaratur, dec. Sen. 31. n. 41. & ſeqq. pag. 107.

Coram *Otthobon. dec.*170. circa materiam *l. cum Avus* declaratur, dec. Floren. 37. n. 32. pag. 834.

*Fuſ. de Luc. de Teſtament. dec.*15. *ſub num.*8. *verſ. & proximis*, circa materiam captatoriæ, declaratur, dec. Flor. 13. num. 10. pag. 391.

In rec. *dec.*357. *p.*2. circa materiam theoricæ *Camœni* declaratur, dec. Sen. 31. n. 30. pag. 189.

*Dec.*364. *ex n.*18. *part.*5. *rec.* circa materiam de æquali jure reddendo, declaratur, dec. Sen. 10. n. 33. pag. 105.

*Ruffin. in l. cum Avus lib.*1. *cap.*16. *num.*4. *& ſeq.*, declaratur dec. Senen. 6. n. 14. pag. 40.

*Sperel. dec.*21. circa retractum reprobatur, & declaratur, decil. Senen. 3. num. 16. pag. 14.

*Surd. conſ.*2. circa retractum ab aliquibus rejectus, declaratur, dec. Senen. 3. n. 13. pag. 13.

*Theſaur. quæſt. forenſ. lib.*2. *quæſt.*4. *n.*24. *Cyriac. contr.*303. *n.*53. *& contr.*529. *n.*31. *Gab. conſult.*116. *n.*82. circa alienationem ex cauſa dotis factam in forenſem con-

tra diſpoſitionem Statuti, declarantur, dec. Senen. 20. n. 24. & 25. pag. 104.

Turr. de Primogenit. Ital. par. 2. quaeſt. 19. n. 30. circa materiam Theoricæ *Cumana* rejicitur ex quo ſuccubuerit in cauſa, dec. Senen. 31. n. 57. pag. 197.

Vermigliol. conſ. 96. circa retractum, ab aliquibus rejectus, ex quo in cauſa ſuccubuerit, declaratur, dec. Senen. 5. n. 14. pag. 13.

DOLUS

Arguitur in Tutore ex minori valutatione vini, quàm fieri deberet, dec. Senen. 28. §. unic. n. 57. pag. 171.

Et ex eo, quod poſita fuit in debitum Pupilli partita duplicata, ibid. n. 58.

Item ex confuſa deſcriptione redditu um hæreditariorum, dicta dec. Senen. 28. §. unic. n. 60. pag. 171. & n. 69. pag. 173.

Quo caſu tenetur ad iteratam redditionem rationis, ibid.

Item ex redditibus exactis, & non notatis, dicta deciſ. Senen. 28. §. unic. num. 61. pag. 172.

Et ex omiſſione deſcriptionis, & exactionis nominum debitorum, ibid. n. 62.

Adeout ſi exindè fiant inexigibilia, periculum ſit ipſiuſmet Tutoris, d. dec. Senen. 28. §. unic. n. 63. pag. 172.

DOMICILIUM

Habitatione re, & facto transfertur, non ſimplici animi deſtinatione, dec. Flor. 16. n. 50. pag. 419.

Plura domicilia compatiuntur, & poteſt quis frui privilegiis cujuſcumque loci, ubi civilitatem obtinet, ibid. numer. 45. pag. 418.

Et data utriuſque æqualitate, quod num prævalere debeat, *Vide in Verb.* Civilitas.

Adducuntur Auctoritates in terminis Civis Piſani, effecti Civis Florentini, dicta deciſ. Flor. 16. n. 46. pag. 418.

Aliarumque Civitatum Subditarum, & Florentinæ Dominantis, ibid. n. 47.

Et habentis civilitatem Piſanæ Urbis, & alterius loci eidem ſubjecti, d. dec. Flor. 16. n. 48. pag. 418.

DOMINIUM

Mediante locatione non transfertur, deciſ. Senen. 9. n. 25. pag. 53.

Nec mediante venditione non ſoluto pretio, quando fidem de pretio venditor habere noluit, deciſ. Flor. 48. numer. 2. pag. 747.

Licentia aliquid faciendi ſupponit dominium translatum in eum, à quo illa obtinetur, dec. Flor. 20. n. 12. pag. 444.

Item ex quo uno certo caſu ad hæredes feudatarii redire debet, in cæteris caſibus cenſetur translatum in dominium directum, dec. Florent. 20. n. 8. pag. 444. & *Vide in Verbo* Vaſſallus.

Plenè probari debet ab allegante, dec. Senen. 21. n. 22. pag. 111.

Et quomodo probetur, dec. Senen. 28. §. unic. num. 87. & 93. pag. 175. & num. 94. pag. 176.

Reſervatio dominii penes venditorem operatur, ut Creditores emptoris nullum Jus ſuper illa re acquirant, dec. Flor. 48. n. 1. pag. 746.

DOMUS

Pro Laboratore, prædii appellatione continetur, dec. Sen. 21. n. 1. pag. 107. & *vide in Verb.* Prædium per tot.

DONATIO

Facta ſub conditione intra certum tempus purificanda, puta prolis ſuſcipiendæ, ea non purificata, reſolvitur, & datur regreſſus donanti ad bona donata, dec. Flor. 8. n. 1. pag. 361.

Et hæc reſolutio intrat ipſo jure, ibidem n. 23. pag. 365.

Amplia, ut ſi in tali conditione ponatur ſucceſſionis defectus, æquè comprehendatur caſus tam quo filii naſcantur, quàm quo nati decedant, d. dec. Flor. 8. n. 21. pag. 364.

Item amplia, ut hac non impleta conditione intra tempus conventum, donatio reſolvatur, etiamſi conjuges ſint adhuc Juvenes, & apti filios procreare, ibidem n. 21. & 22.

Et de ratione, ibid. n. 23.

Et contrarium procedant, ubi hæc conditio fuit indefinitè appoſita, quo caſu non dicitur defecta, donec valet eſſe ſpes prolis ſuſcipiendæ, d. dec. Floren. 8. num. 24. pag. 365.

Item amplia, ut iſta conditio referatur tam ad primum, quàm ad ſecundum matrimonium, cum ſolùm inſpiciatur tempus præfixum, ibid. n. 2. pag. 362.

Maximè ſi contrahentes uſi fuerint dictione *ita tamen*, quæ omnia præcedentia determinat, & ſic utrumque matrimonium complectitur, d. dec. Flor. 8. n. 3. pag. 362.

Et fortius ſi adhibitum ſit verbum *accaſan-*

doſi, quod ad primum matrimonium propriè refertur, & ad ſecundum ſtante verbo *di nuovo*, ibid. n.4.

Quòd ſi ex his, aliiſque conſtet, contrahentes loqui voluiſſe tam de primo, quàm de ſecundo matrimonio, terminus appoſitus reſolutioni donationis utrumque matrimonium qualificare debet, d. dec. Flor.8.n.5. pag.362.

Dicitur autem conſtare, eos loqui voluiſſe, etiam de primo matrimonio ex proprietate verborum, quibus uſi ſunt, ibidem num.6.

Item ex uſu loquendi Donatoris, qui intelligendus eſt in una parte donationis accepiſſe verbum *accaſandoſi* in eo ſenſu, in quo illud in alia accepit, d. dec. Flor.8. n.7. pag.362.

Item ex diſcretivo modo loquendi, ibidem num.8.

Non obſtante, quod verbum *accaſandoſi* ſit magis proximum diſpoſitioni factæ de ſecundo, quàm de primo matrimonio, d. dec. Flor 8. n.9. pag.362.

Quia relatio fit ad orationem, cui magis congruit, non attenta majori, vel minori proximitate, ibid. n.10.

Item ſi donatio appareat pro conſervatione, & propagatione familiæ, qui finis utrique matrimonio communis eſt, d.dec. Flor.8. n.11. pag.363.

Nec cauſa finalis talis donationis poteſt dici matrimonium, & expenſæ pro illo occurrentes, ſed filiorum procreatio, & matrimonium, conſideratum dumtaxat pro medio ad illos aſſequendos, ibid. num.12.

Præcipuè ſi non fuit conſideratum matrimonium certum, ſed in genere, dict. dec. Flor.8. n.13. pag.363.

Etiamſi facta fuerit donatio, ut condecentiùs Donatarius nuberet, ſeque ſuſtentaret, ibid. n.14.

Quamvis hæc verba ſint appoſita in proœmio donationis, quia cauſa de ſui natura impulſiva non evadit finalis ex eo, quod expreſſa ſit in proœmio, d. deciſ. Flor.8. n.15. pag.363.

Et in dubio cauſa matrimonii expreſſa in donationibus, non præſumitur finalis, ſed impulſiva, ibid. n.16.

Item de utroque matrimonio reſolutio ſecundæ donationis intelligenda eſt, ſi in prima donatione revocata, volita fuit ejuſdem reſciſſio ob non ſuſceptos filios intra certum tempus, tàm ex primo, quàm ex ſecundo matrimonio, d. dec. Flor.8. n.17. pag.364.

Quia voluntas expreſſa in antecedenti donatione, licèt reſoluta, benè inſervit pro declaranda voluntate dubia in ſecunda, ibid. n.18.

Et contrariæ Auctoritates in quibus terminis procedant, explicantur, ibid. n.19. & 20.

Juriſpatronatus, *vide in Verb.* Juſpatronatus verſ. donatio, & ſeqq.

Non præſumitur, dec. Senen.28. §. Unic. n.18. pag.165.

Oneroſa, & correſpectiva dicitur, nec indiget inſinuatione, ſi in ea apponatur onus aſſumendi cognomen abſque mixtura, dec. Flor.35. n.3. pag.605.

Etiamſi hæreditas ſit valde pinguis, ibid. n.4. & *vide in Verb.* Onus verſ. relinquendi.

Sed ſi reſpiciat ſolùm intereſſe Donatarii dicitur ſimplex, non autem oneroſa, & ob cauſam, deciſ. Flor.53. num.61. pag.802.

DOS IN GENERE

Alienatio bonorum in Forenſes permittitur cauſa dotis, non obſtante ſtatuto illam prohibente, dec. Senen.29. n.15. pag.103.

Sed quando hoc procedat, *vide in Verb.* Statutum quoad prohibitionem alienationis in forenſes verſ. non comprehendit.

Creditum dotis probatur ex ordinibus factis à dotante, in quibus ejus ſe debitorem fatetur, dec. Flor.51. num.1. pag 769.

Sed ſi tales ordines ſe referant ad capitula matrimonialia, ſine iſtorum exhibitione non probant, ibid. n.2.

Limita, ſi propriè non contineret relationem, ſed ſimplicem enunciationem, d. dec. Flor.51. n.3. pag.769.

Item limita, ſi certam, & determinatam contineant diſpoſitionem, nam tunc quamvis eſſent relativi, probant etiam abſque exhibitione relati, ibid. n.4.

Quia tunc referens probat ſine relato, d. dec. Flor.51. n.5. pag 769.

Auctoritates ſimiles, in terminis confeſſionis dotis ad aliam ſcripturam relativæ, adducuntur, ibid. n.6.

Et clauſula -- *ſervata forma capitulorum* --, appoſita in legato ejuſdem dotis, nihil ope-

operatur, ſi vir non agat vigore legati, ſed vigore ordinum, in quibus talis clauſula, & relatio non habetur, d. dec. Flor.51. n.7. pag.769.

Et tunc prætendens capitula matrimonialia continere formam diverſam, id probare debet, ibid. n.8.

Cum in dubio uniformitas præſumatur, donec ab illam impugnante capitula exhibeantur, d. deciſ. Florent.51. num.9. pag.769.

Et ex hac ratione, legata dote à Marito Uxori cum clauſula *juxta formam inſtrumenti dotalis*, ſi de hac non appareat, Uxor dotem conſequitur abſque alio onere, quàm liquidandi illius quantitatem, ibid. n.10.

Contrariæ Auctoritates declarantur procedere, quando ex culpa creditoris dotis capitula, ad quæ ſit relatio, non exhibentur, daturque fumus de contentis in eis, dicta deciſ. Flor.51. n.11. pag.769.

Exhibitionem ad obtinendam, exiſtentia capitulorum matrimonialium probanda eſt, & de quo tempore, & quomodo probata non dicatur, *vide in Verb.* Exhibitio, verſ. locus non eſt.

Filiæ etiam nubenti, patre contradicente, ſive nubat ante, ſive poſt 25. annum, debetur dos, dec. Senen.41. n.5. pag.265.

Favore dotis promiſſio de faciendo habetur pro obligatione perfecta, dec. Senen. 9. n.10. pag.51. & n.31. pag.54.

Fundus dotis, *vide in Verb.* Fundus dotalis.

Ob luxus excreſcentiam dotes modernis temporibus auctæ ſunt, dec. Flor.55. n.7. pag.818.

Subingreſſionem etiam abſque ceſſione obtinet, ſolvens in cauſam dotis, dec. Flor. 49. n.21. pag.759.

Quod ſpeciale eſt in dote, ibid. n.22.

DOS QUOAD ALIENATIONEM

Alienatio dotis non permittitur mulieri habenti extradotalia, dec. Senen.17. n.23. pag.92.

Alia de dotis alienatione, vel obligatione, *vide in Verb.* Mulier, *in Verb.* Solemnitates.

Alienandi facultas ex cauſa dotis appoſita limitativè ad præcedentem prohibitionem, intelligenda eſt in caſu, quo vigeret prohibitio, dec. Flor.31. num.15. pag.539.

Alia de alienatione ex cauſa dotis, *vide Verb.* Dos quoad remedium, Auth. res quæ.

DOS QUOAD SOLUTIONEM, ET NUMERATIONEM

Dotis ſolutio probatur ex effectuum dotalium alienationibus factis ab utroque Conjuge, vel à Muliere cum conſenſu Viri, dec. Flor.55. n.16. pag.820.

Quia nemo alienat, quod antea non habebat, ibid.

Etiamſi pretium ex alienationibus redactum utrique Conjugi inſimul fuerit ſolutum, d. deciſ. Flor.55. n.17. pag.820.

Quia adhuc intrat præſumptio, ut ad virum non ſola ejus medietas, ſed totum pervenerit, niſi doceatur pecunias verſas in utilitatem mulieris, ibidem, *& Vide latiùs in Verb.* Pecunia, verſ. ſoluta.

DOS QUOAD FRUCTUS

Conſtante matrimonio, dotis fructus pertinent ad virum, dec. Senen. 17. num.6. pag.90. & dec.207. §. unic. numer.50. pag.170.

Dotis æſtimatæ non debentur ab hæredibus Viri abſque interpellatione, dec. Senen. 28. §. unic. num.40. pag.168. & num.84. pag.174.

Præcipuè ſi mulier ſit Tutrix filiorum hæredum, quo caſu tenetur ſibi de dote ſatisfacere, aliàs eſt in culpa, nec poteſt fructus lucrari, ibid. n.43. pag.169.

Adeout, nec ſuffragentur inveſtimenta ab ipſa facta, quia adhuc priùs tenebatur ſibi ſolvere, & alia debita fructifera extinguere, d. dec. Senen.28. §. unic. n.44. pag.169.

Et quando debentur, compenſantur in totum cum alimentis, ab hæredibus Viri præſtitis, etiamſi fructus excedant quantitatem alimentorum, ibid. n.41. pag.168. & n.85. pag.174.

Etiamſi mulier relicta ſit à viro uſufructuaria, dicta dec. Senen.28. §. unic. n.42. pag.168.

Non præſumuntur à vidua cumulati, quando ex iis ali debet, deciſ. Senen.17. n.7. pag.90.

DOS QUOAD HYPOTHECAM

Hypotheca bonorum fideicommiſſi pro dote non incipit à die promiſſionis illius, ſed à die obitus fideicommittentis, licèt actionis exercitium ſuſpendatur ad tempus matrimonii, dec. Flor.52. num.16. pag.789. & dec. Flor.53. n.15. pag.796. & n.68. pag.803.

Et quidem tam favore filiarum, & neptum fideicommittentis, quàm omnium femi-

natum deſcendentium in infinitum, & donec durat fideicommiſſum, dicta deciſ. Flor 53. n.16. pag.796.

Adeout ab hac obligatione, contrario pacto, vel prohibitione, fideicommittens ſe, ſuaque bona eximere non poſſit, ibid. n.69. pag.803. & de ratione n.70.

Adducuntur in ſpecie Auctoritates favore fœminarum de Domo Sfortia, dec. Flor. 52. n.17. pag.789.

Nurus pro reſtitutione ſuæ dotis habet hypothecata omnia bona Soceri, dec. Flor. 53. n.2. pag.795.

Prout ei obligata remanent omnia bona de tempore contracti matrimonii à marito poſſeſſa, ibid. n.3.

DOS QUOAD PROMISSIONEM

Promiſſa in dotem quantitate, in certis bonis in ſpecie conſideratis perſolvenda, tam quantitas, quàm bona dicuntur ſtare in obligatione, deciſ. Flor. 46. num.3. pag.729.

Secùs ſi ſolutio promiſſa fuit in bonis in genere, ibid. & n.6. pag.730.

Maximè, ſi certa bona referantur non ad verbum executivum, ſed ad obligationem, ibid. n.4. *& vide late in Verb.* Commenda.

DOS QUOAD RESTITUTIONEM

Dotis reſtitutio retardari non poteſt ob creditum hæredis mobilium, incertum, & non juſtificatum, dec. Flor.55. n.26. pag.821.

Per dotis reſtitutionem mulieri factam reſolvuntur jura, & hypothecæ, quas habet ſuper re mariti, dec. Flor.23. n.23. pag.473.

Declara ubi debitor ſolverit ad effectum extinguendi creditum dotale, quo caſu ſtante reſolutione debiti, hypothecæ etiam favore ceſſionariorum conſtitutæ reſolvuntur, ibid. n.24.

Secùs ſi facta ſit à tertio animo reportandi Jurium ceſſionem, d. dec. Flor.23. ſub n.26. & n.27. pag.473.

Dotis reſtitutio potior eſt conſtitutione, quia mulier petens reſtitutionem agit de damno vitando, dec. Flor.52. n.25. pag.789.

Contra, quòd potior ſit cauſa dotis conſtituendæ, quàm reſtituendæ, ideò prius dos conſtitui, quàm reſtitui debeat ex fideicommiſſo, ibid. n.28. & de ratione, *vide in Verb.* Dos quoad hypothecam.

DOS QUOAD REMEDIUM AUTH. RES QUÆ.

Pro dote fœminarum deſcendentium alienari poſſunt bona fideicommiſſaria vigore *Auth. res quæ*, deciſ. Senen. 24. n.1. pag.133. & dec. Flor.52. n.1. pag.785.

Et multo magis competit Salvianum contra dicta bona, ad obtinendam ſolutionem ex fructibus, deciſ. Senen. 24. num.2. pag.134.

Et remedium aſſociationis vigore clauſulæ conſtituti appoſitæ in inſtrumento dotali, ibid. n.3. & 4.

Cujus quidem diſpoſitionis duæ principaliores ſunt rationes. Prima fundatur in legali neceſſitate, qua Teſtator, ſi viveret, teneretur fœminas deſcendentes dotare, dec. Flor.53. n.66. pag.803.

Altera in publico favore, & utilitate, cum Reipublicæ interſit, fœminas dotari ad conſulendum illarum honeſtati, & ut faciliùs matrimonia contrahantur, ibid. num.67.

Ampliatur primò concluſio, ut hoc remedium locum habeat tàm pro conſtituenda, quàm pro reſtituenda dote, dicta dec. Flor. 53. num.2. pag.795. & dec.55. n.13. pag.819.

Sed quoad reſtitutionem, declara habere locum ſolùm pro quantitate, quæ verè, & effectivè docetur ſoluta, & non ſufficere confeſſionem de recepto factam à Marito, dicta deciſ. Flor.55. num.14. pag.819.

Niſi confeſſio eſſet adminiculata, ibidem n.15. pag.820.

Item declara, niſi mulier conſenſum præſtitiſſet alienationi bonorum dotalium, vel liberorum, quia tunc amiſiſſet jus agendi contra bona fideicommiſſaria, dicta dec. Flor.53. num.21. pag.821.

Subdeclara, dummodo probetur mulierem ſcientiam fideicommiſſi habuiſſe, & quod illud abſorberet omnia bona Mariti; ſecùs contra, ibid. n.22.

Et in dubio ignorantia in ea præſumitur, d. dec. Flor.55. n.23. pag.821.

Maximè ſi agatur de Familia Magnatum antiquiſſima, ibid.

Ampliatur ſecundò, dictum remedium habere locum etiam pro antephato, ibid. n.27. pag.822.

Item pro veſtibus lugubribus, dicta deciſ. Flor.55. n.48. pag.824.

Ampliatur tertiò, ut habeat locum tam in fidei-

fideicommiſſo puro, quàm conditionali, & tam in univerſali, quàm particulari, dec. Flor. 53. n. 1. pag. 795.

Ampliatur quartò, etiam in Primogenitura, vel fideicommiſſo ordinato in contractu, ibid. n. 20. pag. 797. & num. 50. pag. 801.

Et contrarium ſentientes rejiciuntur, remiſſivè, dicta deciſ. Flor. 53. ſub n. 20. pag. 797.

Reſtringe ampliationem, quando contractus eſt oneroſus, & ultro, citroque obligatorius, quia tunc in eo locum non habet diſpoſitio *Auth. res quæ*, dicta dec. Flor. 53. num. 21. pag. 797.

Et dicitur oneroſus, quando deſcendentes unius lineæ habent onus reſtituendi deſcendentibus alterius, ibid. n. 22.

Item quando ab ipſo contractus initio uterque contrahens, ejuſque deſcendentes receperunt invicem pretium, unus nempè ceſſionis factæ, & alter oneris reſtitutionis faciendæ, ibid.

Præſertim ſi caſus reſtitutionis evenit, cum tunc ſpes ſuccedendi, quæ à principio erat incerta, poſtea ad effectum redacta, dicatur continere cauſam oneroſam, & habeat quandam ſpeciem emptionis, & venditionis, dicta dec. Flor. 53. num. 23. pag. 796.

Declara reſtrictionem, dummodo contractus ſit oneroſus in totum, ſecus ſi habeat etiam lucrum admixtum, ibid. num. 24. pag. 798. & n. 58. pag. 802.

Et lucrum admixtum continere dicitur fideicommiſſum conventionale, & reciprocum, dicta dec. Flor. 53. n. 25. pag. 798.

Quia tunc onus reſtituendi impoſitum deſcendentibus unius lineæ compenſatur cum ſpe retinendi omnia bona ob alterius lineæ prædeficientiam, ibid.

Et hoc ſufficit ad hunc effectum, & de ratione, d. dec. Flor. 53. num. 26. & 27. pag. 798.

Potiſſimè quia de eſſentia cauſæ oneroſæ requiritur, ut quis tantum receperit, quantum dedit, ibid. n. 28.

Quæ idcircò, ut verificetur, requiritur ſpem ſuccedendi à principio conſideratam tanti valere, quanti id, quod donatur, d. dec. Flor. 53. n. 29. pag. 798.

Quippè ad excludendum titulum lucrativum debet tam ex parte dantis, quàm recipientis ſervari omnimoda æqualitas, aliàs in exceſſu titulus dicitur lucrativus, ibid. n. 30. pag. 799. & de ratione, ibid. n. 41. pag. 800.

Et quod non dicatur adeſſe æqualitas, quando quis ceſſit prætenſiones ſuper notabili quantitate bonorum, & è converſo ſolùm reportavit incertam ſpem ſuccedendi in bonis ceſſis, & Ceſſionarii, non liberè, ſed cum gravamine reſtituendi, d. dec. Flor. 53. n. 28. pag. 798.

Niſi tamen annuus redditus bonorum, ad cedentem reverſorum, eſſet adeò pinguis, ut compenſaret bona, & prætenſiones præcedenter ceſſas, ibid. n. 31. pag. 799.

De qua tamen coæquatione, & compenſatione conſtare debet, d. dec. Flor. 53. n. 32. pag. 799.

Et ceſſat hæc probatio coæquationis, ſtante incerta eventualitate lucri, ibidem num. 33.

Nam licèt etiam ea, quæ ab incerto eventu dependent, ſint pretio æſtimabilia, d. dec. Flor. 53. n. 34. pag. 799.

Tamen hoc procedit, ſtante ſpe fundata, & probabili, ibid. n. 35.

Quo etiam caſu minùs æſtimatur res ſperata, & dependens ab incerto eventu, quàm alia modici valoris, & quæ de præſenti traditur, d. dec. Flor. 53. n. 36. pag. 799.

Proindeque parùm eſt conſiderabilis ſpes illa incerta reſultans ex reciproca donatione, ibid. n. 37.

Subdeclara reſtrictionem, ut ad effectum dignoſcendi, an cauſa ſit lucrativa, vel oneroſa, conſiderari debeat lucrum, & utilitas ipſius fœminæ, quæ de fideicommiſſo ordinato in contractu dotanda eſt, dict. deciſ. Florent. 53. num. 38. pag. 799.

Item ſubdeclara, ut non ſit quoad omnes oneroſus, licèt ſit correſpectivus inter primos contrahentes, quia fideicommiſſum reciprocè ordinatum à duobus fratribus, duas continet donationes, unam, quæ à quolibet ipſorum ſit propriæ ſoboli, alteram, qua unus alteri donat, ibid. n. 39. pag. 800.

Et in hoc caſu diſpoſitio in ea parte, in qua quilibet frater vocat ſuos deſcendentes eſt merè lucrativa, d. dec. Flor. 53. n. 40. & de ratione n. 41. pag. 800.

Nec implicat, ut idem contractus in uno caſu, ejuſque initio inſpecto, ſit oneroſus, in altero verò caſu, & inſpecto progreſſu, ſit lucrativus, ibid. n. 42.

Prout

Prout evenit in donatione, & fideicommiſſo reciproco, d. dec. Flor.53. n.43. pag.800.

Item in pacto de lucranda dote, ibidem num.44.

Item in donatione facta intuitu matrimonii, & favore prolis, dict. dec. Flor.53. num.45. pag.800.

Qui omnes contractus idcircò ſubjacent diſpoſitioni *Auth. res quæ*, & detractioni legitimæ, ibid. num.46. pag.800. & n.76. pag.804.

Ampliatur quinto concluſio de detrahenda dote ex fideicommiſſo ordinato in contractu lucrativo, etiamſi appoſita fuiſſet expreſſa prohibitio alienandi ex cauſa dotis, dict. dec. Floren.53. n.51. pag.801.

Contra, ſi talis prohibitio fuit pars pretii contractus, veluti quia alter ſine tali prohibitione non contraxiſſet, ibidem n.54. pag.801.

Afferuntur auctoritates firmantes, in caſu expreſſæ prohibitionis ex cauſa dotis non eſſe locum detractioni ejuſdem ex fideicommiſſo ordinato in contractu, d.dec. Flor.53. n.55. pag.801.

Declara id ſolùm procedere, quando bona proveniunt ab eo, qui prohibitionem appoſuit, nam tunc ſicuti poterat non donare, ita & poteſt cum ea lege donare, ne fœminæ dotentur, ibid. num.56. pag.802.

Secùs quando bona proveniunt ab aſcendente ſimul, & collaterali, vel extraneo d. dec. Flor.53. n.57. pag.802.

Iſto enim caſu dos ſemper detrahi poteſt ex bonis proprii ſtipitis, ibid. num.59. pag.802. & de ratione à n.66. uſque ad n.77. pag.803.

Auctoritates in contrarium adductæ declarantur remiſſivè, d. dec. Flor.53. n.58. pag.802.

Et multo minùs non obſtat prohibitio expreſſa detractionis dotis, ceſſante intereſſe collateralis, ibid. n.61. pag.802.

Tunc enim intereſſe aſcendentis, qui ſolùm ſupereſt, ſufficiens non eſt ad privandas fœminas detractione dotis, d. dec. Flor.53. n.64. pag.802.

Maximè ſi in deſcendentibus ceſſaverit etiam finis volitus à fideicommittente, propter quem facta fuit prohibitio, ibid. n.65.

Ampliatur ſextò, dictum remedium habere locum etiam in bonis primogenialibus, dec. Flor.54. n.35. pag.813.

Non obſtante contraria prohibitione Teſtatoris, ibid. n.36.

Etiamſi bona eſſent juriſdictionalia, & haberent annexum titulum dignitatis, quia quo major eſt dignitas Primogenitii, eo magis decet fœminas dotari, d. deciſ. Flor.54. n.37. pag.813.

Declaratur primò concluſio principalis, quòd ad effectum, ut ſit locus dicto remedio ſubſidiario, neceſſario probanda ſit deficientia aliorum bonorum liberorum, deciſ. Florent.51. numer.24. pag.772.

Et onus illam probandi ſpectat ad agentem pro ſolutione dotis, quando hæc ſolùm promiſſa fuit, vel debita, ibid. n.25.

Secùs ſi jam foret ex fideicommiſſo detracta, cum tunc onus probandi exiſtentiam aliorum bonorum liberorum, ſpectet ad fideicommiſſarium, d. dec. Flor. 51. n.26. pag.772.

Extende, ut de deficientia bonorum liberorum conſtare debeat, etiamſi in fideicommiſſo appoſitum fuerit præceptum dotandi fœminas in ſubſidium, ibid. num.27.

Prout aliàs præceptum dotandi fœminas intelligendum foret de Jure, d. dec. Flor.51. n.28 pag.772.

Sive ageretur de diſpoſitione facta ab aſcendente, ſive ab extraneo, ibid. numer.29.

Hæc autem deficientia aliorum bonorum ad effectum, de quo agitur, ſatis juſtificata remanet, ſi probetur, vel notoria ſit inopia Patris de tempore matrimonii, d. dec. Florent.51. num.30. pag.773.

Item probatur deficientia de tempore mortis ex inventario, quod negativam aliorum bonorum probat, ibid. n.31.

Prout è converſo exiſtentia aliorum bonorum liberorum probata remanet ex eorum deſcriptione in Inventario, d. dec. Flor.51. n.32. pag.773.

Et an, & quando ſuffragetur Inventarium ad effectum probandæ hujuſmodi negativæ, *vide in Verb.* Inventarium, verſ. mobilia, & verſ. Validum.

Quando autem ex Inventario conſtat de negativa exiſtentiæ aliorum bonorum, tunc facienda non eſt excuſſio de bonis liberis, d. dec. Flor.51. n.75. pag.779.

Prout

Prout facienda non eſt, ſi bona ſint litibus intricata, vel penès tertios reperiuntur, ibid. n.76. pag.779. & n.86. pag.781.

Declaratur ſecundò, tali remedio ſubſidiario non eſſe locum, quando dotanda habet bona materna, d. dec. Flor.51. n.90. pag.781.

Contra ibidem n.91. pag.782.

Quæ ſecunda opinio multo magis procedit, concurrente præcepto Teſtatoris congruè dotandi fœminas, d. dec. Flor. 51. n.92. pag.782.

Et de ratione hujus ſecundæ opinionis, ibid. à n.93. uſque ad nu.98. pag.782. & 783.

Et prima opinio ſolùm procedere poteſt quando bona materna jam filiæ dotandæ obveniſſent, non autem quando mater viva eſt, & ab ea bona dotalia poſſidentur, d. dec. Florent.51. num.98. pag.783.

Potiſſimè quando bona materna ſunt litigioſa, & reperiuntur penès tertios, ibid. num.99.

Declaratur tertiò, detractionem ex bonis fideicommiſſi vigore dictæ *Auth. res quæ* locum habere ſolùm reſpectu portionis proprii parentis, dec. Flor.52. num.2. pag.786.

Secùs reſpectu aliarum ſpectantium ad alios columnellos, vel collaterales, quæ obnoxiæ ſunt ſolùm dotibus propriarum filiarum, ibid. n.3. & n.14. pag.787.

Maximè ſi Teſtator à principio diviſit lineas, d. dec. Flor.52. n.4. pag.786.

Etiamſi bona in hæreditate Patris non extent, ſed reperiantur in tertios alienata, contra quos potius mulier agere debet, quàm contra alium Columnellum, ibid. n.5.

Subdeclara declarationem procedere, quando portio collateralis adhuc penès eum exiſtit, ſecùs ſi per mortem iſtius conſolidata ſit in vim reciprocæ cum portione Patris, d. dec. Flor.52. n.5. pag.786.

Nam tali caſu omnia bona apud Patrem, vel alium ad id obligatum conſolidata, conſtitutioni, & reſtitutioni dotis ſunt obnoxia, ibid. num.10. pag.787. & n.19. pag.788.

Contraria opinio reprobatur, d. dec. Flor. 52. n.7. pag.786.

Et prima verior, & receptior dicitur, ibid. n.8. pag.787.

Et de ratione, ibid. n.9.

Contra declarationem, quòd etiam quando utraque portio non eſt in eadem perſona conſolidata, tamen ſi portio dotare debentis non eſt ſufficiens, agi poſſit contra bona alterius columnelli, vel collateralis, d. dec. Flor.52. n.12. & 13. pag.787. ubi de ratione.

Sed prima opinio verior, ibid. n.14.

Et contrariæ Auctoritates in quibus terminis procedant, declaratur, ibid. n. 15. & 16.

Illa tamen limitatur, primò quando collateralis eſſet conſanguineus proximus, & de jure obligatus ad dotandum, d. dec. Flor.52. n.17. pag.788.

Limitatur ſecundò, quando fideicommiſſo adjectum fuiſſet præceptum dotandi fœminas, directum indiſtinctè ad omnia bona, & ad omnes cujuſcumque lineæ gravatos, ibid. n.18.

Sed duplex hæc limitatio non recipitur in dotis reſtitutione, d. dec. Flor.52. n.20. pag.788. & n.23. pag.789.

Et de ratione diverſitatis, ibid. num.22. & ſeq. pag.788. & n.24. pag.789.

Limitatur primò principalis concluſio in fideicommiſſo tranſverſali, in quo locum non habet remedium *Auth. res quæ C. Commun. de legat.* dec. Flor.17. num.42. pag.426. & deciſ. Florent.53. num.4. pag.795.

Sed limitatio non procedit, ſi ordinatum ſit ab uno ex fratribus, tamquam capite totius familiæ, ſuper bonis ab omnibus collatis, & ad unum patrimonium redactis pro majori familiæ ſplendore, quod regulandum venit ad terminos fideicommiſſi aſcendentalis, dec. Flor.52. n.29. pag.789.

Maximè ſi non agatur de bonis inter fratres diſtributis, ſed de aſſignatis aſcendenti, cujus deſcendentes quamvis plures columnellos conſtituant, ad modum tamen unius conſiderantur, ibid. n.30. pag.790.

Sed hæc procedunt, quando bona, per donationem factam à Tranſverſali, effecta fuerunt, ante ordinationem fideicommiſſi, patrimonium aſcendentis, nam tunc fideicommiſſum ab iſto ordinatum dici deberet aſcendentale, d. dec. Flor.52. n.31. pag.790.

Secùs quando donatio facta fuit ab aſcendente ſimul, & aliis fratribus tranſverſa-

ſa-

libus alteri tranſverſali, qui ſuper bonis donatis fideicommiſſum conſtituit, ibid. num. 31.

Hoc enim caſu fideicommiſſum, pro portione dumtaxat ab aſcendente collata, dicitur aſcendentale, in aliis verò portionibus ab eo non provenientibus dicitur tranſverſale, d. dec. Flor. 52. n. 35. pag. 790.

Item non procedit limitatio in primogenitura à tranſverſali ordinata, ſed conſtituta ex bonis etiam aſcendentis, quippè quæ pro illorum parte reputanda eſt aſcendentalis, dec. Flor. 53. n. 5. pag. 795. & n. 10. 11. & 12. pag. 796., ubi de fideicommiſſo domus Sfortiæ.

Maximè ſtante pacto reverſionis omnium bonorum ei ſubjectorum ad lineam aſcendentis, cujus pacti vigore dicitur ſuper bonis reverſis ordinata primogenitura ab aſcendente renunciante per organum tranſverſalis renunciatarii, ibid. n. 7. pag. 796.

Bona enim vigore pacti precedentis ad renunciantem reverſa illi acquiruntur, & de illius hæreditate conſiderantur. d. dec. Flor. 53. n. 8. pag. 796.

Adducuntur Auctoritates Rotæ Florentinæ in ſubjecta materia, ibid. n. 9.

Inter bona autem conſtata ab aſcendente connumeratur pretium præventivæ renunciationis ab eo factæ lineæ tranſverſali cum hoc, quòd iſta deficiente bona renunciata ſimul cum aliis revertantur ad lineam renunciantis, d. dec. Flor. 53. num. 6. pag. 795.

Prout etiam aſcendentalis dicitur primogenitura, quæ condita fuit ſuper bonis ab aſcendente donatis tranſverſali cum hoc, ut primogenituram ordinaret, ibidem num. 13.

Eoque fortius, ſi bona in antiquiore fideicommiſſo fuiſſent aſſignata aſcendenti, d. dec. Flor. 53. n. 14. pag. 796.

Hoc enim caſu, regulando voluntatem à poteſtate, cenſendus non eſt gravatus voluiſſe deinde talia bona fideicommiſſo tranſverſali ſubjicere, & fœminis ab ipſo deſcendentibus quoad dotem præjudicare, ibid. n. 17.

Quia gravatus non poteſt ordinando novum fideicommiſſum præjudicare vocatis, aut aliter jus habentibus vigore antiquioris fideicommiſſi, d. dec. Flor. 53. n. 18. pag. 796.

Prout nec poteſt dotis, ex fideicommiſſo antiquiore debitæ, detractionem prohibere in novo fideicommiſſo, ibid. n. 77. pag. 804.

Et regula eſt generalis in hac materia, ut ſpectandum ſit à quo originaliter bona proveniant, & de ratione, d. dec. Flor. 53. n. 19. pag. 797.

Limitatur ſecundò principalis concluſio in bonis feudalibus, quæ pro conſtitutione, vel reſtitutione dotis diſtrahi nequeunt, quando non ſunt hæreditaria, ſed ex pacto, & providentia, dec. Flor. 54. n. 2. pag. 807. & n. 19. pag. 810.

Maximè verò ſi ſint maſculina, ibid. n. 26. pag. 812.

Et ex quibus maſculinitas excludatur, ibid. n. 27. & ſeqq. pag. 812., *& vide in Verb. Feudum, verſ. maſculinum.*

Contrariæ Auctoritates declarantur, & rejiciuntur, dicta deciſ. Flor. 54. numer. 2. pag. 807.

Ex quibus reſultet feudalitas bonorum, vel allodialitas, ibid. à num. 3. uſque ad n. 18. pag. 808. 809. 810.

Declara limitationem non procedere, concurrente contraria conſuetudine loci, familiæ, aut Domini, dotandi fœminas ex bonis feudalibus, dicta dec. Flor. 54. n. 20. pag. 810.

Item declara non procedere, in feudis ex pacto, vel ex ſui natura alienabilibus, & ad extraneos tranſitoriis, ibid. n. 21. pag. 811.

Item declara, niſi fœminæ eſſet in inveſtitura, vel conceſſione feudi comprehenſa, d. dec. Flor. 54. n. 22. pag. 811.

Vel niſi agatur de pretio feudi, quod non eſt feudale, d. dec. Florent. 54. n. 14. & ſeqq. pag. 809.

Vel niſi adeſt Statutum permittens bona feudi poſſe alienari pro dote, ibidem num. 23.

Prout tale Statutum adeſt Romæ, d. dec. Flor. 54. n. 24. pag. 811.

Quod Statutum Romæ attendi debet etiam Florentiæ, ſi pretium feudi venditi ex deſtinatione, & conventione Partium reinveſtiendum ſit Romæ, dicta deciſ. Flor. 54. ſub n. 24. pag. 811.

Quia in concernentibus nomen debitoris non attenditur Statutum loci contractus, ſed deſtinatæ ſolutionis, ibid. n. 25.

Et an in caſibus, in quibus feudum pro dote alienari poteſt, individuitas ejuſdem

ſit impedimento nec ne, & ex quibus dividuitas deſumatur, *vide in Verb.* Feudum verſ. dividuum.

DOS QUOAD COMMENDAS

De Dote Commendarum, *vide in Verb.* Commenda, *& in Verb.* Redditus.

DOS QUOAD CONGRUAM TAXATIONEM

Congrua eſſe debet, quæ detrahitur ex fideicommiſſo, non autem exceſſiva, dec. Flor. 55. num. 1. pag. 817.

Exceſſivitas autem regulariter non præſumitur, ſed ab allegante plenè, & concludenter probari debet, dec. Senen. 24. num. 19. & 20. pag. 137. & dec. Flor. 55. n. 2. pag. 818.

Idque per oſtenſionem inſufficientiæ patrimonii, ſervata æqualitate omnium dotium, deciſ. Senen. 24. num. 18. & 21. pag. 137.

Maximè ſi in contrarium urgeant præſumptiones pro illius congruitate, deciſ. Flor. 55. n. 3. pag. 818.

Congruitas autem metiri debet de tempore præciſo dotationis, dec. Flor. 6. n. 13. pag. 355.

Et deſumitur ex Partis judicio, qui eam taxarit, ibid. n. 5. pag. 353., & dec. Flor. 55. n. 4. pag. 818.

Quia ad dotem filiabus taxandam judicium paternum, quàm maximè attenditur, dec. Senen. 24. n. 13. pag. 135.

Item ex qualitate, & conſuetudine loci, in quo mulier nupta fuit, ibid. num. 14. pag. 136. & dec. Flor. 6. num. 18. pag. 354.

Item ex qualitate Viri, ejuſque lucrorum, exercitio, & facultatibus, d. dec. Senen. 24. n. 15. pag. 136.

Item ex exercitio lucroſo Fratrum Mariti, ibid.

Item ex ſolito utriuſque Familiæ, & Patriæ tàm Mariti, quàm Uxoris, dec. Flor. 6. num. 7. pag. 354. & dec. Flor. 55. num. 5. pag. 818.

Quia conſuetudo, & ſolitum conſtituendi dotes ſimilis quantitatis in familiis omnem exceſſus dotis ſuſpicionem avertit, dicta deciſ. Flor. 55. n. 6.

Sed ſi dotes aliis de familia aſſignatæ ſint ex bonis liberis, quod ex illis ſolitum deſumi non poſſit, pro regulandis aliis detrahendis ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, ibid. n. 8.

Quia dotes ſubſidiariæ limites puræ neceſſitatis excedere non debent, ibid.

Contra ſi fideicommittens præcepit, fœminas congruè dotari, nam tunc congrua dos non diceretur, ſi eſſet minor quantitate tradita aliis fœminis de familia, dicta deciſ. Flor. 55. n. 9. pag. 819.

Etiamſi pro tali dote congrua aſſignanda, totum fideicommiſſum eſſet neceſſarium, ibid. n. 10.

Maximè ſi gravatus ultra filiam dotandam alias non habeat, dicta deciſ. Flor. 55. n. 11. pag. 819.

Sed hoc intellige quoad portionem columnelli conſtituentis, vel reſtituentis dotem; Secùs quoad portionem columnelli alterius cohæredis, dec. Senen. 24. n. 23. pag. 137. & dec. Flor. 55. num. 11. pag. 819.

Et quando etiam contra Columnellum alterius cohæredis agi poſſit pro dote ſubſidiaria, *vide in Verb.* Dos quoad remedium Auth. res quæ, in tertia declaratione verſ. limitatur ſecundo.

Item arguitur congruitas ex taxatione Statuti dec. Flor. 6. n. 9. pag. 354.

Item ex commenſuratione cum legitima, ibid. n. 6.

Nec ad excludendam congruitatem conſiderantur bona, à quibus Mulier eſt excluſa, d. dec. Flor. 6. n. 10. pag. 354.

Prout nec jura, quæ de tempore dotationis ſunt omninò incerta, ibid. nu. 15. pag. 355.

Exceſſiva dici non poteſt ex quo alteri Sorori data fuerit minor dos, ſi iſta nupta fuit in loco inferiori, dec. Senen. 24. n. 16. pag. 136.

Et dotis exceſſivitatem prætendens agere debet contra prætenſam exceſſivè dotatam per reductionem ad æqualitatem, ibid. n. 21. pag. 137.

Sed hæc exceptio exceſſivitatis dotis, quieſcentibus intereſſe habentibus, non valet per tertium allegari, d. dec. Sen. 24. n. 17. pag. 137.

Taxatio non impeditur ex ſimplici timore inſufficientiæ bonorum, quia illa defecta non implicat, quòd dos etiam aſſignata reducatur, ibid. n. 22.

DUBIETAS

In dubietate facti lex indulget Judici arbitrium, dec. Sen. 14. n. 4. pag. 70. & deciſ. Sen. 50. n. 34. pag. 307.

Et illud fundari debet in veriſimilitudine, & rationabilitate, d. dec. Sen. 14. n. 6. pag. 71.

Bbbbbb CE-

E

ECCLESIA

AN veniat appellatione filii ad hoc, ut fruatur beneficio *Textus in l. cum Avus ff. de Condit. & Demonſtrat.*, dec. Flor.38. n.17. pag.847.

Et an appellatione filiorum legitimorum, & naturalium, ibid. n.20.

Conſtructio Eccleſiarum pertinet ad habentem jura Epiſcopalia, dec. Flor.33. §.3. n.20. pag.588

Et demandata Abbati ex lapſu temporis, & obſervantia favore Abbatis, & quaſi poſſeſſione præſumitur, ibid. n.25.

In Eccleſia SS. Vincentii, & Anaſtaſii Urbis in Trivio fons baptiſmalis de anno 1569. fuit prohibitus retineri, eidemque ſolum fuit reſtitutus de anno 1673. dec. Flor.26. n.6. pag.493.

Patronus quando alimenta præſtare tenetur, debet illa præſtare etiam uxori, ejuſque familiæ, dec. Sen.41. num.8. pag.266.

Præſcriptio 40. annorum currit contra Eccleſiam, & illius credita extinguit, deciſ. Flor.24. n.44. pag.483.

De Eccleſia quoad collationem per concurſum, *vide in Verb.* Concurſus quoad Parochias.

ECCLESIASTICI

Non præſumuntur negligentes in proprio officio, & tuitione jurium Conventus, & Eccleſiæ, dec. Floren. 24. numer. 49. pag.483.

EDITIO

Librorum, vid. in Verb. Exhibitio, *& in Verb.* Libri verſ. qui Libros.

EDUCATIO, EDUCATUS

Judicis determinationi relinquitur penes quem perſonæ ali, & educari debeat, dec. Sen.48. n.11. pag.294.

Et hoc arbitrium, ſeu determinatio regulari debet ex eo, quod veriſimiliter feciſſet Pater, ſi viveret, d. dec. Sen.48. n.13. pag.294.

Hoc tamen facere debet Judex, cauſa cognita, ibid. n.17.

Educatus longo tempore penes aliquem, & benè tractatus, apud eum relinquendus eſt, nec exponendus periculo, & incertitudini, an benè tractetur ab alio, dict. dec. Senen.48. n.7. pag.293., *& vide in Verb.* Tutor.

EMPHYTEUTA

Non ſolvens canonem, licèt ipſo jure incurrat caducitatem, tamen hæc caducitas à ſolo Domino allegari poteſt, deciſ. Sen.20. n.11. pag.102.

Refectio, & reparatio rei emphyteoticæ ſpectat ad Emphyteutam, dec. Flor.20. n.2. pag.443.

EMPTOR

Ante retractum an ſit Dominus, & quæ facere poſſit in re empta, dec. Sen.3. n.40. & 41. pag.17.

A quo bona retrahuntur, eſt tutus, nec in damno dici poteſt, cum retrahens teneatur ſolvere totum pretium ab eo exburſatum, ibid. n.56. pag.20.

Emptor à Clerico poteſt, & debet pro ſuo intereſſe vicino facere denunciationem, quamvis Statutum illam injungat venditori, etiamſi denunciatio requiratur pro forma, dict. dec. Senen.3. num.45. pag.18.

Aliàs ſubiicitur retractui, ibid. num.47., *& vide in Verb.* Retractus.

Fructus recompenſativos, an & quando ſolvere teneatur, *vide in Verb.* Fructus verſ. recompenſativi.

Hæreditatis non dicitur deliberatarius Jurium tantùm activorum, ſed etiam paſſivorum, dec. Senen.15. num.11. pag.75. *& Vide in Verb.* Hæreditas verſ. appellatione.

Non ſervans formam à Statuto requiſitam de ſe ipſo, non de Statuto conqueri debet, dec. Sen.3. n.46. pag.18.

Poſterior præfertur priori, quando illi priùs res tradita fuit, dec. Senen.9. nu.37. pag.55.

Rei fideicommiſſo ſubjectæ impoſſibile videtur, quòd omiſerit requirere conſenſum illius, qui principaliter intervenire debuiſſet ad evitandum periculum evictionis, & reddendi fruſtratoriam gratiam derogationis, dec. Flor.26. numer 41. & ſeq. pag.499.

Prout inveriſimile eſt, quòd ementes vigore derogationis fideicommiſſi cum conditione vocandi proximiores, iſtorum exiſtentiam ignoraverint, quando emptores plures ſunt, & exiſtentia aſſerti proximioris prætenditur ubique locorum nota, ibid. n.52. pag.500.

ENS

Ex pluribus non entibus aliquod ens conſtitui non poteſt, dec. Flor.29. nu.39. pag.529.

ENUN-

ENUNCIATIVA

Antiqua an ſit, dignoſcitur computando tempus uſque ad diem, quo lis, ſeu prætenſio mota fuit, adeo ut tempus motæ litis detrahatur, dec. Flor.27. n. 19. pag.508.

Limita, quando inſtrumenta enunciantia non ſunt principale fundamentum cauſæ, ſed fuerunt deducta in progreſſu litis incidenter, ibid. n.31.

Declara limitationem procedere, ubi agetur de recognitione inſtrumenti denegandi, vel admittendi, non obſtante lapſu temporis, d. dec. Flor.27. nu.32. pag.508.

Quia recognitio inſtrumenti in judicio, ſi à Parte non opponatur, neceſſaria non eſt, ibid.

Sed non procedit, quando quis quis principaliter pro fundanda ſua intentione producit inſtrumenta, quæ debent probare id, quod à Judice petitur de tempore motæ litis, d. dec. Flor.27. n.33. pag.509.

Alias eſſet in poteſtate cujuſque, differendo productionem inſtrumenti, illi dare robur, quod tempore litis motæ non habebat, ibid. n.34.

Et maximè ſi inſtrumenta, tamquam non concludentia, per ſententias in judicatum tranſactas fuerunt rejecta, nam tunc eo minus ex lapſu temporis poſt ſuccumbentiam, acquirunt perfectionem ad retractandas res judicatas, d. dec. Flor.27. n.35. pag.509.

Brevis unius Pontificis in brevi alterius poſtea emanato, ſufficit ad probandam brevis enunciati veritatem, & legalitatem, deciſ. Florent.33. §.3. num.14. pag.587.

Maximè ſi illud fuit obſervatum, ibidem num.15.

Licèt non ſit impreſſum in Bullario, dict. dec. Flor.33. §.3. n.16. pag.587.

Dummodò exhibeatur illius ſumptum, legitimè extractum ab Archivio, ibidem num.17.

Emiſſa ad alium finem non probat, dec. Sen.11. n.23. pag.63.

Filiationem contra tertios, non habentes cauſam ab enunciante, non probant, quidquid ſit inter eaſdem perſonas, & habentes ab eis cauſam, dec. Flor.27. n.20. pag.507., *vide latè in Verb.* Filiatio verſ. nec per enunciativas.

Notariis per errorem factæ non debent præjudicare, dec. Floren.33. §.2. num.15. pag.578.

Non probant contra ultimum Statum Beneficii, dec. Flor.45. §.2. n.10. & ſeqq. pag.717., *& vide in Verb.* ultimus ſtatus, *& in Verb.* Commendatarius.

EPISCOPUS.

Aſſiſtentia juris non ſuffragatur Epiſcopo in loco exempto, qui probatur ſpectare Abbati inferiori cum juriſdictione quaſi Epiſcopali dec. Flor.33. §.3. num.84. pag. 597., *& vide materiam in Verb.* Abbas.

Collatio Sacrorum Ordinum, conſecratio Baſilicarum, & confectio Chriſmatis, ſpectant ad Epiſcopum, vel alium habentem jura Epiſcopalia, dec. Flor.33. §.3. n.10. pag.586

Conſenſus Epiſcopi, vel alterius Ordinarii non requiritur in tranſlatione juriſpatronatus cum univerſitate bonorum, dec. Sen.15. n.9. pag.75. *& vide in Verb.* Juſpatronatus verſ. Hæreditarium.

Item quando transfertur per viam legati, non requiritur, quod ſtatim interveniat, ibid. num.21. pag.77.

Sed ſufficit confirmatio ſuperveniens, quæ validat translationem, d. dec. Senen.15. n.22. pag.77.

Et retrotrahitur ad diem facti legati, ibid. num.25.

Compelli poteſt ad hunc conſenſum præſtandum, non exiſtente juſta cauſa denegationis, d. dec. Sen.15. §.2. num.38. & 39. pag.79.

EPISTOLA.

Alieni ſcripta probat in eo ſcientiam ejus, quod in illa continetur, dec. Senen.50. n.22. pag.305. *& vid. in Verb.* Conductor verſ. præſumitur, *& in Verb.* Scientia verſ. præſumitur.

Hortativa, & conſultiva procedens à credulitate ſcribentis nihil probat contra ipſum, dec. Flor.32. n.47. pag.558., *& vide latè materiam in Verb.* Litteræ commendatitiæ.

Nihil ponit in eſſe Epiſtola, in qua ſcribens ſe remittit juris diſpoſitioni, vel conſuetudini, niſi Judex declaret, quid de jure, vel conſuetudine ſit ſtatuendum, ibid. n.46.

Non recognita non probat, dec. Flor.29. n.23. pag.527.

Nec præjudicat tertiis, à ſcribentibus cauſam non habentibus, ibid. n.24.

Verùm ſi ſit ſaltem extrajudicialiter recognita, aliiſque adminiculis fulciatur, recipitur ad effectum adminiculandi, dec. Flor.26. n.26. pag 496.

Stirpes ab illis de familia an, & quatenus filiationem probet, nec ne, *vide latè in Verb.* Filiatio verſ. nec per epiſtolas.

Contractus initi per epiſtolam perficiuntur in loco, in quo recipiuntur epiſtolæ, dec. Flor.32.n.57. pag.559.

ERROR

Ad effectum revidendi rationem jam redditam, clariſſimis, & perſpicuis probationibus juſtificari debet, dec. Senen. 28. num.2. pag.158.

Et probatus in una Partita influit in totam redditionem rationis, adeout nova redditio peti poſſit, dicta dec. Senen.28. §. unic. n.45. pag 169. & n.65. pag.172.

Sed ex quibus excludatur, *vid. in Verb.* Rationis redditio verſ. ſemel facta.

Concludentiſſimè ab allegante probari debet, dec. Senen.42. n.16. pag.272.

Maximè quando allegatur contra inſtrumentum, in quo Partes juraruns omnia in eo contenta eſſe vera, dec. Senen.1. n.2. pag.2.

Confeſſionis judicialis reiteratæ oſtendi debet per probationes evidentiſſimas, & non per æquivocas, & minùs concludentes, dec. Flor.2. n.55.pag.326.

Non probatur ex errore reſpectu alterius ſimilis Scripturæ, concurrente rei, temporis, & contractus diverſitate, dec. Senen.42. n.17. pag.272.

EXCEPTIO

Defalchi non retardat ſolutionem penſionis, niſi in continenti probetur, dec. Senen.4. num.1. pag.25., *& vid. in Verb.* Defalcum per tot.

De jure tertii non admittitur, dec. Senen.1. n.5. pag.3. & dec. Senen.24. numer. 17. pag.137. & dec. Flor.23. n.32. pag.393. *& Vide latiùs in Verb.* Nullitas verſ. actus, & verſ. contractus.

Dubia in judicio manutentionis, vel reintegrationis non retardat, dec. Sen.28. §. Unic. n.96. pag.176.

Firmat regulam in non exceptuatis, dec. Sen.21. n.42 pag.114. & deciſ. Flor.58. n.19. pag.847.

Declara, ut in d. dec. Sen.21. n.43. p.114. *& vide in Verb.* Bona verſ.....

Incompetentia non admittitur in judicio executivo, ſi ſit rejecta per aliam Sententiam, in judicatum tranſactam, dec. Sen.18. n.14. pag.96.

Non implementi operatur in contractibus correſpectivis, etiamſi in minimo quis deficiat, dec. Sen.30. n.12. pag.181.

Retardat executionem inſtrumenti etiam guarantigiati, & obligatione Camerali, vel alio ſimili privilegio vallati, ibidem n.13. pag.182.

Etiamſi requireret altiorem indaginem, d. dec. Sen.30. n.14. pag.182.

Et contraria procedunt, quando exceptio requireret probationes extrinſecas, ibid. num.15.

Ampliatur concluſio, quod retardet executionem inſtrumenti, primò etiamſi adſit pactum, vel Statutum omnes exceptiones reiiciens, d. dec. Senen.30.n.16. pag.182.

Ampliatur ſecundò, etiamſi hæc exceptio oriatur ex pacto contento in primo inſtrumento, & in ſecundo relato, & actio promoveatur vigore ſecundi, ibidem num.17.

Ampliatur tertiò, etiamſi defectus implementi attingat accidentalia, & conſecutiva, non autem ſubſtantialia contractus, d. dec. Sen.30. n.18. pag.182.

Et ut quis cenſeatur renunciaſſe exceptioni non implementi, & juri ſibi quæſito, probanda eſt ſcientia, ibid. n.19.

Oriens ex facto propoſito cenſetur à Judice recognita, & rejecta, dec. Sen.5.num.9. pag.13.

Requirens altiorem indaginem dicitur illa, quæ indiget aliqua extrinſeca probatione, non autem quæ pendet à ſola articuli deciſione, dec. Sen.4. num.3. & 4. pag.26.

Semel per ſententiam rejecta amplius proponi non poteſt, ſi ſententia tranſitum fecit in rem judicatam, dec. Senen.18. n.14. pag.96.

Serotina non admittitur, quia præſumitur inſubſiſtens, deciſ. Senen.15. num.27. pag.77.

EXCESSUS

Vitiat executionem in totum, quando cadit in ſententia, ſeu Decreto; ſecùs ſi in ſimplici executione, dec. Sen.1. n.7. pag.3. *& vide latè in Verb.* Executio verſ. facta.

In dôte, *vide in Verb.* Dos quoad congruam taxationem.

EXCUSSIO

Inter mercatores non habet locum beneficium excuſſionis, etiamſi fidejuſſor non renunciaverit beneficiis pro ſe introductis, dec. Flor.21. n.65. pag.460.

Quia hujuſmodi exceptio eſt de apicibus juris, & in foro Mercatorum non recipitur, ibid.

Contrarium ſentientes adducuntur, & refelluntur, ibid.

Et rejicitur talis exceptio per Statutum Florentinum *lib.2. Rubr.59.* d. dec. Flor. 21. n.67. pag.461.

Non requiritur, ubi probatur ex Inventario deficientia aliorum bonorum, dec. Flor. 51. n.75. pag.779.

Eoque minus ſi bona ſint litibus intricata, & reperiantur penès tertios, ibid. n.76. *& vide in Verb.* dos quoad remedium auth. res quæ.

EXECUTIO

Facta pro majori ſumma, quam ſit debitum, corruit in totum, nec ſubſtinetur pro ſumma debita, dec. Sen.1. num.6. pag.3.

Declara, dummodo exceſſus non ſit ſolùm in executione, ſed in ſententia, ſeu Decreto, ibid n.7.

Immò etiamſi exceſſus ſit in ſententia, ſeu Decreto, de æquitate ſubſtinetur executio pro ſumma debita, d. dec. Senen.1. n.8. pag.3.

Et hæc æquitas magis locum ſibi vindicat, ſi executio ſolùm cœpta fuerit, non autem completa per diſtractionem pignorum, ibidem num.9. ubi de ratione pag.4.

Idem procedit, ſi executio fuerit quidem conſummata, ſed valor bonorum non excedat verum creditum, d. dec.Sen.1. n.10. pag.4.

Vel fuerit conſummata ſuper re patiente commodam diviſionem, veluti ſuper animalibus, & frumento, quo caſu ex eadem æquitate ſubſtinetur ad evitandos inanes circuitus, ibid. n.11.

Contrarium in executione perſonali, & individua, ibid.

Item ſubſtinetur executio exceſſiva pro ſumma debita, ſi in cauſa proceditur ſummariè, ex bono, & æquo, & ſine ſtrepitu, & figura judicii, d. dec. Sen.1. n.12. pag.4.

Inſtrumenti etiam guarantigiati executionem retardat exceptio non implementi, cum oriatur ex ventre ejuſdem inſtrumenti, dec. Sen.30.n.13. & ſeqq.pag.182. *& vide materiam in Verbo* Exceptio verſ. non implementi.

Piorum legatorum retardari nequit per exceptionem, requirentem altiorem indaginem, dec. Senen.45. n.28. pag.281.

Pro credito illiquido fieri non poteſt, dec. Senen.23. n.26. pag.131.

Retardari non poteſt exceptione incompetentiæ Judicis, turbida, & per aliam ſententiam in judicatum tranſactam revocata, dec. Senen.18. n.14. pag.96.

EXECUTOR

Ampliſſima liberatio facta à Teſtatore Executoribus operatur, ut Pupillo ſit præcluſa via eos redarguendi, deciſ. Flor. 46. n.77. pag.738.

Non tamen liberat Executorem ab iis, quæ ſunt contraria voluntati Teſtatoris, ibid. n.79. pag.739.

EXEMPTIO

Perſonæ, quæ ratione dignitatis, ſeu publicæ utilitatis à perſonali coercitione ſunt exemptæ, non gaudent hujuſmodi exemptione pro debito habente dolum, vel fraudem admixtam, deciſ. Flor.40. n.27. pag.655.

EXHÆREDATIO

Vide in Verb. Filius, verſ. Exhæredari.

EXHIBITIO

Juramento in litem locus non eſt ad effectum exhibitionis, niſi poſt gravatoriam, & reaggravatoriam reus in contumacia perſiſtat, deciſ. Flor.7. n.20. pag.360.

Locus non eſt exhibitioni, non probata exiſtentia apud exhibere debentem, ibid. num.1. pag.358.

Et ad hunc effectum probationes plenæ, & concludentes requiruntur, dicta dec. Flor.7. n.18. pag.359.

Nec admittuntur præſumptivæ, tamquam inſufficientes, ibid. n.19.

Et talis exiſtentia reſultat ex productione in judicio aliàs facta, & decreto obtento, dicta dec. Flor.7. n.2. pag.358.

Tamen ad effectum, ut quis cogatur exhibere, probata exiſtentia de uno tempore, non poteſt inferri ad aliud, ibid. n.3.

Quia exiſtentia ad hunc effectum probanda eſt de tempore litis motæ, vel paulò ante, dicta dec. Flor.7. n.4. pag.358.

Nec ſufficit probatio per quindecim menſes ante, ibid. n.5. & 7.

Et multò minùs per quatuor annos, dicta dec.

deciſ. Flor. 7. n. 6. pag. 358.

Contraria Auctoritas Rotæ Romanæ explicatur procedere, quando concurrunt adminicula pro conſervatione, ibidem num. 8.

Limita in obligato conſervare, contra quem non eſt neceſſe probare exiſtentiam ſcripturæ de tempore litis motæ, dicta dec. Flor. 7. n. 9. pag. 358.

Verùm non dicitur obligatus conſervare creditor vigore Scripturæ, ſi eam in judicio produxerit, ejuſque vi decreta obtinuerit, ibid. n. 10. pag. 358.

Nec talis obligatio conſervandi reſultat ex particulari intereſſe ejus, qui ſemel retinuiſſe probatur, ibid. n. 11. pag. 359.

Ut ſit locus exhibitioni capitulorum matrimonialium, quomodo, & de quo tempore ſit probanda exiſtentia, *vide in Verb.* Capitula matrimonialia.

EXISTENTIA

Probanda eſt, ut exhibitioni Scripturæ locus ſit, dec. Flor. 7. n. 1. pag. 358.

Undè reſultet, & qualiter ad hunc effectum probanda ſit, ibid num. 2., *& vide latè in Verb.* Exhibitio verſ. locus non eſt.

Capitulorum matrimonialium quomodo, & de quo tempore ſit probanda, *vide in Verb.* Capitula matrimonialia.

EXPENSÆ

Appellatione expenſarum, in fine litis reficiendarum, venit etiam amiſſio lucrorum paſſa per Artificem, vel alium, cauſa litis à propriis negociis diſtractum, dec. Senen. 27. n. 15. pag. 156.

Sive expenſæ debeantur ratione victoriæ, ſive ratione contumaciæ, ibid. n. 16.

Et reprobantur contrarii, dicta dec. Senen. 27. n. 17. pag. 156.

Item inter hujuſmodi expenſas connumerantur illæ, factæ cauſa permanendi in hoſpitio, ibid. n. 18.

Contra ubi adſit contraria loci conſuetudo, d. dec. Senen. 27. n. 19. pag. 157.

Et ad ſummum prædicta procedunt, quando quis eodem tempore non potuit litigare, & ſuæ arti, vel profeſſioni incumbere, aliàs ſecùs, ibid. n. 20. & 23.

Et debet poſitivè probari, quod diſtractio ab arte, & ſervitio proceſſit ex cauſa litis, dicta dec. Senen. 27. n. 21. pag. 157.

Quæ probatio eſt valdè difficilis, ibid. n. 22.

Et facta ſuffragatur ſolùm in caſu, quo intrat condemnatio in expenſis, ſecùs ſi adſit juſta cauſa abſolutionis, dicta dec. Senen. 27. num. 24. pag. 157.

Ratio quia hujuſmodi damna ad hunc effectum fraternizant cum expenſis litis, ibid. n. 25.

Colonus tenetur ad expenſas, quæ fieri debent pro arando, ligonizando, ſerendis, ſecandis, & triturandis ſegetibus, dec. Sen. 4. n. 22. pag. 29.

Condemnatio in expenſis non fit, quando agitur de articulo juris dubio, dec. Sen. 36. n. 43. pag. 254.

Nec quando quis ſuccubuit ex juribus productis in ſecunda inſtantia, ibid.

Quia tunc habere dicitur juſtam cauſam litigandi, ibid.

Item quando reformata fuit ſententia in prima inſtantia emanata, dec. Sen. 39. numer. 13. pag. 260.

Condemnatio expenſarum pro rata victoriæ fit, quando partes partim vicerint, & partim ſuccubuerint, dec. Sen. 26. n. 36. pag. 153.

Et qui magis vicit, deducto eo, quod debet pro parte, in qua ſuccubuit, reſiduum obtinet, ibid. n. 37.

Factæ pro peritis in recognitione librorum, cedunt damno ejus, qui pro recognitione inſtetit, dec. Sen. 27. n. 12. pag. 155. & n. 14. pag. 156.

Limita ſi peritorum electio neceſſaria fuerit ob culpam adminiſtratoris, confusè partitas deſcribentis, ibidem num. 11. pag. 156.

Sed talis culpa non valet prætendi, ubi partitæ diſpungendæ fuerunt in majori parte approbatæ, d. dec. Sen. 27. n. 13. pag. 156.

Factæ in re feudali, emphyteotica, & reſtitutioni ſubjecta repeti poſſunt, ſolùm poſt devolutionem, dec. Flor. 20. n. 33. pag. 446.

Et repetuntur non omnes, ſed habita ratione ad valorem meliorationis tempore devolutionis, ibid. n. 34.

Factæ pro largitionibus ſolutis, & veriſimilibus an ſocio bonificentur, etiam abſque documento, & receptura, *vide in Verbo* Socius verſ bonificari.

Factæ à Conſocio pro communi negocio Societatis debent eidem ab aliis refici, & æquè perſolvi, dec. Senen. 47. num. 5. pag. 188. *& vide in Verb.* Socius.

Neceſſariæ pro manutentione uxoris, & filiorum anteactis temporibus erant longè minores, & de ratione, dec. Senen. 41. n. 24.

n.24. & 25. pag.268. *& vide in verbo* Alimenta.

Promittens rem propriis expenſis facere, intelligitur de ordinariis, & moderatis, non de extraordinariis, & exceſſivis dec. Flor.20. n.28. pag.446. & n.29. ubi de obligato facere litem propriis expenſis, *vide in Verb.* Vaſſallus, Communitas, Palatium.

Quenam in calculandis fructibus detrahantur, *vide in verb.* Liquidatio verſ. quantitatis fructuum.

Quæ dicantur exiguæ ad effectum, ut probari poſſint per librum privatum ipſius ſcribentis, *vide in Verb.* Liber verſ. Factoris.

Taxatio expenſarum in refectione Viarum quomodo fieri debeat, *vide in Verb.* Via verſ. reaptare.

Veſtes lugubres inter funeris expenſas connumerantur, dec. Florent.51. num.80. pag.779.

De prælatione pro expenſis funeris, & ultimæ infirmitatis, *vide latè in Verb.* Prælatio.

De expenſis vecturarum, *vide in Verb.* Alimenta.

EXTENSIO

In ſtatutis non admittitur ad caſus, in quibus æqualis ratio non militat, dec.Sen. 23. n.5. pag.128.

Immò nec admittitur ex identitate, vel majoritate rationis in correctoriis, & à jure communi exorbitantibus, ibid. n.6. & 8. pag.128. & n.10. pag.129.

Et ideò quando ſtatutum poteſt in pluribus Jus commune corrigere, ita interpretatur, ut in uno tantùm corrigat, d. dec. Sen.23. n.9. pag.129.

Maximè ſi ſimus in loco, ubi adeſt ſtatutum mandans, verba ſtatutorum debere intelligi ad literam, ibidem n.10.

EXTRADOTALIA

Dum habet mulier, devenire nequit ad alienationem dotis, dec. Sen.13. n.23. pag.92.

F

FACTUM

INvalidum Authoris hæres ſervare non tenetur, dec. Sen.18. §. Unic. num.74. pag.173.

Semel approbatum amplius impugnari non poteſt, dec. Sen.23. n.31. pag.131.

Simplex non attenditur, quando effectus fuit à Partibus conſideratus, dec. Sen. 22. n.50. pag.125.

Unius an, & quando alteri præjudicet, qui in eo non intervenit, *vide in Verb.* Declaratio verſ. unius.

Ex novo facto novum oritur conſilium, dec. Flor.33. §.1. in princ. pag.569.

A' facti circumſtantiis tota Juris cenſura dependet, dec. Florent.45. §.1. num.1. pag.706.

In quæſtionibus facti etiam prudentiſſimi decipiuntur, ibid. n.3.

FACULTAS

Alienandi ex cauſa dotis appoſita limitativè ad præcedentem prohibitionem, intelligenda eſt in caſu, quo vigeret prohibitio, dec. Florent.31. n.25. pag.539.

FALCIDIA

Et Trebellianica debet expreſsè prohiberi, dec. Flor.34. n.7. pag.601.

Sed prohibitio etiam ex conjecturis non phyſicè neceſſariis, ſed veriſimilibus inducitur, ibid. n.8.

FALSITAS

Articulati cum teſtium minùs informatorum inductione, arguitur ex omiſſione examinis teſtis magis informati, deciſ. Flor.27. n.51. pag.511.

Debet plenè, & concludenter probari, dec. Flor.18. n.34. pag.433.

Et pro illius excluſione omnis ſumi debet interpretatio, ibid. n.35. pag.434.

Sufficitque ſola poſſibilitas in contrarium, dec. Flor.18. n.37. pag.435.

Adeo ut in concurſu conjecturarum prævaleant illæ, quæ excludunt falſitatem, d. dec. Flor.18. n.36. pag.434.

Præcipuè ſi illæ ſint numero, & qualitate majores, & adminiculatæ, ibid. num. 37. & 38.

Et aſſiſtat veritati deſcriptio in libro publici Officii, ibid. n.38.

Contra quem non omnes ſuſpiciones admittuntur, ſed ſolùm relevantes, & concludentes, d. dec. Flor.18. num.39. pag.434.

Vide infra hic Verſic. ſuſpicio falſitatis.

De jure cenſetur commiſſa ab eo, cujus intereſt, dec. Flor.28. n.38. pag.520.

Et ſuppoſitio ſcripturæ repertæ in aliquo libro ex quibus arguatur, ibid. num.34. pag.519., *& vid. in Verb.* Liber verſ. deſcribi.

In-

Indicium proximum antidatæ quando adeſſe dicatur, dec. Flor. 28. n. 48. pag. 435.

Suſpicio falſitatis in Civilibus pro falſitate habetur, dec. Flor. 18. n. 14. pag. 431.

Debet tamen eſſe gravis, & concludens, alias non operatur, ibid. n. 15.

Et debet oriri ex vitio patente in ſcriptura, ut puta ex cancellatione, abraſione, & ſimilibus, dict. dec. Flor. 18. num. 16. pag. 432.

Aliàs præſumptio favet veritati, & excludit falſitatem, ibid.

Contrariæ Auctoritates, in quibus terminis procedant, declaratur, dicta dec. Flor. 18. n. 18. & ſeqq. pag. 432.

Declara regulam non procedere in vitio latente, in quo ſuſpicio non ſumitur pro falſitate, ſed debet probari per illum, qui in ea ſe fundat, ibidem numer. 17. pag. 432.

Niſi concurrant conjecturæ, quæ ſuadeant Judicem ad credendum falſitatem fuiſſe commiſſam, nam tunc etiamſi ſuſpicio ex vitio latente oriatur, poteſt ille pro falſitate pronunciare, d. deciſ. Flor. 18. n. 18. pag. 432.

Non tollitur enim arbitrium Judicis ſuſpendendi fidem inſtrumento, quando juſtum id facere ei videbitur, etiamſi ſuſpicio ex vitio inviſibili promanet, ibid. num. 19.

Declara ſecundò, ut ſuſpicio falſitatis non operetur falſitatem, quando probabili fundamento caret, & contrariis conjecturis diluitur, dicta dec. Flor. 18. n. 20. pag. 432.

Quando enim pro veritate rei geſtæ adſunt conjecturæ, ſuſpicio non habetur pro falſitate, ſed potiùs à veritate in contrarium remanet ſublata, ibid. n. 21.

Amplia etiamſi conjecturæ pro veritate non eſſent validiores, d. dec. Flor. 18. n. 23. pag. 432.

Maxima conjectura pro excluſione falſitatis eſt abſolutio Rei ſuper eadem falſitate criminaliter diſcuſſa, ibid. n. 23.

Nam partitæ libri non poſſunt ampliùs dici falſæ, quando in judicio falſitas jam fuerit rejecta, d. dec. Flor. 18. num. 24. pag. 432.

Et ſententia inde emanata tollit omnia indicia, & conjecturas, ſi quæ conſiderari potuiſſent pro falſitate, ibid. n. 25.

Et facit ſtatum contra non citatos, atque in Judicio civili parit exceptionem rei judicatæ, dicta deciſ. Flor. 18. num. 26. pag. 433.

Altera conjectura contra falſitatem eſt dictum Teſtium contra eam, de facto proprio, & de re ad eorum officium ſpectante, deponentium, ibid. num. 27. 28. & 29.

Maximè ſi fuerunt inducti à Parte, quia contra inducentem plenè probant, dicta dec. Flor. 18. n. 30. pag. 433.

Nec poſſunt contra eos dari exceptiones perſonam concernentes, quòd nempè deponant ad ſe exonerandum, & pro excluſione falſitatis, & delicti ab ipſis commiſſi, ibid. n. 31.

Tertia conjectura falſitatis excluſiva eſt deficientia lucri, & utilitatis conſiderabilis, ſine quibus non præſumuntur, dicta dec. Flor. 18. n. 32. pag. 433.

Adeout modica pecunia, recepta pro mercede laboris, non faciat præſumi falſitatem commiſſam, ibid. n. 33.

Declaratio facta per aliquem velle uti aliquo inſtrumento, vel ſcriptura, donec falſitas probetur, non facit indicium falſitatis, dicta dec. Flor. 18. n. 40. pag. 434.

Ad hunc effectum non eſt conjectura ſufficiens pro falſitate depoſitio unius teſtis, d. dec. Flor. 18. n. 44. pag. 435.

Et multo minùs nocet teſtis unicus non benè materiam ſpecificans, & deponens de auditu ab aliquo, qui deindè diverſimodè deponat, ibid. n. 41.

Maximè ſi is, à quo audivit, magis veriſimiliter deponat, & adminiculetur à Libro publico, d. dec. Flor. 18. numer. 41. pag. 435.

Suppoſiti, vide in Verbo Suppoſitum.

FAMA

Niſi aliæ concurrant conjecturæ, & adminicula, non ſufficit ad filiationem probandam, dec. Flor. 28. n. 12. pag. 515.

Fama enim teſtis fallax eſt, nec ea deterior invenitur, ibid. n. 13.

Maximè ſine ſpecificatione perſonarum, à quibus originem habuit, d. dec. Flor. 28. n. 14. & 15. pag. 515.

Multoque minùs ſi ortum habuit à principio infecto, & Conſanguineis, ac perſonis intereſſatis, ibid. n. 16. pag. 516.

Etiamſi eſſemus in antiquis, ibid.

Contra quòd non requiratur teſtes deponentes de fama ſpecificare à quibus audiverint, ſed ſufficere, ſi deponant, ſe publicè audiviſſe, d. dec. Flor. 28. num. 21. pag. 517.

De-

Declara tamen hoc procedere, quando contra teſtes nihil urget, contra famam nihil deducitur, & nulla in oppoſitum adeſt conjectura, nec ſuſpicio, aliàs ſecùs, ibid. n.22.
Dicuntur tamen Teſtes ſpecificare à quibus audiverint, ſi deponant audiviſſe in vicinia, quia hæc depoſitio implicitè continet auditum à Vicinis, d. dec. Flor.28. n.23. pag.517.
Non attenditur, quando ab actibus contrariis proſternitur, ibid. n.24.
Quia omninò requiritur, ut ſit certa, conſtans, & illæſa, & invariabilis, d. dec. Flor.28. n.25. pag.517.

FÆMINÆ.

Agnationem conſervant, donec vivunt, dec. Flor.57. n.75. pag.841.
An, & quando favore fæminarum locum habeat diſpoſitio *Textus in l. cum Avus ff. de condit. & demonſtrat.*, *vide in Verb.* Conditio ſi ſine filiis.
Appellatione hæredum, & deſcendentium veniunt, dec. Sen.32. n.1. pag.201. & dec. Sen.38. n.1. pag.256. & dec. Flor. 1. n.2. pag.313.
Maximè in defectum maſculorum, d. dec. Sen.32. n.2. pag.201.
Et fortiùs, deficiente agnationis contemplatione, dec. Sen.38. n.9. pag.257. & dec. Flor 14. n.11. pag.397.
Et an, & quando agnationis contemplatio dicatur deficere, *vide latè in Verb.* Agnatio.
Et ab hac regula non receditur, niſi contrariis exiſtentibus conjecturis, d. dec. Sen.38. n.2. pag.256.
Quæ debent eſſe urgentes, ſpecificæ, & demonſtrativæ, dec. Flor.14. num.5. pag 396.
Conjecturæ autem ſunt, veluti ſi Teſtator fæminas de dote providit, ibid. n.2.
Contra, quod hæc conjectura non ſufficiat, d. dec. Flor.14. n.6. & 7. pag. 397.
Alia eſt conjectura, ſi diſcretivè de maſculis, & fęminis locutus eſt, ibid. n.2. pag.396.
Sed hæc pariter conjectura non concludit, immò retorquetur, d. dec. Flor.14. n.8. pag.397.
Maximè ſi in parte conditionali Teſtator poſuit maſculos, & fęminas, ibid. n.9.
Quoties enim diſcretiva locutio de maſculis, & fęminis, facta fuit pro majori declaratione voluntatis Teſtatoris, fęminas comprehendendi, non procedit argumentum à diſcretiva deſumptum, ſed potius concluſio, quòd una pars Teſtamenti aliam declarat, d. dec. Flor.14. n.10. pag.397.
Præcipuè deficiente agnationis contemplatione, aliiſque conjecturis, quo caſu ſola diſcretiva locutio non facit fæminas ſub nomine communi non remanere comprehenſas, ibid. n.11.
Alia eſt conjectura, ſi adſit ſtatutum excluſivum fęminarum propter maſculos, cui Teſtator ſe conformaſſe præſumitur, dict. dec. Flor.14. n.4. pag.396.
Contra, quod hæc pariter non ſit concludens, & de ratione, ibid. num.12. pag.398. & n.20. pag.399.
Afferuntur auctoritates in terminis Statuti Florentini, d. dec. Florent.14. num.13. pag.398.
Maximè ſi Teſtator voluit ſuam diſpoſitionem regulari à Statuto, & legibus Imperialibus, nam tunc, ut evitetur repugnantia, ſucceſſio juxta ordinem à Statuto volitum intelligi debet in caſibus à Statuto expreſſis, in non expreſſis ad terminos Juris, ibid. n.14.
Contra, quòd præſumpta conformatio cum ſtatuto operetur, quòd ſicuti ſtatutum fæminas excludit propter contemplationem agnationis, ita, & Teſtator fęminas excludendo, agnationem contemplaſſe dici debeat, & ſic fęminæ ſtante agnationis contemplatione appellatione hæredum, & deſcendentium non veniunt, d. dec. Flor.14. n.15. pag.398.
Sed confutatur hæc ratio, & contrariæ Auctoritates declarantur, ibid. n.16.
Præſumpta enim conformatio cum ſtatuto non intrat, quando Teſtator repugnantem, & contrariam ſtatuti diſpoſitionem ordinavit, d. dec. Florent.14. num.21. pag.399.
Et quæ aliæ conjecturæ non ſint ſufficientes, dec. Senen.38. num.3. & ſeqq. pag.256.
Poſſunt tamen fęminæ ſuccedere, non extantibus maſculis, ſi fuerunt invitatæ ad ſucceſſionem, mediante alternativa, *vel*, dec. Flor.14. n.22. pag.400.
Cum dictio, *vel*, poſita inter maſculum, & fæminam ſignificet ordinem ſuccedendi, ibidem.
Non obſtante quod in alia parte appoſita fuerit dictio *tam*, & *quàm*, quia licèt illa importet parificationem fęminarum

cum maſculis, tamen hæc parificatio ſolùm procedit ad effectum excludendi ſubſtitutos, non autem inducendi ſimultaneam vocationem fęminarum cum maſculis, d. dec. Flor.14. n.23. pag.400.
Declara hoc procedere, deficientibus maſculis non totius familiæ, ſed illius lineæ, in quam bona ſunt ingreſſa, ibidem num.24.
Pluribus namque vocatis, tot conſtituuntur lineæ, quot ſunt perſonæ vocatæ, & fęminæ in qualibet linea exiſtentes non excluduntur à maſculis alterius lineæ, d. dec. Flor.14. n.26. pag.400.
Maximè, quando fideicommiſſum fuit ordinatum à fęmina, ibid.
Et eo magis quando fuit conditum à tranſverſali, & affine, d. dec. Flor.14. n.27. pag.400.
Referuntur caſus, in quibus contrariæ Auctoritates procedunt, ibid. n.28.
Appellatione deſcendentium per lineam maſculinam hæredis non veniunt fęminæ immediatæ illius, dec. Flor.57. num.42. pag.835.
Linea enim maſculina alicujus non ſumit initium ab ipſo ſtipite, ſed ab illius filio maſculo, ibid.
Appellatione filiorum, & deſcendentium maſculorum veniunt maſculi fęminarum, dec. Senen.37. n.1. pag.254.
Et quando ſecùs, ibid. num.2. & ſeqq. pag.255.
Concurrunt cum maſculis ejuſdem gradus in Feudis, quæ retinentur jure allodii, dec. Flor.54. n.11. pag.809.
Immò ſuccedunt etiam in Dominiis dignitatis primi ordinis, immò in Regnis ipſis, ibid. n.16. pag.810.
Et afferuntur ad propoſitum plura exempla, d. dec. Flor 54. n.17. pag.810.
De *Contractibus* fœminarum, *vide in Verb.* Decretum *per tot. & in Verb.* Mulier.
De *Dote* fœminarum ex fideicommiſſo detrahenda, *vide late in Verb.* Dos quoad Remedium *Auth. res quæ.*
Deficientibus maſculis vocatis, fęminæ præſumuntur à Teſtatore prædilectæ extraneo, dec. Flor.25. n.11. pag.489.
Deſcendentibus fęminarum multò magis dici debet injunctum onus nubendi, ſi illud fuit à Teſtatore demandatum extraneis, dec. Flor.36. n.13. pag.613.
Excluſa ſemel à ſucceſſione vigore ſtatuti, ampliùs ad illam non reintegrantur, etiamſi maſculi ex poſt ſine filiis decedant dec. Flor.4. n.9. pag.337.
Excluſa à fideicommiſſo, & vigore teſtamenti paterni ſuccedentes, non dicantur tertiæ poſſeditrices ad effectum, ut agenti incumbat onus rigoroſè probandi filiationem, deciſ. Floren.25. num.4. pag.488.
Contra, quod parificentur tertio poſſeſſori, ibid. n.8. pag.489.
Excluſio fęminarum in una ſubſtitutione, dum durabat agnatio, non debet operari in diverſa, in qua ordinata non fuit, & agnatione finita, dec. Sen.38. n.10. pag.257.
Excluſio fœminarum ordinata per ſtatutum intelligi debet ab hæreditate dotantis tantùm, dec. Flor.15. n.31. pag.408.
Declara quando Statutum ſimpliciter excludit fęminas, ſecùs ſi ulteriùs nominet perſonas, à quarum ſucceſſione vult illas excludi, tunc enim fęminæ dotatæ excluduntur tam à ſucceſſione dotantium, quàm aliorum, ibid. n.32., & *vide latè in Verb.* Statutum quoad excluſionem fęminarum.
Imbecilliores, & infirmioris ſunt conſilii, quam maſculi, dec. Senen.16. num.13. pag.87. & dec.Senen.48. n.9. pag.293.
Nuptæ non ſequuntur agnationem Patris, ſed Mariti, & iſtius agnationem ſolent prædingere, deciſ. Florent.57. num.50. pag.837.
Renunciatio fęminæ, an, & quando comprahendat fideicommiſſum ignoratum, *vid in Verb.* Renunciatio, *verſic.* generalis.
Teſtes omni exceptione majores non ſunt fęminæ, dec. Senen.15. num.57. pag.83.
Ideo non ſufficiunt ad probandum crimen ſollicitationis in Confeſſario, ibid., & *vide latè in Verb.* Parochus.

FEUDUM

Alienari nequit pro conſtitutione, aut reſtitutione dotis, nec etiam in ſubſidium, quando non eſt hæreditarium, ſed ex pacto, & providentia, dec. Flor.54. n.1. pag.807.
Contra, ibid. n.18. pag.810.
Sed prima opinio verior, d. dec. Flor.54. n.19. pag.810.
Et quando, & in quibus caſibus procedere poſſit opinio contraria, *vide latè in Verb.* Dos quoad remedium *Auth. res quæ*

qua, ultima limitatione, *& vide infra in verſic.* dividuum.
Caſtra etiam juriſdictionalia non præſumuntur feudalia, ſed allodialia, d. dec. Flor.54. n.3. pag.808.
Maximè ſi nedum deficiant inditia feudalitatis, ſed potius illa militent in contrarium, ibid. n.12. pag.809.
Adducuntur Auctoritates in ſpecie de Caſtris juriſdictionalibus poſitis in Etruria, d. dec. Flor.54. n.4. pag.808.
Et de Caſtris poſſeſſis à Familia Sfortia in Statu Parmæ, ibid. n.5.
Amplia, ut Caſtra juriſdictionalia præſumantur allodialia, etiamſi poſita ſint in Territorio alterius Principis, dict. dec. Flor.54. n.6. pag.808.
Et quamvis verſaremur in Caſtris exiſtentibus in Statu Eccleſiaſtico, ibidem num.7.
Licèt enim in his Caſtris primordiale dominium præſumatur Eccleſiæ Romanæ, quodque ab iſta inferioribus concesſa fuerint, dict. deciſ. Floren.54. num.8. pag.808.
Tamen ex hoc reſultat ſolum quædam feudalitas largè ſumpta, ad unicum effectum removendi veram, & omnimodam allodialitatem, per quam non dicitur agnoſci alius ſuperior, niſi Deus, ibid. n.9. pag.809.
Sed, non concurrentibus aliis indiciis feudalitatis, quoad alios effectus hujuſmodi caſtra pro allodialibus habentur, d. dec. Flor.54. n.10. pag.809.
Et etiam quoad ſucceſſionem fœminarum, ibid. & numer. ſeqq.
Pro dignoſcendo an caſtrum ſit feudale, nec ne, plurimum defertur obſervantiæ, dicta dec. Flor.54. n.13. pag.809.
Et ex quibus actibus deſumatur, ibidem num.12.
Dividuum de ſui natura per conceſſionem dignitatis fit indiviſibile, & tranſit jure Primogenituræ, dicta dec. Flor.54. n.34. pag.813.
Sed talis qualitas nihil officit detractioni dotium, quibus obnoxia ſunt bona primogenialia, non ſecùs, ac bona fideicommiſſo ſubjecta, ibid. n.35.
Amplia non obſtante Teſtatoris prohibitione, d. dec. Flor.54. n.36. pag.813.
Item amplia etiamſi bona eſſent juriſdictionalia, cum titulo dignitatis ad ſolum Primogenitum transferibili, quia tunc eo magis indecorum eſt eidem, fœminas indotatas, vel indecenter nuptas remanere, ibid. n.37.
Ex conſuetudine quorumdam Locorum Feuda dignitatem annexam habentia, quoad ſubſtantiam ſunt individua, ſed quoad bona, & adminiſtrationem, ſeu exercitium Juriſdictionis ſunt dividua, dicta dec. Flor.54. n.38. pag.813.
Talis conſuetudo viget in Lombardia, Etruria, aliiſque Italiæ partibus versùs montes, ibid. n.39. pag.814.
Et referuntur latè DD. de ea teſtantes, ibid.
Diviſibilitas Feudi arguitur ex particulari obſervantia, & conſuetudine in Feudo, de quo agitur, d. dec. Flor.54. num.40. pag.814.
Quia obſervantia rem dubiam declarat, & dat regulam Succeſſioni feudali, ibidem n.45. pag.815.
Adducuntur Auctoritates loquentes de conſuetudine dividendi feuda dignitatis inter omnes ſucceſſores, ibidem num.42. pag.814.
Conſuetudo diviſibilitatis feudi de facili inducitur, tamquam favorabilis, d. deciſ. Flor.54. n.43. pag.415.
Et tali ſtante conſuetudine, ſi ex facti circumſtantiis res ſit in ambiguo, præſumptio ſtat pro dividuitate, adeo ut qui in individuitate ſe fundat, illam concludenter probare debet, dicta deciſ. Flor.54. n.48. pag.815.
Habenti dignitatem primi Ordinis permiſſum eſt aliquam partem Regni alienare, quoties alienatio non eſt notabilis, nec valdè Coronæ præjudicialis, ibid. n.49.
Undè quod cuilibet militi, vel extraneo alienando dari poteſt, multò magis concedendum eſt Filiæ, Sorori, vel Nepti cauſa dotis, d. deciſ. Flor.54. num.50. pag.815.
Maximè ſi non agatur amplius de Feudo, vel dignitate, ſed de ejus pretio, reſpectu cujus ceſſat individuitas, ibid. n.51. pag.816.
Dividuum idem eſt, ac juris Longobardorum, dicta dec. Flor.54. n.46. pag.815.
Et è contra individuum idem eſt, ac Juris Francorum, ibid. n.47.
Expenſæ factæ in re feudali repeti non poſſunt, niſi aperto Feudo, & facto caſu devolutionis ad Dominum, dec. Flor. 20. n.33. pag.446., *& vide latè in Verb.* Vaſ-

ſallus, *verſic.* Inveſtitus.

Fœminæ aptæ ſunt ſuccedere in Feudis, & Dominiis, etiam dignitatis primi Ordinis, immò in Regnis ipſis, & adducuntur ad propoſitum plura exempla, deciſ. Flor. 54. n.16. & 17. pag.810.

In Feudis mens concedentis, & inveſtituræ tenor, tamquam lex, ſervatur, deciſ. Flor.20. n.11. pag.445.

Etiamſi repugnarent naturæ Feudi, ibidem num.11.

In feudalibus controverſiis dirimendis in primis conſuetudo loci, deinde jus feudale, & ultimo loco lex ſcripta attenditur, dec. Flor.54. n.44. pag.815.

Maſculinum non cenſetur illud, in quo fœminæ ſucceſſerunt, & quod, exiſtentibus maſculis, fuit venditum, & in extraneos tranſlatum, ibidem numer. 27. pag.811.

Quia feudum à fœminis, & ab extraneis detentum ſemper remanet fœmininum, d. dec. Flor.54. n.28. pag.812.

Præſertim quia alienatio feudi in extraneos, & in alienam familiam indicat qualitatem merè hæreditariam ejuſdem, ibid. n.29.

Et ſtante qualitate hæreditaria, feudum exuit naturam maſculinitatis, & evadit tranſitorium tam ad maſculos, quàm ad fœminas, dicta dec. Flor.54. n.30. pag.812.

Declaratur deciſio in oppoſitum adductæ, ibid. n.31. & n.33.

Caſtrum Proceni eſt Feudum maſculinum, & ab eo non poſſunt detrahi dotes, ſecùs eſt quoad Statum S. Floræ, dicta dec. Flor.54. n.31. pag.812.

Pretium ex feudi venditione retractum non eſt feudale, ibid. n.14. pag.809.

Contrariæ Auctoritates declarantur procedere, ubi pretium feudi ab habente facultatem fuiſſet ad hunc effectum in ejus locum ſubrogatum, ibid. n.15.

Uſusfructus in feudo proprio, quod requirit ſervitium perſonale, non acquiritur Patri, ſed ſpectat ad filium tamquam munus, & ſtipendium, deciſ. Flor. 35. n.8. pag.605. & dec. Flor 38. numer.15. pag.625., *& vide latè in Verb.* Uſusfructus, *verſic.* competit.

De Feudo, *Vide plura in Verb.* Vaſſallus *per tot.*

FIDEICOMMISSUM

An, & quando alienari poſſit pro dote, *vide in Verb.* Dos quoad remedium *Auth. res quæ.*

Arrogato defertur, ſi ſit ordinatum pro illis de Familia, & agnatione, dec. Sen. 37. n.6. pag.255., *& vide in Verb.* Arrogatus.

Aſcendentis eſt obligatum pro dote fœminarum Columnelli, in quem fuit ingreſſum, & maſculis ejuſdem non exiſtentibus, in totum everti poteſt, dec. Sen. 24. n.25. pag.137.

Ab uno ex fratribus ordinatum, tamquam capite totius familiæ, ſuper bonis ab omnibus fratribus collatis, & ad unum patrimonium redactis, pro majori familiæ ſplendore, regulandum venit ad terminos fideicommiſſi aſcendentalis, dec. Flor.52. n.29. pag.789.

Maximè ſi non agatur de bonis inter fratres diſtributis, ſed de aſſignatis Aſcendenti, cujus deſcendentes quamvis diverſos conſtituant Collumnellos, ad modum unius conſiderantur, ibid. n.30. pag.790.

Sed hoc procedit, quando bona per donationem factam à Tranſverſali, effecta fuerunt, ante ordinationem fideicommiſſi, patrimonium Aſcendentis, nam tunc fideicommiſſum ab eo ordinatum, dici deberet aſcendentale, d. dec. Flor.52. n.31. pag.790.

Secus quando donatio facta fuit ab Aſcendente ſimul, & aliis fratribus tranſverſalibus alteri tranſverſali, qui ſuper bonis donatis fideicommiſſum conſtituit, ibid. n.32.

Hoc enim caſu fideicommiſſum pro portione dumtaxat ab Aſcendente collata dicitur aſcendentale, in aliis verò portionibus dicitur tranſverſale, d.dec. Flor. 52. n.33. pag.790.

Reliquum an fideicommiſſum ordinatum ex bonis Aſcendentis, & Tranſverſalis ſit aſcendentale, vel tranſverſale, *vide in Verb.* Primogenitura verſ. conflata.

Bona quænam præſumatur ſuppoſita fideicommiſſo, *vide in Verb.* Bona, verſ. fideicommiſſaria, *& verſ.* Libera.

Sub *conditione* ſi ſine filiis, etiam conditione purificata, non expirat conſtito de contraria voluntate Teſtatoris, dec. Flor. 56. n.4. pag.825. & deciſ. Flor 57. num.66. pag.840., *& vide in Verb.* Conditio ſi ſine filiis.

Conjectura validiores in materia fideicommiſſorum prævalere debent, dec. Flor. 32. n.73. pag.548., *& vide reliqua in Verb.* Sub-

Subſtitutio vulgaris *per tot.*

Et interpretatio capienda eſt, ne fideicommiſſa multiplicentur, ibidem numer. 24. pag. 539.

In *Contractibus* ordinatum an, & quando dicatur ex titulo oneroſo, vel lucrativo, *vid. in Verb.* Dos quoad remedium *Auth. res quæ, & vide infra hoc verſic.* ordinatum à duobus Fratribus.

Comani theorica, *vide infra verſic.* perpetuum.

Exiſtentiam, & durationem fideicommiſſi prætendens tenetur eam plenè, & concludenter probare, dec. Flor. 31. n. 75. pag. 548.

Præſertim ſi illud prætendat favore Tranſverſalium, ibid. n. 6. pag. 537.

Exiſtentia non autem perpetuitas arguitur ex facultate alienandi bona pro dote, ſi hæc poteſt reſtringi ad certas perſonas, & eſt compatibilis cum vulgari ſubſtitutione, d. dec. Flor. 31. n. 24. pag. 539., *& vide in Verb.* Subſtitutio vulgaris.

Identitas bonorum fideicommiſſi ex quibus probetur, *vide in Verb.* Bona, verſ. identitas.

Ignoratum an, & quando comprehendatur in generali renunciatione, dec. Flor. 4. n. 4. & ſeqq. pag. 336., *& vid. latè in Verb.* Renunciatio *verſ.* generalis, *& per tot.*

Incompatibile cum alio retineri valet uſque ad pacificam conſecutionem alterius, dec. Flor. 13. n. 27. & 28. pag. 391.

In dubio pro fideicommiſſo potius, quàm pro libertate bonorum eſt judicandum, ſi Teſtator ſit perſona Nobilis, dec. Senen. 51. n. 63. pag. 197.

Item ſi pro fideicommiſſo contendant fœminæ de agnatione, in quam bona ſunt ingreſſa ad excluſionem perſonæ extraneæ, pro libertate bonorum contendentis, ibid. n. 64.

Regulariter Florentiæ judicatur contra fideicommiſſum, dec. Flor. 31. numer. 77. pag. 548.

Inducitur ex voto Teſtatoris conſervationis perpetuæ bonorum in familia, eorumque alienationis prohibitione, dec. Flor. 31. num. 17. pag. 538.

Limita, ut ibid. n. 18., *& Vide in Verb.* Subſtitutio vulgaris.

Item limita ubi hæ ſunt acceſſoriæ, & conſecutivæ ad fideicommiſſum antea ordinatum, dicta deciſ. Flor. 31. numer. 23. pag. 539.

Item limita, ſi ratio conſervationis bonorum in agnatione non ſit realis, ibidem n. 50. pag. 544.

Non dicitur autem realis, ſi verba reſpiciant tantùm perſonas, non bona, dec. Flor. 31. n. 47. pag. 543.

Etiamſi fideicommiſſum eſſet in rem conceptum, ibid. n. 48.

Item inducitur etiam per verba ſuppoſitiva prolata ab eo, qui habet diſponendi facultatem, dec. Flor. 58. n. 16. pag. 846.

An, & quando inducatur recedendo à *Comani* theorica, *vide latiſſimè in Verb.* Subſtitutio vulgaris.

In fideicommiſſis agnatitiis non implicat, ut ſuccedatur in capita, juxta diſpoſitionem Juris communis, deciſ. Senen. 25. n. 37. pag. 146.

Immò hæc ſucceſſio magis favet agnationi, ibid. n. 38.

In fideicommiſſis ſucceſſivis ordinatis favore hæredum, & deſcendentium, an veniant hæredes ſanguinis, vel extranei, & an requiratur utraque qualitas, vel una tantum, & quæ ſufficiat, *vide latè in Verb.* Hæres *verſ.* appellatione.

Invitatus ad fideicommiſſum prælatitium ſubit onus ſub ſpe futuri, & eventualis lucri, quia tenetur prius ſtudiorum curſum peragere, & Lauream Doctoratus aſſequi, dec. Flor. 36. num. 24. & 25. pag. 615., *& Vide in Verb.* Onus *verſ.* ſub ſpe.

Minuis valorem rei in ſexta parte, deciſ. Flor. 6. n. 30. pag. 357.

Obſervantia, ut proſit pro fideicommiſſo inducendo, neceſſe eſt, ut actus, ex quibus reſultat, ſint proximi teſtamento, & geſti ab iis, qui poſſint eſſe informati de mente Teſtatoris, deciſ. Flor. 31. n. 56. pag. 544.

Ordinatum à majoribus ad tempus, ex quibus dicatur ab uno ex deſcendentibus extenſum, & in perpetuum prorogatum, dec. Sen. 35. §. 1. n. 42. pag. 230.

Ordinatum à duobus fratribus favore propriorum ſucceſſivè deſcendentium, duas continere dicitur donationes, unam, quæ à quolibet ipſorum fit propriis deſcendentibus, alteram, quæ unus donat alteri, ejuſque deſcendentiæ, dec. Flor. 53. n. 39. pag. 800.

Et in hoc caſu diſpoſitio in ea parte, in qua quilibet frater vocat ſuos deſcendentes, eſt merè lucrativa, ibid. n. 40.

Per-

Perpetuitas fideicommiſſi uni gradui adjecta, & in uno genere perſonarum volita, in alio repetita non cenſetur, dec. Flor.31. n.19. pag.538.

Ideoque verba importantia perpetuum fideicommiſſum in deſcendentibus non cenſetur repetita in tranſverſalibus, ibid. num.20.

Perpetuum, & ſucceſſivum cum vulgari anomala poteſt dici ordinatum favore omnium deſcendentium, etiamſi deficiat dictio *quandocumque*, dec. Sen.26. n.5. & 6. pag.149., *& vide latius in Verb.* Subſtitutio compendioſa.

Et ex quibus dicatur inductum fideicommiſſum perpetuum, & ſucceſſivum pro receſſu à theorica Cumani, *vide in Verb.* Subſtitutio vulgaris.

Proximiori relictum poſt quam ſucceſſit in eo proximior de tempore purificati fideicommiſſi, non vindicatur à magis proximo de novo ſuperveniente, dec. Flor.58. n.26. pag.848.

Proximitas gravati, & non gravantis attenditur in fideicommiſſis, dec. Flor.6. n.11. pag.354. & dec. Flor.26. n.25. pag.496., *& vide latè in Verb.* Proximitas.

Reale dependens à conditione exiſtentiæ perſonarum ſupra vocatarum, ceſſat, ſi illa deficiat, dec. Florent.31. n.51. pag.544.

Reciprocum eadem facilitate, qua fit in ultima voluntate, fieri etiam poteſt in contractu, & utroque caſu æquè validum eſt, dec. Flor.53. n.74. pag.804.

Relativum ad aliud ita interpretari debet, ut omne abſurdum evitetur, dec. Senen.35. §.1. n.43. pag.231.

Non dicitur ſimpliciter relativum, ſi novas conditiones, & nova pacta continent, ibid. n.44.

Si variet in vocatione fœminarum, & in ampliori ſpecificatione volitæ conſervationis bonorum in familia, dicitur novum, & diſtinctum à relato, d. dec. Sen.35. §.1. n.45. pag.231.

Etiamſi adſint verba relativa — *prout in eis continetur* — quia debent intelligi, congrua congruis referendo, ibid. n.46.

Vel intelligi poſſunt, quòd importent ſimilitudinem ad alia fideicommiſſa in genere, non autem ſimilitudinem in ſpecie, & circa ejuſdem fideicommiſſi durationem, dicta dec. Sen.35. §.1. n.47. pag.231.

Vel denique quòd importent relationem ad alias partes extra eas, circa quas ſuit novum fideicommiſſum ordinatum, ibid. n.48. pag.231.

Et eodem modo intelligi debent alia verba veluti -- *ut infra dicetur* -- quia conſtito ex proœmialibus, & diſpoſitivis verbis de voluntate ordinandi fideicommiſſum perpetuum, verba relativa referri debent ad qualitates, & onera inferiùs adjecta, non autem ad deſtructionem ejuſdem fideicommiſſi, d. dec. Sen.35. §.1. n.49. pag.231.

Præcipuè ſi poſt illa addita ſint alia — *& ad omnes alios meliores fines, & effectus* — quæ denotant teſtamentum operari debere nedùm effectus reſultantes à fideicommiſſo relato, & ab inferiori diſpoſitione, ſed omnes alios, qui poſſunt reſultare ex diſpoſitione nova fideicommittentis, ibid. n.50.

Et de ratione, ibid. n.51. 52. & 53.

Eoque fortiùs ſi in parte inferiori appoſita ſit clauſula -- *ſalvis prædictis* -- vel ſimilis, ex qua præſervativa reſultat individua approbatio ſuperiorum fideicommiſſorum, d. dec. Senen.35. §.1. n.54. pag.231.

Et quando ſpecialis præſervativa non adſit, ſufficit rem eſſe ambiguam, & non conſtare expreſsè de contraria diſpoſitione, ibid. n.55.

Relativum ad aliud remanet perpetuum, quando Teſtator illud perpetuum ſuppoſuit, licèt non eſſet, ſi conſtet de certa voluntate condendi fideicommiſſum perpetuum, dec. Sen.35. §.1. num.56. pag.231.

Quia falſitas ſuppoſiti, quod non probetur concludenter, fuiſſe cauſam finalem, non obeſt, ibid. n.57.

Reſtitutio fideicommiſſi, an & quando fieri debeat unà cum animalibus ſuper bonis fideicommiſſariis exiſtentibus, *vide latè in Verb.* Animalia *verſ.* Gregem.

FIDEJUSSIO

De ſtando juri, & judicatum ſolvendo præſtita per ceſſionarium non extenditur ad antea promiſſa per principalem, & in eadem fidejuſſione non expreſſa, dec. Sen.9. n.1. pag.49.

Eſt ſtricti juris, & ideò non extenditur ad diverſas perſonas, res, & caſus, ibid. n.2.

Unde præſtita in una inſtantia ſine novo fi-

fidejuſſoris conſenſu reproduci non poteſt in alia, dec. Flor.19. n.5. pag.524.

Probatur in eo, qui ſecuta decoctione principalis, petit tranſmiſſionem mercium, & dat modum eas dirigendi, ne capiantur à creditoribus, dec. Flor.21. n.51. pag.458.

Item in eo, qui aſſerit ſe habere intereſſe in mercibus, ſi nullum aliud habere poterat intereſſe, quàm illud fidejuſſionis, ibid. n.51.

Et vide Verbo Fidejuſſor, *verſic.* pro fidejuſſore.

FIDEJUSSOR

Ex intervallo poteſt ceſſionem reportare, dec. Flor.59. n.11. pag.858.

Sed non procedit, ſi ſit obligatus uti principalis, & inſolidum, ibid. numer.12. pag.859.

Contra, quòd talis fidejuſſor reſpectu debitoris principalis, & ad effectum acquirendi contra ipſum jura conſideretur uti fidejuſſor, d. dec. Flor.59. n.13. pag.859.

Maximè ſi præcedenter petita, & conventa fuerit jurium ceſſio, ibid. n.14.

Favore fidejuſſoris ea capienda eſt interpretatio, ut minùs gravetur, dec. Flor. 21. n.12. pag.464.

Inſolidum ſe obligantibus pluribus fidejuſſoribus, quilibet ad totam ſummam tenetur, dec. Flor.22. n.13. pag.465.

Si tamen fidejuſſores interveniant diſtinctè pro diverſis ratis, creditor recognoſcit creditum contra quemlibet, tamquam ſi quilibet de per ſe diverſam feciſſet obligationem, ibid. n.9. pag.464.

Obligatio de proprio facta in executionem teſtamenti alterius, quando non reſolvatur in fidejuſſionem, quatenus ſcilicet bona Teſtatoris non ſint ſufficientia, dec. Flor.47. n.16. & ſeqq. pag.744., *& vide in Verb.* obligatio *verſ.* facta.

Pro fidejuſſore aliquem non fuiſſe habitum, non deſumitur ex non facta deſcriptione fidejuſſionis in libro Creditoris, ſi creditor habeat fidejuſſoris epiſtolam in manibus, cum qua tutus erat, & ſi ſtatim, ac fidejuſſor ei denunciavit decoctionem, ſcripſit ſe pro fidejuſſore ſemper ſcribentem recognoviſſe, & neque tunc in libro fidejuſſionem deſcripſit, dec. Flor.21. num.58. pag.460.

Prout non præjudicat omiſſio dictæ deſcriptionis, ſi creditori fuit promiſſa ſolutio ſtatim, quo caſu non erat opus deſcriptione in libris, ibid. n.61.

Item ſi creditor potuit credere fidejuſſorem non remanere obligatum à principio, ſed ſolùm poſt paſſum damnum, d. dec. Flor.21. n.62. pag.460., *& vide in Verb.* fidejuſſio *verſ.* probatur.

Solvens ad ſe liberandum à fidejuſſoria obligatione, cenſetur ſolvere, non contemplatione Debitoris, ſed nomine proprio, & ad propriam obligationem eradicandam, d. dec. Florent.22. nu.25. pag.467.

Solvens non præſumitur velle debitum extinguere, & principalem liberare, ſed contra eum jura acquirere, deciſ. Flor.59. n.16. pag.859.

Maximè ſi declaravit ſolvere in vim fidejuſſionis, ſibique debitam eſſe dixerit jurium ceſſionem, ibid. n.17.

Solutio facta à fidejuſſore nomine Debitoris non debentis, & exceptione tuti, poteſt uti indebita condici, dec. Flor. 22. n.26. pag.467.

Subſidiariè obligatus urgeri non debet ante factam principalium excuſſionem, deciſ. Flor.47. n.17. pag.744.

Declara, hoc procedere favore tertii poſſeſſoris, non fidejuſſoris, qui ſe de proprio obligavit, ibid. n.18.

De fidejuſſore præſtando à Forenſe, juxta cenſuram Statuti Florentini in *lib.2. Rubric.17.*, *vide in Verb.* ſatiſdatio *per tot.*

FIDES

Baptiſmatis probat ætatem, non filiationem, dec. Flor.17. n.13. pag.506.

Extrajudiciales minùs legitimè, non citata parte, & abſque præcedenti decreto Judicis receptæ, nullam faciunt probationem, dec. Flor.28. n.1. pag.514.

Verùm tales fides Teſtium mortuorum, in præjudicium impedientis recognitionem, plenè probant, dec. Floren.29. num.1. pag.524.

FILIATIO QUAS CONJECTURAS REQUIRAT, EX QUIBUS EXCLUDATUR, ET EX QUIBUS PROBETUR

Conjecturæ ad probandam filiationem ſimul, & collectivè ſumendæ ſunt, dec. Flor.29. n.38. pag.529.

Fallit, quando ſunt ideales, & de per ſe nihil concludentes, quæ conjungi non poſſunt ad plenam filiationis probationem faciendam, ibid. n.39.

Ex

Ex pluribus enim non entibus, aliquod ens conſtitui non poteſt, tam in aliis, quàm in hac filiationis materia, ibid.

Maximè ſi concurrant conjecturæ filiationis excluſivæ, quæ contrarias deſtruant, dec. Flor.25. n.13. & dec.26. n.59. & ſimul unitæ efficaciores ſint, d. dec. Flor.26. n.60. pag.502.

Iſto enim caſu efficaciores requiruntur ad concludendam filiationem, dict. deciſ. Flor.25. n.12. & ſufficit, quod conquaſſentur, ad hoc ut actoris probatio concludens non ſit, dec. Flor.25. num.14. pag.489., *& vide infra verſic.* probanda.

Excluditur autem filiatio primò, ſi non probetur inter aſſertos Conjuges fuiſſe contractum matrimonium, dec. Flor.26. n.1. pag.492.

Nam deficiente matrimonio, deficit fulcimentum neceſſarium, & baſis fundamentalis filiationis, ibidem num.14. pag.493.

Et iſta cum pendeat à facto, requirit præexiſtentiam alicujus facti, quod ſit fundamentum aliarum probationum, ibidem.

Undè ad probandam filiationem legitimam debet conſtare de matrimonio, vel ſaltem de nativitate, vel conceptione filii in domo Viri, vel mulieris, maritaliter conviventium, d. dec. Flor.26.num.15. pag.494.

Et ad probandam filiationem illegitimam debet conſtare de cohabitatione, vel ſaltem de conſuetudine, & commercio, una cum cuſtodia ventris, ibidem num.16.

Secundò excluditur filiatio ex ceſſante tractatu, & agnitione Patris, d. deciſ. Flor.26. n.17. pag.494.

Et ſi aliàs diceretur, ſequeretur abſurdum, quod mortuo eo, qui aſſeritur Pater, quicumque poſſet ſe alicujus filium effingere, ibid. n.18.

Tertiò excluditur ex quo aſſertus Pater, occaſione petendi augumentum alimentorum, recenſuit omnes expenſas domus, & familiæ, & inter iſtas non recenſuit Uxorem, nec filios, dict. dec. Flor.26. n.19. pag.495.

Quartò, ex quo idem aſſertus Pater occaſione ingreſſus in Religionem aliis providit, & de filio impubere nullam mentionem fecit, immò ſuppoſuit filium non habere, ibid. n.20.

Non obſtante, quod ſimplex præteritio, & omiſſio, ſeu mentio filii non facta à Patre, ei non præjudicet, ſicuti nec præjudicat expreſſa Patris negatio, quod ſit filius, dict. dec. Florent.26. num.21. pag.495.

Id enim procedit, quando clarè de filiatione conſtet; ſecùs verò ſi de ea dubitetur, quo caſu confeſſio Patris nocet filio, ibid. n.22.

Quintò, ex quo prætenſus filius non fuit pro tali recognitus à Conſanguineis, immò iſti, actus Conſanguinitati, & filiationi repugnantes geſſerunt, dict. dec. Flor.26. n.23. pag.495.

Et quinam ſint hujuſmodi actus, ibidem n.24. 27. 30., & 31. pag.496. & 497.

Idemque dicendum eſt de ſeriis, ac reiteratis aſſertionibus, & declarationibus Conſanguineorum, quibus defertur pro excluſione filiationis, ibid. n.33. p.497.

Etiamſi de his non conſtet, quàm ex epiſtolis ſolùm extrajudicialiter recognitis, quæ aliis adminiculis fulcitæ recipiuntur pro filiatione excludenda, d. deciſ.26. n.26. pag.496.

Et teſtes multis annis retrò examinati, ac deindè defuncti, nec quoad perſonas, nec quoad dicta exceptionem patientes, multùm attendi ad hunc effectum merentur, ibid. n.31. pag.497.

Sextò, ex taciturnitate, & permiſſione prætenſi filii, ut bona ipſi debita, ſi eſſet filius, ad alios devolvantur, d. deciſ. Flor.26. n.34. pag.498.

Nec prodeſt filio excluſo allegare abſentiam, ſi iſta non probetur, prout ab allegante probanda eſt, ibid. n.35.

Aliàs non præſumitur, immò præſumitur, contrarium, dec. Florent. 26. num.44. pag.499.

Maximè, ſi agatur de domiciliato, cujus præſentia, & habitatio ſemel fuit probata, ibidem n.45.

Et contrariæ Auctoritates declarantur, ibidem n.46. & ſeqq.

Sicut non prodeſt allegare cauſam, quod Pater religioſus voluerit filio occultare ſucceſſionem debitam, & illum fraudare fructibus ei debitis, ut illos traderet propriis Creditoribus, d. deciſ. Flor.26. n.36. pag.498.

Nec quod filius excluſus, eſſet de tempore ſucceſſionis bannitus, ſi bannum

non adducatur, ſed prætendatur illud probari per Teſtes, quod non admittitur, ibid. n.37.

Nec quod filio excluſo non innotuerit caſus ſucceſſionum ad ipſum delatarum, ſi hic evenerit in loco originis, & habitationis, in quo deſcendentia in familiis nobilibus habetur pro notoria, nullaque alia ſcientiæ probatio eſt neceſſaria, d. dec. Flor.26. n.48. pag.500.

Vel ſi evenerit, vivente Patre, à quo filius præſumitur certioratus de ſucceſſione ad ipſum delata, ibid. n.49.

Prout ab Amicis, & Conſanguineis, maximè concurrentibus circumſtantiis, dicta dec. Flor.26. n.50. pag.500.

Septimò filiatio excluditur, ſi pro alienatione bonorum fideicommiſſariorum fuerunt citati plures ſubſtituti, etiam remotiſſimi, & aſſertus filius, qui gradu longè proximior fuiſſet, nec requiſitus, nec vocatus fuerit, ibid. n.40. & 43. pag.499.

Octavò excluditur filiatio, ſi non conſtet per legitimas probationes de Matris nativitate, & exiſtentia, nec de ejus obitu, nam tunc præſumitur fictitium matris nomen, inventum ad hoc, ut difficilius poſſet deſtrui falſum commentum, d. dec. Flor.26. n.54. pag.501.

Maximè, ſi prætendatur matrem fuiſſe veneno ſublatam, idque faciliter probari poſſit ex proceſſu, ibid. n.55.

Aut ſide mortis, d. dec. Flor.26. num.56. pag.501.

Nonò excluditur, ſi non conſtet, ubi fuerit natus aſſertus filius, ubi permanſerit, & quid egerit uſque ad annum 34. ſuæ ætatis, quo cæpit ſe nominare filium, occaſione matrimonii contrahendi extra Patriam, ibid. ſub n.57. *verſ.* ſimili modo.

Eoque magis ſi ipſe diù diſtulerit petitionem poſt mortem alicujus informati pro experienda prætenſione filiationis contra non informatos, cum tunc præſumatur, id feciſſe ad occultandam injuſtitiam prætenſionis, d. dec. Flor.26. n.58. pag.501.

In materia filiationis, prout in quacumque alia, nulla fides adhibetur Teſtibus non informatis, non deponentibus de re ad eorum officium ſpectante, nec congruam, & ſufficientem rationem eorum dicti reddentibus, deciſ. Florent. 27. numer.11. pag.505.

Nec Teſtibus non citata Parte examinatis, aut atteſtationibus extrajudicialibus abſque decreto Judicis receptis, dec. Flor. 28. n.1. pag.514.

Nec depoſitionibus Teſtium exterorum, ibid. n.3.

Nam iſti non poſſunt eſſe informati de iis, quæ neceſſaria ſunt ad probandam filiationem, dicta dec. Florent. 28. num.2. pag.514.

Maximè in concurſu Teſtium Conſanguineorum, & domeſticorum, qui tamquàm magis informati in concurſu cum alienigenarum dictis debent præferri, ibidem num.4.

Prout ſunt præferendi Teſtes magis qualificati, & adminiculati, d. deciſ. Flor.28. n.5. pag.514.

Nec Teſtibus inimicis eorum, contra quos inducuntur, creditur, ibidem numer.17. pag.516.

Sicut nec Teſtibus mendacibus, & non informatis, d. dec. Flor.28. num.19. & 20. pag.516.

Et tales dicuntur, ſi depoſuerint filiationem eſſe publicam, & notoriam, quando ab aliis Teſtibus, & ſententia conſtat de extinctione lineæ, nulla facta oppoſitione de exiſtentia aſſerti filii, qui fuiſſet de dicta linea, ibid. n.18.

Nec Teſtibus deponentibus de auditu, d. dec. Flor.28. n.26. pag.517.

Etiam in antiquis, ibid. pag.518.

Maximè quando non ſpecificent perſonas, à quibus audiverint, quo caſu atteſtationes remanent ſuſpectæ, ibidem n.27. pag.518.

Alia vid. in Verb. Fama, *& in Verb.* Teſtis.

Sic etiam non probatur filiatio ſufficienter per depoſitiones Teſtium dubias, & æquivocas, dec. Flor.27. n.16. pag.506.

Et earum dubietas contra inducentem interpretatur, ibid.

Item nec per licentiam contrahendi matrimonium alicui, uti filio certæ perſonæ, quia de filiatione non inquirit Ordinarius, talem licentiam concedens, d. deciſ. Flor.27. n.2. pag.504.

Prout nec per denunciationes matrimoniales à Parocho factas, cum hæ tantùm fiant ad detegenda impedimenta matrimonii, ibid. n.17. pag.506.

Nec per fidem Baptiſmatis, per quàm tantùm ætas probatur, d. dec. Flor.27. n.13. pag.506.

Nec per acta in certo Judicio incidenter

geſta de filiatione, ad finem aliud probandi, quæ in altero, in quo principaliter de ea agatur, non juvant, ibidem num.18.

Nec pariter per ſententiam, quòd quis ſit filius alicujus, obtentam pro conſecutione juris honorifici, nemine contradicente, quæ nocere non poteſt in alio Judicio, ad effectum ſucceſſionis, & probandæ filiationis in præjudicium tertii, d. dec. Flor.27. n.19. pag.507.

Nec per enunciativas inſtrumentorum, quæ non probant filiationem contra tertios, non habentes cauſam ab enunciante, quidquid eſſet inter eaſdem perſonas, & habentes ab eis cauſam, ibidem num.20.

Maximè ſi fuerint prolatæ à perſona ſuſpecta, vel intereſſata, etiamſi verſaremur in antiquis, d. dec. Floren.27. num.21. pag.507.

Et fortius ſi emiſſæ non ſint in loco nativitatis, ſed longinquo, & ubi oppugnatores non ſint, ibid. n.22.

Quamvis enunciativæ fuerint approbatæ à contrahentibus cum aſſerto filio, quia illi, niſi aliundè ſint informati, præſumuntur ab ejus aſſertionibus decepti, d. dec. Flor.27. n.23. pag.507.

Eoque minùs tales enunciativæ filiationem probant, ſi ſint prolatæ ad alium effectum, quàm eam probandi, ibidem num.24.

Præſertim quando quæſtio verſatur ſuper veritate enunciati, d. dec. Flor.27. n.25. pag.507.

Limita, ut enunciativæ emiſſæ ab ipſo filio, vel ab aliis, ipſo præſente, probent, ibid. n.26. pag.507.

Hæc tamen limitatio in quibus terminis procedat, declaratur, *& dec.17. coram Dunozet. Jun.* explicatur, d. dec. Flor.27. n.27. pag.507.

Enunciativæ, ut dicantur antiquę, & ob id filiationem probent, juxta plurium ſententiam excedere debent centum annos, ibid. n.30. pag.508.

Et juxta aliorum 50. vel 60. annos, ibidem ante n.31.

Et an, & quando ab his detrahatur tempus motæ litis, ibid. n.31. & ſeqq. *& vide in Verb.* enunciativa, verſ. antiqua.

Non tamen probant etiam in antiquis filiationem, ſi nulla detur probatio, ſubſtantiam filiationis concernens, & pluræ urgeant in contrarium, d. dec. Flor.27. n.36. pag.509.

Nec eam probant, quamvis innumeræ, ſi promanent ab una tantùm perſona, ibidem num.37.

Prout nec ſi promanent ab eis, cum quibus aſſertus filius ſe jactavit talem, dict. dec. Floren.27. num.38., ubì de ratione pag.509.

In aſſerentis tamen præjudicium probarent, ibid. n.39.

Item emiſſæ à Matre Sponſæ in inſtrumento donationis, factæ filię contemplatione certi matrimonii, filiationem Sponſi non probant, ſi in aliis rebus mater appareat decepta, d. dec. Flor.27. num.40. pag.510.

Maximè in præjudicium tertii ab ea cauſam non habentis, ibid. n.41.

Et fortiùs ſi Mulier nullos habebat in Civitate Conſanguineos, qui eam à Viri ſagacis deceptione liberarent, dict. dec. Flor.27. n.42. pag.510.

Et ſi erat Vidua, quæ in locis, ubi aliæ matronæ ad confabulandum congregantur, accedere non ſoleat, ibidem num.43.

Ita etiam non probatur filiatio per publicam vocem, & famam, niſi aliæ conjecturæ, & adminicula concurrant, dec. Flor.28. n.12. pag.515.

Fama enim teſtis fallax eſt, nec ea deterior invenitur, ibid. n.13.

Et ſine ſpecificatione perſonarum, à quibus originem habuerit, filiationem non probat, dict. deciſ. Florent.28. num.14. pag.515.

Fortius ſi publica vox filiationis ortum habuerit à principio infecto, Conſanguineis, & perſonis intereſſatis, ibid. n.16. pag.516.

Etiamſi eſſemus in antiquis, ibid.

Nec probat, ſi ab actibus contrariis probationem excludentibus proſternatur, d. dec. Flor.28. n.24. pag.517.

Et de ratione, ibid. & n. ſeq.

Contra, ut ad probandam filiationem ſufficiat, quod Teſtes de fama deponant, ſe publicè audiviſſe abſque ſpecificatione perſonarum, à quibus audiverint, dict. dec. Flor.28. n.21. pag.517.

Declara id procedere, quando contra Teſtes nihil urget, contra famam nihil deducitur, & nulla in oppoſitum adeſt conjectura, neque ſuſpicio, alias ſecùs, ibid. n.22.

Vel

Vel quando teſtes de fama filiationis deponunt in vicinia, cum hæc depoſitio contineat implicitè auditum à Vicinis, d.dec. Flor.28. n.23. pag.517.

Nec per epiſtolas ſcriptas ab illis de familia litem habentibus, vel movere meditantibus contra eum, cum quo de filiatione contenditur, dec. Flor.29. ante n.23. pag.527.

Maximè ſi non fuerint recognitæ, cum potuerint à parte ſcribi ad ejus placitum, ibid. n.23.

Et ſi agatur de præjudicio tertii à ſcribentibus cauſam non habentis, d. dec. Flor. 29. n.24. pag.527.

Fortiùs ſi appareant ſcriptæ à Conſanguineis de linea ſuſpecta de illegitimitate, aliaſque exceptiones patientibus, & contrarium pro vero habuerint Conſanguinei de vera legitima linea, quippe qui in concurſu aliis præferri debent, ibid.n.25.

Vel ſi ſint ſcriptæ à conſanguineo abſente à loco, ubi natus fuit aſſertus filius, & qui ab iſto habuit opinionem, & credulitatem filiationis, d.dec. Flor.29. n.26. pag.527.

Adducuntur deciſiones *Rotæ Romanæ* firmantes, quòd tales epiſtolæ ſcriptæ ab agnatis, & conſanguineis faciant ſaltem adminiculum, & ſemiplenam probationem filiationis, ibid. n.27.

Declarantur, ut procedant, quando adſunt tractatus, pro filiatione, agnatorum, & collitigantis, quibus concurrentibus ſufficiunt ad filiationem probandam conjecturæ minùs urgentes, d. deciſ. Flor.29. n.28. pag.527.

Non probatur filiatio per identitatem nominis nimiùm apud omnes frequentis, quæ nullam inducit præſumptionem filiationis, ibid. n.30. pag.528.

Præcipuè in præjudicium tertii, ibidem num.31.

Auctoritates in contrarium declarantur, ibid. n.32.

Probatur ex aſſertione Patris facta in teſtamento, dec. Flor.11. n.4. pag.378.

Item ex fidibus Decimarum Florentiæ, concurrentibus adminiculis, ibid. nu.5. *& vid. in Verb.* Deſcendentia, ubi plura, *& in Verb.* Identitas *verſ.* perſonæ.

Item ex matrimonio contracto cum aliquo, uti filio certæ perſonæ, dec. Flor.27. n.45. pag.510.

Quæ tamen concluſio declaratur procedere, quando matrimonium contractum fuit cum interventu qualificatorum virorum, & conſanguineorum utriuſque Sponſi, quando aliæ conjecturæ pro filiatione concurrunt, quando non agitur contra tertium, & quando non verſatur in perſonis imbecillis judicii, quæ facilè decipi poſſent, ibid. n.46. & 47.

Item probatur ex quo quis in ultima vitæ periodo talem ſe nominavit, quando agitur de præjudicio ipſius morientis, vel ejus hæredis, d. dec. Flor.27. n.48. pag.511.

Secùs autem quando agitur de præjudicio tertii, pro quo ſufficit morientem vel erraſſe, vel oblivisci potuiſſe ad hoc, ut ei non credatur, ibid. & n.49.

Probanda eſt ab eo, qui prætendit ſuccedere in fideicommiſſo pro deſcendentibus maſculis, legitimis, & naturalibus ordinato, deciſ. Florent.25. numer.1. pag 487.

Et quidem probationibus, & conjecturis undique concludentibus, ubì agitur de ſucceſſione in primogenituris, & fideicommiſſis, ad excluſionem tertii poſſeſſoris, ibid. num.2. pag.488. & n.7. pag.489.

Secùs verò quando agitur de probanda filiatione ad effectum manutentionis, conſecutione alimentorum, & ſucceſſionis contra Patrem, vel ejus hæredes, quo caſu leviores ſufficiunt probationes, ibid. d. n.2. pag.488.

Prout quando agitur de filiatione non principaliter, ſed incidenter, nempè ad effectum ſucceſſionis, d. dec. Flor.25. n.3. pag.488.

Quando concurrunt adminicula, dec. Flor. 20. n.28. pag.527.

Et quando non agitur contra tertium poſſeſſorem vigore fideicommiſſi, dec. Flor.25. n.4. pag.488.

Declara, ut non dicatur incidenter deducta filiatio, quando non adducitur pro conſequendis alimentis, ſed pro ſuccedendo in fideicommiſſo, & in judicio petitorio pro fundamento intentionis Actoris, d. dec. Flor.25. num.5. pag.488.

Auctoritates in contrarium allatæ declarantur procedere, comparativè ad judicium magis principaliter motum ſuper filiatione, ibid. n.6.

Non autem comparativè ad judicium magis

gis incidens manutentionis, alimentorum, vel ſimile, reſpectu cujus filiatio, etiam quando agitur ad effectum ſucceſſionis, dicitur principaliter deducta, d. dec. Flor.25. n.7. pag.489.

Et ſive comparativè ad unum, ſive ad aliud judicium filiatio conſideretur, concludentiſſimè probanda eſt, ſi eſt principale fundamentum intentionis Actoris, & agitur contra habentem cauſam à Patre, & de maximo præjudicio, ut de avocandis bonis à poſſeſſore, ibid.

Ad quem effectum fœminæ in fideicommiſſo non ſubſtitutæ, ſi ſint hæredes ab inteſtato ultimi maſculi, & poſſideant, dicuntur tertiæ poſſeditrices, & iſte caſus pacificatur cum caſu tertii, ſe opponentis tamquam ad fideicommiſſum vocati, d. dec. Flor.25. num.8. pag.489.

Immò hoc caſu avocationis bonorum à fœminis, vel aliis conſanguineis poſſeſſoribus, urgentiores requiruntur probationes pro filiatione, quàm ſi ageretur de bonis avocandis à tertio extraneo, ibid. n.9.

Et contrariæ Auctoritates procedunt, quando agitur de excludendo extraneo, nullo modo Teſtatori conjuncto, d. dec. Flor.25. n.10. pag.489.

A' tali onere filiationem probandi eximitur exiſtens in quaſi poſſeſſione filiationis, nam transfundit onus in adverſarios probandi contrarium, dec. Flor.29. numer.33. pag.528.

Sed quaſi poſſeſſio debet deſumi ex aliquo facto filiationi proportionato, non ex ſimplicibus ſermocinationibus, & diſcurſibus, ibid. n.34.

Et non debet habere conjecturas in contrarium, quia iſtæ quaſi poſſeſſionem reddunt turbidam, & æquivocam, illamque deſtruunt, d. dec. Flor.29. n.35. pag.528.

Nec talem effectum operatur contra tertios poſſeſſores, ibid. n.36.

Auctoritates in contrarium declarantur, ibid. n.37.

FILIUS

Alendus eſt à Matre uſque ad ætatem trium annorum, dec. Sen.28. §. Unic. n.33. pag.167.

Arrogatus, *vide in Verb.* Arrogatus.

Bona adventitia non tenetur vendere pro alendo ſe, & Patre, dec. Flor.36. numer.21. pag.615.

Exhæredari non poteſt ex eo, quod Uxorem duxerit, Patre contradicente, dec. Senen.41. n.9. pag.266.

Extraneo aſſumpto à Teſtatore in locum filii, debentur alimenta filiis debita, decis. Flor.36. n.6. & ſeqq. pag.612., *& vide in verb.* Alimenta.

Subſtitutus in ſola legitima, & dato alio univerſali hærede, ſuccedit in Jurepatronatus hæreditario, ſecùs in mixto, & gentilitio, dec. Sen.15. n.3. pag.73. *& vide in Verb.* Juſpatronatus *verſ.* hæreditarium totum defertur.

Litigenti contra Patrem, alimenta, & ſumptus litis debentur, dec. Sen.29. n.1. pag.177.

Neque ad hunc effectum paupertatem concludenter probare tenetur, quia illa in filio familias à lege præſumitur, ibid n.14. pag.178., *vide in Verb.* Alimenta.

Naturalis, deficiente legitima prole, duas tantùm uncias habere poteſt, quibus etiam caret, illa exiſtente, dec. Flor.22. n.23. pag.381.

Nubens contra voluntatem Patris, an alimenta conſequi debeat, *vide in verb.* Alimenta.

Peccans contra bonos mores, licèt Patrem, & legem contemnat, non tamen dicitur ingratus, decis. Senen.41. nu.32. pag.269.

An, & quando Filia, curatrix dari poſſit Matri dementi, *vide in Verb.* Tutor *verſ.* Pupillo.

FILII

Appellatione filiorum veniunt ſolùm filii primi gradus, dec. Floren.31. num.66. pag.547.

Maximè ſi Teſtator vocavit filium E. G. Petri nomine proprio, & alios filios ejuſdem Patri, decis. Senen. 25. num.16. pag.142.

Nam dictio *alios* denotat ſimilitudinem cum primo filio, proprio nomine vocato, ibid. n.17. *vide in Verb.* Vocatio.

Non veniunt Nepotes, præſertim Florentiæ, ſtante conſuetudine, ut ſub nomine filiorum non veniant nepotes, ibid. n.67. & dec. Flor.57. n.27. pag.833.

Item quando adeſt aliqua diverſitas rationis, dec. Sen.25. n.25. pag.144.

Maximè in diſpoſitione tranſverſali, ibid. num.26.

Niſi

Niſi conſtet ex conjecturis de contraria mente teſtantis, dec. Flor.57. num.28. pag.833.

Conjecturæ tamen debent eſſe concludentiſſimæ, dicta deciſ. Senen.25. numer.23. pag.145.

Veniunt etiam fœminæ, dec. Senen.38. n.1. pag.256., & vide in Verb. Fœminæ, verſ. appellatione.

Appellatione filiorum legitimorum, & naturalium, an veniat Eccleſia, & Monaſterium, dec. Flor.58. n.17. pag.847.

In capita, & non in ſtirpes veniunt filii diverſorum fratrum, inter ſe concurrentes ad ſucceſſionem Patrui, dec. Senen.25. n.14. pag.142.

Sed ſi concurrunt filii unius fratris cum Patruo, ſuccedunt in ſtirpes, ibid. n.23. pag.144.

Ad effectum ſuccedendi in ſtirpes, ſubingrediuntur in locum patris etiam viventis, ſi ille ſit privatus, vel aliàs incapax, dict. dec. Senen.25. n.30. pag.141.

Ex Aſcendentibus faminis Teſtatoris, cenſentur deſcendentibus ex tranſverſalibus prædilecti, dec. Flor.31. n.64. pag.546.

Stante præcipuè priori eorum nominatione, & prælativa vocatione, ibid. n.65.

In portione Patri relicta cenſentur omnibus prædilecti, dec. Senen.28. §. unic. n.92. pag.175.

Pœna incurſa per Patrem contravenientem non extenditur ad filios, ex propria perſona vocatos, deciſ. Flor. 13. num. 30. pag.393.

Et iſtis non exiſtentibus capacibus, ad alium ſubſtitutum devolvitur, non ad hæredem ab inteſtato, in teſtamento non vocatum, ibid. n.31.

Pluralitas filiorum non præſumitur, dec. Flor.21. n.16. pag.380.

Vocati expreſſè in caſu contraventionis Patris, multò magis cenſentur vocati in caſu obitus, deciſ. Senen. 6. numer. 23. pag.41.

Idque ex identitate, ſeu majoritate rationis, ibid. n.24.

Vocatio filiorum non importat niſi vulgarem ſubſtitutionem, dec. Flor. 31. num. 68. pag.547., & vide in Verb. Subſtitutio vulgaris.

FILII POSITI IN CONDITIONE

Poſiti non cenſentur in tacita conditione, ex Textu in l. cum Avus ff. de condit. & demonſtr. ſi in alia diſpoſitionis parte legantur in conditione expreſſa, dec. Senen.6. n.15. pag.41.

Et quando ſecùs, vide in Verb. Conditio ſi ſine filiis, ubi latè de materia.

Vocati regulariter non cenſentur, & hæc opinio eſt inconcuſſa in Rota Florentina, dec. Flor.60. n.3. pag.863.

Nec ab iſta regula receditur, niſi conjecturæ ſint urgentiſſimæ, quando ſumus in Tranſverſalibus, ibid. n.4. pag.864.

Licèt in teſtamento Aſcendentis leves, & minùs urgentes ſufficiant, d. dec. Flor. 60. n.5. pag.864.

Sed etiam in deſcendentibus conjecturæ debent eſſe in ſuo genere perfectæ, & concludentes, ibid. n.6.

Et conjecturæ, quæ ſufficiunt ad vocationem filiorum in conditione poſitorum, ſufficiunt etiam ad vocationem extraneorum, quos uti ſuos Teſtator habuit, dec. Flor. 36. n.7. pag.612.

Conjectura ſufficiens dicitur diſpoſitiva vocatio filiorum in alia teſtamenti parte, d. dec. Flor.60. n.7. pag 865.

Contra, quia iſta conjectura potius retroquetur, ibid. n.8.

Maximè ſi expreſſa vocatio facta fuit per vulgarem, à qua non arguitur vocatio per fideicommiſſariam filiorum in conditione poſitorum, d. dec. Flor.60. n.9. pag.865.

Secunda conjectura eſt digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, ibid. n.10.

Sed talis digreſſus non eſt conſiderabilis, quando omnes ſubſtitutiones dependent ab unico caſu obitus inſtitutorum ſine filiis, d. dec. Flor.60. n.11 pag.866.

Maximè ſi adſint verba reſtrictiva, ibid. num.12.

Item non attenditur digreſſus, qui præcedit poſitionem filiorum in conditione, ſed debet ſubſequi, d. dec. Flor.60. n.13. pag.866.

Nec digreſſus dependens à ſubſtitutionibus factis per vulgarem, ibid. n.14.

Sed debent eſſe fideicommiſſariæ, d. dec. Flor.60. n.15. pag.866.

Et continere plures ſubſtitutionum gradus, ibid. n.16.

Tertia conjectura deſumitur ex oneribus piis perpetuis, impoſitis hæredibus, d. dec. Flor.60. n.17. pag.867.

Sed hæc conjectura non recipitur, quando onus fuit injunctum inſtitutis, & ſubſtitutis, quod non adaptatur poſitis in condi-

ditione, ibidem num.18.
Maximè ſi ſubſtituti vocati ſint per vulgarem, quo caſu gravamen dicitur impoſitum, eveniente ſolùm caſu ſubſtitutionis vulgaris, d. dec. Flor.60. n.19. pag.867.
Quarta conjectura eſt ſubſtitutio piæ cauſæ, ibid. n.20.
Contra, ibid. n.21.
Item pro conjectura adducitur poſitio in conditione cum qualitate legitimorum, & naturalium, reciproca inter primos, ſubſtitutio compendioſa, & clauſula codicillaris, d. dec. Flor.60.n.22.& ſeqq. pag.868.
Reprobatur conjectura deſumpta ex qualitate legitimorum, & naturalium, ibid. num.26.
Etiamſi agatur inter deſcendentes, d. dec. Flor.60. n.27. pag.869.
Saltem quando non conſtet fuiſſe habitam rationem conſervationis agnationis, ibid. n.28.
Reprobatur conjectura deſumpta ex reciproca inter primos, d. dec.Flor.60.n.29. pag.869.
Et ex ſubſtitutione compendioſa, & ex clauſula codicillari, ibid. n.30. & 31.
Conjecturæ, quæ de per ſe in hac materia non concludunt, ſimul junctæ operantur, dict. dec. Flor.60. n.33. pag.870.
Sed non procedit, quando iſtæ in ſuo genere imperfectæ ſunt, & irrelevantes, ibid. n.34.
Vocati ex diſpoſitione ſtatuti, vel Hominis ad portionem Patris, vocati etiam cenſentur ad portionem Patrui, per ejus prædeceſſum apud patrem conſolidatam, dec. Flor. 51. n.11. pag.787.

FILIUS FAMILIAS

Obligari validè non poteſt pro excarcerando patre, abſque ſtatutariis ſolemnitatibus, dec. Sen.36. n.32. pag.252.
Contrarium in Uxore pro excarcerando Viro, ibid. n.2. & ſeqq. pag. 246.& n.33. pag.252. *& vide in Verb.* Mulier *verſ.* obligare.

FISCUS

Bona delinquentis appræhendit tam libera, quàm fideicommiſſaria, & qualitercumque ab ipſo poſſeſſa, etiam jure depoſiti, & commodati, & hæc eſt praxis, deciſ. Flor.17.n.23. pag.424.
Et de conſuetudine deſcribit dumtaxat mobilia, ſuper quibus non ſolet cadere fideicommiſſum, ibid. n.24.
Subeſſe tamen debet omnibus oneribus, ſuper iiſdem bonis contractis, d. dec. Flor. 25. n.25. pag.425.
Omneſque creditores ante delictum, ab eo debent ſatisfieri, ibid. n.26.
Et id debet facere ſummariè, & abſque dilatione, d. dec. Florent.17. num.27. pag.425.
Itaut debitor confiſcatus à quibuſcumque obligationibus ante delictum contractis liber evadat, ibid. n.28.
Et remanet ſolum creditoribus actio contra Fiſcum, dict. dec. Florent.17. num.29. pag.425.
Tenetur ſolvere etiam dotem Filiæ delinquentis, ibid. n.30.
Et præſtare alimenta filiis ejuſdem, d. dec. Flor. 17. n.31. pag.425.
Nec non legitimam, ibid. n.32.
Et ſtante paupertate Uxoris condemnati, eidem tradere quartam vigore *Auth. Præterea C. Unde Vir, & Uxor*, d. deciſ. Flor.17. n.33. pag.425.
Ideo ad evitandas lites, & expenſas pro purificanda hæreditate delinquentis à debitis, ſi dubitet, vel agnoſcat, nihil pro eo remanere poſſe, aliquo *per ſtralcio* recepto, bona incorporata ſolet refutare, vel etiam liberè dimittere, ibid. n.34. & 35. pag.426.
Idque facere poteſt, etiam poſtquam bona agnovit, ibid. n.34.
Bona ab indignis ipſe ſolus, & non alius auferre poteſt, dec. Senen.20. num.12. pag.101.
Hypothecam habet à die contractus initi cum ſuo debitore, deciſ. Flor.50. n.24. pag.762.
Immò in bonis poſt contractum quæſitis præfertur creditoribus anterioribus, expreſſam hypothecam habentibus, ibid. n.25. pag.763.
Prælatio competit Patrimonio Principis publico, & privato, & cujuſcumque generis, & hypothecam, & privilegia fiſcalia habet, d. dec. Flor.50. num.29. pag.763.
Et hoc nedùm de jure, ſed vigore motus proprii Sereniſſimi Magni Ducis, qui hic transcribitur, ibid. n.30.
Non gaudet tamen privilegiis fiſcalibus, ſi mercaturam exerceat, d. dec. Flor.50. num.17. pag.763., *& vide in Verb.* Annona.

FLO-

FLORENTIA

Conſuetudo in Civitate Florentiæ viget, quòd ſub nomine filiorum non veniant nepotes, deciſ. Florent.31. numer.67. pag.547.

Item judicandi contra fideicommiſſum, & recedendi à Theorica *Comani*, ibid. n.77. pag.548.

De pluribus Statutis Civitatis Florentiæ, *vide in Verb.* Statuta particularia diverſorum locorum *verſ.* Florentiæ.

FORENSIS

An, & quando in Forenſes alienari poſſint bona, non obſtante Statuto hanc alienationem prohibente, *vide in Verb.* Statutum quoad prohibitionem alienationis in Forenſes.

Non dicitur Forenſis, qui ſubeſt eidem Principi ad effectum ſupradicti Statuti, dec. Senen.20. n.20. pag.103.

Volens uti Statuto Florentino debet ſatiſdare de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, tam in caſu conventionis, quàm reconventionis, dec. Flor.29. num.3. pag.524. *& reliqua*, *vide in Verb.* Satiſdatio *verſ.* de Judicio ſiſti.

FORMULARIUM

Senenſe vim legis obtinet, dec. Sen.3. n.42. pag.17.

Et requiritur, ut à Notariis apponatur in ſubſtitutionibus clauſula *vulgariter*, *pupillariter*, *& per fideicommiſſum*, & omiſſa ſupplenda eſt à Judice, dec. Senen.31. n.9. pag.188.

FRATER

Sororem dotare non tenetur, niſi uti hæres Patris, poſt ejus mortem, dec. Flor.15. n.37. pag.409.

FRAUS

Et machinatio reſultat ex iis, quæ poſtea geruntur, dec. Flor.40. num.15. pag.635.

FRUCTUS

Anterioritas competens pro ſorte, datur etiam pro fructibus, dec. Flor.59. n.15. pag.859.

Appellatione fructuum venit fimum, ſeu ſtercus Pecorum, aliorumque animalium, exiſtentium in prædio, dec. Senen.4. n.27. pag.30.

Item fœtus animalium, in fundo exiſtentium, & in eo alimenta ſumentium, ibidem n.30.

Et non ſolùm computatur valor eorum, qui nati ſunt eodem anno, ſed & augmentum eorum, qui nati ſunt anno præcedenti, d. dec. Senen.4. num.31. pag.30.

Item caſeus, Lana, Hædi, & Agni, ibid. n.36. 37. & 38. pag.31.

Item regalia Colonorum, d. dec. Senen.4. ſub n.40. pag.31.

Item Columbarium, ibid. n.42. pag.31. *& vide in Verb.* Columbarium *per tot.*

Item folia ſicomorum, d. dec. Senen.4. n.29. pag.30.

Et iſta in totum ſpectant ad Dominum, ibid. n.28.

Bonorum feudalium cui debeantur, quando relinquitur feudum filio fam., in poteſtate patris exiſtenti, *vide in Verb.* Uſusfructus *verſ.* competit *circa medium*.

Dotis, conſtante matrimonio, ſpectant ad maritum, dec. Sen.17. n.6. pag.90. & deciſ. Sen. 28. §. Unic. n.50. pag.170.

Non præſumuntur à vidua cumulati, quando ex iis ali debet, d. dec. Senen.17. num.7. pag.90. *& reliqua vide in Verb.* Dos quoad fructus.

Indebiti, quando repetuntur, conſiderantur uti Sors, nec retinentur ratione conſumptionis, & bonæ fidei, dec. Flor.22. n.27. pag.467.

Majores ſemper ſolent eſſe penſione conventa, dec. Sen.4. n.64. pag.35.

Quia non ſolent homines prædia conducere pro majori penſione, quàm ſit illorum redditus, ibid. n.65.

Non dicuntur, niſi deductis expenſis, d. dec. Sen.4. n.21. pag.29.

Percepti præſumuntur à poſſeſſore rei, quæ erat de ſui natura fructifera, ibid. n.44. pag.32.

Et non percepti propria poſſeſſoris culpa, vel negligentia, pro perceptis habentur, d. dec. Senen.4. n.45. pag.32.

Percepti per gravatum an imputentur in detractiones, *vide in Verb.* Legitima, *verſ.* non amittitur.

Recompenſativi debentur tantùm pro pretio rei venditæ, non autem pro debito, aliundè promanante, dec. Flor.19. numer.2. pag.439.

Præcipuè ſi debitum conſiſtat in ſola pecunia, quæ fructus non parit, ibid. n.3.

Et maturati, non obſtante ſucceſſiva ſolutione, integraliter debentur uſque ad ſortis extinctionem, d. deciſ. Flor. 19. num.4. pag.439.

Si venditor in uno caſu fructus pretii rei ven-

venditæ alioquin debitos convenerit ſibi perſolvi, in altero caſu, in quo indebiti ſunt, ſi non expreſſit, noluiſſe dicendum eſt, ibid. n.15. pag.440.

Et conventio prædicta ſolutionis fructuum indefinitè facta, omne tempus comprehendit, nec poteſt ad unum caſum reſtringi, dicta dec. Flor.19. num.17. & ſeqq. pag.440.

Et concepta indefinitè in caſu facti inveſtimenti, vel præſtiti fidejuſſoris, non valet reſtringi ad caſum, & tempus determinatum, antequam multiplicum certæ ſummæ complectur, ibid.

Maximè ſi ex lectura inſtrumenti conſtat de comprehenſione omnium caſuum, & temporum, & ex dictione *ſino a tanto*, latinè *uſque*, omne tempus concludente, d. dec. Flor.19. n.18. pag.441.

Et fortius ſtante dictione *detto*, quæ repetit omnia ſuperiùs expreſſa, retento themate orationis præcedentis, & ſic tam confecti, quàm non confecti multiplici, ibid. n.19. pag.441.

Obligatio fructuum recompenſativorum complicata cum reſervatione dominii, indeterminata dicitur ad omne tempus, prout ipſamet dominii reſervatio, d. dec. Flor.19. n.20. pag.441.

Et ſicut reſervatio dominii reſpicit omne tempus, uſquequò reliquum pretii non fuerit ſolutum, ita etiam obligatio ſolvendi fructus, ab Emptore ſuſcepta, ibidem.

Recompenſativi non debentur venditori pro pretio rei, quod recepit, d. dec. Flor.19. n.1. pag.439.

Teſtator privans fructibus ſubſtitutos in caſu commiſſi delicti, dicitur noluiſſe fructus à proprietate disjunctos, dec. Flor. 37. n.6. pag.618.

Etiamſi per verba præſuppoſitiva locutus ſit, ibid. n.7. pag.619., *& vide in Verb.* Uſusfructus, *verſ.* competit *ad med.*

De fructibus bonorum ſtabilium, *vide in V.* ſtabilia.

De fructibus cambii, *vide in Verb.* cambium *& in Verb.* Diſdicta.

De fructibus cenſus, *vide in Verb.* Cenſus.

De fructibus Societatis, *vide in Verb.* Societas, *& in Verb.* Diſdicta.

FRUMENTUM

Si tradatur pro alimonia Civium, & plures ex iſtis de tempore ſolutionis defecerint, cæteri remanent obligati pro toto debito dec. Flor.50. n.5. pag.761.

FUNDAMENTUM

Qualitas, quæ eſt fundamentum intentionis, concludenter probari debet ab allegante, dec. Sen.19. n.9. pag.98.

Quia fundamentum ſuæ intentionis quilibet concludenter probare debet, deciſ. Sen.12. n.1. pag.65. & dec. Sen.21. n.22. pag.111.

FUNDUS DOTALIS

Bona in dotem aſſignata cenſentur æſtimatè tradita, ſi aſſignatio incipiat à quantitate, dec. Senen.28. §. Unic. num.36. pag.168.

Quo caſu non ſtant pro fundo dotali, etiamſi hoc ſit expreſſum, ibid. n.37.

Quia tunc dictio *pro* denotat impropriatatem, prout *vice*, vel *loco*, d. dec. Sen.28. §. Unic. n.38. pag.168.

Et expreſſio fundi dotalis importat ſolum hypothecam ſpecialem favore mulieris, ibid. n.39.

FUNDUS INSTRUCTUS

Vide in Verb. Animalia.

FURTUM

An, & quando ſit licitum, *vide in Verb.* Debitor.

Furtum committit, & pœna furti tenetur, Columbos capiens, dec. Sen.4. num.54. pag.33.

G

GABELLA

C*Ontractus* emptionis, & venditionis juxta ordines Civitatis Senenſis, pro medietate ſolvi debet ab emptore, & pro alia à venditore, dec. Sen.46. num.16. pag.285.

GENUS

Perire non poteſt, dec. Sen.8. num.16., & 17. pag.48.

Reſtringitur, & declaratur per ſpeciem ſubſequentem, licèt ſpecies copuletur generi cum dictione, *&*, quia dictio illa exponitur pro, *idest*, dec. Sen.32. num.29. pag.205. & n.31. pag.206. *& vide in Verb.* Species.

Generi per ſpeciem derogatur, dec. Sen.16. n.7. pag.86.

GIRATA

Schedula pagherò, *vid. in Verb.* Schedula.

GRADUS

Comparatio graduum in materia ſucceſſionum

num ſit inſpecto Jure Civili, dec. Sen.35. §.2. n.19. pag.239.
Sive cauſæ ſint prophanæ, ſive beneficiales, exceptis ſolùm matrimonialibus, dec. Florent.26. n.28. pag.496.
Quo jure attento, in linea collaterali, ſive æquali, ſive inæquali, tot ſunt gradus, quot perſonæ, ibid. n.29. pag.497. & dec. Sen.35. §.2. n.21. pag.239.

GRATIA

An debeat concedi condemnato ob deſponſationem Meretricis, *vide in Verb.* Meretrix.
Expreſſio qualitatum aggravantium delictum perperam facta, reddit gratiam obreptitiam, & non exequibilem, dec. Flor.40. n.31. pag.636., *&* *vide in Verb.* Salvuſconductus, *verſ.* nil poteſt innovari.
Gratiam acceptans cum certo onere conceſſam, tale onus in ſe aſſumpſiſſe cenſetur, illudque adimpleviſſe probare debet, dec. Flor.26. n.47. pag.499.

GRAVAMEN

Adjectum nominatim hæredi in caſu contraventionis, ſupponendi fideicommiſſo omnia bona tam præſentia, quàm futura, non intelligitur repetitum in diverſo caſu mortis, deciſ. Florent.13. num.10. pag.390.
Præcipuè ſtante clauſula *tali caſu*, quæ coarctat diſpoſitionem ad caſum expreſſum, ibid. n.11.
Fortiùs ſi ex tali repetitione teſtamentum annullaretur, & induceretur captatoria, d. dec. Flor.13. n.12. pag.391.
Et an, & quando tale gravamen inducat captatoriam, *vide in Verb.* Captatoria.
Plura de gravamine, *vide in Verb.* Gravatus.
De gravamine Judicis, *vide in Verb.* Appellatio.

GRAVATUS

Bona gravati an remaneant hypothecata pro reintegratione fideicommiſſi ſcienter alienati, & à quo tempore, *vide in Verb.* Hypotheca *verſ.* competit in bonis.
Honoratus intelligitur, qui fuit gravatus, juxta illud, non gravo, quem non honoro, deciſ. Sen.34. n.8. pag.113.
Præjudicare nequit vocatis, aut aliter jus habentibus ex antiquo fideicommiſſo, per novi fideicommiſſi ordinationem, deciſ. Flor.53. n.18. pag.796.
Proximitas gravati, non autem gravantis attenditur juxta opinionem Florentiæ receptam, dec. Flor.6. num.11. pag.354. & dec. Flor.57. n.23. pag.833.
Etiam ſi fiat tranſitus de maſculis ad fœminas, & quando, d. dec. Flor.6. n.12. pag.355.
Rationem reddere tenetur de omnibus in hæreditate Teſtatoris repertis, adveniente caſu fideicommiſſi, niſi excuſetur ex juſta cauſa conſumptionis, vel naturalis peremptionis, dec. Senen.33. n.1. pag.209., *vide in Verb.* mobilia *verſ.* connumerantur.
An teneatur reſtituere animalia, quæ, & quare, *vide in Verb.* Animalia.
Reciproca ſubſtitutionis vigore quod ad gravatum pervenit, efficitur unica portio, tamquam ſi ab initio, & immediatè à Fideicommittente in ipſum perveniſſet, dec. Flor.52. n.9. pag.787.

GREX

An veniat in reſtitutione fideicommiſſi, & quare, *vide in Verb.* Animalia *verſ.* Gregem.
Et an etiam augumentum illius, *vide pariter in Verb.* Animalia.

H

HÆREDITAS

Appellatione hæreditatis veniunt Jura tam activa, quàm paſſiva, dec. Senen.15. §.1. n.12. pag.75., & §.2. n.29. pag.78.
Unde qui emit hæreditatem, non dicitur deliberatarius, & emptor jurium activorum dumtaxat, deciſ. Senen. 15. n.11. pag.75.
Declara niſi per viam enumerationis ſpecierum Jura tantum activa fuerint expreſſa, ibid. *&* *vide latè in Verb.* Juſpatronatus *verſ.* hæreditarium totum defertur.
De tota intelligitur, dec. Sen.35. §.2. n.42. pag.241.
Maximè concurrentibus facti circumſtantiis, quòd illud verbum indefinitum pro tota hæreditate fuit acceptum, ibid. n.40. pag.241.
Prout evenit, quando dictum fuit *in hæreditate, & bonis*, d. dec. Sen.35. §.2. n. 41. pag.241.
Vel quando in tota hæreditate fuit facta

institutio, & in tota cenſetur facta ſubſtitutio, ibid. n.42.

Maximè ſi inſtitutio conjuncta fuit cum ſubſtitutione per copulam, *et* -- ibid. n.43. & 44. pag.242.

Immò etiamſi inſtitutio ſit diviſa per portiones, & per quotas; ſi modò in codicillis Teſtator declaravit, quod verbum indefinitum -- *hæreditas* -- intellexit de tota, d. dec. Sen.35. §.2. nu.45. & 46. pag.242. ubi de ratione.

Diviſio hæreditatis in partes intellectuales an tollat conjunctionem realem, & jus accreſcendi, *vide in Verb.* Jus accreſcendi *verſ.* locum habet tam in hæreditatibus.

HÆRES

Appellatione hæredum veniunt non ſolùm hæredes ſanguinis, ſed etiam bonorum, & extranei, deciſ. Florent.1. numer.29. pag.318.

Contra, ſi aliàs in teſtamento diſpoſita evaderent cluſoria, ibid. num.30. dict. pag.318.

Vel ſi Teſtator in principali parte Teſtamenti vocaſſet filios, & deſcendentes, quia nominando in altera hæredes, & ſucceſſores, cenſetur pariter intellexiſſe de deſcendentibus, d. dec. Flor.1. n.31. pag.318.

Vel ſi aliàs magis dilectus eſſet plus gravatus minùs dilecto, ibid. n.32.

Item ſi in linea unius ex ſpecificè vocatis vocavit illius deſcendentes, nam ex hoc declaratur in alterius etiam linea deſcendentes vocare voluiſſe, d. deciſ. Flor.1. n.33. pag.318.

Adducuntur, & declarantur Auctoritates contrariæ, ibid. n 34.

Veniunt ſub dicta appellatione ſoli hæredes ſanguinis, ſi Teſtator ſubſtituit aliquem ex deſcendentibus, vel conjunctam perſonam, dec. Sen.32. n.3. pag.202.

Præcipuè ſi verbum ſpecificum *deſcendentes* fuit appoſitum in ſubſtitutione poſt verbum generale *hæredes*, ibid. nu.4. pag. 202. & n.24. & 28. pag.205. & de ratione n.30. pag.206.

Secùs ſi verbum *hæredes* ſubſequatur, quia tunc ſtat augmentativè, d. deciſ. Senen.32. num.5. pag.202. & num.24. & 28. pag.205.

Potiùs verò veniunt hæredes ſanguinis, ſi concurrant ad excluſionem perſonæ extraneæ, quam non eſt veriſimile Teſtatorem voluiſſe propriæ agnationi præferre, ibid. num.6. pag.202. & nu.32. pag.206.

Etiamſi hæredes vocati eſſent cum dictione univerſali *omnes*, d. dec. Senen.32. n.7. pag.202.

Et etiamſi adſint verba ampliſſima, ibid. num.8.

Potiſſimè verò, ſi in loco conditi teſtamenti adeſt uſus loquendi, juxta quem hæredum vocatio intelligatur de hæredibus ſanguinis, d. dec. Sen.32. num.9. pag.203.

Nam tunc extranei ſuccedere nequeunt, ibid. n.10.

Quia verba Teſtatoris intelligi debent juxta communem uſum loquendi, & loci conſuetudinem, d. dec. Sen.32. nu.11. pag.203.

Ampliatur primò concluſio, ut quando appellatione hæredum in fideicommiſſis ſucceſſivis veniunt hæredes ſanguinis, non requiratur utraque qualitas, ſed ſufficiat, quod vocati ſint deſcendentes, licèt non ſint hæredes bonorum, ibid. n.12.

Idque procedit etiam in Jurepatronatus, d. dec. Sen.32. n.13. pag.203. & nu.40. pag.207.

Maximè ſi fuerunt vocati hæredes reſpectu certæ perſonæ, nam tunc ſufficit qualitas hæreditaria reſpectu ejuſdem, nec requiritur reſpectu ultimi defuncti, ibid. n.14. pag.203.

Immò hoc de jure regulariter procedit, quòd ſcilicèt in diſpoſitionibus mixtis ſufficiat deſcendentem eſſe hæredem Teſtatoris, vel primi acquirentis, non curato, an ſit hæres bonorum ultimi defuncti, dict. dec. Senen.32. num.16. pag.204.

Ratio cur non requiratur utraque qualitas eſt, quia aliàs gravatus poſſet alienando fideicommiſſum evertere, præcipuè in locis, in quibus adeſt Statutum admittens beneficium Inventarii, ut eſt Senis, & quare, ibid. n.17. & 18.

Contra quòd requiratur concurſus utriuſque qualitatis, d. dec. Sen.32. n.19. ubi de ratione pag.204.

Sed hæc opinio reprobatur, confutatis *Card. de Luca*, & declaratis Auctoritatibus ab ipſo allatis, ibid. n.20. & ſeqq.

Et declaratur dumtaxat procedere in contractibus, d. deciſ. Senen.32. num.21. pag.205.

Quia

Quia in contractibus Pater, & Aſcendens præſumitur ſtipulari non pro filio ſimpliciter, ſed pro filio uti hærede, cum ei ſit proficuum, hærede non carere, ibid. n.22.

Ampliatur ſecundò, hanc qualitatem hæredis bonorum non requiri, etiamſi vocati ſint hæredes, & ſucceſſores, quando ex conjecturata mente teſtantis colligitur, ipſum ſenſiſſe de hæredibus ſanguinis, d. dec. Senen.32. n.26. pag.205.

Immò quatenus in ſenſu contrariæ opinionis hæc qualitas hæreditaria, ſimul cum qualitate deſcendentiæ, requireretur, ſufficeret, quòd foret habitualis, & in potentia, quæ ſcilicet hæreditas non fuiſſet repudiata, nec ſtetiſſet per ipſum deſcendentem, quominus foret hæres ultimi defuncti, ibid. n.36. & 38. pag.206. & n.43. pag.207.

Non attenta diſtinctione *Card. de Luca d. diſc.144.* inter caſum, quo qualitas hæreditaria requiritur à lege, & alium, quo requiritur ab homine, d. dec. Senen.32. n.37. & ſeqq. pag.206.

Requireretur tamen qualitas hæreditaria etiam actualis, ſi ultra verbum *hæredes* additum fuiſſet, *& ſucceſſores univerſales*, ibid. n.39. pag.207.

Qualitas verò hæreditaria ſaltem habitu ſemper requiritur, d. dec. Senen.32. n.43. pag.207.

Et concurrentibus deſcendentibus, quorum aliqui ſint hæredes actu, & habitu, alii verò habitu tantùm, præferuntur habentes utramque qualitatem, ibid. n.44. ubi de ratione.

Declaratur concluſio ſuperiùs firmata, ut ſolùm procedat in fideicommiſſis ſucceſſivis, ſecùs in aliis, in quibus utraque qualitas, deſcendentiæ ſcilicet, & hæreditaria requiritur, dicta dec. Senen.32. n.45. pag.208.

Quid autem operetur verbum *hæredes* junctum cum verbo *deſcendentes*, quando uſurpatur pro hæredibus ſanguinis, ibid. n.46. & 47. pag.208.

Obſervantia plurimum defertur ad dignoſcendum, an verbum *hæredes* intelligendum ſit de hæredibus ſanguinis, vel extraneis, d. dec. Senen.32. n.41. pag.207.

Appellatione hæredum veniunt etiam feminæ, dec. Senen.32. n.1. pag.201.

Maximè in defectum maſculorum, dec. Senen.32. num.2., *& vide in Verb.* Feminæ, *verſ.* appellatione.

Veniunt omnes in infinitum, dec. Sen.31. n.2. pag.186.

Sed quomodo ſuccedant, an per vulgarem, vel per fideicommiſſariam, *vide in Verb.* Subſtitutio vulgaris.

Beneficiatus ſe obligans nomine proprio, cenſetur ſe obligaſſe intra, non ultrà vires hæreditatis, deciſ. Flor.47. numer.6. pag.741.

Obligatio enim de proprio intelligitur, prout de jure, & non præſumitur illam alterare voluiſſe in ſui præjudicium, niſi de hoc manifeſtè liqueat, ibidem num. 8. pag.742.

Limita ſi in contrarium adſint conjecturæ, dicta deciſ. Florent.47. numer.10. & 11. pag.742.

Veluti ſi ſe, & omnia alia ſua bona verbis ampliſſimis obligavit, ibidem numer. 12. pag.743.

Maximè attenta dictione -- *ſuoi* -- quæ potiùs ad bona propria promittentis, quàm ad illa Teſtatoris fideicommiſſo ſubjecta referri debet, d. deciſ. Flor.47. num.13. pag.743.

Et dictione -- *altri* -- quæ diverſitatem bonorum Teſtatoris, ab illis ſe obligantis, oſtendit, ibid. n.14.

Item ſi non ſolùm obligavit ſe de proprio, ſed etiam omnia bona præſentia, & futura omnium ſucceſſorum pro tempore, d. dec. Flor.47. n.16. pag.743.

Item ſi in alia parte diſpoſitionis talem obligationem de proprio intellexit, ibid. num.17.

Item ſi hæres ſciebat bona Teſtatoris non ſufficere ad promiſſionem ſervandam, d. dec. Flor.47. n.18. & 19. pag.743.

Item ſi hæres ſit admodum dives, & agatur de obligatione redundante in honorem, & decus familiæ, ibid. n.21.

Item ſi reſpectu unius ſummæ claré expreſſit, ſe de proprio velle teneri, & legitimam, & Trebellianicam obligavit, dict. dec. Flor.47. n.24. pag.744.

Et ſub eiſdem verbis utraque obligatio contineatur, ibid. n.25., *& vide in Verb.* obligatio *verſ.* facta de proprio.

Item limita, ſi hæres beneficiatus aliquod commodum à ſua obligatione reportavit, ibid. n.22. pag.743.

Item limita, ſi diverſimodè diſpoſuit ab eo, quod ordinavit defunctus, dict. dec. Flor. 47. n.23. pag.744.

Cogi poteſt ad ſolvenda debita, & legata de proprio, niſi ex bonis hereditatis illa ſatisfaciat, ibid. n.7. pag.742.
Factum ſui Authoris nullum impugnare poteſt, deciſ. Senen.28. §. unic. numer.74. pag.173.
Gravatus, vide in Verb. Gravatus.
Immiſſio ad bona hæreditaria denegari non valet hæredi, in teſtamento ſcripto, dec. Senen.35. n.24. pag.218.
Inſtitutus dicitur magis dilectus ſubſtituto, dec. Senen.31. n.21. & 22. pag.189. & dec. Senen.35. §.2. num.16.& 17. p.238., *& vide in Verb.* Prædilectio *per tot.*
Quando concurrat cum legatario uſusfructus, *vide in Verb.* Legatarius, *verſ.* concurſus.
Subſcriptio hæredis requiritur ad validitatem Inventarii, deciſ. Senen.28. §. unic. n.7. pag. 164., *& vide in Verb.* Inventarium, *verſ.* validum *ad med.*

HYPOTHECA

Competit in bonis gravati pro reintegratione fideicommiſſi ab ipſo gravato ſcienter alienati, dec. Senen.45. n.22. pag.281.
Quæ quidem incipit à die aditæ hæreditatis, & ſuſceptæ adminiſtrationis, ibidem n.23.
Sed ſi gravatus ſimul cum altero alienavit quiſque tenetur pro medietate, d. dec. Senen.45. n.24. pag.281.
Competit pro pœna compromiſſo adjectæ, dec. Flor.2. n.18. pag.323. *Reliqua vide infra verſic.* non oritur.
Non competit pro alimentis, dec. Flor.48. num.26. pag.751., *& vide in Verb.* Prælatio.
Contrarium, quòd competat etiam prælativè quoad alios Creditores, ibid. n.28. pag.752.
Secunda opinio procedit, vel in alimentis præſtandis ex certis bonis per Teſtatorem, vel contrahentes deſignatis, d. dec. Flor. 48. n.29. pag.752.
Vel in alimentis legatis, ibid. n.30.
Vel in alimentis debitis per maritum Uxori proportionabiliter ad fructus dotis, d. dec. Flor.48. n.31. pag.752.
Quæ alimenta cum ſint dotis acceſſoria, gaudent eadem tacita hypotheca, ac ipſa dos, ibid. n.32.
Et non ſolùm competit Uxori contra bona Mariti, ſed etiam marito contra bona Uxoris, vel alterius, qui dotem promiſit, d. dec. Flor.48. num.32. pag.752.& n.33. ubi reprobantur contrarii, & declaratur procedere tam conſtante, quàm ſoluto matrimonio.
Vel demum in alimentis præſtitis Nautæ, Inſtitutoribus, vel miniſtris ſocietatis, aut Negociationis, qui cum inſerviant pro conſervatione Navis, ſeu Negociationis, Creditor illorum habet hypothecam cum prælatione in ipſa Nave, & negociatione, ibidem num.34. pag.752. & n.35. pag.753.
Non cadit ſuper re habente annexam Spiritualitatem, dec. Sen.15. §.1. num.24. pag.77.& §.2. n.34.pag.79. *& vide in Verb.* Juſpatronatus verſ. donari.
Non oritur in bonis principalis ex compromiſſo per Procuratorem ſtipulato, ſi Procurator habens facultatem hypothecandi, ea uſus non eſt, dec. Flor.2. n.16. pag.323.
Et dicitur ea uti noluiſſe, ſi expreſsè bonorum principalis obligationem non adjecit, ibid. n.17.
Nec tali procuratori dicitur data facultas hypothecam apponendi ex clauſula *cum plena, libera, & abſoluta poteſtate,* d. dec. Flor.2. n.13. pag.323.
Ex conjecturis mentem contrahentium oſtendentibus, magis certè deſumitur hypotheca, quàm ex clauſulis inſtrumenti, ibid. n.12. pag.322.
Generalis bonorum, vigore juramenti evadit ſpecialis, dict. dec. Flor.2. num.2. & pag.322.
Et quando, & quomodo hoc procedat, *vide* ibidem.
Reſolvitur etiam favore Ceſſionarii per reſolutionem debiti, deciſ. Florent.23. num.23. & 24. pag.475., *& vide in Verb.* Ceſſio.

I

JACTARE

SUam nemo præſumitur, dec. Flor.20. num.15. pag.371. & dec. Flor.27. n.44. pag.426. & deciſ. Florent.22. num.17. pag.465.

IDENTITAS

Bonorum ad effectum obtinendæ immiſſionis ex quibus arguatur, *vide in Verb.* Bona *verſ.* identitas.
Perſona probatur ex ſpecificatione nominis & cognominis, ubi non innoteſcit exiſten-

ſtantia alterius perſonæ ejuſdem nominis, & cognominis, dec. Florent. 27. n. 5. pag. 504.

Ubi verò hæc innoteſcit, ad identitatem probandam ſufficiunt conjecturæ, & circumſtantiæ, quæ aliis nequeant convenire, & reddant perſonam certam num. 6.

Nec eſt neceſſaria expreſſio Patris, ibidem num. 6.

Et ſufficiunt diverſitas qualitatis, ſeu officii d. dec. Flor. 27. n. 7. pag. 505.

Declarantur Auctoritates contrariæ, ibidem.

Item probatur per concordantiam nominis Patris, Avi, loci originis, habitationis, & exercitii, dec. Florent. 21. num. 3. pag. 378.

Nec excluditur ex quo duplex habens nomen, nunc nomine ſimplici, nunc compoſito nuncupetur, ibidem num. 1. pag. 377.

Contra, quod non probetur juſtificationibus loquentibus de familia ſimplici, quando talis perſona eſt de familia habente cognomen cum adjuncto, d. dec. Flor. 21. n. 17. pag. 380.

Sed hoc fallit, quando per longum curſum annorum perſonæ familiæ ſimplicis concordant cum perſonis habentibus cognomen cum adjuncto, cum nominibus Genitorum, Fratrum, cum locis originis, domicilii, & qualitatibus perſonarum, dec. Flor. 21. n. 18. pag. 380.

Quia conſtito ex pluribus demonſtrationibus de identitate perſonæ, ea non tollitur ex uſu promiſcuo Cognominis, nunc cum adjuncto, & nunc ſine illo, ibid. num. 19.

Immò nec tollitur ex diverſitate d. dec. Flor. 21. n. 20. pag. 380.

Item ex concordantia nominis, Patriæ, cognominis, & inſignium, junctis cum aliis arguitur identitas familiæ, & deſcendentiæ, deciſ. Florent. 29. num. 29. pag. 527.

Sed hoc non procedit in identitate nominis, nimiùm apud omnes frequentis, ibid. n. 30. pag. 528.

Suppoſitionis poſſibilitas ſufficit ad excludendam identitatem Scripturæ, dec. Flor. 28. n. 33. pag. 519.

IGNORANTIA

Exiſtentia proximioris in Emptoribus bonorum fideicommiſſariorum ex quibus excludatur, dec. Flor. 26. num. 52. & ſeq. pag. 500.

Facti non valet allegari à Minore, qui proximus pubertati interfuit contractui, dec. Flor. 46. n. 69. pag. 738.

Ex quibus autem excludatur, ibid. n. 68. pag. 737.

Juris ſuper re clariſſima non prodeſt minori degenti in Civitate conſpicua, ubi facillimè poterat Peritos conſulere, d. dec. Flor. 46. n. 70. pag. 738.

Juris dubii, & involuti, ignorantiæ facti æquiparatur, deciſ. Florent. 21. num. 19. pag. 465.

Non præſumitur reſpectu actuum, qui ſunt noti hominibus ejuſdem loci, dec. Sen. 50. n. 19. pag. 304. *& vide in Verb.* Scientia *verſ.* præſumitur, *& in Verb.* Conductor *verſ.* præſumitur.

IMMISSIO

Ceſſionario competit, quæ competebat cedenti, dec. Sen. 45. n. 17. pag. 280.

Creditori in Salviano, quibus probatis, competat, dec. Sen. 22. n. 1. pag. 118. & dec. Flor. 3. n. 1. pag. 329., *& vide in Verb.* Salvianum *verſ.* extrema.

Et quando secùs, dec. Florent. 31. num. 1. pag. 536.

Fideicommiſſario in vim *legis final. C. de Edict. Divi Adrian. tollend.*, quibus concurrentibus, denegari non poſſit, dec. Sen. 31. n. 1. pag. 186.

Et quando competit ſuper bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, competit etiam ſuper aliis eidem ſubrogatis, deciſ. Senen. 46. n. 1. pag. 283.

Hæredi in teſtamento ſcripto ad bona hereditaria denegari non valet, dec. Senen. 35. n. 24. pag. 218.

Renuncianti non datur, cum ei obſtet renunciatio, dec. Flor. 4. n. 2. pag. 336.

IMMUNITAS ECCLESIASTICA

In dubio pro immunitate Eccleſiaſtica judicandum, deciſ. Senen. 3. numer. 73. pag. 23.

IMPEDIMENTUM

Impeditum ſe dicere non juvat, niſi oſtendatur adhibita omnis diligentia pro impedimento tollendo, dec. Flor. 29. n. 10. pag. 524.

Non recte agens ſibi impedimentum præſtitiſſe dicitur, ac propterea eo non juvatur, ibid. n. 11. pag. 525.

Præſtitum ab Adverſario pro non admittendis articulis, an, & quando operetur,

tur, ut ſi in odium impedientis habeantur pro probatis, *vide in Verb.* Articuli.

IMPENSÆ

Funeris, & ultimæ infirmitatis an gaudeant prælatione, *vide in Verb.* Prælatio *verſ.* competit.

Et de aliis prælatione gaudentibus, *vide in Verb.* Mutuans.

Neceſſariæ an fuerint nec ne, non benè judicatur ab eventu, dec Flor.49. n.8. pag.756.

IMPETRANS

Beneficium certo modo cum expreſſione, quòd beneficium alteri collatum non ſit ſæculare, ſed regulare, tenetur narrativam ad unguem verificare, deciſ. Flor.45. §.2. n.37. pag.720.

Itaut ſi plenè veritatem narratam non juſtificet, ejus gratia remaneat inexequibilis, non curatis juribus Poſſeſſoris, cui ſufficit vincere per non jus Actoris, ibid. n.38. pag.721.

Impetrantes dicuntur odioſi piſcatores, & contra eos rigoroſè ſemper proceditur, dec. Flor.45. §.3. n.9. pag.723.

IMPLEMENTUM

In totum requiritur ad hoc, ut quis agere valeat ex contractu correſpectivo, aliàs repellitur à limine Judicii, dec. Senen.30. numer. 10. & 12. pag.181., *& vide latè in Verb.* Correſpectivitas, *& in Verb.* Exceptio *verſ.* non implementi.

IMPUTATIO

Filia cohæres tenetur imputare in diminutionem ſui crediti dotalis bona mobilia, aliaque in hæreditate reperta, pro portione eorum ad ipſam perventa, dec. Flor.51. n.77. pag.779.

Pro altera verò portione perventa ad matrem cohæredem, facienda eſt pariter ab ipſa imputatio in ſuas detractiones, ibid. n.78.

Talique caſu nullum fit præjudicium fideicommiſſo, quippe quod, ſive ab uno, ſive ab altero fiat imputatio, eamdem patitur jacturam, ibid.

Et quatenus fideicommiſſo expediret unius potius creditum, quàm alterius extinguere, tamen filia non teneretur perſequi bona mobilia ad matrem perventa, ſi hæc ab ipſa retineantur pro expenſis funeris, ainſque creditis, d. dec. Flor.51. n.79. pag.779., *& vide in Verb.* Dos quoad remedium *Auth. res quæ*.

INDEBITUM

Conditio indebiti datur pro fructibus conſuſis ſolutis ex erronea credulitate, quòd ad ſolventem ſpectarent, dec. Flor.22. n.1. pag.463.

Et hoc caſu uti ſors conſiderantur, nec retinentur ratione conſumptionis, & bonæ fidei, ibid. n.17. pag.467.

Item datur ſolventi, non deducta exceptione ſibi competente, d. dec. Flor.22. n. 2. pag.463.

Item datur pro quantitate ſoluta vigore ſententiæ definitivæ, quæ injuſta detegitur, ibid. n.21. pag.466.

Fortius ubi ſolutio decreta fuerit in Judicio executivo, vel ſummario, abſque plena cauſæ diſcuſſione, nam tunc ſolutum poteſt tamquam indebitum condici in Judicio plenario, ibidem num.22.

Item datur pro ſoluto, nomine Debitoris non debentis, & exceptione tuti, dict. dec. Flor.22. n.26. pag.467.

Non datur indebitum ſolventi ſcienter, ibid. n.15. pag.465.

Prout ſi ignoranter ſolverit, & ignorantia procedat ex errore juris, dict. dec. Flor.22. n.16. & n.20. pag.465.

Secùs verò ſi procedat ex errore juris dubii, & involuti, quæ ignorantiæ facti æquiparatur, nec indebiti repetitionem excludit, ibid. n.19. & 20.

In dubio tamen ſolutio indebiti præſumitur facta ignoranter, d. dec. Flor.22. n.17. d. pag.465.

Et qui ſcientiam in ſolvente indebitum allegat, debet eam concludenter probare, ibid. n.18.

Item non datur conſitio de veritate crediti quoad recipientem, qui poterat etiam à non debitore recipere, d. dec. Flor.22. n.23. pag.466.

Declara niſi tertius ſolverit nomine Debitoris, ſciens ſe non debere, ſecùs ſi reputaverit erroneè, debitum ad ſe ſpectare, ibid. n.24.

Item non datur ſine probationibus undique urgentibus, dec. Flor.23. n.20. pag.472.

Et ad eas excludendas ſufficit ſola dubietas, & poſſibilitas debiti, ibidem num.21.

Remanet tamen indebitum plenè comprobatum per tres ſententias conformes, & rem judicatam, dicta deciſ. Florent.23. nu-

num.40. pag.475.

Sed res judicata, quæ emanavit in Judicio, in quo quis eſt Reus, ad hunc effectum non ſufficit, ſi ipſe poſtea in alio judicio evadit Actor, ibid. n.41. & 42.

INDICIUM

Documenta, quæ in judicio civili faciunt ſemiplenam probationem, in criminali faciunt indicium ad torturam, dec.Flor. 18. n.51. pag.436.

Proximum indicium delicto quotuplex ſit, & quale, & quos effectus producat, ibid. num.48. pag.435. & n.49. & ſeqq. pag.436.

Actus, qui dicuntur indicia proxima delicto, probantur ab unico Teſte, omni exceptione majore, & qui deponat de viſu, & certa ſcientia, d. dec. Flor.18. n.45. pag.435. & ex n.48. d. pag.435. & 436.

Secùs ſi contra illum militet aliqua circumſtantia in contrarium, quia tunc non probatur indicium proximum delicto, ibid. n.52. pag.436.

Contra quòd non probentur, niſi per duos Teſtes indicia reſultantia ex actu valdè proximo delicto, d. dec. Flor.18. n.49. pag.436.

Et declarantur Auctoritates in contrarium, ibid. n.50. & ſeqq.

Quando dicatur adeſſe indicium proximum falſitati, ſeu antidata, ibid. n.46. pag.435., & *vide in Verb.* Falſitas, ubi plura.

INDUCTUM

Inducta ad unum finem, & effectum alium diverſum producere non poſſunt, dec. Sen.3. n.49. pag.19.

INFEUDATIO

Dominium utile transfert, dec. Floren.10. n.7. pag.443.

Locus infeudatus non recurrit pro Statutis ad Civitatem dominantem, à qua fuit diſmembratus, dec. Florent.60. num.63. pag.874.

Contra, ibid. n.64.

Infeudatio enim cenſetur facta cum legibus, & juribus, quibus regi, & gubernari ſolebat, ibid., & *vide in Verb.* Statutum quoad recurſum.

INIMICITIA

Oritur ex lite omnium bonorum, vel majoris partis eorum, dec. Floren.28. n.6. pag.514.

Et quidem regulariter gravis, & capitalis, ibid. n.7.

Et ſemel exorta, etiam, extincta lite, durare præſumitur, d. dec. Flor.28. n.9. pag.514.

Maximè durante cauſa illius productiva, ibid.n.10.pag.515.

Et ſufficiens eſt ad repellendum à teſtificando, vel ſaltem ad fidem Teſtibus minuendam, dict. dec. Florent.28. num.8. pag.514.

INQUISITIO

Ob delicta diffamationem inducit, dec. Flor. 42. n.10. pag.662.

Transmitti non poteſt, niſi concurrant indicia arbitrio Judicis ſufficientia, ibid.

INSINUATIO

Inſinuatio, ut & quælibet ſolemnitas, quæ per actum ſeparatum contractui accedere poteſt, interveniſſe præſumitur, ex lapſu longiſſimi temporis, dec. Flor.24. n.34. pag.482.

INSTITUTIO HÆREDIS

De inſtitutione hæredis, *vide in Verb.* Hæres *verſ.* Inſtitutus.

INSTITUTIO IN BENEFICIO

Conceſſa vigore alicujus tituli producti, conſtituit præſentantem in quaſi poſſeſſione titulata, dec. Floren.33. §.1. num.8. pag.571.

Et ab ea obſervantia regulatur, ibid.

Concedi poteſt etiam à delegato, licèt delegatus non poſſit recipere præſentationem, ſed ad id requiratur Ordinarius, dec. Florent.33. n.7. pag.563. & *vid. in Verb.* præſentatio, *verſ.* & Laico.

Gratificatio, & Inſtitutio debetur Conſanguineo Fundatoris præſentato in concurſu cum extraneo, dec. Flor.33.n.24. pag.566.

Præfertur enim tam is, qui eſt de Sanguine Fundatoris, quam is, qui eſt de genere Patronorum, ibidem num.25., & 27.

Et ſi concurrit præſentatus ab utroque genere, ille, qui eſt præſentatus à Fundatore, eſt præferendus, d. dec. Flor.33. n.26. pag.566.

Conjunctus ex uno tantùm latere, proximior, & qualificatus, præferri debet in Inſtitutione conjuncto ex utroque latere, remotiori, & non qualificato, ibid. n.37. pag 568.

Ex duobus namque præſentatis ſemper eſt præferendus capax in concurſu cum incapaci, quamvis iſte à majori parte Patronorum præſentetur, d. dec. Flor.33. n.28. pag.566.

IN-

INSTRUMENTUM

Actus facit pleniſſimam, & indubitatam probationem, deciſ. Senen.1. numer. 1. pag.2.

Tribuitque viam executivam, ibid.

Celebratum relativè ad aliud non poteſt habere majorem efficaciam, quàm illud, dec. Senen.9. n.35. pag.54.

Executio inſtrumenti ad hoc, ut ſuſpendatur ob falſitatis ſuſpicionem, utrum vitium debeat eſſe viſibile, vel ſufficiat etiam intrinſecum, *vide in Verb.* Falſitas.

Executionem illius retardat exceptio non implementi, dec. Senen.30. n.13. ubi de ratione pag.181., *&* *Vide plures ampliationes in Verb.* Exceptio, *verſ.* non implementi.

Erroneum, vel ſimulatum ut dicatur, quando Partes jurarunt de veritate omnium in eo contentorum, falſitas cauſæ, error, & ſimulatio concludentiſſimè ab allegante probari debent, dec. Senen.1. n.2. pag.2.

Nec ſufficiunt conjecturæ, quando non adeſt cauſa ſimulandi, immò conſtat de veritate cauſæ contrahendi, ibid. n.3.

Agiturque de contractu inito inter perſonas Nobiles, & Religioſas, quarum qualitas ſimulationis ſuſpicionem excludit, dicta dec. Senen.1. n.4. pag.3.

Favore publici inſtrumenti pronunciandum eſt in judicio petitorio, dec. Flor. 33. §.2. n.17. pag.578.

Nec contra illud operatur obſervantia æquivoca, & contradicta, ibid. n.16.

Quia inſtrumentum facit probationem probatam, ibid. n.17.

Negativa exiſtentiæ inſtrumenti probatur ſufficienter ex diligentiis factis à Notario Cuſtode Protocollorum, dicta dec. Flor.33. §.1. num.9. & 10. pag.571. & §.2. n.11. pag.578.

Non obſtante contraria atteſtatione Notarii vaga, generali, & extorta, lite pendente, dicto §.2. ſub n.12. pag.578.

Retractus celebrari debet inter retrahentem, & Emptorem, non autem inter retrahentem, & venditorem, dec. Senen.3. n.42. pag.17.

Unum declaratur, & ſuppletur per aliud, dec. Sen.21. n.38. pag.114.

INTERPRETATIO

Capienda eſt favore Fidejuſſoris, ut minùs gravetur, dec. Florent. 21. nu.12. pag.464.

Item capienda eſt pro actus validitate, etiamſi verba forent impropriranda, dec. Flor.23. n.19. pag.472.

Item capienda eſt in dubio favore debitoris, quæque tendat ad minuendam ejus obligationem, dec. Florent.32. num.50. pag.558.

Item in dubio capienda eſt pro exiſtentia fideicommiſſi, non autem pro libertate bonorum, ſi Teſtator, ſit Perſona nobilis, & conſpicua, dec. Senen. 31. n.63. pag.197.

Prout etiam quando de exiſtentia fideicommiſſi contendunt Fœminæ de agnatione, in quam bona ſunt ingreſſa, cum perſona omninò extranea contendente de libertate bonorum, ibid. n.64. *& vid. infra in verſ.* quælibet.

Fieri debet contra illum, qui libros penes ſe veriſimiliter habere præſumitur, & illos edere recuſat, dec. Sen.47. n.24. pag.291.

Pactorum, quæ dubia ſunt, deſumitur ab obſervantia, deciſ. Senen.9. numer.38. pag.55.

Quæ obſtat adimplemento pactorum, in inſtrumento contentorum, reiici debet, dec. Sen.35. n.6. pag.216.

Qualibet etiam impropria capi debet, ut evitetur Teſtatoris impietas erga propriam ſobolem, dec. Senen.7. num.14. pag.44.

Et ne bona unam lineam ingreſſa ab extraneo avocentur, ibid. n.15.

Item quælibet capi debet interpretatio ad evitandum delictum, dec. Sen.8. n.12. pag.47.

Item ad evitandum abſurdum, dec. Sen. 35. §.1. n.43. pag.231.

Item ad evitandas novitates, & tollenda litigia, dec. Sen.23. n.21. pag.130.

Item ad excludendam repugnantiam à mente contrahentium, dec. Sen.30. num.6. pag.181.

Etiam impropriando verba, ſi id caſus exigat, ibid. n.7.

Item ad evitandum receſſum à præcedenti conventione, dec. Senen.49. num.10. pag.298.

Statutum reiiciens interpretationem intelligitur loqui de frivola, & cavilloſa, non autem de legitima, & juridica. dec. Sen.3. n.50. pag.19.

Voluntatis donantis ea capi debet, ne eluſoria reddatur diſpoſitio, ob certam

cau-

cauſam ſedulò facta, dec. Flor.8. n.11. pag.363.

Et ne aliàs inutile remaneat votum conſervandæ familiæ, ibid.

INTRATURA

Acquiritur intratura parva, ex diſpoſitione Statuti, ab Artifice, exercente artem in eadem Taberna per quinquennium, deciſ. Flor.24. n.1. pag.478.

Ea vero, quæ vocatur magna, acquiritur vel ex contractu, vel ex exercitio artis in eadem Taberna per ſpatium 30., vel 40. annorum, d. dec. Florent.24. num.2. pag.478.

Quæ intratura magna fraternizat cum avviamento, ibid. n.3.

Non tamen acquiritur per locationem factam Artifici non à Domino, ſed à Livellario, dict. deciſ. Florent.24. num.4. pag.479.

Maximè ſi Livellario fuit prohibita conceſſio in affictum ad longum tempus, ibid. n.5. pag.479.

Et fortiùs ſi intratura fuit antea per Livellarium acquiſita, ne detur intratura intraturæ, dict. deciſ. Florent.24. n.6. pag.479.

Contra tamen, ſi, deficiente etiam Domini locatione, quis perſeveraverit per quinquennium in artis exercitio, ibid. num.7.

Adeo ut hæc competat etiam Artifici, qui diſdixit, & dimiſit Apothecam, & conductioni renunciavit, d. dec. Florent.24. n.8. pag.479.

Ex eadem ratione continuati exercitii per quinquennium competit quoque ei, qui à Livellario, vel Conductore Apothecam habuit, ibid. n.9. & ſeqq.

Etiam ſi ei ſit prohibitus affictus ad longum tempus, d. dec. Flor.24. n.12. pag. 479. & 14. pag.480.

Prout competit etiam, & acquiritur in bonis fideicommiſſariis, & Eccleſiaſticis, vel aliàs prohibitis conduci ad longum tempus, ibid. n.15.

Et acquiritur etiam invito Domino, vel contradicente, d. dec. Flor.24. nu.16. pag.480.

Nec non acquiritur per ſubconductorem, etiamſi eam habuiſſet Livellarius, vel Conductor, ibid. n.19.

Nec iſta dicitur intratura intraturæ, ſed eadem intratura de uno in alium translata, ibid.

Alienari poteſt, cedi, & transferri in alium, dec. Flor.24. n.20. pag.480.

Et tranſit etiam in Creditores concurſus, ibid. n.21.

Quod amplia, ſive agatur de intratura magna, ſive de parva, d. dec. Florent.24. n.22. pag.480.

Limita in intratura Statutaria, quæ dicitur parva, in cujus tranſlatione Domini, & Locatoris conſenſus deficiat, ibid. n.23. pag.481.

Sublimita, ſi alienatio juris intraturæ facta ſit in alium, eamdem artem exercentem, d. dec. Flor.24. n.24. pag.481.

Nam tunc conſenſus Domini non requiritur, cum nihil ei præjudicet, ibidem num.25.

Quia penes quemcumque ſit intratura, eamdem ipſe penſionem recipere debet, d. dec. Flor.24. n.26. pag.481.

Et conductor è contra ſolùm acquirit pretium, & fructus illius avviamenti, quod de tempore locationis non aderat, ibid. num.27.

Quod avviamentum eſt pretio æſtimabile, d. dec. Flor.24. n.28. pag.481.

Sicut & intratura, ibid. n.29.

Unde ejus fructus poſſunt licitè percipi, d. dec. Flor.24. n.30. pag.481.

De hoc autem conſenſu, quatenus requireretur ad acquirendum Jus intraturæ, ſolùm opponere poteſt Dominus directus, ibid. n.31.

Exemplo ejus, quod dicitur in Emphyteuſi, cum intraturarius æquiparetur Emphyteutæ, utili Domino, vel ſuperficiario, d. deciſ. Flor.24. num.32. pag.481.

Amittitur ob non ſolutionem penſionis, ibid. n.41. pag.483.

Secùs verò ſi de omiſſa penſionis ſolutione non doceatur, immò conſtet de contrario, dict. dec. Flor.24. num.43. pag.483.

Item amittitur ob ſilentium 30. annorum, ibid. n.42.

Item amittitur, quando Dominus directus non poteſt conſequi penſionem à Debitore, dict. deciſ. Florent.24. num.57. pag.484.

Secùs autem quando iſte non eſt in mora, ex ſtylo, & praxi in Civitate Florentiæ, ibid.

Prout nec amittitur ex Statuto Artis fabbricantium diſponente in caſu non ſo-

lutionis penſionis ſervari debere pacta locationis, d. dec. Florent. 24. num. 58. pag. 484.

Et ſicut ob non ſolutionem penſionis non amittitur avviamentum, ita nec amittitur intratura, ibid. numer. 59. pag. 485.

Statuta aliquarum Artium expreſsè diſponunt, ob non ſolutionem penſionis intratutarium privari jure intraturæ, dict. dec. Flor 24. n. 60. pag. 485.

Sed ab eo, quod diſponunt Statuta unius Artis, non poteſt inferri ad aliam, cum in hoc unaquæque Ars habeat Statuta diverſa, ibid. n. 61.

Conceditur, ut conductores certi, ſe non poſſe expelli, meliùs curent mercaturæ operam dare, & avviamenta inducere, dict. deciſ. Florent. 24. numer. 17. pag. 480.

Unde ceſſante mercatura, & clauſa Apotheca ob non benè exercitam Artem, ceſſat Jus intraturæ, tamquam illius effectus, ibid. n. 18.

Eſt præmium apertitionis Apothecæ, & acquiſitionis Avviamenti, ibid. nu. 59. pag. 485.

Fructus intraturæ Apothecarum liquidandi quomodo veniant, & in qua quantitate, dict. deciſ. Florent. 24. numer. 65. pag. 485.

Intratura intratura an, & quomodo detur, ibid. num. 7. pag. 479. uſque ad n. 20. pag. 480. & infra.

Præſcriptionem intraturæ impediunt actus Judiciales, & lis vigens, ibid. n. 63. pag. 485.

Proventus ab exercitio artis per quinquennium non à locatione, d. dec. Flor. 24. n. 7. pag. 479. & *infra*.

Si vigore ſententiæ, declarantis intraturam, per aliquem agatur contra conductores, & Dominus directus tacuerit, præſumitur iſte agnoviſſe juſtitiam petitionis agentis, & acquiſitioni intraturæ conſenſiſſe, dict. dec. Florent. 24. num. 40. pag. 482.

INTRATUTARIUS

Æquiparatur Emphyteutæ, utili Domino, vel ſuperficiario, dec. Flor. 24. nu. 52. pag. 481.

Non privatur intratura ob diverſam diſpoſitionem Statuti alterius artis, ibid. n. 60. pag. 485.

INVENTARIUM

Beneficium inventarii Senis eſt ſublatum, mediante diſpoſitione ſtatutaria *cap. 159. diſtinct. 2.*, deciſ. Senen. 32. numer. 17. pag. 204.

Duplex fieri debet à Tutore Pupillorum hæredum, unum ſcilicet tutelare, alterum hæreditarium, nec unum ab alio ſuppletur, dec. Senen. 28. §. Unic. n. 1. pag. 163.

Exiſtentia non probatur per confeſſionem, ſi detegatur erronea, ibid. numer. 20. pag. 166.

Exiſtentia bonorum liberorum excluditur ex eorum deſcriptione in inventario, deciſ. Florent. 51. n. 32. pag. 773.

Et hoc caſu non requiritur excuſſio, cum ex inventario probetur negativa, ibid. n. 75. pag. 779.

Factum ab uno ex cohæredibus alteri prodeſt, ſi is illud ratificavit, & in Judicio produxit, dicta deciſ. Florent. 51. n. 33. pag. 773.

Mobilia, niſi cum certo valore, prout & tabulæ pictæ cum nomine Authorum, & argenta cum pondere, deſcribantur, inventarium annullatur, nec hæredi ſuffragatur, ibid. n. 50. pag. 776. & dec. Senen. 28. §. unic. n. 8. & de ratione num. 9. pag. 164.

Contra tamen, ſi plures aliæ circumſtantiæ, qualitates, & particularitates dictarum rerum, in inventario ſint expreſſæ, dicta dec. Flor. 51. n. 51. pag. 776.

Cum ad hunc effectum, ne inventarium annulletur, ſatis ſit mobilia adnotare cum ſuis qualitatibus, ibid.

Etiamſi valor mobilium, pondus, & nomen Artificum non ſint deſcripta, quippè quæ pro neceſſaria inventarii validitate, nec de jure, nec ex generali conſuetudine requiruntur, ibid. n. 52.

Et quamvis agatur de mobilibus pretioſis, d. dec. Flor. 51. n. 54. pag. 776.

Multoque magis ſi ſint modici valoris, ibid.

Contraria deciſio reiicitur remiſſivè, ibid. num. 53.

Maximè ſi omiſſio non fuerit doloſa, quod ab allegante concludentiſſimè probari debet, dicta deciſ. Florent. 51. num. 55. pag. 776.

Præcipuè ſi concurrat in contrarium aliqua circumſtantia doli excluſiva, ibid. n. 56. pag. 777. & n. 65. pag. 778.

Veluti qualitas perſonæ Nobilis, & Magna-

ti-

titiæ, d. dec. Flor. 51. n. 57. pag. 777.

Vel qualitas ſexus, vel ætatis, puta ſi ſit mulier, aut minor, in quibus tamquam Juris ignaris eo minùs dolus præſumitur, ibid. n. 58.

Vel agatur de rebus, quæ occultari non poſſunt, d. dec. Flor. 51. n. 59. pag. 777.

Vel inventarium factum ſit à Procuratore, qui non præſumitur ad utilitatem alterius dolum commiſiſſe, ibid. n. 60.

Quo caſu cum non præſumatur habere mandatum ab hærede ad dolum committendum, quomodocumque delinquat in inventarii confectione, Principali non præjudicat, ibid. n. 66. pag. 778.

Vel adſit clauſula, & proteſtatio in inventario *addendi, & minuendi*, d. dec. Flor. 51. n. 61. pag. 777.

Quæ proteſtatio excuſat, etiamſi, ſupervenientè deindè notitia, hæres non addiderit, ibid. n. 62.

Idque quamvis hæres quandocumque, & extrajudicialiter addiderit, d. dec. Flor. 51. n. 68. pag. 778.

Et talis additio vigore facultatis reſervatæ retrotrahitur ad tempus inventarii, ibid. num. 69.

Adducuntur in his terminis Auctoritates loquentes præcipuè de æſtimatione, & valore rei, ibid.

Vel ratio rerum omiſſarum ſpontè reddita fuerit ab hærede, d. deciſ. Flor. 51. n. 63. pag. 777.

Maximè ſi eas fecit judicialiter æſtimare cum omnibus ſolemnitatibus, ibid. n. 67. pag. 778.

Quæ ſubſecuta æſtimatio ſicut excludit dolum, ita ſalvat inventarium à nullitate, ibid.

Immò quando agitur ſolùm de valore ſtandum eſt hæredis aſſertioni abſque ulla æſtimatione, dicta dec. Flor. 51. n. 70. pag. 778.

Vel ſi concurrat aliqua cauſa non deſcribendi, nam, quæcumque ea ſit, dolum excludit, ibid. n. 64. pag. 778.

Immò quamvis omiſſio fuerit doloſa, hæres non privatur beneficio inventarii, ſed pœna dupli ſolùm punitur, d. dec. Flor. 51. n. 71. pag. 778.

Affertur quorumdam diſtinctio, ut omiſſio deſcriptionis in inventario, quæ mulieri excipienti non nocet, agenti tamen pro dote, abſque creditis noceat, ibidem num. 72. pag. 779.

Sed hæc diſtinctio reiicitur, tamquam nullo jure probata, immò reprobata, & contrariæ Auctoritates explicantur, d. dec. Flor. 51. n. 73. pag. 779., *& vid. plura infra in verſ.* validum.

Non fuiſſe confectum probatur ex diligentiis factis in Libris publicis, in quibus debuiſſet adnotari, deciſ. Senen. 18. §. unic. n. 5. pag. 163.

Omiſſio inventarii an privet hæredem legitima, & Trebellianica, *vid. in Verb.* Legitima *verſ.* non amittitur.

Probat rem in eo deſcriptam eſſe hæreditariam, d. dec. Senen. 18. §. Unic. n. 15. pag. 165.

Validum cenſetur, ſi factum appareat cum bona fide, cum citatione Creditorum, & cum præſentia Judicis, & Teſtium, dec. Flor. 51. n. 34. pag. 773.

Et valet hoc caſu etiam reſpectu abſentium, ſi loco illorum ſint adhibiti teſtes, ibid. num. 35.

Et ſufficit fuiſſe factum juxta conſuetudinem loci, ut ſit validum, d. dec. Flor. 51. n. 36. pag. 773.

Nec ampliatur ex omiſſione deſcriptionis gemmarum, quas Uxor hæres credere potuit, fuiſſe ſibi à Marito donatas, ibidem n. 43. pag. 774., & n. 44. pag. 775.

Maximè ſi fuerunt ſibi à Viro prælegatæ, cum ex hoc eo magis ipſa induci potuerit ad credendum, eas ad ſe ſpectare, & non debere deſcribi, dict. dec. Flor. 51. n. 46. pag. 775.

Vel quæ ſaltem fuerunt nominatæ in teſtamento, cum tunc occultari non poſſint, ideoque ceſſat animus eas ſibi appropriandi, ibid. n. 47. pag. 776.

Quia in hærede omittente rem aliquam deſcribere in Inventario, quælibet credulitas, quòd non teneretur, excludit dolum, & inventarium præſervat à nullitate, d. dec. Flor. 51. n. 44. pag. 775.

Sicut etiam omiſſio per ignorantiam, errorem, vel ſimplicitatem, ibid. n. 45.

Vel rei in teſtamento nominatæ, d. deciſ. Flor. 51. n. 47. pag. 776.

Vel alterius cujuſcumque, quæ occultari non poteſt, ibid. n. 48.

Propter quod ſtabilia non eſt opus in inventario deſcribere, quia occultari non poſſunt, eorumque omiſſio nullitatem non inducit, dicta dec. Flor. 51. num. 49. pag. 776.

E' converſo invalidum cenſetur, ſi deficiat men-

menſis, dies, & annus, & cætera ſubſtantialia inſtrumenti publici, deciſ. Senen.28. §. unic. n.6. pag.163.

Vel ſubſcriptio hæredis, ibidem numer.7. pag.164.

Vel deſcriptio non ſit integra, eo quia fuerint omiſſa ſupellectilia ad vitam hominis neceſſaria, & veriſimiliter in hæreditate exiſtentia, dicta dec. Senen. 28. §. unic. n.10. pag.164.

Vel omiſſæ ſint ſcripturæ, ſegetes, & alia plura, quarum aliquas habuiſſe præſumitur defunctus, ſi erat notarius, & poſſidebat ſtabilia, ibid. n.11.

Et ex quibus aliis probetur hujuſmodi res extitiſſe in hæreditate, ibid. n.12. & 13. pag 165.

Plura alia de validitate, ſeu invaliditate inventarii, *vid. ſupra in verſ.* mobilia.

INVERISIMILE

Inveriſimilia, & quæ communiter accidere non ſolent, non debent admitti pro inducenda præſumptione, dec. Flor.16. n.11. pag.493.

Licèt poſſibilia ſint, nàm multa ſunt poſſibilia, quæ præſumi non debent, ibid. num.11.

JOCALIA

Pretioſa, & feſtiva quæ dicuntur, vel potiùs quotidiana, Judicis arbitrio remittitur, deciſ. Flor.51. n.41. pag.774.

Idque Judex arbitrari debet, attentis variis facti circumſtantiis, quæ enumerantur, ibid.

Conſuetudo adeſt in Civitate Neapolitana, hujuſmodi ornamenta pretioſa uxori donandi, ꝗ, deciſ. Florent. 51. numer.42. pag.771.

Qua ſtante conſuetudine, donata uxori cenſentur, ibid. n.43.

Cum quilibet præſumatur ſe conformare conſuetudini loci, ibid.

JUDEX

Apponere non poteſt ex diſpoſitione Statuti Senenſis in ſententiis, *verba*, niſi ſcripturas opportunè viderit, & conſideraverit, dec. Sen.17. n.19. pag.91.

Quod procedit, inſpecta etiam Juris communis diſpoſitione, ibid.

Arbitrium interponere valet in dubietate facti, dec. Sen.14. n.4. pag.70. & deciſ. Sen.50. n.34. pag.307.

Et in quo fundari debeat arbitrium, d. dec. Sen.14. n.6. pag.71.

Arbitrio Judicis remiſſum eſt decernere, penes quem perſona educanda ali debeat, dec. Sen.48. n.11. pag.294.

Et ex quo tale arbitrium reguletur, *vide in Verb.* educatio.

Aſſertio Judicis intervenientis obligationi mulieris, habet ex diſpoſitione Statuti Senenſis *Rubr.* 169. *diſt.* 2. præſumptionem Juris, & de Jure, & probationem in contrarium non admittit, dec. Sen.36. n.15. pag.249.

Certioratio Judicis, & juramentum denotant renunciantem, ex deliberato animo de omnibus juribus cogitaſſe, & ſe ſpoliaſſe, deciſ. Flor.4. n.43. pag.343.

Competens de Jure quis ſit in interpoſitione decreti in contractibus minorum, & quis ad formam Statuti Senenſis, *vide in Verb.* Decretum, *& in Verb.* Statuta particularia diverſorum locorum *verſic.* Senenſe *Rubr.*130. *diſt.*2.

Incompetentia opponi non poteſt poſt ſententiam inter eaſdem Partes, in judicatum tranſactam quando hujuſmodi exceptio jam fuit oppoſita, & rejecta, & agitur de retardanda exactione crediti, undequaque liquidi, & executivi, dec. Sen.18. n.14. pag.96.

Decernere non poteſt proviſionaliter diſdictam, pro inveſtiendis pecuniis ad majorem fructum, quando intereſſati, & ii, ad quem ſpectat perceptio fructuum, ſe opponunt, dec. Senen.48. num.10. pag.295.

De Judicis decreto, *vid. in Verb.* decretum *verſ.* Judicis, *& in Verb.* Mulier *verſ.* obligare.

Delegatus poteſt concedere inſtitutionem præſentato, non verò recipere præſentationem, dec. Florent.33. num.7. pag.563.

Quia præſentatio fieri debet coram Ordinario, ibid., *& vid. in Verb.* Præſentatio, *verſ.* à Laico.

Gravare non dicitur differens pronunciationem, ob novarum exceptionum oppoſitionem, ſicuti nec quando adeſt aliquod legitimum impedimentum, deciſ. Senen.48. n.19. pag.295.

Et quando diſtulit decretare ſuper inſtantia dilata ad ultimum momentum temporis, ei non eſt imputandum, ſed Parti, ibid. n.21.

Gravare dicitur, & datur appellatio, quando differendo pronunciationem, Partis detrimentum ſequitur, dicta deciſ. Senen.

ren. 48. num.22. pag.295.

Quomodo autem id ſit intelligendum, & quando hoc procedat, ibid. num.22. 23. & 24. pag.295., *& vide in Verb.* Appellatio.

In criminalibus juſto libramine quædam debet corrigere, quædam per æquitatem temperare, quædam verò per miſericordiam indulgere, deciſ. Flor.40. §. unic. n.68. pag.654.

Et in dubiis in clementiam debet inclinare, ibid. n.70. & 71.

Melius eſt enim in miſericordia, quàm in ſeveritate peccare, ibid., *& vide in Verb.* Pœna, *verſ.* minoratur, *& in Verb.* Stuprum *verſ.* Pœna.

Joannes Bonſius Cardinalis, & Magnus Eleemoſinarius Regni Francorum, fuit Judex Florentiæ, dec. Flor.21. n.68. pag.461.

Motus ad ſententiandum potiùs ex una causa, quàm ex aliis, ex quibus dicatur, dec. Senen.17. n.18. pag.92.

Ordinarius in prima inſtantia quis ſit, ex reformatione vigente in Statu Senenſi, dec. Senen. 18. n.12. pag.96.

Procedere debet cautè, cum æquitate, & benigna interpretatione, ne in præjudicium publici commercii maxima actorum ſtrages ſequatur, dec. Flor.18. n.13. pag.431.

Ratiocinium, & rimationem aliis demandare poteſt, vel illam de per ſe facere, ibid. n.21.

Supplere pro munere debet in Jure, ſi defenſores deficiant, dec. Senen.3. num.8. pag.13.

Judices qui fuerint Inſignes, qui Auditores, & qui Miniſtri in Civitate Senenſi, & Florentina, & plura alia, *vide in* Epiſtola ad Lectorem *tit.*1. *&* 2.

JUDICIUM

Contractus non ſtatim privat debitorem dominio, & poſſeſſione bonorum, deciſ. Senen.15. §.2. n.37. pag.79.

JURA

Appellatione bonorum in materia odioſa non veniunt jura, & actiones, ſecùs in favorabili, dec. Flor.13. numer.8. & 9. pag.390.

Et paſſiva ſub expreſſione omnium Jurium activorum non veniunt, dec. Senen.15. §.1. num.10. pag.75. & §.2. ante num.19. verſic. ſubſiſtunt pag.78., *& vide latè in Verb.* Hæreditas, *verſ.* appellatione, *& in Verb.* Juſpatronatus, *verſ.* hæreditarium totum defertur.

Ceſſa ſemel alicui ejuſdem favore ſubſiſtunt, & ſi deinde alteri cedantur, ei nullatenus proſunt, deciſ. Flor.23. numer. 12. pag.472.

Jura, & hypothecæ, quas habet mulier ſuper re mariti, licèt aliis præcedenter ceſſæ, reſolvuntur per ſolutionem dotis ei factam, ibid. n.23. pag.473.

Declara, ut ibid. n. ſeq.

Directa, quæ poſt primam ceſſionem ſola remanſerunt, in concurſu utilium ſunt inutilia, & inefficacia, d. dec. Flor.23. num.36. pag.474., *& vide latè in Verb.* Ceſſio.

Extracta ab Archivio Monaſterii Caſſinenſis faciunt plenam probationem contra omnes, dec. Flor.33. §.3. n.17. pag.587.

JURAMENTUM

Accedens contractui nullo non ligat, ob defectum conſenſus, utpotè ſequens naturam contractus principalis, dec. Sen.46. n.23. pag.286.

Ad hæredes non tranſit, ideò perjurus non eſt, qui venit contra Juramentum à ſuo authore præſtitum, deciſ. Sen.46. n.24. pag.287.

Hypothecam generalem ad ſpecialem reducit, quando eſt adjectum generali obligationi bonorum, dec. Flor.2. n.2. pag.321. & n.9. pag.322.

Habet enim vim ſpecialis expreſſionis, & facit valere actum omni meliori modo, quo valere poteſt, d. num.2. pag.321.

Si tamen in contractu nulla appoſita fuit bonorum obligatio, ligat ſtrictiùs contrahentes quoad perſonalem, ſed vim non habet addendi hypothecam non expreſſam, d. dec. Flor.2. n.3. pag.321.

Quia actionem perſonalem tantùm tribuit, ibid. n.4.

Auctoritates in contrarium explicantur, ibid. n.5. & ſeqq.

Recenſetur inter conjecturas pro inducenda hypotheca, d. deciſ. Flor.2. num.11. pag.322.

Obligationi vires tribuit intra ſuos limites, & non ampliat ad ea, quæ concernunt ſubſtantiam, & conſenſum, dec. Flor.2. n.8. pag.322.

Renunciationi adjectum, unà cum certioratione Judicis, oſtendit renunciantem ex deliberato animo de omnibus juribus cujuſcumque generis cogitaſſe, & ſe ſpoliaſſe, dec. Flor.4. n.43. pag.343.

Simulationis conjecturam excluſivam an inducat, *vide in Verb.* Simulatio *verſ.* excluditur.

JURAMENTUM IN LITEM

Datur contra Tutorem, qui librum introitus, & exitus non confecit, & ideò rationem reddere non poteſt, dec. Senen. 18. §. unic. n.2. pag.163.

Et an hoc procedat indiſtinctè, *vide latè in Verb.* Tutor, *verſ.* tenetur facere.

Sed ei locus non eſt ad effectum exhibitionis, niſi poſt gravatoriam, & reaggravatoriam Reus in contumacia perſiſtat, deciſ. Flor.7. n.20. pag.360.

JURAMENTUM SUPPLETORIUM

Juramento ſuppletorio ſemper eſt locus, quoties concurrit pluſquam ſemiplena probatio, dec. Flor.48. n.4. pag.747.

JURISCONSULTUS

Vide in Verb. Doctor.

JURISDICTIO

Quaſi Epiſcopalis ex quibus Abbati conceſſa dicatur, & plura alia ad materiam, *vide latè in Verb.* Abbas *per tot.*

JUS

Civile in computatione graduum ad effectum ſucceſſionis attenditur, dec. Senen. 35. §.2. num.19. pag.239. & *vide in Verb.* Gradus.

Ignorantia juris dubii, & involuti æquiparatur ignorantiæ facti, deciſ. Flor. 22. n.19. pag.465., & *vide in Verb.* Ignorantia, *verſ.* Juris.

Incerti eventus Jus benè compenſatur cum qualibet certa quantitate etiſi minima, dec. Flor.6. n.18. pag.356. & deciſ. Flor. 12. n.34. pag.387., & *vide in Verb.* Læſio, *verſ.* in renunciatione.

Offerendi in favorem creditoris poſterioris conceſſum, non debet in ejus odium retorqueri, dec. Flor 9. n.16. pag.368.

Retractus, *vide in Verb.* Retractus *per tot.*

JUS ACCRESCENDI

Locum habet inter plures, re, & verbis conjunctos, & uno decedente ſuperſtes ſuccedit, dec. Senen.35. num.1. pag.215. & §.2. ejuſdem dec. n.2. pag.235.

Et inter plures vocatos ad eamdem univerſitatem bonorum ſub unica verborum ſtructura, dicta dec. Senen.35. §.1. n.34. pag.219. & §.2. n.1. & 2. pag.235.

Et inter plures vocatos ad eamdem rem inſolidum, d. dec. Senen. 35. §.2. n.3. pag.235.

Locum habet tam in hæreditatibus directis, quàm fideicommiſſariis, deciſ. Senen.35. n.25. pag.219.

Cum hac tamen diverſitate, quod in directis intrat etiam inter disjunctos re, & verbis ad evitandum abſurdum, ut quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedat, ibid. n.26.

In fideicommiſſariis verò non aliter, quàm ſi conjunctio realis, vel realis, & verbalis ſimul concurrat, adeout ſola verbalis non ſufficiat, dicta dec. Senen. 35. n.27. pag.219.

Verbalis autem conjunctio deficere dicitur, ſi Teſtator unum in medietate hæreditatis, alterum in alia inſtituit, ibidem num.28.

Nec prodeſt copula, *et*, aut unicitas orationis, ſi reperta ſit clauſula, *pro medietate*, dicta dec. Senen. 35. n.29. & 30. pag.219.

Deficit etiam realis, quando Teſtator diviſit hæreditatem, ibid. n.31. pag.220.

Sive partes ſint quantitativæ, ſive qualitativæ, ibid. n.32.

Contra quod ad hunc effectum requiratur portiones eſſe materialiter ad oculum demonſtrabiles, non autem intellectualiter diviſas, d. dec. Senen.35. num. 33. pag.220.

Declara hoc ſolum procedere in rebus corporalibus, quæ phyſicam, & realem habent unitatem, ſecùs in incorporalibus, ut eſt hæreditas, quæ ſicuti unitatem non realem, ſed ſolùm idealem habent, ita ſola intellectuali diviſione ſeparantur, ibid. n.34. & 35.

Idcircò facta hæreditatis intellectuali diviſione, vocati ad illius portionem re conjuncti dici non poſſunt, nec gaudent jure accreſcendi, d. dec. Sen.35. n.36. pag.220.

Præſertim in ſubſtitutione, & fideicommiſſo, concurrente etiam disjunctione verbali, ibidem.

Contra, quòd etiam in rebus incorporalibus, & materialis diviſionis incapacibus, diviſio intellectualis non tollat conjunctionem realem, & jus accreſcendi, d. dec. Senen.35. n.37. pag.220., & §. 2. ejuſdem deciſ. n.4. pag.236.

Sed declaratur hæc opinio non procedere, concurrentibus aliis circumſtantiis, & ſignanter disjunctione verbali, d. dec. Sen.35. n.38. pag.220.

Locum non habet in contractibus, ibid. n.8. pag.215.

Li-

Limita conſtito de contraria voluntate contrahentium vel expreſſa, vel tacita, d. dec. Senen.35. nu.3. pag.216. & §.1. ejuſdem dec. n.37. pag 229.
Elicitur autem hæc tacita voluntas, primò ex quo Donator pluribus donavit, & pactum reverſivum bonorum poſt mortem Donatariorum appoſuit, nàm ex hoc pacto jus accreſcendi volitum inter condonatarios arguitur, d. dec. Sen.35. n.4. & de ratione n.5. & 6. pag.216.
Secundo ex onere condonatariis inſolidum injuncto, nam ex hoc illorum vocatio etiam inſolidum, ad bona donata inducitur, ibid. n.7.
Et contraria opinio reücitur, ibid.
Præſertim ſi aliter contingere poſſet, ut portio unius ab oneribus adjectis tota abſorberetur contra mentem Donantis, qui profeſſus ſit liberalitatem exercere, d. dec. Sen.35. n.8. pag.216.
Tertio ex eo, quòd donatio non fuerit facta perſonis, proprio illarum nomine vocatis, ſed ſub nomine collectivo, ibid. num.9.
Quia tunc donatio dicitur facta corpori, non attentis particularibus perſonis, ideoque bonorum diſtributio in partes fieri non poteſt, d. deciſ. Senen.35. numer.10. pag.216. & §.1. ejuſdem deciſ. n.35. pag.229.
Quarto ex eo, quòd Donans mandaverit bona integra, & indiviſa permanere apud vocatos, d. dec. Senen.35. nu.11. pag.217. & §. 1. ejuſdem dec. num.36. pag 229.
Item locum non habet poſt aditam hæreditatem, vel quæſitum emolumentum, d. dec. Sen.35. n.1. pag.215.
Declara primo hoc procedere in dubio; ſecùs quando ex conjecturis conſtat de contraria mente diſponentis, ibid. numer.12. pag.217. & §.1. ejuſdem deciſ. n.38. pag.230.
Conſtare autem dicitur de tali voluntate, ſi res donata conſiderata fuit, uti remanſura apud omnes inſolidum, d. deciſ. Senen.35. n.13. pag.217. & §.1. ejuſdem deciſ. n.41. pag.230.
Item ſi Donator conſideravit plures donatarios, uti unum corpus, quia tunc partem præmorientis occupat ſuperſtes uti ſuam, d. dec. Senen.35. numer.14. pag.217. & §.1. ejuſdem dec. num.40. pag.230.
Item ex eo, quòd donatio facta fuit pluribus, & eorum deſcendentibus in infinitum, quo caſu, defectis alterius deſcendentibus, intrat jus non decreſcendi favore ſuperſtitum, d. dec. Sen.35. numer.15. pag.217. & §.1. ejuſdem deciſ. n.39. pag.230.
Contrariæ Auctoritates declarantur, ibid.
Declara ſecundo regulam non procedere in uſufructu, in quo datur jus accreſcendi etiam poſt quæſitum emolumentum, d. dec. Senen.35. n.16. pag.217.
Item locum non habet, ubi datus fuit ſubſtitutus, ibid. n.2. pag.215.
Limita primo, quando ſubſtitutus noluit, vel non potuit ſuccedere, d. dec. Sen. 35. n.17. pag.218.
Veluti quando non fuit purificata conditio, ſub qua ſubſtitutus debebat ſuccedere, d. deciſ Senen.35. §. 2. num.50. pag.242.
Limita ſecundo, ſtantibus conjecturis contrariam diſponentis mentem oſtendentibus, d. dec. Senen.35. n.18. pag.218. & §.2 ejuſdem dec. n.5. pag.236.
Etiamſi conjecturæ ſint leves, & veriſimiles, d. dec. Senen.35. n.19. pag.218. & §.2. ejuſdem dec. n.6. pag.236. & nu.9. & 10. pag.237.
Et declaratur *Textus in l. quidam teſtamento ff. de vulg.* in contrarium adductus, d. dec. Sen.35. §.2. n.7. pag 236.
Una autem ex conjecturis urgentibus eſt favor perſonæ magis dilectæ, quæ ab inteſtato ſubſtitutum excluderet, quo caſu ſubſtitutio non facit ceſſare jus accreſcendi, d. dec. Senen.35. num.20. pag.218. & §.2. ejuſdem deciſ. num.12. pag.237.
Præcipuè ſi perſona, quæ ab inteſtato ſuccederet, fuit inter primos hæredes nominata, d dec. Sen.35. n.21. pag.218. & §. 2. ejuſdem dec. n.15 pag.238.
Contrariæ Auctoritates reprobantur, & explicantur, d. dec. Senen.35. §.2. n.13. & 14. pag.238.
Et ex quibus reſultet major prædilectio, *vide in Verb.* Prædilectio per tot.
Alia eſt conjectura, ſi Teſtator declaravit velle omnes hæredes reciprocare, de qua declaratione conſtet ex depoſitione Advocati, qui teſtamentum extendit, d. dec. Sen.35. §.2. n.33. & 34. pag.240.
Alia eſt conjectura, ſi diſponens, ubi noluit

luit jus accreſcendi, id expreſsè diſpoſuit, nam ubi non diſpoſuit, illud voluiſſe cenſetur, d. dec. Sen.35. n.22. pag.238.

Alia eſt conjectura, ſi ſubſtitutio facta ſit in tota hæreditate, nam cum ad hunc effectum ſubſtitutus admitti non poſſit, niſi, defectis omnibus inſtitutis, neceſſariò intrat jus accreſcendi inter conjunctos, ibid. n.23. & §.2. ejuſdem deciſ. n.36. & 37. pag.241.

Et dicitur facta in tota hæreditate, etiamſi ſit facta indefinitè, & deficiat nota totalitatis, d. dec. Senen.35. §.2. num.35. pag.241. *& vide plura in Verb.* Hæreditas *verſ.* de tota.

Idroque ut purificetur, requirit omnium inſtitutorum deficientiam, ibid. n.37.

Contrariæ Auctoritates declarantur, ibid. n.38. & 39.

Alia eſt conjectura, ſi Teſtator voluit jus accreſcendi ad excluſionem ſubſtituti, favore alterius perſonæ æqualiter dilectæ, d. dec. Sen.35. §.2. n.32. pag.240.

Vel ſi ſubſtitutus ſit vocatus poſt mortem plurium, cum tunc, altero decedente, non ſuccedat, ſed ſuperſtes per jus accreſcendi, ibid. n.43. pag.242.

Item locum non habet Jus accreſcendi, tamquam tacita ſubſtitutio, ubi adeſt ſubſtitutio expreſſa, dec. Sen.18. §. unic. n.88. pag.175.

Etiamſi ſubſtitutio ſit facta poſt mortem utriuſque, quia pluralitas reſolvitur in ſingularitates, ibid. n.89.

Sed non conſtito de hac expreſſa voluntate Teſtatoris, in dubio intrat jus accreſcendi, & præexiſtentia perſonæ ſimul inſtitutæ impedit reſolutionem pluralitatis in ſingularitates, favore ſubſtituti, dec. Sen.35. §.2. n.54. 55. & 56. pag.243. *& vide in Verb.* ſubſtitutus *verſ.* pluribus.

Regula juris, quod conjunctus, qui eſt ex liberis, mediante jure accreſcendi, præferatur ſubſtituto, habet locum favore omnium venientium ab inteſtato, quos Teſtator habuit loco filiorum, deciſ. Flor.36. n.8. pag.612.

Succedens per jus accreſcendi non minùs vocatus dicitur, quàm ſubſtitutus, & non venit ex voluntate permiſſiva Teſtatoris, ſed diſpoſitiva, dict. deciſ. Senen.35. §.2. num.21. ubi de ratione pag.237.

JUS NOMINANDI

Puellas in Monaſterio differt à Jurepatronatus, deciſ. Senen.15. §.1. numer.19. pag.76.

In eo tamen viget eadem prohibitio vendendi, quæ in Jurepatronatus, ibid. n.20. pag.77.

Nec ſuper eo, ſicuti ſuper jurepatronatus, aliiſque rebus, ſpiritualitatem annexam habentibus, cadit hypotheca, d. dec. Sen.15. §.2. num.33. & 34. pag.79. *& vide in Verb.* Juſpatronatus, *verſ.* differt.

JUSPATRONATUS

Actus à Procuratore geſti, per quos Principalis obtinuit poſſeſſionem juriſpatronatus, in qua continuavit, præſumuntur de ejus ordine geſti, ſeu ſaltem per poſſeſſionem approbati, dec. Flor.45. §.1. n.28. pag.710.

Ceſſio omnium Jurium activorum non comprehendit juſpatronatus, dec. Sen.15. n.2. pag.73.

Confirmatio expreſſa donationis juriſpatronatus, ex abundanti procurata, non præjudicat tacitæ jam præſumptæ, dec. Flor. 33. §.1. num.16. pag.574. *& vide plura infra in verſ.* Donatio.

Differt Juſpatronatus à jure nominandi puellas in Monaſterio, dec. Senen.15. n.19. pag.76.

Sed tale jus, ſicuti juſpatronatus, vendi prohibetur, ibid. n.20. pag.77.

Diligentia, & perquiſitiones factæ à notario cuſtode Protocollorum ſufficiunt ad probandam negativam exiſtentiæ inſtrumenti donationis juriſpatronatus, dec. Flor.33. §.1. n.9. & 10. pag.571.

Donatio juriſpatronatus validè, & legitimè facta, illud transfert in Donatarium, & Donator eo remanet ſpoliatus, dec. Flor. 33. n.14. pag.564. num.20. & 21. pag.565. & n.22. pag.566.

Niſi ſit facta non privativè, ſed cumulativè, prout in dubio præſumitur, ibid. n.16. pag.565.

Declara tamen, donationem præſumi factam cumulativè, non privativè, quando fuit facta ſimpliciter, ſecùs quando cum clauſulis prægnantibus fuit donatum univerſum jus præſentandi, dict. deciſ. Flor.33. n.20. 21. pag.565. & nu.22. pag.566.

Maximè ſi Donans in ſubſequentibus vacationibus non præſentavit, ibidem nu-

numer.25. pag.566.
Ut tamen donatio validè facta dicatur, fieri debet cum auctoritate Epiſcopi, deciſ. Sen.15. n.35. pag.79., & dec. Flor.33. num.15. pag.564.
Vel Abbatis habentis jura quaſi Epiſcopalia, qui conſentire poteſt donationi juriſpatronatus, d. dec. Flor 33. n.36. pag.568. ubi de Propoſito Piſcienſi, *& vide in Verb.* Abbas, ubi de materia.
Immò etiam illius fundationem authorizare, ibid. n.35. pag.568.
Non tamen ſufficeret conſenſus Vicarii, qui facultatem non habet confirmandi donationes juriſpatronatus, dec.Flor.33. §.1. n.3. pag.570. & §.2. n.5. pag.577.
Niſi illa ab Epiſcopo ei ſpecialiter demandetur, d. dec. Flor.33. n.19. pag.565. & §.2. n.3. pag.576.
Quod mandatum præſumitur ex pluribus confirmationibus donationum, factis à Vicario, d. dec. Flor.33. §.2. numer.4. pag.577.
Item ex inſtitutionibus ab eodem Vicario factis, junctis viſitationibus factis ab Epiſcopo, ibid. n.11. pag.578.
Item ex actibus ſubſecutis, inducentibus obſervantiam, qui proſunt etiam pro confirmationibus antecedenter factis, ibid. n.10. & §.1. n.4. pag.570. & n.5. pag.571. & n.11. pag.572.
Et ex quibus obſervantia deſumatur, vel non, ibid. numer.6. & pluribus ſeqq. pag.571.
Vel niſi concurreret ratihabitio ipſius Epiſcopi, quæ mandato æquipollet, d. dec. Flor.33. num.19. pag. 565. & §.1. num.5. pag.571. & §.2. n.3. pag.576., & ante n.10. pag.577.
Quia conſenſus Epiſcopi non requiritur, in actu donationis, ſed ſufficit, quòd ſubſequatur quandocumque, d. §.1. nu.5. pag.571.
Vel niſi concurreret conſuetudo præſcripta per ſpatium 40. annorum, ibid. §.2. n.6. pag.577
Immò etiam paucorum annorum conſuetudo ſufficeret, ubi Vicarius non intenderet acquirere facultatem præſtandi hujuſmodi conſenſum de per ſe, ſed allegaretur ad effectum præſumendi Epiſcopi mandatum, d. dec. Flor.33. §.2. n.7. pag.577.
Quo caſu ſi plures donationes confirmaſſet Vicarius, non obſtaret, quod aliquæ fuiſſent confirmatæ ab Epiſcopo, ibid. n.8.
Quia Epiſcopus præſumeretur hanc facultatem tribuiſſe Vicario cumulativè, d. dec. Flor.33. §.2. n.9. pag.577.
Limita primo, principalem concluſionem, quòd ſcilicet ad validitatem donationis juriſpatronatus conſenſus Epiſcopi ſit neceſſarius, in donatione, per quam juſpatronatus de hæreditario fit gentilitium, quia Eccleſiæ libertati favetur, ibid. n.2. pag.576.
Limita ſecundo, in donatione omnium bonorum, in qua opus non eſt confirmatione Ordinarii, dec. Flor.33. n.17. pag.565.
Sicut, & in qualibet alia tranſlatione cum univerſitate bonorum, dec. Sen.15. §. 1. n.9. pag.75.
Limita tertio, in tranſlatione per viam legati, in qua ſpeciale eſt, ut à die mortis Teſtatoris tranſeat in Legatarium, non expectata Ordinarii confirmatione, deciſ. Sen.15. n.21. pag.77.
Sufficit enim, quòd ſuperveniat poſt tranſlationem, quæ ex ſuperveniente confirmatione convalidatur, ibid. n.22.
Et confirmatio retrotrahitur ad diem legati, d. dec. Senen.15. n.25. pag.77.
Quod ſecùs eſt in donatione, ibidem.
Quando autem eſt neceſſarius conſenſus Epiſcopi, ſi illum denegaret abſque legitima cauſa, compelli poſſet ad illum præſtandum, d. dec. Sen.15. §.1. n.38. & 39. pag.79.
Præſumeretur tamen interveniſſe, ſtantibus præſentationibus per ipſum admiſſis, dec. Flor.33. n.18. pag.565. & §.1. ejuſdem deciſ. num.2. pag.570. & n.11. pag.572.
Et ex quibus reſultet, præſentationes fuiſſe factas titulo donationis, quando titulus non fuit expreſſus, d. dec. Flor.33. §.1. n.11. pag.572.
Donatio Juriſpatronatus non requirit ſtatutarias ſolemnitates, dec. Sen.15. n.1. pag.73.
Donari non poteſt Juſpatronatus in præjudicium creditorum, ibid. §.1. num.23. pag.77.
Declara tamen, quòd poſſit legari, dict. dec. Senen.15. §.1. pag.77. n.24. & §.2. ante n.29. verſic. ſubſiſtunt pag.78.
Quia creditoribus non acquiritur jus ſuper re habente annexam ſpiritualitatem,

d. dec. Sen. 15. §. 1. n. 14. pag. 77.

Nec ſuper ea cadit hypotheca, d. dec. Senen. 15. §. 1. n. 14. pag. 77. & §. 2. n. 33. & 34. pag. 79.

Contra, quòd poſſit etiam donari in præjudicium Creditorum, & etiam poſt introductum Judicium concurſus, per quod Debitor nondùm privatur dominio, & poſſeſſione, d. dec. Sen. 15. §. 2. n. 36. & 37. pag. 79.

Donatum alicui, & ejus deſcendentibus maſculis, ſemper excluſis fœminis, & in defectum maſculorum, proximiori de domo, ſpectat ad maſculum de domo, dec. Flor. 33. §. 2. n. 1. pag. 576. & *vide in ſeq. verſ.* Gentilitium.

Gentilitium donari, vel aliter alienari non poteſt in præjudicium vocatorum, ibid. n. 16. pag. 579.

Contra, quòd poſſit donari ad vitam donantis, & ſine præjudicio vocatorum, dict. deciſ. Florent. 33. §. 2. numer. 17. pag. 580.

Gentilitium autem dicitur, ſi fuit reſervatum pro Domo, & Familia Fundatoris, Familiæ nomine expreſſo, & pluries repetito, dec. Flor. 45. n. 5. pag. 697. & §. 1. ejuſdem deciſ. n. 10. pag. 707.

Vel ſi fuit declaratum in ſententia cum ſimili expreſſione proprii cognominis familiæ, d. §. 1. n. 25. pag. 710.

Secùs ſi cum expreſſione ad perſonam, quæ ſententiam favorabilem obtinuit, d. dec. Flor. 45. §. 1. n. 11. pag. 708.

Niſi tamen, qui declarationem obtinuit, juſpatronatus ad ſe ſpectare, produxiſſet articulos ſuper pertinentia juriſpatronatus ad Familiam, & Domum, ibid. n. 13. & n. 26. pag. 710.

Quia ſententia in illa parte dubia, declarationem reciperet ab actis, & probationibus præcedenter factis, dict. deciſ. Flor. 45. §. 1. n. 13. pag. 708.

Item cenſetur gentilitium, ſi in præſentationibus, & inſtitutionibus non fiat mentio qualitatis hæreditariæ, & verba dirigantur in propriam perſonam præſentantis, ibid. n. 5. pag. 707.

Maximè ſi in actibus ſubſequentibus fuit ſpecificata qualitas gentilitia, d. deciſ. Flor. 45. §. 1. n. 6. pag. 707.

Actus enim ſubſequentes declarant præſentationes antecedentes, dec. Flor. 33. §. 2. num. 19. pag. 580. & d. dec. Flor. 45. §. 1. n. 7. pag. 707.

Item ſi in pluribus actibus fuit ſolùm probata qualitas deſcendentialis, d. deciſ. Flor. 45. §. 1. n. 31. pag. 711.

Item ſi in præſentationibus fuerit articulatum, jus præſentandi pertinuiſſe ab immemorabili ad illos de Familia, ex hoc enim magnum inſurgit adminiculum pro qualitate gentilitia, ibid. n. 8. & n. 9. ubi de ratione pag. 707.

Item tale arguitur ex ſententia lata, ſervatis ſervandis, cum legitimis contradictoribus ſuper canonizatione Juris gentilitii, quæ facit jus quoad omnes, d. dec. Flor. 45. n. 11. pag. 698.

Non obſtante præſentatione cum enunciativa qualitatis hæreditariæ, ſi illa non fuit effectuata, d. dec. Flor. 45. num. 13. pag. 698.

Item ex præſentationibus factis per Filiosfamilias cum Patribus per multos annos, d. dec. Flor. 45. num. 16. pag. 698. & §. 1. ejuſdem deciſ. n. 21. pag. 709.

Etiamſi filius aliquando non præſentaverit, quia ſimplex negligentia filii in præſentando cum Patre, qualitatem gentilitiam non excludit, ibid. n. 22. pag. 709.

Item ex expreſſionibus Patronorum in præſentationibus effectuatis, d. dec. Flor. 45. §. 1. n. 23. pag. 709.

Contra quas expreſſiones, Patroni, & habentes cauſam ab eis venire non poſſunt, ibid. n. 27. pag. 710. & n. 37. pag. 712.

Quia confeſſio, juſpatronatus ſpectare ad aliquam familiam, contra ipſum confitentem, & habentem cauſam ab eo pleniſſimè probat, d. dec. Flor. 45. numer. 11. pag. 698. & §. 1. ejuſdem deciſ. num. 30. pag. 711.

Item ex expreſſione facta ab Ordinario in Edictis, d. §. 1. n. 26. pag. 710.

Item ex antiquiſſimis inſcriptionibus qualitatem gentilitiam præſeferentibus, d. deciſ. Flor. 45. n. 6. pag. 697.

Item ex præſentationibus per ſpatium centum annorum, & ultra, factis ſemper à maſculis de Familia, non à fœminis, vel ab extraneis, ibid. numer. 7. & 10. pag. 697. & §. 1. n. 32. pag. 711. & n. 33. pag. 712.

Immò per hanc obſervantiam centum annorum, etiamſi non eſſet, evaderet gentilitium, d. dec. Flor. 45. n. 14. pag. 698.

Ad quod etiam ſufficerent 40. anni, ibid. num. 16.

Obſervantia enim longiſſimi temporis oſtendit

dit quale ſit Juſpatronatus, deficiente fundatione, d. dec. Florent.45. §.1. num.4. pag.706.

Cum tale præſumatur, quale illud demonſtrat ſubſecuta obſervantia, ibid.

Ad dignoſcendam qualitatem Juriſpatronatus attenditur potius cauſa univerſalis, à qua beneficia proveniunt, quàm actus ad unicum beneficium reſtrictus, dec. Flor.33. §.2. n.38. pag.582.

In Jurepatronatus gentilitio, ſeu familiari enumerantur capita, & non ſtirpes, ſeu lineæ, aut quotæ hæreditariæ præſentantium, itaut Pater, & Filius duas voces efforment, dec. Flor.33. n.12. pag.564. & dec. Flor.45. n.3. pag.696. & num.9. pag.697.

Et contemporaneè ſimul admittuntur omnes de familia, proximiores, & remotiores, d. dec. Flor.45. n.4. pag.696.

Secùs eſt in hæreditario, & mixto, in quibus præſentationes fieri debent in ſtirpes, & pro ratis portionibus, non collegiativè, nec in capita, ibid. n.8. pag.697.

Gentilitium, exiſtentibus adhuc illis de Familia, in hæreditarium mutari non poteſt, dicta deciſ. Florent. 45. §. 1. numer. 44. pag.713.

Hæreditarium in dubio præſumitur, ibid. n.34. pag.712.

Maximè ſi Patronus de eo diſpoſuit, dicta dec. Flor.33. §.2. n.26. pag.579.

Sed hoc non procedit in Jurepatronatus antiquiſſimo, in quo, deficiente inſtrumento fundationis, locum habet potius præſumptio pro qualitate gentilitia, quàm hæreditaria, dec. Flor.45. §.1. num.35. pag.712.

Quo caſu, venienti ex perſona propria, factum, & confeſſio alterius, qui Juſpatronatus hæreditarium dixit, præjudicare non poteſt, dicta dec. Flor.45. §.1. n.42. pag.713.

Hæreditarium totum defertur ad hæredem universalem, non ad inſtitutum in ſimplici legitima, deciſ. Senen. 15. num.3. pag.73.

Quidquid ſecùs ſit in gentilitio, vel mixto, ibid.

Tranſit cum univerſitate bonorum, vendita hæreditate, in Emptorem, d. deciſ. Senen.15. §.1. n.5. pag.74. & n.7. pag.75.

Prout in creditores, quibus univerſa debitoris hæreditas adjudicatur, ibid. n.6. pag.75.

Idque ſtatim ac, bonis cedente debitore, fit creditorum concurſus, ibid., & de ratione ibid. n.8.

Ampliatur, ut etiam in hac translatione Juriſpatronatus cum univerſitate bonorum non requiratur conſenſus Ordinarii, d. dec. Sen.15. §.1. n.9. pag.75.

Sed ad hoc, ut univerſa hæreditas ſubhaſtari, aut vendi dicatur, requiritur, ut transferantur in Emptorem tam in Jura activa, quàm paſſiva, d. dec. Senen.15. §.1. n.11. pag.75., *& vide in Verb.* Hæreditas *verſ.* appellatione.

Et ſi de juribus activis tantùm actum fuerit, nihil operatur dictio *in univerſum*, quia hæc generalitas reſtringitur ad jura activa expreſſa, d. dec. Sen.15. §.1. n.29. & 30. pag.78.

Contrariæ Auctoritates explicantur, d. deciſ. Senen.15. §.1. n.31. pag.78.

Immò etiam ſi tam activa, quàm paſſiva vendita fuerint, ſed ſingulis ſpeciebus hæreditariis ſingulare pretium conſtitutum, cenſetur facta venditio particularis de qualibet ſpecie, ibid. §.1. n.13. pag.76.

Ideoque ſi comprehendatur Juſpatronatus contractus redditur Simoniacus, ibid. & §.1. n.32. pag.78.

Limita, niſi expreſſio ſingularum ſpecierum, & Juriſpatronatus, fiet declarativè, dicta dec. Senen.15. §.1. n.15. pag.76.

Quo caſu contractus valet, etiam ſi, habita conſideratione ad Juſpatronatus, auctum fuerit pretium hæreditatis, ibid. n.16.

Secùs ſi unicuique ſpeciei pretium particulare aſſignetur, quia tunc Juſpatronatus dicitur particulariter venditum, & contractus remanet Simoniacus, d. dec. Senen.15. §.1. n.18. pag.76.

Sicut etiam contractus eſt Simoniacus, ſi in hæreditate non adſit, niſi Juſpatronatus, vel parum plus, quo caſu expreſſio hæreditatis cenſetur appoſita colloratè, ibid. num.14.

Relictum hæredibus, & deſcendentibus debetur hæredibus Sanguinis, quamvis actu non fuerint hæredes bonorum ultimi defuncti, dec. Senen.32. num.13. pag.103., *& vide in Verb.* Hæres *verſ.* appellatione.

Sententia lata ſuper qualitate Juriſpatronatus, an omnes afficiat, *vide ſupra in verſ.* Gentilitium, *& vide in Verb.* Sententia *verſ.* lata ſervata.

JUVENES

Decem, & octo, & viginti annorum adhuc eſſe ſolent ſub patria poteſtate, dec. Floren. 38. n.8. pag.614.

L

LARGITIO

Veriſimilis, & ſolita fieri, an ſocio bonificanda ſit, etiam abſque receputa, ſi facta ſit pro facilitanda expeditione negociorum ſocialium, *vide in Verb.* ſocius *verſ.* bonificari debent.

LAUDUM

Eſt ſtricti juris, deciſ. Florent. 16. num.3. pag.413.

Habet pro ſe omnem validitatis, & juſtitiæ præſumptionem, deciſ. Senen.2. n.1. pag.5.

Maximè ſi ſupervenit res judicata in illius executionem, ibid. n.2.

Donec concludentiſſimis probationibus talis præſumptio tollatur, d. dec. Senen.2. n.2. pag.5.

Injuſtum dicitur, ſi fuerit latum contra diſpoſitionem Statuti, deciſ. Floren.16. num.7. pag.414., & *vide in Verb.* Arbiter.

Intelligi, & interpretari debet ſecundum Juris diſpoſitionem, dec. Florent.10.n.26. pag.374.

Latum ſine præcedenti compromiſſo eſt nullum, tamquam latum ſine juriſdictione, deciſ. Senen. 2. n.3. pag.6.

Quomodo autem de compromiſſo conſtare poſſit, *vide in Verb.* Compromiſſum, *verſ.* præſumitur.

Nullum dicitur, ſi Arbitri ſuper omnibus differentiis non pronunciarunt, nec illas unico contextu terminarunt, d. dec. Senen.2. n.16. pag.7.

Sed limita prout, ibid. n.17. pag.7. & n.18. pag.8., & *vid. in Verb.* Arbiter.

Proferri tamen poteſt ſuper liquidis, relictis in ſuſpenſo illiquidis, ſi Pars fuerit negligens in liquidando, d. dec. Senen.2. n.20. pag.8.

LEGATARIUS

Concurſus quoad legatum uſusfructus inter Legatarium, & hæredem datur, quando Teſtator hæredem inſtituit verbis amplis, & univerſalibus plenitudinem, nedum proprietatis, ſed etiam uſusfructus denotantibus, dec. Flor.44. n.28. pag.691.

Vel quando eadem res à pluribus haberi debet eodem tempore, ibid. n.29.

Vel quando non adſunt conjecturæ pro totalitate uſusfructus favore Legatarii, ſed potius militant in contrarium, d. deciſ. Flor.44. n.30. pag.691., & *vide infra in Verb.* Legatum in fine.

Præfertur Legatarius in bonis Teſtatoris Creditori hæredis, deciſ. Senen.15. §.1. n.26. pag.77.

Sed in bonis hæredis præfertur creditor, etiamſi legatum ſit ad pias cauſas, ibid. num.28.

LEGATUM

Ademptio legati eſt odioſa, nec præſumitur, niſi talem fuiſſe mentem Teſtatoris apertè conſtet, dec. Flor.44. n.1. pag.687.

Itaut in dubio ſemper ſumenda ſit interpretatio ademptionis excluſiva, ibidem n.2. pag.688.

Et pronunciandum pro legatario, habente juris, & voluntatis Teſtatoris aſſiſtentiam, d. dec. Flor.44. n.3. pag.688.

Præcipuè ſi agatur de adimendo legato, Uxori facto, ibid. n.4.

Vel alteri perſonæ conjunctæ, dicta deciſ. Flor.44. n.5. pag.688.

Ademptionem legati habet annexam translatio, ibid. n.6.

Ideo ſumenda eſt interpretatio excluſiva translationis, d. dec. Flor.44. numer.7. pag.688.

Maximè exiſtentibus conjecturis, ſuadentibus excluſionem ademptionis, ibidem n.8.

Veluti ſi in concurſu filiorum Teſtatoris legatum Uxori non adimatur, quo caſu multò minùs adimi cenſetur, in concurſu Sororis minùs dilectæ, d. dec. Flor.44. n.13. pag.689., & *vide infra in verſic.* Uſusfructus.

Item ſi non ſit ademptum aliud legatum, in quo militat eadem ratio, ibid. n.15.

Item ſi ſecundum legatum, per quod primum ademptum prætenditur, factum non ſit ſub prioris commemoratione, ſaltem demonſtrativa, d. dec. Flor. 44. n.16. pag.689.

Veriſimilitudo enim, & conjecturæ pro eruenda voluntate diſponentis, ademptiva, vel præſervativa legati, ſunt unicè attendendæ, ibid. n.14.

Et quæ militant pro excludenda ademptione legati in totum, militant etiam pro ejus diminutione, vel ademptione in parte, d. dec. Flor.44. n.27. pag.691.

Adpias cauſas ſubſiſtit, conſtito de perfecta voluntate Teſtatoris, etiamſi Teſtamentum in aliis partibus ſit imperfectum, dec. Senen.15. §.2. n.40. pag.79.

Contrariæ Auctoritates procedunt, quando Teſtatoris voluntas redditur in totum imperfecta, ſecùs ſi ſit perfecta, ſaltem quoad legata pia, ibid. n.41.

Non tamen valet in præjudicium Creditorum, d. dec. Senen.15. §.1. n.28. pag.77.

Adimplementum piorum legatorum retardari nequit, ſub prætextu exceptionum, altiorem indaginem requirentium, deciſ. Senen.45. n.18. pag.281.

Executioni eſt demandandum, omnibus rejectis exceptionibus, conſtito de ſolemni teſtamento, dec. Sen.39. n.1. pag.258.

Factum ſub conditione victoriæ litis, ea non ſecuta, evaneſcit, dec. Flor.4. numer.10. pag.338.

Nec ſufficit conditionem in parte adimpleri, ibid. n.11.

Præcipuè ubi conditio fuit appoſita cum verbis reſtrictivis, & reſolutivis, dict. dec. Flor.4. n.12. pag.338.

Factum pauperiori, cui debeatur, & quis dicatur pauperior in ſubjecta materia, dec. Senen.13. n.5. pag.68. *& vid. infra in verſ.* relictum.

Factum conjunctæ perſonæ cum onere gerendi tutelam, & cohabitandi cum filiis Teſtatoris, cenſetur potius factum intuitu amoris, quàm cauſa Officii, dec. Flor.43. n.1. pag.670.

Ideo non amittitur non incæpto, vel finito officio, ibid.

Contra, quod de jure præſumatur factum intuitu tutelæ, non ex alia cauſa, dict. dec. Flor.43. n.2. pag.670.

Declara tamen hoc procedere, quando eſt factum perſonæ extraneæ, non conjunctæ, ibid. n.3.

Fortius verò ſi eſt factum Uxori, quia illa ardentiùs amatur per virum, d. deciſ. Flor.43. n.4. & 5. pag.671.

Sed hæc quæſtio ad factum reducitur, decidenda ex circumſtantiis, ibid. nu.6., *& vide infra in verſic.* uſusfructus.

Factum uxori à marito, ſub conditione caſtè, & honeſtè vivendi, per ejus tranſitum ad ſecunda vota extinguitur, d. dec. Flor.43. n.20. pag.674.

Secùs ſi ſit factum ab extraneo, ibid.

Jurispatronatus, vide in Verb. Juſpatronatus *verſ.* donari.

Multiplicatio legati pro onerando hærede, ut illud, & æſtimationem præſter, difficiliter admittitur, dec. Flor.44. nu.26. pag.691.

Non compræhenditur in inſtitutione, ſed ab ea diverſum, ſeu diſtinctum cenſetur, ſtante clauſula adverſativa — *in tutti gl' altri miei beni* — ibid. n.9. pag.689.

Relictum iis, qui ſunt de deſcendentia conſanguineorum, & attinentium Teſtatoris, debetur etiam conſanguineis affinium, dec. Senen.13. n.2. pag.68.

Quamvis non deſcendant ab affinibus, ſed ſint ſolummodò de eorum linea contentiva, ibid. n.3.

Præſertim in concurſu prorſus extraneorum, proximioribus non comparentibus, d. dec. Sen.13. n.4. pag.68.

Tranſit in Legatarium cum ſuo onere, dec. Flor.44. n.25. pag.691.

Tranſlatio legati de una perſona in aliam cenſetur facta cum eodem onere, conditione, & cauſa, d. dec. Florent.44. n.12. pag.689. *& vide ſupra in verſic.* ademptionem.

Uſusfructus factum pauperi, cenſetur factum cauſa alimentorum, dec. Flor.43. n.63. pag.683.

Quidquid ſit, ſi diviti factum ſit, ibid.

Uſusfructus factum Uxori cum conditione habitandi certo loco, & cum filiis, non debetur, niſi omnibus conditionibus impletis, d. dec. Florent.43. numer.21. pag.674.

Contra, quòd debeatur, etiamſi non habitet cum filiis, licèt adſit particula *donec, & quouſque*, ibid. n.22. pag.675.

Maximè ſi conditionis defectus non provenit ex culpa Legatariæ, paratæ ad habitandum, ſed ex accidenti, d. deciſ. Flor.43. n.23. pag.675.

Quando enim legatum reſpicit ſolùm commodum uxoris Legatariæ, mors, ſivè aliud impedimentum, propter quod tutela exerceri, & cohabitatio ſequi non poſſit, Legatariæ non præjudicat, nec legatum expirat, ibidem num.54. pag.680.

Contrariæ Auctoritates declarantur procedere, vel quando non præcedit legatum perpetuum, & vita durante factum, ſed merè temporale, d. dec. Flor.43. n.25. pag.675.

Quo caſu cum dictio *donec* — oſtendat legatum fuiſſe in ſingulos annos diſtributum

tum

tum, & annuum, ac multiplex, ad hoc ut debeatur, conditio quolibet anno verificari debet, ibid.
Vel quando legatum ſub præcepto habitandi factum fuit non favore Legatarii, ſed ejus, cum quo Legatarius habitare gravatur, d. dec. Flor.43. numer.16. pag.675.
Quo caſu cum cenſeatur relictum intuitu educationis, & pro ejuſdem recompenſatione, ea ceſſante, ceſſare debet, ibid.
Secus autem quando legatum eſt factum principaliter favore Legatariæ, & ob dilectionem erga eamdem, quia tunc qualecumque ſit, ſemper eſt perpetuum, & durabile, uſque ad mortem Legatariæ, dict. deciſ. Florent.43. num.27. pag.676.
Et cenſetur relictum favore uxoris legatariæ, quando eſt opulentum, & longè ſuperat onus tutelæ, & cohabitationis, ibid. n.51. pag.680.
Ubi enim onus eſt minùs commodo, ſemper legatum contemplatione perſonæ, non oneris, intelligitur relictum, dict. dec. Flor.43. n.52. pag.680.
Itaut per deficientiam oneris, vel impotentiam illud implendi, legatum non deficiat, ibid. n.53.
Ex quibus autem opulentia excluſa, aut diminuta remaneat, vel non, d. deciſ. Flor.43. n.55. & ſeqq. pag.681.
Item cenſetur relictum favore uxoris, ſi factum ſit cauſa alimentorum, ibid. n.64. pag.683.
Quia legatum alimentorum principaliter cenſetur factum in gratiam Legatarii, non autem oneris, ibid.
Contra, quod ubi onus reſpicit commodum filiorum exiſtentium in pupillari ætate, legatum etiam alimentorum cenſeatur factum contemplatione filiorum, d. dec. Flor.43. n.65. pag.683.
Sed prima opinio verior, ibid. n. n.66.
Item ſi Teſtator reliquit uſumfructum Uxori, ſuperſtitibus filiis, nam multo magis illum reliquiſſe cenſetur, filiis non exſtantibus, d. dec. Flor.43. n.24. pag.675. & n.67. pag.683.
Cum deficientibus filiis, mariti ſoleant dilatare fimbrias conjugalis affectus, ibid. n.24. pag.675., & dec. Flor.44. n.23. pag.690.
Qui affectus omnem alium antecellit, & præcipuè illum ſororis, d. dec. Flor.43. n.68. pag.683.
Ideoque ſicuti filii contenti eſſe debent nuda proprietate, quando relictus eſt uſusfructus matri, ita & vocati per ſubſtitutionem, filiis præmortuis, deciſ. Flor.44. n.24. pag.690.
Item cenſetur contemplatione, uxoris relictum ſi maritus legando uſus fuit verbis, amorem erga uxorem denotantibus, nàm tunc præſumitur ipſius contemplatione legaſſe, itaut per prædeceſſum filiorum legatum non extinguatur, deciſ. Flor. 43. n.7. pag.671.
Et qualia ſint hujuſmodi verba, ibid.
Item ſi hoc modo practicavit in aliis caſibus, d. dec. Flor.43. n.8. pag.672.
Ut communiter accidere ſolet, quia omnes ferè mariti ſolent legare uxoribus uſumfructum in memoriam tranſacti matrimonii, ibid. n.9.
Ex qua conſuetudine relinquendi uſumfructum uxoribus, etiam minus charis, tam exiſtentibus, quàm non exiſtentibus filiis, arguitur eum voluiſſe legare uxori magis dilectæ, d. dec. Flor.43. n.10. pag.672.
Niſi verba dilectionis proferat, non in actu legandi uſumfructum, ſed dum eam fecit Tutricem filiorum, ibidem num.11. pag.673.
Et quando amor dicatur demonſtratus à marito, etiam in actu legandi, d. deciſ. Flor.43. n.12 pag.673.
Item ſi Teſtator conſideravit vitam uxoris Legatariæ, quo caſu legatum durare debet, durante vita illius, ibid. n.14.
Quia legatum de ſui natura perpetuum, ſeu ad vitam, non expirat per adjectionem oneris temporalis, ibid.
Item ſi relinquendo uxori uſumfructum cum onere Tutelæ, adjecerit conditionem viduitatis, quæ cum non expiret, ceſſante tutela, tunc pariter legatum regulari debet ad vitam uxoris, & à permanentia ipſius in viduitate, d. dec. Flor.43. n.15 pag.673.
Viduitas enim non leve onus habet admixtum, ibid. n.16.
Et propterea recompenſationem meretur, d. dec. Flor.43. n.17. pag.674.
Quod onus primariò, non filiorum, ſed ipſius Teſtatoris favorem reſpicit, ibid. n.18.
Mariti enim intereſt Uxorem viduam effectam

ſtam thori maritalis honorem illibatum ſervare, nec alienos amplexus, quantumvis licitos experiri, dicta dec. Flor.43. n.19. pag.674.

Item ſi Teſtator relinquendo uſumfructum ad vitam, prius uxorem dilectiſſimam nominavit, deindè adjecit præceptum viduitatis, & habitationis cum filiis, ibid. n.37. pag.677.

Contra, quod argumentum ab ordine ſcripturæ non valeat, tamquàm debiliſſimum, dict. deciſ. Floren.43. num.38. pag.678.

Declara tamen hoc procedere, niſi aliæ concurrant circumſtantiæ, ſecùs contra, ibid. n.41.

Et contrariæ Auctoritates explicantur, ibid. n.39. & 40.

Item cenſetur factum intuitu Matris, non alia cauſa, veluti tutelæ, quando aliis contutoribus nihil reliquit Teſtator, ſed ſoli uxori, d. dec. Flor.43. n.57. pag.681.

Ideo debetur etiam repudiata tutela, ibid. n.58.

Item ſi Teſtator ſe declaravit confidere in integritate, & bonitate Uxoris, in commendando ipſius tutelæ, communes filios, dict. deciſ. Florent.43. num.59. pag.682.

Contra, ibid. n.60.

Sed hoc intellige, quando aliundè conſtare poſſit, quod educatio, & habitatio cum filiis fuerit cauſa finalis legandi; ſecùs ſi in contrarium adſint adminicula, dict. dec. Florent.43. num.60. pag.681.

Item ſi eam liberavit à redditione rationis, & *Bulgari* conſuetudini derogavit, ibid. n.71., & 62.

Et quando ex pluribus conjecturis conſtat Teſtatorem legaſſe Uxori, contemplatione ejuſdem, præcipuè quia legaverit ejus vita naturali durante, onus viduitatis, & cohabitationis cenſetur principaliter impoſitum favore uxoris, & Teſtatoris, non filiorum, d. dec. Flor. 43. n.31. pag.677.

Habitatio enim in Patria, & Domo Teſtatoris, & à viro non alterata poſt prolem amiſſam, tendit in favorem uxoris, ut decentiùs vivere poſſit, ibid. numer.32. pag.677. & n.33. pag.684.

Nam aliàs poſt obitum filiorum aliquid Maritus circa hoc diſpoſuiſſet, dict. dec. Flor.43. n.33. pag.677.

Quod ſi id non fecit, cenſetur contemplatione Uxoris legaſſe, ibid. n.34.

Prout ſemper præſumitur, etiam ſi non cohabitet, & Tutrix eſſe deſinat, ibid.

Quia vidua habitando domum viri, videtur in ejus conjugio perſiſtere, & Familiæ memoriam conſervare, dict. dec. Flor.43. n.35. pag.677.

Etiam filiis deficientibus, ibid. n.36.

Cenſetur tamen onus cohabitationis injunctum favore filiorum, quando Teſtator in caſu contrario aliter diſpoſuit, ſecùs ſi ſimpliciter fuit adjectum, dict. dec. Flor.43. n.42. pag.678.

Vel quando cohabitatio fuit perpetuò demandata, ſecùs ſi temporaliter, ibid. num.43.

Veluti cum filio impubere, quo caſu ſolùm durante pubertate, cenſetur demandata habitatio, d. dec. Flor.43. num.43. pag.678.

Et tamen impubere effecto majore, adhuc legatum debetur, ibidem n.44. pag.679.

Saltem verò legatum uſusfructus factum cum onere habitandi æquè principalitèr factum cenſeri debet favore Matris, & filiorum, dict. dec. Florent.43. num.45. pag.679.

Unde ceſſante altera ex cauſis, legatum non ceſſat, ibid. n.46.

Prima ratio eſt, quia in hujuſmodi mixtura, commodum, & favor Legatariæ præponderare debet, d. dec. Flor.43. n.47. pag.679.

Maximè, quando emolumentum eſt majus onere, quo caſu mixtum aſſumit naturam ab eo ſimplici, de quo magis participat, ibid. n.48.

Secundò, quia concurrentibus duabus cauſis diſponentem moventibus ad legandum Uxori, una ex eis ſublata non extinguitur legatum propter aliam, quæ adhuc viget, dict. dec. Florent.43. num.49. pag.679.

Tertia, quia in conflictu quænam ex pluribus cauſis fuerit finalis, & in quocumque dubio ſemper reſpondendum eſt pro ſubſiſtentia, & duratione legati, ibid. n.50. pag.680.

Et quod fuerit relictum potius in gratiam Legatarii, quam hæredis, ibid.

In concurſu conjecturarum pro arguendo an Uxoris, vel filiorum favore legatum relictum ſit, illæ prævalent, quæ majorem

rem

rem habent Juris aſſiſtentiam, niſi manifeſtiſſima oſtendatur in contrarium voluntas diſponentis, d. dec. Flor.43. n.69. pag.684.

Qualis non dicitur illa deſumpta ex reſolutione legati in caſu binubatus, vel non ſubitationis certo loco, quæ niſi reſpiceret favorem filiorum non ſubſiſteretur, ibid. n.70.

Quia ſufficit, quòd reſpiciat intereſſe mariti Teſtatoris, ibid. n.71. & 72.

Uſusfructus uni purè relictum alteri ſub conditione, ſi conditio purificetur, uterque concurrit pro medietate, dec. Flor.44. n.17. pag.689.

Limita ubi tale legatum uni purè relictum fuit, verbis ampliſſimis, totalitatem, & integralitatem importantibus, quia debetur in ſolidum, nec concurſus inter vocatos locum habet, ibidem num.18. pag.690.

Et contrariæ Auctoritates declarantur, ibid. num.18. & ſeqq. pag.691., & *vide ſupra in Verb.* Legatarius, *verſ.* Concurſus.

LEGES IN GENERE

Leges tribuentes aliquod remedium, cenſentur etiam dare actionem pro illo exercendo, dec. Senen.3. n.34. pag.16.

LEGES IN SPECIE

Lex *cum Avus ff. de Condit.*, & *Demonſtrat.* ad hoc, ut effectum ſuum operetur, ſufficit, ut non conſtet de excluſione filiorum, nec eſt neceſſe, quod conſtet de illorum vocatione, deciſ. Flor.57. n.19. pag.833.

Quia diſpoſitio dictæ legis eſt media inter expreſſam vocationem, & excluſionem, ideo ſuffragatur ei, qui non eſt expreſsè vocatus, nec expreſsè excluſus, dec. Senen.7. num.4. pag.43. & dec. Flor.57. num.46. pag.836., & *vide latè materiam in Verb.* Conditio ſi ſine filiis.

Lex *diligenter* 5. *ff. Mandati* explicatur, dec. Flor.23. n.7. pag.470.

Si domum, &, *ſi venditor ff. de Act. Empt.* quando procedat, *vid. in Verb.* venditio *verſ.* ad corpus,

Urbem noſtram repoſita inter Statuta Florentina *lib.*5. quid diſponat, dec. Flor. 60. num.74. pag.876., & *vid. in Verb.* Statutum quoad recurſum.

LEGITIMA

Detrahitur ex fideicommiſſo conventionali reciproco, inter plures fratres ordinato, dec. Flor.53. n.60. pag.802.

Et ſicuti de reciprocis ordinatis in Teſtamento non poteſt ab Aſcendente validè prohiberi, ibid. num.71. & num.75. pag.803. & 804.

Ita nec permittitur prohibitio in fideicommiſſo conventionali reciproco, facto in contractu, ibid. n.72. & 76. pag.804.

Ne per indirectum permittatur Aſcendentibus, quod directè permiſſum non eſt, d. dec. Flor.53. n.73. cum ſeqq. ubi de ratione, pag.804.

Juncta cum Trebellianica eſt ſemis, quando filii non ſunt pluſquam quatuor, dec. Sen.39. n.1. pag.258.

Non amittitur legitima per ſolam Inventarii omiſſionem, ibid. n.3.

Limita, ſi cum omiſſione inventarii concurrant alienationes, d. dec. Senen.39. n.4. pag.259.

Vel ſi ex mobilibus, in hæreditate repertis, intret præſumptio, quòd fuerit conſumpta, ibid. n.5. & 6.

Sive ex fructibus perceptis ultra decennium, dict. deciſ. Senen.39. nu.5. & 7. pag.259.

Sed quoad alienationes declara limitationem non procedere, ſi fuerint neceſſariæ, ac factæ pro ſolvendis debitis fideicommittentis, ibid. n.8.

Et quoad mobilia pariter declara, limitationem procedere, niſi ex curſu temporis intrare poſſit præſumptio illorum conſumptionis, quo caſu de illis ratio reddi non debet, d. dec. Sen.39. num.9. pag.259.

Et demùm quoad fructus declara, imputationem non procedere reſpectu filiorum primi gradus, ibid. n.10. pag.260.

Etiamſi imputatio non opponatur filiis, ſed illorum hæredibus, d. dec. Senen. 39. n.11. pag.260.

Quidquid ſecùs eſſet, ubi ageretur de fructibus perceptis ab hærede filii primi gradus, etiamſi iſte poſt mortem Patris primum locum obtineret, & ſive detraheret Trebellianicam ex jure proprio, ſive ex Perſona Patris, ibid. n.12.

Non comprehenditur ſub legato univerſali totius uſusfructus, dec. Flor.43. numer.55. pag.681.

Non minuitur per expenſas factas humato cadavere, deciſ. Florent.48. numer.8. pag.748.

LE-

LEGITIMATI

Veniunt in conditione, in qua expreſsè poſiti fuerunt legitimi, & naturales, ſi legitimatio ſit ampliſſima, dec. Flor.58. §. Unic. n.12. pag.853.

Contrariæ Auctoritates declarantur procedere, quando legitimati habent reſiſtentiam voluntatis Teſtatoris, ibid. n.14. pag.854.

Vel quando legitimatio obtenta eſt poſt jus perfectè quæſitum ſubſtitutis, ob purificatam, & agnitam ab eis ſucceſſionem, aliàs ſecùs, d. dec. Flor.58. §. Unic. n.15. pag.854.

Veniunt in conditione tacita *l. cum Avus ff. de Condit.,& Demonſtrat.* dec. Sen.6. num.7. pag.40. deciſ. Florent.58. numer.21. pag.847., & §. Unic. ejuſdem dec. n.11. pag.853.

Etiamſi legitimatio fuerit obtenta cum clauſula -- *abſque præjudicio venientium ab inteſtato* -- d. §. Unic. n.13. pag.854., *& vide in Verb.*Conditio, ſi ſine filiis.

LEGITIMATIO PERSONARUM

In executivis non requiritur, niſi pars de ea opponat, deciſ. Senen.18. nu.8. pag.95.

Id, quod procedit,non obſtante, quòd Statutum diſponat, Procuratorem teneri ad exhibitionem mandati, adhuc enim intelligitur Statutum loqui in cauſis ordinariis, cum recipiat interpretationem à Jure communi, ibid. n.9. & 10.

Reſultat ex mandato Procuræ, & ex ratificatione, dict. dec. Sen.18. nu.4. & 5. pag.95.

LEGITIMITAS

Non præſumitur ex antiquitate temporis, quando adſunt adminicula in contrarium, dec. Flor.30. n.12. pag.531.

Maximè ſi nullum concurrat adminiculum, legitimitatis indicativum, ibid. n.13.

Probanda eſt tamquam fundamentum ſuæ intentionis ab eo, qui prætendit ſuccedere in fideicommiſſo pro deſcendentibus maſculis, legitimis, & naturalibus ordinato, deciſ. Florent.25. numer.1. pag.487.

Et qualis probatio requiratur, ibid. n.2. & ſeqq. pag.488., *& vide latè in Verb.* Filiatio.

Ad probandam autem legitimitatem neceſſe eſt, ut priùs conſtet de filiatione, aliàs legitimitas, tamquam accidens, nihil prodeſſe poteſt, deficiente ſubſtantia filiationis, decif. Florent.30. numer.1. pag.530.

Immò quando agitur de avocandis bonis à tertio poſſeſſore, etiam probata filiatione, eſt concludenter probanda legitimitas, nec ſufficit præſumptio ex filiatione reſultans, ibid. n.2.

Deciſiones in contrarium allatæ declarantur, dict. deciſ. Florent.30. numer.3. pag.530.

Vbi verò agitur non de probanda legitimitate colligantis, ſed ejus Authoris, probata filiatione, præſumitur legitimitas, vel ſaltem faciliùs probatur, ibid. num.4.

Præcipuè in antiquis, ibid. n.5.

Sed hoc fallit, quando Fideicommittens ordinavit ſucceſſionem pro deſcendentibus, natis ex vero, & legitimo matrimonio, expreſsè excluſis legitimatis per ſubſequens, plurieſque id repetiit, nam tunc legitimitas debet in omnibus gradibus probari, d. dec. Flor.30. n.6. pag.530.

Etiamſi qualitas legitimitatis volita fuerit in aliis partibus teſtamenti, ibid. n.7.

Et in his terminis defectus legitimitatis, obſtans Patri, obeſt etiam filio, quamvis legitimo, d. dec. Flor.30. n.11. ubi de ratione pag.531.

Probatur autem ex diviſionibus cum filiis indubitatè legitimis, factis pro æquali, dec. Flor.11. n.23. pag.381.

Item mediantibus probationibus matrimonii, ibid. n.27.

Item per matrimonium ſive verum, ſive præſumptum, deciſ. Florent.30. nu.14. pag.531.

Quando probatur per Teſtes, neceſſe eſt, ut in examine ſpecificent actus, & tractamenta, quorum ratione ſic aſſerunt, & quomodo id communiter reputetur, aliàs non probant, ibid. numer.16. pag.531.

Sola legitimitas nullam inducit conjecturam perpetuitatis fideicommiſſi pro receſſu à *Commun* theorica, quando Teſtator non curavit conſervationem agnationis, dec. Flor.31. n.41. pag.543. *& vide in Verb.* ſubſtitutio vulgaris.

LEGITIMUS

Legitimi vocatio comprehendit legitimos, ab illegitimis deſcendentes, dec. Flor. 30. numer.8. pag.531.

Maximè in defectum, ibid. n.9.

Declara id procedere quando Teſtator expreſsè non deſideravit legitimitatem in omnibus gradibus, ibid. n.10.

LÆSIO

In renunciatione non dimetitur, reſpectu mulieris renunciantis, ex quantitate bonorum, quibus renunciatur, ſed ex ſola dotis incongruitate, dec. Flor.6. n.4. pag.353.

Nec ad eam concludendam conſideratur jus incertum, & eventuale, in renunciatione comprahenſum, ibidem num. 15. pag.355.

Cujus pro excludenda læſione ſufficiens recompenſatio reputatur, etiam res minima, quæ de præſenti recipitur, d. dec. Flor.6. n.18. pag.356.

Et referuntur exempla tradentis obulum, vel ſextantem pro integro fideicommiſſo, ibid. n.19. & 20.

Item aliud exemplum renunciantis ſcuta biſcentum mille, & ultra pro ſcutis 25. mille, ibid. n.21.

Sicuti quoque excluditur læſio, ſi renunciatio appareat facta à muliere ex juſto laudabili motivo domus ſublevandæ, d. dec. Flor.6. n.16. pag.356.

Præcipuè ubi agatur de renunciatione jurata, ibid. n.17.

Vel ſi dos congrua à renunciante accepta fuerit, quaſi pretium præventivum omnium futurarum ſucceſſionum, ibidem num.22.

Maximè ſi iſta conſtituta ſit ultra quantitatem, à Statuto præſcriptam, d.dec. Flor.6. num.23. pag.356.

Eoque magis ſi dos recepta detegatur excedere valorem bonorum renunciatorum, ibid. n.24.

Aut ſi mulier dotem receperit liberè, & in pecunia, & ſi non renunciaſſet, coacta fuiſſet litem in ſe ſuſcipere, bona ſtabilia in caſu victoriæ expectare, illaque fideicommiſſo ſubjecta, d. dec. Flor. 6. à n.25. uſque ad n.30. pag.357.

In obligatione mulieris ultra dimidiam ſuæ dotis, an conſideretur de tempore obligationis, vel reſtitutionis dotis, *vide in Verb.* Mulier *verſ.* obligatio.

In tranſactione quando non dicatur intervenire, *vide in Verb.* Tranſactio, *verſ.* reſciſſione.

LIBER LIBRI

Deſcribi poteſt in libro, qui eſt in alicujus poteſtate, quid ei magis opportunum videtur, dec. Flor.28.n.32.pag.519.

Et ideo arbor Familiæ in eo exiſtens, non poteſt tutò affirmari, quod ſit illa eadem, quæ aderat antequam liber ad ejus manus perveniret, ibid. n.33.

Cum ad excludendam identitatem ſcripturæ repertæ in libro, ſufficiat poſſibilitas ſuppoſitionis, ibid.

Quæ ſuppoſitio Scripturæ, ejuſque falſitas præſumitur ex recentia paginæ, d. deciſ. Flor.28. n.34. pag.519.

Sicut ex differentia, quæ obſervatur in libro, folii ab antecedentibus, & ſubſequentibus, ibid. n.35.

Nec non ex folii immunditia, conſpurcatione, & maculatione, d. dec. Flor.28. n.36. pag.519.

Adeout ſe fundans in deſcriptione arboris facta in libro, iſtam adducere debeat nitidam, & expurgatam ab omni macula, ibid. n.37. pag.520.

Et an, & quando adulteratio folii non excludatur, ex quo illa ſit patens, & viſibilis, & ex quo in reproductione libri Actor declaravit, ſe illi nolle ſtare ius, in quibus potuerit ab aliqua perſona adulterari, d. dec. Flor.28. ante n.37. §. Minimè pag.519.

Deſcriptio nativitatis, & Baptiſmatis in libro facta à Patre probat filiationem, ibid. n.41. pag.520.

Declara hoc procedere, quando liber ſit benè ordinatus, benè retentus, non contineat improprietates, nec defectus ſubſtantiales patiatur, & ſit deſtinatus pro adnotandis rebus memorabilibus Domus, aliàs ſecùs, dicta dec. Flor. 28. num.42. pag.520.

Nam improprietates, & defectus, quos liber patitur, operantur, ut ejus partita non credatur, tamquam ſuſpicionem falſi redolentibus, quæ in civilibus, ad tollendam fidem Scripturæ, pro falſitate habetur, ibid. n.43.

Deſcriptio in libris *delle Tratte* Civitatis Florentiæ non ſit, niſi plenè conſito de filiatione, deciſ. Flor.27. n.28. pag.508.

Factoris plenè probat contra Dominum, dec. Senen.27. n.1. pag.154.

Præcipuè ſi contineant expenſas exiguas, dictum factas, ibidem n.2. pag.154. & n.3. pag.155.

Et dicuntur exiguæ, ſi quælibet ex eis de per ſe talis appareat, licèt ſimul ſumptæ notabilem ſummam conſtituant, d. deciſ.

ciſ. Senen.27. n.9. pag.155.
Fortiùs verò ſi ſint veriſimiles, & à Peritis recognitæ, ibidem num.3. pag.154. & n.6. pag.155.
Quo caſu creditur libro Factoris, etiam ſi contineat impenſas magnas, d. dec. Senen.27. n.7. & 8. pag.155.
Vel ſi à Domino, vel ejus Miniſtris in parte fuerit approbatus, ibidem numer. 4. & 8.
Æſtimi, ſeu Decimarum probant, concurrente antiquitate, & adminiculis, illorumque confeſſione publica auctoritate, dec. Flor.17. n.4. pag.422.
Et exemplificatur in Libris Decimarum Civitatis Florentiæ, ibid. n.5.
Maximè contra exhibentem illorum partitas, eiſque utentes, d. deciſ. Flor. 17. num.16. pag.424.
Limita contra tertium, contra quem nec dominium, nec poſſeſſionem probant, ibid. n.18. & 19. pag.424.
Introitus, & exitus retineri debent à Tutore, aliàs dicitur in dolo, & contra eum juratur in litem, deciſ. Senen. 28. §. unic. n.2. & 4. pag.163., *& vide latè in Verb.* Tutor, *verſ.* tenetur facere.
Mens per Adverſarium productus, præſumitur potiùs ſubreptus, quàm donatus, deciſ. Flor.28. n.31. pag.519.
Monaſterii dicuntur authentici, & fidem faciunt in judicio, ibid. n.53. pag.522.
Et deſerviunt pro deſumenda certitudine characteris Religioſi, qui in eo ſe ſubſcripſit, dum fecit profeſſionem, d. dec. Flor.28. n.54. pag.522.
Ac talem librum ſufficit fuiſſe aſportatum à Priore, vel alio Religioſo qualificato de Conventu ad Judicem, ibidem numer.55.
Parochi, in quo non apparet deſcriptum aliquod matrimonium, valdè influit ad arguendam negativam illius, dec. Flor. 26. n.2. pag.492., *& vide in Verb.* Matrimonium, *verſ.* negativa.
Privatus ut probet, recognoſci debet manus Scribentis, dec. Flor.28. n.44. pag.521.
Limita in libro, vel Scriptura antiqua, quia antiquitas ſcripturæ liberat ab onere recognoſcendi characterem, ibidem num.45.
Declara limitationem, ut ibid. n.47. & ſeqq., *& vide latè in Verb.* Scriptura, *verſ.* privata.
Item limita in partita ſcripta in libro alicujus, quia quidquid in libro meo reperitur, de mandato, ſeu voluntate mea ſcriptum præſumitur, d. dec. Flor.28. numer.46. pag.521.
Sublimita quando liber tranſivit ad manus alterius, & eſt ſuſpectus de adulteratione, ibid. n.50.
Publici, & in quibus aliquid de neceſſitate debet adnotari, probant negativam, dec. Senen.28. §. unic. n.5. pag.163.
Quo libros penes ſe veriſimiliter retinere præſumitur, ſi illos edere recuſet, contra illum fit interpretatio, dec. Senen.47. num.24. pag.291.

LIBERI

Appellatione liberorum non ſolùm veniunt filii primi gradus, ſed etiam Nepotes, & ulteriores deſcendentes, deciſ. Senen. 25. num.21. pag.143.

Emendi facta per unum ex contrahentibus non infert per neceſſe in altero obligationem de vendendo, dec. Sen. 9. n. 5. pag. 50., *& vide latè in Verb.* Venditio *verſ.* promiſſio, *& verſ.* promittens.
Maximè ſi ſit appoſita in ſequelam facultatis, à venditore ſibi reſervatæ vendendi, vel locandi, ibid. n. 6.
Quia correctio pactorum in eodem inſtrumento non eſt præſumenda, d. dec. Senen. 9. n. 7. pag. 50.
Facta à Procuratore præter, vel contra formam mandati eſt nulla, dec. Flor. 22. n. 3. pag. 463.
Declara, ut annulletur non in totum, ſed quatenus mandati fines excedit, deciſ. Flor. 23. n. 1. pag. 469.
Nullitas tamen obligationis, à Procuratore factæ, valet etiam allegari à Succeſſore ſingulari, deciſ. Florent. 22. num. 5. pag. 463.
Et à Reo, & poſſeſſore, ibid. n. 6. pag. 464., *& vide in Verb.* Procurator *verſ.* obligatio.
Demandata Procuratori in ſolidum cum aliis duobus, intelligitur, ut quilibet ex aliis duobus in ſolidum ſe obliget, non ut unuſquiſque pro rata, adeo ut amborum obligatio conſtituat ſolidum, d. dec. Florent. 22. n. 11. pag. 464. & n. 13. pag. 465.
Facta de proprio ab eo, qui aliàs non erat obligatus, extenditur etiam ultra vires ejus, quod vigore teſtamenti recepit, dec. Florent. 47. num. 9. & ſeqq. pag. 742.
Exemplificatur in Executore, Tutore, Adminiſtratore, Procuratore &c., ibidem num. 9.
Limitatur in hærede beneficiato, d. dec. Flor. 47. n. 6. 7. & 8. pag. 742., *& vide in Verb.* Hæres beneficiatus.
De proprio facta in executionem teſtamenti alterius, quando non reſolvatur in fidejuſſionem, quatenus ſcilicèt bona Teſtatoris non ſint ſufficientia, ibid. n. 16. & ſeqq. pag. 744.
Se obligans in executionem diſpoſitionis alterius, ſi cum propriis bonis ſe aſtrinxerit, demonſtrativa tantùm dicitur talis expreſſio, d. dec. Floren. 47. num. 29. pag. 744.
Mulieris abſque ſolemnitatibus ſuſtinetur, quando fuit facta pro eximendo viro ab imminenti periculo carcerationis, dec. Sen. 36. n. 2. pag. 246., *& vide materiam in Verb.* Mulier *verſ.* obligare.
Pœnalis reſpectu unius ex contrahentibus talis dici debet, & reſpectu alterius, dec. Florent. 2. num. 33. pag. 326., *& vide in Verb.* Diſpoſitio *verſ.* pœnalis.
Pro interpretatione, & metiendis viribus obligationis attenditur locus negotii geſti, non locus, in quem ſolutio collata fuit, deciſ. Florent. 32. num. 63. pag. 560.
Contrariæ Auctoritates explicantur remiſſivè, ibid.
Quantitativa eſt dividua, in qua utile per inutile non vitiatur, dec. Flor. 23. n. 5. pag. 471.
Reſarciendi Palatium Poteſtatis ſpectat ad eum, ad quem ſpectabat pro eodem Poteſtate Palatium ædificare, & non adimplevit, deciſ. Flor. 20. num. 15. & ſeqq. pag. 445.

OBLIGATUS

Ad aliquid ſolvendum ſola ratione poſſeſſionis bonorum, per dimiſſionem rei, pro qua ſolvit, remanet in futurum liberatus, dec. Sen. 42. num. 20. pag. 272. *& vide latiùs in Verb.* Redditus *verſ.* qui ſolvitur.
Aſſiſtere, & operari in negocio, ſi id non facit, non poteſt petere annuam præſtationem correſpectivè promiſſam, dec. Senen. 30. n. 1. & de ratione, ibidem pag. 180.
De proprio ad obſervantiam per alterum promiſſorum, in caſu inobſervantiæ remanet adſtrictus ad intereſſe, dec. Flor. 4. n. 61. pag. 345.
Dilatio, ex indulgentia concedenda obligato ædificare, non admittitur, ſi in damnum conferentis retorqueretur, deciſ. Flor. 20. n. 16. pag. 445.

Inſolidum poteſt à Creditore compelli ad ſolvendum totum debitum, dec. Flor. 22. n.7. pag.464.

Nec poteſt prætendere jurium ceſſionem, contra confidejuſſores, pro rata obligatos, niſi pro illa rata, ibid. n.8.

Contra, ſi omnes inſolidum ſe obligaverint, nam tunc qui totum ſolvit, reportata à Creditore jurium ceſſione, unumquemque ex aliis, dempta ſua rata, pro recuperando reſiduo habet obligatum, d. dec. Flor.22. n.10. pag.464.

Obligatus ædificare novum Palatium, & ſubrogare in locum antiqui, dùm novum non ædificat, non debet detrectare refectionem antiqui, dec. Florent.20, n.17. pag.445.

OBLIVIO

Filiorum præſumi debet in ea teſtamenti parte, in qua de illis mentio non habetur, ad effectum, ut intret diſpoſitio *Textus in l. cum Avus ff. de Condit. & Demonſtrat.* dec. Flor.57. num.59. pag.838. *& vid. latè in Verb.* Conditio ſi ſine filiis.

OBSERVANTIA

Ab actibus ineffectuatis, & circumſcriptis potius confirmatur, quàm interrumpitur, deciſ. Florent.33. §.1. numer.17. pag.573.

Actus hæredis uſufructuarii non valet inducere obſervantiam contra factum Authoris, deciſ. Florent.33. §.2. num.21, pag.579. ubi in terminis Juriſpatronatus.

Attenditur multùm ad videndum, quid fuerit in renunciatione comprehenſum, dec. Flor.4. n.56. & 61. pag.345.

Et ex quibus deſumatur, ibid. & nu.60. *& vide in Verb.* Renunciatio *verſ.* ſeptimo pro comprehenſione.

Item attenditur ad dignoſcendum, an in fideicommiſſis ſucceſſivis mentio hæredum intelligeretur de hæredibus ſanguinis, vel bonorum, dec. Sen.32. n.42. pag.207.

Attendi debet etiamſi contrarius intellectus eſſet de jure verior, dec. Senen.3. n.61. pag.21.

Et etiamſi elicatur ex unico actu, ibid. num.61.

Non attenditur in materia, de uſura ſuſpecta, obſervantia Partium, dec. Sen.22. n.51. pag.126.

Plurimùm tamen eidem defertur pro arguenda duratione cambii ultra certum tempus, ibid. n.52., & dec. Senen.23. n.19. pag.130.

Item in iis, quæ juris ſunt, non attenditur, deciſ. Florent.31. n.52. pag.544.

Maximè ſi non appareat uniformis, & inconcuſſa, nulloque actu contrario minimè debilitata, ibid. n.53.

Actus enim difformes, licèt plurimi, pro inducenda obſervantia non attenduntur, d. dec. Flor.31. n.54. pag.544.

Et ſufficit unicus actus in contrarium, ibid. n.55.

Conſona juri, cuicumque contrariæ obſervantiæ præfertur, dec. Sen.3. num.62. pag.23.

Dubiam mentem Donantis interpretatur, dec. Sen.25. n.40. pag.146. & dec. Senen.26. n.31. pag.153.

Declara primò, dummodò proceſſerit ob diſpoſitionem non ignoratam, vel aliter in medium non deductam, dec. Senen.25. n.41. pag.146.

Declara ſecundò, dummodo ſit ſpecialis, & ſuper eodem facto, ibid. n.43.

Declara tertiò, dummodò non deroget voluntati diſponentis, dict. dec. Senen.25. n.44. pag.146.

Item interpretatur Statutum, ſeu Bannimentum, quatenus illius verba ſunt dubia, dec. Sen.23. n.15. pag.130.

Et ad hunc effectum elicitur etiam ex actibus extrajudicialibus, dec. Sen.3. n.63. pag.21.

Item interpretatur dubia pacta contrahentium, dec. Sen.9. n.38. pag.55.

Elicitur inobſervantia etiam ex actu nullo, & illegitimo, ſi fuit geſtus ab eo, qui poteſt inducere obſervantiam, deciſ. Flor.33. §.2. n.20. pag.579.

Si tamen ſit individualis, & habens aſſiſtentiam Statuti præfertur alteri generali, & habenti Statuti reſiſtentiam, dec. Sen.23. n.18. pag.130.

Et dicitur individualis, quæ fuit attenta ab iiſdem perſonis, & in eodem caſu, de quo agitur, ibid. n.19.

Eſt omnium interpretationum regina, dec. Sen.11. n.10. pag.67.

In concurſu duplicis obſervantiæ attenditur illa, cui majores actus aſſiſtunt, dec. Sen.3. n.69. pag.22.

Inducitur per ſententiam in contradictorio Judicio obtentam, ibid. numer.60. pag.21.

Interpretatrix privilegiorum, ut probata di-

ca-

catur, non eſt neceſſe aſſerre omnes actus ab initio uſque ad motam litem geſtos, ſed aliquos tantùm aſſerre ſufficit, deciſ. Florent.33. §.3. numer.65. pag.594.

Introducta ut dicatur, ſufficit ita aliquando obſervatum fuiſſe, ibid.

Juncta per lapſum multi temporis cum quaſi poſſeſſione Abbatis in exercitio juriſdictionis, facit præſumere præceſſiſſe conditionem ad acquiſitionem obtinendam, deciſ. Flor.33. §.3. num.25. pag.588. & *vide materiam in Verb.* Abbas.

Non ſuffragatur, niſi ſpecialiter, & in caſu præciſo probetur, dec. Flor.10. n.24. pag.445.

Oſtendit reſcriptum delegatorium continere etiam cauſas in futurum movendas, deciſ. Sen.12. n.10. pag.67.

Prabet fidem ſcripturæ, etiam informi, deciſ. Flor.33. §.3. n.15. pag.587.

Probatur ex fidibus Curialium, & Cancellarii, dec. Sen.23. n.16. pag.130.

Nec requiritur, quod ſuper ea obtentum fuerit in Judicio, ibid. n.17.

Pro fideicommiſſo inducendo, ut probi, quæ requiratur, *vide in Verb.* Fideicommiſſum.

Rem dubiam declarat, dec. Sen. 3. nu.59. pag.20. & deciſ. Senen.9. numer.38. pag.55.

Reſultans ex declarationibus, & agnitionibus Partium, probat contra ipſas, dec. Sen.28. §. unic. n.94. pag.176.

Retracta favens non eſt Juri contraria, ſed potiùs conſentanea, dec. Sen.3. n.67. pag.22. & *vide materiam in Verb.* Retractus.

Ideo leviores probationes ad eam juſtificandam ſufficiunt, ibid. n.68.

Semel inducta per longiſſimum tempus, per actus ſubſequentes deſtrui non valet, dec. Flor.33. §.1. n.10. pag.574. & §.2. n.33. pag.580.

Maximè ſi obſervantiæ adſtipulentur ſententiæ in judicatum tranſactæ, & obſervatæ, d. dec. Flor.33. §.1. num.21. pag.574. & §.3. num.61. & 62. pag.593. & *vide in Verb.* Juſpatronatus, & *in Verb.* Præſentatio.

OCCIDERE

Et capere columbos, ſeu pipiones, eſt prohibitum de jure communi, & contraventiones puniuntur pœna furti, deciſ. Sen.4. n.54. pag.33.

Eſt etiam prohibitum à Bannimentis generalibus Status Eccleſiaſtici, & conſtitutione Ægidiana, ibid. n.51.

A' lege regia in Hiſpania, & Provincia Cathaloniæ, d. dec. Senen.4. ſub n.51. pag.33.

A' Statuto Faventiæ, Aſculi, & Eugubii, & quibus pœnis, ibid. n.52.

Florentiæ pœna pecuniaria, & Triremium, dict. dec. Senen.4. ſub num.52. pag.33.

Senis in ſcutis duodecim auri pro quolibet Columbo, duobus ictibus funis, & majori etiam Judicis arbitrio, ibid. ſub d. n.52.

ODIUM

Ortum fuiſſe præſumitur in Reo adversùs Actorem ob litem, per quam omnia bona à poſſeſſore avocantur, dec. Flor. 28. num.6. pag.514. & *vid. in Verb.* Inimicitia.

ONUS

Aſſumendi cognomen, & arma, dicitur adjectum per viam modi, non autem conditionis, deciſ. Florent.44. num.48. pag.693.

Maximè quando implementum non conſiſtit in ſimplici aſſecutione, ſed in retentione habente tractum futurum, & ſucceſſivum, ibid. n.49.

Et quando adjectum eſt poſt vocationem, vel ſubſtitutionem, purè, ac ſimpliciter factam, d. dec. Flor.44. n.50. pag.693.

Quando eſt per viam modi ſufficit impleri poſt quæſitum emolumentum, ibid. n.51. & *vide ſupra in verſ.* relinquendi.

Executio piorum onerum retardari nequit per exceptionem, altiorem indaginem requirentem, deciſ. Senen. 45. num. 28. pag.281.

Impoſitum dici debet hæredibus ſanguinis, quando aliàs filii poſſent alienare bona, & eluſorium evaderet onus, deciſ. Flor. 4. n.30. pag.318.

Injunctum à Principe in gratiæ conceſſione, ab eam obtinente, & acceptante probari debet fuiſſe adimpletum, deciſ. Flor. 26. n.47. pag.449.

Injunctum à Teſtatore, puta civilitatis aſſumendæ, non tenetur ſubire vocatus, antequam pacificè poſſideat hæreditatem, dec. Flor.13. n.26. pag.392. cum ſeqq. uſque ad fin. ubi redditur ratio.

Jus accreſcendi volitum à Donante cenſetur ſtante onere in ſolidum pluribus condo-

natariis injuncto, dec. Senen.35. num.7. pag.216., & *vide in Verb.* Jus accreſcendi.

Onere, & emolumenta, ubi ſunt inter ſe connexa, & correſpectiva, ad eundem ſpectant, dec. Flor.35. n.7. pag.605.

Præſtatio alimentorum, de jure debita à Patre filio, non poteſt recompenſare onus aſſumendi cognomen, promanans à voluntate Teſtatoris, deciſ. Flor.36. n.23. pag.615., & *vide infra in verſ.* relinquendi.

Qui ſentit onus debet commodo relevari, dec. Flor.35. n.7. pag.605.

Relinquendi proprium nomen permaximum in jure reputatur, itaut multi maluerint commodum hæreditatis amittere, quàm tale onus ſubire, ibid. n.2.

Et donatio tali onere pergravata dicitur oneroſa, & correſpectiva, nec indiget inſinuatione, d. dec. Flor.35. n.3. pag.605. & *vide in Verb.* Donatio, *verſ.* oneroſa.

Contra, quod tale onus aſſumendi cognomen, & arma alterius ſit leve, & facilis implementi, & contineat utilitatem, & ob id nullam, vel modicam exigat recompenſationem, ibid. num.10. & 11. pag.606. & dec. Flor 44. num 45. & 46. pag.693.

Declara ſi Teſtator ſimpliciter gravet hæredem aſſumptione armorum, & cognominis, quia tunc poteſt utrumque cognomen retinere, d. dec. Flor 35. num.12. pag.606. & dicta dec. Flor.44. num.45. pag.693.

Secùs ſi imponat tale onus abſque mixtura, d. dec. Flor.35. n.15. & 16. ubi adducitur exemplum pag.606.

Auctoritates in contrarium, loquuntur, quando non fuit impoſita pœna privationis in caſu non implementi, quia tunc reſolvitur preceptum in ſimplex conſilium, ibid. n.17.

Licèt hæc opinio vera non ſit, ibid. n.18. pag.607.

Quando verò impoſita fuit pœna, tunc preceptum obligat præcisè, & reddit diſpoſitionem oneroſam, d. dec. Flor.35. n.19. pag.607.

Tale onus dicitur leve, quando debet fieri tranſitus de una Familia nobili ad aliam nobilem, & ſanguine conjunctam, ibid. n.20. & 21. & dec. Flor.44. n.46. & 47. pag.693.

Veluti Familiam maternam, ad quam, relicta paterna, multi confugiunt, d. dec. Flor.35. n.22. & 23. & 24. ubi adducuntur exempla pag.607.

Contra, quòd grave reputetur onus, etiam in his terminis, d. deciſ. Flor.35. n.25. ubi de ratione pag.607.

Repugnantia enim naturalis non tollitur ex onere aſſumendi familiam etiam nobilitem, & conjunctam ſanguine, ibidem n.26. ubi exemplificatur.

An tribuat majus jus hoc onus, quàm adoptio, *vide in Verb.* Adoptio.

Religioſus profeſſus in Religione capaci bonorum poteſt ſuccedere in fideicommiſſo, cui ſit adjectum onus geſtandi cognomen, & arma, d. dec. Flor.35. n.28. pag.609. ubi rejiciuntur contrarium tenentes.

Sub ſpe futuri, & eventualis lucri, poteſt quis gravari onera adimplere, dec. Flor. 36. n.24. pag.615.

Ut contingit in vocato ad fideicommiſſum prælaturum, ante cujus fruitionem vocatus debet ſtudiorum curſum peragere, & Lauream Doctoralem ſuſcipere, ibid. n.25.

Et in invitato ad prælegatum cum hoc, quod prius decennali ſpatio ſtudiis legibus incumbat, & non niſi poſt 25. annis annum admittatur, d. dec. Flor.36. n.26. pag.615.

Intellige, quandò conſtat de voluntate Teſtatoris; & onera ſunt appoſita in favorem ipſius vocati, ſecùs ubi ſunt in honorem Teſtatoris, & non conſtat de clara illius voluntate, & gravato fuerunt adjecta onera, quæ de præſenti impleri non poſſunt ſine pecuniis, & expenſis, ibid. n.17. & 18. pag.616., & *vide in Verb.* Uſusfructus, *verſ.* competit.

Vocatio ex onere arguitur, deciſ. Senen.37. n 8. pag.213.

Et an, & quando ex onere perpetuo Miſſarum, deſcendentibus impoſito, inferatur ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem, ac receſſum à theorica *Cactani*, dec. Flor.21. n.13. & ſeqq. pag 315. & deciſ. Flor.31. n.16. & ſeqq. pag.540., & *vide late in Verb.* Subſtitutio vulgaris.

OPERÆ

Locator operarum ad certum tempus, mercedem conſequitur tantùm pro tempore, quo eaſdem præſtitit, deciſ. Flor.3. n.2. pag.329.

Declara, & diſtingue, ut ibid. num.3. & ſeqq.

ſeqq., *& vide in Verb.* merces *verſ.* debetur.

ORATIO

Non dicitur unica ad effectum juris accreſcendi, licèt tractà ab eodem verbo, ſi in utraque fuit appoſita clauſula *pro medietate*, cum iſto caſu verbum *ſubſtituit* in prima oratione expreſſum, intelligatur in ſecunda repetitum, deciſ. Senen. 35. num. 30. pag. 219., *& vide in Verb.* Jus accreſcendi.

ORDINAMENTA

Particularia per non uſum cenſentur abiiſſe in deſuetudinem, & eorum non obſervantia non vitiat, dec. Flor. 18. num. 3. pag. 430.

ORDINARIUS

In concedendo licentiam contrahendi matrimonium, nil aliud debet inquirere, quàm an ſit liber, vel uxoratus is, qui vult contrahere, deciſ. Flor. 27. num. 1. pag. 504.

Nec debet inquirere de filiatione uxorandi, ibid. n. 2.

Alia *vide in Verb.* Licentia.

Poteſt remittere negligentiam Patronis, intra quadrimeſtre non præſentantibus, quando devolutio ſit ad ipſius favorem, deciſ. Flor. 33. n. 4. pag. 563.

Secùs quando alteri eſt jus quæſitum, ibid. *& vid. in Verb.* Præſentatio *verſ.* à Laico.

Requiritur auctoritas Ordinarii in donatione Juriſpatronatus, & quando secùs, *vide in Verb.* Juſpatronatus *verſ.* donatio.

Alia *vide in Verb.* Epiſcopus.

ORDO

Per prius, & poſterius inter maſculos, & feminas diſpoſitos importat fideicommiſſariam ſubſtitutionem, deciſ. Flor. 31. n. 31. pag. 540.

Limita, ut ibid. n. 33. pag. 541., *& vide in Verb.* Subſtitutio vulgaris.

ORDO SACER

Collatio Sacrorum Ordinum, Chriſmatis confectio, & Baſilicarum conſecratio ſpectant ad habentem jura Epiſcopalia, vel quaſi, dec. Flor. 33. §. 3. n. 10. pag. 586., *& vide in Verb.* Abbas.

ORIUNDUS

Ex aliquo loco dicitur is, cujus majores ex eodem loco originem habuerunt, dec. Senen. 13. n. 1. pag. 68.

Nec requiritur, quòd ipſe in eodem loco natus fuerit, ibid.

P

PACTUM

Dubium, in inſtrumentis appoſitum, per obſervantiam declaratur, dec. Sen. 9. n. 38. pag. 55.

Ex pacto de reportanda jurium ceſſione videtur nomen debitoris ad propriam utilitatem acquiſitum, dec. Flor. 23. num. 30. pag. 474., *& vide latè in Verb.* Ceſſio, *verſ.* Tranſlativa.

Factum circa contractum principalem, & præcedere debentem, trahitur ad contractum acceſſorium, debentem ſubſequi, dec. Senen. 9. n. 19. & de ratione num. 20. pag. 52.

Per quod renunciatur cuicumque exceptioni, non comprehendit illam, quæ provenit ex defectu implementi, deciſ. Senen. 30. n. 16. pag. 182.

Redimendi perpetuum minuit valorem rei in tertia parte juxta aliquorum ſententiam, dec. Senen. 45. n. 25. pag. 281.

Et juxta opinionem aliorum in quarta, ibid. n. 26.

Valet inter fidejuſſorem cenſus, vel tertium, & debitorem, ut iſte intra certum tempus cogi poſſit ad extinguendum, dec. Flor. 23. n. 13. pag. 471., *& vide in Verb.* Cenſus.

PALATIUM

Pro Miniſtris Juſtitiæ à quo refici, vel ædificari debeat, *vide in Verb.* Communitas.

PAROCHUS

Cognoſcens carnaliter proprias Parochianas, reus eſt inceſtus, dec. Senen. 15. n. 53. pag. 82.

Et pœna privationis, & depoſitionis mulctandus eſt, ibid.

Declara quoad feminas per ipſum levatas à Sacro Fonte Baptiſmatis, non quoad alias, dict. deciſ. Senen. 15. num. 54. pag. 82.

Contra, quod ad formam Sacri Concilii Tridentini Parochus peccans cum Parochianis non privetur beneficio, niſi trina monitione præcedente perſeveret, ibid. n. 55. pag. 83.

Sollicitans feminas in confeſſione dicitur de hæreſi ſuſpectus, d. dec. Sen. 15. n. 56. pag. 83.

Ille tamen non probatur per duos Teſtes, niſi

niſi omni exceptione majores, quales fœminæ non dicuntur, ibid. n.57.

Nec ex confeſſione qualificata, quòd omnia per jocum ab eo dicta fuit, d. dec. Sen.15. n.58. pag.83.

Nec ex eo, quod extra actum, & locum confeſſionis provocaverit Mulieres, & promiſerit abſolutionem, ibid. n.59.

Quæ ad effectum, ut ſit Reus ſollicitationis, requiritur, quod immediatè ante, vel poſt confeſſionem, & in loco ad confeſſionem deſtinato ſollicitaverit, ibid.

PARTITA

Bonificari non debet Tutori, ſi de ea recepta non conſtat, dec. Sen.28. §.Unic. n.51. pag.170., *& vide latè in Verb.* Tutor *verſ.* non bonificantur.

Quæ ſemel fuit bonificata, & in creditum poſita, ampliùs calculari non debet, dec. Flor.20. n.12. pag.371, *& vide latè in Verb.* Calculus, *& alia in Verb.* Liber.

Contrapoſitio partitarum operatur, ut ſolutio cenſeatur facta in extinctionem illius debiti, contra quod opponitur, deciſ. Sen.49. n.10. pag.300.

Et quando secùs, *vide in Verb.* Solutio *verſ.* cedit in limitatione.

PATER

Alimenta pinguiora tenetur præſtare Filio, ad fideicommiſſum adventitium vocato, ex uſufructu, quem percipit, ratione ſatisfaciendi oneribus eidem impoſitis, dec. Flor.36. n.18. pag.614.

Id tamen non provenit ex commodo uſusfructus, quo gaudet in bonis adventitiis, ſed ex paterno onere, præcipiente filio alimenta ſubminiſtrare ad menſuram bonorum ab ipſo poſſeſſorum, ibid.

Et pro hiſce alimentis, conſequendis ex bonis adventitiis, filius præfertur Creditoribus Patris, d. deciſ. Florent.36. n.19. pag.615.

Ex quo infertur, patri acquiri uſumfructum in bonis adventitiis filii cum priori onere illum alendi, antequam ejus creditoribus jus quæratur, ibid. n.20.

Non autem quod filio pinguiora debeantur alimenta ratione ipſorum bonorum, ibid. n.19.

An, & quando habeat uſumfructum in bonis adventitiis filii, *vid. in Verb.* Uſusfructus *verſ.* competit.

Plura de alimentis Filio à Patre præſtandis, *vide latè in Verb.* Alimenta *verſ.* Filio, & *verſ.* Pater.

Dotare tenetur Filiam, quamvis nubentem, ipſo contradicente, & ſive nubat ante 25. annum, ſive poſt, dec. Sen.41. n.5. pag.265.

Et an alere filium, qui nupſit, eo contradicente, *vide in Verb.* Alimenta *verſ.* filio.

Mandatum habet à lege comparendi pro filio, dec. Sen.18. n.6. pag.95.

Et poteſt Procuratorem ad litem ſubſtituere, ibid. n.7.

Præjudicium Patris, qui filium extra propriam Domum dimittit, non conſideratur, quando non tenetur eum alere, dec. Flor.35. n.27. & 28. pag.608.

Portiùs quando poteſt à filio dimiſſo petere alimenta, ibid. n.29. pag.608.

An autem, & quando non teneatur filium alere, immò poſſit ab eo alimenta petere, *vide in Verb.* Alimenta *verſ.* Pater.

Quando à ſucceſſione excluditur ob tranſgreſſionem præcepti à Teſtatore injuncti, ſucceſſio devolvitur ad ejus filios, qui non per hoc excluduntur, dec. Flor.13. n.29. pag.393.

Quia pœna incurſa per Patrem contravenientem, ad filios ex propria perſona vocatos non extenditur, ibid. n.30., *& vide in Verb.* Filius.

Stipulans in dubio cenſetur pro Filio, non ſimpliciter uti filio, ſed ut hærede, cum proficuum ſit illi, hærede non capere, dec. Sen.31. n.12. pag.105.

PATER FAMILIAS

Deſtinatio Patrisfamilias attenditur in diſcernendo, ex quibus agris unicum prædium conſtituatur, dec. Sen.21. num.3. & ſeq. pag.108., *& vide latè in Verb.* Prædium *verſ.* nomen Prædii.

PATRIA POTESTAS

Juvenes 18. & 20. annorum Patrem habere ſolent, & adhuc eſſe ſub patria poteſtate, deciſ. Florent.38. numer.8. pag.614.

PATRONUS

Vide in Verb. Alimenta *verſ.* Patrono.

PAUPERTAS, PAUPER

Paupertas, quando eſt fundamentum intentionis, concludenter probari debet, niſi agatur de perſona, quæ à Jure pauper præſumitur, veluti Monachus, Filiusfamilias, & Uxor, dec. Sen.29. nu.14. pag.178., *& vide in Verb.* Alimenta, & ſumptus Litis *verſ.* debentur.

Pauper non dicitur, qui poteſt ſe ex arte,

& exercitio, proprio Statui non inducente, ſubſtentare, ibid. n.15.

Pauperior quis dicatur in concurſu ad obtinendam prælationem in relicto pauperi, dec. Sen.13. n.5. pag.68.

PECUNIA

Augumentum pecuniæ ad quem pertineat in cambio, *vide in Verb.* Cambium *verſ.* in cambio, *& in Verb.* moneta *per tot.*

Deſtinatio pecuniæ mutuatæ in aliquam cauſam probatur expreſſione facta mutuanti in receptura, deciſ. Sen.47. num.15. & 16. pag.190.

Recipiens pecuniam pro traditione litterarum cambii ſuſcipit mandatum tranſmittendi eamdem pecuniam ad alium locum, deciſ. Florent.32. numer.17. pag.554.

Declara, ut ibidem num.22. pag.554. & 23. pag.555.

Et vide in Verb. Litteræ Cambii *verſ.* recipiens.

Soluta Viro, & Uxori præſumitur tota perveniſſe ad Virum, dec. Florent.55. n.17. pag.820.

Niſi realiter doceatur, quod verſa fuerit in mulieris utilitatem, ibid.

Nec ſufficit, ſi mulier fateatur, pecuniam ad eam perveniſſe, & in illius utilitatem fuiſſe converſam, d. dec. Flor.55. n.18. pag.820.

Etiamſi talis aſſertio mulieris ſit juramento firmata, ibid. n.19.

Et contraria procedunt, quando mulier faſſa eſt, pecuniam fuiſſe converſam in ſui utilitatem cum debitis ſolemnitatibus, dict. deciſ. Florent.35. num.20. pag.820.

Vel coram Judice, ibid.

Vel quando confeſſio eſt ſufficienter adminiculata, ibid.

Vel quando mulier ſola cum conſenſu viri alienavit, ſola ſe obligavit, & pretium recepit, d. dec. Flor.55. d. n.20. pag.821.

Traditio pecuniæ requiritur in creatione cambii, & cenſus, dec. Sen.22. n.10. pag.120.

Ideo intervenire debet per neceſſe, etiam in illorum diſſolutione, ibid. num.11. *& vide latè in Verb.* Cambium *verſ.* Argumentum, *& in Verb.* Diſdicta.

PENSIO

Non petita per lapſum 40. annorum, & ultra præſumitur ſoluta, dec. Flor.24. n.43. pag.483.

PERICULUM.

Ideale, incertum, & remotum attendi non debet, dec. Sen.3. n.56. pag.20.

Nominis debitoris, effectt inexigibilis ob negligentiam in non exigendo, pertinet ad tutorem, dec. Senen.28. §. Unic. n.63. pag.172.

PERITI

Electi utrinque à Partibus, ac inter ſe concordes plenè probant, dec. Senen.2. n.19. pag.8.

Maximè ſi ab eorum relatione non fuit reclamatum, deciſ. Senen.50. num.21. pag.303.

Judicio Peritorum ſtandum eſt in æſtimatione damni, obventi in bonis locatis, dec. Sen.14. n.5. pag.70.

Nova electio Peritorum, ſimpliciter decreta ad inſtantiam Partis, primam peritiam impugnantis, interpretanda eſt, prodiiſſe ad reviſionem primæ, dec. Sen.40. n.9. & de ratione n. ſeqq. pag.261.

Stante prima Peritorum æſtimatione, prætendens exceſſivitatem, tamquam Actor, probare debet, ibid. n.12. pag.263.

Et ei incumbit onus procurandi novam Peritorum relationem, ibid.

Relatio Peritorum excludit errorem prætenſum in redditione rationis, dec. Sen. 28. n.3. pag.158.

Item probat damnum illatum per Arborum inciſionem, deciſ. Senen.40. n.1. pag.261.

In relatione aſſerentes æſtimaſſe juxta illorum peritiam, & conſcientiam, cenſentur in æſtimatione damni illati ſuper Arboribus conſideraſſe fructus futuros, habito reſpectu ad dubium eventum, prout facere de jure debebant, ibidem num.7. pag.262.

Requiruntur ad probandum valorem, dec. Sen.50. n.35. pag.307.

Salarium Peritorum pro recognitione librorum, electorum, à quo ſit præſtandum, *vide latè in Verb.* Expenſæ.

PERMUTATIO

In permutatione quid fuerit comprehenſum, ex quibus arguatur, *vide in verb.* Bona *verſ.* aliqua, *& in Verb.* Venditio *verſ.* comprehenſum.

PERSONA

Identitas perſonæ, *vide in Verb.* Identitas *verſ.* Perſonæ.

Una, & eadem diverſis reſpectibus poteſt eſſe ſuperior, & inferior, major, & mi-

minor, dec. Flor.16. n.54. pag.419., *& vide in Verb.* Civis *verſ.* Civitatis dominantis.

PETITIO

Dilata poſt mortem alicujus informati, pro experienda prætenſione contra hæredes non informatos, præſumitur ad occultandam injuſtitiam prætenſionis, deciſ. Flor.26. n.58. pag 501.

PICTURA

Vide in Verb. Inventarium, *verſ.* mobilia.

PIETAS

Naturalis pietatis ſtimulus nos edocet, indigentiis conjunctorum ſuccurrere, deciſ. Senen.36. n.8. pag.248.

PIGNUS

Redemptio pignoris, ſi à Tutore in tempore facta non ſit, damnum, quod exinde Pupillo obvenit, à Tutore præſtari debet, deciſ. Senen. 28. §. unic. num.67. pag.172.

PLURALITAS

Creditorum non præſumitur, dec. Senen.17. n.2. pag.90.

Ideo ab allegante probari debet, ibid.

Multoque magis excluditur, ſi contractus ſit ex eadem cauſa, & concurrat identitas perſonæ, & ſummæ, d. dec. Senen.17. n.3. pag.90.

Item ſi concurrat impoſſibilitas ex parte Creditoris contrahendi creditum diverſum, ibid. n.4. & 8.

Item ſi Creditor unum tantum creditum regiſtravit in ſuis libris, d. dec. Sen.17. n.13. pag.91.

Item ſi Judex Reum conventum abſolvit à ſolutione debiti, quod diverſum prætenditur, ibid. num.16. pag.91. & n.20. pag.92.

Item ex longa taciturnitate Creditoris, in egeſtate conſtituti, d. dec. Sen.17. n.21. pag.92.

Item ex diligentia Creditoris in exigendis aliis creditis, ibid. n.22.

Item ex eo, quod unum tantum fuerit recenſitum in quietantia generali, & ab ea exceptuatum, d. dec. Sen.17. n.24. & 25. pag 92.

Abſque eo quod ſuffragetur ignorantia, cum ſolidationes generales non ſoleant fieri inconſideratè, & ex abrupto, ſed cum maxima diligentia, ibid. n.26.

Item ex eo, quòd pro ſolutione debiti bona fructifera creditor alienavit, quando poterat ſui crediti, & illius fructuum inexactorum compenſationem opponere d. dec. Sen.17. n.29. pag.93.

Nec probatur ex eo, quòd una vice dictum fuerit, quod de credito conſtaret ex Apoca, & alia vice, quod conſtaret ex duabus apocis, ibid. n.9. pag.91.

Item nec ex eo, quòd una vice dictum fuerit, creditum ſpectare ad matrem, & alia vice ad Filios, ſi poterat ſpectare ad matrem nomine Tutorio, d. dec. Sen. 17. n.11. pag.91.

Nam quòd ſpectaret ad matrem nomine Tutorio, præſumendum venit, pro excludenda pluralitate, conſtito de identitate ex aliis conjecturis, ibid. n.12.

Probatur ex diverſitate Scripturarum, d. dec. Sen.17. n.30. pag.93.

Declara, niſi ſecunda Scriptura facta fuerit ad cauthelam probationis, ibid. num.31. & 33.

Et contraria quando procedant, ibidem num.32.

Pro excluſione pluralitatis crediti conjecturæ fortiores prævalent debilioribus, d. dec. Sen.17. n.37. pag.94.

Item non præſumitur pluralitas ſolutionum, & debitorum, dec. Florent.10. num.10. pag.372.

Nec pluralitas perſonarum, & filiorum, dec. Flor.11. n.16. pag.380.

Non reſolvitur in ſingularitates in præjudicium rei, aut verbis conjuncti, quamvis alter ex conjunctis, non ſit ex filiis Teſtatoris, dec. Senen.35. §.2. num.54. pag.243.

Præcipuè reſiſtente Teſtatoris voluntate, qui uſus fuerit conditionibus — *ſi ambo, ſi uterque, ſi omnes deceſſerint*, quæ reſolutionem pluralitatis in ſingularitates excludunt, ibid n.57.

Item ſuperexiſtente perſona ſimul inſtituta, dict. dec. Senen.35. §.2. num.55. pag.243.

Vel ſi inter illas facta ſit expreſſa ſubſtitutio reciproca, ibid. n.58.

Vel præexiſtente perſona prædilecta, dec. Sen.28. §. Unic. n.90. pag.175.

Talis autem dicitur illa, quæ per jus accreſcendi, vel non decreſcendi poteſt excludere ſubſtitutum, dec. Sen.35. §.2. n.55. & ſeq. pag.243., *& vide in Verb.* Jus accreſcendi, *in Verb.* prædilectio *verſ.* arguitur in fin., *& in Verb.* ſubſtitutus *verſ.* pluribus.

PÆ-

POENA

Adjecta in compromiſſis, de conſuetudine hodie amplius non exigitur, quando adeſt juſta cauſa reclamandi, quamvis reclamans ſuccumbat in cauſa, deciſ. Flor. 2. n. 20. pag. 324.

Secluſa tamen juſta cauſa reclamandi, talis praxis, quæ indiſtinctè ab aliquibus probatur, non eſt tuta, ibid. n. 21.

Contrarium tenentes, etiam in cauſis Dominii Florentini, referuntur, d. dec. Flor. 2. num. 22. pag. 324., & *vide infra in verſic.* Hypotheca.

Augetur ex pluribus, & primò ex frequentia delicti in aliquo loco, dec. Flor. 40. §. Unic. n. 37. pag. 650.

Item ex geminatione, & reiteratione delicti, ibid. n. 38. pag. 651.

Quia ob conſuetudinem delinquendi quis graviùs punitur, ibid.

Etiam in terminis ſtupri, d. dec. Flor. 40. §. Unic. n. 39. pag. 651.

Maximè ſi reiteratio ſit ſcandaloſa, ibid.

Item ex lapſu modici temporis à die patrati delicti, d. dec. Flor. 40. §. Unic. n. 40. & 41., ubi affertur reſolutio S. Collateralis Conſilii, pag. 651.

Item ex mala qualitate, & fama delinquentis, ibid. n. 42.

Item ſi ſtuprum ſit commiſſum à Tutore, vel Curatore, d. dec. Flor. 40. §. Unic. n. 43. pag. 651.

Vel à Cuſtode Carcerum, aut à Commentarienſi, ibid. n. 44.

Vel ab Auriga in perſonam mulieris ad vehendum commiſſæ, d. dec. Flor. 40. §. Unic. n. 45. pag. 651.

Vel à Famulo, vel alia perſona, cujus cuſtodiæ Puella fuerit commiſſa, ibid. num. 46.

Vel à perſona vili cum perſona nobili, d. dec. Flor. 40. §. Unic. n. 47. pag. 652.

Vel cum Virgine immatura, ibid. n. 48.

Refertur reſolutio dicti S. Collateralis Conſilii, ibid. n. 49.

Vel ſi mixtum, & unitum ſit cum raptu, inceſtu, vel ſimili, d. dec. Flor. 40. §. Unic. n. 50. pag. 652.

Adducuntur reſolutiones hujus Dominii, ibid. n. 51.

Vel ſi ſtuprum ſit violentum, propter quod pęna mortis imponitur, dict. dec. Flor. 40. §. Unic. n. 52. pag. 652.

Dummodò cum violentia concurrat raptus, ibid.

Et in Magno Ducatu Etruriæ attentans ſtuprum violenter ſine armis, baculo, & percuſſione, non ſecuto effectu, ad triremes damnatur, remiſſa ad arbitrium Judicis quantitate temporis, d. dec. Flor. 40. §. Unic. n. 53. pag. 652.

Effectu ſecuto, punitur pęna mortis, ibidem.

Attentans verò cum armis, baculo, percuſſione &c., etiam non ſecuto effectu, morte punitur, ibid.

Et ſufficit, quod attentans ſit armatus, ut dicatur violentiam geſſiſſe, & morte plectatur, d. dec. Flor. 40. §. unic. n. 54. pag. 652.

In magno Ducatu Etruriæ non ſolet exequi hæc pœna, ſed in mitiorem commutatur, ibid. n. 55. pag. 653.

Sicuti pœna Triremium, inflicta contra attentantem ſtuprum ſine armis, commutatur in mitiorem, ſi velit ducere in Uxorem illam mulierem, d. dec. Flor. 40. §. unic. n. 56. pag. 653.

Et pęna non minuitur, etiamſi mulier armis perterrita, deindè conſentiat, & ſtuprum voluntariè patiatur, ibid. n. 58. & de ratione n. 59. & *vide infra in Verſ.* Judices, & in *verſ.* minoratur.

Commenſurari debet culpæ, & delicto, dec. Sen. 41. n. 35. pag. 269.

Ideo qui magis delinquit, majori pęna puniri debet, ibid. n. 36.

Conſiſtens ad certum tempus, ſi iſtud pro medietate obſervetur, regulariter ſolet pro alia medietate gratiari in hoc regio Dominio, & ponitur formula reſcripti, dict. deciſ. Florent. 40. §. Unic. num. 57. pag. 653.

Hypotheca competit pro pœna compromiſſo adjecta, ſed ſi deventum fuit ad novum compromiſſum, illa amplius peti, & exigi nequit, dec. Flor. 2. n. 18. & 19. pag. 323.

Quia conventa in caſu receſſus à compromiſſo, & laudo, per prorogationem compromiſſi expirat, ibid.

Individuus non egreditur delictum, nec extenditur ad rem, in qua non fuit commiſſum, dec. Florent. 7. numer. 16. pag. 159.

Judices, & Principes, attentis facti, & perſonarum circumſtantiis, debent, & poſſunt pœnas augere, vel minuere, & delicta magis, vel minùs gravare, deciſ. Flor. 40. §. Unic. n. 66. pag. 654.

Cum reſpectu Judicis, & multo magis reſpectu Principis, omnes pœnæ hodie ſint arbitrariæ, ibid.

Judex, & Princeps in infligendo pœnas, & in parcendo debet ſtudere morum Hominum correctioni, nec debet affectare clementiam, nec rigorem, dict. dec. Flor 40. §. unic. n.67. pag.654.

Quæ autem debeat reſpicere, & quomodo ſe gerere, eleganter deſcribitur, ibid. n. ſeqq.

Imperii magnitudo non conſiſtit in multiplicitate pęnarum, ſed in frequenti elargitione præmiorum, d. dec. Flor.40. §. Unic. n.72. pag.654.

Minoratur ex juſtis cauſis, puta intercesſione magni Principis, ruſticitate delinquentis, ſpontanea confesſione, desponſatione meretricis, & ob gratiam delicti, ſubreptitiè obtentam, dec. Flor.40. n.47. pag.640.

Item delinquenti abſque dolo, & juſtè credenti non delinquere, ibid. n.52. & 53. pag.641.

Item ubi multa urgentia adſunt fundamenta, & concurrunt indicia, quia tunc poteſt Judex pro ſuo arbitrio pœnam condemnato minuere, & ob promisſionem deſponſandi meretricem liberare, dec. Flor.40. §. unic. n.1. pag.645. *& vide in Verb.* Gratia, *& in Verb.* Meretrix.

Item minuitur delinquenti, paſſo longam carcerationem, ibid. n.17. pag.647.

Quia carceratio habetur loco pœnæ, ibid.

Item minuitur ei, qui magna ſervitia præſtitit Principi, & Reipublicæ, d. deciſ. Flor.40. §. Unic. n.18. pag.648.

Etiamſi ſervitia ſint Parentum, & Conjunctorum, ibid.

Item ſi delinquens ſit aliqua ſingulari virtute inſignitus, d. dec. Flor.40. §. unic. n.19. pag.648.

Prout ſi ſit bonæ famæ, ibid. n.20.

Et ſi alias non deliquit, ibid. n.21.

Aliquando enim eſt ignoſcendum humanę fragilitati, d. dec. Flor.40. §. unic. n.22. pag.648.

Item is, qui multo tempore ante petitam gratiam deliquit, mitiori pœna à Judice punitur, & à Principe facilius gratiam conſequitur, ibid. n.23.

Et ita paſſim ſervatur Florentiæ, ibid.

Item ſi ſit ſenis, & malæ valetudinis, dict. deciſ. Florent.40. §. Unic. numer.24. pag.649.

Declara, ſi delictum longè ante ſenectutem ſit commiſſum, non verò ſi de recenti, ibid. n.25.

Nam ſenes, & malè valentes, ſi capaces fuerunt delinquendi, capaces eſſe debent ad pęnam ſubſtinendam, d. deciſ. Flor.40. §. unic. n.26. pag.649.

Item declara, niſi ſenes ſint robuſti non minùs quam juvenes, tunc enim pœnis, & tormentis ſubjici debent, ibid.

Item minuitur ei, qui deliquit paupertate oppreſſus, d.dec. Flor.40.§. Unic. n.27. pag.649.

Vel permutatur, ut ſervatur Florentiæ, ubi pœna pecuniaria ex praxi inveterata permutatur in pœnam confinii, ibid. n.28.

Item minoratur minori, ibid. n.29.

Etiam in terminis ſtupri, & reprobatur contraria opinio, d. dec. Flor.40.§. unic. n.30. pag.649.

Item ei, qui deliquit impetu amoris ibid. n.31., *& vide in Verb.* Amor *verſ.* æquiparatur, & *verſ.* impetum.

Item ebrio, & Furioſo juxta qualitatem ebrietatis, & furoris, d. dec. Flor.40. §. unic. n.34. pag.650.

Vel aliquando, etiam remittitur, ibid.

Aliquando, dictis circumſtantiis deficientibus, aliiſque in contrarium militantibus, à Judice pœna augetur, & à Principe gratia parcè conceditur, d. deciſ. Flor.40. §. unic. n.35. pag.650. & nu.36. ubi plura exempla de ſtupratore, *& vide ſuprà in verſ.* Judices.

Privationis pœna injuncta ſucceſſoribus in infinitum ſupponit eorum vocationem in infinitum, dec. Flor.1. n.25. pag.317. & n.36. pag.319., *& vid. latè in Verb.* Fideicommiſſum *verſ.* perpetuum.

Stupri vid. in Verb. Stuprum.

POSITIONES

Admitti debent ubi ſunt relevantes, dec. Sen.43. n.1. pag.274.

Etiamſi ſimus in Judicio privilegiato, ibid.

Veluti manutentionis, ibid. n.2.

Vel in Judicio ſuper inſtrumento cum obligatione camerali, d. dec. Senen.43. n.3. pag.274.

Vel alio quocumque ſummario, poſſeſſorio, & executivo, ibid. n.4.

Amplia primo, ut dicantur relevantes, ſi qualitercumque faciant ad cauſam, d. dec. Sen.43. n.5. pag.274.

Et dummodò clarè, & notoriè non conſtet

ſiet de calumnia, & impertinentia, quo caſu diſcuſſio ſuper exceptionibus reſervatur ad merita cauſæ, ibid. n.6.

Ideo ſufficit, pertinentiam poſitionum eſſe dubiam, ut debeant admitti, d. deciſ. Sen.43. n.7. pag.275.

Amplia ſecundo, ut ſufficiat relevantia reſpectu aliquarum, ad hoc ut omnes ſint admittendæ, ibid. n.8.

Non tamen ſunt admittendæ, quando reſpiciunt factum alienum, d. dec. Sen.43. n.9. pag.275.

Limita ſi agatur de facto perſonæ conjunctæ, cujus reſpondere debens ſit veriſimilitèr informatus, ibid. n.10.

Nam tali caſu ex diſpoſitione Statuti Senenſis *Rubr.53.de poſition. diſt.2.* iſtis etiam eſt danda reſponſio, d. dec. Senen.43. n.11. pag.275.

Immò hoc verùm eſt, etiam de Jure communi, ibid. n.12.

Cedens reſpondere tenetur poſitionibus, factis à Reo, convento per ceſſionarium, d. dec. Sen.43. n.14. pag.275.

Præcipuè quando cedens veriſimilitèr eſt magis inſtructus, quàm Ceſſionarius, ibid. n.15.

Et tali caſu incumbit ceſſionario onus præſentandi cedentem, & curandi, ut poſitionibus reſpondeat, d. dec. Sen.43. n.16. pag.276.

Et præjudicat reſponſio cedentis ceſſionario, licèt facta poſt ceſſionem, quando cedens tenetur de evictione, & ceſſionarius habet contra cedentem regreſſum, ibid. n.17. & 18.

Convictus de mendacio in reſponſione ad aliquas poſitiones, etiam in aliis mendax præſumitur, dec. Flor.7. num.12. pag.359.

Et talis præſumptionis vigore transfertur in reſpondentem onus probandi veritatem reſponſionum, ibid. n.13.

In contrarium ſtant plures Auctoritates, quæ referuntur, d. dec. Flor.7. nu.14. pag.359.

Declara, ut tali præſumptioni locus ſit, quando poſitiones continent materiam individuam, ibid. n.15.

Secùs ſi contineant res, & actus dividuos, in quibus pœna non egreditur delictum, dict. deciſ. Florent.7. numer.16. pag.359.

Item declara, ut probatio deſumpta ex mendacio reſpondentis ad poſitiones ſit tantùm præſumptiva, ibid. n.17.

POSSESSIO

Beneficii probatur ex ſententia privationis illius, deciſ. Senen.15. §. 3. num.42. pag.80.

Item ex confeſſione impetrantis ob ſecutam privationem, ibid. n.43. pag.81.

Secundi pacifica requiritur ad effectum, ut primum vacet, dec. Flor.13. numer.28. pag.392.

Capta poſt interpoſitam appellationem à ſententia,per Signaturam Juſtitię circumſcripta, non prodeſt ad manutentionem obtinendam, dec. Sen.15. §. 3. n.45. pag.81.

Non tollitur per ſententiam, à qua fuit appellatum, donec de ejus viribus diſceptatur, ibid. n.47.

Præcipuè conſtito de notoria injuſtitia ſententiæ, dict. dec. Senen.15. §.3. n.48. pag.81.

Probatur penès Reum conventum, ad effectum obtinendæ immiſſionis in Salviano, per litis ſubſtentationem, dec.Sen.22.n.1. pag.118.

POSSESSOR

Non citatus non afficitur ſententia, canonizante creditum, ſi ante litem motam rem emerat, deciſ. Florent. 2. num. 1. pag.321.

Rei obligatus ad aliquam ſolutionem ratione rei poſſeſſæ, cum ejus dimiſſione liberatur, dec. Senen.42. n.20. pag.272. & quando ſecùs, *vide in Verb.* Redditus *verſ.* qui ſolvitur.

Tertius poſſeſſor rei cenſitæ, per illius dimiſſionem liberatur à cenſu, ibid. n.22. pag.273.

Nubendi, *vide in Verb.* deſcendentes *verſ.* præceptum.

PRÆDILECTIO

Arguitur ex eo, quòd quis eſſet ſucceſſurus ab inteſtato, dec. Senen. 28. §. Unic. n.91. pag.175. & dec. Senen.35. nu.20. pag.219., & §.2. ejuſdem deciſ. num.12. pag.237.

Item ex eo, quòd ſit primo loco in teſtamento nominatus, d. dec. Sen.35. §.2. n.15. & 16. pag.238.

Vel Filius primi nominati, dec. Flor.38. n.29. pag.848.

Item ex eo, quòd ſit inſtitutus hæres univerſalis, quia cum magis honorabilem titulum habeat, omnibus aliis cenſetur prædilectus, dec. Sen.35. §.2. num.17. pag.238.

Item ex eo, quòd majorem habuerit partem hæreditatis, nam ex hoc dicitur prædilectus ei, qui minorem habuit, ibid. n.18.

Item ex eo, quòd quis ſit proximior, d. dec. Sen.35. §.2. n.19. & n.22. pag.239. & dec. Flor.58. n.29. pag.848.

Maximè, ſtante declaratione Teſtatoris, præferendi conjunctos proximiores remotioribus, in alia parte emiſſa, d. deciſ. Sen.35. §.2. n.23. & de ratione nu.24. pag.239.

Et potiſſimè ſi agatur de nepotibus Teſtatoris, non habentis filios, quique expreſſit, velle aſſumere nepotes in locum filiorum, ibid. n.25. & ſeqq., *& vide in Verb.* Jus accreſcendi.

Ad effectum excludendi reſolutionem pluralitatis in ſingularitates ex quo deſumatur, dict. deciſ. Sen.35. §.2. nu.55. & 56. pag.243.

Creſcit, quo majora dantur honorato emolumenta, dec. Flor.43. n.61. pag.682.

PRÆDIUM

Nomen Prædii ſignificat poſſeſſionem plurium agrorum cum domo, dec. Sen.21. n.1. pag.107.

Ideo, locato Prædio, veniunt in conceſſione omnes agri exiſtentes intra fines, vel in eodem loco, & Communi, etiam inter ſe diſtantes, ibid. num.2. pag.108., & n.36. pag.114.

Præcipuè concurrente deſtinatione Patrisfamilias, dict. deciſ. Senen.21. num.3. pag.108.

Ex qua deſtinatione Prædium unicum dicitur, quamvis ex agris, terriſque ſeparatis efformatum, ibid. n.4.

Quia deſtinatio Patrisfamilias in hac materia totum facit, dict. dec. Senen.21. n.5. pag.108.

Secùs tamen eſt in domo, quæ ultra deſtinationem requirit actum apertionis, ibidem.

Fortiùs autem in locatione de Prædio veniunt annexa ex deſtinatione, ſi ultra expreſſionem Prædii additum ſit, *cum omnibus Juribus, & pertinentiis*, d. dec. Sen.21. n.6. pag.108.

Et extra omne dubium, ſi dictum ſit, uti de præſenti detinetur à Locatore, & à Locatore detineantur omnes agri, etiam ſeparati, per modum unius corporis, ibid. n.7.

Non obſtante quòd bona, quæ prætenduntur annexa, ſint diverſæ naturæ, veluti empyteotica, & libera, cum non implicet ex deſtinatione Patrisfamilias, bona etiam diverſæ naturæ unum corpus conſtituere, d. dec. Senen.21. n.8. pag.109.

Quæ deſtinatio Teſtibus probatur, ibid. num.9.

Item ex commiſſione facta cum unico Villici, præſertim aliis concurrentibus, d. dec. Sen.21. n.10. pag.109.

Item ex confeſſione implicita partis, & tacita approbatione, ibid. n.11.

Ad hoc autem ut deſtinatio operetur, non ſufficit, quòd ſit temporalis, & gratia commodioris culturæ, ſed animus requiritur, ut perpetuò bona ſint annexa, dict. deciſ. Senen.21. num.12. pag.109.

Et talis animus Teſtibus probatur, ibidem num.13.

Et ſi ſint ex adverſo inducti, probant, quamvis deponant de auditu, d. deciſ. Sen.21. n.15. pag.110.

Vel de credulitate, ibid. n.16.

Maximè ſi ſint plures numero, & ab aliis, vel inter ſe adminiculati, ibidem num.17.

Immò etiam ſi deſtinatio, & unio ſit temporalis, adhuc venire poſſunt in locatione prædii agri ſeparati, ſi facta fuit locatio juxta modum, & ſtatum, quo poſſidebantur à locatore de tempore locationis, ſtante expreſſa voluntate contrahentium, d. deciſ. Senen.21. n.14. pag.109.

Prædia præſumuntur ſtercorata cum paleis, & conciminibus animalium, quæ in eis exiſtunt, niſi contrarium probetur, dec. Sen.4. n.57. pag.34.

PRÆJUDICIUM

Remotum, eventuale, & leve non eſt conſideratione dignum, dec. Sen.3. n.58. pag.20.

PRÆLATIO

Competit mutuanti pro re conſervanda, vel reficienda, dec. Florent.49. num.3. pag.755.

Intellige uſquead ſummam, pro neceſſitate rei impenſam, ibid. n.8. pag.756.

Secùs verò in exceſſu, & luxu impenſarum, pro quibus concurrit cum aliis Creditoribus, ibid.

Non tamen competit mutuanti pro re conficienda, vel emenda, d. dec. Flor.49. n.1.

num.1. pag.755.
Niſi mutuans expreſsè ſibi reſervaverit hypothecam, ibid. n.2.
Et de ratione differentiæ inter mutuantem ad rem conſervandam, & mutuantem ad rem emendam, d. dec. Flor.49. n.3. pag.755.
Supradicta tamen prælatio non habet locum in concurſu dotis, ibid. n.4.
Item competit pro impenſis factis pro aliqua re perficienda, d. dec. Flor.49. n.5. pag.756. & n.10. pag.757.
Sivè conſervatio, ſivè perfectio facta ſit, mediante pecunia, ſivè mediantibus operibus, ibid. n.6. pag.756.
Immò potior eſt Creditor ex cauſa operum ibidem.
Quando non competat Artificibus pro rebus ſubminiſtratis ad rem de novo inceptam perficiendam, d. dec. Flor.49. n.8. pag.756. & num.23. & 24. pag.759. *& vide in Verb.* Artifex *verſ.* ſatisfieri.
Item competit ſuper re pro expenſis in ea factis, quibus perfectior redacta eſt, puta pro reducendis olivis in oleum, ibid. n.10. pag.757.
Item competit mulionibus pro vecturis ſuper rebus vectis, dict. dec. Flor.49.n.11. pag.757.
Item Famulis pro Salario, quibus ante omnia illud ſolvi debet, ibid. n.12.
Et an hæc prælatio competat etiam pro honorario Famulorum Nobilium Principibus inſervientium, d. dec. Flor.49. n.17. pag.758.
Intellige pro Salariis Famulorum neceſſariorum, ibid. n.14.
Secùs de illis, qui retinentur ad vanam oſtentationem, ibid. & n. ſeqq.
Item eadem prælatio, quæ datur pro Salario, datur etiam illis, qui materiam dederunt pro livreis, quæ ſunt pars ſalarii, dict. deciſ. Floren.49. numer.18. pag.758.
Intellige ſi ceſſionem à Famulis reportaverint, vel habeant requiſita pro ſubingreſſu obtinendo, ibid. n.19.
Secùs ſi liberè tradiderint Domino materiam pro livreis, ibid.
Item competit adminiſtratori pro omnibus expenſis, ad res in concurſum deductas conſervandas, ex natura crediti, non ex juribus, quæ ei ceduntur, d. dec. Flor. 49. n.20. pag.759.
Item competit ſuper animalibus pro expenſis factis in illis alendis, deciſ. Flor.50. n.1. pag.760.
Et talis creditor præfertur etiam ei, qui ſibi reſervavit dominium, ibid. n.2.
Et nedùm præfertur ſuper animalibus, ſed etiam ſuper eorum pretio, dict. deciſ. Flor.50. n.3. pag.760.
Et ſi aliqua animalia vendita ſint, hypotheca competit ſuper remanentibus, quando alimenta fuerunt eiſdem præſtita, uti corpus conſtituentibus, ibid. n.4. pag.761. & n.9.
Auctoritates contrariæ declarantur, ibid. n.7. & ſeqq.
Si tamen herbæ emptæ ſint in majori quantitate, quàm paſcendo conſumpſerint animalia, prælatio non competit pro toto pretio, ſed pro rata herbarum depaſtarum, d. dec. Flor.50. n.8. pag.761.
Competit Patrimonio Principis, tam publico, quàm privato, ibid. numer.29. pag.763.
Tam de jure communi, quàm vigore motus proprii Sereniſſimi Magni Ducis, qui hìc tranſcribitur, d. dec. Flor.50. n.30. pag.663.
Item competit pro expenſis funeris adverſùs omnes creditores anteriores, etiam expreſſam habentes hypothecam, dec. Flor.48. n.5. pag.747. & dec. Flor.51. n.81. & 82. pag.780.
Et contrarii reprobantur, ibid.
Et etiam contra dotem, & Fiſcum, dict. dec. Flor.48. ſub n.5. pag.74. & dict. dec. Flor.51. n.83. pag.780.
Et an contra mutuantem pro refectione, vel conſervatione rei, d. dec. Flor.48. ſub n.5. pag.748.
Sivè factæ ſint expenſę ab hærede, ſive ab extraneo, d. dec. Flor.48. n.5. in fin. pag.748.
Et pro veſtibus lugubribus, dec. Flor.51. n.80. cum ſeqq. pag 780.
Refertur aliorum diſtinctio inter veſtes, quibus teguntur cadaver, & ſepulcrum, aliaſque factas occaſione funeris, & inter factas extra cadaver, & ſepulcrum, ut primæ ad ſumptus funeris pertineant, non autem ſecundæ, ibid. numer.84. pag.781.
Ideoque pro his, factis extra cadaver, & ſepulcrum, non ſit quis præferendus aliis creditoribus defuncti, d. dec. Flor.51. n.85. pag.781.

Item

Item pro expenſis factis in balſamatione, luminibus, cuſtodibus, veſtibus ipſius defuncti, catafalco, Miſſis celebratis, pannis lugubribus pro apparatu Eccleſiæ, tegendo feretro, & ſimilibus, ibid. n.6. pag.748.

Item pro pulſatione Campanarum, Cadaveris aſportatione, cereis, exequiis, ſepulturæ conſtructione, veſtibus datis Familiæ, & aliis perſonis, quæ de conſuetudine ſolent aſſociare cavader lugendo, dict. dec. Florent.48. numer.7. pag.748.

Item pro expenſis factis, humato Cadavere, ibid. n.8. pag.748.

Quod pro factis, humato Cadavere, non minuatur legitima, d. dec. Flor.48. ſub n.8. pag.748.

Item pro apertione Teſtamenti, illius copia, inſinuatione, confectione Inventarii, deputatione Curatoris, & aliis factis pro adeunda, vel defendenda hæreditate, ibid. n.9. pag.749.

Requiritur tamen ad hoc, ut iſtæ expenſæ gaudeant prælatione, ut ſint neceſſariæ, & non ad pompam, ibid. n.10.

Quia meliùs eſt, defunctum ſine aliqua pompa ſepulturæ tradere, immò etiam eleemoſinas, & Sacrificia omittere, quàm æs alienum non ſolvere illi, cui defunctus tenebatur, d. dec. Flor.48. n.10. pag.749.

Quoad congruitatem attenditur qualitas perſonæ, & loci conſuetudo, ibid.

Ubi etiam quænam ſint expenſæ exceſſivæ, ibid.

Remittitur Judicis arbitrio, qui, inſpecta qualitate perſonæ, bonis, & conſuetudine loci, illarum congruitatem judicabit, dict. deciſ. Florent.48. num.11. pag.750.

Item competit etiam pro veſtibus traditis Familiæ poſt Cadaveris tumulationem, ibid. n.12.

Contra, ibid. n.13.

Prima opinio procedere poteſt, quando in loco adeſt conſuetudo, quòd tota Familia ſequatur funus, & Divinis interſit, dict. dec. Florent.48. num.14. pag.750.

Item competit pro expenſis ultimæ infirmitatis, ibid. n.15.

Etiamſi infirmitas fuerit gravis, & longa, d. dec. Flor.48. n.17. pag.751.

Non tamen dicitur ultima infirmitas illa, ex qua, licèt quis perfectè non convaluerit, attamen poſt annos ex illa obiit, ibid. n.18.

Non habet locum pro expenſis infirmitatis, ex qua quis convaluit, dict. dec. Flor.48. n.19. pag.751.

Competit autem non ſolùm contra Creditores, habentes tacitam hypothecam, ſed etiam contra habentes expreſſam, ibid. n.36. 37. 38. & 39. pag.753.

Intellige tamen de expenſis ultimæ infirmitatis, moderatis, & neceſſariis, habita ratione perſonæ, & facultatum, ibid. num.40.

Nàm pro exceſſu nulla datur prælatio, ibidem.

Inter expenſas ultimæ infirmitatis, prælationem obtinentes, connumerantur ſalaria medicorum, & Chirurgorum, d. dec. Flor.48. n.20. pag.751.

Item pretium unguentorum, & medicamentorum, à Pharmacopolis præſtitorum, ibid. n.21.

Et ſalarium famulorum aſſiſtentium infirmo, ibid. n.22.

Et merces Piſtorum, Lanionum, & Tabernariorum pro victu, præſtito defuncto in eadem ultima infirmitate, dict. dec. Flor.48. n.23. pag.751.

Sed ut competat, probandum eſt, quòd inſervierint pro ultima infirmitate, quia extra dictum caſum non competit, ibid. n.24.

Quia pro creditis panis, & vini, carnis, & ſimilium regulariter non datur prælatio, nec hypotheca, d. dec. Flor.48. n.25. pag.751., & *vide in Verb.* Alimenta *verſ.* hypoteca.

Multò minus competit, ſi res ſubminiſtratæ non inſervierunt pro infirmo, ut ſunt expenſæ factæ in Coquina ad condiendos cibos, quando condimenta fuerunt ægroto prohibita, ibid. n.27. pag.752.

PRÆPOSITUS

Piſcienſis habet jura quaſi Epiſcopalia, dec. Flor.33. n.35. & 36. pag.568.

Et quæ idcircò facere poſſit, *vide in Verb.* Abbas.

PRÆSBITER

Præſbiteri non modò excuſantur à tutela, vel cura, ſed immò ad illam nec volentes admittuntur, dec. Sen.28. §. Unic. n. 48. pag.167. & n.82. pag.174.

PRÆ-

PRÆSCRIPTIO

Non currit, quouſque lis viget, dec. Flor. 24. n.63. pag.485.

Quadraginta annorum, & ultra etiam contra Eccleſiam currit, & illius creditum extinguit, ibid. n.44. pag.483.

Scientia à præſcribente probanda non eſt, quando concurrit titulus expreſſus, vel tacitus, reſultans ex centenaria, dec. Flor.33. §.3. n.70. pag.595.

PRÆSENTATIO

Admiſſa cum qualitate hæreditaria in judicio poſſeſſorio, cum ſpecifica reſervatione Jurium, in petitorio præjudicare non poteſt, dec. Flor.33 §.1. num.18. pag.573. & §.2. n.34. pag.581.

Et hæc reſervatio ſemper durat, donec ſupervenіat ſuper ea declaratio Judicis, dict. dec. Florent.33. §. 2. numer.35. pag.581.

Maximè ſi ex poſt ſubſecuta fuit ſententia excluſiva qualitatis hæreditariæ, per quam dicuntur revocati omnes actus intermedii, in poſſeſſorio emanati ſuper alio titulo, d. dec. Flor.33. §.1. nu.19. pag.573. & §.2. n.36. pag.581.

A' Laico debet fieri intra quadrimeſtre, dec. Flor.33. n.1. pag.562.

Et facta extra dictum terminum præſentato non ſuffragatur, ibid. n.2. & dec. Flor. 45. n.23. pag.699.

Etiamſi Ordinarius admiſerit præſentationem, d. dec. Flor.33. n.3. pag.562. & n.4. pag.563.

Quia tunc dicitur potius deſtinatio perſonę præſentandæ, quàm præſentatio, ibid. n.5. pag 563.

Nec ſuffragatur ſi præſentatio producatur loco jurium, ſed ad hoc ut juvet nominato, debet fieri ad effectum præſentandi, & obtinendi decretum Superioris ſuper illius admiſſione, d. dec. Flor.33. n.6. pag.563.

Et multò minùs ſi producatur coram Judice Delegato, ibid. n.7.

Quia Judex delegatus poteſt concedere inſtitutionem præſentato, non verò recipere præſentationem, ibid.

Sed neceſſe eſt, quòd ſit Ordinarius, ibid.

Facta tamen in termino à Sede Apoſtolica prorogato, habetur ac ſi facta fuiſſet in termino Juris coram Ordinario, dec. Flor. 45. n.24. pag.699.

Et gratia prorogationis termini ad præſentandum, obtenta durante quadrimeſtre, quamvis ſit omiſſa expreſſio præſentationis, factæ ab aliis compatronis, non vitiatur, secùs ſi obtenta fuiſſet poſt quadrimeſtre elapſum, ibid. n.25. pag.700.

Contra Patronum abſentem, vacationem Beneficii ignorantem, non currit tempus ad præſentandum, dec. Flor.33. nu.13. pag.564.

Quia illud currit ſolùm à die probatæ ſcientiæ vacationis Beneficii, ibid.

Beneficio pleno fieri non valet, d. deciſ. Flor.33. n.8. pag.563.

Sed ab initio non reprobata, ſecuta ex poſt vacatione, reconvaleſcit, ibid. n.9. pag.563.

Si facta ſit cum ſuppoſito vacationis Beneficii, dict. dec. Florent.33. num.10. pag.563.

Et Patronus, ſecuta vacatione, alium non nominet, & in eadem præſentatione perſeveret, ibid. n.11.

Donationis vigore facta non vocantis hæredes, ſed ſolùm maſculos, excludit qualitatem hæreditariam, deciſ. Flor.33. §.1. n.14. pag.572.

Prout etiam excludit impugnatio donationis, quæ impugnari non potuiſſet, ſi juſpatronatus fuiſſet hæreditarium, ibid. n.15.

Et vide infra Verſ. facta, & verſ. mater.

Donatione Juriſpatronatus facta favore maſculi proximioris, debet admitti ad præſentandum maſculus, excluſis fœminis, & deſcendentibus ab eis, d. dec. Flor.33. §.1. n.1. pag.570.

Facta à Filio, non uti hærede Patris, præſumitur facta jure proprio, & gentilitio, dict. deciſ. Florent.33. §.1. numer.23. pag.572.

Item facta jure proprio, nulla expreſſa qualitate hæreditaria, facit præſumi juſpatronatus gentilitium, d. dec. Flor.33. §.2. n.25. pag.579.

Facta vigore retroactarum præſentationum nihil ponit in eſſe, ſi retroactæ apparent factæ, partim titulo hæreditario, & partim titulo gentilitio, ibid. n.23.

Immò probat qualitatem gentilitiam, ſi declarata fuit qualitas patronalis, quæ non potuerit fundari in alio titulo, quàm in documento, præſeferente juſpatronatus gentilitium, d. dec. Flor.33. §.2. n.24. pag.579., *& vide plura in Verb.* Juſpatronatus *verſ.* Gentilitium.

Intermedia, per ſpatium pauci temporis diver-

verſo titulo factæ remanent circumſcriptæ ab antecedentibus, & ſubſequentibus, dict. deciſ. Flor.33. §. 1. num.16. pag.573.

Quia antecedentes quo titulo factæ fuerint, declaratur ab actibus ſubſequentibus, d. dec. Flor.33. §.2. n.29. pag.580.

Mater in præſentando tempore pupillaris ætatis, filiis non poteſt, nec ſubſtitutis præjudicare, & mutare qualitatem juriſpatronatus, & facere, quod præſentationes factæ in ſequelam donationis, in poſterum fiant titulo hæreditario, dict. dec. Flor.33. §.1. n.12. pag.572. & §.2. n.19. pag.578.

Maximè ſi matri expediret, juſpatronatus hæreditarium reddere ob ſpem in eo ſuccedendi, d. dec. Flor.33. §.2. n.18. pag.578.

Et præſentatio matris multò minus præjudicat filio, ſi iſte poſt mortem matris diverſimodè præſentavit, ibid. num.22. pag.579.

Non effectuata habetur, ac ſi facta non eſſet, nec per eam turnus remanet conſumptus, deciſ. Florent.45. numer.18. pag.699.

Dicitur effectuata, ſi beneficium vacaverit per mortem præſentati, ibid. n.19.

Et turnus dicitur conſumptus, non obſtante lite, & conventione facta inter Patronos, quòd alternativa incipere debeat à die pacificæ præſentationis, & de ratione, d. dec Flor.45. n.20. pag.699. & *vide in Verb.* Turnus.

Omiſſio præſentandi nihil concludit, niſi concurrant neceſſaria requiſita prohibitionis, & acquieſcentiæ præſentare debentis, ibid. n.15. pag.698.

Secunda præſumitur facta eodem titulo primæ, quando inſtitutio conceſſa fuit vigore quaſi poſſeſſionis, & quando alio titulo fieri non poterat, dec. Flor.33. §.1. n.11. pag.572.

PRÆSENTATUS

A' medietate Patronorum, & pro alia medietate obtinens derogationem Apoſtolicam, inſtitui debet, dec. Flor.45. n.1. pag.696.

Præcipuè in concurſu alterius compræſentati, qui ſimilem gratiam ex poſt obtinuit, cui proindè tamquam anterior debet præferri, ibid. n.2.

Ex duobus ſimul præſentatis quis ſit præferendus, *vide in Verb.* Inſtitutio *verſ.* Gratificatio.

Quando debeat eſſe actu Sacerdos, vel non, *vide in Verb.* Sacerdos *verſ.* actu, & *verſ.* qualitas.

Mandatum ſpecificè habuiſſe præſumitur, qui aſſumit onus defendendi Patronum, & qui produxit inſtrumenta concernentia patronalem pertinentiam, dec. Flor. 33. §.2. n.31. pag.580.

PRÆSTATIO

Vide in Verb. Redditus.

PRÆSUMPTIO

Conſenſus, vel alterius ſolemnitatis inducitur ex lapſu temporis, dec. Flor.24. n.33. & ſeqq. ubi latè exemplificatur pag.482.

Mali Juris oritur contra litis Conſortem, ſi ab alio fuerit liti renunciatum, deciſ. Senen.19. n.20. pag.99.

Quòd res non ita ſe habeat, uti prætenditur, oritur contra eum, qui libros veriſimiliter habere præſumitur, & illos edere recuſat, dec. Senen.47. n.24. pag.291.

Scientia ex quibus reſultet, *vide in Verb.* Scientia, *verſ.* præſumitur, & *in Verb.* Conductor, *verſ.* præſumitur.

Stat pro impoſſibilitate, quòd Emptor rei fideicommiſſo ſubjectæ omittat requirere conſenſum illius, qui principaliter intervenire deberet ad evitandum periculum evictionis, & reddendi fruſtratoriam gratiam derogationis, dec. Flor.26. n.41. pag.499.

Stat, quòd in re valdè gravi quis propriæ Familiæ certior factus fuerit ab Amicis, & Conſanguineis, ibid. n.51. pag.500.

Stat, quòd Conſanguinei ſciant jura Sanguinis, & Familiæ, ac matrimonia, & filios ſuorum Conſanguineorum, d. dec. Flor. 26. n.53. pag.500.

Stat, ut nomen perſonæ fictè excogitatum cenſeatur, niſi per legitimas probationes de ejus nativitate, exiſtentia, aut obitu conſtet, ibid. n.54. pag.501., & *vide in Verb.* Filiatio.

Stat, quòd nemo tacendo ſuum jactare velit, dec. Flor.10. n.15. pag.372.

Stat pro compræhenſione omnium partitarum in calculo, ibid. num.3. pag.370. & 16. pag.372., & *vide latè in Verb.* Calculus, *verſ.* facto ſemel calculo.

Stat contra multiplicitatem ſolutionum, & debitorum, d. dec. Flor.10. num.20. pag.372.

Transfert onus probandi in Adverſarium, dec. Flor.7. n.13. pag.359.

Ut inducatur præſumptio, non poſſibile, ſed vo-

veriſimile debet attendi, dec. Flor. 16. n. 13. pag. 493.

PRÆSUMPTIONES

Excluſivæ filiationis ex quibus inducantur, *vide latè in verb.* filiatio.

Et matrimonii, *vide latè in verb.* Matrimonium.

In conflictu præſumptionum, illæ ſemper, quibus regula aſſiſtit, ſunt præferendæ, dec. Flor. 58. n. 1. pag. 844.

Plures numero, & qualitate, paucioribus, & debilioribus non cedunt, dec. Sen. 11. n. 35. pag. 65. & dec. Sen. 17. n. 37. pag. 94. & dec. Senen. 25. n. 45. pag. 146.

Quæ aliàs ſingulæ non proſunt, ſimul junctæ juvant, dec. Senen. 11. n. 35. pag. 113.

PRÆTERITUM

Imperfectum ſubjunctivi modi æquipollet futuro, dec. Senen. 31. n. 67. pag. 198.

PRETIUM

Cenſus, vel alterius rei fructiferæ, ab Adminiſtratore ex neceſſitate alienatæ an ſit reinveſtiendum, & quatenus, ad quem fructus reinveſtimenti pertineant, *vide in Verb.* Adminiſtrator *verſ.* quilibet.

Certum dicitur etiam, quando eſt collatum arbitrio boni Viri, vel Peritorum, dec. Senen. 9. n. 23. pag. 53.

Certum non eo minus dicitur, ex quo poſt determinationem adjectum ſit, & quod pluris æſtimabitur, ibid. n. 22.

Integrum pretium ejus, quod dedit, quis recepiſſe dici non debet, ſtante incerta eventualitate lucri, deciſ. Flor. 53. n. 33. pag. 799.

Et licèt pretio æſtimabilia etiam ſint, quæ ab incerto eventu dependent, ibidem n. 34.

Tamen id procedit, dummodò adſit ſpes fundata, & probabilis, d. dec. Flor. 53. n. 35. pag. 799.

Adeout ſpes incerta, à reciproca donatione proveniens, non ſit conſiderabilis, ibid. n. 37.

Item procedit, ita tamen ut pluris æſtimetur res, etiam minimi valoris, de præſenti tradita, quàm alia valoris longè majoris ſperata, & ab incerto eventu dependens, dict. deciſ. Florent. 53. num. 36. pag. 799.

Pefcium ex quibus varietur, dec. Senen. 47. n. 15. pag. 291.

Reſtitutio pretii an, & quando ſit promittenda à Creditore coacto rem dimittere mediante Statuto retractus, & pretium recipere, *vid. in Verb.* Creditor *verſ.* Immiſſus.

Et an à creditore immiſſo in Salviano, ſi ei pecunia offeratur, ibidem.

Retractum ex re dotali, & utrique Conjugi ſolutum, totum ad virum perveniſſe præſumitur, adeout integrum uxori reſtituendum ſit, niſi doceatur in illius utilitatem verſum fuiſſe, deciſ. Flor. 55. n. 17. pag. 810.

Nec ſtatur confeſſioni mulieris, quòd pecunia, vel bona ad eam pervenerint, & in illius utilitatem converſa fuerint, ibid. n. 18.

Etiamſi talis confeſſio eſſet juramento firmata, d. dec. Flor. 55. n. 19. pag. 810.

Contrariæ Auctoritates declarantur procedere, quando confeſſio mulieris eſſet facta cum debitis ſolemnitatibus, vel in Judicio, vel quando eſſet ſufficienter adminiculata, vel quando mulier ſola etiam cum conſenſu viri alienavit, ſola ſe obligavit, & pretium recepit, ibid. num. 20. pag. 821.

PRIMOGENITURA

Conſtata ex bonis Tranſverſalis, & deſcendentis, pro parte aſcendentis reputanda eſt aſcendentalis, dec. Florent. 53. num. 5. pag. 795.

Fortiùs ſtante pacto reverſionis omnium bonorum, ei ſubjectorum ad lineam aſcendentis, cujus pacti vigore dicitur ſuper bonis reverſis voluta, & ordinata Primogenitura ab aſcendente renuncianete, per organum tranſverſalis renunciantis, ibid. n. 7. pag. 796.

Adducitur Auctoritas Rotæ Florentinæ in hac materia reverſionis bonorum, in fideicommiſſo conventa, d. dec. Flor. 53. n. 9. pag. 796.

Itaque, hoc ſtante pacto, ſi renuncians ſit aſcendens, primogenitura ſuper dictis bonis ordinata reputanda eſt aſcendentalis ad hoc, ut *Auth. res quæ* in ea locum habeat, ibid. n. 10 & ſeq. pag. 796. & n. 19. pag. 797., *& vide infra in verſ.* ordinata.

Diſpoſitio, facta in primogenitura, in eo, quod iſta diſcordat ab antiquiore fideicommiſſo, in præjudicium fœminarum, non attenditur, d. deciſ. Flor. 53. n. 86. pag. 805.

Ordinata cenſetur à Teſtatore, ſi illam expreſsè voluit in prima ſubſtitutione, & in ſecunda appoſuit dictionem relati-

vam -- *ut ſupra* -- dec. Senen. 34. num. 1. pag. 212.

Nec relatio fieri poteſt ad perpetuitatem, legitimitatem, & naturalitatem ſuperiùs expreſſas, ſi de iſtis in referente mentio ſpecifica facta ſit, aliàs eſſet ſuperflua, ibid. n. 2.

Vel ſaltem relatio fieri debet ad omnia juxta naturam illius dictionis, non conſtito de ratione, cur ad unum magis, quàm ad aliud ſit facienda, d. deciſ. Senen. 34. n. 3. pag. 213.

Item cenſetur ordinata primogenitura ex vocatione Primogeniti, ibid. n. 4.

Etiamſi non fuerit habitus reſpectus ad lineam, ſi ſubſtitutio ſit facta relativè ad aliam in linea alterius, cujus Primogenitus vocatus ſit per viam primogenituræ, d. dec. Senen. 34. n. 5. pag. 213.

Item ex eo, quod extincta deſcendentia Primogeniti eodem modo, & forma vocatus ſit ſecundogenitus, ejuſque deſcendentes, ibid. n. 6.

Quia in hoc conſiſtit quidditas Primogenituræ, d. dec. Senen. 34. n. 6. pag. 213.

Item ex eo, quòd Teſtator pluries ſubſtitutionem à ſe ordinatam primogenituram denominavit, ibid. n. 7.

Item ex perpetuo gravamine injuncto Primogenitis, cum tali caſu ipſi quoque intelligantur honorati, ibid. n. 8.

Ordinata à pluribus fratribus pro portione bonorum ad aſcendentem ſpectante, dicitur aſcendentalis, & pro altera à tranſverſali collata dicitur tranſverſalis, dec. Flor. 53. n. 11. pag. 796.

Prout aſcendentalis dicitur, ſi condita ſit ſuper bonis à tranſverſali donatis aſcendenti ad hoc, ut primogenituram ordinaret, ibid. n. 13.

Eoque fortiùs ſi bona fuiſſent in antiquiore fideicommiſſo aſſignata aſcendenti, ibid. n. 14., *&* *vide in Verb.* Dos quoad remedium *Auth. res quæ*.

PRINCEPS

Abolere poteſt tàm expreſsè, quàm tacitè Statuta prohibentia alienationem in forenſes, dec. Senen. 10. n. 3. pag. 101.

Prout ſunt abolita Florentiæ ex Conſtitutione S. R. C., ibid. n. 1.

Arbitrium ex quibus regulare debeat, dec. Senen. 16. n. 23. & 24. pag. 87.

Clementia melior eſt prærogativa, qua Princeps decorari poſſit, deciſ. Flor. 40. §. unic. n. 71. pag. 654.

Ærarium tam publicum, quàm privatum Principis privilegiis Fiſcalibus gaudet, dec. Flor. 50. n. 29. pag. 763.

Limita quando Princeps contrahit cauſa exercendi mercimonium, ibid. n. 29.

Factum Principis æquiparatur caſui fortuito, ſeu facto tertii, dec. Flor. 3. num. 4. pag. 329.

Licentia Principis requiritur in clauſura Viarum, dec. Senen. 10. n. 13. pag. 98., *&* *vide latè in Verb.* Via *verſ.* publica, & quæ pro talibus.

Mandatum Principis præſumitur procuratum ab eo, cui affert utilitatem, deciſ. Flor. 3. n. 8. pag. 330.

Maximè ſi ipſe illud non notificavit, nec recurſum habuit ad Principem pro ejus moderatione, ibid. n. 9.

Contra, ſi illud emanaverit motu proprio expreſſa cauſa publicæ utilitatis, d. dec. Flor. 3. n. 11. pag. 330.

Tale mandatum ut Locatorem afficiat, debet conductor recurrere, & remotionem procurare, ibidem num. 9. & 10. pag. 330. & n. 17. pag. 331.

Declara, ut ibid. n. 17. & ſeqq., *&* *vide in Verb.* Conductor *verſ.* tenetur.

Non poteſt tollere jus quæſitum, dec. Flor. 53. n. 83 pag. 805

Sive procedat de poteſtate ordinaria, ſive de poteſtate abſoluta, ibid.

Sicuti enim quod injuſtum eſt, Deus facere non poteſt, neque id derogat, ſed perfectiorem reddit ejus omnipotentiam, d. dec. Flor. 53. n. 84. pag. 805.

Sic illud facere nequit Princeps, qui Deum in terris repræſentat, ibid. n. 85.

Reſcriptum Principis, *vide in Verb.* Reſcriptum

An, & quando dicatur ſubreptitium, *vide latè in Verb.* Subreptio.

De reſcripto Principis delegatorio, *vide latè in Verb.* Delegatio.

PRIOR

In tempore potior in jure, dec. Flor. 50. n. 20. pag. 761.

PRIVATIO

Hæreditatis, injuncta contravenienti etiam poſt longiſſimum tempus, & ſubſtitutio alterius indicat, iſtam per vulgarem, non per fideicommiſſariam factam fuiſſe, dec. Flor. 31. n. 28. 29. & 30. pag. 540. & n. 33. pag. 541., *vide in Verb.* Subſtitutio vulgaris.

Supponit habitum, dec. Senen. 15. §. 3. n. 42. pag.

pag.80. & deciſ. Florent.37. numer.6. pag.618.

PRIVILEGIUM

Et habilitatio viri ad acquirenda bona contra prohibitionem Statuti extenditur ad Uxorem, dec. Senen.20. n.18. pag.103.

Quia uxor gaudet civilitate, & omnibus aliis gratiis, & privilegiis, Viro conceſſis, ibid.

Favore publico introductum, Privatorum pactis, & conventionibus immutari non poteſt, dec. Flor.53. n.70. pag.803.

PROBATIO

Alibus concludere debet per neceſſe, & non per poſſibile, itaut ſola poſſibilitas contraria ſufficiat ad excludendam probationem, dec. Flor.28. numer.37. pag.520.

Adminiculativa actibus etiam, qui de per ſe aliquas exceptiones patiuntur, impleri poteſt, dec. Flor.21. n.50. pag.458.

Admiſſio probationum denegari non valet, ſtante relevantia deductorum, in Judicio executivo, remiſſa tamen eorum inſpectione ad Judicium ordinarium, deciſ. Flor.3. n.54. pag.333.

Deſumpta ex mendacio reſpondentis ad poſitiones, ad ſummum dici poteſt præſumptiva, deciſ. Flor.7. n.17. pag.359., & *vide in Verb.* Poſitiones *verſic.* conſtus.

Major non datur propria confeſſione, dec. Sen.4. n.39. pag.31.

Plena, & concludens probatio exiſtentiæ ſcripturæ requiritur ad effectum exhibitionis, dec. Flor.7. n.18. pag.359., & *vide in Verb.* Exhibitio.

Item pro oſtendenda filiatione ad effectum ſucceſſionis in fideicommiſſo, & avocationis bonorum à tertio poſſeſſore, dec. Flor.25. n.2. pag.488., & *vide late in Verb.* Filiatio.

Quæ non eſt certa, non relevat, deciſ. Sen.47. n.16. pag.291.

Urgentiſſima, & ſuperlativa requiritur ad infringendam confeſſionem debiti, & crediti, contenti in calculo, reſultantem ex acquieſcentia Partium eidem calculo, dec. Flor.10. n.5. pag.371., *vide late in Verb.* Calculus *verſ.* facto ſemel calculo.

PROCURATOR

Actus geſtus à Procuratore habetur, ac ſi fuiſſet geſtus à principali, dec. Flor.32. n.7. pag.553.

Confeſſio Procuratoris non nocet principali, dec. Flor.11. n.11. pag.380.

Quia in committendo ei præjudicare non poteſt, ibid. n.12.

Maximè ſi emanaverit in diverſo Judicio ab eo, in quo prætenditur præjudicium inferre, dict. deciſ. Flor.11. numer.13. pag.380.

Et ſi emanaverit ſuper re, quæ non ſit in confitentis poteſtate, ibid. n.14.

Et detegatur erronea, d. dec. Florent.11. n.15. pag 380.

Et quando ſecùs, *vide in Verb.* Confeſſio *verſ.* Œconomi.

Conſtituens Procuratorem pro ſui obligatione in ſolidum cum aliis, intelligitur, ut quilibet ex aliis inſolidum ſe obliget, non ut unuſquiſque pro rata, deciſ. Flor.22. n.11. pag.464., & *vide infra in verſ.* Obligatio.

Facultas apponendi hypothecam data non dicitur Procuratori ex clauſula in mandato adjecta, *cum plena, libera, & abſoluta poteſtate &c.*, dec. Flor.2. nu.13. pag.323.

Alia *vide in Verb.* Clauſula, & *verſ.* cum plenè, & *in Verb.* Hypotheca.

In nihilo tenetur de proprio, dec. Flor. 32. n.8. pag.553.

Et ſi in executione mandati contingat damnum, iſtud referri debet ad perſonam principalis, non Procuratoris, cui officium ſuum non debet eſſe damnoſum, ibid. n.9.

Mandatum, & fidejuſſio, ad certum tempus reſtricta, à Procuratore prorogari non poteſt, dec. Flor.23. n.11. pag.471.

Nec poteſt cenſus extinctio, poſt tempus in mandato præfixum, in facultate debitoris reponi, ſi mandans tale tempus voluerit coactivum, ibid. n.12.

Quod tamèn ſecùs eſt, ubi conſtet, tempus certum ad reſtituendam ſortem, fuiſſe mandato adjectum favore creditoris contra omnes, qui ſe obligaſſent, non autem favore mandantis ad fidejubendum contra principalem Debitorem, & alios confidejuſſores, d. dec. Flor.23. n.14. & ſeqq. pag.471.

Nihil lucrari debet ex augumento monetæ, dec. Flor.32. n.11. pag.553., & *vide in Verb.* cambium *verſ.* in Cambio.

Obligatio facta à Procuratore præter, vel contra formam mandati eſt nulla, dec. Flor.22. n.3. pag.463.

Ideoque nulla eſt obligatio ab eo facta cum aliis, quos pro rata ſe obligari paſſus eſt, cum juxta formam mandati obligari debuiſſent *in ſolidum*, ibid. n.4.

Et talis nullitas obligationis ob exceſſum mandati, allegari valet, etiam à ſucceſſore ſingulari, d. dec. Flor.22. numer.5. pag.463.

Prout à Reo, & poſſeſſore, ad ſuam poſſeſſionem tuendam, ibid. n.6. pag.464.

Declara tamen, ut obligatio ad quantitatem, per Procuratorem facta intra fines mandati, non annulletur in totum, ſed ultra fines ejuſdem, quod multipliciter exemplificatur, dec. Florent.23. num.1. pag.469.

Maximè dum concurrit tacita voluntas principalis, qui ſi ad faciendam rem alteri gratam, pro majori obligatione mandatum dedit, fortiùs in minorem conſenſiſſe dici debet, ibid. n.2.

Item declara, ut Procurator licèt non cuſtodiat fines mandati, ſi tamen magis utiliter ſe obligavit, mandantem obliget, dict. decis. Florent.23. numer. 3. pag.470.

Pro minori quippè obligatione dicitur Procurator, habere implicitam voluntatem mandantis, qui pro majori mandatum dederat, ibid. n.4.

Et quia obligatio quantitativa eſt dividua, in qua utile per inutile non vitiatur, d. dec. Flor 23. n.5. pag.470.

Non obſtante, quòd Procurator excedens fines mandati videatur agere quid diverſum à re ſibi commiſſa, ideoque malè geſtum quoad minimum, vitietur in totum, ibid. n.6.

Nàm in hac re diſtinguendi ſunt tres caſus juxta *Textum in l. diligenter 5. ff. mandati*, qui explicatur, d. dec. Flor.23. n.7. pag.470.

Primus, quando exceſſus mandati verſatur circa ſubſtantiam rei, puta quia Procurator unam rem pro alia emit, quo caſu mandans non obligatur, ibidem n.8.

Secundus, & tertius, quando exceſſus verſatur circa præjudicium mandantis illatum, puta ſi Procurator ad vendendum certo pretio, minùs vendiderit, quo caſu nulla eſt venditio, d. dec. Flor.23. n.9. pag.470.

Et ſolùm ea ſubſtinetur, ſi mandanti ſuppleatur uſque ad pretium conſtitutum, ibid.

Unde ſi exceſſus non tendat ad agendum quid ſpecie diverſum, & mandanti res non præjudicialis, ſed utilis geſta eſt, actus ſubſtinetur, d. dec. Flor.23. n.10. pag.471., *& vide hic infra verſic.* ſolvere.

Pater eſt Procurator à lege conſtitutus pro filiis ſuis, deciſ. Senen. 18. num.6. pag.95.

Et poteſt alium Procuratorem ſubſtituere, ut agat nomine Filii, ibid. n.7.

Salarium debetur Procuratori pro miniſterio, requirente tractum ſucceſſivum, dec. Flor.3. n.23. pag.332.

Maximè ſi mandatum ſit onoroſum, & difficile, ibid. n.24.

Vel ſit mediator, & proxeneta, cui etiam abſque ulla conventione ſalarium debetur, ibid. n.25.

Item ei debetur ſalarium, etiam ſi ex quocumque caſu fortuito operas præſtare nequiverit, d. dec. Florent.3. n.7. pag.330.

Semel ab aliquo pro tali recognitus non poteſt amplius repelli ex defectu mandati, dec. Sen.18. n.11. pag.95.

Et ex quibus dicatur pro tali recognitus, ibidem.

Solvere non poteſt in cauſam diverſam ab ea, à qua mandatum habet limitatum, dec. Sen.49. n.27. pag.301.

Et ſi ſolvat, ſeu declaret ſolvere in cauſam, quam veriſimiliter mandans non elegiſſet, illi non præjudicat, ibidem n.25., *& vide in Verb.* Solutio *verſ.* cedit.

An neceſſe ſit, quòd habeat mandatum ſpeciale ad hoc, ut poſſit declarare mandantis voluntatem, in quam cauſam cedere debeat ſolutio, *vide in Verb.* Mandatum *verſ.* Speciale.

PRODUCTIO

In parte, & partibus non attenditur contra producentem, quando facta fuit ad fundandam intentionem, dec. Sen.21. n.19. pag.110.

Item quando documentum productum eſt individuum, ibid. n.20.

Quod in actis productum non fuit, non attenditur, deciſ. Senen.23. num.34. pag.132.

PROHIBITIO

Acceſſoria, & conſecutiva ad fideicommiſſum antea ordinatum, quamvis omnes reſpiciat, ejus cenſuram non immutat, dec.

dec. Flor.31. n.23. pag.539.

Et an, & quatenus fideicommiſſum inducat, vel extendat nec ne, *vide in Verb.* Fideicommiſſum.

Alienationis facta ad bona in familia conſervanda operatur, ut vocati ſub nomine collectivo non cenſeantur ſubſtituti per vulgarem, ſed per fideicommiſſarium, dec. Sen.35. §.1. n.9. pag.125. & dec. Flor 31. n.17. pag.538.

Limita, ut ibid. n.18. *& vide latius in Verb.* ſubſtitutio vulgaris, *& in Verb.* ſubſtitutio reciproca.

Item facta, ut bona integraliter ad ſubſtitutos perveniant, operatur, ut cenſeantur ſubſtituti in tota hæreditate, & ut ſatisfactum ſit uno ex requiſitis pro inducenda reciproca lineari, d. dec. Sen. 35. §.1. n.14. pag.126., *& vide in Verb.* ſubſtitutio reciproca.

Si reſpectu deſcendentium per vulgarem ſubſtitutionem evanuit, facit quoque evaneſcere promiſſionem alienandi ex cauſa dotis, appoſitam limitativè ad prohibitionem præcedentem, dec. Flor.31. n.25. pag.539.

PROMISSIO

Aſſiſtentia intelligitur de aſſiſtentia conjuncta cum operatione, ſi Partes loquutæ ſunt de aſſiſtentia *ſupradicta*, & ſupra nominata ſit aſſiſtentia cum operatione, dec. Senen.30. n.1. pag 180. ubi de ratione, *& Vide latiùs in Verb.* Socius *verſ.* aſſiſtere.

Conditionalis, conditione defecta, habetur, ac ſi non emanaſſet, dec. Sen.9. num.17. pag.52.

De ſervendo, interveniente mutua ſtipulatione, cæteriſque ad perfectionem contractus requiſitis, inducit perfectam obligationem, ibid n.11.

Item concurrentibus actibus poſitivis traditionis rei, & ſolutionis pretii, d. dec. Sen.9. n.12. pag 51.

Item in promiſſionibus, alterius tantum ex contrahentibus conſenſum exigentibus, ut eſt promiſſio de donando, vel ſe obligando, ibid. n.13.

Item favore dotis, d. dec. Sen.9. num.10. pag.51. & n.31. pag.54.

De vendendo, quæ plures continet conditiones non adimpletas non habetur pro venditione, d. dec. Sen.9. n.15. verſic. præterea quia, & ſeqq.

Et ſi non importat venditionem reſpectu contractus principalis, qui præcedere debet, nec illum poteſt importare reſpectu ad contractum acceſſorium, qui debet ſubſequi, d. dec. Senen.9. n.19.

Sicut ſi non importat venditionem reſpectu relati, nec illam importat reſpectu referentis, d. dec.9.n.35.

Promittens vendere poteſt compelli ad vendendum, ſi contractus ſit correſpectivus, & emens implevit ex parte ſua, d. dec. Sen.9. n.17.

Et ex quibus ceſſet correſpectivitas, d. dec. 9. n.18. & ſeqq.

PROTESTATIO

Novationem non inducit, ſtantibus clauſulis præſervativis in ea adhibitis, dec. Sen.21. n.55. pag.127.

PROXENETA

Ceſſante dolo, proponens certa negocia explenda cum perſonis, quas laudat, nec mandati, nec aliam obligationem contrahit, dec. Flor.21. n.34. pag.455.

Quia verba Proxenetarum nec dicuntur, nec recipiuntur ad finem inducendi obligationem, ibid. n.35., *& vide materiam in Verb.* Litteræ commendatitiæ.

Salarium Proxenetæ, ſeu mediatori debitum eſt, licèt non conventum, dec. Flor.3. n.25. pag 335.

PROXIMIOR

Exiſtentia proximioris in loco, qui potuit intervenire contractui non præſumptivè, ſed verè, & realiter ab allegante probanda eſt, dec. Flor.16. n.46. pag.499.

Et qui dicatur proximior ad hunc effectum, *vide in Verb.* Mulier *verſ.* obligatio mulieris vigore ſtatuti.

Magis dilectus à Teſtatore cenſetur, quàm remotior, deciſ. Florent. 31. num.69. pag.547.

Nepos, tam Jure canonico, quàm civili inſpecto, proximior dicitur Conſobrino, dec. Sen.35. §.2 n.20. pag.139.

PROXIMITAS

Gravati, non gravantis attenditur in fideicommiſſis juxta opinionem Florentiæ receptam, dec. Flor.6. n.11. pag.354., & dec. Flor 26. n.15. pag.496. & dec. Flor. 57. n.23. pag.833.

Et quidem inſpecto tempore purificationis fideicommiſſi, ideo magis proximus ſupervenient poſt fideicommiſſum, jam à minus proximo adeptum, bona ab iſto non avocat, deciſ. Florent.58. num.26. pag.548.

Etiam-

Etiamſi fiat tranſitus de maſculis ad fœminas, dummodo non varietur linea, ſed fœmina ſit filia ultimi gravati, dec. Floren.6. n.12. pag.355.

Limita quando ſtatutum excludit fœminas propter maſculos, & Teſtator voluit ſe ſtatuto conformare, nam tunc attenditur proximitas gravantis, non gravati, dec. Flor.14. n.29. pag.401.

Præcipuè quando filii, & deſcendentes non ſint in conditione poſiti, ſed diſpoſitivè vocati, & referuntur contrarii, ibid. n.30.

Pro contraria, quod nempè etiam in dicto caſu attendatur proximitas gravati, afferuntur Auctoritates, etiam in terminis Statuti Florentini, d. dec. Floren.14. n.31. pag.401. & n.32. pag.402.

Conſtito ſtatutum non intrare, ſilet quæſtio, an proximitas gravati, vel gravantis ſit attendenda, ibidem num.33. pag.402.

Regulatur ad effectum ſucceſſionis, facta graduum computatione ſecundum Jus civile, dec. Sen.35. §.2. n.19. pag.239.

Utroque tamen Jure attento, nepos proximior dicitur conſobrino, ibid. n.20.

PUBLICITAS

Via ex quibus arguatur, *vide latè in Verb.* Via *verſ.* publica.

PUPILLUS

Agere nequit pro mala adminiſtratione in totum contra unum ex Tutoribus, ſi ipſe eſt hæres alterius, pro medietate pariter obligati, dec. Sen.28. §. Unic. n.75. pag.173.

Declara ſi ambo adminiſtrarunt, ſecùs ſi ille ſolus, contra quem agitur, ibid. num.76.

Maximè ſi ille, qui non adminiſtravit, non probatur participaſſe de dolo, vel culpa alterius, d. dec. Sen.28. §. Unic. n.77. pag.173.

Cætera vide in Verb. Tutor.

Contractus Pupilli abſque interventu Tutoris non valet, d. dec. Senen.28. §. Unic. n.25. & ſub n.28. pag.166.

Item ſi in eo non intervenit ipſemet Pupillus, qui erat major infante, ibidem n.29. pag.167.

Educari, & ali apud quem debeat, *vide in Verb.* Educatio, *& in Verb.* Tutor *verſ.* pupillo.

Tutor quiſnam poſſit eligi Pupillo, aut Dementi, *vid. in Verb.* Tutor *verſ.* pupillo.

Q

QUALITAS

A*Rbitri*, qui ſit perſona docta, & juriſperita facit præſumere compromiſſum, dec. Sen.2. n.7. pag.6.

Idemque operatur qualitas prætenſionum hinc inde vigentium, & Juris articulum concernentium, ibid. n.8.

Hæreditaria in diſpoſitionibus mixtis ſufficit in deſcendente reſpectu Teſtatoris, vel primi acquirentis, non curato, an concurrat reſpectu bonorum ultimi defuncti, dec. Sen.32. n.16. pag.204., *& vid. materiam in Verb.* Hæres *verſ.* Appellatione.

Et an requiratur actu, vel ſufficiat habitualis in caſibus, in quibus qualitas hæreditaria reſpectu ultimi defuncti requiritur, *vide in Verb.* Hæres *verſ.* appellatione.

Maſculinitatis repetita in pluribus gradibus quid operetur, *vide in Verb.* Maſculinitas.

Quæ eſt fundamentum intentionis, concludenter ab allegante probari debet, dec. Sen.19. n.9. pag.98.

Religionis, nobilitatis, & bonæ famæ contrahentium, ſimulationis præſumptionem excludit, dec. Senen.1. num.4. pag.3.

Requiſita in teſtamento revocato non cenſetur repetita in revocatorio, dec. Sen.45. n.14. pag.280.

Volita à Teſtatore in ingreſſu vocationis, per neceſſè non poteſt inferri, quòd fuerit volita in progreſſu, dec. Flor.57. n.33. & ſeqq. pag.834., *& vide in Verb.* Conditio ſi ſine filiis.

Ideo maſculi per plura media fœminina paſſim admittuntur in progreſſu, quamvis in ingreſſu Teſtator vocaverit maſculos, ab uno medio fœminino provenientes, ibid. n.34.

Et an, & quando qualitatis unius repetitio locum habeat in alia teſtamenti parte, dec. Florent.58. num.32., & ſeqq. pag.849.

R

RATIFICATIO

Mandato æquiparatur, ejuſque defectum ſupplet, dec. Floren.32. n.24. pag.555.

Non inducitur abſque ſcientia, dec.Sen.49. n.23. pag.299.

Tam Juris, quàm facti, dec. Flor.46. n.67. pag.737.

Et ignorantia facti ex quibus excludatur, ibid. n.68. cum ſeqq., *& vide in Verb.* Ignorantia, *& in Verb.* Minor.

Et ignorantia juris cui non ſuffragetur, d. dec. Flor.46. n.70. pag.738., *& vide in Verb.* Ignorantia.

Auctoritates in contrarium pro excludenda ratificatione ob defectum ſcientiæ referuntur, ibid. n.72. pag.738.

Opinio pro inducenda ratificatione ſecurè procedit, ubi circumſtantiæ concurrant ad ſcientiam oſtendendam, d. dec. Flor. 46. n.73. pag 738.

Succeſſiva declarat, qualis fuerit intentio mandantis uſque à principio, dec. Senen.18. n.5. pag.95.

Alia vide in Verb. Renunciatio *verſic.* Ratificatio.

RATIO

Conſervationis perpetuæ bonorum in familia, eorumque alienationis prohibitio, oſtendunt, vocatos fuiſſe deſcendentes unum poſt alium, deciſ. Flor.31. n.17. pag.538.

Limita, ut ibid. n.18., *vide in Verb.* Subſtitutio vulgaris.

Conſervandi bona in agnatione, prohibitioni alienationis adjecta, quamvis in verbis ſit realis, ſi tamen ſit continuativa, & acceſſoria prohibitioni perſonali, induit naturam merè perſonalis, d. dec. Flor.31. n.49. pag.544.

Proindèque non valet augere numerum perſonarum vocatarum, & novum, ac diverſum fideicommiſſum inducere, ibid. n.50.

Eadem ubi militat, idem cenſetur diſpoſitum, dec. Senen.3. n.29. pag.15. & deciſ. Senen.22. n.17. pag.121.

RATIOCINIUM

De ratiociniis, & ſubtilitatibus non eſt curandum, quando habetur auctoritas individualis claſſici Auctoris, dec. Senen.35. §.2. ſub n.31. pag.240. & dec. Senen.36. n.33. pag.252.

RATIONIS REDDITIO

Semel facta amplius fieri, & revideri non debet, dec. Senen. 28. n.1. pag.158. & §. unic. ejuſdem deciſ. n.21. pag.166.

Rationes enim ſemel calculatæ, ritè, & rectè diſpunctæ cenſentur, dec. Flor.10. n.3. pag 370.

Limita primò, ſi clariſſimè de errore doceatur, d. dec. Senen.28. n.2. pag.158. & d. §. unic. n.23. & 24. pag.166.

Sed excluditur error ex relatione Peritorum, aſſerentium errorem non adeſſe, ibid. n 3. pag.158.

Et è converſo dicitur probatus, ſi conſtet de erroneitate unius Partitæ, d. deciſ. Senen.28. §. unic. n.45. pag.169. & n.65. pag.172.

Limita ſecundò, ſi prima redditio fuit nulla, ibid. n.23. pag.166.

Et ex quibus nullitas reſultet, d. dec. Senen.28 §. unic. n.25. & ſeqq. pag.166.

Limita tertiò, ſi in illa læſio, vel dolus intervenit, ibid. n.24.

Quo caſu iterum reddi debet, etiamſi facta per viam tranſactionis, & quietationis cum ampliſſimis clauſulis, d. dec. Senen. 28. §. unic. n.73. pag.173.

Error autem, dolus, & læſio reſultat, ſi Tutrix poſuit ad debitum partitam alimentorum pro pupillo minore triennio, qui debet ali, & lactari à matre, dec. Senen. 28. §. unic. n.32. & 33. pag.167.

Secundò reſultat, ſi poſuit ad debitum damna, & intereſſe pro effectibus ſequeſtratis, & cenſibus neceſſariò alienatis à Patre Pupilli, ibid. n.34. & 35. pag.168.

Maximè ſi cenſus fuerunt dati marito in dotem æſtimati, d. dec. Senen.28. §. unic. n.36. & ſeqq. pag.168.

Vel ſi mater percepit alimenta in domo filiorum, ibid. n.41.

Vel ſi adminiſtravit eorundem bona, d. dec. Senen.28. §. unic. n.43 & 44. pag.169.

Tertiò reſultat, ſi Tutrix eſſet creditrix, & debitrix, quo caſu non debebat ſe conſtituere creditricem, ſed compenſare, ibid. n.46.

Quartò, ſi conſtituit debitorem Pupillum pro debito ſoluto, non à Tutrice, ſed ab alio de pecuniis Pupilli, d. dec. Senen.28. §. unic. n.47. pag.169. & num.51. pag 170.

Quintò, ſi fuit poſita partita totaliter ad de-

debitum Pupilli, quando pro parte tantum ad ipſum ſpectabat, & pro alia parte ad Tutricem, ibid. n.48. pag.169. & n.49. pag.170.

Sextò, ſi Tutrix loco inhereditandi Pupillum, illum fecit debitorem, ibidem d. n.49.

Septimò, ſi Tutrix poſuit ad ejus creditum ſolutionem factam cum pecuniis fructuum dotalium, durante matrimonio decurſorum, ibidem n.50.

Octavò, ſi Tutrix poſuit ad ſuum creditum partitas ſolutionum non juſtificatas, d. dec. Senen.28 §. unic. num.52. 53. & 55. pag.170.

Nonò, & partitas à Pupillis jam ſolutas, ibid. n.54. pag.170. & n.56. pag.171.

Decimò, ſi Tutrix valutavit vinum hæreditarium longè minus, quàm valeret, d. dec. Senen.28. §. unic. n.57. pag.171.

Undecimò, ſi poſuit ad ſui creditum partitas, in parte duplicatas, ibidem n.58.

Duodecimò, ſi in confuſo deſcripſit redditus hæreditarios, d. dec. Senen. 28. §. unic. n.60. & ſeq. pag.171.

Decimotertiò, aut ſi illos omiſit deſcribere, ibid. n.61. pag 172.

Decimoquartò, ſi omiſit deſcribere, & exigere nomina debitorum, & iſta ad ſui debitum non poſuit, d. dec. Senen. 28. §. unic. n.62. pag.172.

Limita quartò, ſi non fuit benè, & perfectè reddita, d. dec. Senen. 28. §. unic. ſub n.24. pag.166.

Et non dicitur benè reddita, ſi non conſtet de Bilancio, quaſi tunc in folle reddita fuerit, ibid. n.31. pag.167.

Præcipuè ſi ad illud ſe referat, ibidem n.30.

Item ſi reddita fuit à Tutore abſque confectione Inventarii tutelaris, & hæreditarii, d. dec. Senen.28. §. unic. num.68. pag.172.

Item ſi in redditione non fuerunt reſtitutæ Scripturæ, ad hæreditatem pertinentes, ibid. n.70. pag 173.

Item ſi reddita fuit ei, qui inſervit Domino extra munus Magiſtri domus, qui non liberat Adminiſtratorem ab ulteriori redditione rationis, d. dec. Senen. 28. n.4. pag.158.

Immò etiamſi reddita ſit ipſi Magiſtro domus, qui non poteſt præjudicare Domino, abſque illius approbatione, & ſubſcriptione, ibid. n.5.

Contra, ibidem num.8. 9. & 10. pag.159.

Quia in hoc conſiſtit officium Magiſtri domus, ideo eſt perſona legitima ad hunc effectum, d. dec. Senen.28. num.7. pag.159.

Et eo magis ſubſiſtit redditio rationis, & ſolidatio computorum facta à Magiſtro Domus, ſi fuit facta de conſenſu Domini, ibid. n.13. pag.159.

Deciſio S. Rotæ Romanæ in contrarium allata explicatur, ibidem num.11. & ſeqq.

An autem quis ſit magiſter Domus colligitur ex ordinibus, libris, & qualitate negociorum, d. dec. Senen.28. num.6. pag.159.

Quando non fuit benè reddita, vel reddi non valet, contra Tutorem, vel Adminiſtratorem in litem juratur, d. deciſ. Sen.28. §. Unic. num.2. pag.163. & n.66. pag.172.

RECEPUTA

Continens expreſſionem cauſæ, ob quam fuit mutuata pecunia, probat ipſius pecuniæ deſtinationem, dec. Sen.47. n.15. & 16. pag.290.

Facta cum expreſſione, quòd ſolutio fiat jure redditus perpetui, arguit naturam redditus irredimibilis, dec. Sen.42. n.8. pag.271. , *& vide in Verb.* Redditus *verſ.* annui redditus.

Non requiritur in largitionibus alicui factis, vel aliis expenſis, pro quibus reportari non ſolet documentum, dummodò ſint veriſimiles, & ſolitæ fieri, dec. Sen.47, n.17. pag.290.

Per ſaldo totius debiti ſolutionem importat, dec. Sen.17. n.36. pag.94.

Requiritur ad hoc, ut Tutori, vel alteri adminiſtratori partita poſita in debitum bonificetur, dec. Sen.28. §. Unic. n.53. pag.170.

RECESSUS

A conventione inita in contractu non remanet juſtificatus, niſi probationes ſint concludentiſſimæ, & indubitatæ, dec. Senen.49. num.3. pag.297. & num.10. pag.298.

Vel niſi concurrant actus omninò pugnantes, & incompatibiles cum conventione, ibid. n.4. pag.297.

Immò excluditur, ſtante inveriſimilitudine, d. dec. Sen.49. n.5. pag.297.

Et inveriſimilitudo eſt, ſi non fuerit in ſcriptis redactus, quando de præcedenti con-

conventione per ſcripturam conſtabat, & agitur de perſona juriſperita, ibid.

Præcipuè ſi Judex, qui prætenditur ſuper receſſu declaraſſe, ſententiaverit ſuper pluribus minimi momenti exceptionibus, & de iſta, quæ eſſet maxima, nihil dixit, & pars pro ea non inſtetit, d. dec. Sen. 49. n.6. pag.298.

Non probatur receſſus à conventis in Apoca per publicum inſtrumentum, ſi in eo adeſt præſervativa, ibid. n.7.

Item non probatur ex eo, quòd conductor alteri accollaverit onus ſolvendi æſtimum, in ſe primo loco aſſumptum, ſi hoc provenire potuit, ex quo accollans ſit Clericus, & ad æſtimum non obligatus, & vice verſa ab hac accollatione plura utilia recepit à conductore, d. dec. Senen.49. n.8. pag.298.

Immò ex hoc deſumitur argumentum contrarium excluſivum receſſus, ibid. n.9. 10. & 11.

Prout ſemper hæc capienda eſt interpretatio, ut quantum poſſibile eſt, excludatur receſſus, dicta deciſ. Senen. 49. num.11. pag.298.

Præcipuè ad evitandum abſurdum, ibid. num.10.

Item non probatur, ex quo Locator reimburſaverit Conductorem de æſtimo ſoluto, ſi iſte fuit gravatus pro duplici debito, ad quorum alterum tenebatur Locator, dicta dec. Senen. 49. numer. 12. pag.299.

Niſi probetur in Locatore ſcientia, quòd Conductor ſolviſſet ſolùm pro debito æſtimi, & non pro alio, ibid. n.13.

Quæ ſcientia excluditur ex declaratione facta per debitorem etiam ex intervallo, ibid. n.14. *& vide in Verb.* Solutio *verſ.* cedit.

RECOGNITIO

Scripturæ, *vide in Verb.* Scriptura *verſ.* privata.

RECONVENTIO

Et alia ſimiles exceptiones an poſſint opponi à Conductore, ad retardandam dimiſſionem rei locatæ, finita locatione, *vide in Verb.* Conductor *verſ.* dimittere.

REDDITIO RATIONIS

Vide in Verb. Rationis redditio.

REDDITUS

Annui redditus, dum incognita eſt illorum origo, & primordialis natura, præſumuntur perpetui, dec. Senen.42. n.1. pag.270.

Et irredimibiles, ibid. n.2.

Contra, ibid. n.5. pag.271.

Declara primò hanc ſecundam opinionem procedere poſſe in annuis redditibus in eſſe deductis poſt Bullam Pii V. de Cenſibus, ſecùs in aliis conſtitutis ante dictam Bullam, dict. dec. Senen.42. n.6. pag.271.

Declara ſecundò, procedere in dubio, ſecùs ſi conſtet de voluntate Partium conſtituendi redditum perpetuum, & irredimibilem, ibid. n.7.

De tali autem voluntate conſtare dicitur, veluti ſi ſolutiones, & receptæ factæ fuerint jure redditus perpetui, d. dec. Sen.42. n.8. pag.271.

Item ſi contractus ſpecialiter denominatus fuerit -- *di perpetuo*, ibid. n.9.

Item ſi perpetuus interpretetur ab uſu, & conſuetudine Regionis, quæ ſemper ad hunc effectum attenditur, d. dec. Sen.42. n.10. pag.271.

Contra, ſi in receptis ſit expreſſum -- *per pigione, e per proprietà* -- cum in contractu locationis, vel proprietatis licitum ſit Conductori, & Dominiario renunciare contractui, ex diſpoſitione Statuti Senenſis, vel ſimilium, ibidem num.11.

Sed hoc limita, ſi conſtet conceſſionem locationis, aut proprietatis factam fuiſſe in perpetuum, & jure redditus perpetui, dict. deciſ. Senen.42. num.12. pag.272.

Quod conſtare dicitur, ſi verbo -- *pigione* -- additum ſit -- *perpetuo* --, quia iſtud tamquam magis ſpecificum qualificat verbum generale -- *pigioni* --, ibidem n.12. & 13.

Nàm verba ſpecialia limitant, & declarant generalia, dict. dec. Senen.42. num.14. pag.272.

Et quia verbum -- *perpetuo* -- eſt adjectivum, quod ſemper qualificat, & declarat ſubſtantivum, ibid. n.15.

Et allegans, enunciativas perpetuitatis eſſe erroneas, id concludenter probare debet, dict. deciſ. Senen.42. num.16. pag.272.

Nec dicitur probatus ex eo, quod aliæ ſimiles ſint erroneæ, concurrente diverſitate rei, temporis, & contractuum, ibid. n.17.

Conſtitutus pro locatione perpetua, ex parte debitoris eſt irredimibilis, d. dec. Sen.42.

num.19. pag.272.

Promiſſio manutentionis certi annui redditus cum obligatione ſui ipſius, & ſuorum bonorum obligat ad ſupplementum de propriis bonis in caſu deficientiæ, dec. Flor.47. n.4. pag.741.

Et obligationi ſit locus eo ipſo, quod conſtat, redditum eſſe minorem, dec. Flor.46. n.2. pag.729.

Limita, quando obligatio nomine proprio referri poteſt ad cauſam præambulam teſtamenti, nam tunc obligatio in propriis bonis reſtringitur ad bona, ſibi in partem obventa vigore teſtamenti, dec. Flor.47. n.5. pag.741.

Contra, ibid. n.7. pag.742., *& vide in Verb.* Commenda.

Pro annuo reddito promiſſis taxativè certis bonis, eiſque conſignatis, dicitur ſatisfactum obligationi, etiamſi redditus ſit minor eo, qui fuit expreſſus, dec. Flor.46. n.5. pag.730.

Contra, ſi promiſſa fuerint bona cum certo annuo reddito, tunc enim promiſſio ſervari debet, etiam in reddito, nec intrat diſtinctio, an bona fuerint in obligatione, & an in genere, vel in ſpecie ſint deſignata, ibid. n.7. & 8.

Si fructus annui redditus ſint expreſſi relativè ad certa bona, non debent intelligi majores, quàm eadem bona ſint apta ferre, dict. dec. Floren.46. n.11. pag.731.

Fructus namque ex re, etiam expreſsè conventi, non debentur in majori quantitate, quàm ex re percipiantur, ibidem num.12.

Declara, ut ibid. n.74. & ſeqq. pag. 738., *& vide in Verb.* Commenda.

Qui ſolvitur ſola ratione poſſeſſionis bonorum, per illorum dimiſſionem ceſſat, & debitor liberatur, d. dec. Senen.41. n.20. pag.272.

Sed concluſio procedit in uſufructuario, qui renunciando uſufructui liberatur ab oneribus illi annexis, ibid. n.21. pag 272. & n.22. pag.273.

Vel in tertio poſſeſſore rei cenſitæ, qui dimiſſione illius liberatur à cenſu, d. dec. Senen.41. n.23. pag.273.

Secùs in eo, qui non ſimpliciter ratione bonorum, ſed ex cauſa præcedentis contractus ad annuam præſtationem tenetur, ibid. n.24.

[illegible]

Non poteſt habere majorem efficaciam, nec plus operari, quàm relatum, dec. Senen.9. n.35. pag.54.

Plenè probat etiam ſine relato, quando continet certam, & determinatam diſpoſitionem, dec. Flor.51. num.4. & 5. pag.769.

REGULA

Eſt, quod uni prodeſt, & alteri non nocet, non eſſe denegandum, dec. Flor.47. n.2. pag.740.

REGULÆ CANCELLARIÆ

Trigeſima ſexta de Triennali, poſſeſſorem triennalem beneficii tuetur ab omnibus moleſtiis, deciſ. Flor.45. n.33. pag.701. & §.2. n.20. pag.718.

Triennalis poſſeſſor poteſt allegare meliorem titulum de mundo, d. dec. Flor.45. §.2. n.21. pag.719.

Quia triennalis poſſeſſio inducit præſumptionem validitatis tituli, & ſuperventæ diſpenſationis, ibid. num.22. pag.719. & n.33. pag.720.

Et ſæculariſationis Beneficii, & cujuſlibet alterius melioris tituli de mundo, ibid. num.33.

Ideo ea ſtante nullitas gratiæ amplius allegari non poteſt, d. dec. Flor.45. §.2. n.41. pag.721.

Et dicta regula ſuffragatur poſſeſſori beneficii, etiam contra proviſum Apoſtolicum, dec. Flor.45. n.34. pag.701. & §.2. n.20. pag.718.

Sive poſſeſſor ſit proviſus ab Ordinario, ſive ab Indultario, d. dec.45. num.35. pag.701. & §.2. num.24. & 25. & ſeqq. pag.719.

Et quamvis agatur de beneficiis exceptis, reſervatis, vel debitis certo generi perſonarum, d. dec. Flor.45. n.36. pag.701. & §.2. n.22. pag.719.

Et compræhendit omnes alios caſus, exceptis illis Simoniaci ingreſſus, & intruſionis, d. dec. Flor.45. n.37. pag.701. & §.2. n.20. pag.719.

Niſi Simonia ſit commiſſa à Patre, vel alio, eo inſcio, d. dec. Flor.45. n.38. pag.701.

Et poſſeſſio triennalis Auctoris juvat Succeſſori beneficii, ibidem num.39. & 40. pag.701. & §.2. n.34. pag.720.

Maximè, ſi ſucceſſor poſſedit per 40. annos, d. dec. Flor.45. n.40. pag.701.

Quia reſignatarius una, & eadem perſona cum reſignante habetur, ibid., *& vide in verb.* Reſignans. Con-

Contra, quòd ſit perſonalis, d.dec. Flor.45. §.2. n.35. pag.720.

Limita, quando poſſeſſor non eſt de novo proviſus, ſed eſt reſignatarius, ibidem n.36. pag.720.

Ad effectum tamen, ut triennali poſſeſſori regula ſuffragetur, neceſſe eſt, quòd habeat titulum coloratum, d. dec. Flor. 45. §.2. n.23. pag.719.

Qualem ſolùm tribuit proviſio facta à Papa, vel ab Ordinario, habentibus de jure originariam poteſtatem conferendi, ibidem n.24.

Non verò proviſio Nuncii, ibid.

Vel Cardinalis Indultarii, conferentis beneficia regularia, d. dec. Flor.45. §.2. n.25. pag.719.

Contrarium, quòd proviſio facta à Nuncio tribuat titulum coloratum, ibid. n.26. pag 719.

Et contraria procedunt, quando Nuncius providet, non ſervata forma propriarum facultatum, nempe non habita prius informatione valoris ſuper exceſſu ducat. 24. auri de Camera, ibid. ante num.26. d. pag.719.

Triennalis autem poſſeſſio remanet interrupta per litem, qualiſcumque ea ſit, d. deciſ. Flor.45. n.41. pag.702.

Etiamſi lis ſit nulliter mota, ibid.

Et etiamſi non verſetur ſuper titulo, & ſubſtantia beneficii, ibid.

Immò interrumpitur etiam per moleſtias extrajudiciales, ibid.

Limita quoad litem motam, ſtante nullitate citationis, per quam non interrumpitur triennalis poſſeſſio, d. dec. Flor.45. n.42. pag.702.

Et quoad moleſtias limita, niſi fuerint illatæ circa poſſeſſionem, & perceptionem fructuum, ibid. n.43.

Et quales dicantur hujuſmodi moleſtiæ, ad hunc effectum ſufficientes, ibid.

Item limita, ſi poſtquam illatæ ſunt, labatur aliud triennium, d. dec. Flor.45. n.44. pag 702.

Ceſſante enim proſecutione moleſtiarum, incipit currere novum triennium, quo completo ſit locus dictæ regulæ, ibid. n.45.

Non ſuffragatur triennalis poſſeſſio proviſo ſub expreſſa conditione, ut intra quatuor menſes novam proviſio obtinere-torè Sede Apoſtolica, d. dec. Flor.45. §.2. n.27. pag.719.

Item non ſuffragatur ſæculari, poſſidenti beneficium regulare, attenta diſpoſitione Sac. Concilii Tridentini junta clauſulæ *ſublata*, & decreto irritanti, ibid. n.28.

Contra, quia, excepto caſu reſervationis clauſæ in corpore juris, aut Simoniaci ingreſſus, decretum irritans non afficit poſſeſſionem triennalem, d. deciſ. Flor. 45. §.2. n.29. pag.719.

Maximè ubi non concurrit ſimplex poſſeſſio triennalis, ſed decennalis, & ultra, per quam præſumitur titulus validus, etiam contra decreta Concilii Tridentini, ibid. n.31.

Et hoc procedit, etiam adverſus omnes reſervationes promanantes à regulis Cancellariæ, & decreto irritanti, d. deciſ. Flor.45. §.2. n.30. pag.719.

Deciſio contraria explicatur, ibidem n.31. pag 720.

REINTEGRATIO

Non retardatur, mediante exceptione dubia, deciſ. Senen.18. §. unic. numer.96. pag.176.

RELATIO

Dictio — dette — relationem importat cum repetitione omnium qualitatum, ſuperiùs expreſſarum, dec. Senen.30. n.2. pag.180.

Item relationem importat dictio *— ut ſupra —*, & omnia ſuperiùs expreſſa, & in actu relato contenta repetit, dec. Senen. 84. n.3. pag.813., *& vide in Verb.* Primogenitura, *verſ.* ordinata cenſetur.

Facta in ſubſtitutione ad perſonam alicujus, mediante dictione *— del medeſimo —* quando dicatur potius demonſtrationem, quàm reſtrictionem importare, *vide in Verb.* Subſtitutio in genere *verſ.* de hæredibus.

Fit ad proximè nominatos, ſtante dictione *illi*, vel *ille*, quæ denotat perſonalitatem, dec. Sen.25. n.19. pag.143.

Quandoque fit ad orationem, cui magis congruit, non attenta majori, vel minori proximitate, dec. Flor.8. num.10. pag.362.

Item fieri debet, congrua congruis referendo, deciſ. Senen.35. §.1. num.46. pag.231.

Item fieri debet præter quam ad ea, de quibus in referente fuit aliter diſpoſitum, ibid. n.48.

Numquam fit ad ea, quæ acceſſoriè, & enunciativè dumtaxat, & cauſa demonſtrationis in ſcriptura continentur, dec. Flor.

27. num. 14. pag. 306.

Generaliter, & verbis prægnantibus operatur, ut omnia cenſeantur repetita per modum expreſſi, non autem taciti, dec. Flor. 38. n. 6. pag. 845.

In depoſitione Teſtium examinatorum ſuper ſtatu libero ſit ad diſtum principale, non ad qualitatem filiationis, ibidem num. 15.

Peritorum, *vide in Verb.* Periti.

Virtus relationis eſt repetere conditiones relati, non tamen eas alterare, vel immutare, dec. Senen. 25. n. 31. pag. 145.

RELEVANTIA

Vide in Verb. Poſitiones, *& in Verb.* Articuli *verſ.* denegari.

RELIGIOSUS

Confeſſio Religioſi an, & quando probet in præjudicium Monaſterii, dec. Sen. 11. n. 22. pag. 62.

Excluſio Religioſorum dicitur facta, quia in eis non poteſt haberi except. propagatio familiæ, dec. Florent. 36. n. 12. pag. 613.

Ingreſſus in Religionem incapacem bonorum, illa devolvuntur ſtatim ad agnatos, adeoque ea ex poſt non recuperat, mediante tranſitu ad aliam Religionem capacem, dec. Flor. 13. n. 33. pag. 303., ubi affertur ratio, *& vide in Verb.* bona *verſ.* devoluta.

Profeſſus non eſt habilis ad auctorandum, eu proximos, contractum mulieris, dec. Sen. 36. num. 14. pag. 249., *& vide latè in Verb.* Mulier.

Profeſſus in Religione capaci bonorum poteſt ſuccedere in fideicommiſſo, cui ſit adjectum onus geſtandi cognomen, & arma, dec. Flor. 35. n. 48. pag. 609., ubi rejiciuntur contrarium tenentes.

Ei durante vita Monachi Monaſterium poſſeſſionem, & uſumfructum acquirit, ibid. n. 49. pag. 610.

Diſparitas inter Monaſterium, & Patrem quoad acquiſitionem uſusfructus in bonis, filio, vel Monacho delatis cum hoc onere, aſſignatur, d. dec. Flor. 35. n. 50. cum ſeqq. pag. 610., *& vide in Verb.* Monachus.

Tranſiens ex diſpenſatione Pontificia ad Religionem bonorum capacem, non recuperat bona poſſeſſa per ſubſtitutum, dec. Flor. 13. n. 33. pag. 303.

P. Joannes Baptiſta, & P. Bartholomæus de Comitibus Societatis Jeſu Religioſi, Eruditi Authores, laudantur, eorumque munera recenſentur, dec. Flor. 40. num. 40. pag. 438.

REMEDIUM

A lege ſi conceſſum ſit, intelligitur etiam conceſſa actio pro eo exercendo, dec. Sen. 3. n. 34. pag. 16.

REMISSIO

Penſionis, ſeu mercedis, *vide in Verb.* Defalcum.

REMISSORIA

Non conceditur pro examinandis teſtibus, quando contenta in articulis poſſunt faciliter probari per ſcripturas, ut puta per ſententiam, dec. Flor. 26. num. 38. pag. 498.

Maximè ſi poſt denegationem remiſſoriæ fuerit litigatum coram pluribus Judicibus, & allegata mordicùs injuſtitia denegationis remiſſoriæ, & numquam fuit exhibita ſententia, ibid. n. 39.

RENUNCIANS

Renuncianti ad jura, & bona renunciata non datur amplius regreſſus, deciſ. Flor. 4. n. 1. pag. 336.

Nec ideo ei concedi poteſt remiſſio, cum obſtet renunciatio, ibid. n. 2.

RENUNCIARE

Renunciari validè poteſt beneficio, favore ignorantium inducto à *l. de his ff. de Tranſaction.*, dec. Flor. 4. n. 38. pag. 343.

Nec dictæ legi neceſſe eſt renunciare pro validanda renunciatione jurium, de quibus expreſsè fuit facta mentio, ibid. num. 39.

Immò ſufficit enunciatum fuiſſe teſtamentum, & diſpoſitionem in eo contentam, d. dec. Flor. 4. n. 40. pag. 343.

Ex tali namque enunciatione deſumitur ſcientia intellectualis ſufficiens abſque eo, quòd verba teſtamenti exprimantur viſa, & lecta, ibid. n. 41., *& vide in Verb.* Renunciatio *verſ.* generalis.

RENUNCIATIO

Generalis non comprehendit fideicommiſſum ignoratum, dec. Florent. 4. num. 4. pag. 336.

Declara, niſi conſtet de contraria voluntate contrahentium, quòd renunciatio extendatur etiam ad jura ignorata, ibidem num. 5.

De hac autem voluntate dicitur conſtare. Primò, ſi renunciatio facta ſit ex cauſa, quæ aliàs non ſortiretur effectum, d. dec. Flor. 4. n. 6. pag. 337.

Ve-

Veluti quia verificaretur in bonis, & juribus, à quibus renunciatum eſt per Statutum, vel aliter excluſus, ibid. n.7.

Secundò, ſi facta ſit à Sorore in recompenſationem dotis exceſſivæ, ei à Fratribus conſtitutæ, d. dec. Flor.4. num.17. pag.338.

Tertiò ſi ſit realis, & ampliſſimè concepta per pactum de non petendo &c., ibidem n.18. & 20. pag.339.

Hæc enim renunciatio tollit renunciantem de medio, ac ſi numquam in rerum natura extitiſſet, ibid. n.19.

Atque ex verbis generalibus in ea adhibitis præſumitur in genere de omnibus cogitatum, d. dec. Flor.4. n.21. pag.339.

Ex qua cogitatione in genere facta extenditur renunciatio etiam ad fideicommiſſum, quod dicitur ignoratum, ibidem n.22.

Prout ex præſervatione certæ rei duntaxat, renunciando deinde omnibus aliis rebus, & juribus, *nemine excettuato*, d. decif. Flor.4. n.23. pag.340.

Ac pariter ex geminatis declarationibus renunciandi omnibus prætenſionibus, & præter certam ſummam nihil aliud conſequendi, ibid. n.24.

Præſertim additis aliis verbis ampliativis, d. dec. Flor.4. n.25. pag.340. & num.26. pag.341.

Fortiùs ſi hæc verba non valeant extendi niſi ad fideicommiſſum, quod dicitur ignoratum, ibid. n.27.

Neque talis renunciatio facta generaliter *omnibus aliis prætenſionibus* verificatur in juribus indubitatis, ſed in turbidis, & incertis, d. dec. Flor.4. n.28. pag.341.

Idcircò hæc verba dici debent appoſita ad renunciandum fideicommiſſis ignoratis, ſi ſint litigioſa, ibid. n.29.

Maximè ſi in alia parte ejuſdem inſtrumenti renunciationis ſemel accepta ſint pro comprehenſione, etiam incogitatorum, d. dec. Flor.4. n.30. pag.341.

Quartò, ſi renunciatio expreſſim ampliata ſit ad cogitata, & incogitata, ibidem num.31. pag.342.

Limita primò, niſi talis clauſula ampliativa ſit appoſita in executivis, d. dec. Flor.4. n.32. pag.342.

Et dicitur ita appoſita, quando exiſtit poſt clauſulam, *quæ omnia, & ſingula &c.* in fine inſtrumenti, ibid. n.34.

Declara, ut etiam ſic appoſitam dubiis non partem deſerviat ad declarationem diſpoſitivæ, d. dec. Flor.4. n.35. pag.342.

Limita ſecundò, ſi prædicta clauſula adjecta ſit promiſſioni de non contraveniendo, quia non valet operari circa fideicommiſſum ignoratum, non comprehenſum in diſpoſitiva, ibid. n.33.

Contrarium, ibid. n.36. pag.343.

Quintò ſi fuerit renunciatum *l. de his ff. de Tranſact.* ex qua renunciatione beneficium ab ignorantia derivans remanet ſublatum, d. dec. Flor.4. n.37. pag.343.

Et an, & quando beneficio ab hac lege inducto dicatur validè renunciatum, ibid. n.38. & ſeqq., *& vide in Verb.* Renunciare.

Ne autem ſolemnis hæc renunciatio *d. l. de his* ſit ſuperflua, dici debet cogitatum de diſpoſitionibus aliorum Teſtamentorum præter enunciata, d. dec. Flor.4. n.42. pag.343.

Accedente præſertim Juramento, ac Judicis certioratione, ex quibus arguitur renunciantem ex animo deliberato de omnibus juribus cujuſcumque generis cogitaſſe, & ſe ſpoliaſſe, ibid. n.43.

Amplia etiam in muliere, majore tamen annis 25., cui non prodeſt allegare ignorantiam, ubi cum Juramento, & Judicis certioratione renunciavit *d. l. de his*, d. dec. Flor.4. n.44. pag.343.

Sextò, ſi fuerit renunciatum cuicumque hæreditati, quæ poſſet competere, ibidem n.45. pag.344.

Nam hæc renunciatio complectitur quamcumque hæreditatem, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato obventam, & tam liberam, quàm vinculatam, ibid.

Ideoque extenditur etiam ad jura ignorata, & cauſam, & titulum de futuro tribuentia, d. dec. Flor.4. n.46. pag.344.

Præcipuè ſecuta ratificatione talis renunciationis per intereſſe prætendentes pro eorum deſcendentibus, ibid. n.47.

Eoque magis ignoratum fideicommiſſum comprehenditur, dum ratificatio facta nomine deſcendentium, ad aliud referri non poterat, d. dec. Flor.4. numer.48. pag.344.

Atque ex clara declaratione intereſſe habentium, quælibet tollitur ambiguitas, ſuadentibus verbis renunciationis aptis comprehendere fideicommiſſum ignoratum, ibid. n.51.

Prout ex ſpecificatione facta in ſecunda renun-

nunciatione, quæ ſatis oſtendit quid in prima fuerit comprehenſum, d. deciſ. Flor.4. n.54. pag.345.

Secùs tamen ex declaratione, etiam jurata, facta per renunciantem poſt motam litem, & diſcuſſam cauſam, quæ non attenditur circa id, quod dici debet in renunciatione comprehenſum, ibidem num.55.

Septimò pro comprehenſione fideicommiſſi in renunciatione generali plurimùm facit obſervantia, d. dec. Flor.4. num.56. & n.61. pag.345.

Quæ quidem obſervantia deſumitur ex taciturnitate renunciantis, veriſimiliter habentis ſcientiam fideicommiſſi, ibid. d. n.56. & 57.

Et an, & quando talis ſcientia præſumatur in Puellis Sponſis, d. deciſ. Flor.4. n.57. & ſeq. pag.345., *& vide in Verb.* Scientia *verſ.* præſumitur.

Item deſumitur obſervantia ex ſcientia, & patientia, quòd renunciatarius utatur aliis juribus, renuncianti competentibus, & in renunciatione non expreſſis, ibid. n.60.

Generalis quamvis ſit, non comprehendit fideicommiſſum nondum purificatum, dec. Flor.5. n.1. pag.347.

Id tamen intelligendum eſt juxta diſtinctionem inter jura futura, habentia cauſam de futuro, quæ non veniunt in generali renunciatione, ibid. n.2.

Et inter jura futura, habentia cauſam de præterito, quæ in ea comprehenduntur, d. dec. Flor.5. n.3. pag.347.

Ideoque comprehenduntur fideicommiſſa conditionalia, quippè quæ in ſpe probabili radicata, dicuntur in præſens deberi, ibid.

Etiamſi renunciatio reſtricta foret ad jura, uſque in præſens competentia, ibidem n.4.

Fortiùs ſi ulteriùs renunciatio concepta eſſet verbis ampliſſimis, puta *ex quacumque cauſa, & dependentia*, d. dec. Flor.5. n.5. pag.348.

Immò ex vi dictorum verborum generalium, & aliis *omnibus, & quibuſcumque, nemine excettuato* — etiam jura futura habentia cauſam de futuro comprehenduntur, ibid. n.6.

Eoque magis ſi renunciatio quoque ſit extenſa ad omne jus, *quod poſſet competere*, quæ ſunt verba de futuro, d. dec. Florent.5. num.7. pag.348.

Hoc autem verbum, *poſſet*, ubi refertur ad verbum, *prætendere*, non videtur tamquam de futuro comprehendere jura etiam futura, ibid. n.8.

Secùs ſi referatur *ad jura, & res*, ibidem n.10. pag.349.

Et quando *ad jura, & res* referri dicatur, d. dec. Flor.5. n.9. pag.349.

Eoque magis etiam fideicommiſſum purificandum in renunciatione comprehenditur, ſi hæc in alio non ſit verificabilis, ibid. n.11.

Vel ſi dos data æquivaleat renunciationi fideicommiſſi, ibid.

Ut renunciatio comprehendat jura de futuro, conſtare debet de certioratione renunciantis, d. dec. Flor.5. numer.12. pag.349.

Contra, ibid. n.15. pag.350., *& aliàs Vide in Verb.* Certioratio.

In hac enim materia ſtrictè facienda eſt interpretatio, d. dec. Flor.5. numer.23. pag.351.

Et in dubio jura futura non comprehendit, ibidem.

Limita, ubi verba ſint adeò univerſalia, ut congruè ad jura tantùm de præſenti referri non valeant, d. dec. Flor.5. n.24. pag.351.

Item limita in renunciatione correſpectiva, & onoroſa, in qua latior, & benignior admittitur interpretatio, ibidem num.25.

Et *vide infra verſic.* mulieris.

Juri ſibi quæſito non inducitur abſque ſcientia, dec. Senen.30. n.19. pag.182.

Litis facta ab uno ex Conſortibus inducit præſumptionem mali juris in alio, litem proſequente, dec. Senen.19. n.10. pag.99.

Mulieris cum verbis de futuro ad ſummum comprehendit jura competitura, maſculis extantibus, non eis deficientibus, d. deciſ. Flor.5. num.18. pag.350.

Stante tamen verborum amplitudine, & realitate renunciationis, hæc etiam in defectum maſculorum ſubſiſtit, nec mulier habet regreſſum, ibid. n.19.

Maximè ſi renunciatio facta fuit favore aliquorum, eorumque hæredum, nam tunc iſti, primis prædefunctis, admittuntur ad bona renunciata, d. dec. Flor. 5. n.20. pag.350.

Et fortiùs ſi renunciatio concepta fuit per

quam

viam donationis irrevocabilis, qua ſtante, mulier à regreſſu perpetuò excluditur, ibid. n.21. pag.351.
Auctoritates in contrarium explicantur, ibid. n.22.
Renunciatio mulieris dotatæ quando poſſit de læſione redargui, vel non, *vide latè in Verb.* Læſio.
Ratificatio renunciationis factæ relativè ad inſtrumentum non valet plus continere, quàm ipſummet inſtrumentum, deciſ. Flor.4. n.49. pag.344.
Limita, ſi referens non pendet ſimpliciter à relato, ſed à voluntate quoque referentis, qui plus, quàm in relato voluit, & potuit confiteri, ibid. n.50.
Cujuſcumque hæreditatis facta nomine deſcendentium compræhendit etiam jura ignorata, ſi ad aliud referri non poſſit, d. dec. Flor.4. n.45. pag.344.

REPARATIO

Ad Dominum, non ad Conductorem ſpectat, dec. Flor.20. n.4. pag.443.
Niſi ageretur de locatione ad longum tempus, quæ dominium transfert, ibidem num.5.
Onus enim reſtaurandi cum dominio indiſpenſabiliter tranſit, d. dec. Flor.20. n.6. pag.443.
Et pactum, quòd refectio Palatii ſpectet ad non Dominum, tamquam juris diſpoſitioni contrarium, ſtrictè, & ad limites verborum debet intelligi, ibid. num.25. pag.445.
Et ſic, vel de refectione pro prima vice interpretari debet, ibid. n.26.
Vel reſtringi debet ad modicam impenſam, d. dec. Flor.20. num.27. pag.446., *& Vide in Verb.* Expenſæ.
Rei feudalis ſpectat ad Vaſſallum inveſtitum de Feudo, ſi in eum rei feudalis dominium ſit translatum, ibid. num.1. pag.443.
Etiamſi impenſæ ſint magnæ, ibid.
Prout refectio, & reparatio rei emphyteuticæ ſpectat ad emphyteutam, d. deciſ. Flor.20. n.2. pag.443.
Et rei uſufructuariæ ad proprietarium, non ad uſufructuarium, ibid. n.3.

REPETITIO

Plura de repetitione conditionis, vel qualitatis, *vide in Verb.* Conditio ſi ſine filiis *verſ.* quando concurrit, *& in verb.* Qualitas, *& in Verb.* Teſtamentum *verſ.* repetita.
Alia de repetitione gravaminis, *vide in Verb.* Gravamen.
De repetitione clauſulæ, *in capita, vide in Verb.* Succeſſio.

REPRÆHENSIO

Præſupponit ſcientiam tranſgreſſionis in repræhendente, deciſ. Senen.30. num.11. pag.305.

REPRÆSENTATIO

Differt à ſubingreſſione, ideò etiam in caſibus, in quibus locum non habet repræſentatio, poteſt intrare ſubingreſſio, dec. Senen. 26. num.14. & 15. pag.150. & n.19. & 20. pag.151., *& Vide latè in Verb.* Subingreſſio *verſ.* Virtute vulgaris Anomalæ.
Locum non habet in ſucceſſione Tranſverſalium ultra Patruum, & Nepotes, ibid. n.1. pag.148.
Præcipuè ubi ſuccedi debet in capita, cui ſucceſſioni repræſentatio repugnat, d. dec. Senen.26. n.2. pag.148.
Patris per Filios, ad effectum ſuccedendi in ſtirpes, datur etiam Patre vivente, eo tamen non vocato, vel privato, aut aliàs incapaci, deciſ. Senen. 25. numer. 10. pag.141.

REPUGNANTIA

A' mente contrahentium evitari debet, etiamſi ſequatur impropriatio verborum, dec. Senen.30. n.6. & 7. pag.181.

RES

Pretioſæ, & magni valoris non præſumuntur Sponſæ à Sponſo donatæ, ſed accomodatæ ad uſum, ut ornatior illa incedat, dec. Flor.51. n.38. pag.774.
Sive ante, ſive poſt conſummatum matrimonium fuerint tranſmiſſæ à Sponſo, ibid.
Idque etiamſi agatur inter perſonas Nobiles, d. dec. Flor.51. n.39. pag.774.
Contra in perſonis Magnatitiæ Nobilitatis juxta aliquorum ſententiam, qui latè adducuntur, ibidem n.40., *& vide in Verb.* Jocalia.
Refectæ, & conſervatæ cum tertii pecunia, pro quantitate in talem cauſam impenſa, in illius tertii præjudicium numquam dicuntur exitiſſe in bonis defuncti, dec. Flor.49. n.4. pag.755.

RES JUDICATA

Abſolvens Reum à petitis non ſufficit, ut Reus abſolutus aſſumens partes Actoris pro indebiti repetitione ex eadem obtineat, dec. Flor.23. n.41. pag.475.

RES-

RESCRIPTUM

Delegationis, *vide latè in Verb.* Delegatio, *& in Verb.* Subreptio.

Reſtrictum ad aliquid, cum plura fuerunt petita, oſtendit cetera fuiſſe denegata, dec. Sen.12. n.8. pag.67.

Signatura Juſtitiæ reſcripta emanant de ordine, & mandato Papæ, dec. Sen.15. §.3. n.46. pag.81.

RESERVATIO

Jurium in petitorio per ſententiam in poſſeſſorio emanatam, ſemper durat, niſi ſuperveniat ſententia contra jus reſervatum, dec. Flor.33. §.1. numer 22. pag.574.

Eoque fortiùs durat, ſi ſuperveniat ſententia favore reſervatarii, ibid. n.23.

Aliqua de reſervatione, *vide in Verb.* ſententia *verſ.* executio.

RESIGNANS RESIGNATARIUS

Expreſſio, quòd reſignanti beneficium remaneat, unde poſſit vivere, non indiget verificatione, ſi reſignans interim mortuus eſt, d. dec. Flor.45. §.3. num.2. pag.722.

Quando autem juſtificari debet, probatur ex teſtibus, ibid. n.3.

Non poteſt reſignans poſt reſignationem præjudicare reſignatario, d. dec. Flor. 45. §.3. n.12. pag.724., *& vide in Verb.* Simonia *per tot.*

Reſignatarius, quia non eſt de novo proviſus, poteſt uti poſſeſſione triennali reſignantis, dec. Flor.45. §.2. nu.34. & 36. pag.720

Si poſt reſignationem ſecutam exoritur lis inter reſignantem, & reſignatarium, poteſt reſignatarius aliquid ſolvere pro extinctione litis, ad effectum ſe tuendi in poſſeſſione, maximè pro expenſis in lite factis, d. dec. Florent.45. num.58. pag.704.

Una, eademque perſona cenſentur reſignans, & reſignatarius, dec. Flor.45. num.40. pag.701. & §.2. ejuſdem dec. num.36. pag.720.

RESIGNATIO

Faciens omnes diligentias pro publicatione reſignationis beneficii, ſi fuerit impeditus, ſatisfacit ſuo muneri, & publicatio haberi debet pro facta, deciſ. Flor.45. §.3. n.6. pag.723.

Publicatio facta intra tempus prorogatum eſt valida, & habetur, ac ſi eſſet facta intra tempus præfixum à Gregoriana, ibid. n.7.

RESOLUTIO

Ipſo jure intrat, non ſecuto implemento intra certum tempus conventum, deciſ. Flor.8. n.23. pag.365.

Stante reſolutione debiti, hypothecæ etiam favore Ceſſionariorum conſtitutæ reſolvuntur, dec. Flor.23. n.24. pag.473., *& vide in Verb.* Ceſſio.

RESTITUTIO IN INTEGRUM

Quæ Mulieribus conceſſa eſt, æquè competit nuptis, quam innuptis, & ſic de cæteris privilegiis, dec. Sen.16. num.6. pag.86., *& vide latè in Verb.* Statuta particularia diverſorum locorum, *verſ.* Senenſe *Rubr.*130. *diſtinct.*2. *de contract. Minor. & filior. fam.*

Stante injuſtitia, & læſione, venit concedenda, dec. Flor.46. n.1. pag.728.

RETENTIO

Creditori poſſidenti pro ſuis creditis non valet denegari, dec. Sen.28. §. Unic. n.95. pag.176.

Limita, ſi creditum ſit illiquidum, dec. Senen.24. n.10. pag.135.

Mobilium hæreditariorum competit creditori ex cauſa veſtium lugubrium, viduæ ſubminiſtratarum, dec. Floren.55. n.48. pag.824.

RETRACTUS

Competit etiam contra Laicum, qui emit à Clerico, quando Statutum laicale non tribuit actionem contra Venditoris perſonam, nec legem dicit bonis penès eum exiſtentibus, ſed contra Emptorem, & poſt quam bona effecta ſunt de illius dominio, dec. Sen.3. n.6. & 7. pag.11. & n.18. pag.14.

Præſertim accedente obſervantia, ibid. n.59. pag.20.

Et ex quibus hæc obſervantia deducatur, latiſſimè, ibid.

Secùs ſi compellat Venditorem ad revendendum, dict. deciſ. Senen.3. num.51. pag 19.

Auctoritatibus in contrarium allatis reſpondetur, ibid. à num.11. uſque ad n.17. pag.13.

E' converſo autem ſi Emptor ſit Clericus, & Venditor laicus, retractus non habet locum, dict. dec. Sen.3. n.17. 18. & 19. pag.14.

Sed hoc Senis non procedit, attenta conſuetudine judicandi pro retractu etiam contra Clericum Emptorem, ibid. n.17. pag.14. & n.65. pag.21.

Et

Et quando ex conſuetudine datur contra Clericum ementem à Laico, multò magis datur contra Laicum ementem à Clerico, dict. deciſ. Senen.3. num.66. pag.21.
Faciliùs enim datur contra Laicum, qui emit à Clerico, quam contra Clericum, qui emit à Laico, ibid. n.19. pag.14.
Competens ex ſtatuto in venditione, an locum habeat in datione in ſolutum, remiſſivè, ibid. n.28. pag.15.
Competens vicino, declaranti ſe velle retrahere, non annullat contractum, niſi ſecuta declaratione, d. dec. Sen.3. n.36. pag.17.
Præſertim ſi Statutum mandet, primum Emptorem jura cedere, ibid. n.37.
Datur contra poſſeſſorem, ibid. num.24. pag.15.
Datus à Statuto pro æſtimatione facienda non obligat Clericum, uti damnoſus, d. dec. Sen.3. n.57. pag.20.
Et quando secùs, ibid. n.57. & 58.
Emptor, retractu nondum ſecuto, facit fructus ſuos, & poteſt bona meliorare, & exercere alios actus dominii, d. dec.Sen.3. n.40. & 41. pag.17.
Inſtrumentum retractus fieri debet à retrahente cum emptore, non autem cum venditore, ibid. n.42. pag.17.
Jure vicinitatis competit, etiam ſi quis adhæreat alieno prædio cum bonis emphyteuticis, d. dec. Sen.3. n.4. pag.11.
Et vigore Statuti Senenſis *Rubr.189. de Jure congrui diſt* 2. non admittit diviſionem, ſeu diſmembrationem contractus, ſed datur pro omnibus bonis in contractu venditionis comprehenſis, etiam non vicinis, ibid. n.5.
Locum habet ſolummodò, quando alienatio valida eſt, dict. deciſ. Senen.3. num.38. pag.17.
Et è converſo ceſſat in alienatione, quæ ex aliqua cauſa ſit imperfecta, ibid. n.39. pag.17.
Sed ut locum habeat, ſolvi debet à retrahente pretium, ab Emptore exburſatum, d. dec.Sen.3. n.56. pag.20.
Declara procedere in terminis Statuti Senenſis, ibid. ſub n.57.
Minuit valorem rei, quia difficiliorem reddit illius venditionem, d. dec.Sen.3. n.54. pag.19.
Contrarium ibidem num.55. 56. & ſeqq. pag.20.
Non infert præjudicium venditori, d. dec. Sen.3. n.44. pag.18.
Sententia, declarans retractus competentiam, magis concludit, quàm ſententia declarans illius incompetentiam, ibid. n.70. pag.22.

REVOCARI

Et immutari non valet inſtantia uno modo facta à pluribus intereſſe habentibus, per alterum ex eis ſine aliorum citatione, & conſenſu, dec.Sen.23. n.29.

REUS

Eſt abſolvendus, Accuſatore plenè non probante, deciſ. Florent.42. num.28. pag.665.
Cum tunc dicatur, præſumptivè docuiſſe de ſua innocentia, ibid.
Quando concurrunt præſumptiones, & adminicula pro Reo tolluntur præſumptiones Fiſci, & Accuſatoris, d. dec. Flor.42. n.23. pag.664.
Et non ſolùm quando præſumptiones pro Reo ſunt plures, & fortiores, quàm ſint illæ pro Fiſco, & Accuſatore, ibid. num.25.
Verùm etiam quando ſunt pares, ibidem num.26.
Immò pauciores, quia ſemper præferuntur, dummodo non ſit magnus exceſſus, d. dec. Flor.42. n.27. pag.665.
Intentionem Actoris excludit, ſi illam aliquo modo turbidam reddat, dec. Sen.42. n.26. pag.273.

RIMATIO

Fieri poteſt per alium de mandato Judicis, ac per ipſum Judicem, dec. Flor.18. n.11. pag.431.

ROTÆ SENENSIS, ET FLORENTINÆ AUDITORES

In Senenſi Civitate Auditores, & Judices, qui aliquid ſcriptis commiſerunt, ordine Alphabetico ponuntur in epiſtola ad Lectorem tit.1. per tot.
De Conſulta Senenſi, ejuſque juriſdictione ampliſſima, dicto tit.1. *verſic. Balduccius*.
In *Florentina* Civitate Judices celebres, Auditores, & Miniſtri, qui eorum opera luci dederunt, ordine Alphabetico recenſentur in epiſtola ad lectorem tit.2. in principio uſque ad n.13.
A' Rotæ Florentinæ Auditorio ſolent promoveri ad Aſſeſſoratum Magiſtratus Supremi, vel Capitaneorum Partis, & Conſervatorum Legum, ibid. tit.2. n.7.

Et ab iſtis ad Auditoratum Conſultæ, dicto n.7.

A' dicta Rota promoventur etiam ad Auditoratum Conſultæ Senenſis, dicto tit.2. num.9.

Ad Auditoratum *delle Bande*, dicto tit.2. num.10.

Et quandoque etiam, ſed rariùs, à Rota ad Conſultam Florentinam aſſumuntur, d. tit.2. n.8.

Tempore, quo ſunt Rotæ Auditores, ſolent Magni Duces eis alia munera, & dignitates conferre, & quæ? dict. tit.2. num.26.

Rota hæc aliorum exemplis non judicat, & deciſiones aliorum Tribunalium non attendit, dicto tit.2. n.13.

Sed ſi cognoſcit deciſa, legi, & rationi eſſe repugnantia, illa reformat, dicto tit.2, num.14.

Relicto juris rigore, ſolet inniti æquitati, dec. Flor.47. n.3. pag.741., ubi de pluribus Tribunalibus fit mentio.

In ea Cauſæ examinantur magna cum maturitate, juſtitia, & zelo, dec. Flor.4. n.3. pag.336., & in epiſtola ad lectorem, dict. tit.2. n.17.

Deciſionum, ſeu motivorum hujus Rotæ magna eſt auctoritas, dicto tit.2, num.15.

Sed non æquipollet legibus, ibidem num.16.

Faciunt tamen dictæ deciſiones communem, & magis communem opinionem, dicto tit.2. n.20.

Articulos ex profeſſo examinare debent, dict. tit.2. n.18.

Uſus illorum antiquitus non aderat, & quæ eſſet forma judicandi, dicto tit.2, num.22.

Hodie tranſmitti debent ad officium Proconſulis, dict. tit.2. n.23.

Et à quibus; & quantus ſit numerus voluminum Motivorum, dicto tit. 2. n.19. & 24.

De qualitate, juriſdictione, & aliis Rotæ Florentinæ, dicto tit.2. n.27.

Quo tempore fuerit erecta, dict. tit.2. num.25.

Exteræ Nationes judicio hujus Rotæ ſponte ſe ſubiciunt, dict. tit.2. n.21.

De diſtinctis muneribus iſtorum Auditorum, & quomodo ſoleant ipſi ad hujuſmodi munus promoveri, deciſ. Sen.50, num.38.

Eſt munus laborioſum, dicto tit.2. n.19.

Unus ex Auditoribus, ſi ſolus contrarium ſentit, an poſſit ſubſcribere ſententiæ Collegarum, dicto tit.2. n.28.

Et quid ſi ſubſcriptio fiat cum verbo, *ſecutus*, dict. tit.2. n.28.

Et quid ſi cum verbis, *contrarium ſentiens*, de hoc plura, ibid. n.29.

In hac Curia ſemper fuerunt Advocati, & Procuratores inſignes; dicto tit.3. num.12.

Primi Miniſtri ſunt Auditor Cameræ, & Auditor Fiſcalis, qui ſemper ſunt Auditores Conſultæ, Epiſtol. ad Lectorem, dicto tit.1. verſic. Balduccius, & tit.2. n.3. & n.5.10. 11.

De Auditoribus Magni Ducis, ſive Conſultæ plura, ibid. tit.2. num.3. 4. 5. 7. & 11.

De Auditore Reformationum, ibid. tit.2. num.3.

De Magiſtratu octo Virorum Guardiæ, & Baliæ, ibid. tit.2. n.6., ubi de ſecretario hujus Magiſtratus, & de aliis ſecretariis.

De Magiſtratu DD. Novem, ibidem tit.2. num.4.

De Magiſtratu Pupillorum, ibidem tit.2. num.2.

ROTA ROMANA

Et Suprema Tribunalia non reformidant dicta ab eis corrigere, & in meliùs mutare, dec. Flor.45. §.1. n.2. pag.706.

Præcipuè in quæſtionibus facti, in quibus etiam prudentiſſimi decipiuntur, ibid. num.3.

S

SACERDOTIUM quando requiratur actu, vel habitu.

ACta Sacerdos eſſe debet, quando præſentandus eſt ſufficiens, & idoneus ad celebrandum, deciſ. Flor. 33. num.31. pag.567.

Pœna privationis injuncta Sacerdoti, non reſidenti, & non celebranti, ſi ab eodem verbo regatur, eamdem interpretationem debet recipere, & Sacerdos debebit celebrare per ſe ipſum, ibid. n.32.

Qualitas Sacerdotis requiſita de tempore præſentationis, efficit, ut beneficium dicatur Sacerdotale, d. deciſ. Flor.33. num.30. pag.567.

Ob-

Obſervantia deſignat, an requiratur qualitas Sacerdotis actu, vel habitu, ibidem numer.33.

Sola facultas celebrandi per alium non efficit, quod beneficium non dicatur Sacerdotale, ſed intelligi debet in eo caſu, in quo Beneficiatus impeditus per ſe ipſum celebrare non poſſit, d. deciſ. Flor.33. n.34. pag.567.

Verbum -- *Sacerdos* -- prolatum ab homine, propriè, & ſecundùm uſum loquendi refertur dumtaxat ad celebrantem, ibid. num.19. pag.566.

SACRAMENTUM

Clerici prima Tonſura non initiantur, & Monaci ad Novitiatum, & profeſſionem non admittuntur, niſi ſuſceperint Sacramentum Confirmationis, dec. Flor.33. §.3. n.30. pag.589.

SALARIUM

Debetur immune ab omni onere, dec. Senen.27. n.10. pag.155.

Debetur Procuratori, ſeu mandatario pro miniſterio, requirente tractum ſucceſſivum, dec. Flor.3. n.23. pag.332.

Alia *vide in Verb.* Merces *verſ.* debetur, *& in Verb.* Socius *verſ.* bonificari debent.

SALVIANISTA

Non tenetur recipere pecuniam ab offerente, niſi tradatur libera, & abſque ulla obligatione de reſtituendo, dec. Flor.9. n.1. pag.366.

Maximè ſi liberè poſſideat, ibid. n.2.

Quia non debet fieri deterioris conditionis per oblationem conditionatam, quàm eſſet, ſi in poſſeſſione continuaret, dicta dec. Flor.9. n.3. pag.366.

Auctoritates in contrarium refelluntur, ibid. n.5. & 6.

Et declarantur, ut procedant, vel quando Creditor inſtat pro ſubhaſtatione rei, non verò quando à poſſeſſore, vel poſteriore Creditore offertur pecunia, d. dec. Flor.9. n.7. pag.367.

Vel in caſu concurſus Creditorum, ibid. num.8.

Vel quando Creditor obtinuit bona Debitoris ſub conditione, quod ſtare debeant loco cautionis de reſtituendo prioribus, & potioribus, d. dec. Flor.9. n.9. pag.368.

Declara, ut ſi poſſidens vigore Salviani non potuiſſet ſibi de toto credito ſatisfacere, ob ſupervenientes moleſtias Creditoris anterioris, teneatur præſtare cautionem de reſtituendo eo, quod poſt moleſtias ex fructibus non percepiſſet, ibidem num.13.

Quia adveniențibus moleſtiis creditoris anterioris, creditum amiſiſſet pro rata illa, pro qua adhuc non fuiſſet ſatisfactus, d. dec. Flor.9. n.14. pag.367.

Unde pro hac rata cavere tenetur, ibid.

Creditor enim immiſſus ex Salviano debet cavere de reſtituendo creditori poſteriori, pecuniam offerenti, quidquid, ſi in poſſeſſione continuaſſet, percipere non potuiſſet, d. dec. Flor.9. n.15. pag.367.

Et hoc modo immiſſus non locupletatur cum aliena jactura, & beneficium juris offerendi favore Creditoris poſterioris conceſſum, in ejus odium non retorquetur, ibid. n.16. pag.368.

SALVIANUM

Datur pro obtinenda dote contra bona fideicommiſſi aſcendentalis, deciſ. Senen. 24. n.2. pag.134.

Immò competit etiam mandatum aſſociationis, ſtante clauſula conſtituti in Inſtrumento dotali, ibid. n.3.

Extrema Salviani ſunt creditum cum hypotheca, poſſeſſio bonorum apud Debitorem de tempore contractı debiti, & moderna penes reum conventum, dec. Senen.22. n.1. pag.118.

Quibus concurrentibus, Creditori competit immiſſio, ibidem.

Et poſſeſſio recens penes Reum probatur ex litis ſuſtentatione, ibid.

SALVUSCONDUCTUS

Aſſecurato quando mala expreſſio in precibus facta non nocet, non poteſt condemnari, ſed debet liberari, & in priſtinam libertatem reduci, dec. Flor 40. num.55. pag.641.

Etiamſi nulliter ſit conceſſus, quia adhuc non poteſt violari, & revocari, niſi aſſecurato in priſtinam libertatem repoſito, ibid. n.56.

Declara id procedere, vel quando delictum non remanet concludenter probatum, ibid. n.57. pag.641.

Vel quando eſt nullus ex defectu poteſtatis, vel alio facto concedentis abſque ſcientia Aſſecurati, d. dec. Flor.40. n.58. pag.642.

Non verò quando nullitas remanet probata, & provenit ex facto ſupplicantis, & in iſto non ſit juſta credulitas, dicta

dec. Flor.40. n.59. pag.642.

Contra, quòd ſit ſpecies contractus inter Principem, & Forenſem, d. dec. Flor. 40. n.60. pag.642

Qui cum hac conditione venit ad habitandum, aliàs non venturus, ibidem, num.61.

Ideò, vel nullitas non debeat allegari contra ipſum, vel omnia ante in priſtinum ſint reponenda, ibid. n.62.

Cum in omnibus contractibus, qui vult contractum annullari, omnia in priſtinum reponere debeat, d. dec. Flor.40. n.63. pag.642.

Declara tamen, hoc procedere poſſe in ſalvo conductu conceſſo ex cauſa oneroſa, ibid. n.64. pag.642.

Secùs ſi ſit conceſſus ex cauſa lucrativa, & ex mera Principis gratia, d. deciſ. Flor.40. n.65. pag.642.

Auctoritates in contrarium explicantur, ibid. n.66.

Non dicitur autem conceſſus ex cauſa oneroſa, licèt ſine eo aſſecuratus non acceſſiſſet ad habitandum, nec bona conduxiſſet in loco aſſecurationis, d. dec. Flor.40. num.67. pag.643., *& vide infra in verſic.* nil poteſt innovari.

Formula Salviconductus S. M. D. & S. Collateralis Conſilii remiſſivè, ibid. nu.1. pag.631.

Generaliter conceſſus prodeſt etiam contra majorem Dominum, quàm eſſet ipſe concedens, d. dec. Flor.40. num.66. pag.642.

In dubio debet ſemper ſervari, ibid. n.57. pag.641.

Nil poteſt innovari poſt ſalvumconductum, à Principe conceſſum, contra perſonam, & bona, pro quibus fuit conceſſa aſſecuratio, ibid. n.2. pag.631.

Etiamſi nullus ſit ob defectum poteſtatis concedentis, d. dec. Florent.40. num.3. pag.631.

Quia etiam nulliter conceſſus, ob Principis reverentiam non revocatur, ſed ad ipſum recurritur, dec. Flor.40. nu.46. pag.639.

Niſi tamen ſit conceſſus ab eo, qui nullam habet juriſdictionem, prout eſt Advocatus Fiſci, ibid. n.4.

Et multo magis ſervandus eſt, ſi ſit conceſſus à Principe, vel alio habente auctoritatem, d. dec. Florent.40. num.5. pag.632.

Declara, ſi nullitas proveniat ex parte concedentis, tunc ſemper ſervari debet, ſecùs ſi ex parte impetrantis, ibid. n.6. & 7. pag.632. & num.68. pag.643.

Ideò ſi eſt ſubreptitiè, vel obreptitiè impetratus non juvat, & ſic Aſſecuratus poteſt capi, ſpoliari, & ſuſpendi, d. dec. Flor.40. n.8. pag.632., *& vide in Verb.* Bannitus.

Et dicitur ſubreptitius, ſi fuit obtentus ſub expreſſione, quòd bona Debitoris non ſufficiant pro ſatisfactione creditorum, quando verum non eſt, ibid. num. 30. pag.636.

Licèt ſubreptitius, ſaltèm ex conſuetudine, violari non poteſt, d. dec. Flor. 40. num.44. pag.639. ubi de ratione, & n.45. pag.639.

Declara, ut ibid. nu. ſeqq., *& vide ſupra in verſic.* Aſſecuratus.

Subreptio hæc locum habet, tam in reſcriptis Juſtitiæ, quàm Gratiæ, d. dec. Flor.40. n.10. pag.633.

Et etiam in ſalvoconductu conceſſo in contractu oneroſo, d. dec. Florent.40. n.68. pag.643.

Quia cum ſubreptio ſupponat, Principem ex minùs ſincera expreſſione deceptum, ideo in eo deficere dicitur voluntas concedendi ſalvumconductum, ibid.

Et in hoc caſu Princeps poteſt illud revocare, quando pro illius conceſſione aliquid conſecutus non eſt, abſque eo quod aliquid aliud agere teneatur, ibid. n.69.

Non conceditur decoctio fraudolento, & doloſo, ibid. n.15. pag.634.

Moratoriæ enim comprehendunt eos, qui ob infortunia decoxerunt, non autem illos, qui mala fide bona diſtraxerunt, d. dec. Flor.40. n.11. pag.633.

Item non conceditur fugienti cum pretio mercium, paulo ante emptarum, ibid. n.16. pag.634.

Conceſſus emptori domus non juvat pro pretio ejuſdem domus, ibid. n.17.

Nec eo uti poteſt pro tuendis rebus derobatis, pro quibus non conceditur, d. dec. Flor.40. n.18. pag.634.

Nec comprehendit caſum doli, & delicti qualificati, quod fraudolenter decoctor perpetraverit, ibid. n.26. pag.635.

Et non juvat eo, qui illum obtinuit, ut tutiùs ſub ipſius clypeo delinqueret, d. dec. Flor.40. num.29. pag.636.

Et

Et delictum, commiſſum poſt gratiam aſſecurationis, impetrantes illius fruitione reddit indignos, ibid. n.43. pag.639.

SATISDATIO

De judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo præſtanda eſt tam in cauſa conventionis, quàm reconventionis à Foreuſe, uti volente Statuto Florentino, dec. Flor.29. n.3. pag.524.

Et niſi quando ea præſtetur, ac fidejuſſores juxta cenſuram Statuti Florentini *lib.2. Rubr.17.* fuerint approbati, Judex juſtè deneget proceſſum ad ulteriora, ibid. n.12. pag.525.

Et talis ſatisdationis, & fidejuſſionis approbatio de perſona notoriè non idonea, in cauſa gravi, non citata parte, nec audita, eſt omninò nulla, d. deciſ. Flor.29. n.4. pag.524.

Nec præſtita in una inſtantia poteſt, ſine novo Fidejuſſoris conſenſu, in alia reproduci, ibid. n.5.

Maximè lite terminata, & inſtantia perempta, dict. deciſ. Flor.29. numer.6. pag.524.

SCHEDULA

Pagherò habet vim pecuniæ numeratæ, dec. Sen.47. n.10. pag.189. *& vide alias in Verb.* Apoca.

Per illius giratam dominium pecuniæ in ea contentæ translatum dicitur in Giratarium, ibid. n.12.

Et Giratarius per ſubſecutam exactionem remanet debitor Girantis pro ſumma exacta, dict. deciſ. Senen.47. num.13. pag.189.

Non autem ille, à quo fuit girata, qui idcircò remanet exgravatus, quaſi pecuniam ſolviſſet, ibid. n.14. pag.190.

SCIENTIA

Excluditur, ex ſubſequenti declaratione facta re integra, dec. Senen. 49. n.14. pag.299.

Fideicommiſſorum, in domo exiſtentium, præſumitur in Puella Sponſa, quando ſuper illis adeſt celebris lis, dec. Flor.4. n.57. pag.345.

Fortiùs ſtante amplitudine verborum renunciationis, ibid. n.58.

Et conjunctione ſanguinis, ibid. num.59. *& vid. infra in verſ.* præſumitur.

Miniſtrorum, Canonici, Archidiaconi, & Vicarii arguit ſcientiam Epiſcopi, dec. Flor.33. §.3. n.72. pag.595.

Juriſdictionis exercitæ ab Abbate probatur in Epiſcopo ex ordinationibus ab ipſo factis vigore teſtimonialium Abbatis, & remiſſione delinquentium, ab eodem facta ad Abbatem, ibid. n.73.

Præſumitur ex cohabitatione, & conjunctione ſanguinis, dec. Sen.17. num.27. pag.92. & dec. Flor.4. num.58. & 59. pag.345.

Maximè in actibus ſucceſſivis, & qui momento temporis non complentur, ibid. n.28. pag.93. & dec. Sen.50. num.18. pag.304. & deciſ. Flor.33. §.3. num.71. pag.595.

Fortiùs circa jura Sanguinis, & familiæ, ac matrimoniorum, & filiorum ſuorum conſanguineorum, dec. Flor.26. n.33. pag.500.

Item præſumitur in actibus, qui palam, & publicè fiunt, dec. Senen.50. num.18. pag.304.

Item in illis, qui ſunt noti cæteris hominibus ejuſdem loci, ibid. n.19. *& vid. ſupra in verſ.* Fideicommiſſorum.

Præſumitur in emtoribus vigore derogationis fideicommiſſi, cum conditione vocandi proximiores, ſcientia illorum exiſtentiæ, quando Emptores ſunt plures, & exiſtentia aſſerti proximioris prætenditur ubique locorum nota, dec. Flor.26. n.31. pag.500.

Non præſumitur in ſolvente, ſed ab eam allegante concludenter probari debet, dec. Flor.22. n.18. pag.465.

Probari debet ad hoc, ut quis dicatur, juri ſibi quæſito renunciaſſe, dec. Sen.30. n.19. pag.182.

Item ad inducendam ratificationem, dec. Sen.49. n.13. pag.299.

Et qualis eſſe debeat, *vide in Verb.* ratificatio *verſ.* non inducitur.

Probatur ex epiſtolis alicui ſcriptis, deciſ. Sen.50. num.12. pag.303. *& vide in Verb.* Conductor *verſ.* præſumitur.

Item ex conjecturis, ibid. n.17.

Probatio ſcientiæ non requiritur in notoriis, dec. Flor.26. n.48. pag.500.

Non eſt probanda à præſcribente, quando concurrit titulus expreſſus, vel tacitus reſultans à centenaria, dec. Flor. 33. §.3. n.70. pag.595.

SCRIPTURA

Comparatio ſcripturæ facta, præſentibus Partibus, & non reclamantibus, non poteſt amplius impugnari, dec. Flor.28. n.57. pag.522.

Ex-

Exhibitioni Scripturæ locus non eſt, non probata ejus exiſtentia apud exhibere debentem, deciſ. Flor.7. n.1. pag.358.

Et qualis probatio ad hunc effectum requiratur, ibid. n.2. & ſeqq., *& vide in Verb.* Exhibitio.

Et exiſtentia Scripturæ penes hæredem non probatur ex eo, quod fuerit penes Authorem, dec. Flor.51. n.17. pag.770.

Identitas Scripturæ ut excludatur, ſufficit ſola poſſibilitas ſuppoſitionis, dec. Flor. 28. n.33. pag.519.

Et ex quibus hæc præſumatur, ibid. n.34. *& vide in Verb.* Liber.

Non eſt de ſubſtantia compromiſſi ſecundùm veriorem, ſed ſolùm deſervit pro faciliori ejuſdem probatione, quia ſubſtantia tota conſiſtit in conſenſu contrahentium, de quo tacitè etiam, & tam verbis, quàm factis conſtare poteſt, dec. Senen.1. n.4. 5. & 6. pag.6.

Obſervantia præbet fidem Scripturæ, etiam informi, dec. Flor.33. §.3. n.15. pag.587.

Privata ut probet, recognoſci debet manus ſcribentis, dec. Flor.28. numer.44. pag.521.

Sed non procedit in Scriptura antiqua, quia antiquitas Scripturæ liberat ab onere recognoſcendi caracterem, ibidem n.45.

Declara, ut antiquitas ad hunc effectum debeat eſſe annorum 30., d. dec. Flor.28. n.47. pag.521.

Declara ſecundò, id procedere in ſcriptura indubitanter vera, nam ſi de ejus veritate dubitetur, recognitio ab antiquitate non ſuppletur, ibid. n.48.

Declara tertiò, ut procedat quoad ſcripturas, habentes faciem, & requiſita inſtrumenti publici, non quoad ſcripturas merè privatas, d. dec. Flor.28. n.49. pag.521.

Declara quartò, non procedere, quando ex inſpectione oculari conſtat de contrario, ibid. n.51.

De Jure eſt in arbitrio Judicis, ſi velit de per ſe recognitionem ſcripturæ facere, d. dec. Flor.28. n.52. pag.521.

Et hoc caſu in recognitione, quam Judex vult per ſe ipſum facere, ſolemnitates non ſunt neceſſariæ, ibidem numer.56. pag.522.

De ſcriptura privata, *alia vide in Verb.* Apoca.

SCUTUM

Scutum, *vide in Verb.* Moneta.

SEMEN

Amiſſum deduci debet, ad effectum calculandi fructus perceptos, pro firmando damno Conductoris, dec. Senen.4. n.22. pag.19.

An ſit ponendum à Domino, vel Colono, ſpectatur conſuetudo, ibidem num.19. pag.18.

De jure tamen poni debet à Colono partiario, d. dec. Senen.4. n.20. pag.18.

SENÆ

De diverſis Statutis Civitatis Senarum, *vide in Verb.* Statuta particularia diverſorum Locorum *verſ.* Senenſe.

SENTENTIA

Cameratus creditum non efficit poſſeſſorem non citatum, qui ante litem motam rem emerat, dec. Floren.2. num.2. pag.321.

Canonizans fideicommiſſum, tanquam lata ſuper ſtatu rei, & cum legitimo contradictore, facit jus quoad omnes, dec. Flor.17. n.6. pag.422.

Maximè ſi ſit lata à Fiſco contra ſeipſum, qui eſt ſolertiſſimus inveſtigator, aliaſque habet prærogativas, de quibus, ibidem.

Citatio ad ſententiam quomodo fieri debeat, & de variis ſtylis citandi ad ſententiam, *vide in Verb.* Citatio.

Condemnans ad certam ſummam, reſervata facultate deducendi exactiones factas in ejuſdem diminutionem, dicitur liquida, & exequibilis, licèt ſecùs ſit, ſi condemnet ad id, quod factis calculis deberi conſtabit, vel ad reddendam rationem certæ quantitatis, dec. Florent.10. n.2. pag.370.

Etiamſi ſit ſententia Arbitrorum, ibidem num.3.

Declaratoria filiationis alicujus, obtenta pro conſecutione juris honorifici, nemine contradicente, nocere non poteſt in alio judicio, ad effectum ſucceſſionis, & probandæ filiationis in præjudicium tertii, dec. Flor.17. n.19. pag.307.

Dubia in aliqua parte declarationem recipet ab actis, & probationibus præcedentes factis, dec. Flor.45. §.1. num.13. pag.708.

Emanata in Judicio criminali facit ſtatum, & parit exceptionem litis finitæ in Judicio civili, etiam contra non citatos, dec. Flor.18. num.26. pag.433., *& vide in Verb.* Falſitas.

Exe-

Executio Sententiæ, condemnantis in certa quantitate, cum reſervatione imputandi credita deducenda, retardari non valet per credita, variis exceptionibus obnoxia, dec. Flor. 10. n. 29. pag. 374.
Præcipuè ſi ob negligentiam, & culpam Partis, nimiùm liquidationem differentis, incerta reddita ſit imputatio partitarum controverſarum, ibid. n. 30.
Identitatem ſuperlativè probat, dec. Sen. 17. n. 20. pag. 92.
In judicatum tranſacta facit de albo nigrum, & haberi debet pro veritate, nec poteſt redargui, deciſ. Senen. 3. numer. 10. pag. 13.
Interpretanda eſt, ut omninò excludatur injuſtitia, dec. Senen. 40. numer. 10. pag. 262.
Etiamſi ejus verba forent impropriaanda, ibid. n. 11. pag. 263.
Lata, ſervatis ſervandis, cum legitimo contradictore, ſuper ſtatu Beneficii, facit jus quoad omnes, & afficit non citatos, dec. Flor. 33. §. 1. num. 24. pag. 574. & §. 2. n. 37. pag. 581.
Etiam in terminis canonizationis qualitatis Juriſpatronatus gentilitii, dec. Flor. 45. n. 12. pag. 698.
Non obſtante præſentatione cum enunciativa qualitatis hæreditariæ, ſi iſta non fuit effectuata, ibid. n. 13.
Et quando contra eam non poſſit opponi defectus legitimæ citationis, & defenſionis, deciſ. Florent. 33. §. 1. n. 25. pag. 574.
Lata præſumitur ſervatis ſervandis, dec. Flor. 45. §. 1. n. 18. pag. 708.
Notoriè injuſta non privat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, deciſ. Senen. 15. numer. 48. pag. 81.
Niſi poſſeſſor habeat ſe pro ſpoliato, ibidem.
Item non eximit tranſactionem à nullitate ex capite læſionis, dec. Sen. 45. nu. 12. pag. 279.
Novationem non inducit, ſi in ea fuerunt reſervata jura quoad alia petita, deciſ. Sen. 22. n. 56. pag. 126.
Obtenta in caſu præciſo, & in contradictorio Judicio, potens eſt ad obſervantiam inducendam, dec. Sen. 3. num. 60. pag. 21.
Poſt executionem transfert jus reale, & parit hypothecam, ſecùs ante, deciſ. Flor. 2. num. 36. pag. 326.
Privationis alicujus rei concludit, condemnatum illam poſſidere, dec. Senen. 15. n. 42. pag. 80.
Pro competentia retractus magis concludit, quàm alia pro illius incompetentia, dec. Sen. 3. n. 70. pag. 22. ubi de ratione.
Reſervans liquidationem intelligitur ex probationibus factis, & faciendis, deciſ. Sen. 40. n. 8. pag. 262.
Revocata in gradu appellationis nihil ponit in eſſe, deciſ. Senen. 15. numer. 52. pag. 81.
Stricti Juris eſt ſententia, & Laudum, ideo neutrum extenditur ad ea, quæ in verbis non continentur, dec. Flor. 16. n. 3. pag. 413.
Super pertinentia Juriſpatronatus, quæ aliquam dubietatem involvit, declarari debet ex actis, & probationibus præcedenter factis, dec. Flor. 45. §. 1. n. 13. pag. 708.
Validitas ſententiæ reſultat ex revolutione actorum, deciſ. Senen. 36. numer. 1. pag. 246.
SIMONIA ex quibus inducatur, & probetur, vel non.
Commiſſa ut dicatur, conventio, & pactum antecedens probari debet, dec. Flor. 45. n. 51. pag. 703.
Collatio etenim, ſeu reſignatio beneficii, proveniens à mera liberali gratitudine in remunerationem Beneficii accepti, non prohibetur, ibid. n. 52.
Nec inducitur ex ſolutione facta ad ſe eximendum ab injuſta vexatione, poſt reſignationem exorta, maximè pro expenſis litis, pro ſe tuendo in poſſeſſione, d. dec. Florent. 45. numer. 58. & 59. pag. 704.
Neque ex datis non principaliter ad aſſequendam rem ſpiritualem, ſed ad aliam finem diverſum, ibid. n. 60., *& vide infra in verſ.* probata.
Juſtificata ut remaneat, plena, & concludens probatio requiritur, d. dec. Flor. 45. n. 46. pag. 702.
Etiamſi civiliter agatur, ibid. n. 47.
Afferuntur plures defectus, pro quibus Teſtes in Simonia non admittuntur, d. d. dec. Flor. 45. n. 49. pag. 702., *& vide infra in verſ.* non probatur.
Attenta bona fama, virtute, & probitate reſignantis, & reſignatarii, Actor gravatur magis concludenti probatione in hoc delicto, ibid. num. 49. pag. 703. & §. 2. nu-

numer.10. pag.723.

Et ex his circumſtantiis fugata remanet ſuſpicio Simoniæ, quæ reſultare poſſet ex depoſitione Teſtium, exceptiones patientium, d. deciſ. Florent.45. num.50. pag.703.

Non probatur per Teſtes, de auditu à reſignante, qui non præjudicat reſignatario, d. dec. Florent.45. §. 3. num.12. pag.724.

Sicut nec per Teſtes, deponentes de publica voce, & fama, qui non deponant ubì, & quando, & à quibus ſuum ortum habuerit, ibid. n.13.

Nec etiam per Teſtes, deponentes, de credulitate, qui nihil probant, d. dec. Flor.45. §.3. n.14. pag.724.

Neque per Teſtes, nulliter, lite pendente, & abſque juriſdictione examinatos, & quorum examen fuit à Signatura circumſcriptum, ibid. n.15.

Non probatur ex pacto, à quo ante reſignationem Beneficii fuit ſolemniter receſſum, dict. dec. Florent.45. num.57. pag.703. & §. 3. ejuſdem dec. num.11. pag.724.

Probata remanet ob datum, vel impenſum poſt collationem Beneficii, quod factum præſumitur in vim pacti præcedentis, dict. deciſ. Florent.45. n.53. pag.703.

Declara, quando crimen Simoniæ deducitur excipiendo, ibid. n.54.

Item ſi conjecturæ urgent pro Simonia, d. dec. Flor.45. n.55. pag.703.

Secùs ſi non adſint dictæ conjecturæ, quia actus æquivoci in bonam partem referri debent, ibid.

Nec ſufficit, quod pro delicto militet aliqua ſpecialis præſumptio, d. dec. Flor.45. n.56. pag.703.

Qualitas perſonæ omnem præſumptam Simoniæ labem excludit, d. dec. Flor.45. §.3. n.10. pag 723.

SIMULATIO ex quibus probetur, vel non, & ex quibus excludatur

Ceſſat ceſſante cauſa ſimulandi, dec. Sen.1. n.3. pag.2. & deciſ. Senen.46. num.18. pag.286., & deciſ. Florent.21. num.46. pag.457.

Et conjecturæ tali caſu non admittuntur, dec. Sen.1. num.3. pag.2. & dec. Flor.21. n.47. pag.457.

Cauſa ſimulandi ceſſat, quoties docetur de vera cauſa, quam habuerint in mente contrahentes, d. dec. Flor.21. n.48. pag.458.

Et ad veritatem cauſæ, jam probatam, adminiculandam ſufficiunt actus, quorum ſinguli exceptiones patiuntur, ibidem num.49.

Non tamen dicitur conſtare de veritate cauſæ ex aliquo actu præcedenti, ſi ſit talis, qui foret neceſſarius ad ſimulationem committendam, dec. Sen.46. n.19. pag.286.

Quia actus, qui neceſſariò præcedunt, vel fiunt in ſequelam prætenſæ ſimulationis, non ſunt ad illius excluſionem allegabiles, ibid. n.20.

Alia vide infra in verſ. probatur.

Excipiens de ſimulatione adverſus publicum Inſtrumentum, in quo Partes jurarunt de veritate omnium in eo contentorum, tenetur ſimulationem concludentiſſimè probare, dec. Sen.1. n.2. pag.2.

Excluditur ſimulatio, ſtante juramento ad evitandum perjurium, dec. Sen.46. n.21. pag.286.

Limita primò, quando aliundè ex conjecturis clarè conſtat de ſimulatione, ibid. n.22.

Quia tali caſu cum contractus ex defectu conſenſus ſit nullus, juramentum eidem acceſſorium non ligat, d. dec. Senen.46. n.23. pag 286.

Limita ſecundò, quando ſimulatio contractus allegatur ab hærede, adversùs quem reatus perjurii non tranſit, ibid. n.24. pag.287.

Non præſumitur, quando agitur de contractu geſto inter perſonas Nobiles, & Religioſas, deciſ. Senen.1. num.4. pag.3.

Probatur ex conjecturis, juncta cauſa ſimulandi, deciſ. Senen.46. n.2. pag.283.

Cauſa autem ſimulandi ſufficiens conſideratur à DD. motivum, ſe liberandi à Creditorum moleſtiis, ibid. n.3.

Conjecturæ autem etiam leves admittuntur, cum agatur de re difficillimæ probationis, dict. deciſ. Senen.46. num.4. pag.283.

Una ex conjecturis deſumitur ex quo, quis rem utilem dimiſerit nullo recepto æquivalenti, nam id apparenter geſtum præſumitur, ibid. n.5.

Quippè non modo prodigalitas, ſed pretii modicitas arguit ſimulationem, d. dec. Se-

Senen.46. num.6. pag.284.

Alia eſt conjectura, confeſſio alterius ex prætenſis ſimulantibus, ibid. n.7.

Præſertim ſi emanavit in actu ſerio, & proportionato de tempore non ſuſpecto, d. dec. Sen.46. n.8. pag.284.

Etiamſi medio tempore fuerit alteri jus quæſitum, ibid.

Item alia eſt conjectura, depoſitio Teſtis unici, omni exceptione majoris, d. dec. Sen.46. n.9. pag.284.

Etiamſi deponat de auditu, ibid. n.10.

Maximè dum ejus depoſitio eſt corroborata aliis adminiculis, d. dec. Senen.46. n.11. pag.284.

Item alia eruitur conjectura ex actuum contextualitate, nam ex hoc facilè præſumuntur correſpectivi, ibid. num.12. pag.285.

Item ex cautelis inſolitis, & actibus inveriſimilibus, & qui ſint iſti actus, & cautelæ, d.ct. dec. Senen.46. num.13. pag.285.

Item ex eo, quod facta ſit confeſſio de recepto favore ejus, qui impotens erat ad ſolvendum, ibid. n.15.

Nam ad effectum evitandæ maximæ repugnantiæ, præſumi debet ſimulatio, deciſ. Sen.46. n.14. pag.285.

Item ex accollatione omnium onerum, & Gabellarum per eum, qui non niſi pro medietate tenebatur, ibid. n.16.

Et conjecturæ in materia ſimulationis ſimul junctæ conſiderari debent, licèt per ſe aliquam paterentur difficultatem, d. dec. Sen.46. n.17. pag.286.

SIMULATIO

Opponi non poteſt à debitore ceſſo contra ceſſionarium, ſi cedens non eſt in cauſa, & ipſe non excipit de ſimulatione, dec. Sen.1. n.5. pag.3.

SINGULA

Quæ non proſunt, ſimul juncta juvant, dec. Sen.21. n.35. pag.113.

SOCER

Vide in Verb. Alimenta quibus, & à quibus debeantur, *verſ.* filio aliundè non habenti.

SOCIETAS

De natura ſocietatis eſt, ut damnum, & lucrum, ſivè magnum, ſivè parvum repartiatur inter ſocios, dec. Sen.4. n.61. pag.34.

Locupletari non debet cum jactura ſocii, dec. Flor.10. n.14. pag.372.

Terminata ſocietate, ex exactionibus factis dimitti prius debent Creditores, & ſi quod ſupereſt, dividi inter ſocios, vel pro utilibus, vel pro reſtitutione capitalium, deciſ. Florent.10. numer.18. pag.374.

Utilia ſocietatis probari debent, dec. Sen. 47. num.21. pag.290.

Non probantur autem ex calculo facto ſine ſcientia, & approbatione Conſociorum, ibid. n.23. pag.291.

Maximè ſi ſocius veriſimiliter retinet libros ſocietatis, eoſque oſtendere recuſat, nam tunc præſumptio ſtat, quod utilia non ſint, qualia prætenduntur, d. dec. Sen.47. n.24. pag.291.

Utilia ſocietatis non debentur, ſecuta diſdicta, dec.Senen.22.num.14. pag.120. & de ratione n.29. 30. & 31. pag.122. *& vid. latè in Verb.* Diſdicta.

SOCIUS

Aſſiſtere obligatus, *vide infra hic verſic.* obligatus.

Bonificari debent ſocio expenſæ neceſſariæ, factæ pro miniſtro expedito ad negotia ſocietatis, & ſi iſte ſit obligatus celebrare Miſſas, & accedere ad chorum, totum id, quod amiſit pro punctaturis Chori, & pro Miſſarum celebratione, eidem reſici debet, dec. Sen.47. num.4. pag.288.

Quia expenſæ factæ pro communi negotio ſocietatis, debent ab omnibus ſociis æquè perſolvi, ibid. n.5.

Declara niſi ſint expenſæ pro Miniſtri expeditione, qui ad invigilandum ibi acceſſerit ſine mandato aliorum ſociorum, & citra neceſſitatem, veluti quia ſervitium præſtiterit, quod ab aliis ſalariatis ejuſdem ſocietatis præſtari poterat, d. dec. Sen.47. n.6. pag.289.

Nam tunc hujuſmodi expenſæ non ſunt bonificandæ, etiamſi per eum, qui acceſſit ad locum litis, fuerit reportata victoria, ibid. n.7.

Limita, ſi ex communi uſu operæ ejuſdem geſtoris conſtet de præſumpto mandato, vel ratificatione omnium ſociorum, d. dec. Sen.47. n.8. pag.289.

Item bonificantur ſocio largitiones veriſimiles, & ſolitæ fieri Miniſtris pro facilitanda expeditione negotiorum ſocialium, quamvis non juſtificentur cum receptis, ibid. n.17. pag.290.

Bonificari non debet creditum ex cauſa utilium,

lium, niſi utilia probentur, d. deciſ. Senen.47. n.21. & 22. pag.190.

Et ex quibus non dicantur ſufficienter probata, *Vide in Verb.* ſocietas *verſ.* utilia.

Compenſare non tenetur debitum ex cauſa ſocietatis cum credito nomine proprio, dec. Flor.10. n.22. pag.373., *& vide in Verb.* Compenſatio, *verſic.* non datur.

Et quando dicatur creditor uti tertius, & non uti ſocius, ibid. n.18.

Debitor, nec creditor dici non debet, donec fuerit reddita ratio adminiſtrationis geſtæ, d. deciſ. Flor.10. n.23. pag.373.

Debitor alicujus ſummæ ad ejus manus pervenire non conſtitutus, non poteſt ejuſdem aliò tranſmiſſæ creari Creditor, ibid. n.14. & de ratione n.15. pag.372., *& vide latè in Verb.* Calculus *verſ.* ſocius.

In redditione rationis exgravatur per ſchedulam *Fagberd*, ab alio favore ſocietatis reportatam, dec. Senen.47. n.9. pag.189.

Quia hæc Schedula vim habet pecuniæ numeratæ, ibid. n.10.

Præſertim poſtquam fuit ceſſa, vel girata, d. dec. Senen.47. n.14. pag.190., *& Vide in Verb.* Schedula.

Et probat creditum ſocietatis contra dictam Schedulam exarantem, ibid. n.11. pag.189.

Locupletari non debet cum jacturæ alterius ſocii, dec. Flor.10. n.14. pag.372.

Obligat Conſocium, & bona ſocietatis circa id, quod ab ipſo geſtum eſt, & converſum in ſocietatis uſum, & utilitatem, d. dec. Senen.47. n.1. pag.188.

Verſio autem in utilitatem ſocietatis probatur ex eo, quòd res proviſæ ſteterint paratæ ad commodum ſocietatis pro illius indigentia, quibus fuerit ſuppletum, ibid. n.2.

Præcipuè ſi quoad partum verſio ſit in confeſſo inter litigantes, d. dec. Senen.47. n.3. pag.188.

Obligatur aſſiſtere, & operari in negotio, ſi id non fecit, petere nequit annuam præſtationem, correſpectivè promiſſam, dec. Senen.30. num.1., ubi de ratione pag.180.

Et promittens aſſiſtere intelligitur obligatus ad aſſiſtentiam cum operatione, ſi hoc ſit expreſſum in una parte contractus, & in alia dictum ſit cum aſſiſtentia *ſupradicta*, & de ratione, ibidem n.2.

Item ſi à principio onus operandi in ſolidum erat penes plures ſocios, & poſtea unus ex eis fuit liberatus, ejuſque aſſiſtentia accollata cæteris remanentibus, d. deciſ. Senen.30. n.3. & de ratione n.4. pag.180.

Et intelligitur aſſiſtentia illius, qui liberatur, cæteris accollata, ſi non fuit facta pro eo ſubrogatio, ne ſequatur abſurdum, ut pro una parte negotium remaneat ſine capite, & ſine miniſtro, ibid. n.5. pag.181.

Et clariùs promiſſio aſſiſtentiæ intelligitur de aſſiſtentia cum operatione, ſi unus ex ſociis quemcumque alium excluſit ab aſſiſtentia, nam tunc totam operationem in ſe ſuſcepiſſe cenſetur, & de ratione, ibid. n.9.

Partita aliqua, quòd fuerit comprehenſa in calculo facto inter ſocios, ex quibus arguatur, *Vide in Verb.* Calculus *verſ.* facto.

Utens re communi in propriam utilitatem remanet Debitor partis Conſocii, deciſ. Senen.47. n.18. pag.190.

Fortiùs ſi pro eadem cauſa alter ex ſociis fuit Debitor conſtitutus, ibid. n.19.

Quia ſocii non debent ad impares judicari, ibid. n.20.

SOLEMNITATES

Præſumuntur ex lapſu longiſſimi temporis interveniſſe ſolemnitates, quæ per actum ſeparatum contractui accedere poſſunt, dec. Flor.24. n.34. pag.421.

Statutariæ requiruntur in confeſſione mulieris, aliàs non valet, dec. Senen. 36. n.18. pag.150.

Licet, concurrentibus adminiculis pro veritate confeſſionis, ibid. n.19.

Et in tranſactione facta ab eadem, deciſ. Flor.14. n.1. pag.395.

Niſi conſtaret de evidenti utilitate, & quòd directa ſit ad acquirendum, non ad dimittendum bona, ibidem n.35. pag.401.

Non requiruntur in donatione Jurispatronatus, dec. Senen.15. n.1. pag.73.

Item non requiruntur in obligatione mulieris, facta pro eximendo viro ab imminenti periculo carcerationis, dec. Senen.36. n.2. pag.146., *& vide materiam in Verb.* Mulier, *verſ.* obligare.

Secùs in obligatione filiifamilias pro excarceratione Patris, ibidem numer.31. pagin.152.

Item in alienatione rei modicæ non requi-

quiruntur, dicta deciſ. Senen. 36. n.25. pag.151.
Quamvis alienationes fuerint plures, diverſis temporibus factæ, quia non cumulantur ſummæ, & diſtractiones, ibidem num.26.
Item non requiruntur in contractu jurato, dec. Flor.59. n.22. pag.860.
Item non requiruntur, cum minor, qui ſe obligat, eſt Notarius, ibid. n.20.
Secùs ſi ſit Doctor, d. dec. Flor.59. n.18. & 19. pag.860., *vide in Verb.* Statutum quoad ſolemnitates.
Item non requiruntur in alienatione facta à muliere pro ſe alendo, & familiam, & de ratione, d. deciſ. Senen.36. n.27. pag.151.
Item non requiruntur in contractu, in quo Mulier decepta, & ultra medietatem dotis læſa non eſt, ibid. ſub numer.12. pag.149.
Ratio, quia Statuta hujuſmodi ſolemnitates inducentia, emanarunt ad evitandas fraudes, ideo ceſſante hac ratione, ceſſat illorum diſpoſitio, d. dec. Sen.36. n.31. pag.152.
Læſa autem dici non poteſt ex obligatione, cum qua obtinuit Viri excarcerationem, qui poſtea ſuo exercitio meliora alimenta, ac ſplendidius tractamentum eidem præſtare potuit, cum ex hoc illius damnum quodammodò recompenſatum dicatur, ibid. num.28. pag.151.
Item non dicitur læſa, quamvis obligatio excesſerit dimidium, ſi effectus obligationis fuit collatus poſt mortem, dict. dec. Sen.36. n.29. pag.151.
An requirantur in fundationibus Commendarum, *vide in Verb.* Commenda *verſ.* ſicuti nec generaliter.
Requiſitæ à Statuto Senenſi *Rubric.*130. *diſt.*2. in contractibus Mulierum minorum, obſervandæ ſunt tam in mulieribus nuptis, quàm innuptis, dec. Sen. 16. n.4. pag.83., *& vide latè in Verb.* Statuta particularia diverſorum locorum *verſ.* Senenſe Rubr.130. diſt.2. ubi de ratione.
Requiſitæ in contractu minoris maſculi, multò magis requiruntur in contractu minoris fœminæ, ibid. n.13. pag.87.
Et quando ſecùs, *vide in Verb.* Decretum *verſ.* Judicis requiſitum.
Quæ requirantur in contractu mulieris vigore Statuti Senenſis *Rubr.*169. *diſt.*2. *de Contract. mulier. conjugat.* dec. Sen.36. n.13. pag.149.

SOLIDATIO COMPUTORUM

Generalis non ſolet fieri inconſideratè, & ex abrupto, ſed ſolent priùs rationes diligenter diſpungi, dec. Sen.17. n.26. pag.91.
Reportata à magiſtro domus an liberet ab ulteriori redditione rationis, & quis ſit magiſter domus, *vide latè in Verb.* Rationis redditio *verſ.* ſemel facta, in quarta *limitatione*.

SOLLICITATIO

Sollicitatio in confeſſione, *vide in Verb.* Parochus.

SOLUM

Auctoritate publica pro via deſtinatum, efficitur publicum, dec. Sen.11. n.17. pag.61.

SOLUTIO

Affictus non retardatur per exceptionem deſalchi, niſi clarè, & incontinenti probetur, dec. Sen.4. n.1. pag.25. *& Vide in Verb.* deſalchum *in princ.*
An fieri debeat in ſcutis auri in ſpecie, vel in æquivalenti, quando in litteris cambii fuit dictum à 75. *E. G.*, deciſ. Flor.32. n.41. & ſeqq. pag.557. *& vide in Verb.* Moneta *verſ.* mutatio.
Pro obtinenda ſolutione in ſcutis auri in ſpecie, epiſtolæ ab obligato ſcriptæ quando non obſint, ibid. n.45. & ſeqq. pag.558. *& vide in Verb.* Epiſtola.
An fieri debeat juxta valorem monetarum, inſpecto tempore ſolutionis, vel contractus, & alia, *vide latè in Verb.* moneta.
Cedit regulariter priùs in cauſam fructuum, quàm ſortis, dec. Sen.23. n.22. pag.131. & dec. Flor.51. n.18. pag.770.
Etiamſi facta ſit pro ſorte, & fructibus, d. dec. Senen.23. n.23. pag.131. & d. dec. Flor.51. n.19. pag.770.
Maximè ſi correſpondeat debito fructuum, ibid. n.20. pag.771.
Cum regulariter cedat in cauſam, cui adamuſſim correſpondet, deciſ. Senen.17. num.15. pag.91. & dec. Flor.51. n.20. pag.771.
Limita, ſtante voluntate, ſeu declaratione creditoris, vel debitoris recipiendi, vel ſolvendi in cauſam ſortis, dec. Sen.23. n.24. pag.131.
Et hæc voluntas creditoris recipiendi in cau-

cauſam ſortis elicitur ex inſtantia facta rigore mandati, pro ſorte obtenti, ibid. num.25.

Præcipuè verò ſi de tempore mandati creditum fructuum erat illiquidum, pro quo non poterat ad executionem deveniri, d. dec. Sen.23. n.26. pag.131.

Nec liquidum fieri poteſt, mediante ſententia illud canonizante, ſi illa non fuit producta, ibid. n.34. pag.131.

Declaratio verò Creditoris an velit recipere in cauſam ſortis, vel fructuum, fieri poteſt ante, & poſt ſolutionem, d. dec. Sen.23. n.27. pag.131.

Sed ſi antea declaravit velle recipere in cauſam ſortis, non valet poſtea voluntatem mutare, ibid. n.28. pag.132.

Maximè ſi prima declaratio facta ſit cum conſenſu concreditorum, & ſecunda ſit ſine dicto conſenſu, d. dec. Sen.23. n.29. pag.131.

Eoque fortiùs ſi poſt primam declarationem ante ſolutionem factam ſecuta ſit ratificatio mediante exactione, vel aliis ſimilibus actis, ibid. n.30.

Secuta enim acceptatione, vel ratificatione, difficiliùs impugnari valet ſolutio in cauſam ſortis, d. dec. Sen.23. n.31. pag.132.

Etiamſi exactio, ex qua deducitur acceptatio, ſit ſolùm pro parte ſecuta, ibid. n.32.

Et etiamſi agatur de muliere, vel minore, qui non poſſunt actum pro parte approbare, & pro altera reprobare, d. dec. Sen.23. n.33. pag.132.

In quam cauſam ceſſerit, declarari poteſt, re integra, à debitore, etiam ex intervallo, dec. Sen.49. n.15. pag.299.

In dubio cenſetur facta potiùs ad extinctionem debiti proprii, quàm alterius, ibid. n.16.

Et in cauſam debitori magis proficuam, & in quam veriſimiliter ſolviſſet, dict. dec. Sen.49. n.17. pag.299.

Proindeque non poteſt cedere in extinctionem debiti incerti, & ad quod quis putat ſe non teneri, ibid. numer.18. pag.300.

Item in dubio cenſetur facta in extinctionem debiti antiquioris, d. dec. Sen.49. n.19. pag.300.

Limita ſupradictas concluſiones, ſtante contrapoſitione partitarum, quæ operatur, ut ſolutio cedat in extinctionem illius debiti, contra quod apponitur, & non aliorum, ibid. n.20.

Sive partitæ fuerint adnotatæ per modum extinctionis debiti, ſive ſimplicis contrapoſitionis, dict. deciſ. Sen.49. num.21. pag.300.

Quia utroque caſu illius debiti extinctionem important, nec licet amplius debitori ſe declarare, ibid. n.22.

Contra quòd ſecundo caſu ex ea ſimplici contrapoſitione -- *de dare, & avere* -- non inducatur ſolutio, vel compenſatio in cauſam debiti contrapoſiti, & ideo ſit licita declaratio, d. deciſ. Senen.49. n.23. pag.300.

Item contra, ſi contrapoſitio non ſit facta, præſente debitore, ibid. numer.24. pag.301.

Sed per Procuratorem, qui cauſam elegit, quam Dominus veriſimiliter non elegiſſet, dict. deciſ. Senen.49. numer.25. pag.301.

Præſertim deficiente ſpeciali mandato, prout requiritur ad declarandam mandantis voluntatem, ibid. n.26.

Et potiùs in contrarium concurrente mandato præſumpto ſolvendi in aliam cauſam, quo caſu Procurator in cauſam diverſam, à qua mandatum limitatum habet, ſolvere non poteſt, d. dec. Sen.49. n.27. pag.301.

Subſequens immediatè poſt adnotationem crediti cedit in cauſam illius, non autem in cauſam diverſam, & in libris non deſcriptam, dec. Sen.17. num.14. pag.91. *& vide infra verſ.* facta.

Collectarum fieri debet in loco, in quo bona exiſtunt, dec. Flor.26. num.38. pag.417.

In Praxi tamen receptum eſt, quod ad locum majorem Provinciæ deferri debeant, ibid. n.39.

Vel ad ſummum, non exiſtente contraria conſuetudine, attenditur in allibrando præventio inter Cataſtrum loci dominantis, & loci inferioris, d. deciſ. Flor.16. n.40. pag.418.

Datis ſolutio ne mulieri facta, reſolvuntur jura, & hypothecæ, quas habet ſuper re mariti, licèt aliis præcedenter ceſſę, dec. Flor.23. n.23. pag.471.

Declara, ut ibid. n.24.

Æſtimi an ad Locatorem, vel conductorem pertineat, *vide in Verb.* Æſtimum.

Facta -- *per ſaldo* -- totius debiti extinctionem importat, dec. Senen.17. num.36. pag.94.

Facta per manus alterius ſpectat ad eum, cujus nomine facta fuit, & ejus pecunia præſumitur, dec. Sen.28. §. Unic. n.47. pag.169.

Præſertim ſi ſolvens retineat bona veri debitoris, ibid. n.51. pag.170.

Facta in certam cauſam in una partita, in eamdem cauſam quoad cæteras partitas facta præſumitur, dec. Flor.51. num.21. pag.771.

Præſertim ſi in una ex partitis ſit adjecta clauſula -- *in oltre* -- ibid. n.22., *& vide in Verb.* clauſula *verſ.* in oltre.

Et verbum *oltre*, d. dec. Flor.51. num.23. pag.771., *& vide infra in verſic.* Præſumitur.

Facta iteratè à Tutore non debet poni in debitum Pupilli, ſed agere debet Tutor pro indebiti repetitione contra eum, cui facta eſt, dec. Sen.28. §. Unic. numer.54. & ſeqq. pag.170.

Iterata pro unico debito fieri non debet, dec. Sen.17. n.2. pag.90.

Et è converſo iteratum, ſeu duplex debitum extingui nequit, unica ſolutione, ibid. n.17. pag.91.

Multiplicitas ſolutionum, & debitorum non præſumitur, dec. Flor.20. nu.10. pag.372.

Negativa ſolutionis non probatur ex non facta deſcriptione in libris, dec. Flor. 21. num.60. pag.460. & dec. Flor.24. n.55. pag.484.

Præcipuè quando negativa ſolutionis à tertio allegatur, qui gravatur onere illam concludenter probandi, ibid. numer.56.

Item non probatur ex facta cancellatione in libro, ſtantibus conjecturis in contrarium, dec. Flor.21. n.59. pag.460.

Partita in debitum hæreditatis favore Tutoris non admittitur, non conſtito de receptis, dec. Sen.28. §. Unic. n.52. & 53. pag.170.

Prout, nec cuicumque Adminiſtratori bonificatur, niſi ſit plenè juſtificata, ibid. num.53.

Præſumitur ex lapſu 40. annorum, deciſ. Flor.24. n.43. pag.483.

Item ex inveriſimilitudine, ibid. n.46.

Ex non comparitione Creditoris in concurſu præſertim ſtante Statuto audientiam denegante non comparenti, dict. deciſ. Florent.24. numer.47. & 48. pag.483.

Eoque magis ſi non comparentes ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, quippè quæ non præſumuntur negligentes in proprio officio, & tuitione jurium Eccleſiæ, ibid. num.49.

Ex facilitate conſequendi, d. dec. Flor.24. n.50. pag.483.

Ex diligentia creditoris in exigendo, ibid. n.51. pag.484.

Ex exactione majoris partis crediti, dict. dec. Flor.24. n.52. pag.484.

Ex petitione facta poſt mortem debitoris principalis, qui dùm viveret poterat docere de ſatisfactione, ibid. n.53.

Maximè ſi petitio facta ſit contra mulierem minorem, de eo tempore innuptam, omniumque ignaram, d. deciſ. Flor.24. n.54. pag.484.

In quam cauſam facta præſumatur, *vid. ſupra in verſ.* cedit.

Præventiva eſt magis conſiderabilis, quàm cum dilatione, dec. Flor.6. numer.26. pag.357.

Et magis conſiderabilis eſt, quæ fit in pecunia numerata, quàm cum traditione ſtabilium, ibid. n.27.

SPECIES

Poſita poſt genus, & copulata cum dictione, *et*, ſtat expoſitivè, & declarativè, & exponitur pro *ideſt*, dec. Sen.31. n.29. pag.105. & n.31. pag.206., *& vide in Verb.* dictiones in ſpecie.

Præſertim, concurrente veriſimili voluntate Teſtatoris, ibid. n.33.

Et negotii qualitate, ſive facti circumſtantiis, dict. deciſ. Senen.31. numer.34. pag.206.

Cum in omni materia Teſtatoris voluntas totum faciat, & ſit attendenda, ibid. num.35.

SPES

Incerta ſuccedendi parùm, aut nihil æſtimatur, deciſ. Florent.12. numer.35. pag.387.

STABILIA

De Anno 1629. reddebant ad rationem quinque pro centenario, deciſ. Sen.23. n.14. pag.129.

STATUTUM IN GENERE

Accipi debet in eo ſenſu, per quem novitatibus, & litigiis occurritur, dec. Senen.23. n.21. pag.130.

Adi-

Adimens mulieri facultatem ſubveniendi neceſſitatibus mariti, tamquam Juri, & rationi repugnans, non valet, dec. Sen. 36. n.5. pag.247., *& vide in Verb.* Mulier *verſ.* obligare.

Aptum corrigere Jus commune in pluribus, ſic interpretari debet, ut corrigat tantùm in uno, deciſ. Senen.23. numer.9. pag.129., *& vide in Verb.* Extenſio.

Beneficium Statuti non denegatur ei, qui probat qualitates à Statuto requiſitas, dec. Sen.3. n.2. pag.11.

Et è converſo non prodeſt ei, qui hujuſmodi qualitates non probat, deciſ. Senen.18. n.13. pag.96.

Civis ex privilegio, ut Statutis Civitatis, cui aggregatus eſt, gaudere poſſit, requiritur, ut in ea habitationem retineat, & onera Civibus impoſita ſuſtineat, deciſ. Flor.16. n.19. pag.415.

Conditum poſt infeudationem, & diſmembrationem Caſtri à Civitate, non comprehendit Caſtra diſmembrata, deciſ. Flor.60. n.67. pag.875., *& vide in Verb.* Statutum quoad recurſum.

Confirmatio in forma communi ſufficit pro Statuto favorabili, & concernente publicam utilitatem, & habente fomentum rationis, & honeſtatis, dec. Flor.15. n.18. pag.406.

Confirmatio Statuti, cauſa cognita, & diſcuſſis in eo contentis, dicitur facta in forma ſpecifica, ibid. n.19. & 21. pag.407.

Maximè ſi Magiſtratus, facta ſedula rimatione Rubricarum Statuti, aliquas, approbatione non dignas, particulariter excepit, d. deciſ. Florent. 15. numer. 20. pag.407.

Ex hac enim aliquarum exceptuatione inducitur aliarum confirmatio in forma ſpecifica, ibid. n.21.

Vigore obſervantiæ centenariæ valet allegari obtenta ſpecifica confirmatio, ibid. num.21.

Et ex obſervantia conſecutiva præſumitur per lapſum temporis confirmatio, d. deciſ. Flor.15. n.17. pag.406.

Conformatio voluntatis Teſtatoris cum Statuto, *Vide in Verb.* Teſtator *verſic.* conformatio.

Correctorium an ſit Statutum, vel interpretativum legis dubiæ, ut dignoſcatur, attendi debet dubietas, quæ vigebat tempore conditi Statuti, dicta dec. Flor.15. numer.12. pag.406.

Declarans legem dubiam laudabile potius, & favorem publicum concernens, quàm exorbitans, & odioſum dici debet, ibid. num.13.

Error in Statuti diſpoſitione non præſumitur, ſed ab allegante probari debet, d. dec. Flor.15. n.3. & 4. pag.404.

Et ſi diſpoſitio Statuti ſit legibus Imperialibus contraria, dici debet Statuentes alteraſſe diſpoſitionem Juris communis, non errorem irrepſiſſe in Statuto, ibid. n.7. pag.405.

Excluſio perſonarum per Statutum ordinata non habet locum, quando perſona excludens eas voluit admittere, d. dec. Flor.15. n.28. pag.408.

Generale non procedit in caſibus, in quibus per ſpeciale proviſum eſt, dec. Senen.16. n.7. pag.86.

Generaliter loquens de mulieribus, nuptas quoque comprehendit, ibid. n.5. pag.85. *& vide in Verb.* Statuta particularia diverſorum locorum, *verſ.* Senenſe *Rubr.* 130. *diſtinct.*2.

Habilitare nequit non ſubditum, dec. Senen.10. n.27. pag.104.

Intelligi debet ad formam Juris, dec.Sen.5. n.7. pag.37.

Quia ab eo paſſivam interpretationem recipit, dec. Sen.18. n.10. pag.95.

In concernentibus nomen debitoris non attenditur Statutum loci contractus, ſed deſtinatæ ſolutionis, dec. Flor.54. n.25. pag.811.

Non extenditur ad caſus, in quibus æquè potens ratio non militat, dec. Sen.23. num.5. pag.128.

Immò nec ad illos, in quibus militat eadem, vel major ratio, ſi ſit à Jure exorbitans, ibid. n.8.

Obſervantia contraria Statutorum non inducitur ex actibus facultativis, dec. Flor. 15. n.29. pag.408.

Non probatur ex atteſtationibus extrajudicialibus, ibid. n.30.

Sententia contra ſtatuti diſpoſitionem deſtruit ipſius obſervantiam, d. dec. Flor.15. n.26. pag.408.

Sed non procedit, ſi Judex potuit moveri ex aliis cauſis, ob quas non intraret diſpoſitio ſtatuti, & non conſtet ex actis, in quo fuerit fundata ſententia, nam tunc non excluditur obſervantia ſtatuti, ibid. n.27.

Su-

Super quo eximius Doctor ſcripſit, dicitur fuiſſe in obſervantia de tempore, quo ſcripſit, dict. dec. Florent.15. num.16. pag.406.

Ordinatur regulariter ſtatutum ad dirimendas quæſtiones dubias, & de jure controverſas, ibid. n.45. pag.410.

Originale antiquum ſtatuti, non recens ejuſdem tranſumptum debet attendi, & quale originale dici debeat, d. dec.Flor. 15. n.5. pag.405.

Originis, & ubi bona ſunt poſita, attenditur, non autem ſtatutum Civitatis dominantis, dec. Florent.16. numer.42. pag.418.

Particulare loci ſubjecti ubi adeſt, nec in dominanti adeſt contrarium, illud debet attendi, ibid. n.16. pag.414. ubi de Statuto Florentino, & n.18. ubi generaliter de aliis ſtatutis.

Prævalet diſpoſitioni Juris communis, dec. Flor.60. n.53. pag.873.

Rejiciens omnes exceptiones non comprehendit illam, quæ provenit ex defectu adimplementi, dec.Sen.30.n.16. pag.181. *& vide in Verb.* Exceptio *verſ.* non implementi.

Stante ſtatuto prohibente viro legare Uxori ultra certam ſummam, etiamſi Maritus habilitatus dici poſſet ad relinquendum, non per hoc dicitur habilitata Uxor ad recipiendum, dec. Flor.16. n.56. pag.419. ubi de Statuto Piſano, *vide infra in Verb.* ſtatuta particularia diverſorum locorum *verſ.* Piſanum.

Et in terminis aliorum ſtatutorum, ibid. num.57.

Stricte interpretari debet, dec. Senen.25. n.2 pag.128.

Ideò loquens de cambio non extenditur ad litteras cambii, ibid. n.3.

Ubi adeſt ſtatutum non eſt ulterius quærendum, ac ſi adſit caſus legis, dec. Sen. 16. n.3. pag.85.

Litteralis enim diſpoſitio ſtatuti, tamquam lex, debet attendi, dec. Flor.15. n.2. pag.404.

Una pars ſtatuti claram aliam ambiguam declarat, dec. Sen.3. n.30. pag.16., & dec. Sen.16. n.15. pag.87.

Præcipuè ſi ſint in eadem Rubrica, ibidem.

Et fortius ſtantibus verbis relativis, d.dec. Sen.3. n.31. pag.16.

Unius Artis non extenditur ad aliam Artem, quæ particularia habeat ſtatuta, dec. Flor.24. n.61. pag.485.

Et ideo deciſiones emanatæ reſpectu unius ſtatuti, & Artis, regulam dare non poſſunt pro aliis, qui conductoribus majorem, vel minorem favorem tribuunt, ibid. n.62.

STATUTUM quoad excluſionem Feminarum

Locum habet in hæreditate dotantis tantùm, & non aliorum, dec. Floren.15. num.31. pag.408.

Limita, quando non ſimpliciter excluduntur fœminæ, ſed ulteriùs nominantur perſonæ, à quarum ſucceſſione debent excludi, ibid. n.32.

Præcipuè ubi ſtatutum fuit conditum favore maſculorum, & agnationis, d. deciſ. Flor.15. n.33. pag.408.

Eoque magis ſi dirigat verba in dotationem, non in dotantem, quia ſufficit per aliquem ex nominatis fœminas dotatas reperiri, ibid. n.34. pag.409.

Ceſſat excluſio feminæ ob dotem excluſæ, ſi dotata non reperiatur de tempore mortis ejus, cui debet ſuccedere, d. dec.Fl.15. n.35. pag.409.

Declara, niſi ſtatutum præcipiat feminas aliquid præter dotem non poſſe petere, tunc enim ſufficit quandocumque dotatas eſſe, ibid. n.36.

Item declara, ſi ſtatutum excludat ſorores, etiam dotatas à Fratre, tunc enim cenſetur excludere à ſucceſſione feminas, ſive ante, ſive poſt ſucceſſionem fuerint dotatæ, dict. deciſ. Florent.15. n.38. pag.409.

Fortiùs ubi Statutum reſpiciat favorem maſculorum, quo caſu ſufficit, maſculos eſſe paratos ad dotem præſtandam, ibid. num.39.

Quia in hoc caſu finalis ratio excluſionis cenſetur favor maſculorum, & agnationis, dict. dec. Florent.15. num.40. pag.410.

Cenſetur autem conditum pro agnatione, quando ob dotem ab uno receptam, feminæ ab omnibus ſucceſſionibus excluduntur, ibid. n.41.

Quo caſu non officit, feminas eſſe vocatas à ſtatuto poſt maſculos, quia non unidè tollitur agnationis contemplatio in caſibus, in quibus maſculi feminis præferuntur, d. dec. Flor.15. numer.42. pag.410.

Et

Et hoc tam durante maſculinitate, quàm ea finita, & vivente fœmina agnata, à ſtatuto contemplata, ibid. n.43.

Eoque magis fœminæ à ſtatuto excluſæ poſſunt quandocumque dotari, etiam poſt mortem Patris, ſi talis ſit obſervantia in loco, dict. deciſ. Florent.15. num.46. pag.410.

Et illius loci ſtatuta in hac materia attenduntur, ubi teſtamentum fuit conditum, ubi ſunt poſita bona Teſtatoris, & de quo Teſtator ſe nominavit, dec. Flor.16. n.11.12.13. & 18. pag.414.

Aliqua de Statuto Florentino, excludente fœminas, ſtantibus maſculis, *vide ſupra in Verb.* Statuta particularia diverſorum locorum *verſ.* Florentinum.

Alia ad materiam de Statuto Montis S. Sabini, *vide ſupra in Verb.* Statuta particularia diverſorum locorum, *verſ.* Montis S. Sabini.

Alia de Statuto Bargenſi, excludente fœminas dotatas propter maſculos, *vide in Verb.* Statuta particularia diverſorum locorum *verſ.* Bargæ.

STATUTUM quoad prohibitionem alienationis in Forenſes.

Non comprehendit alienationem, quæ fit in Forenſes ex cauſa dotis, dec. Sen.20. n.15. pag.103.

Diſtinguitur tamen inter dotem æſtimatam, & inæſtimatam, ibidem num.16. remiſſivè.

Item non comprehendit eam, quæ fit in Forenſem, habilitatum ad acquirenda bona, vel in Uxorem ejuſdem habilitati, d. dec. Sen.20. n.18. pag.103.

Uxor enim gaudet eadem civilitate privilegiata, cæteriſque Viri privilegiis, ibid. num.19.

Item non comprehendit alienationem, quæ fit in ſubditum ejuſdem Principis, d. dec. Sen.20. n.20. pag.103.

Nec illam, quæ fit de bonis jam in exterum tranſlatis, & effectis alienabilibus, quia talia ſemper remanent, ibidem num.21.

Quod procedit etiamſi ſtatutum non loquatur in perſonam, ſed in rem, d. dec. Sen.20.n.22.& 23., ubi de ratione p.104.

Maximè ſi alienanti, vel Notario, inſtrumentum alienationis conficienti, ſtatutum imponat pœnam, quæ Forenſi alienanti, vel Notario Forenſi infligi non poteſt, ibid. n.26. & 27.

Et ex hoc colligitur, dirigere verba in perſonam, ibid., & de ratione n.27.

Contrariæ Auctoritates declarantur, & reprobantur, d. dec. Sen.20. n.24.& 25. & n.33. pag.105.

Ratio ſtatuti prohibentis alienationem in Forenſes eſt, ut Cives locupletiores fiant, & ut faciliùs onera ſubſtineant, ibid. n.22. pag.104.

Clancenani non prohibet, Forenſem alienare bona, ibidem poſita, in alium Forenſem, d.dec. Sen.20. n.29. pag.105.

Ideo Clanceanenſes poſſent alienare in alium Forenſem bona acquiſita in loco, ubi adeſt ſtatutum prohibens alienationem in Forenſes, ſi ulteriùs in eodem loco adſit ſtatutum de eodem Jure reddendo, ibid. n.30.

In Statu Florentino ſtatuta prohibentia alienationem in Forenſes ſunt aboleta, d. dec Sen.20. n.1. pag.101.

Idque à Principe fieri poteſt tam expreſſè, quàm tacitè, ibid. n.3.

Montis Politiani, prohibens alienationem in Forenſes, actus nullitatem inducit favore Communitatis, Fiſci, & Civium, quibus tribuit jus paſcendi ſuper bona alienata, dict. deciſ. Senen.20. num.4. pag.101.

Ideoque de hac nullitate opponere poſſunt Fiſcus, Communitas, & Cives, non autem tertius forenſis, ibid. n.5. *& vide materiam in Verb.* Nullitas.

STATUTUM quoad recurſum.

Ad ſtatutum Civitatis dominantis recurritur ſolùm, quando ſtatutum particulare loci, nec in genere, nec in ſpecie diſponit, dec. Flor.60. n.55. pag.875.

Contra quòd neceſſe ſit, Statutum loci ſubditi diſponere de caſu contingenti, nec ſufficiat, quòd diſponat de materia, ibid. n.56.

Ideo ſtante ſtatuto Petræ Sanctæ, excludente Matrem, ſi quæſtio ſit de excludenda Amita, illa etiam excluſa remanet ob Statutum Civitatis Florentiæ dominantis, d. dec. Flor.60. n.57. pag.874.

Eoque faciliùs ad Civitatem Florentiæ dominantem recurſus conceditur, ſtante *l. Urbem noſtram*, per quam hoc ſpecificè cavetur, ibid. n.58.

Doctores de hac lege loquentes referuntur, ibid.

Et quæ loca, prædicta lex comprehendat, dict. deciſ. Florent.60. num.74. pag.876.

ubi verba legis adducuntur.

Et ſtante hac lege recurritur, ſive ſtatutum loci ſubditi non loquatur de materia, ſive de ea loquatur, ſed caſum particularem non attingat, ibidem num. 59. pag. 874.

Quoad effectum enim idem eſt, quòd de materia nullo modo diſponat, vel quòd non decidat caſum individuum, d. deciſ. Flor. 60. n. 60. pag. 874.

Et quando utrumque ſtatutum eſt compatibile, utrumque ſervari debet, illud ſcilicet loci ſubditi in caſu, de quo loquitur, & illud loci dominantis in caſu, de quo non diſponit illud loci ſubditi, ibid. n. 61.

Hujuſmodi enim ſtatuta non dicuntur inter ſe abrogatoria, ſed illud loci ſuperioris venit addendo, & ſupplendo alteri loci ſubditi, d. dec. Florent. 60. n. 62. pag. 874.

Non recurritur ad ſtatutum loci Superioris, quando locus ſubditus eſt infeudatus, & ab eo ſeparatus, ibid. n. 63.

Contra quòd infeudatio nihil operetur reſpectu loci, qui ſemel fuit de dominio, & juriſdictione alicujus Civitatis, d. dec. Florent. 60. num. 64. pag. 874., ubi de ratione, *& vide in Verb.* Infeudatio.

In *defectum* ſtatutorum Montis S. Sabini recurri debet ad Statuta Civitatis Florentiæ dominantis, ibid. num. 48. pag. 873. & num. 66. pag. 875. & n. 77. pag. 876.

Et quomodo hoc procedat, *vide infra in Verb.* Statuta particularia diverſorum locorum *verſ.* Montis S. Sabini.

Liburni Civitas, deficiente ſtatuto particulari, recurrit ad Statuta Florentina, dec. Flor. 21. n. 66. pag. 460.

Mandans in caſibus omiſſis recurri ad Jus commune, intelligi debet pro Jure communi de Statuto Civitatis dominantis, dec. Flor. 60. n. 68. pag. 875.

Contra quod intelligatur de Jure communi Romanorum, ibid. n. 69.

Declara, quod ſi Civitas ſit ſeparata tempore conditi ſtatuti, tunc indubitatum ſit verba prædicta intelligi debere de Jure communi Romanorum, d. dec. Flor. 60. n. 70. pag. 875.

Et de ratione, ibid.

Subdeclara, ut hoc intelligatur, quando Civitas ſubjecta diſponit, quod recurratur ad Jus commune, non verò ſi id diſponatur à Statuto Civitatis dominantis, d. dec. Flor. 60. num. 72. pag. 876.

Et tunc tale ſtatutum ſi ſit conceptum verbis, comprehendentibus bona tunc ſubjecta, & in futurum ſubiicienda, ſe extendit etiam ad loca poſtea incorporata, ibid. n. 73. & 75. pag. 876.

STATUTUM quoad Retractum

Concedens retractum in venditione an locum habeat in datione in ſolutum, remiſſivè, dec. Sen. 3. n. 28. pag. 15.

Laicale ſuper retractu non afficit Clericum, dec. Sen. 3. n. 16.

Sed contractum Clerici venditoris comprehendit, ſi diſponit contra Emptorem Laicum, & poſt quam bona effecta ſunt de illius dominio, ibidem num. 6. & 7. pag. 11.

Et iſto caſu totum damnum eſt emptoris, qui patitur avocationem poſſeſſionis, & dominii reſolutionem, dec. Sen. 3. n. 22.

Dicitur autem dirigere verba in Emptorem, ſi concedat retractum, & obliget Emptorem ad cedendum Jura, & promittendum pro ſuo dato, & facto, d. deciſ. Sen. 3. n. 32. pag. 16.

Item ſi concedat retractum etiam poſt elapſum annum à die factæ alienationis, ibid. num. 33.

Et obligans ad cedendum jura innuit, primam venditionem eſſe validam à principio, d. dec. Sen. 3. n. 37. pag. 17.

Item ſi verba ſint impersonaliter prolata, quia tunc referenda ſunt potiùs ad Emptorem, quam ad Venditorem, ibidem n. 16. pag. 15.

Hujuſmodi enim verba ſtatuti in materia retractus interpretationem recipiunt à Jure, d. dec. Sen. 3. n. 15. pag. 15. & dec. Sen. 18. n. 10. pag. 95.

Concedens retractum ob non factam denunciationem à venditore, comprehendit venditionem factam à Clerico, quando ſtatutum nedum annullat venditionem, ſed etiam concedit retractum contra Emptorem, dec. Sen. 3. n. 45. verſic. nec replicare, & ſeqq.

Et de denunciatione tali caſu debet eſſe ſollicitus laicus emptor, & quomodo, ibidem.

Poteſt Emptor per ſe ipſum denunciare vicino, d. dec. Sen. 3. n. 45.

Quam denunciationem poteſt facere, quamvis adſit ſtatutum quòd leges Municipales intelligantur ad litteram, d. dec. Sen. 3. n. 48. & 50.

Et hæc denunciatio, uti inducta ad particularem finem liberandi emptorem à retractu, non poteſt operari diverſum effectum, ut non ſit licitum venditori pœnitere, d. dec. Sen. 3. n. 49.

Si tamen obliget venditorem ad revendendum, mediante Judice laico, non comprehendit Clericum; secùs ſi diſponat revenditionem fieri debere, mediante Judice competente, dec. Sen. 3. n. 12. verſ. rurſus.

Si obliget ad revendendum pro æſtimatione facienda à Perito, non obligat Clericum, uti damnoſum, d. dec. Senen. 3. n. 57. pag. 20.

Secùs ſi diſponat, retrahentem teneri ſolvere idem pretium, & ſubjacere eiſdem conditionibus, ibid. num. 58. *& vide materiam in Verb.* Retractus.

Senenſe Rubr. 189. de Jure congrui diſt. 2. tribuit facultatem retrahendi Vicino, qui intra annum à die ſcientiæ declaravit velle retrahere, d. dec. Sen. 3. n. 1. pag. 10.

Et competit retractus ex d. Statuto abſque ulla contractus ſciſſura, & diviſione, ibid. n. 5. pag. 11.

Non operatur contra venditorem, ſed contra Emptorem, d. deciſ. Senen. 3. n. 22. pag. 15.

Duo tribuit remedia unum contra venditorem, aliud contra Emptorem pro retractu, ibid. n. 23. pag. 15. n. 34., & 35. pag. 16. & n. 52. pag. 19.

Ejuſdem ſtatuti verba quæ ſint, d. dec. Senen. 3. n. 27. pag. 15.

STATUTUM quoad Solemnitates

Doctor minor poteſt ſe obligare ſine ſolemnitatibus ſtatuti, deciſ. Florent. 59. n. 18. pag. 860.

Contra de veriori, ibid. n. 19.

Secùs tamen eſt in Notario, qui poteſt ſine ſolemnitatibus ſe obligare, d. dec. Flor. 59. num 20. pag. 860.

Et de ratione, ibid. n. 21.

Solemnitates Statuti non requiruntur in contractu jurato, d. dec. Flor. 59. n. 22. pag. 860.

Et in quibus aliis caſibus non requirantur, *vid. in verb.* Solemnitates *verſ.* ſtatutariæ.

Statuta inducentia certas ſolemnitates in contractibus Mulierum, emanarunt ad fraudes evitandas, ideo ceſſante fraude, ceſſat illorum diſpoſitio, & quare, dec. Sen. 36. num. 31. pag. 252., *& vide in Verb.* ſolemnitates *verſ.* ſtatutariæ.

Alia de hujuſmodi ſtatutis, *vide in Verb.* Mulier, *& in Verb.* Solemnitates.

Plura de ſolemnitatibus requiſitis in contractu Minorum, & Filiorum familias vigore Statuti Senenſis, *vide in Verb.* Statuta particularia diverſorum Locorum *verſ.* Senenſe.

STATUTUM quoad ſucceſſionem

Vide in Verb. Statutum quoad excluſionem fœminarum.

STATUTA particularia diverſorum Locorum

Barga lib. 2. Rubr. 13. excludit fœminas dotatas, ne dum propter maſculos, ſed etiam propter Nepotes, dec. Floren. 15. n. 1. pag. 404.

An hoc ſtatutum dicatur Juris correctorium, vel declarativum, & an exorbitans, vel favorabile, ibid. n. 8. & ſeqq. pag. 405.

Super variis ſtatutis Bargæ plures ſcripſerunt inſignes DD., qui referuntur, d. dec. Flor. 15. n. 24. pag. 407.

Ex generali validitate, & obſervantia ſtatutorum Bargæ, arguitur ad confirmationem controverſi ſtatuti, in eodem volumine inſerti, & in eadem cancellaria conſervati, ibid. n. 25.

Prædictum Bargæ Statutum diſponit, fœminas dotatas debere eſſe contentas dote recepta, & qualia ſint verba ſtatuti, d. deciſ. Flor. 15. n. 36. pag. 409.

In terra Bargæ non extat memoria, quòd fœminæ, etiam poſt mortem Patris dotatæ, exiſtentibus maſculis, aliquid receperint ultra dotem, d. deciſ. Flor. 15. n. 47. pag. 410.

Et juxta talem obſervantiam, & conſuetudinem Statutum debet interpretari tam de Jure, quàm ex alio Statuto, ibid. n. 48.

Clancetum non prohibet Forenſem alienare bona ibidem poſita in alium Forenſem, dec. Sen. 20. n. 29. pag. 105., *& vide in Verb.* Statutum quoad alienationem in Forenſes.

Clusinum de retractu dirigit verba contra venditorem, illumque compellit ad revendendum, dec. Sen. 3. n. 12.

Quæ compulſio fieri debet à Judice laico, ibidem verſic. rurſus.

Et ob id non comprehendit Clericum venditorem, ibidem.

Flo-

Florentinum, & Bargæ, fœminas excludens dotatas, cenſetur conditum favore maſculorum, & agnationis, dec. Flor. 15. n. 40. pag. 410., *& vide infra in verſ.* Florentinum *lib.* 2. *Rubr.* 130.
Florentinum non habet locum quando Statuta Piſana de aliqua re diſponunt, deciſ. Flor. 16. n. 17. pag. 415. *& vide infra in verſ.* Piſanum.
Exiſtens in Cancellaria Communitatis, & in Archivio Reformationum Florentiæ aſſervatum, & in libro aliorum Statutorum inſertum, præſumitur in uſu, & obſervantia, deciſ. Flor. 15. numer. 23. pag. 407.
Quod ad Cancellariam Reformationum tranſmittitur, debet eſſe tranſumptum ab originali, ibid. num. 6. pag. 405.
Florentinum Statutum *lib.* 2. *Rubr.* 130., fœminas excludens à ſucceſſione, eas quoque excludere cenſetur à legitima, ejuſque ſupplemento, dec. Flor. 4. num. 8. pag. 337.
Et hujus Statuti vi fœmina ſemel à ſucceſſione excluſa, amplius ad eamdem non reintegratur, ibid. n. 9.
Florentini Statuti vigore Patruus excludit Aviam paternam, dec. Flor. 60. nu. 54. pag. 873.
Idque tam vigore antiqui Statuti Florentini, quàm vigore Reformationis, ibid. n. 67. pag. 875. & n. 71. pag. 876.
Et an illam excludat vigore Statuti Montis S. Sabini, d. deciſ. Flor. 60. num. 54. pag. 873., *& vide infra in verſic.* Montis S. Sabini.
Florentino Statuto ſi uti velit Forenſis, ſatiſdare debet de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, tam in cauſa conventionis, quàm reconventionis, deciſ. Flor. 29. n. 3. pag. 524., *& reliqua vide in Verb.* Satiſdatio.
Florentiæ Statuta aliquarum artium diſponunt, ob non ſolutionem penſionis Intratutarium privatum remanere jure intraturæ, dec. Flor. 24. n. 60. pag. 485. *& vide in Verb.* Intratura.
Artis Fabricantium, ſuper appellatione à prima ſententia refertur, ibid. n. 64.
Mercantiæ Florentiæ lib. 3. Rubr. 2., in concurſu creditorum debitoris decocti factis citationibus, & edictis, qui non comparet intra terminum præfixum, repellitur ab ulteriori petitione ejus crediti, dec. Flor. 24. n. 47. pag. 483.
Florentina Status de tempore in tempus confirmanda, confirmatione non ſecuta, non annullantur, dec. Flor. 15. n. 24. pag. 406.
Et ſufficit, quòd reperiantur confirmata tempore, quo venit caſus in diſpoſitione comprehenſus, immò etiam ex poſt, ibid.
Florentiæ, & in toto Statu Florentino ſtatuta prohibentia alienationem in Forenſes, ſunt aboleta, dec. Sen. 20. n. 1. pag. 101., *& vide in Verb.* Statutum quoad alienationem in Forenſes.
Liburni, deficiente ſtatuto particulari, vivitur cum ſtatuto Florentino, dec. Flor. 21. n. 66. pag. 460.
Mantua, quòd Forenſibus jus reddatur ſecundum ſtatuta, & ordinamenta ejuſdem Civitatis, eſt factum in odium Forenſium, dec. Senen. 20. ſub numer. 32. pag. 105.
Montis Politiani, prohibens alienationem in Forenſes, actus nullitatem inducit favore Communitatis, Fiſci, & Civium, quibus tribuit jus paſcendi ſuper bonis alienatis, ibid. n. 4. pag. 101., *& vide latè in Verb* Statutum quoad alienationem in Forenſes.
Montis Politiani diſponit, quod Forenſibus idem jus reddatur, quod civibus redditur à Forenſibus in eorum Civitatibus, ibid. n. 28. pag. 104.
Et quid ex hoc inferatur, dict. dec. Sen. 20. n. 29. & 30. pag. 105.
Quòd ſit in favorem Forenſium, & non in odium, ibid. n. 32.
Montis S. Sabini, non exiſtentibus filiis maſculis, aut aliis deſcendentibus per lineam maſculinam, filias fœminas vocat, dec. Flor. 60. n. 46. pag. 871.
Et talis vocatio reſultat ex quo illud diſponit, filias non ſuccedere, exiſtentibus dictis filiis, & deſcendentibus, ibid. num. 47.
In defectu ſtatutorum Montis S. Sabini recurri debet ad ſtatuta Civitatis Florentiæ dominantis, d. dec. Florent. 60. n. 48. pag. 872. & n. 66. pag. 875. & n. 77. pag. 876.
Etiamſi regatur particularibus Miniſtris, ibid. d. n. 77.
Sed hoc procedit, quando in loco ſubjecto nullum adeſt ſtatutum de caſu controverſo diſponens, d. deciſ. Flor. 60. n. 49. pag. 872.

Secùs ſi talem caſum decidat, vocando fœminas etiam à contrario ſenſu, nam tunc non recurritur, ibid. n.30.

Afferuntur Auctoritates individuales de recurſu ad Statutum Florentinum loquentes, ibid.

Et aliæ generales de non recurrendo ad Statutum dominantis, quando illud loci particularis diſponit etiam à contrario ſenſu, dict. dec. Florent.60. num.31. pag.875.

Patre Sancta excludens matrem an locum habeat, ſi quæſtio ſit de excludenda Amita, vel ſaltem recurratur ad ſtatutum Florentiæ, *vide in Verb.* Statutum quoad retractum *verſ.* ad ſtatutum.

*Piſanum rubr.*40. quòd maritus non poſſit donare, vel relinquere uxori, vel aliis, per quos ad Uxorem perveniat, ultra ſummam librarum quindecim, refertur, & latè examinatur, deciſ. Florent.16. num.1. & 5 uſque ad finem, pag.413. & ſeqq.

Eſt in viridi obſervantia, plureſque ſuper eo ſcripſerunt, ibid. n.8. pag.414.

Et comprehendit etiam eum, qui eſt Civis Piſanus, & Florentinus, ſi Florentiæ habeat ſolam Civilitatem ex privilegio, Piſis verò habeat domicilium originem, & habitationem, d. dec. Flor. 16. n.9. & 10. pag.414.

Maximè ſi Piſis ſit factum teſtamentum, & in eo Teſtator ſe Civem Piſanum ſolùm deſcripſerit, & de bonis Territorii Piſani unicè diſpoſuit, ibid. nu.11. 13. & 14.

Et fortiùs dum in Civitate Florentiæ dominante non adeſt in hoc ſtatutum contrarium, dict. deciſ. Florent.16. num.15. pag.415.

Piſanum diſponens, quòd in caſibus omiſſis recurratur ad jus commune fuit, conditum de tempore, quo Civitas non erat ſubdita Florentiæ, ibid. n.20.

Et de tempore ſubjectionis fuit tale ſtatutum cum aliis confirmatum, d. deciſ. Flor.16. n.21. pag.415.

Ideo pro Jure communi intelligi debet jus Romanorum, non Florentinorum, ibid. n.22.

Non obſtante diſpoſitione legis -- *Urbem noſtram* -- d. dec. Floren.16. numer.23. pag.416.

Piſanum attenditur, quando Civis Piſanus actum facit uti talis in Civitate Piſarum ſuper bonis ibi ſitis, ſive adſit, ſive non ſtatutum contrarium Florentiæ, ibid. num.41. pag.418., *& vide in Verb.* Civilitas *verſ.* acquirens.

Regni Neapolitani conſtitutio ſuper retractu, præcipit rem debere vendi vicino pro æſtimatione facienda à Peritis, dec. Sen.3. n.57.

*Senenſe rubr.*174. *de Curatore Furioſ. & Prodig. diſt.*1. curam hujuſmodi perſonarum primo loco teſtamentariis, ſecundo legitimis, tertio dativis tutoribus defert, dec. Sen.48. n.15. pag.294.

*Senenſe rubr.*30. *diſt.*1. diſponens, Procuratorem teneri ad exhibitionem mandati, procedit in judiciis ordinariis, non autem executivis, recipiendo interpretationem à jure communi, dec. Sen.18. nu.9. & 10. pag.95.

*Senenſe Rubr.*91. *diſt.*2. diſponens, ut contractus locationis, ſeu proprietatis renunciari poſſit, intelligi debet de conceſſione facta per ſimplicem contractum locationis, vel proprietatis, ſecus verò quando conceſſio tranſivit in contractum -- *de perpetua* -- dec. Sen.42. n.12. pag.172.

*Senenſe Rubr.*130. *diſt.*2. *de Contract. minor. & Filiorum fam.* utens verbo -- *Minor* --, tamquam commune maſculis, & fœminis, etiam iſtas comprehendit, deciſ. Sen.16. n.1. pag.85.

Maximè ſi adſit verbum -- *quilibet* -- & de ratione, ibid. n.2.

Idque ſive fœminæ ſint nuptæ, ſive innuptæ, ibid. n.4.

Ratio quia ſtatutum generaliter loquens de mulieribus, nuptas quoque comprehendit, dict. dec. Senen.16. num.5. pag.85.

Ideo mulier minor, etiam nupta, gaudet omnibus privilegiis pro minori ætate conceſſis, & ſignanter reſtitutione in integrum, ibid. n.6. pag.86.

Non obſtante ſtatuto ejuſdem Civitatis *Rubr.*169. loquente ſpecialiter de mulieribus conjugatis, quia illud non comprehendit mulieres minores, ſed de majoribus loquitur, d. dec. Sen.16. n.7. & 8. pag.86.

Et additio ad dictum ſtatutum 169., utpote regiſtrata in publico Archivio, & inſerta in volumine ſtatutorum, plenam facit probationem, ibid. n.10.

Verba præfati ſtatuti Senenſis *Rubr.*130. ſe-

ſe-

feruntur, d. dec. Sen.16. n.11. & 12. pag.86.

Juxta illud non requiritur decretum Officialium mercantiæ in contractibus mulierum, ſed ſufficit conſenſus proximiorum, qui jurent contractum cedere in mulieris utilitatem, ibid.

Quia cum dicat ſolùm requiri conſenſum proximiorum, habilitat illas ad contrahendum abſque aliis ſolemnitatibus, d. dec. Sen.12. n.16. pag.87.

Sed illud procedit ſolùm in mulieribus minoribus nuptis, quia in innuptis prædictorum Officialium decretum requiritur, idque ex diſpoſitione ſtatuti mercatorum *Rubr.*123. *diſt.*3., ibid. n.17. & 18.

De conſuetudine tamen ejuſdem Civitatis interponitur etiam in contractibus mulierum minorum nuptarum, dict. dec. Sen.16. n.20. & de ratione dictæ conſuetudinis n.19. pag.87.

Hæc tamen conſuetudo eſt varia circa qualitatem Judicis, qui illud interponere ſolet, ibid. n.21.

Ideo in hac varietate recurri debet ad diſpoſitionem Juris communis, ibidem num.22.

Vel porrigi debet memoriale Principi, qui deputet Judicem ſuo arbitrio, dict. dec. Sen.16. n.23. pag.87.

Quo caſu Princeps arbitrium regulabit ex qualitate materiæ, ibid. n.24.

Et ſi materia ſit indifferens, poterit id committere Judici ordinario, qui regulariter eſt competens in interpoſitione decretorum, d. dec. Sen.16. nu.25. pag.88.

*Senenſe cap.*159. *diſt.*2. privat beneficio inventarii, dec. Sen.32. n.17. pag.204.

*Senenſe rubr.*169. *de contract. Mulier. conjugat. diſt.*2. quæ requirat, dec. Sen.36. n.15. pag.249.

*Senenſe rub.*169. *diſt.*2. *de Contractibus mulier. conjugat.* tribuit aſſertioni Judicis, decretum interponentis, præſumptionem juris, & de jure, adeout probationem in contrarium non admittat, ibidem.

*Senenſe rub.*189. *de Jure congrui diſt.*2. tribuit facultatem retrahendi vicino, qui intra annum à die ſcientiæ declaravit velle retrahere, dec. Sen.3. n.1. pag.10.

Plura de hoc Statuto, *vide ſupra in Verb.* Statutum quoad retractum.

*Senenſe de inviolabili obſervantia conſtitutionum Senenſium diſt.*4. refertur, ibid. n.10. pag.86.

*Senenſe rub.*155. *de Officio, & Auctoritate Judicis Curiæ Placiti diſt.*4. quid diſponat, ibid. n.18. pag.195.

*Senenſe rubr.*164. *diſt.*4. mandans intelligi ſtatuta ad literam, & prout jacent, rejicit frivolam, & inſubſiſtentem interpretationem, non autem legitimam, & juridicam, dec. Sen.3. n.48. pag.18., & n.50. pag.19.

Operatur, ut non admittatur extenſio de caſu ad caſum, nec ex identitate, vel majoritate rationis, dec. Sen.23. n.10. pag.129.

Senenſe annullans cambium ultra triennium, non comprehendit cambium limitatum, ſed de currente, & illimitato loquitur, dec. Sen.23. n.1. pag.128. *& vide latè in Verb.* cambium, *verſic.* Senis ex bannimento.

Ex diſpoſitione ſtatuti Senenſis ponere non poteſt Judex in ſententiis, *viſis &c.*, niſi ſcripturas opportunè viderit, deciſ. Sen.17. n.19. pag 92.

Senenſe in materia reparationis Viarum interpretatur, deciſ. Senen.19. numer.15. pag.98.

Senis adeſt ſtatutum diſponens, in cauſis procedi ex bono, & æquo, ſummariè, & ſine ſtrepitu, & figura Judicii, dec. Senen.1. n.12. pag.4.

De diverſis conſuetudinibus Civitatis Senenſis, *Vid. in Verb.* Conſuetudo, *verſ.* Senis.

Volaterrarum Statuti diſpoſitio circa taxam dotium refertur, deciſ. Flor.4. num.16. pag.338. & dec. Flor.6. n.8. pag.354.

STERILITAS

Immodica quæ ſit, & intolerabilis ad effectum obtinendi defalcum, *vide in Verb.* Defalcum.

STUPRUM

Pœna ſtupri hodie de conſuetudine eſt arbitraria Judici, & eo magis Principi, dec. Flor.40. §. unic. n.8. pag.647.

Et qualis ſit de Jure communi, ibid. n.9.

Florentiæ, ſtupri pœna ſunt lib.500. ex diſpoſitione Statuti, d. dec. Flor.40. §. unic. n.10. pag.647.

Et in perſona famulæ, & pediſſequæ punitur pœna libr.25., & in aliis mulieribus minùs deterioratæ conditionis in lib.100., & ubi conſenſerint, in nihilum punitur, ibid. n.12.

Inter cauſas, pœnam ſtupri minuentes, reputatur vilitas Puellæ ſtupratæ, d. dec.

Flor.

Flor.40. §. unic. n.11. pag.647.
Item attentatio abſque conſummatione ſtupri, ibid. n.13.
Sicut & mitiori pœna punitur ſtuprum à ſtupratore confeſſatum, & à Puella negatum, quod aliundè non poſſit probari, dicta deciſ. Flor.40. §. unic. num.14. pag.647.
Commiſſum cum Vidua Florentiæ punitur, ibid. n.15.
Sed mitiùs, quàm cum Virgine, ibidem num.16.
Ejuſdem reiteratio auget pœnam, d. dec. Flor.40. §. unic. n.38. pag.651.
Maximè ſi reiteratio ſit ſcandaloſa, ibidem num.39.
Caſus, in quibus graviùs, vel mitiùs punitur, & magis, vel minùs à Principe gratiatur, *vide in Verb.* Pœna *verſ.* augetur, & latiſſimè dec.40. §. unic. ferè per totum.
Supplicantibus pro remiſſione pœnæ ſtupri, conſentiente utraque parte matrimonium contrahere, ſolet pœna in totum, vel in parte conſiderabili remitti, d. deciſ. Flor.40. §. unic. n.6. pag.646.
Et ita practicatur in Electoratu Saxoniæ, & Florentiæ, ibid. n.7. ubi multa reſcripta S.C.R.
Per vim commiſſum non dicitur, ſi violentia non ſit facta perſonæ, d. dec. Flor. 40. §. unic. n.62. pag.653
Et multò minùs ſi blandis verbis, & doloſis ſuaſionibus mulier inducatur ad delinquendum, ibid. n.63.
Niſi ſit commiſſum cum Virgine immatura, quo caſu ſemper præſumitur adhibita violentia, d. dec. Flor.40. §. unic. n.64. pag.653.
Et niſi ſtuprans fraudolenter, & doloſè ſe geſſerit ultra modum, promittendo ducere in uxorem ſtupratam, quando jam erat uxoratus, vel poſt ſtuprum aliam duxerit, ibid. n.65. pag.654.

STYLUS

Tribunalium ſtylo deferendum eſt, deciſ. Senen.19. n.7. pag.177.

SUBDITUS

Ejuſdem Principis dicitur Civis ad effectum, ut ceſſet diſpoſito ſtatuti prohibentis alienationem in Forenſes, deciſ. Senen. 20. num 10. pag.103.
Nec ſubditus ſtatuto, ab eo inhabilitari non poteſt, ibid. n.17. pag.104.

SUBHASTATIO

Facta de omnibus juribus activis non comprehendit paſſiva, quæ ſpectant ad Creditores, deciſ. Senen.15. n.10. pag.75. & ante n.19. *verſ.* ſubſiſtunt pag.78., *&* *vide loci in Verb.* Juſpatronatus, *& in Verb.* Hæreditas.
Etiamſi dictum ſit in univerſum, quia hæc generalitas reſtringitur ad jura activa ſpecificata, ibid. n.29. & 30. pag.78.
Fieri poteſt, quando conſtat de credito, & debitor eſt moroſus, dec. Flor.17. n.1. pag.421.

SUBINGRESSIO

In juribus creditoris dimiſſi competit, concurrentibus conventione, traditione pecuniæ ad hunc effectum, & illius verſione, dec. Flor.59. n.1. pag.858.
Item competit, ſi adſit ceſſio jurium, ibid. num.2.
Item competit ſolventi in cauſam dotis, etiam abſque ceſſione, deciſ. Flor. 49. n.21. pag.759.
Sed hoc eſt ſpeciale in dote, & non procedit in aliis creditis privilegiatis, ibid. num.22.
Ut habeat locum, notificari debet creditori anteriori pactum de ſubintrando, dec. Flor.59.n.4. pag.858.
Sed hæc quæſtio eſt ardua, & difficilis, ibid. n.5.
Et dicta opinio impugnatur à pluribus, ibid. n.6.
Quoties creditor dimiſſus compelli poteſt ad cedendum jura, dimittens ſubingreſſionem acquirit abſque ulla notificatione, d. dec. Flor.59. n.9. pag.858.
Nam ſi invito creditore obtineri poteſt hæc ſubingreſſio, multo magis eo inſcio, & ignorante, ibid. n.10. pag.858.
Virtute vulgaris anomalæ intrat ſolùm in caſibus, in quibus locus eſt repræſentationi, dec. Senen.26. n.13. pag.150.
Contra, quòd admittatur etiam in caſibus, in quibus non habet locum repræſentatio, ibid. n.14. & 15.
Quia ſubingreſſio differt à repræſentatione, dicta deciſ. Senen. 26. numer. 19. & 20. pag.151.
Ideo poteſt ſtare, ut quis non poſſit ſuccedere per repræſentationem, & tamen admittatur per vulgarem anomalam, ibid. num.21.
Contrariæ Auctoritates declarantur, & reprobantur, d. dec. Senen.26. n.16. & 17. pag.

pag.150. & n.23. pag.151.

Ceſſat ſubingreſſio ex voluntate diſponentis, ubi omiſſa eſt clauſula *in ſtirpes*, & ubi fuit volita, reperiatur adjecta, ibidem num.18.

Contra, ibid. n.19. & 20.

Et de ratione, ibid. num.22.

Pro concordia eſt diſtinguendum, an agatur de pluribus lineis, à principio diſtinctis, quo caſu locum habet ſubingreſſio, an verò agatur de unica linea, vel ſtipite, quo caſu ſubingreſſio ceſſat, cum ſucceſſio tunc reguletur ex ſola proximitate, d. dec. Senen.26. n.24. pag.151.

Contra diſtinctionem, ibid. n.25.

Et *Card. de Luca* Author diſtinctionis reprobatur, tamquam à Rota Romana rejectos, d. dec. Senen.26. n.26. pag.152.

Potiſſimè quando filii, qui ſubingredi volunt ſunt hæredes Patris, & facta fuit vocatio hæredum, & deſcendentium, ibid. n.27.

Vel quando concurrit voluntas expreſſa, vel tacita diſponentis, admittendi ſubingreſſionem, etiam in deſcendentibus ab unico ſtipite, d. dec. Senen.26. num.29. pag.152.

Et quando dicatur adeſſe hæc voluntas, ibid. n.28.

Et ceſſat difficultas, concurrente obſervantia unius ex colligantibus admittendi remotiores, mediante ſubingreſſione, d. dec. Senen.26. n.30. pag.152. & n.31. ubi de ratione pag.153.

Subingredientes tamen virtute vulgaris Anomalæ ſuccedunt in ſtirpes, & capiunt tantum, quantum habiturus eſſet eorum Pater, ſi viveret, ibid. num.31. pag.153.

Contra quòd debeant ſuccedere in capita ex ratione, de qua ibi, dict. dec. Senen.26. n.33. pag.153.

Solve, ut ibid. n.34. & 35.

SUBORNATIO

In Judice ceſſat timor ſubornationis, dec. Flor.41. n.16. pag.663.

Et in Fiſco, ibid. n.17.

Probata quando dicatur, vel non, *vide in Verb.* Teſtis in genere *verſ.* ſubornatus.

SUBREPTIO

Ceſſat ubi aliquid fuerit tacitum abſque ſcientia poſitiva, dolum inducente, deciſ. Senen.12. n.11. pag.67.

Item ſi emanaverit, ſumpta per Principem præcedenti informatione, ibid. n.13.

Quia tunc Princeps aliundè, quàm ex precibus potuit certiorari, ibid.

Item ſi reſcriptum emanavit ex certa ſcientia, d. dec. Senen.12. n.14. pag.67.

Vel cum clauſula, *non obſtante*, ibid. n.15.

In dubio reſpondendum eſt pro validitate gratiæ, & excluſione ſubreptionis, d. dec. Senen.12. n.12. pag.67.

Defectus voluntatis concedentis ex cauſa ſubreptionis allegari poteſt, ſive concedatur aliquid ex cauſa oneroſa, ſive lucrativa, dec. Flor.40. n.68. pag.642.

In ſupplicatione per alium porrecta, principali inſcio non nocet, deciſ. Flor.40. n.51. pag.640., *& vide in Verb.* Gratia, *& in Verb.* Salvusconductus.

Plenè, & concludenter probari debet, dec. Senen.12. n.1. pag.65.

Vitium ſubreptionis intrat in reſcripto delegationis, non facta in precibus expreſſione delegationis præcedentis, ibidem n.10. pag.67.

Si tamen delegatio præcedens fuerit ejuſdem cauſæ, ſecùs ſi diverſæ, ibid. n.3. pag.66.

SUBROGATIO

Non operatur, quando reſiſtit natura rei, & ſubjecta materia, dec. Floren.19. n.12. pag.440.

Nec facit reviviſcere jura jam extincta, ibidem n.13.

Nec intrat de una re in aliam diverſæ qualitatis, & naturæ, d. dec. Flor.19. n.14. pag.440.

Simplex conventio, quòd talis ſumma remaneat in manu Emptoris pro ejus aſſecuratione, non importat ſubrogationem ejuſdem loco pretii bonorum venditorum, ibid. n.5. pag.439.

Quia non dicitur dicta ſumma ſtare taxativè, ſed demonſtrativè tantùm, ut in dubio præſumi debet, ibid. n.6.

Et Actori contrarium prætendenti incumbit onus probandi, non æquivocè, ſed concludenter, d. dec. Flor.19. num.7. pag.439.

Repugnat, quòd, extincto debito ſortis, ſumma conflata ex fructibus recompenſativis infructifera, ſubrogetur in locum pretii rei fructiferæ, ibidem numer.11. pag.440.

Et de ratione, ibid. num. ſeqq.

SUBSCRIPTIO

Hæredis ad validitatem inventarii requiritur,

tur, dec.Sen.28. §.Unic. num.7.pag.164. & *vide in Verb.* Inventarium *verſ.* validum.

SUBSTITUERE

Ad vitam, & gravare ad reſtituendum poſt mortem, paria ſunt, dec. Senen.6. n.11. pag.40.

Ideo ſubſtitutio facta alicui ad vitam non impedit, quin intret benigna ſuppletio conditionis *ſi ſine filiis, ex l. cum Avus ff. de Condit. & Demonſtrat.* ſubintellecta, ibid. num.12., & *vide in Verb.* Conditio ſi ſine filiis.

SUBSTITUTIO in genere

De Hæredibus comprehendit omnes hæredes in infinitum, deciſ. Senen.31. numer.2. pag.186.

Immò facta cum expreſſione *del medeſimo*, tam immediatos comprehendit, quam mediatos, quando conſtat de voluntate ordinandi fideicommiſſum ſucceſſivum, cum tunc relatio illa *del medeſimo* dicatur ſtare demonſtrativè, ibid. n.6.

Item de deſcendentibus, omnes deſcendentes in infinitum complectitur, d. dec. Sen.31. n.3. pag.186.

An autem ſuccedant per vulgarem, vel fideicommiſſariam, *vide in Verb.* Subſtitutio vulgaris *verſ.* Deſcendentes.

Et quid, ſi facta ſit de hæredibus, & deſcendentibus ſimul, an intelligatur de hæredibus Sanguinis, vel extraneis, dec. Sen.31. n.3.& ſeqq. pag.202. & *vide in Verb.* Hæres *verſ.* appellatione.

Et quid ſi è converſo facta ſit de deſcendentibus, & hæredibus, ibid. num.24. & 28. pag.205.

Et an requiratur actu utraque qualitas, *vide in Verb.* Hæres *verſ.* appellatione.

Facta in teſtamento Aſcendentis dicitur conditionalis, quatenus deſcendens ſine filiis decedat, dec. Florent.58. §. Unic. n.10. pag.853.

Facta alicui ad vitam non impedit, quin intret benigna ſuppletio conditionis *ſi ſine filiis, ex Textu in l. cum Avus ff. de Condit., & demonſtrat.*, dec. Sen.6. n.10. 11. & 12. pag.40., & *vide in Verb.* Conditio ſi ſine filiis.

Facta ſub conditione *ſi ſine filiis* non facit deficere fideicommiſſum, ſi filii extent, quando conſtat de contraria voluntate Teſtatoris, deciſ. Florent.56. numer.4. pag.815.

Indefinitè facta, & abſque nota totalitatis, tamen eſt univerſalis, dec. Senen.35. §.2. n.35. pag.241.

Item eſt univerſalis, ſi talis ſit inſtitutio, ibid. n.42. pag.241.

Maximè ſi ſit conjuncta inſtitutio cum ſubſtitutione per copulam, *et*, d. dec.Sen.35. §.2. n.43. & 44. pag.242. & *vide in Verb.* Hæreditas.

Per verba obliqua continet in ſe fideicommiſſariam, deciſ. Senen.31. numer.56. pag.197.

Primo inſtituto facta dicitur, non autem immediato ſubſtituto, quando ad primum inſtitutum verba ſunt directa, ibid. n.14. pag.188.

Superfluitas ſubſtitutionis ut evitetur, ſufficit, caſum prædeceſſus per rerum naturam poſſe evenire, dec. Flor.43. n.78. pag.685.

Et maximè ſi Teſtator eamdem perſonam ſubſtituit perſonis junioribus, & eorum deſcendentibus, ibid. n.80. pag.685.

Plura de ſubſtitutione, *vide in Verb.* Vocatio.

SUBSTITUTIO COMPENDIOSA

Continet in ſe tacitam vulgarem, dec. Flor.58 n.8. pag.846.

Et quidem non per modum taciti, ſed expreſſi, ibid. n.9.

Inducitur ex eo, quòd ſit facta ſubſtitutio ſub commemoratione mortis, dec.Sen.31. n.31. pag.191.

Etiamſi non adjiciatur verbum *quandocumque*, ibid. n.32.

Natura compendioſæ ſubſtitutionis ea eſt, ut omnes in ea comprehenſi vocati dicantur, non modò per vulgarem, ſed per fideicommiſſariam, d. dec. Sen.31. n.33. pag.191.

SUBSTITUTIO FIDEICOMMISSARIA

Continetur in ſubſtitutione facta per verba obliqua, deciſ. Senen.31. num.56. pag.197.

Plura de ſubſtitutione fideicommiſſaria, & ex quibus conjecturis reſultet, *vide in Verb.* ſubſtitutio vulgaris.

SUBSTITUTIO RECIPROCA

Limitatè inducitur, concurrentibus tribus requiſitis, de quibus in *l. Titia Sejo §. Sejo libertis ff. de Legat.*2. dec. Sen.35. §.2. n.1. pag.223.

Et ſufficit, hujuſmodi requiſita impleri per æquipollens, ibid. n.18. pag.226.

Primo autem requiſito, ſcilicèt quod omnes

nes ſint vocati, ſatisfactum dicitur ex ſubſtitutione filiorum, & deſcendentium in infinitum, donec aliquis ſupererit, d. dec. Sen.35. §.1. n.2. pag.224.

Sive ex aliis verbis univerſalibus, & omnium complexivis, ibid. n.7. pag.225.

Dummodo tamen vocati ſub nomine collectivo, cenſeri non poſſint vocati per ſimplicem vulgarem, d. dec. Sen.35. §.1. n.8. pag.225.

Non cenſentur autem vocati per ſimplicem vulgarem, ſi concurrant verba, perpetuitatem, & ordinem ſucceſſivum denotantia, cum tranſitu de una in aliam generationem, ibid. n.9.

Vel ſi concurrat prohibitio alienationis ad bona conſervanda in familia, ibid.

Etiamſi verba prædicta non ſint adjecta in diſpoſitiva, ſed in aliis partibus, quando in diſpoſitiva appoſita eſt clauſula, *ſalvis infraſcriptis*, d. dec. Sen.35. §.1. num.10. pag.225.

Et de ratione, ibid. n.11.

Alterum requiſitum præfatæ legis, quòd ſubſtitutio ſit in tota hæreditate, ſatis habetur per ſubſtitutionem indefinitam, factam univerſali inſtitutioni, dict. dec. Senen 35. §.1. n.3. pag.224. & num.12. pag.225.

Maximè ſi in ſubſtitutione adſint verba relativa ad inſtitutionem, ibidem num.13. pag.225.

Eoque fortiùs ſi concurrat effrenata alienationis prohibitio, ut integraliter bona perveniant in ſubſtitutos, d.dec. Senen.35. §.1. n.14. pag.225.

De tertio verò non poteſt dubitari, ſi expreſsè facta ſit ultimo in defectum omnium aliorum, ibid. n.4. pag.224.

Item ſi nominata non ſit particularis perſona, cui tale onus ſit injunctum, quia cenſetur impoſitum ultimo, d. dec. Sen. 35. §.1. n.15. pag.226.

Item ſi dictum ſit, bona tranſire debere de una generatione in aliam, cum non poſſit tranſire ad ſecundam, niſi terminata prima, ibid. n.16.

Item ſi facta ſit ſubſtitutio in defectum omnium, vel in defectum lineæ, d. dec. Senen.35. §.1. num.17. pag.226. & n.60. pag.233.

Quia & iſtud requiſitum poteſt ſuppleri per æquipollens, ibidem numer. 19. pag.226.

Immò ſatis eſt, quòd de omnibus conſtet ex conjecturis, d. dec. Sen.35. §.1. n.5. pag.224.

Etiamſi agatur de reciproca lineari inducenda inter tranſverſales, ibid. n.6.

Iſtæ autem conjecturæ debent eſſe urgentes, quando Teſtator à principio plures columnellos efformavit, & plures perſonas, diſtinctis, & propriis nominibus, vocavit, d. dec. Senen.35. §.1. num.20. pag.227.

Secùs verò quando agitur inter deſcendentes ejuſdem lineæ, quia tunc ſufficiunt leviores, ibid. n.21.

Conjecturæ autem ſunt, veluti ſi Teſtator ſtrictè alienationem prohibuit, ut bona perpetuò in familia conſerventur, & ut de una generatione in aliam deveniant, dict. deciſ. Senen.35. §.1. numer.22. pag.227.

Nam ex hoc arguitur reciproca, etiam inter perſonas ejuſdem lineæ, in plures columnellos ſubdiviſæ, ibid. n.23.

Eoque magis, ſi talis prohibitio eſt in rem directa, cum eo caſu bona ſemper remaneant obnoxia oneri, eis infixo, dict. deciſ. Senen.35. §.1. n.24. pag.228.

Vel ſi facta fuit ſolummodò inter extraneos, non autem inter vocatos, ibidem num.25.

Item altera conjectura eſt, ſi diſponens ex poſt declaravit, velle inducere reciprocam linearem, d. dec. Sen.35. §.1. num.26. pag.228.

Veluti ſi in teſtamento declararet reciprocam factam in inſtrumento donationis, ibid. n.27.

Vel ſi hanc declarationem tacitè fecerunt hæredes, & ex illorum facto deſumi poteſt, dict. deciſ. Sen.35. §.1. num.28. pag.228.

Alia conjectura eſt digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, ibid. n.29.

Item ſubſtitutio collectiva plurium perſonarum diverſorum graduum, d. dec. Sen.35. §.1. n.30. pag.228.

Item verba denotantia perpetuitatem, & tractum temporis ſucceſſivum, ibidem num.31.

Item qualitas maſculinitatis, & legitimitatis voliti in ſubſtitutis, d. dec. Sen.35. §.1. n.32. pag.229.

Quæ conjecturæ ſimul junctæ ſumi debent, licèt de per ſe ſingulæ non ſufficerent, ibid. n.33.

Quando inter omnes de linea, reciproca

Rzzzzz ſub-

ſubſtitutio inducta dicatur, & qui reſultet effectus, *vide in Verb.* Subſtitutus *verſ.* pluribus.

SUBSTITUTIO VULGARIS ANOMALA

Locum habet ſolummodò, quando primus ſubſtitutus præmoritur inſtituto, quo caſu ſecundus in illius locum ſubintrat, deciſ. Sen.35. §.2. n.60. pag.244.

Secùs verò quando primus ſubſtitutus non eſt præmortuus, ſed ſucceſſit, & agitur de ſuccedendo in illius portione, ibid. n.61.

Locum non habet, ubi ſubſtitutio facta fuit à Teſtatore ſub conditione ſupervivențiæ, d. dec. Sen.35. §.2. num.62. pag.244.

Declara, dummodò conditio ſupervivențiæ ſit expreſſa, ſecùs ſi tacita, ibid. n.63.

Contra quòd ſufficiat etiam tacita, quando conſtat de voluntate Teſtatoris, ſub hac conditione ſubſtituendi, dict. dec. Sen.35. §.2. n.64. pag.244.

Item locum non habet favore ſubſtituti, qui per jus accreſcendi excluditur, ibid. n.59.

V[illegible] *vigore* vulgaris anomalæ remotiores vocati ſubintrant in locum Patris prædefuncti, ad effectum ſuccedendi in ſtirpes cum cæteris gradu proximioribus, dec. Sen.26. n.4. pag.149. *& vide plura in Verb.* ſubingreſſio.

Et quod non ſuccedant in capita, ibid. n.32. pag.153.

Et hæc vulgaris anomala dicitur ordinata, ubi factum fuit ſucceſſivum fideicommiſſum favore maſculorum in infinitum, d. dec. Sen.26. n.5. pag.149.

Idque etiamſi deficiat dictio *quandocumque*, ibid. n.6.

Et mentio mortis non ſit expreſſa, cum virtualiter vocationi cum tractu ſucceſſivo dicatur ineſſe, d. dec. Sen.26. n.7. pag.149.

Præſertim ſi Teſtator uſus ſit verbis communibus, veluti *recipiant*, vel *ſit*, ibid. n.8.

Quo caſu ſubſtitutio habens tractum ſucceſſivum continet ſine dubio in ſe fideicommiſſariam, & vulgarem anomalam, d. dec. Sen.26. n.9. pag.149.

Secùs ſi Teſtator uſus eſt verbis obliquis, ibid. ſub n.21. pag.151.

SUBSTITUTIO VULGARIS

Continetur in compendioſa non per modum taciti, ſed expreſſi, dec. Flor.58. n.8. & 9. pag.846.

Deſcendentes collectivè ſubſtituti ſuccedunt per vulgarem, non per fideicommiſſariam, ſi deficiant verba tractum temporis ſucceſſivum denotantia, dec. Sen.31. n.5. pag.186. & dec. Sen.35. §.2. n.8. pag.225. & deciſ. Florent.31. num.5. pag.536.

Quod procedit in quacumque ſubſtitutione, ordinata ſub nomine collectivo abſque ullo adjuncto, aut verbis, tractum futuri temporis indicantibus, juxta celebrem *Cameræ* theoricam, d. dec. Flor. 31. n.2. pag.536.

Maximè quando vocatio eſt facta ſub nomine collectivo quidem plurium perſonarum, ſed non graduum, nempè ſub nomine *filiorum*, ibid. n.3. & num.68. pag.536.

Et eo magis, ſi nomen collectivum *deſcendentes* ſit conjunctum cum verbo *ſilii* abſque copula *et*, quia tunc cenſetur ſtare adjectivè, & qualificativè, d. dec. Flor.31. n.4. pag.536.

Limita, conſtito ex conjecturis de contraria voluntate Teſtatoris, volentis ordinare fideicommiſſum ſucceſſivum, quia tunc receditur à theorica *Cameræ*, dec. Senen.31. num.7. pag.187. & dec. Flor. 31. n.6. pag.537.

Si tamen conjecturæ ſint in ſuo genere imperfectæ, & nihil concludant, etiamſi ſimul jungantur, non ſufficiunt pro inducendo receſſu à theorica *Cameræ*, d. dec. Flor.31. n.57. pag.545.

An conjecturæ hujuſmodi debeant eſſe graves, vel leves, & alia plura ſimilia, *vide infra latè in verſ.* regulariter, & ſeq.

Conjecturæ ſunt, veluti ſi Teſtator adhibuit clauſulam *vulgariter, & per fideicommiſſum*, & de ratione, dec. Sen.31. n.8. pag.187.

Maximè ſi ſit deliberatè appoſita, & non de ſtylo Notarii, prout eſt, quando Teſtator non fuit contentus, quòd à Jure ſubintelligeretur, ſed voluit illam exprimere, ibid. n.9. pag.188.

Vel in ſubſtitutione majoris ætate conſultò omiſit verbum *pupillariter*, d. dec. Sen.31. n.10. pag.188.

Contrarium, quòd hæc conjectura non operetur, ex quo dato ſubſtituto per fideicommiſſum primis inſtitutis, atque eidem illius deſcendentibus ſubſtitutis duæ

ſint

ſint ſubſtitutiones, & ſic clauſula prædicta operari poſſit reſpectu primæ, non autem ſecundæ, proindeque prima poſſit eſſe fideicommiſſaria, ſecunda verò vulgaris, ibid. n.11.

Sed prima opinio verior, ſi ſubſtitutio quoad omnes ſit facta ſub unica oratione, relativa ad primos inſtitutos, adeout conſiderari poſſit unica ſubſtitutio reſpectu ejus, cui ſuccedi debet, d. dec. Sen.31. n.12. & ſeqq. pag.188.

Immò etiamſi conſiderentur duæ ſubſtitutiones ſeparatæ, adhuc utraque cenſeri debet fideicommiſſaria vigore dictæ clauſulæ, ſi ſint connexæ cum dictione copulativa *et*, ibid. n.17. pag.189.

Quia talis dictio identificat utramque ſubſtitutionem, adeout ſicuti prima cenſenda eſt per fideicommiſſum, ita etiam ſecunda, quamvis ſeparata, d. dec. Sen.31. n.18. pag.189.

Præſertim ſi nulla appareat ratio diſparitatis inter comprehenſos in prima, & ſecunda ſubſtitutione, ibid. n.20.

Fortiùs ſi major adſit ratio, quòd ſecunda ſubſtitutio ſit per fideicommiſſum, quàm prima, veluti ſi prima ſit facta magis dilecto, dict. deciſ. Senen.31. num.21. pag.189.

Et de ratione, ibid. n.24. pag.190.

Et hæc major dilectio elicitur ex eo, quòd ſit hæres inſtitutus, cum inſtitutus dicatur magis dilectus ſubſtituto, dict. dec. Sen.31. n.22. pag.189.

Vel ex eo, quod ſit vocatus cum expreſſione prædilectionis, veluti cum dictione *dilectiſſimo*, ibid. n.23. pag.190.

Nec dicta clauſula *vulgariter, pupillariter &c.* dici poteſt in ſecunda ſubſtitutione conſultò omiſſa, ex quo in ea non fuit appoſita, quando de Jure ex vi copulæ ſubintelligitur, d. dec. Sen.31. num.29. pag.191.

Quia diſcretiva locutio non operatur in his, quæ ſunt omiſſa, ſed à Jure ſubintelliguntur, ibid. n.30.

Item conjectura pro receſſu à Theorica *Cumani* eſt, ſi Teſtator gravavit magis dilectum, nam ex hoc infertur, etiam gravaſſe minùs dilectum, dict. dec. Sen.31. n.24. pag.190., & num.28. pag.191.

Contra, quòd argumentum deſumptum à gravamine magis dilecti ad minùs dilectum non concludat, ibid. n.25.

Declara hanc ſecundam opinionem non procedere, ubi agitur de declaranda voluntate Teſtatoris, in quo ſenſu adjecerit clauſulam *vulgariter pupillariter &c.*, dicta dec. Senen.31. n.26. pag.190.

Nec quando ſumus in caſu, in quo ratio diſparitatis aſſignari non poteſt, & concurrunt aliæ conjecturæ, ibid. n.27.

Item conjectura pro receſſu à dicta theorica eſt, ſi facta fuit ſubſtitutio compendioſa, in qua comprehenſi dicuntur vocati non ſolùm per vulgarem, ſed per fideicommiſſarium, d. deciſ. Senen. 31. n.33. pag.192.

Sed ſi dictio *moriendo*, ex qua reſultat compendioſa, poſita ſit inter inſtitutum, & primo loco ſubſtitutum, non operatur favore ſubſtitutorum in gradibus ulterioribus, ſed ad hunc effectum apponi debet poſt ſubſtitutionem, ibid. n.34.

Cenſetur autem appoſita poſt ſubſtitutionem, ſi vocati ſunt hæredes, & deſcendentes ſubſtituti, quia nemo in vita hæredes habere poteſt, d. deciſ. Senen.31. num.35. pag.192. & n.52. pag.196.

Et hoc caſu propter implicitum tractum temporis à Teſtatore volitum, etiam favore illorum dicitur inductum fideicommiſſum ſucceſſivum, ibid. num.36. pag.191.

Quandoque verò non ſit differentia, an dictio *moriendo* ſit poſita ante, vel poſt ſubſtitutionem, veluti quando ſubſtitutus, ejuſque deſcendentes vocati ſunt contextualiter, & ſub eadem oratione, & cum conjunctiva dictione *et*, d. dec. Senen.31. num.37. pag.193.

Alia conjectura pro receſſu à theorica *Cumani* eſt, ſi Teſtator uſus non ſit verbis directis, ſed obliquis, vel communibus, ibid. n.40.

Et dicitur uſus verbis communibus, ſi adhibuit verbum *ſubſtituo*, quod eſt commune, dict. deciſ. Senen.31. numer.38. pag.193.

Immò, concurrente clauſula codicillari, evadit obliquum, ibid. n.39.

Item alia conjectura reſultat ex eo, quod adjecta ſit deſcendentibus dictio *omnes*, dicta deciſ. Senen.31. numer.41. pag.194.

Talis quippè dictio ob ejus generalitatem extendit fideicommiſſum ad favorem omnium, ſub collectivo nomine vocatorum, ibid. n.42.

Et operatur, ut poſt vocationem primi ſubſtituti admittantur ejus filii, poſtea Nepotes, & ſic de gradu in gradum, uſque ad ultimum de deſcendentia, d. dec. Senen.31. n.43. pag.194.

Ratio eſt, quia vocatio omnium verificari non poteſt per ſubſtitutionem vulgarem, quæ in actu admiſſionis primi hæredis expirat, ibid. n.44.

Ideò neceſſariò intelligi debet ordine ſucceſſivo, & per fideicommiſſum, ut Teſtatoris voluntas impleatur, d. dec. Senen.31. n.45. pag.194.

Contra, quòd præfata dictio *omnes* ſolùm efficiat, ut cenſeantur vocati omnes deſcendentes, exiſtentes de tempore venientis caſus fideicommiſſi, ſed per vulgarem abſque onere reſtituendi, ibid. n.46.

Declara hoc ſolùm procedere, ſi dictio illa ſit ſola, & de per ſe, ſecùs aliis concurrentibus, hoc enim caſu non parùm confert ad fideicommiſſum inducendum, & de ratione, d. dec. Sen.31. n.47. & 50. pag.195.

Vel procedit, ſi adſint verba reſtrictiva ad tempus mortis, ſecùs ſi indeterminata, ibid. n.49.

Alia pariter conjectura inſurgit, ſi Teſtator ſubſtitutionem fecit de deſcendentibus, quæ non niſi in naſcituris verificari poterat, quæ ideo utporè attingens omnes, qui futuro tempore naſci poſſunt, tractum temporis ſucceſſivum includit, d. dec. Senen.31. n.51. pag 195.

Item ſi ſubſtitutus ſit aliquis, & ejus hæredes, quia tunc videntur vocati poſt mortem ſubſtituti, & ſic per fideicommiſſariam, cum viventis nulli ſint hæredes, dec. Senen.31. n.52. pag.196.

Amplia, ut ibid. num. ſeqq.

Contrariæ Auctoritates explicantur, ibid. n.54. 57. & 58. 59. 60. & 61. pag.196. & pag.197.

Declara, conjecturam hanc deſumptam ex mentione hæredum ſolùm operari, ſi ſit appoſita ſubſtitutioni, ſecùs ſi inſtitutioni, quia verbum *inſtituo* eſt directum, & regulariter non obliquatur, d. dec. Senen. 31. numer. 55. pag. 196. & 56. pag.197.

Altera conjectura deſumitur ex qualitate Teſtatoris, qui ſit perſona Nobilis, & conſpicua, nam eo magis præſumitur, voluiſſe fideicommiſſum inducere ad conſervandum ſplendorem ſuæ familiæ, ibid. n.62.

Et ita in dubio diſpoſitiones Nobilium, potiùs interpretantur pro duratione fideicommiſſi, quàm pro libertate bonorum, d. dec. Senen.31. n.63. pag.197.

Item ex eo, quòd de expiratione fideicommiſſi contendant perſonæ extraneæ ad excluſionem fœminarum illius agnationis, in qua bona erant ingreſſa, ibid. n.64.

Item ex clauſula *omni meliori modo*, d. dec. Senen.31. n.65. pag.198.

Et ex clauſula codicillari, dummodò ſit concepta per verba futuri temporis, ibid. n.66.

Et dicitur concepta per verba futuri temporis, quando Teſtator adhibuit verba *ſi non valeſſe*, quæ æquipollent verbis, *ſi non valebit*, d. dec. Senen.31. num.67. pag.198.

Contraria opinio, quòd dictæ clauſulæ nihil operentur, procedit, vel quando ſunt ſolæ, vel conjunctæ cum aliis debilibus conjecturis, ibid. n.68.

Item alia eſt conjectura, ſi vocatio deſcendentium facta ſit per verba tractum temporis ſucceſſivum importantia cum tranſitu de una in aliam generationem, dec. Senen.35. §.1. n.9. pag.215. & dec. Flor 1. n.3. pag.313.

Puta ſi Teſtator vocaverit deſcendentes *ordine ſucceſſivo*, quæ clauſula non levem præbet conjecturam pro ſubſtitutione fideicommiſſaria inducenda, ibid. n.4. & dec. Flor.31. n.31. pag.540.

Maximè ſi talis clauſula non ſit poſita inter primò vocatum, & deſcendentes, ſed poſt deſcendentium vocationem, d. dec. Flor.1. n.9. pag.314.

Extende etiamſi Teſtator uſus fuerit verbis directis, ibid. n.11. pag.315.

Fortiùs ſi cum verbis directis adhibuit etiam communia, nam congrua congruis referendo, verba directa ad inſtitutionem, communia ad ſubſtitutionem fideicommiſſariam referuntur, d. deciſ. Flor.1. num.11. pag.315.

Contra, ut ex vocatione *ordine ſucceſſivo facta*, non inferatur neceſſariò ad fideicommiſſum, & receſſum à *Comuni* theorica, ibid. n.6. pag.314.

Cum talis clauſula ſatis operetur inducendo ſucceſſionem per vulgarem, deciſ. Flor.31. n.39. pag.542.

Declara, hoc procedere, vel quando nullibi conſtat, Teſtatorem voluiſſe ordi-

nare fideicommiſſariam ſubſtitutionem, vel ejus mens ſucceſſioni per fideicommiſſum repugnat, dec. Flor.1. num.7. pag.314.

Secùs quando Teſtator uſus eſt nomine collectivo, aliaque verba, & conjecturæ pro fideicommiſſaria inducenda famulantur, ibid. n.8.

Idemque quoad hunc effectum operatur ſimilis clauſula *deſcenſivè*, vocationi deſcendentium appoſita, d. dec. Flor.1. n.5. pag.314.

Alia conjectura eſt, ſi Teſtator vocaverit deſcendentes ex alicujus linea, cum verbum *linea*, collectivum ſit plurium perſonarum, & graduum uſque in infinitum, dec. Flor.31. n.7. pag.537.

Et per conſequens illi, nedùm per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam, vocati cenſentur, ibid. n.8.

Declara procedere tantùm, ubi talia verba *deſcendentes ex linea* ſtent de per ſe, & per modum ſubſtantivi, complectentis alias perſonas, d.dec. Flor.31. num.9. pag.537.

Secùs ubi ſtent adjectivè, & qualificativè ad perſonas filiorum, quo caſu demonſtrant tantum originem vocatorum, nec fideicommiſſum extendunt, ibid.

Et tunc verbum *linea*, quod aptum eſt operari vocationem non ſolùm filiorum, ſed nepotum, aliorumque deſcendentium, intelligendum eſt per vulgarem, non per fideicommiſſariam, d. dec. Flor. 31. n.10. pag.537.

Cum vocatio per nomen collectivum plurium perſonarum, & graduum, ſatis operetur per vulgarem inter plures exiſtentes de tempore delatæ ſucceſſionis, ibid. n.11.

Et contraria procedunt, concurrentibus in oppoſitum aliis conjecturis, d. dec. Flor. 31. n.12. pag.537.

Idque quamvis omnes *de linea* vocati ſint, nam non propterea cenſentur omnes gravati aliis reſtituere, ibid. n.13.

Talique caſu verbum *linea*, ſimpliciter adjectum, operatur favore perſonarum unius gradus tantùm, nempè filiorum, vel nepotum, & ſic deinceps, ſi in primis, vel ſecundis, aut cæteris concurrat voluntas, vel impotentia ſuccedendi, d. dec. Flor.31. num.14. pag.537.

Et aliquando juxta ſubjectam materiam coarctatur ad filios primi gradus tantùm, ibid.

Maximè ſi vocatio ſiet determinatè ad caſum, & tempus obitus perſonæ gravatæ, dict. deciſ. Florent.31. num.15. pag.538.

Nam vocatio, hoc modo determinata, importat ſubſtitutionem vulgarem, juxta quam tunc temporis ſuperſtites admittuntur, ibid. n.16.

Alia conjectura eſt, ſi concurrat deſiderium Teſtatoris conſervationis perpetuæ bonorum in familia, eorumque alienationis prohibitio, quæ oſtendunt, vocatos fuiſſe deſcendentes per fideicommiſſum unum poſt alium, d. dec. Flor. 31. n.17. pag.538.

Limita tamen, ubi & prohibitio alienationis, & ratio ſuperaddita dirigantur ſolummodò ad aliquorum ſubſtitutionem, ibid. n.18.

Perpetuitas enim fideicommiſſi, uni gradui adjecta, & in uno genere perſonarum volita, in alio repetita non cenſetur, d. dec. Flor.31. n.19. pag.538.

Undè verba importantia perpetuum fideicommiſſum in deſcendentibus, non cenſentur repetita in tranſverſalibus, ibid. num.20.

Stantibus præſertim dictionibus *dettis*, & *ut ſupra*, quæ de ſui natura fideicommiſſum non extendunt, quando agitur de recedendo à theorica *Cumani*, dict. dec. Flor.31. n.21. pag.538.

Extende, ut ratio conſervationis, & prohibitio alienationis bonorum, quamvis reſpiciat omnes vocatos, ſi tamen eſt acceſſoria, & conſecutiva ad fideicommiſſum anteà ordinatum, ejus cenſuram non immutet, ſed operetur reſpectivè pro modo, & forma, qua vocati ſunt, nempè, vel per fideicommiſſariam, vel per vulgarem, ibid. n.23. pag.539.

Adducuntur auctoritates tam generales, quàm ſpeciales, loquentes de theorica *Cumani*, ibid.

Idemque procedit reſpectu facultatis alienandi bona pro dote, quæ arguit quidem exiſtentiam fideicommiſſi, ſed non perpetuitatem, ſi poteſt reſtringi ad certas perſonas, & eſt compatibilis cum vulgari, d. deciſ. Florent.31. num.24. pag.539.

Et hoc caſu prohibitio alienationis, quæ reſpectu deſcendentium evanuit, facit evaneſcere promiſſionem alienandi ex cauſa dotis, appoſitam limitativè ad prohi-

hibitionem præcedentem, ibid. n.15.

Alia conjectura eſt, ſi Teſtator onus aliquod perpetuum vocatis injunxerit, dec. Flor.31. n.26. pag.540.

Pro ut ſi illud injunxerit hæredibus, & ſucceſſoribus, deciſ. Florent.1. num.13. pag.315.

Præcipuè quando tali onere teſtator gravavit certam perſonam, ejuſque deſcendentiam, nec ſimpliciter fuit illud bonis infixum, ibid. n.14.

Eoque magis ſi tale onus unitum fuit cum onere perpetuo Juriſpatronatus, d. dec. Flor.1. n.24. pag.316.

Auctoritates in contrarium allegatæ adducuntur, ibid. n.15.

Declarantur, ut loquantur, quando onus fuit indeterminatè, & imperſonaliter injunctum, dicta deciſ. Florent.1. num.16. pag.316.

Quo caſu oneris perpetui injunctio nullum præbet argumentum fideicommiſſi ſucceſſivi in terminis theoricæ *Camani*, deciſ. Flor.31. n.27. pag.540.

Nam tunc tale onus, veluti reale, valet tranſire in quemlibet ſucceſſorem, in quem ex perſona admiſſi per vulgarem bona pervenerint, ibid. n.28.

Et deciſio contrariè explicatur, ibidem num.29.

Item prædictæ Auctoritates declarantur, ut loquantur, vel in Majoratibus Hiſpaniæ, in quibus duriùs proceditur, quàm in fideicommiſſis, dec. Flor.1.n.17. pag.316.

Vel quando onus non eſt perpetuum, ſed primis tantùm hæredibus impoſitum, ibid. num.18.

Vel quando conjectura, ex tali onere elicita, nullis aliis circumſtantiis, & adminiculis fulcitur, d. deciſ. Flor.1. num.19. pag.316.

Secùs aliis conjecturis concurrentibus, ibidem n.20.

Vel demùm in quæſtione à præſenti extranea, an ſcilicèt filii in conditione poſiti cenſeantur vocati, d. dec. Flor.1. n.21. pag.316.

A' qua inferri non poteſt ad eam, de qua agitur, in terminis theoricæ *Camani*, ibid. num.22.

In caſibus enim, in quibus conjectura gravaminis, injuncti certis perſonis, non ſufficit ad inducendum pro eis fideicommiſſum, prodeſt eiſdem, ſi agatur de fideicommiſſo jam inducto prorogando, d. dec. Flor.1. d. n.22. pag.316.

Quia facilius inducitur fideicommiſſum in diſpoſitivè vocatis per collectivam, quàm in poſitis in conditione, ibid. n.23.

Alia conjectura oritur ex pœna privationis, ob non implementum oneris injuncti, omnibus ſucceſſoribus in infinitum impoſita, nam tunc omnes neceſſario præſupponuntur gravati, & honorati, dict. deciſ. Flor. 1 num.25. pag.317. & num.36. pag.319. & dec.Flor.31.n.30. pag.540.

Ideoque receditur ex hac circumſtantia à theorica *Camani*, d. dec. Flor.1. num.26. pag.317.

Certiùs ſi in caſu non implementi omnes ſucceſſores gravati fuerint hæreditatem tertio reſtituere, ibid. n.27.

Multoque magis, ſi obligatio reſtituendi fuit de tota, & integra hæreditate, quæ aliàs in caſu ſimplicis vulgaris potuiſſet alienari in totum, vel in partem, nec poſſet integra in perpetuum à contravenientε reſtitui, dict. deciſ. Florent.1. n.28. pag.317.

Et quando ſufficiat ad hunc effectum recedendi à theorica *Camani*, quòd onus, privatio, & gravamen ſit injunctum hæredibus, & ſucceſſoribus, ibid. num.29. & ſeqq. pag.318.

Cætera vide in Verb. Hæredes.

Alia elicitur conjectura ex ordine *per priùs, & poſteriùs*, diſpoſito inter maſculos, & fœminas, qui importat fideicommiſſariam ſubſtitutionem, dec. Flor. 31. n.31. pag.540.

Contra ſi aliter non conſtat de voluntate Teſtatoris, nam talis ordo benè impleri poteſt per vulgarem, nec debet trahi ad fideicommiſſum, ibidem numer.33. pag.541.

Et quando poſſet importare fideicommiſſum, intelligeretur quoad primò vocatos tantùm, ut gravati dici poſſent, non quoad ſecundos, d. dec. Flor. 31. n.34. pag.541.

Alia conjectura deſumitur ex clauſulis *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, in ſtirpes, & non in capita, & ordine ſucceſſivo*, ibidem num.31. & 32. pag.540.

Contra tamen, ſi tales clauſulæ, congruè congruis referendo, operari poſſint reſ-

ſpectu deſcendentium Teſtatoris, inter quos fideicommiſſum perpetuum fuit ordinatum, nam non importarent fideicommiſſum etiam inter tranſverſales, d. dec. Flor.31. n.35. pag.541.

Et clauſula *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum* quando ineptè dignoſcitur appoſita, pura reſpectu tranſverſalium, pro quibus non eſt verificabilis, cenſetur adjecta de ſtylo imperiti Notarii, & nihil operatur pro receſſu à theorica *Cumani*, ibid. n.36.

Et quatenus de mente Teſtatoris appoſita, non alterat naturam ſubſtitutionis vulgaris, d. dec. Flor.31. n.37. pag.541.

Deciſio in contrarium latè explicatur, ibid. n.38. pag.542.

Item clauſula *in ſtirpes, & non in capita* ſatis operatur in concurſu Nepotum cum Patruo, & ob id cenſetur à Teſtatore appoſita, dict. dec. Florent.31. num.40. pag.542.

Et ideo non valet ſumi ad prorogandum fideicommiſſum paſſivum, cum ſuapte natura deſignet ſucceſſionem in caſu activæ vocationis, ibid. n.41.

Pro receſſu verò à *Cumani* theorica nullam præbet conjecturam ſola legitimitas, quando Teſtator non curavit agnationis conſervationem, d. dec. Flor.31. n.42. pag.543.

Etiamſi adjecta fuerit dictio *ſemper*, quia non per hoc ſubſtitutionis vulgaris natura valet immutari, ibid. n.43.

Cum talis dictio non porrigatur ad caſus, & perſonas diverſas ab illis, quibus appoſita eſt, dict. dec. Florent.31. num.44. pag.543.

Immò non ſemper tempus denotat, ſed aliquando refertur ad omnes caſus vulgaris, ibid. n.45.

Et ſi fuit adjecta relativè ad caſum certæ qualitatis, in ſubſtitutis requiſitæ, inſervit tantum pro hujuſmodi qualitatis determinatione, & intelligitur dependenter ab ea, dict. deciſ. Florent.31. numer.46. pag.543.

Item pro receſſu à dicta theorica nihil operatur prohibitio alienationis ad perſonas directa, quæ inhabilis eſt ad productionem novi, & amplioris fideicommiſſi, ibid. n.47. uſque ad num.50. pag.544.

Nec prodeſt, pro receſſu ab eadem theorica, obſervantia, quippè quæ in iis, quæ juris ſunt, non attenditur, d. dec. Flor.31. n.52. pag.544.

Et quatenus obſervantia prodeſſe poſſit pro inducendo fideicommiſſo, neceſſe eſt, ut actus ex quibus reſultat, ſint proximi teſtamento, & geſti ab iis, qui poſſint eſſe informati de mente Teſtatoris, ibidem n.56.

Cætera vide in Verb. obſervantia.

Si aliqui vocati fuerunt ſub conditione ſupervivent iæ, quibus alii fuerint ſubſtituti ſub conditione non exiſtentiæ, cenſetur quoad iſtos ordinata tantùm vulgaris ſubſtitutio, dict. dec. Flor.31. n.58. pag.545.

Eoque magis, ſtantibus dictionibus *tali tempore*, aut *tali caſu*, reſtringentibus ſucceſſionem ad tempus determinatum mortis antea ſubſtituti, ibid. n.59.

Quæ dictiones appoſitæ continuativè inter ſubſtitutiones, quas conjungunt, operantur, ut omnes regulari debeant à tempore in prima ſubſtitutione expreſſo, dict. deciſ. Florent.31. numer.60. pag.546.

Et ad hunc effectum verba -- *non exiſtentibus* in dubio potius determinatè, quàm indeterminatè cenſentur appoſita, ibid. n.61.

Quando autem vocatio ob non exiſtentiam eſt reſtricta ad caſum, & tempus mortis alicujus, hic dicitur gravatus tantùm per vulgarem reſpectu ulteriùs ſubſtitutorum, dict. dec. Florent.31. numer.62. pag.546.

Sic pariter ſi gravamen eſt reſtrictum ad unicum ſubſtitutum pro certo tempore, & caſu, ſubſtituti ſubſequentes cenſentur activè eidem ſubſtituti, non paſſivè inter ſe gravati, ibid. n.63.

Item ſi per vulgarem vocati ſint deſcendentes, & proximiores magis dilecti, hoc modo etiam, & non per fideicommiſſariam cenſentur vocati tranſverſales, & remotiores minùs dilecti, d. dec. Flor.31. n.69. pag.547.

Item vulgaris ſubſtitutio cenſetur, & non fideicommiſſaria, ex quo ubi volitum fuit fideicommiſſum, expreſſè cum verbis nullam dubietatem involventibus fuit dictum, ibid. num.70.

Item ex quo Teſtator verbis directis in ſubſtitutione uſus eſt, nam tunc ea præſumitur vulgaris, d.dec. Flor.31.n.72. pag.548.

Re-

Regulariter omnes conjecturæ pro inducendo fideicommiſſo, & recedendo à theorica *Camaer* frigeſcunt, deficiente conſervatione agnationis, & digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum, dec. Sen. 31. n.69. pag.198.
Declara, niſi ex aliis conjecturis conſtet de voluntate inducendi fideicommiſſi, quæ non ſtat alligata verbis determinatis, ibid. n.70.
Sed Judicis arbitrio remiſſum eſt, validitatem conjecturarum ponderare pro inductione, vel extinctione fideicommiſſi, d. dec. Sen.31. n.71. pag.198.
Quia quomodocumque conſtet de voluntate Teſtatoris, ea ſemper debet attendi, ibid. n.73. pag.199.
Nec requiritur ad hunc effectum, quòd conjecturæ ſint demonſtrativæ, & indubitatæ, ſed ſufficit Judicem ex eis aſſequi poſſe voluntatem Teſtatoris, d. dec. Sen.31. d. n.73. pag.199.
Aliàs non dicerentur ſigna latentis veritatis, & ſuppletiva, atque veriſimilis probatio, ſed excederent naturam conjecturarum, ibid. n.74.
Ideo ſatis eſt, ſi voluntas Teſtatoris ex pluribus conjecturis ſimul ſumptis eruatur, quamvis ſingulæ de per ſe aliquam controverſiam patiantur, d. dec. Senen.31. n.75. pag.199.
Quamvis agatur de fideicommiſſo tranſverſali, ibid. n.76.
Nam hoc etiam caſu leviores ſufficere poſſunt, ſi agatur de continuanda ſucceſſione in deſcendentibus primi admiſſi ad excluſionem extraneæ perſonæ, non autem de transferendis bonis ad deſcendentes ab alia linea, d. dec. Senen.31. n.77. pag.199.
In hac materia receſſus à *Camaer* theorica conjecturæ validiores ſunt attendendæ, dec. Flor 31. n.73. pag.548.
Et quæ foveant regulam juris fideicommiſſorum excluſivam, ibid. n.74.
Et ſi res reducitur ad dubietatem, ſemper agentes ad fideicommiſſum, & pro receſſu à dicta theorica ſunt excludendi, d. dec. Flor.31. n.75. pag.548.
Signanter in odium fideicommiſſorum, quę ſemper debent excludi, ibid. n.76.
Maximè in Civitatibus mercantilibus, prout Florentiæ, ubi ſæpiſſimè judicatur contra fideicommiſſum, & receſſum à dicta theorica, d. dec. Flor.31. n.77. pag.548.
Per vulgarem intelligitur ſubſtitutio alicujus, ejuſque filiorum, dec. Flor.60. n.1. pag.863.
Etiamſi adſit clauſula *in Stirpes, & non in capita*, ibid. n.2.
Expirat per aditionem primi hæredis, dec. Sen.16. n.10. pag.150.
Declara reſpectu primi gradus ſubſtitutionis, vel inſtitutionis, non verò reſpectu aliorum ſubſtitutorum, ibid. n.11.
Et de ratione, ibid. n.12.

SUBSTITUTUS

Alimenta ex bonis fideicommiſſi quando conſequi valeat, *vide in Verb.* Alimenta quibus, & à quibus debeantur, *verſ.* ſubſtituto.
Non admittitur, non purificata conditione, ſub qua debebat ſuccedere, ſed fit locus Juri accreſcendi favore cohæredis, deciſ. Senen.35. §.1. n.50. pag.242.
Et quando excluditur per jus accreſcendi, venire non poteſt in vim vulgaris anomalæ, ibid. n.59. pag.244.
Per vulgarem in locum inſtituti ſubintrat, & ſubjacet omnibus, quibus inſtitutus gravatus reperiebatur, deciſ. Flor. 43. num.81 pag.685. & dec. Flor.44. n.11. & 12. pag.689.
Undè ſi primo loco hæredes ſcripti, fuerunt vocati ad uſumfructum poſt mortem uxoris, cum eadem temporis dilatione dici debet vocatus ſubſtitutus vulgaris, d. dec. Flor.43. n.81. pag.685. & deciſ. Flor.44. n.11. pag.689.
Pluribus ſubſtitutus admittitur poſt mortem unius, reſoluta pluralitate in ſingularitates, deciſ. Senen.28. §. unic. numer.89. pag.175.
Limita, quando ſubſtitutio facta fuit in defectum lineæ hæredis, quia tota linea evacuari debet, nec per deficientiam unius columnelli ſubſtitutus admittitur, dec. Senen.35. §.1. n.58. pag.233.
Nam tunc non reſolvitur pluralitas in ſingularitates, ibid. n.59.
Cum inter omnes de linea inducta dicatur reciproca ſubſtitutio, d. dec. Senen.35. §.1. n.59. pag.233.
Item limita, ſtante conjunctione reali, vel verbali inſtitutorum, dicta deciſ. Senen.35. §.1. n.54. & 55. pag.243., & vide in Verb. Pluralitas.
Item limita, præexiſtente perſona prædilecta, deciſ. Senen. 28. §. unic. n.90. pag.175.

Et

Et quæ dicatur perſona prædilecta, *vide in Verb.* Prædilectio.

Talis autem non dicitur uxor, quæ ad excluſionem filiorum viro non ſuccedit, d. dec. Senen. 28. §. unic. num. 91. & 92. pag. 175.

Et, & verbis cum alio conjunctus, eo deficiente, totum conſequitur, dec. Senen. 35. n. 1. pag. 215., *& vide materiam in Verb.* Jus accreſcendi.

SUCCESSIO

Aſcendentes in ſucceſſione ab inteſtato excludunt Tranſverſales, dec. Flor. 60. n. 32. pag. 873.

Filiorum eſt prima cauſa ſuccedendi in ſucceſſione ab inteſtato, ibid. num. 44. pag. 871.

Sive maſculi ſint, ſive fœminæ, ibid. n. 45.

In capita regulariter defertur inter eos, qui ſuccedunt ex propria perſona, dec. Senen. 26. n. 33. pag. 154.

Declara, ſi ſint in eodem gradu, ſecùs ſi remotiores, ibid. n. 34.

Nam remotiores non debent eſſe melioris conditionis proximioribus, d. dec. Senen. 26. n. 35. pag. 153.

In capita, & non in ſtirpes defertur in Tranſverſalibus ulterioris gradus, quàm Patrui, dec. Senen. 25. n. 1. pag. 140. & n. 24. pag. 144.

Limita in ſucceſſione fideicommiſſaria, conſtito de contraria voluntate Teſtatoris, ibid. n. 2. pag. 140.

De qua voluntate conſtare dicitur, ſi Teſtator uſus ſit clauſula *in ſtirpes*, d. dec. Senen. 25. n. 3. pag. 140.

Etiamſi non fuerit appoſita in eadem ſubſtitutione, de qua agitur, quia appoſita in una, in aliis cenſetur repetita, ibid. num. 4.

Prout etiam contingit in clauſula *in capita*, quæ pariter cenſetur repetita, d. dec. Senen. 25. n. 5. pag. 141.

Declara primò, repetitionem clauſulæ *in ſtirpes* in parte, in qua non adeſt, procedere, quando fuit appoſita per modum regulæ, ibid. n. 7.

Declara ſecundò, ſi fuit adjecta in parte, in qua de Jure ſuccedendum erat in capita, d. dec. Senen. 25. n. 8. pag. 141.

Secùs ſi adjecta reperitur in caſu, quo ſucceſſio etiam de jure deferri debuiſſet in ſtirpes, ibidem n. 9. ubi de ratione.

Et dicitur adjecta in caſu, in quo de jure ſuccedendum erat in ſtirpes, ſi ſit appoſita ſucceſſioni filiorum Fratris, ſinè ſpecificatione concurſus cum Patruo, d. dec. Senen. 25. n. 11. pag. 141.

Eodemque modo intelligi debet diſpoſitio Statuti, ibid. n. 12.

Maximè verò ſi Teſtator filios fratris, qui poterant concurrere cum Patruo, vocavit in ſtirpes, & qui non poterant concurrere, ſimpliciter vocavit, ibidem num. 13. pag. 142.

Vel ſi clauſulam *in ſtirpes* appoſuit reſtrictivè ad primos hæredes, nam tunc in illis volita dicitur, & in aliis conſultò omiſſa, dicta deciſ. Senen. 25. num. 15. pag. 142.

Et ex quibus dicatur appoſita reſtrictivè, ibid. n. 16. & ſeqq.

Contra, quòd immò primo caſu videatur ſuperflua, ideò ad hanc ſuperfluitatem evitandam cenſeri debeat repetita etiam in caſu, quo de jure non ſucceditur in ſtirpes, d. dec. Senen. 25. num. 33. & 34. pag. 145.

Sed quòd ſufficiat ad hoc, ut ceſſet ſuperfluitas, quòd in primo caſu aliquid etiam modicum operetur ad effectum, ut non intret repetitio ejuſdem clauſulæ in ſecundo, ibid. n. 35.

In ſtirpes regulari poteſt per ſubingreſſionem filiorum in locum Patris, etiam viventis, ſi ille non ſit vocatus, ſed privatus, vel aliundè incapax ſuccedendi, d. dec. Senen. 25. n. 10. pag. 141.

In ſtirpes videtur favere conſervationi agnationis, ibid. n. 36. pag. 146.

Contra, ibid. n. 38.

Ideoque quod non implicet, ut etiam quando eſt conſiderata conſervatio agnationis, ſuccedatur in capita, d. dec. Sen. 25. n. 37. pag 146.

Præcipuè conſtito de diſponentis voluntate, ut bona in pluribus permaneant, ibid. n. 39.

In ſtirpes admitti debet, quando conſtat, ita fuiſſe obſervatum, d. dec. Senen. 25. n. 40. pag. 146.

Limita primò, quando obſervantia proceſſit à perſonis, de diſpoſitione non informatis, ibid. n. 41.

Limita ſecundò, quando obſervantia reſpicit illas ſucceſſiones, in quibus aliter fieri non debebat, d. dec. Senen. 25. n. 42. pag. 146.

Limita tertiò, quando obſervantia non eſt individualis, ſed ſuper facto di-

verſo ibidem numer.43.

Limita quartò quando adverſaretur voluntati diſponentis, quia tunc utpotè non interpretativa, ſed derogatoria non admittitur, dicta deciſ. Senen.25. n.44. pag.146.

In ſtirpes ſuccedunt, in ſucceſſione Patrui, Filii Fratris concurrentes cum alio Patruo, ibid. n.23. pag.144.

Sed ſi concurrant cum filiis alterius fratris, ſuccedunt in capita, d. dec. Senen.25. n.14. pag.141.

In ſtirpes, & non in capita regulatur ſucceſſio remotiorum, concurrentium cum proximioribus vigore vulgaris anomalæ, per quam in locum prioris gradus ſubingrediuntur, deciſ. Senen.26. numer.32. pag.153., *& vide latè in Verb.* Subingreſſio.

Jus Civile in materia ſucceſſionum in computatione graduum attendi debet, deciſ. Senen.35. §.2. n.19. pag.239., *& vide in Verb.* Gradus.

Repræſentatio an, & quando locum habeat in ſucceſſione Tranſverſalium, *vide in Verb.* Repræſentatio *verſ.* locum non habet.

SUMPTUM

Ab Archivio extractum facit pleniſſimam probationem, deciſ. Flor.33. §.3. n.17. pag.387.

SUMPTUS LITIS

Vide in Verb. Alimenta, & ſumptus Litis.

SUPERFLUITAS

A' quacumque diſpoſitione evitari debet, dec. Senen. 25. n.34. pag.145.

Ad hoc tamen ſufficit verba aliquid etiam in modico operari, ibidem n.35.

SUPPOSITUM

Falſitas ſuppoſiti non obeſt, niſi probato concludenter, ſuppoſitum illud fuiſſe cauſam finalem illius actus, deciſ. 35. §.1. n.57. pag.232.

SYNDICUS

Confeſſio Syndici an, & quando præjudicet Communitati, dec. Senen.11. n.22. pag.62.

Syndici Communitatum Dominii Senenſis tenentur ſingulis tribus menſibus viſita e viaſi, deciſ. Senen.19. numer.10. pag.98.

T

TARA

Computi facta per Judicem contra diſpoſitionem Statuti ſquittinium requirentis, & extra terminum cadentis citationis, redditur inſanabiliter nulla, dec. Flor.18. n.1. pag.429.

Limita ut n.2. & ſeqq. & numer.4. & ſeqq. pag.430.

Quæ limitationes eo magis recipi debent, ſi, admiſſa nullitate, immenſa ſtrages actuum geſtorum ſequeretur, dict. dec. Flor.18. n.13. pag.431.

TAXATIO

Fructuum bonorum ſtabilium de anno 1629. fiebat ad rationem quinque pro centenario, dec. Sen.23. n.14. pag.129.

In refectione viarum quomodo fieri debeat, *vid. Verb.* Via *verſ.* reaptari.

TEMPUS

Adnotatio temporis requiritur ad ſubſtantiam, & validitatem Inventarii, dec. Sen.28. §. unic.n.6. pag.163.*& vide Verb.* Inventarium *verſ.* validum.

TERRITORIUM

Separatum, & Jura quaſi Epiſcopalia ex quibus acquirantur, *vide in Verb.* Abbas.

TESTAMENTUM

Cauſa revocandi Teſtamenti juſtiſſima cenſetur mors civilis, vel naturalis hæredis inſtituti, quando Teſtator voluit agnationis conſervationem, dec. Florent.12. n.14. pag.385.

Subſiſtente cauſa mutandi primum Teſtamentum, ceſſat omnis ſuſpicio ſeductionis, & importunitatis in ſecundo conficiendo, ibid. n.15.

Præſumptio enim violentiæ, & importunitatis ceſſat, conſtito in ultimo Teſtamento de ultronea voluntatis mutatione, dict. deciſ. Flor.12. n.5. pag.383.

Clauſula à Teſtatore appoſita, vel à lege ſubintellecta in primo Teſtamento de cæterorum derogatione quid importet, ibid. n.4. *& vide infra in verſic.* ultimum.

Dubium in aliqua parte declarari poteſt per Advocatum, qui illud extendit, d. dec. Sen.35. §.2. n.34. pag.240.

Et ex diſpoſitis in Codicillis, d. §.2. n.46., *& vide infra verſic.* una, *& verb.* Teſtator *verſ.* dicta.

Pa-

Pater filiæ in priori Teſtamento dotatæ, & in incertum caſum inſtitutæ, ſi in ſecundo dotem auxerit, & vocationem omiſerit, videtur dictum augumentum certum pro incerta ſucceſſione ſubrogaſſe, dec. Flor.12. n.34. & 35. ubi de ratione pag.387.

Poſthumi præteritione corruit, & nullius eſt roboris, deciſ. Florent.60. numer.35. pag.870.

Subſtinetur tamen, ſtante clauſula codicillari, per quam hæres ab inteſtato cenſetur gravatus reſtituere hæredi ſcripto, ibid. n.36.

Sed hoc procedit, quando filius fuit ſcienter præteritus, non ſi ignoranter, nam tali caſu Teſtamentum omninò irritatur, & clauſula codicillaris nihil operatur, d. dec. Flor.60. n.37. pag.870.

Ratio, quia quando agitur de filio ignoranter præterito, deficit voluntas Teſtatoris, qui ſi conſideraſſet filium habere potuiſſe, tali modo non diſpoſuiſſet, dict. dec. Flor.60. num.39. & 40. pag.871.

Limita concluſionem in filiis à Statuto excluſis, non habentibus jus querelandi Teſtamentum, ibid. n.41.

Exiſtentibus agnatis, filium ab inteſtato excludentibus, an ipſe ob præteritionem poſſit rumpere Teſtamentum favore extranei, d. dec. Flor.60. n.42.

Quando rupto Teſtamento filia ſuccedit, tunc indubitanter poteſt Teſtamentum querelare, ibid. n.43.

Item vigore clauſulæ codicillaris convaleſcit Teſtamentum, ſi Poſthumus decedat in pupillari ætate, & inteſtabilis, dict. dec. Flor.60. n.38. pag.870.

Repetita non cenſetur in Teſtamento revocatorio qualitas maſculinitatis, requiſita in revocato, dec. Sen.45. n.14. pag.280.

Ultimum derogat primo, dec. Florent.12. n.1. pag.383.

Niſi primum Teſtamentum ſit inter Liberos, ad cujus revocationem videtur requiri expreſſa revocatio, ibid. n.2.

Contra ubi conſtat de voluntate Teſtatoris, quòd ultimum Teſtamentum prævaleat primo, non obſtantibus clauſulis derogatoriis, vel expreſſis, vel à lege ſubintellectis, d. dec. Flor.12. numer.3. pag.383. & n.16. pag.385.

Licèt primum ſit Teſtamentum inter liberos, ibid. n.17.

Cenſetur Teſtator revocaſſe primum, ſi hæredem in priori inſtitutum in ſecundo nominavit, eique fecit legatum particulare, dict. dec. Flor.12. n.18. & 19. pag.385.

Item quando in ſecundo adhibuit cautelas, & verba prægnantia, importantia executionem indubitatam, quæ præſeferunt primi ſpecialem derogationem, ibid. n.20.

Item ex revocatione expreſſa, in ſecundo Teſtamento appoſita, cæterarum diſpoſitionum, verbis ampliſſimis facta, deducitur revocatio ſpecialis primi, non obſtante clauſula derogatoria in eo contenta, conſtito, quòd unum ſolùm Teſtamentum præceſſerit, d. dec. Flor. 12. n.21. pag.385.

Et ibidem num.22. ubi referuntur contrariæ auctoritates.

Quæ declarantur procedere, ubi alia non concurrerent adminicula, secùs quando adſunt conjecturæ, & unum præceſſit Teſtamentum, d. dec. Flor.12. nu.23. pag.386.

Quia verba generalia pro oſtendenda revocatione primi Teſtamenti, vim habent ſpecialium, quando conſtat de voluntate Teſtatoris primum revocandi, ibidem num.24.

Item ex facultate data à Teſtatore in ſecundo Teſtamento, clauſulas extendendi ad ſenſum ſapientis, d. dec. Flor.12. n.26. pag.386.

Quia tunc Notarius poteſt apponere etiam ſpecialem derogationem, ibid. d. n.26. cum ſeqq.

Maximè ex formulario Florentino, in quo habetur derogatio ſpecialis in clauſula *non obſtantibus*, & quomodo talis clauſula extendatur, d. dec. Flor.12. n.27. pag.386.

Dicitur facta derogatio ſpecialis, quoties in caſſatione primi Teſtamenti fit mentio clauſularum derogatoriarum, ibid. num.31.

Item æquivalent expreſſæ derogationi inſtitutio venientium ab inteſtato, & perſonæ, quæ fuerat inſtituta in primo Teſtamento in defectum hæredis inſtituti, dict. deciſ. Florent.12. n.32. pag.387.

Una pars Teſtamenti aliam declarat, dec. Senen.35. §.2. num.14. pag.239. & dec. Sen.38. n.8. pag.257. & dec. Floren.57. n.56. pag.838.

Ideo pars conditionalis clara declarat præcedentem diſpoſitivam, quatenus eſſet dubia, d. dec. Senen. 35. §. 2. num. 53. pag. 243., & deciſ. Florent. 24. num. 9. pag. 397.

TESTATOR

Abſurdum eſt quod Teſtator pietatem habeat erga fœminas tranſverſales, & ſit impius erga deſcendentes, dec. Sen. 7. n. 12. pag. 44.

Ideo ad hoc abſurdum evitandum, qualibet capi debet interpretatio, etiam impropria, ibid. n. 14.

Maximè ad effectum ne bona, à linea, in qua ſunt ingreſſa, avocentur, d. dec. Sen. 7. n. 15. pag. 44.

An, & quando Teſtator dicatur contemplari agnationem, *vide Verb.* Agnatio.

Carens filiis præſumitur in eorum locum nepotes aſſumere, dec. Sen. 35. §. 2. n. 26. pag. 239.

Ideo in tali caſu ad favorem nepotum militant ea, quæ de filiis dicuntur, ibid. num. 27.

Conformare ſe voluiſſe ſtatuto dici non debet, quando repugnantem ſtatuto diſpoſitionem expreſsè ordinavit, deciſ. Flor. 24. n. 11. pag. 399.

Conjectura deprompta ex præſumpta conformatione Teſtatoris cum ſtatuto non poteſt latiùs operari, quàm ipſum ſtatutum, nec extendi præter caſus, in quibus intrat determinatio ſtatuti, ibid. n. 12. pag. 398.

Afferuntur auctoritates loquentes de Statuto Florentino, d. dec. Flor. 24. num. 13. pag. 398.

Maximè ſi teſtator voluit ſuam diſpoſitionem regulari à ſtatuto, & à legibus Imperialibus, ibid. n. 14.

Nam, ut evitetur repugnantia, ſucceſſio juxta ordinem à ſtatuto volitum, intelligi debet in caſibus à ſtatuto expreſſis, in non expreſſis ad terminos Juris Communis, d. dec. Flor. 24. n. 14. pag. 398., & *vide in Verb.* Fœminæ.

Fœminis excluſis per ſtatutum, quando Teſtator cum illo ſe conformavit, cujus proximitas ſit attendenda, *vide in Verb.* proximitas *verſ.* gravati.

In dubio cenſetur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione Juris, dec. Senen. 25. n. 11. pag. 141.

Dubia Teſtatoris voluntas declarari poteſt per illum, qui Teſtamentum extendit, dec. Sen. 35. §. 2. n. 34. pag. 240.

Declarari poteſt ex verbis ſuppoſitivis, dec. Flor. 58. num. 12. & 13. pag. 846., & *vide in Verb.* Verba in genere *verſ.* ſuppoſitiva.

In dubio diſpoſitio Teſtatoris potiùs interpretari debet pro exiſtentia fideicommiſſi, quàm pro libertate bonorum, ſi Teſtator ſit perſona nobilis, & conſpicua, dec. Sen. 31. n. 63. pag. 197.

Poteſt in ea parte, in qua contravenientibus pœnam impoſuit, ſicuti in quacumque alia parte teſtamenti declarare ſuam voluntatem circa extenſionem, vel durationem fideicommiſſi, dec. Flor. 1. n. 37. pag. 319.

Non cenſetur providiſſe caſum, quo nobiles fœminæ extra matrimonium filios ſuſciperent, deciſ. Florent. 58. numer. 13. pag. 848.

Si non vocavit proximiores magis dilectos, eo magis cenſetur noluiſſe vocare remotiores minùs dilectos, dec. Flor. 30. n. 69. pag. 547.

Verba Teſtatoris accipi debent juxta loci conſuetudinem, & communem uſum loquendi, deciſ. Senen. 31. numer. 11. pag. 103.

Voluntas Teſtatoris quomodocunque appareat, totum regulat, & determinat, dec. Sen. 31. n. 72. pag. 199. & dec. Senen. 32. n. 35. pag. 206.

TESTES in genere

Aſſerentes aliquid geſtum fuiſſe coram aliis, ſi eos non nominant, nihil probant, dec. Flor. 27. n. 50. pag. 511.

De auditu, vel credulitate plenè probant contra inducentem, dec. Sen. 21. n. 15. & 16. pag. 110.

Maximè ſi ſint plures numero, & inter ſe, vel ab aliis adminiculentur, ibidem num. 17.

Amplia, etiam ſi productio illorum depoſitionis facta fuerit in parte, & partibus, d. dec. Sen. 21. n. 18. pag. 110.

Declara ampliationem in duobus caſibus procedere, primo ſi productio ſit facta ad fundandam intentionem, ibidem num. 19.

Secundo ſi depoſitio ſit individua, d. dec. Sen. 21. n. 20. pag. 110.

Plures de auditu ab eodem non magis probant, quàm ille, dec. Flor. 18. num. 53. pag. 436.

In Criminalibus ſaltem duo requiruntur om-

ni

ni exceptione majores, quales non ſunt fœminæ, deciſ. Senen.15. numer.57. pag.85.

Declarare non ſolum poteſt verba dubia Contractus, ſive inſtrumenti, cui intervenit, ſed etiam conventionem ei non adjectam probare, dec. Flor.4. num.52. pag.344.

Et concurrentibus adminiculis, vel præſtito Juramento in ſupplementum, plenè probat, ibid. n.53.

Defenſivè examinati pro reo præferuntur offenſivè examinatis pro fiſco, dec.Flor. 42. n.24. & 27. pag.665.

Dummodò non ſit magnus exceſſus, ibid. d. n.27.

Defuncti cum aliqua depoſitione, plenè probant, dec. Flor.26.n.31. pag.497.

Sed procedit, quando non adfuit tempus illos reprehendi, deciſ. Flor.27. num.10. pag.505.

Si fuit impeditum examen, eò magis mortuus in præjudicium impedientis plenè probat, dec. Flor.29. n.1. pag.524.

Deponentes de legitimitate, quæ debeant ſpecificare, dec. Flor.30. n.16. pag.532. *& vid. in verb.* legitimitas.

Deponentes de publica voce, & fama, & de auditu à majoribus, cum ſpecificatione particularis perſonæ, in materia antiquiſſima probant pertinentiam Juriſpatronatus, dec. Flor.45. §.1. n.15. pag.708.

Maximè concurrente approbatione Judiciali eorumdem teſtium per ſpatium 100. & ultra annorum, quæ facit, ut nec dicta, nec perſonæ illorum poſſint amplius redargui, ibid. n.17.

Et quando agitur non de probanda ſubſtantia Juriſpatronatus, ſed illius qualitate gentilitia, leviores ſufficiunt probationes, & admittuntur Teſtes etiam aliquam exceptionem patientes, d. dec. Florent.45. §.1. n.19. pag.709.

Qualitas enim gentilitia benè probatur ex teſtibus, & poſſeſſione 60. annorum habita ab illis de familia, ibid. n.20.

Depoſitio Teſtium non probat, niſi quatenus cadit ſuper negotio principali, non autem ſi interrogati aliquid deponant ſuper re incidenti, & acceſſoria, dec. Flor.27. n.14. pag.506.

Depoſitiones Teſtium dubiæ, & æquivocæ non juvant, ubi concludens probatio requiritur, dec. Flor.27. n.16. pag.506.

Et talis dubietas contra inducentem interpretatur, ibid. & d. n.16.

Facultas examinandi teſtes, petita in limine expeditionis cauſæ, & imminentium feriarum, præſumitur artificioſa ad protrahendam Cauſam, dec. Flor.6. num.1. pag.352.

Maximè ſtante longa cauſæ diſcuſſione, qua pendente, numquam fuerint articuli producti, ibid. n.2.

Et ſtante articulorum irrelevantia, & improbabilitate, dict. dec. Flor.6. num.3. pag.353.

Falſitas an, & quando probetur teſtibus, *vide latè Verb.* falſitas.

Filiatio, an, & quando probatur teſtibus, *vide latè Verb.* Filiatio.

Formiter examinati cenſentur, ſi poſt affixionem edictorum, & citationem, intereſſe habentes omiſerunt dare interrogatoria, deciſ. Flor.45. §.1. numer.14. pag.708.

Formiter non examinati probant, ſi ſint aliunde adminiculati, dec. Sen.36. n.20. pag.250.

Prout ſi Pars impedivit examen, formiter faciendum, in præjudicium impedientis, dec. Flor.29. n.2. pag.524.

Inductio Teſtium minùs informatorum, ubi magis informati haberi poterant, arguit malum jus inducentis, dec. Florent.27. n.51. pag.511.

Inimicitia orta ex lite omnium bonorum, vel majoris partis eorum, ſufficiens eſt ad repellendum à teſtificando, vel ad fidem teſtibus minuendam, dec. Flor. 28. n.8. pag.514., *& vide in Verb.* Inimicitia, *& verb.* Teſtis in ſpecie *verſ.* inimico.

Non eſt credendum teſtibus inimicis eorum, contra quos inducuntur, ibid. numer.17. pag.516.

Non admittuntur Teſtes ad probandum id, cujus contrarium conſtat ex publicis ſcripturis, deciſ. Senen.3. numer.64. pag.21.

Vel id, cujus contrarium conſtat ex facto, dec. Flor.28. n.29. pag 518.

Vel id, quod faciliter probari poteſt per ſcripturas, dec. Florent.26. numer.38. pag.498.

Non informato non deponenti de re ad ſuum officium ſpectante, nec congruam, & ſufficientem rationem ſui dicti reddenti, nulla fides adhibenda eſt, dec. Flor.27. n.12. pag.505.

Non

Non informato, & mendaci fides non adhibetur, dec. Flor.28. n.19. pag.516.
Et qui tales dicantur, ibid. n.18.
Plures, ſi exceptiones patiantur, viciſſim non coadjuvantur, d. dec. Florent.28. n.30. pag.518.
Poſt dedictam teſtificata, concluſionem in cauſa, & in limine expeditionis illius, non admittitur ampliùs examen Teſtium, ibid. n.58. & 59. pag.437.
Poſt publicationem proceſſus ampliùs examinari non poſſunt, dec. Flor.42. n.14. pag.663.
Limita, ubi pro defenſione inquiſiti poſt publicationem proceſſus admiſſi fuerunt novi teſtes, quia tunc alii teſtes contra eos admitti poſſunt favore Fiſci, ibid. n.15.
Item quando Judex procedit ex officio, d. dec. Flor.42. n.16. pag.663.
Quia in Judice ceſſat timor ſubornationis, ibid., ubi quod ita fuit ſæpe Florentiæ judicatum.
Quod procedit etiam exiſtente Promotore Inquiſitionis, uti eſt Procurator Fiſcalis, d. dec. Flor.42. n.17. pag.663., ubi de ratione.
Et ſatis eſt, quòd is, ad cujus inſtantiam proceditur, non habeat jus, & intereſſe tamquam Pars in inquiſitione, ibidem d. n.17.
Amplia etiam exiſtente accuſatore, ceſſante omni ſuſpicione ſubornationis, & abſque interventu, & notitia accuſatoris, d. dec. Flor.42. n.18. pag.663.
Et ita ſervatur in toto Statu S.R.C. ibid.
Limita, quando Judex non procedit ex Officio, ſed ad inſtantiam accuſatoris, de quo valdè ſuſpicari poſſit, d. dec. Flor. 42. n.22. pag.664.
Immò ſi tunc examinati fuerint poſt publicationem, nec pro adminiculo inferviunt, ibid.
Producens depoſitiones Teſtium tenetur illas approbare, nec eas valet amplius impugnare, dec. Flor.45. §.2. num.19. pag.718.
Et contra ipſum plenam probationem faciunt, ibid.
Qui non facit probationem in Judicio criminali pro falſitate, multo minus attenditur in Civili, dec. Flor.28. num.57. pag.437.
Quando unus teſtis eſt integræ fidei, & omni exceptione major, licèt alter aliquam patiatur exceptionem, tamen faciunt pluſquam ſemiplenam probationem, dec. Flor.48. n.4. pag.747.
Et eſt locus Juramento ſuppletorio, ibid.
Relatio in depoſitione Teſtium fit ad dictum principale, non ad qualitatem acceſſoriè tantùm enunciatam, dec. Flor. 27. n.15. pag.506.
Retractatio teſtis facta ex intervallo in conſideratione non habetur, dec. Sen.21. n.21. pag.110.
Et dicitur facta ex intervallo, quando teſtis potuit alloqui cum parte, ibid.
Singulares in materia ſubornationis non attenduntur, ſi deponunt per eumdem præmeditatum ſermonem, dec. Flor.42. n.19. pag.664.
Sicut ubi inter teſtes, & accuſatorem intercedit amicitia, & inimicitia cum Inquiſito, ibid. n.20.
Et quando non ſolùm deſtituti ſunt adminiculis, ſed etiam adminicula urgent in contrarium, d. dec. Flor.42. n.21. ead. pag.664., *& vide ſupra in verſ.* ſubornatus.
Subornatus quando principaliter aggravat ſe ipſum, facit indicium contra ſubornantem, ibid. num.5. pag.662. ubi de ratione.
Quidquid dicendum ſit, ſi depoſitio reſpiceret principaliter damnum tertii, d. dec. Flor.42. eod. n.5. pag.661.
Præcipuè quando crimen occultum eſt, & non poſſunt facilè inveniri probationes, ibidem n.6.
Contra, quòd aſſerens falſum dixiſſe de mandato alterius, fuiſſe ſubornatum, & corruptum, nullam facit probationem, nec indicium ad torturam, d. dec. Flor. 42. n.1. pag.661.
Nec etiam ad formandam inquiſitionem, ibid.
Niſi ſint plures, quia tunc ſufficiunt ad Inquiſitionem, & torturam contra ſubornantem, d. dec. Florent.42. num.2. pag.661.
Dummodò ſint conteſtes, non ſingulares, ibid. n.3.
Si tamen ſingularitas non ſit circa cauſam, ſed tantùm circa locum, tempus, modum, & ſimilia, conjungi poterunt ad faciendum indicium contra ſubornantem, dict. deciſ. Florent.42. numer.4. pag.661.
Eoque magis ſi concurrant adminicula, ibid.

ibid. n.7. pag.662.

Contrarium tenentes reprobantur, d. dec. Flor.2. d. n.7. & 8. cum ſeqq., ubi de adminiculis.

Unicus plenè probat contra inducentem, dec. Sen.4. n.14. pag.28. & dec. Sen.11. n.18. pag.62.

Etiam ſi deponat de credulitate, & proprio Judicio, d. dec. Sen.11. n.29. pag.64., & dec. Sen.21. n.16. pag.110.

Maximè ſi bonam reddit rationem ſuæ opinionis, & credulitatis, dec. Sen.11. n.30. pag.64.

Et ſit adminiculatus, dec. Sen.14. num.3. pag.70.

Et multo fortius concurrentibus aliis circumſtantiis, adjuvantibus Teſtis credulitatem, dec. Sen.11. n.31. pag 64.

Unicus in materia ſimulationis multùm operatur, ſi ſit omni exceptione major, licèt deponat de auditu, dec. Sen.46. num.9. & 10. pag 284. *& Vide Verb.* Simulatio, *verſ.* probatur.

Unico teſte omni exceptione majore, & qui deponit de viſu, & certa ſcientia, probantur indicia proxima delicto, dec. Flor. 18. n.45. pag.435. & n.48. ubi declaratur, *& vide in Verb.* Indicium verſic. proximum.

TESTIS in ſpecie

Benè affectus erga aliquem, non eſt idoneus teſtis favore illius, dec. Sen.50. num.23. & 24. pag.305.

Colonus probat quantitatem fructuum perceptorum, dec. Senen.4. n.15. pag.28.

Item *Factor* plenè probat quantitatem fructuum perceptorum contra Dominum, ibid. n.13. & 14.

Famulus non eſt idoneus teſtis pro Domino, dec. Sen.50. n.24. pag.305.

Inimico ejus, contra quem inducitur, credendum non eſt, dec. Florent.28. n.17. pag.516.

Et inimicitia oritur ex lite omnium bonorum, vel majoris partis, ibid. n.7. & 8. pag.514. *vide in Verb.* Inimicitia.

Inſerviens, & ſalariatus non probat, deciſ. Flor.18. n.54. pag.436.

Sed ſi ſolùm recipit mercedem ſuorum laborum à principali, & non cohabitat cum eo, nec ejus expenſis vivit, probat, dec. Flor.48. n.3. pag.747.

Item non probat habens affectionem ad cauſam, ibidem & n.56. pag.437.

Item qui alios requiſivit, & inſtruxit pro examine faciendo, d. dec. Flor.18. n.55. pag.436.

Mendax, & ſibi contrarius non probat, dec. Sen.50. n.25. & 26. pag.305.

Vicinus cenſetur veriſimiliter informatus, dec. Sen.21. n.32. pag.113.

Item ille, qui ivit ad paſcendum ſuper bonis, de quibus agitur, ibid.

Ideoque illi creditur, præſertim ſi deponat de publica voce, & fama, d. dec. Sen. 21. n.32. pag.113.

Vilis, & inhoneſta perſona à teſtificando repellitur, deciſ. Floren.28. numer.11. pag.515.

Inveriſimilia dicitur deponere teſtis vilis, ſi afferat, Virum Nobilem diſcurſus ſibi præjudiciales coram ſe feciſſe, dec. Floren. 38. n.28. pag.518.

Unicus plenè probat contra inducentem., dec. Sen.4. num.14. pag.28. & dec. Sen. 11. n.18. pag.62.

Amplia ut ſupra *in Verb.* Teſtis in genere., *verſ.* Unicus.

TEXTUS

In *L. quidam Teſtamento ff. de vulgar. & pupillar.* declaratur, dec. Sen.35. §.2. n.7. pag.236.

In *l. cum avus ff. de condition. & demonſtrat. & in l. cum acutiſſimi C. de fideicomm.* procedens ad favorem filiorum, militat etiam ad favorem nepotum, cum Teſtator filios non habet, ibid. num.26. & 27. pag.239.

In *l. Lucius Titius 126. in princip. ff. de Leg.3.* declaratur, dec. Sen.35. §.2. num.38. pag.241.

TITULUS.

Coloratum titulum tribuit ſolùm proviſio facta à Papa, vel ab Ordinario, dec. Flor. 45. §.2. n.24. pag.719.

Non à Nuncio Apoſtolico, qui exceſſit ſuas facultates, ibid.

Nec à Cardinali Indultario, ibid. n.25.

Contra, quando Nuncius, & Cardinalis Indultarius provident, ſervata forma ſuarum facultatum, dict. dec. Flor.45. §.2. n.26. pag.719.

Auctoritates contrariæ declarantur, ibid. n.27., *& vide in Verb.* Regulæ Cancellariæ *verſ.* Trigeſima ſexta.

Exhiberi, & concludenter probari debet in Judicio actionis negatoriæ, dec. Flor. 23. n.41. pag.475.

Locationis, & Domini concurrere non poteſt ſimul, & ſemel ſuper iiſdem bonis,

nis, dec. Sen.21. n.31. pag.113.

TRADITIO

Ex cauſa Locationis dominium non transfert, nec operatur, quòd promiſſio de vendendo habeatur pro effectiva venditione, dec. Sen.9. num.25. pag.53., & *Vid. latè in Verb.* Venditio *verſ.* promiſſio de vendendo.

Operatur, ut emptor poſterior præferatur in concurſu prioris emptoris, d. deciſ. Sen.9. n.37. pag.55.

TRANSACTIO

An, & quando ſine ſolemnitatibus ſtatutariis ſubſiſteatur, *vide in Verb.* Solemnitates *verſ.* ſtatutariæ.

Ad effectum ſubſiſtendæ tranſactionis ſufficit præexiſtentia litis dubiæ, dec. Sen.45. n.1. pag.279.

Etiam ſi lis ſit minùs Juridica, ibidem num.2.

Et ſufficit quælibet modica occaſio dubitandi, dict. deciſ. Senen.45. num.3. pag 279.

Quæ deſumitur, nedum ex ſententia favorabili, ſed etiam ex authoritate Doctorum, ibid. n.4.

Præcipuè ſi agatur de tranſactione facta inter Conjunctos, d. dec. Sen.45.num.5. pag.279.

Vel cum Judicis Decreto, aliiſque ſolemnitatibus, ibid. n.6.

Vel ſi fuit obſervata per ſpatium 18., aut 20. annorum, d. dec. Senen.45. num.7. pag 279.

Vel aliam quamcumque diuturnam habuit obſervantiam, ibid. n.8.

Comprehendit ſolùm in eadem nominatos, & habentes Cauſam ab eis, d. dec. Sen.45. n.18. pag. 280.

Non autem perſonam, de qua non fuit facta mentio, & quæ de tempore tranſactionis nullum Jus habebat, ibidem num.19.

Dici non valet tranſactio, ubi ex altera parte nihil receptum fuit, dec. Senen.28. §. Unic. n.71. pag.173.

Quia de natura tranſactionis eſt, ut aliquid hinc inde detur, vel remittatur, d. dec. Sen.28. §. Unic. n.72. pag.173. & dec. Sen.45. n.10. pag.279.

Præcipuè verò quando nunquam à Partibus fuit nominata tranſactio, dict. dec. Senen.28. §. Unic. ſub n.72. pag.173.

Generaliſſima licèt ſit, nunquam extenditur ad cauſam, & prætenſiones, in controverſiam non deductas, d. dec. Sen.45. n.20. pag.281.

Nec ad Jus ignoratum, ibid. n.21.

Reſciſſione tranſactionis non niſi per tres Sententias obtenta, immiſſio illam petenti concedi poteſt, ibid. num.9. pag.279.

Limita in tranſactione continente enormiſſimam læſionem, quæ utpotè carens conſenſu à principio, reſciſſione non indiget, d. dec. Sen.45. num.11. pag.279.

Etiam ſi fuerit roborata per Sententiam, ibid. n.12.

Læſio tamen enormiſſima non conſideratur, ſi pro re valoris Scutorum 700. ſolvantur Scuta 500., d. dec. Sen.45. n.13. pag 280.

In dijudicanda læſione tranſactionis, Judex pro ſuo arbitrio debet ponderare, & valutare omnes prætenſiones, ibid. n.15.

Et in dubio pro juſtitia tranſactionis præſumitur, dict. deciſ. Senen.45. num.16. pag.280.

TRANSITUS

Publicus, & liber per viam probatur per unicum Teſtem ab adverſario inductum, dec. Sen.11. n.18. pag.62., & *vide latè Verb.* Via *verſ.* qualitas, & *per tot.*

TRANSVERSALES

Quomodo inter ſe ſuccedant, an ſcilicet in ſtirpes, vel in capita, *vide in Verb.* Succeſſio, *verſ.* in capita, & non in ſtirpes.

TREBELLIANICA

Prohibitio detractionis Trebellianicæ, & deſiderium, quod bona indiminuta remaneant, oſtendunt volitam tantùm integritatem bonorum hæreditatis in principio acquiſitionis, dec. Flor.37. n.12. pag.620.

Contra, quòd reſpiciat non ſolùm primos ſed etiam alios ſucceſſivè vocatos, eo quia non detracta à primis, poſſit ab aliis ex eorum perſona detrahi, ibid.n.13. pag.610.

Voluntas prohibendi Trebellianicam perſonis, quibus à lege defertur, præbet conjecturam voluntatis impediendi uſumfructum illis perſonis, quibus Jura permittunt, d. dec. Flor.37. n.14. pag.620. *vide in Verb.* Uſusfructus *verſ.* competit *circa medium*.

TRIBUTUM

Vide in Verb. Collectæ.

TURNUS

Non remanet conſumptus per præſentationem

nem non effectuatam, dec. Flor.45.n.18. pag.699.

Dicitur conſumptus, non obſtante lite, & conventione facta inter Patronos, quòd alternativè incipere deberent à die pacificæ præſentationis, & de ratione, ibid. num.20.

Sicut etiam per appræhenſionem poſſeſſionis factam à præſentato, non obſtante oppoſitione, & contradictione, d. dec. Flor.45. n.21. pag.699.

Et per nominationem pacificam, & non impugnatam, ſecuta acceptatione nominati, etiam ante appræhenſionem poſſeſſionis, ibid. n.22.

TUTOR

Agi non poteſt contra unum ex Tutoribus in ſolidùm à pupillo hærede alterius Contutoris, d.dec. Sen.28. §.Unic.n.75. pag.173.

Limita, ſi ille ſolus, contra quem agitur adminiſtravit, ibid. n.76.

Et non conſtet, alterum de dolo, & culpa ipſius participaſſe, d.dec. Sen.28. dict. §. Unic. n.77. pag.173.

Quo caſu nec Tutor, qui fuit in ſolidum conventus, habet beneficium diviſionis, ut pupillus quemlibet ex Tutoribus conveniat pro virili, ibidem numer.78. pag.174.

Prout nec petere poteſt ceſſionem Jurium ad agendum contra Contutorem, dict. deciſ. Senen.28. §. Unic. numer.79. pag.174.

Et quando ceſſio fieret, operaretur contra ipſum conventum, ibid. n.80.

Immò nec conventus ex communi dolo agere, vel petere ceſſionem valet contra Contutorem, d. dec. Sen.28. §. Unic. n.81. pag.174.

Et ex quibus arguatur aliquem Tutorem ſolùm adminiſtraſſe, ibid. n.82. & 83.

Cauſa cognitio requiritur quando Pupillo, vel Dementi tutor, vel curator decernitur, dec. Sen.48. num.17. pag.294., & *vide infra in verſ.* pupillo.

Contrahere non poteſt ſine interventu pupilli, qui ſit major infante, dec. Sen.28. §. Unic. n.29. pag.167.

Creditor, & debitor hæreditatis non poteſt credita detrahere, ſed debet cum debitis compenſare, dec. Senen.28. §. Unic. n.46. pag.169. & n.86. pag.174.

Damno Tutoris cedit periculum nominis debitoris, effecti inexigibilis ob ipſius negligentiam in non exigendo, ibid. n.63. pag.171.

Dolus in Tutore ex quibus arguatur, *vid. in Verb.* Dolus *per tot.*, & *vide etiam infra in verſ.* Tenetur.

Munus Tutoris, qui exercere non poteſt, nec etiam poteſt alium in ſui locum deputare, deciſ. Senen. 48. numer. 15. pag.294.

Præcipuè ſtante ſtatuto deferente tutelam, vel curam primò teſtamentariis, de in legitimis, & ſubindè dativis, ibidem num.16.

Quia tali caſu dativo non eſt locus, niſi in defectum aliorum, d. dec. Senen.48. eod. n.16. pag.294.

Non bonificantur tutori alimenta præſtita pupillo uſque ad ætatem trium annorum, deciſ. Senen.28. §. Unic. numer 32. pag. 167., & *vide Verb.* alimenta *verſ.* non bonificantur.

Item non bonificatur partita in præjudicium hæreditatis, ſi de recepta non conſtet, ibid. n.51. pag.170.

Sicuti nec bonificatur partita iteratò ſoluta, ſed habet condictionem indebiti contra eum, cui ſolvit, d. dec. Senen.28. §. Unic. n.54. & ſeqq. pag.170.

Poteſt compelli ad redditionem rationis, etiam ſi illam jam ſemel reddidit, ſi tamen redditio fuit nulla, vel læſiva, vel erronea, vel non perfecta, d. dec. Sen. 28. §. Unic. num.23 & 24. pag.166., & *vide latè in Verb.* rationis redditio *verſ.* ſemel facta.

Preſbiteri an poſſint eſſe Tutores, & Curatores, *vide Verb.* Præsbiter.

Pupillo, aut dementi tutor, vel curator eligi non debet is, qui eſt ab inteſtato ſucceſſurus, & de ratione, dec. Sen.48. n.1. pag.293.

Limita in perſonis, in quibus ob ſanguinis conjunctionem ceſſat ſuſpicio machinationis inſidiarum, veluti in filia petente matris dementis tutelam, ibidem num.2.

Declara limitationem, niſi filia eſſet minor, vel nupta, unde cura, & cuſtodia matris remaneret penes virum, d. dec. Sen.48. n.3. pag.293.

Hoc enim caſu filia repellitur, & de ratione, ibid. n.4.5. & 6.

Etiam ſi ſit adulta, d. dec. Sen.48. n.12. pag.294.

Præcipuè ſi mater longo tempore fuerit pe-

 nes

nes aliquem, & benè tractata, tunc enim relinquenda eſt penes eum, nec exponenda periculo, & incertitudini, quòd malè tractetur, ibidem num.7. pag.293.
Fortiùs ſi perſona, à qua in præteritum fuit educata, ſit aptior, veluti eſt mulier ſenior, & ſolita aſſiſtere infirmo, d. dec. Sen.48. n.8. pag.293.
Vel qualis eſt maſculus, qui pariter ad dictum effectum habilior reputatur, quàm fœmina, ibid. n.9.
Et in hac materia ſemper attenditur, apud quem veriſimiliter perſonam dementem, & educatione indigentem, relinqueret Pater, ſi viveret, d. dec. Sen.48. n.13. & 14. pag.294.
Talis autem cenſetur ea perſona, quæ à Patre fuit in teſtamento Tutrix, vel Curatrix relicta, ibid. n.10.
Retinere non valet ſub prætextu crediti poſſeſſionem bonorum cum tutela apprehenſorum, dec. Senen.24. numer.5. pag.134.
Quia pendente redditione rationis non poteſt dici debitor, aut creditor, ibid. num.6.
Sed præſumitur de ſuo credito ſatisfactus, niſi ex redditione rationis contrarium probet, dict. deciſ. Senen.24. numer.7. pag.134.
Et ſi aliter fieret aperiretur via fraudibus, quia Tutores ſe fraudolenter confoverent in poſſeſſione bonorum, redditionem rationis protrahendo, ibidem num.8.
Eoque minùs valet ſub prætextu Crediti reſtitutionem bonorum detrectare, ſi in Inſtrumento ſuſceptæ tutelæ illam promiſit cum clauſulis executivis, d. deciſ. Sen.24. n.9. pag.134.
Vel ſi per plures annos percepit fructus ex ſtabilibus pupilli, & ad eum plura etiam mobilia pervenerunt, ex quibus creditum illius remanſit illiquidum, ibid. n.10. pag.135.
Fortiùs verò ſi intimatione eidem facta ad reddendam rationem, illam ſemper protelavit, ibid. n.11.
Sed hoc caſu adhibetur cautela, ut ei præſtetur fidejuſſio de reſtituendo eidem totum id, in quo creditor declarabitur, dict. dec. Sen.24. n.12. pag.135.
Tenetur de damno Pupillis obvento ob non factam in tempore pignorum redemptionem, dec. Senen.28. §. Unic. n.67. pag.172.
Tenetur facere inventarium non ſolum tutelare, ſed etiam hereditarium, nec unum ab alio ſuppletur, dec. Senen. 28. §. Unic. n.1. pag.163.
Sine quibus deveniri nequit ad redditionem rationis, vel ſi fuit deventum non valet ibid. n.68. pag.172.
Item tenetur libros conficere, & legaliter retinere ad rationem reddendam, aliàs contra eum juratur in litem, dict. dec. Senen.28. §. Unic. n.2. pag.163. & n.66. pag.172.
Duo tamen copulativè requiruntur ad hoc, ut detur Juramentum in litem, dolus nempè tutoris, & probationum difficultas, ibid. n.3. pag.163.
Dolus tamen ſatis reſultat ex omiſſa confectione inventarii tutelaris, & hereditarii, d. dec. Sen.28. §. Unic. n.4. pag.163. *Cætera vide in Verb.* Dolus.
Vel ex confectione minùs legitima, quia major, & melior pars bonorum fuerit occultata, ibidem, *& vide latè Verb.* Inventarium,
Nec non ex omiſſione libri Introitus, & exitus, d. dec. Senen.28. §. Unic. d. n.4. pag.163.

V

VACATIO

PRimi Beneficii ex cauſa incompatibilitatis non inducitur, niſi concurrente pacifica poſſeſſione ſecundi, dec. Flor.23. n.28. pag.392.

VALOR

A' *valore* frumenti deſumpto ex Libris Abundantiæ publicæ aliquid eſt demendum ratione diſtantiæ locorum, deciſ. Senen.4. n.12. pag.28.
Animalium mortuorum an detrahatur in calculandis fructibus, *vide in Verb.* Liquidatio.
Beneficii probatur ex Teſtibus, & ex ſimili expreſſione facta à Collitigante, dec. Flor.43. §.3. n.4. pag.722.
Bonorum diſtractorum ſi non excedit creditum, pro quo facta eſt executio, tunc executio ſubſiſtetur, quamvis fuerit exceſſiva, deciſ. Senen.1. num.10. pag.4. *&* *vide in Verb.* Executio.
Diminuitur in ſexta parte ratione fidei-com-

commiſſi, dec. Flor.6. n.30. pag.357.

Medius accipitur in liquidando pretio fructuum, quando Teſtes ſunt diſcordes, dec. Senen.50. n.31. pag.306.

Moneta, vide in Verb. Moneta.

Piſtum ex quibus varietur, dec. Senen.47. n.25. pag.291.

Probatur mediantibus Peritis, dec. Senen. 50. n.35. pag.307.

VASSALLUS

Inveſtitus de Feudo, ſi in eum rei feudalis ſit tranſlatum dominium, tenetur ad refectionem, & reparationem, deciſ. Flor.20. n.1. pag.443.

Etiamſi impenſa ſit magna, ibid.

Cenſetur autem tranſlatum dominium, ſi Vaſſallo conceſſum ſit Palatium correſpectivè ad aliud ab ipſo ædificandum, cujus dominium conſtet, fuiſſe tranſlatum in inveſtientem, ex hoc enim dominium alterius Caſtri in Feudo exiſtentis dici debet tranſlatum in Feudatarium ex natura correſpectivorum, dec. Flor.20. n.9. pag.444.

Et maximè ſi in caſu reverſionis Feudi conventum fuit, Palatium feudale remanere debere liberum penes hæredes Inveſtiti, ſi ipſi Palatium ædificandum voluiſſent tali caſu Domino directo relaxare, quod magis confirmat correſpectivitatem, ibid. n.10.

Item cenſetur tranſlatum dominium, ſi conventum ſit, quod donec ædificaretur Palatium, Poteſtas habitare poſſet in illo feudali, d. deciſ. Flor.20. num.11. pag.444.

Si Vaſſallus ſe obligaverit Palatium reædificare, & reſtaurare, ipſe, & ejus hæredes in caſu non culpoſæ devolutionis, à Domino directo expenſas factas repetere poſſunt, ibidem num.30. & ſeqq. pag.446.

Etiamſi meliorare ſe obligaverit propriis ſumptibus, d. deciſ. Flor.20. n.31. & 32. pag.446., *& vide in Verb.* Expenſæ.

Non poteſt Feudum antiquum, & paternum in Primogenituram erigere in præjudicium compræhenſorum, dec. Flor. 53. n.78. pag.804.

Nec poteſt illud alio quovis modo in præjudicium ſucceſſorum alterare, ibidem num.79.

Quamvis conſenſerint omnes jus habentes de tempore factæ diſpoſitionis, d. deciſ. Flor.53. n.80. pag.805.

Eoque magis ſi Caſtrum fuerit etiam fideicommiſſo ſuppoſitum, nam tunc eo minùs permiſſum erit præjudicare ſucceſſivè vocatis, quibus duplex aſſiſtit qualitas, ibid. n.81. pag.885.

Amplia etiam interveniente Domini directi conſenſu, ibid. n.82.

Quia tolleretur jus quæſitum vocatis, quod tamquam injuſtum, Principi non eſt permiſſum, d. dec. Flor.53. n.83. pag.805., *& vide in Verb.* Princeps, *verſic.* non poteſt tollere.

VECTURA

Vide in Verb. Expenſæ, *& in Verb.* Alimenta *verſ.* debita.

VENDITIO

Ad corpus facta venditione, iſtud præſtari debet, ſicuti facta ad menſuram, præſtari debet menſura, dec. Flor.46. n.9. pag.730.

Et ſi in venditione ad corpus ulterius promiſſa ſit certa menſura, promiſſio ſervari debet in utroque, ibid. n.10.

In caſu enim rei venditæ ad corpus cum expreſſione menſuræ, venditio ſubſiſtetur in corpore, adeout ſi plus eſt remaneat compræhenſum, ſi verò ſit minus, nihilominus ob expreſſionem menſuræ ea debet manuteneri, & ſuppleri, d. dec. Flor.46. n.17. pag.731.

Et actio ad ſupplendum contra vendentem cum determinata menſura, competit Emptori, ſive vendens ſciverit, ſive ignoraverit, ibid. n.25 pag.732.

Diſpoſitio *l. ſi duorum, & l. venditor ff. de action. empt.* procedit tam in promiſſione menſuræ, quàm alterius cujuſcumque qualitatis rei venditæ, vel traditæ, dicta dec. Flor.46. n.19. pag.732.

Et non minùs in contractibus oneroſis, quàm lucrativis, ibid. n.20.

Stante enim promiſſione, idem eſt judicium donationis, & venditionis, d. dec. Flor. 46. n.21. pag.732., *& vid. infra in verſ.* menſura.

Comprahenſum in venditione quid fuerit arguitur ex quantitate pretii, dec. Senen. 21. n.29. pag.124.

Et ex quibus aliis idem deſumatur, *vide in Verb.* Bona *verſ.* aliqua.

Facta venditione duobus, præfertur is, cui prius res tradita fuit, dec. Senen.9. n.37. pag.55.

In venditione facta de bonis emphyteuticis veniunt etiam alia ultra emphyteutica,

ſi poſt illorum ſpecificationem additum ſit, *& quæcumque alia bona, ſi quæ haberet*, dec. Senen. 21. n. 48. pag. 115.

Jus nominandi puellas in Monaſterio S. Mariæ Virginis Civitatis Aſculi de per ſe citra ſimoniam vendi non poteſt, dec. Senen. 15. §. 1. n. 20.

Juſpatronatus non venit in venditione, quando fuerunt vendita jura activa, ad debitorem ſpectantia, quia iſto caſu vendita non dicitur hæreditas, quæ habet etiam jura paſſiva, dict. dec. Senen. 15. §. 1. n. 10. & ſeqq. & §. 2. in principio ante n. 29. §. Subſiſtunt.

Etiamſi poſita ſit ſub haſta *vetta l'Eredità*, dict. dec. Senen. 15. §. 2. n. 12.

Menſura in venditione corporis ubi fuit, non enunciata, ſed diſpoſitivè promiſſa, debet integra manuteneri, d. dec. Flor. 46. n. 14. pag. 731., *& vide ſupra in verſic.* ad corpus.

Promiſſio de vendendo non eſt venditio perfecta, in qua non ſit locus pœnitentiæ, dec. Senen. 9. n. 8. pag. 50. & n. 34. pag. 54.

Maximè ſi ſit concepta per verba de futuro, ibid.

Quod procedit etiamſi adſit juramentum, ibid.

Contrariæ Auctoritates referuntur, & in quibus caſibus procedant, explicatur, dicta deciſ. Senen. 9. n. 10. 11. 12. & 13. pag. 51.

Declara concluſionem procedere, niſi in promiſſione certum pretium fuerit conſtitutum, tunc enim promiſſio de vendendo habetur pro effectiva venditione, ibid. n. 21. pag. 52.

Etiamſi poſt pretii determinationem additum fuerit, *& quod pluris æſtimabitur*, d. dec. Senen. 9. n. 22. pag. 53.

Vel collatum fuerit pretium arbitrio boni Viri, vel Peritorum, ibid. n. 23.

Subdeclara tamen declarationem ſupradictam procedere, ſi concurrat de præſenti conſenſus contrahentium cum cæteris requiſitis, aliàs ſecùs, d. dec. Senen. 9. n. 24. pag. 53.

Nec ſufficit traditio ex cauſa locationis, ibidem n. 25.

Promittens vendere ſe obligat ad factum, d. dec. Senen. 9. n. 26. pag. 53.

Ideò non poteſt cogi præcisè ad vendendum, etiamſi rei tradendæ poteſtatem habeat, ibid.

Et etiamſi adſit juramentum, ibid.

Ampliatur, etiamſi promiſſio de vendendo fuerit correſpectiva, adhuc enim promiſſor cogi non poteſt ad præcisè implendum, ſed alternativè, vel ad implementum, vel ad intereſſe, dicta dec. Senen. 9. n. 30. pag. 54.

Contrarium, ibid. n. 27. pag. 53.

Et declarantur Auctoritates contrariæ, ibid. n. 31. 32. & 33.

Contra vendere promittentem jus agendi ad effectivam venditionem poſt lapſum 20. annorum ampliùs non datur, d. deciſ. Senen. 9. n. 16. pag. 52.

Univerſa hæreditatis debet comprehendere jura tam activa, quàm paſſiva, dec. Senen. 15. num. 11. pag. 76., *& vide in Verb.* Hæreditas.

Utriuſque contrahentis conſenſum requirit, dec. Senen. 9. n. 14. pag. 51.

Et non perficitur per verba de futuro, ibid. n. 15. pag. 52.

VENDITOR

Damnum ſentire non debet ex dilatione, quam conceſſit ad ſolvendum pretium, dec. Senen. 4. n. 35. pag. 31.

De evictione tenetur, ſive ſciat, ſive ignoret onera, & affectiones rei venditæ, deciſ. Flor. 46. n. 26. pag. 732.

Fructus recompenſativos pro pretio rei venditæ, quod recepit, prætendere non poteſt, dec. Flor. 19. n. 1. pag. 439.

Venditoris nihil intereſt, quòd venditio ab eo jam facta, ex poſt reſolvatur per retractum, dec. Senen. 3. n. 44. pag. 18.

VERBA IN GENERE

Conditionalia declarant diſpoſitiva, dec. Senen. 35. §. 2. n. 53. pag. 243.

Directa inducunt ſubſtitutionem vulgarem, dec. Flor. 31. n. 72. pag. 548.

Directa, & communibus verbis in inſtitutione alicujus, & ejus deſcendentium appoſitis, congrua congruis referendo, directa ad inſtitutionem, communia ad ſubſtitutionem fideicommiſſariam referuntur, dec. Flor. 1. num. 11. pag. 315.

Et quæ ſint directa, vel communia, *vide in Verb.* Verba in ſpecie verſ. *clausul*, *verſ.* eſſe volunt, *verſ.* inſtituo, *& verſ.* recipiat.

Dubia diſponentis in uno contractu, declarantur per aliam diſpoſitionem clarioribus verbis factam, dec. Flor. 21. num. 41. pag. 456.

Facultativa, ut *poſſit*, neceſſitatem non inducunt, deciſ. Florent. 33. §. 3. nu-

mer.

mer. 19. pag. 588.

Generaliter accepta in una parte inſtrumenti, ſic etiam debent accipi in alia, dec. Flor.4. n.30. pag.341.

Prout in uno ſenſu accepta in unâ parte donationis, in eodem in cæteris accipienda ſunt, deciſ. Florent. 8. numer.7. pag.361.

